NAZIONALE BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
12
14 H
18

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

Digitized by Google

Opera Chirurgica

AMBROSII PARAEI, GALLIARVM REGIS PRIMARII ET PARISIENSIS Chirurgi,

Quibus Continentur,

1. *Non ſolum perfectiſſima curandi ratio tumores præter naturam, vulnera, vlcera, luxationes, & fracturas;*
2. *Verum etiam humani corporis, ſingularumque eius partium exactiſſima anatome:*
3. *Curationes item multorum aliorum affectuum, qui Chirurgi expoſcunt manum, & ab aliis hactenus deſcripti non ſunt:*
4. *Inſuper Phyſiologica multa, & therapeutica, lectu digniſſima: cum Philoſophis, tum Medicis apprime vtilia & neceſſaria.*

IAM VLTIMO RECOGNITA, ELIMATA, NOVIS ICONIBVS elegantiſſimis illuſtrata, & latinitate donata,

IACOBI GVILELMEAV, REGII ET PARISIENSIS CHIrurgi labore & diligentia.

NOVO RERVM ABSTRVSARVM AC ARCANARVM PROBLEMATIcarum Quæſtionum, indice inſtructa.

Cum Gratia & Priuilegio Cæſar. Maieſt.



FRANCOFVRTI AD MOENVM, APVD Iacobum Fiſcherum.

M. D. C. XII.

Digitized by Google

MARCO MIRONI CLARISSIMO VIRO, HENRICI III. GALLIARVM ET POLONIÆ REGIS CHRISTIANISSIMI ET INVICTISSIMI ARCHIATRO,

Iacobus Guillemeau Aurelianenſis, Regius & Pariſienſis Chirurgus, S. P. D.

EGo cum primum à literis humanioribus reuocatus, Chirurgiæ ſtudio me tradidi, tanto eius artis tum addiſcendæ, tum factitandæ ſtudio exarſi, vt nihil prius aut antiquius eſſe duxerim, quam in illis locis verſari, cum his hominibus viuere, quorum conſuetudine, conuictu, & familiaritate, doctior & peritior euaderẽ. Sic enim ſemper acceperam, non præcepta modo librorum monumentis conſignata ignaras hominum mentes ad rerum cognitionem deducere, ſed loci ipſius celebritatem, & magnorum virorum conſpectum, nos quantumuis diſcendi ardore inflammatos, latente quapiam ratione erigere, & magis magiſq; exſuſcitare. Imprimis igitur in Xenodochio Pariſieſi, omnis generis vulnerum morborumq; ampliſſimo quodam velut Theatro, ita diſciplinæ huius rudimenta depoſui, vt toto biennio, quo illic verſatus ſum, nihil mente, nihil manu, Medicis Chirurgiſq; præſentibus gereretur, quod aures meas, dextramq́; meam fugeret. Florebat temporibus illis, floret adhuc Ambroſius Paræus, Regis Chriſtianiſſ. Chirurgus primarius, magni huius operis author, gratia apud Reges, Principes, & Magnates, authoritate inter ſuos æquales, artis operibus apud omnes clariſſimus. In huius igitur, tanquam in Machaonis aut Podalirij familiam recipi magnopere cõtendi: ſemel vero receptus ſic illius fauorem omni officio ac pietate mihi obſtrinxi, vt nihil ille, quæ hominis eſt lenitas, & in omnes artis ſtudioſos humanitas, domi foriſve, in acie, in caſtris, hoc deniq; Lutetiano orbis totius emporio, circa Ducum, heroum, & ciuium corpora, quibus curandis ardentiſſimis omnium votis expetitus ſemper praerat, me niſi præſente & miniſtro molireitur. Et tamen his, quæ ſatis nimiumq; multa videri debebant, non contentus, tanquam diuturnam ſitim explere cupiens, experiri volui, nunquid ab exoticis haurire aliquid & mutuari poſſem, quod noſtratibus ad pleniorem Chirurgiæ cognitionem deeſſet. Ea gratia Germanias peragraui: inde Hiſpanorum in Belgis caſtra quadriennium totum ſequutus, non ſtrenuam modo ſauciis militibus operam attuli, ſed & acriter circumſpexi, quam curandi viam tenerent, qui vnà mecum in Noſocomio praeerant, nomine & opere illuſtres Itali, Germani, & Hiſpani Chirurgi. Animaduerti omnes haud aliam quam quæ à Pareo hic monſtratur, inſiſtere. Qui Gallice neſcirent huius operis fragmenta quædam, à Latina lingua peritis multo precio corrogata, tanquam viatica circumferre. vnicum hoc opus pro Chirurgicis omnibus in manibus habere, admirari, ſuſpicere, La-

tinum totum votū omnib. expetere. His ego illorum deſideriis admonitus, cœpi pariter & ipſe cogitare quàm ex vſu foret ſi ſub Latinitatis veſte in publicum prodiret: ſic enim futurum vt Latina cum Gallicis coniungentes, pares fieri poſſent in vtriuſq́ orationis facultate. Peritum igitur & mei, publicæq́ vtilitatis amantiſſimum virum nactus, precib. impetraui vt trāslationē abſolueret: ſed ea conditione ne editioni quā ipſe videbar meditari, nomen ſuum inſcriberem. Nolle enim ſi quis opere in longo ſomnus forte obrepſiſſet, ſibi adſcribi: Quod quaſi ludens & ſubciſiuis tātum horis operam in hanc rem contuliſſet: contentus ita extuliſſe vt intelligi poſſet: vir nimirū publicis & grauiorum ſtudiorum negotijs occupatus. Cum ergo id temporis cura Caroli Mansfeldtani (omitis Generoſiſſimi, cui me iuſſu Regis Chriſtianiſſ. addixeram, exoluerer, otium & primum & ſummum quod tum nactus eram, in editionem totum impendi: ac tantum labore, cura & diligentia profeci vt perficeretur. Quis enim Theſeus pluſquam Herculeū hunc laborem ſine Hercule abſoluere potuiſſet: Alienus fateor partus eſt, ſed qui à parente velut proiectus miſere perierat, niſi ipſi virgula tanquam diuina, curator obtigiſſem. Sed ne ſic quidem tutus inter homines verſari poterat, niſi eidem aliunde Tutor, aſſertor & plenioris velut authoritatis vindex acceſſiſſet. Hunc ea gratia viſum eſt tibi offerre, vouere, dedicare. Tu igitur vnus es, Marce Mironi Galliarum & Poloniæ Regis Auguſt. Archiatre digniſſime, Phœbi proles, aureo eloquentiæ flumine, aurea noſcēdus coma, cui fœtus hic lucis debet vſuram. Nam in tanta parētum tenuitate, nunquam ſolem intueri auſus fuiſſet, niſi ab amplitudinis tuæ lumine, tutelaris velut Dei numen ſperaſſet. Non iam Italiæ æquata cœlo Alpium & apennini iuga verebitur: non Germaniæ vaſtitatem pertimeſcet: non Sarmatiæ feritatem horrebit, cum intelliget te ſibi tanquam ducem præire, qui non ita pridem in Chriſtianiſſimi vt Inuictiſſimi Henrici, Regio comitatu gentes illas orationis tuæ ſuauitate & doctrinæ vbertate raptas, ſalutari autem & phœbea dextra, quæ multis vario & inexplicabili morborum genere implicitis præſidio fuit, tibi amicas ad ſempiternam nominis tui memoriam reddideris. Non noſtratium venenatum morſum reformidabit, cum intelliget te ſibi vindicem vt tutorē delectum, qui dignitatis tuæ ſplendore obſcuri liuoris tenebras momento diſpergere poſſis & diſperdere. Hoc ſi tu, pro ea quæ in te eſt grauitatem condiete comitate, feceris, non modo nos, qui iam tibi tantum debemus quantum patrono clientem, hominemq́ homini debere par eſt, ſed vt omnes, ad quos libri huius, ſi non Latine, ſaltem Latinum iam loquentis, vtilitas eſt prouentura, obnoxios & deuinctiſſimos reddideris: ſicq́ de vniuerſo genere humano bene meritus omnium gētium, quæ hinc ſanitatis fructum aliquem capient, literis atq́ linguis celebraberis. Regi noſtro, tibi, ac nobis viue diu fœlix. Vale. Pariſ. Cal. Ianuar. anno poſt natum Chriſtum. 1582.

AD HEN-

PRÆFATIO.

MEDICINÆ ortum plerique omnes à cœlo repetunt. Produnt enim qui de mundana Geneſi optime omnium ſentiunt, cretis, diſcretiſque elementis, cum nondum homo editus eſſet, mox Dei iuſſu herbas plantaſque omnes infinita florum, odorum, ſaporum, colorum, & facierum varietate è terræ viſceribus emeriſſe, tot & tantis viribus dotatas, vt tantum munus totque in vſus comparatum, alteri quam Deo tribuere iniurium videri debeat. Itaque ne harum quidem rerum notitiam, niſi monſtrante Deo mens humana vnquam delibare potuiſſet: nam & magnus huius vniuerſi conditor & Architectus Deus, vbi primum Adamum ſpiritu oris ſui afflatum, in viuum, ſpirantemque hominem confirmauit, naturam & proprias ſingularum rerum, quas mundi vniuerſitas ſuo complexu continet & fouet, facultates, doteſque, edocuit. Adeo vt ſi quis inuentionis huius gloriam humano ingenio adſcribere velit, in Dei numen ingratus vel Plinij iudicio cenſendus ſit. Cæterum notitia hæc haud vna cum Adamo, ſepulta iacuit: verum eodem Dei munere his conceſſa, quos ipſe in Medicum munus, vt reliquis mortalibus ſalutares manus admouerent, elegit. Quæ opinio non communi modo & tacito gentium omnium conſenſu recepta eſt, ſed & à Moſe literis conſignata. Quod ipſum Ieſus filius Syrach inter Hebræos ſapientiſſimus confirmauit. Honora (inquit) Medicum, propter neceſſitatem enim creauit illum Altiſſimus: nam & ſanitas omnis à Deo eſt, Dominus de terra produxit Medicinam, eam ob id vir ſapiens non abhorrebit. Da locum & honorem Medico, hunc enim creauit Dominus. Græci qui primi plenius & illuſtrius Medicinam profeſſi videntur, his conſentanea loquuntur, dum Apollinem Medicinæ inuentorem agnoſcunt, neque id iniuria. Siue enim per Apollinem Solem intelligant, qui blando & vitali calore ſuo profert, temperat, & fouet omnia, ſiue heroëm aliquem qui præſtanti & prope diuino ingenio incitatus primus Medicinam herbariam, doctrina & opera excoluit: quo ſenſu ſeipſum loquentem inducit Ouidius: Geneſ.1. Cap.38.

Inuentum Medicina meum eſt opiferq, per orbem
Dicor, & herbarum ſubiecta potentia nobis.

Medicinæ origo cœleſtis ſemper celebrabitur, his initijs orta, hac maxime ratione increuit. Poſt Apollinem à patre edoctus Æſculapius filius, rudem adhuc & vulgarem hanc artem, paulo ſubtilius excoluit, eoque nomine in Deorum numerum referri meruit. Iiſdem temporibus florebat Chiron Centaurus, qui cum & ipſe herbarum notitia excelleret, & rem herbariam Æſculapium multorum fama edocuiſſet, à Plinio multiſque alijs inuentor Medicinæ creditus eſt. Æſculapio filij duo fuere. Podalirius & Machaon, qui patris veſtigia ſequuti, & Medicinam profeſſi, eius eam maxime partem excoluerunt, quæ Chirurgia dicitur cuius ob id inuentores celebrantur. Poſt hos Aſclepiades Medicinam multis partibus auctam, poſteris ſuis velut hæreditariam reliquit: quorum ſcilicet ſtudio ea Medicinæ pars inuenta & addita eſt, quæ morbos intus latentes ſolertiore indagine veſtigat, & curat. Aſclepiadarum illuſtri familia natus Hippocrates Cous Heraclidæ filius, Medicorum quotquot ante fuerunt facile princeps, Medicinam perfecit, & in artem ac præcepta ſcriptis Græce de ea libris redegit. Hunc ſexcentis poſt annis ſequutus Galenus, vir non Medicinæ modo, ſed & ſcientiarum omnium notitia clariſſimus, quicquid in Hippocratis ſcriptis obſcurum erat, fideliſſime interpretatus, multis voluminibus illuſtrauit. Hoc igitur Medicinæ, quantum ab humana induſtria ſperare fas eſt, initium, hoc incrementum, hoc denique complementum fuit. Quanquam vere negare non poſſimus, quin & hanc artem multum adiumenti experientia, vt ad res pleraſque alias attulerit. Homines enim cum ad hoc illud que morbi genus alia ſalubria, alia inſalubria deprehenderent, notarunt ea ad medendum, & ex ſingulorum obſeruatione & perceptione, vniuerſalia præcepta rataſque regulas ſtabilierunt, & artem effecerunt. Sic enim hiſtoriarum monumentis proditum legimus, arte haud dum inuenta, Babylonijs Aſſirijſque in more fuiſſe, ægros languentes in porticibus ædiumque veſtibulis ſtatuere: aut in forum compitaque deportare, vt prætereuntes qui eos adirent, conſulerent, hortarenturque ad ea quæ ipſi faciendo effugiſſent ſimilem morbum, aut alium nouiſſent effugiſſe: nec fas fuiſſe quempiam ægrotum ſilentio prærerire. Cum, Strabone authore, mos eſſet in Græcia, ægrotos Epidaurum ſe in Æſculapij templum conferre, vt illic dormientes per ſomnium eorum quæ ſalubria eſſent à Deo admonerentur, liberatoſque morbis, quibus remedijs conualuiſſent in tabellis ad templi poſtes defixis deſcribere, non ad numinis modo gloriam, & grati animi memoriam, ſed etiam vt poſt ſimilitudo proficeret, exſcripſiſſe omnia traditur Hippocrates, & ita ex his artem Medicinam excerpſiſſe. Bruta quoque ad hanc artem multa contulerunt. Non enim homo ab homine modo: ſed & à beſtijs pleraque diſcit: nonnullas enim herbas atque remedia commonſtrarunt, quibus ſe natura ſola edoctæ à morbis tuentur, quæ homini non viſi forent. Cum igitur tot & tam multa in Medicæ artis perfectionem conuenerint, quis dehinc auſit de eius præſtantia dubitare? ſi præſertim ſubiectum, corpus nempe humanum, quod reliquis nobilius eſt, & cuius gratia reliqua mundana condita Lib.7.c.2. Coſmogr. lib.8.

dita ſunt attēdat? Quæ res Herophilum olim mouit, vt Medicos deorum manus vocaret? vt enim lapſos dextra porrecta è cœno & gurgite expedimus: ſic moribūdos, & ſanitatis gradu, morbi impetu deiectos, ſalutaribus Medicinæ remedijs ſubleuamus, & quaſi deorum aliquo munere, è mortis faucibus eripimus. Poëtarum Græcorum princeps Homerus Medicum vnum, multis virtutibus ante multos homines præualere cecinit. Tota antiquitas hoc honore Medicos proſequuta eſt, vt eus tanquam deos, aut deorum filios ſumma veneratione coleret. Quem enim non rapiat ſalubrium remediorum diuina vis, qua, quotidianis experimentis, Medici velut Mercurij virgula inſtructi, animas pallentes & iamiam in Plutonis peculio poſitas, orco euocant? Hinc factum eſt vt diuini olim Vates, Orpheus, Muſeus, Heſiodus: Nobiles imprimis philoſophi Pythagoras, Plato, Ariſtoteles, Theophraſtus, Chryſippus, Cato Cenſorius, & Varro nihil prius aut præſtantius eſſe duxerint quā medicamentorum cognitione excellere, eamq; rem ſcriptis monumentis teſtatam, poſteritati reddere. Quid vero nobilius, aut libero homine dignius eſſe puteſt, quam id Medicæ artis beneficio conſequi, vt ſummi veluti imperij inſignibus inſtructus, ius dominii in reliquos homines habeas, principibus, Regibus, Imperatoribuſque gratioſus, quæ ſanitati tuendæ depellendiſque morbis vtilia & ſalubria ſunt imperes, præſcribas? Quod ſi fructus ex ſcientijs quæritur intelligemus haud ſine quæſtu, Medicinæ profeſſores laudem ſibi & amicos parauiſſe. Hippocrati Abderas ad liberandum inſania Democritum properanti, non viri modo Abderitani, ſed & mulieres, pueri, omniſque ſexus ætatis & conditionis homines obuiam proceſſerunt, ipſum tutelaris Dei, & patris patriæ nomine communi & clara voce dignati. At Athenienſes, quia Atticam peſte liberaſſet, ludos in eius honorem triumphali pompa celebrarunt, capiti coronam mille aureos pendentem tanquam Regi magnificè impoſuerunt, ſtatuam, in perpetuum pietatis & doctrinæ monumentum, ipſi poſuerunt. Eraſiſtratus Ariſtotelis ex filia nepos, centum auri talenta à Ptolomeo rege, cum ipſius filium ſanitati reſtituiſſet, vltro oblata, accepit. Antonium Muſam Auguſtus Imperator aurea ſtatua donauit. Quintus Stertinius quotannis ex Imperatoris fiſco duodecim aureorum millia ſupra quingentos capiebat. Auorum temporibus Petrus Aponenſis, Conciliator dictus, rerum Medicarum gloria ſic per vniuerſam Italiam florebat, vt nemo eum, qui modo aliquo in numero eſſet ægrotus, niſi perſolutis in ſingulos dies quinquaginta aureis peregrè ab vrbe ad ſe vocaret. Quin ad Honorium ſummum Pontificem curandum profectus, quadringentos pro quoque die aureos reportauit. Annales noſtri ſatis loquuntur, quo in pretio apud Ludouicum vndecimum Regem fuerit Iacobus Correrius Medicus: dum ipſi ex Regio fiſco ſtatuta & perſoluta ſingulis menſibus coronatorum decem millia, teſtantur. Profecto tanti ſemper fuit apud magnates & ſummos viros Medicina, vt plerique Reges & principes eius ſtudio delectati, & gloriæ inde captandæ auidi, nomina ſua plantarum pleriſque impoſuerint. Sic enim Gentiana à Gentio Illyricorum, Lyſimachia à Lyſimacho Macedonum, Scordium Mithridatia herba à Mithridate Ponti & Bithyniæ rege, Achillea ab Achille, Centaurium à Chirone Centauro, Arthemiſia à Caria Regina Arthemiſia, nomen habuerunt. Attalus vero Pergami Rex, Salomon Iudæorum, Euax Arabum, Iuba Maurorum, non addiſcendæ modo rei herbariæ cupiditate flagrarunt: ſed & de ea libros ſcripſerunt, vel magno poſteritatis commodo mixtas ex multis ſimplicibus ſalutares antidotos, artis fiducia compoſuerunt, nec vero diſcendæ nobilis huius ſcientiæ ardor planè adhuc reſtinctus eſt. Teſtatur id Antarcticis petum, nobilis vero Catharinaria & Medica, vulgo Reginæ herba dicta, quod eius vim malignis vlceribus vulneribuſque vtilem, Gallis antea incognitam, Catharina Medicea Regum noſtrorum mater, ſingulari ſtudio & induſtria pate fecerit. Intelligebant enim ſummi illi viri, his tanquam ſtirpium altis & immortalibus radicibus, depactam gloriam ſuam nunquam morituram: ſed infinita ſeculorum ſerie eum renaſcentibus earum pullulantibuſque ſurculis, ſtolonibus, floribus & fructibus rediuiuam, in omnem poſteritatem propagandam. Nec vero nobili ingenio principes illi homines Medicinæ hanc partem dum excoluerunt, alteram quæ de corporis humani diſſectione eſt, ſui expertem eſſe paſſi ſunt: ſapientum ſcilicet præceptis doctrinaque imbuti quam artificioſa eſſet, quamque mortali inimitabilis hæc fabrica. Non eſt veriſimile Apim, Oſiridem, Ptolemeum Ægypti Reges, Salumonem, Alexandrum magnum, Mithridatem, Attalum, cum ſe totos rerum naturalium contemplationi dedidiſſent, Anatomicam adminiſtrationem neglexiſſe, hominesque ſui cognoſcendi cupidiſſimos, corporum ſuorum ſtructuram, immortalis animæ, & ad Dei imaginem factæ, domicilium ignorauiſſe: certis oculis ſolis, lunæ & reliquorum ſyderum lumina diſtantia admouiſſe, tot terras, tot maria, tot oras tam longe diſſitas, per itiner agelu, ſitu & caligine horrenda, per ſaxa, enſes, ignes, ſummo labore, impenſis, & vitæ periculo quo animum ſuum diſcendi auidum rerum cognitione explerent penetraſſe, rem vero ſumme omnium nobilem, admirabilem, & ſcitu digniſſimam, cæterum in medio omnibus poſitam, nullo capitis, nullo fortunarum diſpendio quærendam non attigiſſe.

Quo in honore fuerint medici.

Nomina plantis impoſita.

Catharinaria & Medica herba.

Medicina tres partes

Cum vero Medicinæ quam hodie profitemur tres ſint partes, Chirurgia quidem manuum opera, diætæ conuenienti victus ratione, Pharmacia medicamentis morbos pellere & ſanitatem tueri aggreditur. Harum quæ præſtantiſſima ſit non ſine ratione principes inter ſe Medici certant. Pharmaciam certe Herophylus tanti fecit, vt medicamenta ab Apolline, quem ſummum Deum credebat antiquitas, primum mixta, ægrotiſque exhibita crederet. Diætam vero Plinius adeo ſuſpexit, vt vera morborum alexiteria quotidie in olus, facilemque victum vel indigentiſſimo cuique cedere, exclamet. Profecto hoc docti omnes profitentur, longe faciliorem & fæliciorem eſſe, quæ victu perficitur curandi rationem, quam quæ medicamentis: vt quæ multo labore & ſumptu quæſita cum nauſea admittuntur, admiſſa ægre retineantur, retenta ſummo labore operentur. Quæ res Aſclepiadem olim mouit, vt medicamentorum vſum, tanquam ſtomacho noxium ab arte excluderet. Quanquam ſi cellum authorem credimus, neutra palmam mercatur, ſed vtraque Chirurgiæ cedat. Siquidem in morbis cum multum fortuna conferat, eademque ſæpe ſalutaria, ſæpe vana ſint medicamēta, & alimenta, profecto dubitari poteſt, ſecunda valetudo

PRÆFATIO.

tudo diætæ & Pharmaciæ an corporis beneficio contigerit. In his quoque, in quibus medicamentis maxime nitimur, quamuis profectus euidentior eſt, tamen ſanitatem & per hæc fruſtra quæri, & ſine his reddi ſæpe manifeſtum eſt. Sicut in oculis quoque & quartanariis deprehendi poteſt, qui à Medicis diu vexati ſine his interdum ſaneſcunt. At chirurgiæ effectus vt apprime eſt neceſſarius, ſic inter omnes Medicinæ partes eſt euidentiſſimus. Quis enim fracta luxataque, quis ægre patientes, quis vteri prolapſum, quis calculum in veſica, quis gangræna & ſphacelo obſeſſum membrum, ſine Chirurgia curare ſperet? Quin & hæc pars omnium vetuſtiſſima eſt. Nam Podalirius & Machaon Troiano bello ducem Agamemnonem ſequuti, non mediocrem opem cõmilitonibus ſuis attulerunt. Quos tamen Homerus, non in peſtilentia, neque in variis generibus morborum aliquid attuliſſe auxilij, ſed vulneribus tantum ferro & medicamentis mederi ſolitos eſſe poſuit. Quod ſi diſcendi difficultas artis præſtantiam arguit, cui dubium eſſe poteſt quin Chirurgia præſtantiſſima ſit, cum Chirurgus nemo dici debeat, & quod ſui muneris implere queat, ſine diætæ & pharmaciæ cognitione? At vtraque ſine Chirurgia opus ſuum perficere poteſt, ſi Galenum Authorem ſequimur. Quanquam ſi rem ipſam propius ad veritatem intueamur: tres has partes habere quoddam commune vinculum, & arctiſſima quadam cognatione contineri intelligemus, adeo vt altera alterius opem imploret, nec quicquam citra trium illarum conſpirationem & conſenſum laude magna dignum Medicus patrare poſſit. Itaque olim trium illarum partium vnus opifex erat. At hominum creſcente quotidie multitudine, vita humana contra decreſcente, adeo vt tribus illis addiſcendis & exercendis ſufficere non poſſe videretur, diuiſerunt ſeſe opifices. Itaque quod cuiq; ſeu forte, ſeu conſilio obtigerit, id vnum ſequatur, id vnum tueatur, in vnico eo ſe exerceat, memor quam vita ſit breuis, ars vero longa.

Chirurgia præſtantia

Sententia notatu digna.

IN EFFIGIEM AMBROSII PARÆI.



Humanam AMBROSII *verè hæc pictura* PARÆI
Effigiem, ſed opus continet ἀμβροσίην.

IOAN. HEROALDVS.

ALIVD.

Fortibus auxilio hæc manus eſt, res Martia per quam
Seruata eſt Medico ſæpe miniſterio.
Mortales eadem vt paſſim iuuet omne per annum,
His quoq; Pæoniis eſt operata notis.
Ite alacres in bella viri: nam dextera præſto
Eminus Ambroſia, cominus Ambroſia.

F. MARIVS.

AD HENRICVM III. GALLIARVM ET POLONIÆ REGEM CHRISTIANISſimum.

*Q*VEMADMODVM, *Rex Chriſtianiſſime, corporis humani membra, muneribus ad quæ natura ſeruntur in officio, ac tanquam in excubiis, ad totius, cuius partes ſunt conſeruationem amica conſpiratione nunquam non eſſe cernimus: ſic nos mundanæ huius Reipub. velut ciues, in eo quod, Deo monſtrante, ſemel amplexi ſumus, vitæ genere perſequendo, attentos eſſe decet: ac præſenti ſorte contentos, diuerſa & aliena, quorum notitiam nullam habemus, temeritate vel inuidia tranſuerſos minime appetere. Qui ſecus facit, ordinem & pulchritudinem, quibus hæc ſtat vniuerſitas, fœda confuſione peruertit & polluit. Itaq. cum me magni huius mundani corporis membrum eſſe, neq. id omnino inutile, apud me reputarem, in hoc cubui ſedulo, vt de meo omnibus officio conſtaret quantumq. vniuerſis & ſingulis prodeſſe poſſem innoteſceret. Nam & mihi Deus eſt teſtis, & norunt omnes boni, me quinquaginta tã annos in Chirurgia illuſtranda & amplificanda omni ope & ſtudio inuigilare ſicq. quem collimabam ſcopum tam certo tetigiſſe, vt nihil antiquitas quo nobis anteire poſſit præter inuentorum gloriam, nihil poſteritas reliquũ præter addendorum, vt facile eſt inuentis addere, ſpem tenuiſſimam, habere videatur. In quo præſtando, ſic mei, ſic vigiliarum, ſic opum & facultatum mearum prodigus fui, vt nulli neq. tempori, neq. labori, neq. ſumptui pepercerim, quo votis hac in re meis, quo magno huic operi, quo ſtudioſorum ſtudiis ſatisfacerem. Nec vero dubitare oportet quin illorum tãdem ſtudia refrixiſſent, ſi theoria & præceptis, multis in ſchola laboribus imbuti nullam operam, nullam faciendæ artis apertam viam cernerent. Ea gratia vel rerum mearum diſpendio laudem & fructum Gallicæ nationi quæritans, Chirurgiam huc vſq. vel priſcorum ſeculorum infœlicitate, vel Profeſſorum inuidia obſcuram illuſtrare & augere conatus ſum non præceptis tantum & regulis, ſed & Graphidos Toreutices ſtudioſus trecentis formis ſeu ſculptis imaginibus & grammicis deformationibus, quibus pluſquam quingentas tum anatomicas, tũ reliquæ artis organicas figuras comprehendi intelliget, quiſquis attentius intuebitur. His ego ſingulis nomina impoſui, & vſum indicaui, ne fruſtra ad oſtentationem aut voluptatem poſita viderentur. Et ſi vero pauci ſint huius profeſſionis homines, qui tantum ſcriptis ſuis ſeu ratione, ſeu experimento authoritatem, quantam ego, conciliare poſſint: non tamen ſic arrogans fui, quin opus euulgaturus, præſtãtiſſimis ante in arte medendi viris communicauerim, qui mihi ad perficiendum & excudendũ ipſum, quo per hominum manus curreret, maiores animos addiderunt: nihil æquè ſe optare profeſſi, quam vt Latinum fieret, vt exteris nationibus innoteſceret, nullũ eſſe doctrinæ genus, quod non in hoc cui præes regno, ſumma ingenii dexteritate tradatur. Et certe affirmare hoc auſim, vix quenquam quantumuis faſtidioſum ac ſupercilioſum futurum, qui non hic aliquid comperiat quod arrideat, & quo lecto non peritior euadat. Hoc igitur tanquam ſpecimen & laborum meorum cumulum maieſtati tuæ conſecrare non dubitaui, tum pro meo, qui natura & educatione tuus ſum, officio, tum vt tuorum erga me meritorum magnitudinem omnibus teſtatam facerem, vt qui me Chirurgi primarii ſub tribus qui te præceſſerunt Regibus munere functum, vltro eodem in illo officio ſtabilieris. Sed & ſic iam augurabar, quod nunc intueor, futurum, vt nominis tui aura, per vniuerſum orbem elatum opus, nullius ora, oculoſve reformidet, Inuictiſſimi Monarchæ & longe omnium præſtantiſſimi atq. optimi fauore & maieſtate ſubnixum. Nec vero fœlicis memoriæ Rex Carolus IX. ſereniſſimæ Reginæ matris renunciatione incitatus, id aliquando euoluere recuſauit, cum id ab eo profectum intelligeret, qui cum omne ſuum tẽpus publicis priuatisq. omnium omnis ſortis hominum temporibus fœliciſſime tranſmiſiſſet, digniſſimus videretur qui hunc fauorem impetraret, vt pateretur operis huius faſtigium præfixi nominis ſui ſplendore muniri & decorari. Hac ego ſpe fretus quadam velut continuatione & ſucceſſione vota mea à potentiſſimo Rege, ad inuictiſſimum tranſire volui, totumq. id in noſtratium gratiam comparatum tibi conſecrare. Faxit Deus vt tibi ad Neſtoreos annos, fœlix inceptorum omnium exitus tanquam cumulus accedat. Pariſiis 8. Febr. anno Dom.* 1579.

Chriſtianiſs. Maieſt. tuæ

Fidelis ſeruus

Ambroſius Paræus.

IN AMBROSII PARÆI PRIMARII REGIS CHIRVRGI OPVS, IOAN. AVRATVS POETA REGIVS.

FOElix prima hominum cœlo generata propago,
Quæ nullis, paucis fuit aut obnoxia morbis:
Et paucos habuit Medica tunc ſimplicis artis
Artifices, paucis fuit & contenta medelis,
Quas vno poterat perdiſcere quilibet anno,
Nec chartis mandare fuit præcepta neceſſe,
Sed memori ſoliti fuerant committere menti
A patribus quæ quiſque ſuis acceperat: atq;
Ex ſe progenitis eadem poſt tradere natis:
Vt Medicina foret gentilis, auitaq; certis
Res domibus: dicti Medicorum filij & inde
Sunt olim Medici: quorum laus maxima primis
Eſt Aſclepiadis, Aſclepius eſt quibus author.
Nec diuiſa fuit vetus ars, ratioq; medendi
In geminas: quamuis Podalirius atq; Machaon,
Hic herbis nomen, ſed pugnis debeat ille:
Et Medicina herbas tractat, Chirurgia plagas,
Altera ſecretis medicans ars, altera apertis
Vulneribus, morbiſq;: ſed idem erat author vtriq;
Chiron Centauros inter iuſtiſſimus vnus:
Cui nomen dedit ipſa manus Medicina ſalubris:
Vel quod prima fuit, vel quod celeberrima quōdam,
Donec adhuc homines contenti ſimplice victu,
Præter quam in bellis, Medicæ nihil artis egebant.
At nunc deterior quam ferrea cum viget ætas,
Et plures gula quam gladius, pluresq; libido,
Alea, nequities, & inertia pallida vultum,
Quam labor aut ſenium, luxus quā occidat egeſtas.
Mu[illegible]lices morbi ſunt, multiplici arte leuandi:
Inq; ar[illegible] diuiſa duas ars vna Medentum.
Quæq; prior fuerat Chirurgia, poſterior iam
Facta, tamen dignum per ſecula ſeruat honorem,
Si modo non ſtolidis tonſoribus, inq; peritis
Empiris commiſſa, ſed arte vſuq; politis
Chirurgis, quales tulerit cum Gallia paucos,

In pau-

Jn paucis noſtro numerabilis eminet æuo
AMBROSIVS, Chiron nunc Regius ille PARÆVS:
Quo non alter ab arte paratior eſt; neque plures
Ambroſiæ qui ſucco, & odorifera Panacea
A noxis variis curauerit arte ſalubri:
Quam didicit puer a teneris ſub flore docentum
Septem annis; deinde a libris traduxit in vſum
Jnter mille ęgros quos hoſpita publica curant;
Mille vbi morborum ſpecies, & corpora mille
Contemplans, mox in tantum proceſſit honorem
Artis, vt in caſtris primum, tum Regis in aula
HENRICI, Regumq́ aliorum pone ſequentum
Ordine perpetuo Chirurgus Regius vſque
Tertii ad HENRICI primum peruenerit annum;
Egregiam præſtans operam vel pace, vel armis,
Multa manu Medica tractans, ſcribens quoq; multa
Jpſe manu ſuper arte ſua; Quæ cuncta volumen
Nuper in hoc congeſta, ſuisq́ ornata figuris
Pluſquam quingentis, quibus ars expreſſa ſecandi,
Artis & inſtrumenta, nouis & corpora formis
Prodigioſa, ſuo ſumtu magno atque labore,
Edidit in vulgus pius acta ætate colonus;
Qui non contentus præſens prodeſſe per æuum,
Jam ſenior varias diſponit in ordine plantas,
Vnde legant varij gratiſſima poma nepotes.

CATA-

Digitized by Google

CATALOGVS OPERVM AMBROSII PARÆI REGIS PRIMARII CHIRVRGI, QVÆ LATINITATE

Donata Iacobi Guillemeau labore & diligentia in lucem exierunt.

Introductio, ſeu via ad Chirurgiam compendiaria.

I. De Animantibus & Hominis præſtantia.

II. De Humani corporis Anatome.

III De partibus vitalibus Thorace contentis.

IV De partibus animalibus in Capite poſitis.

V De Muſculis, & Oſſibus, aliiſque corporis extremis partibus. 138

VI De Tumoribus contra naturam in genere.

VII De Tumoribus contra naturam particularibus.

VIII De Vulneribus in genere.

IX De Recentibus & cruentis ſingularum partium vulneribus.

X De Vulneribus, ſelopo, aliiſque igniariis machinis, & Telorum omni genere illiſis.

XI De Contuſionibus & Gangrænis.

XII De Vlceribus, Fiſtulis, & Hæmorrhoidibus.

XIII De Faſciis.

XIV De Fracturis.

XV De Luxationibus.

XVI De pleriſque partium præter naturam affectionibus, quarum curatio manu fere perficitur.

XVII De Arthritide.

XVIII De Lue Venerea, & his quæ per eam contingunt ſymptomatis.

XIX De Infantium variolis, ſeu Morbillis, Ecthymatibus nempe, & Exanthematibus: Itemque de Vermibus, & Elephantiaſi.

XX De Venenis, Deq; rabioſorum Canum & Venenatorum animantiũ morſu ac punctura.

XXI De Peſte.

XXII De eorum, quæ natura, ſeu ex euentu deſunt reparandorum artibus.

XXIII De Hominis generatione.

XXIV De Monſtris & Prodigiis.

XXV De ſimplicium Medicamentorũ facultatibus, vnaque de eorum compoſitione & vſu.

XXVI De Diſtillationibus.

Tractatus de Renuntiationibus, & cadauerum embammatibus.

Candidus imperti meliora: vel utere noſtris.
Carpere vel noli noſtra, vel ede tua.

A

INTRODVCTIO, SEV VIA AD CHIRVRGIAM

B COMPENDIARIA, AMBROSIO PAREO CHIRVRGO REGIS PRIMARIO, AVTHORE.

A VIRO DOCTO PLERISQVE LOCIS REcognita, & latinitate donata, Iacobi Guillemeau, Regij, & Pariſienſis Chirurgi labore & diligentia.

Quid ſit Chirurgia. CAP. I.

C CHIRVRGIA eſt *ars, quæ viam docet cum ratione, qua manus opera morbos, qui nobis humanitus contingunt curare, præcauere & mitigare poſſimus.* Aliis viſum eſt aliter deſcribere: *Medicinæ ſcilicet partem eſſe, quæ morborum curationem ſola manuum induſtria aggrediatur: nempe reſcindendo, vrendo, ſerra diuidendo, fracta vniendo, luxata reſtituendo, & alia,* quæ mox dicentur *opera faciendo.* Ita enim definitionum medicarum authori Chirurgia definitur: *Intrepidarum manuum celer motus cum experientia:* vel, *actio in medicina per manus artificioſa, conuenientis finis compos.* Non eſt tamen, quod quis ſe res illas pro dignitate conſequi poſſe ſperet, ſine duarum, quæ reſtant, medicinæ partium adminiculo; Diætetices, inquam, & Pharmaceutices, atque varia propriorum remediorum quaſi inclinatione, pro cauſarum, morborum, ſymptomatum, & ſimilium circumſtantiarum conditione, quas rerum, vt vocant, naturalium, non naturalium, & præter naturam complexu, ſuo deſcribemus ordine. Quod ſi qui inſtent, multos reperiri, qui Chirurgica tractent opera, abſque vlla rerum eiuſmodi notitia, quibus tamen deſperatorum morborum cura fœliciter ſuccedat, hoc à me reſponſum ferant: talia potius caſu contingere, quam artis induſtria, parumque cautos eſſe, qui ſe illis committunt. Fœlicem enim vnum aliquem, quem ſors dederit, iactum, mille poſtea errorum diſpendio diffamare, vt in Empiricos *multis methodi locis* tactat Galenus. Quoniam ergo ſtatutum à nobis eſt,

D Chirurgiam ſolertem eſſe manuum operationem, Diætetices & Pharmaceutices præſidiis fultam, dicendum nunc eſt, quæ & quales ſint eiuſmodi operationes.

Definitio chirurgię.

Quę chirurgo neceſſaria.

De Chirurgicis operationibus. CAP. II.

CHIRVRGO quinque omnino ex officio incumbunt: ſuperflua demere, ſuo, quæ exciderant loco, reponere, continua diſtrahere, diſtracta continuare, quod naturæ deeſt, ſupplere. Horum notitiam longe facilius & fœlicius longo vſu & multo exercitio conſequeris, quam iugi librorum lectione, aut aſſidua doctorum auditione. Non enim oratio, quantumuis illa perſpicua ſit & elegans, tam poteſt quicquam ad viuum exprimere, quam quod eſt oculis digitiſque fidelibus ſubiectum.

Chirurgi natura.

Experientia, quam ars, chirurgo magis neceſſaria.

Demendi ſuperflui exempla habemus in amputatione digiti, ſi cuipiam ſextus adnaſcatur, aliudve membrum monſtroſum ſuccreſcat: in exciſione membri putridi intus corrupti: in fœtus mortui, ſecundarum, molæ, ſimiliumque corporum ab vtero muliebri extractione: Tumorum omnium, vt glan-

E giorum, verrucarum, polyporum, cancrorum: & huius conditionis hyperſarcoſeon complanatione: globulorum ſclopo eliſorum, ſquamarum nexilium, ſpiculorum, arundinum, teſtarum, ariſtarum, ſpinarum, ſurculorum, omniſque generis veteramentorum, in quacunque corporis parte ſeſe dederint, auulſione. Sed & ſuperflua demit, qui ciliorum pilos ſua in oculum conuerſione moleſtos vellit; qui vnguem corneæ partem totamque adnatam occupantem, exſcindit: qui ſuppurata ad exporatum promouet: qui calculos, quocunque corporis locorum concreuerint, eliminat: qui dentem carioſum vel alioqui officientem, vnguemve in carnem ſe defigentem eximit: qui laxiorem vel vuam vel palpebram ſectione minuit: qui catari hactam decutit: qui recens editis puerulis vmbilicum præputiumve, qui mulieribus pterygomata, aut nymphas prominentiores reſecat.

Demendi ſuperflui exempla.

Suo, quæ exciderint loco, reponendi exempla extant in luxatis oſſibus reſtituendis: in inteſtinorum

Reponendorum exempla.

CATALOGVS OPERVM AMBROSII PARÆI REGIS PRIMARII CHIRVRGI, QVÆ LATINITATE

Donata Iacobi Guillemeau labore & diligentia in lucem exierunt.

Introductio, ſeu via ad Chirurgiam compendiaria.

I. De Animantibus & Hominis præſtantia.

II. De Humani corporis Anatome.

III De partibus vitalibus Thorace contentis.

IV De partibus animalibus in Capite poſitis.

V De Muſculis, & Oſſibus, aliiſque corporis extremis partibus. 138

VI De Tumoribus contra naturam in genere.

VII De Tumoribus contra naturam particularibus.

VIII De Vulneribus in genere.

IX De Recentibus & cruentis ſingularum partium vulneribus.

X De Vulneribus, ſclopo, aliiſque igniariis machinis, & Telorum omni genere illiſis.

XI De Contuſionibus & Gangrænis.

XII De Vlceribus, Fiſtulis, & Hæmorrhoidibus.

XIII De Faſciis.

XIV De Fracturis.

XV De Luxationibus.

XVI De pleriſque partium præter naturam affectionibus, quarum curatio manu fere perficitur.

XVII De Arthritide.

XVIII De Lue Venerea, & his quæ per eam contingunt ſymptomatis.

XIX De Infantium variolis, ſeu Morbillis, Ecthymatibus nempe, & Exanthematibus: Itemque de Vermibus, & Elephantiaſi.

XX De Venenis, Deq; rabioſorum Canum & Venenatorum animantiũ morſu ac puncturis.

XXI De Peſte.

XXII De eorum, quæ natura, ſeu ex euentu deſunt reparandorum artibus.

XXIII De Hominis generatione.

XXIV De Monſtris & Prodigiis.

XXV De ſimplicium Medicamentorũ facultatibus, vnaque de eorum compoſitione & vſu.

XXVI De Diſtillationibus.

Tractatus de Renuntiationibus, & cadauerum embammatibus.

Candidus imperti meliora: vel vtere noſtris.
Carpere vel noli noſtra, vel ede tua.

A

INTRODVCTIO, SEV VIA AD CHIRVRGIAM

B

COMPENDIARIA, AMBROSIO PAREO CHIRVRGO REGIS PRIMARIO, AVTHORE.

A VIRO DOCTO PLERISQVE LOCIS REcognita, & latinitate donata, Iacobi Guillemeau, Regij, & Parisienſis Chirurgi labore & diligentia.

Quid ſit Chirurgia. CAP. I.

C CHIRVRGIA eſt *ars, qua viam docet cum ratione, qua manus opera morbos, qui nobis humanitus contingunt curare, præcauere & mitigare poßimus.* Alijs viſum eſt aliter deſcribere: *Me luina* ſcilicet *partem eſſe, quæ morborum curationem ſola manuum induſtria aggrediatur: nempe reſcindendo, vrendo, ſerra diuidendo, fracta vniendo, luxata reſtituendo, & alia,* quæ mox dicentur *opera faciendo.* Ita enim definitionum medicarum authori Chirurgia definitur: *Intrepidarum manuum celer motus cum experientia:* vel, *actio in medicina per manus artificioſa, conuenienti n finn compos.* Non eſt tamen, quod quis ſe res illas pro dignitate conſequi poſſe ſperet, ſine duarum, quæ reſtant, medicinæ partium adminiculo; Diætetices, inquam, & Pharmaceutices, atque varia propriorum remediorum quaſi inclinatione, pro cauſarum, morborum, ſymptomatum, & ſimilium circumſtantiarum conditione, quas rerum, vt vocant, naturalium, non naturalium, & præter naturā complexu, ſuo deſcribemus ordine. Quod ſi qui inſtent, multos reperiri, qui Chirurgica tractent opera, abſque vlla rerum eiuſmodi notitia, quibus tamen deſperatorum morborum cura fœliciter ſuccedat, hoc à me reſponſum ferant: talia potius caſu contingere, quam artis induſtriā, parumque cautos eſſe, qui ſe illis committunt. Fœlicem enim vnum aliquem, quem ſors dederit, iactum, mille poſtea errorum diſpendio diffamare, vt in Empiricos *multis methodi locis* iactat Galenus. Quoniam ergo ſtatutum à nobis eſt,

D Chirurgiam ſolertem eſſe manuum operationem, Diætetices & Pharmaceutices præſidijs fultam, dicendum nunc eſt, quæ & quales ſint eiuſmodi operationes.

Definitio chirurgia.

Quæ chirurgo neceſſaria.

De Chirurgicis operationibus. CAP. II.

CHIRVRGO quinque omnino ex officio incumbunt: ſuperflua demere, ſuo, quæ exciderant loco, reponere, continua diſtrahere, diſtracta continuare, quod naturæ deeſt, ſupplere. Horum notitiam longe facilius & fœlicius longo vſu & multo exercitio conſequeris, quam iugi librorum lectione, aut aſſidua doctorum auditione. Non enim oratio, quantumuis illa perſpicua ſit & elegans, tam poteſt quicquam ad viuum exprimere, quam quod eſt oculis digitisque fidelibus ſubiectum.

Chirurgi natura.

Experientia, quam ars, chirurgo magis neceſſaria.

Demendi ſuperflui exempla habemus in amputatione digiti, ſi cuipiam ſextus adnaſcatur, aliudve membrum monſtroſum ſuccreſcat: in exciſione membri putridi intus corrupti: in fœtus mortui, ſecundarum, molæ, ſimiliumque corporum ab vtero muliebri extractione: Tumorum omnium, vt glan-

E giorum, verrucarum, polyporum, cancrorum: & huius conditionis hyperſarcoſeon complanatione: globulorum ſclopo eliſorum, ſquamarum nexilium, ſpiculorum, arundinum, teſtarum, ariſtarum, ſpinarum, ſurculorum, omnisque generis veteramentorum, in quacunque corporis parte ſeſe dederint, auulſione. Sed & ſuperflua demit, qui ciliorum pilos ſua in oculum conuerſione moleſtos vellit; qui vnguem corneæ partem totamque adnatam occupantem, exſcindit: qui ſuppurata ad expuratum promouet: qui calculos, quocunque corporis locorum concreuerint, eliminat: qui dentem carioſum vel alioqui officientem, vnguemve in carnem ſe defigentem eximit: qui laxiorem vel vuam vel palpebram ſectione minuit: qui catarrhactam decutit: qui recens editis puerulis vmbilicum præputiumve, qui mulieribus pterygomata, aut nymphas prominentiores reſecat.

Demendi ſuperflui exempla.

Suo, quæ exciderint loco, reponendi exempla extant in luxatis oſſibus reſtituendis: in inteſtinorum

Reponendorum exempla.

& omenti in ſcrotum, aut extra vmbilicum aluumue accepta plaga prouolutorum, in vteri delapſi, A ani, craſſiue inteſtini, aot oculi ab orbita prominentis repoſitione.

Continuata diſtrahendi exempla.

At continuata diſtrahendi exempla petere licet ex cohærentibus inter ſe, ſeu caſu aliquo, vt vſtione, ſeu formatricis imbecillitate, digitis: ex membranæ hymen dictæ, aut cuiuſuis alterius, quæ vteri collum obſederit, diductione: ex ligamenti linguæ, quod pueris papillarum complexum ac loquelam intercipit, einſue, quod glandem præputio denudari prohibet, diſſectione: ex venæ varicoſæ ac ſemiſecti nerui tendini conuulſifici diuiſione: ex membranæ auditorium meatum, nares, os, anumve obſtruentis: ex contumacis ciliorum adhæſus diuulſione. Huc refer omnia, quæ cauſticis, ſerra, terebra, phlebotomo, cucurbitulis, ſcalpello, hirudinibus, ſeu vacuationis, ſeu deriuationis, ſeu reuulſionis ergo fiunt opera.

Diſtracta adducendi in vnum exempla.

Diſtracta vero in vnum adducit Chirurgus, qui ſutura, qui duplicato panno, qui faſcia, qui quiete, & debita partis collocatione vulnera agglutinat: qui fracta reparat: qui luxata ſuis ſedibus reddit: qui ſanguinis currentis impetum iniectis vaſi vinculis remoratur: qui fiſſa labra & vulgo leporina dicta cicatrice complet: qui vlcerum, qui fiſtularum ſinus ad æqualitatem reuocat. B

Supplendi quæ deficiūt exempla.

Sed quæ, ceu primis ab incunabulis, ceu poſtea ex euentu deſunt, quantum ars & natura patiuntur, ille reparat, qui auriculam, qui oculum, qui naſum, qui vnum aut plures dentes ſupponit, qui exeſi ex lue venerea palati lacunas. lamina aurea vel argentea aut penicillo replet: qui deſectam linguæ portionem oppoſita appendice ſupplet: qui manum, qui brachium, qui tibiam artificio vinculiſque adnectit: qui thoracem multo filo compunctum, vel ferreis laminis inſtructum, corpori, quo iunceum reddatur, circumponit: qui calceum iuſto ſubere auctiorem, ac calceolum lineum loris ad cingulum remoctum claudo, vt rectus incedat, aſſuit. Has omnes operationes fuſe hoc opere perſequemur.

Chirurgica ſine dolore perfici non poſſe.

Cæterum in his manu perficiendis etſi committere non poſſimus quin dolorem inferamus; (Quis enim brachium tibiamve reſcindere, veſicæ ceruicem diuidere ac dilaniare, commota ſuis alueolis oſſa reſtituere, abſceſſibus exitum aperire, fibulas oris vulnerum iniicere, cauteria admouere, partum emortuum excutere, & alia eiuſmodi patrare citra dolorem queat?) Sæpius tamen res eo redit, vt niſi aduocata manu medica, vel mors obeunda ſit, vel reliqua, quæ ſupereſt vita, in perpetuis miſeriis exigenda. C Quis igitur Chirurgus iure hoc nomine abhorreat, aut crudelitatis inſimulet? aut illos tam miſeris modis exceptos cupiat, quam olim Romani Archagatum: quem in primis ciuitate donatum, mox vero, quod paulo triſtius vreret, ſecaret, & reliqua ſtrenui Chirurgi opera faceret, domo in campum Martium abſtractum lapidibus obruerunt, quemadmodum à Sexto Cheroneo Plutarchi ex filia nepote literis proditum legimus. Dirum profecto ingratitudinis genus, hominem in artis neceſſariæ operibus intentum, tam crudeliter trucidaſſe. Sed nec facinus Senatus probare potuit: itaque vt id, quibus poterat, expiaret ipſi ſtatuam auream Æſculapii in templo ad perpetuam memoriam poni ac dedicari curauit. Quod ad me attinet, mihi mirum in modum placet Celſi ſententia, Chirurgum eſſe debere manu ſtrenua, ſtabili, nec vnquam intremiſcente, animo intrepidum, immiſericordem: ſic vt ſanari velit eum, quem accipit: non vt clamore eius motus, vel magis, quam res deſiderat, properet: vel minus quam neceſſe eſt ſecet: ſed qui periode faciat omnia, ac ſi nullus ex vagitibus affectus oriatur: vani iudiciorum vulgi, Chirurgis per inſcitiam obtrectandis, ſecurum.

Archagatus Chirurgus.

In præfat. lib. 7. Chirurgi dotes.

De rebus naturalibus. CAP. III.

D

Agendorum vnde petantur indicationes. Quæ dicantur res naturales. Res non naturales ad quam medicinæ partem pertineant. Ad quam res præter naturam.

PRædicta opera vt rite & ex arte exequi Chirurgus poſſit, debet ſibi certas agendorum indicationes ob oculos ponere: Empiricus alias futurus, quem ars nulla, certa ratio nulla, ſed cæca tantum fortunæ temeritas ad audendum & agendum impellit. Petontur autem agendorum illæ indicationes ex rebus, vt loquuntur, naturalibus, non naturalibus, & præter naturam, harumque adiunctis, vt præclare eſt à maioribus perſpicaci ingenio viris traditum. Quare omnem artis huius noſtræ ſpeculationem, illo rerum ordine perſequemur. Inprimis igitur res naturales id nominis ſortitæ ſunt, quod inſinuent contineantque corporis humani naturam, quæ tota pendet ex miſtione & temperie quatuor primorum corporum, vt eſt ab Hippocr. demonſtratum *lib. de natura humana*: quare ipſarum contemplatio ad eam medicinæ partem ſpectat, quæ phyſiologice dicitur: vt rerum non naturalium examen ad diæreticem, quod rerum huiuſmodi vſu ſanitatem retinere & tueri conetur: At rerum præter naturam perſpicientiam Therapeutice ſeu morborum, omniumque præter naturam affectuum curatrix ſibi vendicat. Iam vero res naturales ad ſeptem capita reuocantur: præter quæ in eum etiam cenſum veniunt ipſarum, quę vocant, annexa: E

Summa illa ſeptem rerum naturalium capita ſunt,	*Elementa. Temperamenta. Humores. Partes ſeu membra. Facultates. Actiones. Spiritus.*	*His vero adiuncta & cognata ſunt.*	*Ætas. Sexus. Color. Commoderatio. Tempus ſeu Tempeſtas. Regio. Vita inſtitutum.*

A

De Elementis. Cap. IV.

Elementum vulgo recepta apud Medicos definitione, eſt *minima, & ſimpliciſsima eius rei, quam conſtituit, portio*: ſeu, quo ſit hæc clarior oratio. Elementa vocantur *quatuor prima & ſimplicia corpora: ignis, aer, aqua & terra: quæ rebus omnibus, quas cœleſtis regio ſuo cingit ambitu, promiſcue gignendis, ſeu perfecte mixta illa intelligantur, ſeu imperfecte, ſeſe tanquam materiam accommodant & ſubiiciunt.* Eiuſmodi elementa ſola mente fas eſt concipere: cum nullo eorum, qui foris patent, ſenſuum illa tractare in pura & abſoluta natura ſua ſit datum. Quæ cauſa Hippocratem impulit, vt illa non ſubſtantiarum, ſed qualitatum primarum nominibus exprimeret: Calidum dicens, frigidum, humidum & ſiccum: quod eiuſmodi qualitatum altera ſuo cuique elemento inſit tanquam propria & eſſentialis forma, ſecundum exceſſum non latitudinis modo, ſed & agendi virtutis: cui comes altera accedit, ſimplex illa quidem adeoque ſumma, ſed quæ tamen ſummum ſui generis gradum non impleat, vt ex Galeni *lib. 1. de Elementis*, eſt intelligere. Sic enim in aere, verbi gratia, duas notamus qualitates, calorem & humiditatem, ſummas ambo & nullius contrariæ qualitatis admixtione, remiſſas: alioqui ſimplices non ſint. Quid igitur obſtat, inquies, quo minus caloris effectus ſummi ſe prodant æque in aere, atque in igne? quia, vt prædictum à nobis eſt, & ſi calor aeri inſit ſummus penes naturam ſuam, latitudinem & gradum, haud aliter, quam igni, non tamen ſecundum vim agendi ſummus ineſt: Ratio eſt, quod calefaciendi illa in aere vis impeditur, & velut vincta tardatur comitis & tanquam additæ qualitatis conſortio, humiditatis ſcilicet, quæ vim caloris hebetat, vt eandem contra ſiccitas acuit. Sunt ergo elementa his qualitatibus inſtructa:

Quid elementum.

Elementa ratione, non ſenſu intelligi.

Cur hiſce elementum qualitatum nominibus expreſſerit.

Duas qualitates ſummas eſſe in ſingulis elementis.

Cur aer haud impenſe vt ignis calefaciat.

B

Nomina ſubſtantiarum.		*Eſt*		*Nomina qualitatum.*
	Ignis		*Calidus & ſiccus*	
	Aer		*Humidus & calidus*	
	Aqua		*Frigida & humida*	
	Terra		*Sicca & frigida*	

Retinent vero quatuor elementa in corporum naturalium compoſitione eaſdem illas qualitates, quas ante habebant, niſi quod mixtione ipſa, & contrariarum concurſu temperatæ ſunt ac refractæ. Sunt autem ipſa elementa, ſic mutuo tota per tota confuſa, nihil vt ſimplex notari poſſit: non magis, quam in maſſa emplaſtri diachalciteos ipſam per ſe axungiam, oleum, lytargirum, chalciridem demonſtraueris: adeo ſunt caloris omnia per omnia miſcentis vi minima minimis, & tota totis apta & tranſfuſa. Hanc quatuor ſubſtantiarum elementarium in vnum compoſitum, mixtionis nexu factam concretionem, ex ipſarum diſſolutione in ſuccenſa viridium lignorum ſtrue cognoueris. Flamma enim ignem, fumus aerem, qui per extrema reſudat humor aquam, cinis terram nobis adumbrant: hoc familiari ac ſenſibus peruio exemplo facile concipias, quid reſolutio ſit, ad quam ſequitur compoſitæ ſubſtantiæ interitus: quid contra miſtilium primorum corporum in vnum coagmentatio eiuſmodi, vt nuſquam ſincerum quid habeatur miſtionis expers. Nam ſi calor, qui in igne prædominans, elucet ſummis ſuis viribus in miſto permaneret ſuo ille perniciali contactu omnia abſumeret: par eſt frigiditatis, par humiditatis & ſiccitatis ratio: quanquam ex his qualitatibus duæ actiuarum titulo inſignitæ circumferantur, calor nempe & frigus, quod ſuis ſint viribus efficaciores: duæ paſſiuarum reliquæ, quod inita ad ſuperiores comparatione, ignauiores cernantur & tardiores. Ex harum ſubſtantiarum, qualitatumque elementarium miſtione conſurgunt corporum omnium ſublunarium temperamenta: quæ cura cauſaque præſertim exſuſcitauit animos noſtros ad elementorum hanc delibandam notitiam. At vero vires effectusque qualitatum elementarium altiori relinquo contemplationi perſequendas: id contentus adnotaſſe ex primis illis qualitatibus, hoc nomine donatis, quod primis quatuor corporibus primario & è natura inſint, alias emergere, ac tanquam defluere, quas inde ſecundas nominant: euiuſmodi è multis ſunt grauitas & leuitas, per quatuor elemẽta varie diſtributę, prout illa caloris, aut frigoris, humiditatis aut ſiccitatis dominio tenentur inſignius. Ex elementis n. duo leuia dicuntur, quod ſurſum viã affectent: reliqua duo grauia, quod ſuo põdere deorſum ferantur. Sic ignẽ leuiſſimum, quod ſupremo inferioris mundi loco emineat, illi citimum aerem, leuem: aeri vero ſubiectam aquam, grauem; at terram in centro defixam omnium grauiſſimam intelligimus. Hinc eſt, quod corpora, parteſque in corporibus leues, plurimum habeant elementorum leuium: graues contra plurimum grauium. Hæc eſt orbis huius caduci, quæ ſola mente cernuntur elementorum, paucis deſcripta ratio, ad quam placet & aliam ex primorum admiſtionem concurſu velut profluentium elementorum diſtinctionem adiungere: alia enim inſuper generationis, alia humani corporis elementa circumferuntur. Quæ certe vt ſunt corporata magis, ſic etiam ſenſuum fide magis innoteſcunt. Qua mente motus Hipp. *lib. de natura humana*, poſt deſcriptam calidi, frigidi, humidi & ſicci naturam, compoſitionis ordine ad horum notitiam aggreditur. Sunt ergo generationis noſtræ, adeoque animalium omnium ſanguineorum elementa ſemen & ſanguis menſtruus. Corporis vero noſtri elementa ſunt partes ſolidæ ac ſimilares, ex illis elementis generationis conflatæ. Huius generis ſunt oſſa, membranæ, ligamenta, venæ, arteriæ, aliæque complures oculis manifeſtæ quas fuſe in anatomica commentatione deſcribemus.

Quo elementa in compoſitis mixtis intelligantur.

C

Cur ex qualitatibus primis, duæ actiuæ & duæ paſſiuæ.

Qualitates primæ cur ita dicantur.

D

Secũdæ quæ dicantur qualitates.

Quæ leuia & grauia elementa.

Quæ ſint generationis elementa.

Quæ corporis miſtorum elementa.

E

Digitized by Google

De Temperamentis. Cap. V.

Quid temperamentum.

TEmperamentum definitur *calidi, frigidi, humidi & ſicci miſtio proportionata*: vel, eſt *diſcordium primarum qualitatum concordia.* Emergit autem harmonia illa ex quatuor primorum mundi corporum miſtione. Hæc ſeu craſis ſeu concordia plantis, brutiſque item animantibus pro vitæ principio adeoque anima ipſa & forma data eſt. Sed vt plantæ brutis animantibus inferiori ſunt ordine, & dignitatis gradu, ſic eadem illa in ipſis anima ignobilior ac minus efficax cernitur, vegetatricis enim ſolo munere in illis fungitur, quo ſcilicet alimentarium ſuccum è terra tanquam è materno vbere ſuſtrahant, vt ſe, vitamq; ſuam tueantur: quo incrementa definitis limitibus capeſſant: quo denique ad propriæ ſpeciei perennitatem ſimile ſibi procreent. Brutorum vero anima ad tria illa munera illud inſuper ſentiendi munus adiungit, quo tanquam interno cognitionis principio, quæ ſibi nocitura ſunt, fugiunt, profutura autem proſequuntur atque pro libidinis imperio in omnem partem ex ſeſe vbique locorum commouentur: At hominis anima, cæteris longe perfectior & nobilior, minime ea terrena illa elementorum miſtione & temperie exurgens multo diuiniorem agnoſcit, habetque originem, vt poſtea docebimus. B

Anima quæ data ſit plantis functiones: Quæ in brutis. Anima humana vnde extrinſecus.

Temperamentorum multiplex diuiſio.

Temperamentum prima diuiſione in duas ſpecies partiuntur: vt ſit aliud temperatum, aliud intemperatum temperamentum. Intemperatum duorum eſt generum. Eſt enim intemperies omnino duplex: vna vitioſa penitus, quæ mediocritatis limites omnino exceſſit: Altera, quæ à temperiæ quidem mediocritate deuiauit nonnihil ſed tamen ſanitatis adhuc terminis continetur: quæ ſcilicet non ita euidentem actionibus noxam infert, ſed tantum quo minus belle fiant & ad amuſſim exactæ temperiei eſt impedimento. At vitioſa functiones corrumpit peruertitque tribus modis: ipſas vel debilitando, vel deprauando, vel abolendo. Sic enim ſtupor motus celeritatem minuit tardatque: conuulſio deprauat: paralyſis abolet, adimitque. Sed & temperatum temperamentum diuiſionem pariter in duas ſpecies ſortitur. Tale enim eſt vel ad pondus, vel ad iuſtitiam. Temperamentum ad pondus dicitur, quod ex paribus exacte concurrentium qualitatum viribus conflatum coaluit, ac tanquam in æquilibrio ſitum, neque in hanc, neque in illam partem propendet. Huius temperamenti exemplum elucere puto in cute, interiore præſertim, extremorum digitorum hominis ad iuſtitiam temperati. Tactus enim cum illic reſideat exquiſitiſſimus, procul eſſe debent ab omni contrarietatis exceſſu: alioqui caloris aut frigoris, humiditatis aut ſiccitatis conſuetudine temerata, intemeratum de tactilibus illis qualitatibus iudicium ferre nequeat. In quam rem natura, fabrica ac coagmentatione partium, ex quibus cutis conſurgit pulchre ipſi conſuluit. Eſt enim carne calida & humida, adeoque molli & tendone neruoque frigido & ſicco, atque adeo duro æqua lance non modo aptis & appoſitis, ſed & penitus confuſis, conflata, quo fit, vt ab omnibus oppoſitionis extremis ſemota in medio tanquam iudex & regula internoſcendorum, qui in tactum cadunt, exceſſuum ſit collocata. Sic oculum futurum viſus inſtrumentum, oportuit nullo certo colore infectum eſſe, quo in colorum cenſura minus hallucinaretur. Sic auditum nullo diſtincto ſono decuit eſſe circumfuſum, quo eſſet auriū de ſonis paribus diſparibuſq;, nec rata proportione diſtinctis certius iudicium, nec linguam pariter æquum fuit vllo eſſe ſapore delibatam, ne ſaporis perfuſio ipſi in tot ſaporum diſcriminibus internoſcendis imponeret. Temperamentum vero ad iuſtitiam temperatum definitur, quod etſi ab exacta illa & ſeuera miſtarum qualitatum parilitate nonnihil abſit, eam tamen eſt adeptum æquabilitatem, quæ functionibus omnibus, ad quas natura ſua dicitur apte, decore, & integre perficiendis, plene, & abunde ſufficiat, itaq; nec aliunde ipſam, quam ex actionum integritate expendere licet. Hinc enim & id nomen traxit, quod quemadmodum iuſtitia diſtributiua cuique pro meritis præmia & pœnas æqualiter irrogat: ſic natura ſingularum corporis partium ratione habita, omnibus eam temperiem attribuit, quæ muniis, ad quæ comparatę ſunt, exequendis ſatis eſſet. Sumamus in exemplum os. Nemini dubium eſt, quin id, & vt reliquæ ſimilares corporis partes, ex quatuor elementorum miſtione coaluerit: ſed tamen cum natura eius vſum expenderet, deſtinaretque fulciendo reliquo corpori, plus terreni ſiccique elementi ipſi affuſum eſſe voluit, quo firmius eſſet, atque aduerſum pondera ſtabilius. Ligamentorum vero cum eſſet ad alia munera comparatum, minus oſſe, plus tamen carne terrenæ illius ſiccitatis obtinuit, omnino ad naturam ſuam accommodatæ. Sic naturæ viſum eſt æquabili elementorum qualitatumque non quidem portione, ſed proportione partes corporis omnes inſignire: Id nos temperamentum ad iuſtitiam appellamus: ineſſeque plantis, brutis, corporibusque omnibus natura conſtantibus dicimus, cum eam temperiem ac mediocritatem ſunt ſortita, quæ ſuæ naturæ conueniat. Ad id vero comparatione facta, octo exurgunt temperamentorum intemperatorum genera, nempe. C D

Temperamentum ad pondus.

Manus cur exquiſita & ad pondus temperata.

Temperamentum ad iuſtitiam.

Oſſa quo ſint temperamento donata.

Quatuor ſimplicia.
- *Calidum / frigidum* — *In ſiccitate & humiditate* — *Temperata.*
- *Humidū / ſiccum.* — *In calore & frigore.* — *Temperata.*

Quatuor compoſita.
- *Calidum & humidum*
- *Calidum & ſiccum*
- *Frigidum & humidum*
- *Frigidum & ſiccum.*

Sunt vero temperamenta illa, vel corporis totius, vel partis alicuius:

Eiuſque vel

A

Eiuſque vel
- *Principis*
  - *Cerebri*
  - *Cordis*
  - *Hepatis*
  - *Teſtium.*
- *Cæterarum è multis partium, quæ nullum in corpore principatum obtinent.*

Eiuſmodi rurſum temperamenta vel ſalubria ſunt, quæ inculpatis actionibus edendis ſufficiunt: vel inſalubria, quæ manifeſtam iiſdem noxam inferunt, horum ſigna à Galeno deſcripta leguntur. Eſtque animaduertendum, quod cum corpus partemve aliquam calidam dicimus, calidiorem intelligimus, quam temperatæ ad iuſtitiam eiuſdem ſpeciei conueniat; vt cum hominem calido pronunciamus hepate, calidius illi eſſe hepar ſignificamus, quam homini eſſe debeat ad iuſtitiam temperato: ad hanc enim temperiem, reliquæ omnes, ſeu corporis totius, ſeu partis alicuius ſunt reuocandæ: in eademque tanquam in ſcopum in morborum curationibus eſt intuendum, quod ſimilium vſu ſit, quantum fieri poteſt, conſeruanda. Quia igitur perquam neceſſarium eſt perſpectam habere temperamentorum diſtinctionem, breuiter hoc loco viſum eſt exequi partium corporis, ætatum, anni temporum, humorum,

Lib. 2. de temper. & in arte medica.

B & medicamentorum temperamenta. Partium ergo corporis noſtri temperamenta non modo tactus, hominiſque ad iuſtitiam temperati manus iudicio (Cui ſæpe imponit calor fluens, qui à corde in vniuerſum corpus effuſus caloris ſpeciem quandam omnibus infert,) Sed etiam rationis, compoſitionis, ſubſtantiæque ipſarum regula, ſunt eiuſmodi.

Quæ ſint partium corporis humani temperamenta.

Os ſicciſſimum eſt & frigidiſſimum.
Minus hoc cartilago.
Ligamentum minus cartilagine.

Tendo frigidior, ſicciorque eſt tanto membrana, quanto hæc eadem temperie venam vincit & arteriam. Hinc ſequuntur nerui duriores. Molles enim medium ſicci humidique obtinent, vt & cutis: quanquam omnes & molles, & duri frigido ſunt temperamento. Omnes ergo hæ partes propria natura, & ſua frigidæ ſunt & exangues: quanquam venæ & arteriæ contenti ſanguinis calore incaleſcant, qui tamen & calorem illum à corde mutuatur: Parte nempe omnium calidiſſima & molliore, quam ſit cutis.

C A corde in calidatum partium ordine ſequitur hepar, cute ipſa longe mollius: Nam ſi ex Galeni ſententia, cor paulo minus durum eſt, quam cutis, & id inſuper longe durius eſt hepate, vt patet tactu indice, neceſſe eſt, hepar multò mollitie cutem ſuperare. Cutem intelligo ſimplicem & à ſubiecta carne cui tenaciſſime adhæret, abſtractam. Caro humidior, calidiorque eſt cute, ob affuſum ſanguinem. Spinalis medulla cute frigidior, humidiorque exiſtit: Sed illam humiditate tanto vincit cerebrum, quanto à pinguedine ſuperatur. Pulmones pinguedine minus ſunt humidi, parque eſt Splenis & Renum ratio: Et tamen omnes cute humidiores cernuntur. Per ætatum excurſus temperamenta tum totius corporis, tum ſingularium eius partium inſignes ſubeunt mutationes: oſſa enim ſenibus, quam pueris longe duriora exiſtunt, quod vita noſtra ſit quaſi progreſſus quidam ad ſiccitatem, quæ vbi ſumma corpori aduenerit, mortis adfert conſecutionem. Quare de ætatum temperamentis nobis hoc loco agendum eſt, ſi prius quid ætas ſit definiuerimus. Ætas igitur vitæ id *ſpatium* definitur, *quo corporis conſtitutio ex ſeſe & ſua ſponte euidentes ſubit mutationes.* huiuſmodi ætates totius vitæ curſus quatuor obtinet. Prima pueritia eſt quæ à primo in hanc lucem ingreſſu vſque ad decimumoctauum annum producta, temperiem obtinet calidam & humidam, quod vitæ principiis, ſemini & ſanguini, calidis humidiſque proxima exiſtat.

Ad finem lib. de temper.

A Ætatum temperamenta.

Quid ætas.

D Hanc ſequitur adoleſcentia, quæ à decimo octauo anno ad vſque viceſimum quintum prorogata, temperata exiſtit atque in medio omnium exceſſuum. Adoleſcentiam excipit iuuentus, virilis ſeu conſtans ætas, quam vltra annum triceſimum quintum prorogari negant. Temperie propria calida eſt & ſicca: quo fit, vt tum acrior ac mordacior ſentiatur calor, qui in pueritia mitis ad tactum apparebat: quod humiditatem natiuam, vitæ ac ſiccitatem progreſſus, multa parte mulctauerit. Hinc ſuccedit ſenectus, in duas omnino partes diuiſa: Prior à trigeſimo quinto ad quadrageſimum nonum annum protenſa, eos complectitur quos ſenes nominamus. Poſterior vero à Galeno in tres velut gradus diuiditur: Primus eorum eſt, qui viribus adhuc integris ciuilia negotia obeunt: quæ certe exequi nequeunt per virium iam labentium infirmitatem, qui in ſecundo ſenectutis gradu ſedent. At qui in poſtremo iacent, extremis vrgentur imbecillitatibus & miſeriis, tam capite, animiſque minuti, quam toto corpore debiles: de quibus iactatum illud. *Bis pueri ſenes:* Qui primo ſtant in ordine ſenes, hilares ſunt & vrbani, hoſque dicimus eſſe cruda viridi ſenectute: Quos vero ſecundus ordo capit, nullius rei, quam menſæ & cubilis tangit amor. At poſtremi ordinis ſenes capulares nempe & ſilicernia nihil niſi feretrum & mortem meditantur:

Senectutis duæ partes. Secunda partis ſenectutis tres gradus.

Senes partibus ſolidis ſicci.

E Frigido ſunt & ſicco partium ſolidarum temperamento, propter eam, quam calor inſitus, longo annorum decurſu molitur humidi primogenii depaſtionem: Quod idem tamen eiuſdem caloris natiui, per febres in igneum conuerſi voraci flamma fere momento contingere poteſt. Quod ſi quis in argumentum ſimilis humiditatis tuſſiculoſos & ſputatores ſenes obiiciat, id illi ego reponam, quod eſt ab antiquo quodam annotatum doctore: nempe teſtaceam lagenam, aqua plenam, multam ex ſe fundere humiditatem: nemo tamen negauerit, terreſtri tale vas ſoliditate ſua ſicciſſimum eſſe: ita plane caloris defectu & excrementorum prouentu humidi ſenes dici poſſunt. Non eſt tamen ſic in anguſtum cogenda ætatum hæc deſcriptio, vt annorum ſpaciis atque interuallis ſit ſemper demetienda, cum multos ſit intueri, qui ſibi ſenium ante ſenectutem accerſentes; ſeniores longe anno ætatis quadrageſimo appareant, quam plerique quinquagenarii. Denique Pythagoras inſignis philoſophus vitam humanam qua-

Senium aliud a ſenectute.

Quatuor ætatum ad quatuor anni tempora comparatio.

tuot ætatum diſcriminibus diuiſit, ipſiusque decurſum quatuor anni temporum tempeſtiuitatibus A
proportione quadam contulit, pueritiam enim veri ſimilem eſſe, in quo ſcilicet omnia floreant & pro-
pter humoris vbertatem adoleſcant. Iuuentutem æſtati, propter virium robur, quo tunc plurimo ho-
mines vigent. Virilem, conſtantemque ætatem autumno, quod tunc per ſuperioris vitæ multa pericula
cuiusque hominum ingenii dotibus tanquam naturæ fructibus accedat tempeſtiuitas, & ſua quædam
maturitas. Senectutem hyemi infrugiferæ, plane tempeſtati atque odioſis, quæ nullorum niſi ante par-
torum & congreſſorum fructuum vſu gelidæ & moleſtæ conditionis ſine tædia leuare & conſolari
queat. Quod vero ad vltimam ſenectutem, quæ ad octogeſimum, aut etiam centeſimum vſque annum
progreditur, attinet, frigida adeo eſt, atque ſicca, vt qui decrepiti illius ſenii metas attingunt, importuni
ſint, aſperi, iurgioſi, difficiles, moroſi, queruli: quouſque tandem ſenſibus omnibus, lingua, pedibus,
mente capti, ac deliri ad infantiam tanquam à calce ad carceres regrediantur. Atque hæc de ætatum
temperamentis.

Anni temporum temperamenta.

Sed & pariter anni temporum temperamenta exponenda ſunt: quæ ſunt omnino quatuor: ver,
æſtas, autumnus, hyems. Ver, cui à Martii fere die duodecima, aut decima tertia, ad medium vſ-
que Maium eſt excurſus, videtur Hippocrates calidum & humidum conſtituiſſe: quæ ſententia non tam B
ex re ipſa manaſſe videtur, quam ex inueterato veterum Philoſophorum errore, qui quatuor ætatum
temperies, ad quatuor anni temporum temperamenta, tanquam proportione reſpondentia adaptare

Qui ver ſit temperatū.

voluerunt. Si enim ad veritatis examen res illa reuocanda eſt, agnoſcent omnes in vere Temperiem, vt
quod in medio plane ſit exceſſuum caloris, frigoris, humiditatis, & ſiccitatis: Non modo per compara-
tionem, quod ſit calidius hyeme, & humidius æſtate, ſed quod eam ex ſeſe & peculiari natura ſortem

Aph. 9. ſect. 3

obtineat. Quare ab Hippocrate pronunciatū eſt, *Ver ſaluberrimum eſſe & minime exitiale*: modo natiuam
ſeruet temperiem, à qua ſi deficiat aut alteri intemperatæ tempeſtati ſuccedat, vt Autumno aut hyemi,

Aphor. 20. ſect. 3.

plurimis morbis ab Hippocrate deſcriptis occaſionem & anſam præbebit: non quod eos efficiat, ſed
quod in intimo corpore latentes, ſuo tempore in lucem proferat. Æſtas quatuor fere menſium ſpacio
definita, calidæ eſt & ſiccæ temperiei, morborum, qui à bile exiſtunt, procreatrix, quod is humor pluri-
mus eo tempore per ſanguinis vere collecti aduſtionem, in corpore cumuletur. Cæterum eiuſmodi

Autumnus inæqualis.

omnes morbi ſua celerrime percurrunt tempora. Autumni initium eſt ab eo tempore, quo Libra Solem
accipit. Par illi cum Vere eſt durationis interuallum. Cum vero ſiccus exiſtat, maximam obtinet caloris
& frigoris inæqualitatem: nam cum matutini & veſpertini dies algioſi exiſtant, meridiani contra æſtuo- C
ſiſſimi ſunt. Quare Autumno plurimi morbi exiſtunt, iique chronici, ſi præſertim ad hyemem vergant,
atque exitiales: quod quotidianæ omnes, & repentinæ ad calorem & frigus permutationes periculoſæ

Qui hyems calorem natiuum augeat.

exiſtant. Quod reliquum ſupereſt anni, hyems occupat: frigida que & humida exiſtens, natiuum calo-
rem auget, appetentiam excitat, & pituitæ prouentum facit. Calorem quidem auctiorem reddit per
antiperiſtaſin, ſeu circumſtantis aeris contrarietatem, qui tum frigidus exiſtens caloris effluuia cohibet:
quo fit, vt impedita diſſipatione intro compulſus calor, iunctis in vnum copiis roboretur. At pituito-
ſum humorem accumulat, quod aucta calore roborato appetentia, homines reddantur voraciores: vn-
de multa cruditas, morborum præſertim chronicorum, hyemali tempeſtate magis, quam alia anni par-
te graſſantium, ampliſſima ſeges. Ad hanc de temporum anni temperamentis diſquiſitionem, reuocan-
da eſt varietas temperamentorum, quæ in ſingulos cadit dies, quæ certe negligenda non eſt, vt ſit ele-

Aphor. 4. ſect. 3.

ctioni locus, cum præſertim nihil vrget. Huc enim illud pertinet Hippocratis, *Quando eadem die modo ca-*

Humorum temperamẽta.

lor, modo frigus ſit, autumnales morbi expectandi ſunt. Hinc itaque ſumpta iudicatio magni eſt ad morborum
iudicia momenti: nam illa ſi morbo congruit, contumacior morbus redditur. Vnde multum ægro Me- D
dicoque exhibetur negotii: at contra ſi reclamat, ægri ſalus ſperabilior exiſtit. Sed nec leuioris eſt pon-

Lib. de nat. hum. ad ſen. 30 ſect. 1

deris, noſſe cultus habitusque locorum & regionum, in quibus verſamur, ſtatus cœli, aeriſque tempe-
ries. Verum has contemplandas Phyſicis relinquemus, vt de humorum temperamentis quid ſit tenen-

Sanguinis temperies.

dum, pronunciemus. Sanguis, vt qui proportione aeri reſpondeat, calidæ humidæque naturæ eſt, vel
potius temperatæ, vt teſtatur Galenus. *Certum* (inquit) *& exploratum eſt, ſanguinem neque calidum, neque*
humidum eſſe, ſed temperatum: atque ita temperatum, vt in eius coagmentatione, quatuor primarum qua-
litatum nulla inſigni exceſſu reliquis antecellat, vt idem repetit ad ſententiam trigeſimam nonam. Pi-
tuita, vt quæ aqueæ ſit naturæ, frigida eſt & humida, haud aliter, quā bilis igneæ, calida & ſicca. At me-
lancholicus humor, terræ æmulus, frigidus exiſtit & ſiccus: quod in genere de pituita & humore melan-
cholico pronunciatum, nequaquam in ſingulis eiuſmodi humorum ſpeciebus veritatem obtinet. Pi-
tuita enim ſalſa, calido eſt & ſicco temperamento, vt & omnes humoris melancholici ſpecies, quæ à

Vnde medicamentorū æſtimetur temperies.

natiuo & alimentario per aduſtionem defecerunt, vt *ſequenti capite* docebimus. Medicamentorum vero
temperamenta non eandem, quam quæ hactenus ſunt commemorata, ſubeunt iudicii formam: nempe
ex elementari qualitate, quæ à pugna & mixtione victrix dominium obtinuit: ſed plane ab effectis, quę E
ſumpta admotaue, temperato corpori imprimunt. Sic enim caloris effectus proferunt, frigoris, humi-
ditatis aut ſiccitatis, calida illa, frigida, humida, aut ſicca pronunciamus. Sed fuſiorem ea de re explica-
tionem in id, quod medicamentis proprium deſtinauimus, caput differemus: vbi non ſimpliciter ne ca-
lida ſint an frigida, ſed quo gradu ſint caloris, frigoris, aut ſimilis alterius qualitatis, exquirimus: quo eo-
dem loco ſaporum temperamenta, & naturam omnem delibabimus, quod ex ſaporum iudicio certiſ-
ſimum ſit de Medicamentis iudicium. Hactenus de Temperamentis: nunc de Humoribus
dicendum, quorum vſus in medica ſpeculatione non minus late
patet, quam Temperamentorum.

De Humoribus. CAP. VI.

De humoribus notitia neceſſaria. Lib. de nat. hum.

HVmorum naturam noſſe, non Medico modò, ſed & Chirurgo eſt operæ precium, quod nullus ſit morbus cum materia, qui non ex alicuius, vel plurium humorum confuſione conſurgat. Quod cum intelligeret Hippocrates, ſcripſit, pro humorum in corpore conditione, vnumquodque animal ægrotare vel valere. Et certe febres quotquot ſunt putridæ, ex humorum efferueſcunt putredine. Nec vero aliam abſceſſuum, tumorumue differentiæ omnes agnoſcũt originem & diſtinctionem, vlcerata, fracta, aut alioqui vulnerata membra, non aliunde ſperant reſtituendæ continuitatis ſolatium, quam ex nectaren humorum ad partem læſam allapſu. Quæ cauſa ſæpe ad horum affectuum curationem, Medicos cogit eſſe occupatos in ſanguine temperando, id eſt, quatuor humoribus ſanguinis maſſam conſtituentibus ad mediocritatem reuocandis, ſi quando quantitate aut qualitate peccauerint. Nam ſiue redundet in corpore aliquid, ſiue caloris, frigoris, lentoris, craſſitiei, tenuitatis, aut ſimilis alterius qualitatis, aliquo exceſſu à debita temperie aberret, nihil bene ſolitarum functionum fiet. Quam in B rem ſumma illa ſanitatis vel retinendæ vel reſtituendæ præſidia diuinitus adinuenta fuere: Phlebotomia, quæ luxuriantis ſanguinis copiam caſtigaret: & purgatio, quæ vitioſam qualitatem corrigeret & detraheret. Sed iam de humoribus incipiamus dicere, ſumpto à definitione initio.

Duo ſanitatis adinuenta.

Quid humor.

Humorum diuiſio multiplex.

Humor à Medicis dicitur, *quicquid in corpore prædito rum ſanguine animantium liquidum, profluenſue cernitur.* Is aut naturalis eſt, aut contra naturam. Naturalis id eſt nominis ſortitus, quod tuendæ, conſeruandæ, & ſuſtentandæ animalis vitæ ſit idoneus. Contraria plane natura eſt, & ratio eius, qui non naturalis dicitur. Rurſum prior ille vel alimentarius eſt, vel excrementitius. Alimentarius nutriendo corpori accommodatus, is humor eſt, qui venis arteriiſque hominis temperati, & naturæ conuenienter ſe habentis, continetur: qui nempe generali eius ſanguinis appellatione, quem ſecta vena effundi cernimus, intelligitur. Alias enim ſanguis certæ ſpeciei humor eſt, calore & tepore ab aliis tota ſanguinis mole vna ſecum comprehenſis, diſcretus. Quod quo facilius intelligatur, placet hoc loco ſanguinis generationem ex cauſis efficientibus, & materialibus perſequi. Sanguinis in materiam cedunt eſculenta, poculentaq; omnia, quæ virtute ventriculi attractrice in ipſius fundum pellecta, ibique retenta vi coquendo ipſi inſita, in ſubſtantiam amygdalato ſimilem conuertuntur. Quæ quanquam vna & ſibi ſimilis appareat, partibus tamen diuerſi generis conſtat, quæ non modo ciborum varietas, ſed & vnus idemque C cibus de ſe exprimat. Hanc chylum (vbi coctionis in ventriculo perfectionem conſecuta eſt) dicimus. Sed ipſam mox inde in tenuia inteſtina depulſam, & à venis meſaraicis ſuctam, vena porta excipit, iamque aliquod mutationis rudimentum in via adeptam ad hepar defert, vbi propria atque inſita huic viſceri ſanguificandi facultate, plenam perfectamque ſanguinis formam adipiſcitur. Sed cum illo ſanguine, vna eademque opera omnes ſimul humores naturales, ſeu alimentarii, ſeu excrementitii illi ſint, vna confuſione gignuntur. Itaque ſanguinem quo proprium vſum, id eſt, nutritionis munus implere poſſit, neceſſe eſt duobus excrementitiis humoribus expediri & repurgari. Ex his alterum veſica fellea attrahit, quem bilem flauam dicimus. Alterum lien, humorem nempe melancholicum. Duo illi humores naturales quidem ſunt, at non alimentarii, verum alterius in corpore vſus, vt fuſius poſtea explicabimus. Expeditus ſanguis duobus illis excrementorum generibus, per venas & arterias in omnes corporis partes ad ipſarum nutritionem tranſmittitur. Qui etſi tum vnius & ſimplicis naturæ appareat, talis tamen reuera exiſtit, vt in ipſo quatuor diſſimiles ſubſtantiæ notentur, ſanguis nempe peculiari nomine dictus, pituita, bilis, & melancholicus ſuccus, non colore modo, ſed ſapore etiam & effectis, viribusque diſtinctæ. Nam vt notat Galenus *lib. de natura humana*, Melancholicus humor acidus eſt, bilis amara, ſan-D guis dulcis, pituita fatua. At effectuum varietatem intelligas, tum ex partium alendarum varia temperie, tum ex morborum inde emergentium varia conditione. Ideo enim eiuſmodi ſubſtantiæ certa inter ſe proportione confundi & commiſceri debent, qua permanente ſanitas violata, morbus ſuccedit. Nam & agnoſcunt omnes, œdema ex pituitoſo, ſcirrhum ex melancholico, eryſipelas ex bilioſo, phlegmonem ex ſincero & laudabili ſanguine conſurgere. Contineri vero quatuor has ſubſtantias vna ſanguinis confuſione & mole, docuit Gal. familiari exemplo ſumpto ex muſto ſeu vino recens è torculari expreſſo. In quo nemo non notat quatuor eſſentias ſpecie diſtinctas, nam & vini flos in ſummo ebulliens natat; fæx ad imum deprimitur; crudus vero & aquoſus vna cum dulci & vinoſo liquore per medium vini corpus confuſus circumfertur. vini flos bilem adumbrat, quæ in concreſcentis ſanguinis ſuperficie bullans aureo colore ſplendet. fæx humorem melancholicum, qui ſua grauitate ſemper deorſum ſubſidet, tanquam ſanguinis limus: cruda & aquoſa portio pituita: vt enim crudus ille humor, niſi quantitate ſit rebellis, & qualitate contumax, ſperabilem facit inſito vini calore in vinum digreſſum: ſic pituita, quæ ſanguis eſt dimidio coctus, vi caloris natiui in laudabilem ſanguinem poteſt faceſſere. Quæ E cauſa extitit, cur nullum ipſi, vt duobus aliis humoribus, natura locum, in quem à ſanguine ſecederet, decreuerit: at germanus & vinoſus vini liquor, ſincerum ſanguinem refert: quod vterque humor confuſæ molis, ſiue laudabilior & perfectior exiſtat, portio. Hæc omnia cuiuſmodi ſint, quæque ſit horum quatuor humorum diſtinctio, ſequenti ſchemate facile innoteſcet.

Sanguinis cauſa materiales & efficientes.

Quid chylus.

Vbi ſanguis perficiatur.

Vtriuſque bilis receptacula.

Quatuor diſſimiles in ſanguine humores.

Sanguinis & muſti comparatio.

Pituitam eſſe quendã ſanguinem ex dimidio coctum.

Cur pituitæ nullum ſit receptaculum.

A

	NATVRA	CONSISTENTIA	COLOR	SAPOR	VSVS
Sanguis eſt	*Natura aerea calida & humida ſeu temperata potius*	*Mediocris conſiſtentia nec craßioris nec tenuioris*	*Coloris rubei, roſei & hermeſini*	*Sapore dulcis*	*Eiuſmodi vſus, vt partium carnoſarum nutritioni maxime inſeruiat, & per vaſa delatus calorem toti corpori impertiat.*
Pituita eſt	*Natura aquea frigida & humida.*	*Conſiſtentia liquida*	*Coloris albi*	*Saporis dulcis vel fatui potius, nam & aquam eam demũ probamus, quæ eſt inſipida*	*Nutriendo cerebro idonea, omnibusque aliis partibus frigidis & humidis, ſanguinis ardori temperando & articularum motus lubricando.*
Bilis eſt	*Ignea natura calida & ſicca*	*Conſiſtentia tenuis*	*Coloris flaui ſeu pallidi*	*Saporis amari*	*Inteſtinorum expultricem promouet, pituitam attenuat illis adhærentem, at alimentariis partibus ſimilis ſibi temperiei nutriendis vſus eſt.*
Melancholicus humor eſt	*Natura terrena frigidæ & ſicca*	*Conſiſtentiæ craſſioris & fæculenta.*	*Coloris nigrantis*	*Saporis acidi & pungentis*	*Appetentiam excitat, lienem nutrit, parteſq; omnes ſimilis ſibi temperiei, vt oſſa.*

B

C

Sanguis propinquam materiam obtinet ex chyli portione benigniore : cumque rudimentum in venis acceperit, formam perfectionemque tandem in iecore adipiſcitur : remotam vero materiam habet ex cibis boni ſucci tempeſtiue poſt exercitia moderata ingeſtis : ſed & ad eam rem ætas alia præ alia, tempusque anni aliud præ alio confert. Vere enim ſanguis copioſior gignitur, quia id anni tempus ad ſanguinis temperiem proxime accedit : quo fit, vt temperatus ſit cenſendus ſanguis, potius, quam calidus & humidus, quia Galeno Ver temperatum ſtatuitur, quin & illo præſertim tempore ſalubriter venæ ſectio celebratur : ætas vero ad ſanguinis generationem valde idonea eſt adoleſcentia: vel Galeni ſententia, illa potius vitæ pars, quæ à vigeſimo quinto anno excurrit ad triceſimum quintum : quorum natura huius humoris dominio tenetur, colore florido & roseo ſunt ſuffuſi, moribus compoſitis & lenibus, placidi, alacres & faceti. Pituitæ generatio eſt non per caloris imbecillitatem, vt veterum quibuſdam placuit. Quibus perſuaſum erat, bilem ab æſtuante, ſanguinem à temperato, pituitam & melancholicum humorem à remiſſo calore fieri. Erroris enim manifeſti plena eſt illa opinio: nam ſi verum eſt, chylum in ſanguinem elaborari ac perfici eadem in parte, eodemque in ſoco, nempe hepate, vnde in eodem temporis articulo caloris illa vegeti ac defecti varietas emergeret cum vniuerſa ſanguinis moles quatuor illis ſuis eſſentiis diſſimiles, eodem temporis tractu, eiuſdem partis, actionis & ſanguificæ facultatis æquabili perfuſione gignatur : Vnde ergo illa humorum in nobis varietas? Ex eo, quod ea, quibus nutrimur, alimenta, puram corporibus noſtris conditionem ex quatuor elementis primiſque quatuor qualitatibus ſunt ſortita. Quare in ipſorum, qualiacunque illa ſint, coagmentatione, certum eſt, & ſæpe notare licet, ineſſe calidam quandam portionem ignis, frigidam alteram aquæ, ſiccam aliam terræ, humidam denique aliam aeris æmulam. Nec vllum eſt dare alimenti genus quantumuis frigidum, nec lactucam quidem, cui non inſit caloris igneus quidam vigor. Nihil ergo mirum, ſi vnus idemque calor eandemque chyli materiam tot ſubſtantiarum diſſimilitudine variatam verſans, de ipſius velut ſinu & poteſtate tam diſſimiles excitet humores, nempe ex calida bilem, ex frigida pituitam, ex aliiſque aliam pro temperamenti affinitate. Nec eſt, quod quis exiſtimet, potius humorum illam in nobis varietatem ex caloris agentis varietate manare, quam ceram ſilicemque eodem temporis momento, eodemque cœli & ſoli ſitu poſitam illam ab æſtuoſo ſole liqueſcere, hanc à languido ne vix quidem incaleſcere. Non eſt ergo effectuum illa diuerſitas in cauſæ efficientis vim conſerenda, caloris nempe, qui in noſtrum vnoquoque vnus eſt, & vniuſmodi: ſed in materialem potius, quæ cum ex multiplicium ſubſtantiarum confluxu conflata ſit, eam de ſuo velut gremio agendi, calori offert commoditatem, quæ de calidiore ſui particula bilem, de frigidiore & rebelli pituitam exprimere & expromere poſſit. Non iuerim tamen inficias, quin in vno eodemque corpore plus bilis aut pituitæ congeratur, prout caloris in eo acriores erunt aut hebetiores ſtimuli, non inde tamen efficitur, ab acriore bili, ab hebetiore calore pituitæ eodem in homine eſſe originem. Singulis enim noſtrum ſimplex & eiuſdem naturæ calor ſortito contigit, variorum ille quidem operum artifex

Lib. 1. de temper.

Vnum eundemque calorem omnium humorum ſimul eſſe cauſam efficientem.

Nos Elementis & non alementis nutriri.

D

Vnum calorem ſolarem ceram liquefacere & lutum indurare.

E

A artifex non ex ſe, ſibi ſemper idem & ſimilis cum ſit, ſed pro materiæ, in quam agit, varia aptitudine, ob-
ſequio, & contumacia. Quare pituita eodem temporis momento eiuſdem in partis foco, eiuſdem calo- *Solam mate*
ris cum reliqua ſanguinis mole efficientia ex chyli frigidiore, liquidiore, crudiore, & aquea magis por- *ria conditio-*
tione gignitur. Qua fit, vt rudis cuiuſdam & inchoati ſanguinis expreſſam oſtenret effigiem, cuius rei *nem variam*
occaſione nullum ipſi priuatim natura commolita eſt receptaculum, ſed iiſdem venatum ductibus *vat etiam*
cum ſanguine amice verſari voluit, quod incidente per inedias neceſſitate, ſucci melioris inopia, ſan- *eſſe cauſam*
guinis formam pleniore elaboratione prompte ſubire poteſt. Hanc in corpore accumulant frigida &
cruda alimenta. Hyeme præſertim & vergente ad ſenectutem ætate propter eam, quæ illi tempori, &
ætati cum pituita intercedit temperie ſimilitudinem. Hominem illa ſomnolentum, ſegnem, adipoſum *Pituita effe-*
ac turgidulum reddit, eidemque canos accelerat. Bilis, humorum quidem velut feruor & furor eſt, vna- *ctus.*
que cum ſanguine in iecore genita per venas, arteriaſque in corpus vniuerſum deducitur. Quæ ſuper-
fluit, partim in inteſtina, partim in cyſtin fellis ablegatur: aut tranſpiratu, aut ſudoribus digeritur. Bilis *Bilis effectus*
huius alimentariæ admixtione veriſimile eſt arterioſum ſanguinem venarum ſanguine tenuiorem, fer-
uidiorem, citatiorem, & pallidiorem fieri. In iuuenili præſertim ætate humor hic congeritur & egeritur,
illique materiam præbent cibi acres & amari. Occaſionem vero corporis atque animi labores indomiti.
B Hominem leuem, citum, ad omnia promptum, macilentum, agilem, iraſci & coquere cibos celerem
reddit. Melancholicus humor ſanguinis portio craſſior partim ab hepate ad lienem ipſi nutriendo a-
mandatur, partim per vaſa in reliquum corpus diſtrahitur, atque in alimentum partium terreſtri ſicci-
tate præditarum abſumitur, fit ex cibis craſſioris ſucci, animique perturbationibus ad metum & triſti- *Humoris me-*
tiam conuerſis. Autumno augetur & prima ac viridi ſenectute, ſubtriſtes homines reddit, aſperos, con- *lancholici ef-*
ſtantes moroſos, inuidos, ac timidos. Debet vero hoc perſuaſum eſſe omnibus, certis die, horis eiuſ- *fectus.*
modi humores commoueri ſuo quodam velut æſtu ſolere. Exæſtuat ergo ſanguis ab hora noctis nona,
vſque ad tertiam diei. Bilis inde vſque ad nonam diei. Hinc melancholicus humor vſque ad tertiam *Quod ſint ſin-*
noctis, quod noctis ſupereſt, in dominio eſt pituitæ. Cuius rei exempla manifeſta in morbi Neapolita- *gulis dies*
ni exacerbationibus habentur. Ab elaborata ſuiſque omnibus numeris abſoluta, vt dictum eſt, ſangui- *quadranti-*
nis mole, duo ſecundum naturam ſecerni ſolent humorum genera, tanquam ſecundæ coctionis excre- *bus motus.*
menta. Craſſius vnum eſt, tenuius alterum. Hoc bilis abſolute, vel cum adiuncto bilis flaua appellatur.
Illud Melancholicus humor dicitur, qui à liene pellectus tenuiore ſui portione, arteriarum, quæ illic
multæ & inſignes ſunt, calore elaboratus, ipſi in alimentum cedit: quod eius reliquum ſupereſt, per vas
C venoſum in ventriculi orificium deponitur, quo appetentiam, non quidem faciat, ſed acuat, & ventri-
culi actiones adſtrictione ſua corroboret. At flaua bilis in veſicam felleam attracta illic tamdiu cuncta- *Humor me-*
tur, quoad quantitate vel qualitate moleſta in inteſtina excludatur, quo reſtitantes in ipſis fæces ſolli- *lancholicus*
citata excretrice acrimonia ſua eluat, & genitos illic vermes ſuo amarore enecet. Idem hic humor vri- *appetentiam*
nas flauo colore tingere ſolet. Exiſtit & alius humor ſeroſus, ad alendum quidem minime idoneus: *non facit, ſed*
cæterum ad multa alia vtilis, qui ſecundæ coctionis nequaquam eſt excrementum, ſed primæ. Itaque *acuit.*
ipſum chylo permixtum natura ad hepar vſque peruenire, ac non cum fæcibus ſecerni voluit, quo ſan- *Humor ſero-*
guinis craſſitiem dilueret, ac pro vehiculo eſſet: alioqui enim ſanguis per venas hepatis capillares per- *ſus.*
meare, & ſimis gibbiſque ipſius partibus penetratis ad venam vſq; cauam ſuperare vix potuiſſet. Seroſi
huius humoris portio vna cum ſanguine in renũ alimentum cedente ſecreta, moxque in veſicam dela-
pſa, in illam, quam quotidie excernimus, vrinam faceſſit, reliqua eius portio in omne corpus cum ſan-
guine dimanans, tranſuectionis pari illo munere functa, ſudoribus, in quos degenerat, excluditur. Præ-
ter commemoratos, Arabes quatuor alios humores ſunt commenti, quos alimentarios & ſecundarios
nominarunt, quod proxima ſint nutritionis materia, vt quatuor illi, quos ſanguis complectitur temo-
D ta. Primæ ſpeciei nullum nomen eſt impoſitum, illumque eſſe imaginantur humorem, qui ab extremis *Secundarij*
venularum oſculis guttæ minutulæ inſtar iam iam lapſurus pendet. Secunda ſpecies, Ros ab illis dicta *humores.*
eſt: humor nempe ille, qui in partis ſubſtantiam iam imbutus ipſam irrorat. Tertia barbaro nomine,
Cambium, parti nutriendæ iam oppoſita adhæreſcit. Quarta Gluten appellata propria eſt & ſubſtanti-
fica partium ſimilarium humiditas, tantum non ipſarum ſubſtantia. Huic humorum diſtinctioni ex ad-
uerſo reſpondet graduum nutritionis diſtinctio à Galeno cõmemorata *libris de Facult. nat.* Primus
gradus eſt, vt ſanguis ad partem quæ nutriri poſtulat, affluat: mox ipſi appoſitus agglutinetur. Tandem
vt priore alimenti forma amiſſa aſſimiletur.

Humores contra naturam illi exiſtunt, qui corrupti, corruptionis ſuæ contagio corpus, parteſque in *Humores*
quibus ſtabulantur, inficiunt, illi humorum, à quorum perfectione & natura deſciuerunt, appellatio- *contra natu-*
nis inſignia retinentes, putredine omnes incaleſcunt, etſi antea ex ſeſe frigerent. Corruptionis autem *ram.*
vitium concipiunt, vel in ſolis venis, vel intra extraque venas. In venis quidem ſanguis & melanchol-
cus humor: aut extra intraque venas, bilis & pituita. Sanguis ergo dum corrumpitur, portione ſua te- *Sanguis in*
nuiore in bilem abit, craſſiore autem in atram bilem: vitiatur enim ſanguis duobus modis, vel propriæ *quos, dum*
ſubſtantiæ corruptione per putredinem, vel alienæ ſubſtantiæ admixtione per infectionem. Melan- *corrumpitur*
E cholicus humor, qui corrumpitur in venis, trium eſt generum: Primum fit ex ſucco Melancholico pu- *humores fa-*
trente, & alieni caloris euentu, velut in cinerem conuerſo, ex quo aduſtum, acre, & mordax cernitur. *ceſſat.*
Alterum fit bile vitellina, quæ aduſtione fit porracea, mox æruginoſa, inde rubra, tandem nigra, quod *Humor me-*
atræ bilis genus omnium eſt peſſimum, feruens, malignum, erodens & exulcerans, quodque nunquam *lancholicus*
ad ſalutem apparet aut excernitur. Tertium fit ex pituita in venis putrente, quæ primo in pituitam ſal- *corruptus*
ſam, mox vero caloris extranei feruore in atram bilem degenerat. *triplex.*

- *Pituita non naturalis gignitur, aut*
  - *In venis eſtque vel*
    - *Acida & valde cruda, vt quæ nullam aut exiguam admodum caloris impreſsionem, ab ea, quam primo in ventriculo habuerit, ſit ſortita.* A
    - *Salſa, quam vel dulcis putrens & aduſta parit, vel partium aduſtarum & ſalſarum admixtio.*
  - *Vel extra venas, eſtque quadruplex.*
    - *Aquea, cuiuſmodi eſt tenuis ille liquor, qui à cerebro per nares ſtillat.*
    - *Mucoſa, cum nempe aquea illa in raucum inſpiſſatur ſuperuenientis vel leniculi caloris opera.*
    - *Vitrea, vel albuminea, vitro fuſo vel albumini potius ſimilis frigidiſſimaque exiſtit.*
    - *Gypſea, quæ in gypſi duritiem formamque concreuit, vt cernere eſt in nodoſa chiragra digitorum internodiis, vel in pulmonum inueteratis deſtillationibus.*

- *Bilis non naturalis ſit, vel*
  - *In venis, qualis eſt vitellina, oui crudi vitellum conſiſtentia referens, quam retorriti caloris acrimonia ex flaua bile excitat quæ eadem per morbos toto genere exitiales in porraceam, æruginoſam, ac tandem cæruleam, glaſtream ve degenerat.* B
  - *In præcordiorum, vt ventriculi, capacitate, eſtque hæc quinque generum.*
    - *Prima porracea dicitur, porri ſuccum virore referens.*
    - *Secunda æruginoſa, æruginem tinctura adumbrans.*
    - *Tertia cærulea, ſeu glaſtrea, colore glaſtro ſimilis.*
    - *Quarta rubra, hoc à ſanguine, cuius colorem refert, differens, quod nunquam in grumos concreſcit, ſanguinis inſtar.*
    - *Quinta prærubra, ex huius exceſſu genita, quæ febres profert ardentes.*

Eiuſmodi bilis genera, ſæpe per morbos, exacto febrium vigore vomitu excluduntur, partibus ipſius, per quas iter ad exitum inſtituunt, amarore, acrimonia & mordacitate moleſta.

Hominis ſanguinei ſigna.

Qualis humor, talis color.

Quoniam igitur carni potiſſimum ex ſanguine materia & generatio eſt, manifeſtum eſſe arbitror, hominem carnoſo corporis habitu denſo, ſolido, ſoauiſque ac vaporoſi, ſucci pleno, ſanguineum eſſe. Sed idem florido eſt & roſeo faciei colore: ex æquali tanquam albi & rubri confuſione temperato, albi quidem ob ſubtenſam cutem, rubri vero ob ſuffuſum ſanguinem: omnino enim qualis eſt ſubiectus humor, talis eſt in facie color. Moribus comis, vrbanus, alloquio blandus, nec ab amoribus mulierum alienus, vultu renidenti & fronte ſerena exiſtit, raro iraſcitur, omniaque in meliorem partem accipit, quia vt humorum, ſic morum eſt inclinatio. At ſanguis humorum omnium cenſetur mitiſſimus: ſed & eundem hominem calor viſcerum vegetus edacem, bibacemque eſſe cogit. Somnia illi occurrunt iucunda, morbis infeſtatur à ſanguine, vt phlegmone crebra, crebriſque per cutem ſanguineis puſtulis, hæmorrhagia multa, multiſque menſtruis. Quare ſanguinis ſecta vena detractionem facile fert, moderato frigidorum, ſiccorumque vſu gaudet, tandemque à calidis & humidis offenditur. Pulſu eſt magno & pleno, vrina quantitate multa, ſed qualitate miti, colore & ſubſtantia mediocri. C

Sanguineorum mores & morbi.

Signa hominis bilioſi.

Bilioſi non ſunt adipoſi.

Bilioſi homines colore ſunt citrino & flaueſcente, corporis habitu vel macilento, vel gracili, hirſuto, venis conſpicuis, ampliſque arteriis, pulſu valido & frequenti: illorum cutis ad contactum calida, ſicca, dura, aſpera, ſtrigoſa & ſqualida ſentitur, cum pungente & acri exhalatione, quæ toto expirat corpore. Multam deorſum ano, multam vomitu, multam vrinis bilem excernunt. Ingenio ſunt acuto & verſatili, feroces, audaces, acriores acceptarum iniuriarum vltores, liberales, vel ad prodigalitatem vſq; gloriæ denique appetentiores exiſtunt. Somnus illis ineſt leuis, & quo facile excutiuntur, ignea, ardentia, micantia, & furoris plena omnia ſomniant, eſculentis, poculentiſque frigidioribus & humidioribus delectantur, febribus tertianis, ardentibus, phrenitidi, ictero, eriſipelatis, puſtuliſque aliis bilioſis, diarrhœæ, dyſenteriæ & oris amarori obnoxij. D

Bilioſorum mores & morbi.

Pituitoſi hominis ſigna.

Pituitoſorum morbi & mores.

Quos pituitoſi humoris dominatus tenet, illi facie cernuntur albicante, ſæpe etiam liuente & turgidula, corpore pingui, molli, & ad tactum frigido. Morbis à pituita vt œdematoſis tumoribus, hydropi, febribus quotidianis, capillorum defluuiis, catarrhiſque in pulmones & aſperam arteriam petuit: Ingenio ſunt tardi, hebetes, ignaui, ſomnolenti, pluuias, niues, flumina, natatus, & ſimilia ſic ſomniant, vt ſæpe ſe aquis obrui putent, aquoſa multa & pituitoſa vomunt, aut alioqui ſpuunt & emungunt, lingua ſunt molli & præhumente, Sed & illos canina fames tenet, ſi quando contigerit pituitam acidam acceſcere: itaque & tarde concoquunt, vnde frigidorum, pituitoſorumque humorum amplior prouentus, qui ſi in coli inteſtini anfractus deuoluantur, murmurilla ac borborygmos excitant, vnde colicus cruciatus. Nam ex pituitoſis eiuſmodi recrementis, à leui & imbecillo calore, qualis eſt pituitoſorum hominum commotis, multi facile flatus ſuſcitantur, qui inſita leuitate per inteſtinorum gyros temere impulſi, ipſa diſtendunt, & in tumorem attollunt, dumque luctantur ad exitum, murmura, ſtrepituſque in aluinis partibus, cient, ventorum inſtar per viarum anguſta irrumpentium. E

Vnde borborygmi.

Melan-

A

Melancholici ſigna.

Melancholicis facies nigricat, nubilus ineſt vultus, ac ſæpe truculentus aſpectus triſtis ac toruus, frequentes ſcirrhi, lienis tumores, hæmorrhoides, varices, quartanæ febres, ſeu continuæ, ſeu intermittentes, quintanæ, ſextanæ, ſeptimanæ, denique erraticæ, omnes illos adoriuntur. At cum contigerit, humorem melancholicum vel aduſtione, vel bilis admixtione exacui, tum impetigines, morphæa nigra, cancer ſimplex & vlceratus, lepra, & pſora, ſcabies omnino fœtida, furfuracea quædam remittens (*ſancti Manu malum vulgo appellata*) elephas denique inuadunt: arteriis veniſque viſuntur anguſtis, quod frigoris tenentur dominio, cuius proprium eſt conſtringere, vt caloris dilatare. Quod ſi quando illæ tumere videantur venæ, non à contento laudabili ſanguine tumor ille eſt, ſed à flatu multo: cuius occaſione operoſa in illis eſt phlebotomia: non hoc ipſo tantum, quod aperta vena parum ſanguinis pigro lapſu effluit, ob humorum terrenam tarditatem: ſed multo magis, quod vena pleno corpore ſcalpelli impreſſionem non excipit, quia huc illuc à contento flatu fluctuat, & quod ſupertextæ cutis ſtrigoſa duritas ferri acumen reſpuit. Corpus durum frigidumque ad manum ſentitur, ſomnus exercentur terB rificis: nam & dæmones illis, & ſerpentes, & ſubterranei caliginoſique ſpecus, & ſepulchra, & cadauera, multaque alia ſimilis horroris plena per noctem viſa obſeruantur, pro ratione atra fuliginis cerebri ſenſa varie commouentis, & perturbantis: quod & accidere his videmus quos hydrophobia corripuerit. Hos experiare malignos, fraudulentos, parcos, & ad ſordes vſque auaros, tarde nomina diſſoluentes, timidos, triſtes, pauciloquos, gemebundos, cogitabundos, ingenioſos, ſoliuagos, hominum oſores, ſemel conceptis opinionibus obſtinate adhærentes, ad iram tardos, ſed quam ſuſceptam deponere neſciant. At cum melancholicus humor naturæ & ſortis ſuæ limites exceſſit, tum à putredine & incenſione extremi furoris & maniæ ſumma in melancholicis apparent omnia, ſic vt ſæpe ex alto dent ſe præcipites: aut alioqui mortem, cuius tamen metu terrentur, ſibi conſciſcant. Animaduertendum vero eſt, quod ſæpe vitæ decurſu natiui temperamenti incidunt mutationes, ſic vt qui ſanguineus paulo ante videbatur, ſit nunc bilioſus, melancholicus, aut pituitoſus: non quidem ſanguinis in eiuſmodi humores conuerſione, ſed diætæ mutatione in victus ratione & vitæ inſtituto. Nemo enim ex ſanguineo non euadit bilioſus, qui perpetuo alimentis veſcitur calidioribus & ſiccioribus, (vt ſimilia omnia ſimilium vſu fouentur & conſeruantur, & contraria à contrariis deſtruuntur) qui rapidis exercitiis, & continuis C laboribus corpus fatigabit: quique ſuppreſſionem patitur excrementorum bilioſorum, quæ antea vel natura, vel arte liberum effluxum habebant. At quiſquis veſcetur cibis craſſum ſanguinem gignentibus, vt bubula carne, ceruina, leporina, caſeo veteri, ſalſamentiſque omnibus, is proculdubio à natiua temperie delapſus in melancholicam incidet: ſi præſertim ad illam victus rationem vitæ ratio acceſſerit, curis, ſolicitudinibus, ærumnis, acri & pertinaci ſtudio, ſolitudinibus, ac ſolliciris timoribus plena, ſimul & ſedentario exercitio deſtituta, ſi calor internus tanquam pabulo fraudetur, marceſcit & torpet: vnde craſſorum & fæculentorum humorum in corpore eluuies. Ad id etiam confert loci, in quo degimus, frigidus ac ſiccus habitus, melancholici humoris per hæmorrhoidas, menſtrua, & inteſtina euacuari ſoliti ſuppreſſio. Pituitoſum vero temperamentum ſibi acceſſet, quiſquis alimentis indulgebit frigidioribus & humidioribus, qui crapulæ, qui priuſquam prior cibus ab aluo deſcenderit, aliis ſubinde ventrem onerabit, qui ſtatim à cibo in exercitia violentius ruet, qui loca frigida & humida incolet, qui vitam ſecurus in omni otio exiget, qui denique pituitoſi humoris vomitu, ſcreatu, naribus, quacunque denique ratione, ſeu natura, ſeu arte vacuari ſoliti ſuppreſſionem patietur. Hæc certe ſcire magnopere intereſt, vt perſpectum nobis ſit, ſi qui in præſentiarum pituitoſo, melancholico, aut alio D quouis temperamento cernitur, talis natura ſit, an talis neceſſitate euaſerit. His de Temperamentorum natura expoſitis, & relegata partium corporis in anatomen deſcriptione, de facultatibus vitam noſtram diſpenſantibus aggrediemur dicere, ſi prius practica exemplorum appoſitione, vſum ac certitudinem regularum ante de Temperamentis poſitarum demonſtrauerimus.

Melancholicis morbi familiares. *Vnde melancholicis venæ tumeant.* *Melancholicorum ſomnia.* *Mores melancholicorum.* *Vnde temperamenti natiui mutatio.* *Qui bilioſus euadat quis.* *Qui melancholicus.* *Qui pituitoſus.*

Praxis ſuprapoſitarum de Temperamentis regularum. CAP. VII.

QVo traditam ſupra de Temperamentis theoriam ad praxim reuocemus, viſum eſt vitandæ confuſionis gratia, quæ tenebras noſtræ huic introductioni offunderet, ſi ſingulas Temperamentorum differentias, quæ in ſingulis ſingularum nationum hominibus elucent, perſequi vellemus, terminos eoſdem nobis conſtituere, quos natura huic mundo poſitos eſſe voluit: nempe Meridionalem, Septentrionalem, Orientalem & Occidentalem, eorumque terminorum tanquam centrum, vt hominum, regiones illas tanta locorum intercapedine diſſitas, incolentium, deſcripta temperamentorum E varietas in colore, habitu, moribus, ſtudiis, actionibus, & vitæ ratione, ſit velut norma quædam, qua de cuiuſque temperie in indiuiduo, certo pronunciare poſſimus, prout ab hac, aut illa regione propius aut longius abeſſe videbitur. Qui Meridiem incolunt, vt Aſii, Æthiopes, Arabes, Ægyptii, fere diſformes exiſtunt, macilenti, excarnes, colore obſcuro, cauo & pallido, oculis nigris, labris prætumidis, capillis criſpis, voce molli & tenui. Qui vero Septentrioni ſubiecta loca habitant, vt Scythæ, Sarmatæ, Germani, facie colore albo, moderato ſanguine ſuffuſo viſuntur, molli cute & delicata, promiſſa, fuſa, ſubflaua, rutila cæſarie, ſtatura procera, vt plurimum bene conſtituta & compoſita, denſo & pingui corporis habitu, oculis cæſiis, voce aſpera, rauca & graui. Atqui inter hos media tenent, vt Itali & Franci, nigella cernuntur facie, formoſi, alacres, robuſti, hirti, graciles, carnoſi, oculis caprinis, non ita raro cauis, voce clara, canora & ſuaui;

Mundi quatuor termini & plagæ. *Norma temperamentorum in indiuiduo.* *Meridionalium temperamentum.* *Septentrionalium.*

Meridio-

Meridionales mente. Septentrionales manu valere.

Meridionales corpore & viribus tanto à Septentrionalib. vincuntur, quanto hos ingenio ſuperant, A
& animi dotibus: hinc in hiſtoriis legas Scythas, Gothos & Wandalos infinitis incurſionibus Africam & Hiſpaniam diuexaſſe, maxima denique & clariſſima imperia à Septentrione ad Meridiem propagata & poſita fuiſſe. Pauca vero aut nulla à Meridie in Septentrionem. Itaque Septentrionales cum omne ius in armis poſitum eſſe putarent, ſolo duello lites inter ciues ſuos obortas decernebant, vt ex antiquis Longobardorum, Anglorum, Burgundorum, Danorum & Germanorum legibus & inſtitutis intelligimus: cautumque id aliquando à Frontone Danorum rege apud Saxonem Grammaticum animaduertimus. Quem morem etiam hodie paſſim apud Moſcouitas vigere ferunt. Sed ab eo ritu longè Meridionales ſemper abhorruerunt, eumque ferarum potius, quam hominum eſſe arbitrati ſunt. Itaque nihil ſimile ab Aſſyriis, Ægyptiis, Perſis, aut Hebræis vſurpatum vnquam audiuimus. Verum ingenij bonitate impulſi, regna ſibi & imperia in literarum & abditarum ſcientiarum ſolo erexerunt. Cum enim natura ex temperiei ſiccitate melancholici ſint, ſe ſua ſponte ſolitudini dedunt, & contemplationi, cum inſigni ſint ingenij acumine, ſe addicunt. Itaque Æthiopes, Ægyptii, Afri, Hebræi, Phœnices, Perſæ, Aſſyrii, & Indi ſcientias multas pulcherrimas adinuenerunt, naturæ myſteria & ſecreta reuelarunt, mathemata in ordinem digeſſerunt, motus cœli obſeruarunt, primique Deorum cultum & B
religioſa ſacra introduxerunt. Eouſque etiam, vt Arabes, qui niſi rapto viuunt, quique pro domicilio ſolum carpentum habent, multa à maioribus in Aſtrologia diligenter & acute obſeruata ſe habere glorientur, quæ indies acutiora & locupletiora reddita, ad poſteros hæreditario iure tranſmittant, vt eſt à Leone Afro proditum. At Septentrionales, vt Germani, propter humorum & ſanguinis abundantiam, qua mens obruitur, ad ſenſibilia ſe demittunt, & ea, quæ manu fiunt opera. Eorum enim animi terrena corporis mole grauati, à cœlo, & cœleſtium rerum contemplatione, in hæc inferiora facile reuocantur, ad fodinas cuniculis actis veſtigandas, ad emenda & conflanda metalla, ad opera cudenda ducendaque ex ferro, chalybe, ære. Quibus in rebus adeo excelluerunt, vt bombardæ militaris & impreſſoriæ artis inuentæ gloria penes illos ſit. Qui media tenent populi, nec ad occultiores ſcientias nati, vt Meridionales, nec ad mechanica, vt Septentrionales apti, ciuilibus negotiis, ſeſe immiſcent & commerciis ac mercaturæ faciendæ. Cæterum corporis viribus his inſtructi, quæ ſufficiant Meridionalium ſutelis & artibus eludendis. Ea autem prudentia, quæ Septentrionalium furori & impetui coercendo ſatis ſit. Hoc quam verum ſit, quiuis intelligere poteſt Carthaginenſium & Afrorum exemplo, qui cum vafris conſiliis ſuis, ſubdolis technis, ac captiunculis Italiam per aliquot annos exercuiſſent, C
effugere tamen non potuerunt, quin tandem eluſis artibus, fortuniſque omnibus ſpoliati in Romanorum poteſtatem venerunt. Gothi, Hunni, aliique ab Aquilone populi, irruptionibus multis & inſultibus in Romanum imperium graſſati ſunt, ſed conſilio & prudentia deſtituti, non potuerunt ea retinere, quæ ſibi armis & manu parauerant. Ergo in eam rem Hiſtoricorum omnium eſt conſentiens opinio; bonas leges, & adminiſtrandæ Reipub. formam, inſtituta omnia politica, diſſerendi & dicendi artes à Græcis, Romanis, & Gallis manaſſe: hincque olim plura prodiiſſe, & hodie etiam prodire ſcriptorum, cauſidicorum, & togatorum hominum examina, quam ex reliquo toto orbe. Vt igitur ſuas ſingulis regionibus dotes tribuamus, Meridionales ad literarum ſtudia, Septentrionales ad bella, & qui hos interſiti ſunt ad imperia natos, inſtructoſque aſſeremus. Italo innata eſt prudentia, Hiſpano grauitas & conſtantia, Gallo celeritas & diligentia: nam & hunc cum vel progreditur, currere dixeris, ad Iunoniũ Hiſpani ingreſſum contentione facta. Quæ cauſa exiſtit, cur Hiſpani Gallico famulitio præſertim oblectentur, ob celerem ad omnia agilitatem. Orientales in primis ingenio ſunt firmo, ſtabili, & bene ſubacto, minime clauſa & arcana habentes ſua conſilia. Oriens enim naturæ eſt ſolaris, dici vero pars illa, quæ ſolis ortui vicina eſt, dextra viriliſque habetur: & certe in animantibus dextra omnia ſiniſtris D
ſunt robuſtiora & vegetiora. At Occidui populi molliores ſunt, & effœminatiores, ac fronte animiſque minus aperti, non facile quenquam ſecretorum ſuorum faciunt participem. Habetur enim occaſus Lunæ tanquam obnoxius, quod ipſa per interlunia ad occaſum ſemper vergat, quo fit, vt tanquam nocturnus ac ſiniſter ortui reputetur oppoſitus: minus temperatus, minuſque ſalubris eſt occaſus. Itaque in ventorum genere nullus exiſtit magis ſalutaris, quam qui ab ortu flat Subſolanus. Etſi enim flatu inprimis propitio & vitali Zephyrus ab Occaſu exoriatur, raro tamen ſpirat, ac ferme niſi occiduo ſole.

Septentrionales egregij bellatores & opifices.

Hominum dotes qui media tenent.

Septentrionales vincere norunt, at victoria vti nequeunt.

Togatorum & cauſidicorum examina ex Italia & Gallia.

Hiſpanos Iunonium incedere.

Orientalium ingenia.

Occidentalium mores.

Subſolanus ſaluber.

Meridionales literati & religioſi.

Vbi duello diſceptentur lites.

Septentrionales guloſi & bibaces.

Qui dicendi ſint Barbari.

Septentrionales multi quidem cibi homines ſunt, ſed multo largioris potus, diſerti, vbi in vinum proceſſerunt longius, ac dicenda tacendaque effutientes, in fide, pactiſque parum conſtantes, at pudicitiam, caſtitatemque præ cæteris colentes. Longe aliter, quam Meridionales, vt qui inſigniter parci ſint & ſobrii, arcani, vafri: atque in omne nefandæ libidinis genus effuſi. Ariſtoteles in *Problematis* barbaras eas feraſq; nationes eſſe ait, tum quæ immoderato æſtu torrentur, tũ quæ frigoris exceſſu premũtur, quod mollis cœli temperies mores animumque emolliat. Itaque vtrique tam Septentrionales, vt E
Scythæ & Germani; quam Meridionales, vt Afri, crudeles exiſtunt, ſed illi hoc habent ex innata quadã ferocia, & militari audacia, & ab ira potius, quam ex præcogitato vindictæ appetitu: quod primos iræ impetus præ ſanguinis feruore rationis habenis coerceri nequeant. Si vero ab innata quadam & inhumana morum malignitate, data opera & de induſtria præmeditati, ad crudelitatis opera ſe accingunt, quod triſti ſint & melancholica natura. Aquiloniæ crudelitatis exempla ex Tranſyluanis petere licet, aduerſus ſeditioſum ducem Georgium, quem viuum militibus ſuis (triduana inedia eam in rem maceratis) dilaniandum & dentibus diſcerpendum obiecerunt: moxque exenteratum, & verubus toſtum, captiuis deuorandum appoſuerunt. Hannibalis vero Carthaginenſium ducis crudelitas pro ſpecie Meridionalis crudelitatis ſufficiet. Is captiuos Romanos oneribus & itinere feſſos,

Sua cuique Septentrionali & Meridionali crudelitas.

Val. Max. li. 9. ca. 2.

A feſſos, prima pedum parte ſucciſa relinquebat. Quod vero in caſtra perduxerat, paria fratrum & propinquorum iungens, ferro decernere cogebat, neque ante ſanguine explebatur, quam ad vnum victorem omnes redegiſſet. Americarum Auſtralium crudele ingenium ſpectemus: Hi in cæſorum hoſtium ſanguine pueros mergunt, deinde ſugunt, & membris colliſis epulantur.

Meridionalium & Septemtrionalium morbi.

Atque vt Meridionales multorum expertes ſunt morborum plethoricorum, quos ſanguinis parit redundantia, quibus Septentrionales ſunt obnoxii, vt febrium, fluxionum, tumorum, inſaniarum cum riſu, quæ per acceſsionem correptos ad ſaltandum, & choreas impellunt, (*Malum ſancti Viti appellant incolæ*) non aliunde, quam ex muſica remedium admiſſurarum: ſic phrenitidi cum mania & furore inuadenti, frequenter corripiuntur: cuius ardore ſæpe rapti, & tanquam extra ſe poſiti, futura prædicunt. Somniis teneotur horrificis, & per paroxyſmum linguis loquuntur peregrinis & exoticis: ſed & licheni, omni ſcabiei, ac denique elephantiaſi vernaculo velut morbo adeo ſunt peruii, vt per vtramque Mauritaniam iter agentibus, nulla tam frequenter occurrant ædificia, quam noſocomia hoſpitandis elephanticis dicata.

Montani.

Qui prærupta & montes incolunt, ferociores ſunt, & ad labores ferrei atq; indomiti: at qui per
B plana degunt, præſertim ſi paluſtria fuerint, molli ſunt corpore, & ad primos labores ſudoribus diffluente, cuius rei fidem faciunt Bataui & Friſii. Quod ſi planities ſit eiuſmodi, quæ ſolis ardoribus extorreatur, & variis ventorum turbinibus perfletur, homines alit turbulentos, indomitos, ſeditionum & rerum nouandarum auidos, peruicaces, iugi & ſeruitutis impatientes, vt vel ſolo Narbonenſis Galliæ populorum exemplo innoteſcit.

Narbonenſium ingenia.

Qui ieiuna & ſterilia loca habitant, fere acutiores & ſolertiores exiſtunt, ac laborum patientiſſimi. Cui rei veritatem arrogant Athenienſium, Ligurum & Romanorum illuſtria illa ingenia, contrario plane Bœotorum in Græcia, Campanorum in Italia, & reliquorum Liguſtici maris accolarum exemplo.

De Facultatibus Cap. VIII.

Quid facultas. *Facultates tres.* *Animalis.*

FAcultas, *poteſtas quædam eſt, & efficiens cauſa ex partis temperamento proueniens, alicuius in corpore actionis opifex.* Sunt autem facultates tres principes, corpus humanum, quamdiu ſua integritate fruitur, diſpenſantes: animalis, vitalis, & naturalis. Animalis in proprio cerebri temperamento ſedem habet, vnde in omnes corporis partes ſenſum & motum habituras per neruos diſtribuitur. Hæc trium eſt gene-
C rum: mouens enim alia eſt, alia ſentiens, tertia princeps. Sentiens in quinq; conſiſtit ſenſibus externis, viſu, auditu, guſtu, olfactu, odoratu, & tactu. Mouens in muſculis præſertim conſiſtit & neruis, tanquam idoneis motus voluntarii inſtrumentis. Princeps ratiocinationem, memoriam, & phantaſiam complectitur, phantaſiæ ambitu Galenus ſenſum communem ſeu internum comprehenſum eſſe voluit, etſi Ariſtoteles vtrumque diſtinxerit.

Vitalis.

Vitalis ſedet in corde, vnde calor & vita toti corpori per arterias diſpenſatur: impeditur hæc præcipue in Thoracis præter naturam affectibus: vt illa princeps cum morbus aliquis cerebrum adoritur. Vitalis facultatis inſignior actio pulſatio eſt, & peruix illa cordis atque arteriarum agitatio, quæ nempe corpori triplicem præſtat vſum: cordis enim & arteriarum dilatatione ſpiritus vitalis, allecti aeris beneficio, fouetur: contractione cordis fuligo repurgatur. Vtroque autem corporis vniuerſi natiuus calor temperatur.

Pulſationis vſus triplex.

Facultas naturalis triplex.

Poſtrema eſt facultas naturalis, quæ ſedem ſibi præcipue delegit in iecore alimentum illa in vniuerſum corpus diffundit. Eſt vero omnino in tres alias facultates diſtincta: generatricem, quæ generationi & fœtus in vtero formationi præeſt: Auctricem, quæ à formato fœtu vſq; in perfectum partium ſolidarum penes omnem dimenſionem longitudinis, altitudinis, & latitudinis incrementum viget. Altri-
D cem, quæ vtriq; quaſi inſeruiens reparat, reponitq; continuum triplicis ſubſtantiæ effluxum. Eſt enim nutritio nihil aliud, quam *vacuati quædam repletio.* Altrix hæc à primo conformati fœtus exordio vſque ad eiuſdem prorogatur interitum. Magnæ itaque in re medica eſt contemplationis: quatuor vero aliarum ipſi velut famulantium completur ſubſidio. Attractricis nempe, retentricis, coctricis, & expultricis. Attractrix idoneum alendo corpori ſuccum allicit: eum dico, qui parti appoſitus adſimilari poteſt. Hæc illa facultas eſt, quæ in famelicis hominibus vix dum præmanſum cibum, vel primoribus labris delibatum potum, in latrantem ac velut obuium ſtomachum pertrahit.

Quid nutritio. *Altrici quatuor aliæ facultates inſeruiunt.*

Retentricis neceſſitas.

Retentrix facultas eſt, quę attractum alimentum tantiſper retinet, quoad plane elaboratum ac perfecte concoctum extiterit. Quare coctrici facultati non leue adfert adiumentum. Calor enim natiuus coctionis munus implere nequit, niſi cibus partis complexum accipiat, & in eodem aliquandiu hærens moram trahat. Alias ingeſta in ventriculum alimenta nunquam chyli formam induunt, niſi in ipſius rugis tanquam in ſalebra ad iuſtum chyloſeos tempus reſtiterint. Concoctrix attractum & retentum alimentum in partis ipſius, cuius facultas exiſtit, ſubſtantiam adſimilat vi caloris inſiti & propriæ partis complexionis. Sic plane ventriculus eſculenta, poculentaque omnia in chylum, & hepar
E chylum in ſanguinem commutat: os autem & neruus allapſum per capillares venas ſanguinem, qui ruber & liquidus eſt, in ſubſtantiam albam & ſolidam conuertunt. Eiuſmodi coctio in oſſe & neruo longe operoſior eſt, quam in carne muſculoſa. Ab huius enim natura, quia ſanguis non longe abeſt, ideo vel leui incidente mutatione & concretione in carnem coit. Sed nunquam naturæ & partium votis, hæc reſpondebit concoctio, niſi recrementis defæcatum ſordes ſuas, in partis ſubſtantiam nunquam abituras, deponat alimentum. Itaq; non à prima modo & ſecunda concoctione duo ſuperſunt concrementorum genera, craſſum vnum, & tenue alterum, vt prædictum à nobis eſt; Sed & à tertia, quæ in ſingulis fit partibus. Vnum ſola ratione concipimus, quod per inſenſilem tranſpirationem in

Duo cuiuſque concoctionis excrementum.

tenues auras vaneſcit. Alterum alias ſudoribus, alias craſſamento quodam pingui, quod ſubuculas A
inficit, alias ex pilorum & vnguium generatione, quorum materia ex fuliginoſis eſt, & terreſtribus ter-
Excretricis opus. tiæ coctionis recrementis innoteſcit. Quare neceſſaria fuit quarta facultas, quæ ad nutritionem non
contemnendam operam conferret: expultrix dicta, illis excrementitiis ſuperfluitatibus excernendis
dicata, quæ nulla caloris actione, partis ipſius formam ſubire potuerunt. Eiuſmodi facultates nutri-
tioni ſubſeruientes quibuſdam in partibus duplices exiſtunt, quædam nempe communes, quarum
fructus in vniuerſum corpus redundat, vt in ventriculo, iecore, & venis. Aliæ tantummodo partibus
ipſis ſtudentes, in quibus ſedent defixæ, & quibuſdam partibus omnes illæ quatuor tum communes,
tum propriæ inſunt, vt in modo dictis partibus: quibuſdam eum quatuor propriis duæ tantum com-
munes adſunt, vt veſiculæ felleæ, lieni, renibus, & veſicæ. Aliæ ſolis propriis ſunt contentæ, vt partes
ſimilares & muſculoſæ, quibus ſi harum quatuor facultatum aliqua deeſt, ipſarum ſanitas labefacta-
Quibus gradibus alimentum aſſimiletur. tur, per atrophiam, vlcus, aliaſve ſimiles contra naturam affectiones iuſtæ & laudabilis nutritionis
fruſtratione. At ſi ipſas, quod ſui eſt muneris rite obire contigerit, in propriam ſe induet partis ſubſtan-
tiam alimentum, vereque his tanquam gradibus adſimilabitur. Primum ad partem aſſiuere ipſum o-
portet, mox apponi: inde agglutinari: tandem, vt dictum eſt, adſimilari. Nunc dicendum de actioni- B
bus, quæ à facultatibus manant.

De Actionibus. Cap. IX.

Quid actio. Actio, ſeu functio, eſt *motus actiuus à facultate dimanans*: vt enim à temperamento facultas, ſic à fa-
cultate actio, & ab actione opus conſecutionis quodam ordine dependet: Etſi vero actionis &
Actio & opus differunt. operis nomina ſæpe confundantur, hoc tamen intereſt, quod actio motum indicet circa rei effectio-
nem: at opus rem ipſam iam effectam: verbi gratia, nutritio & carnis generatio actiones ſunt naturales:
at partes nutritæ, vlcuſque cauum, carne expletum motus illius ſeu actionis opera exiſtunt. Quare
Inſtrumentorum ſanitas in debita conformatione exiſtit. opus ab actione, vt hæc a facultate manat concurrente inſtrumentorum integritate. Vt enim ſi facul-
tas vel deficit vel læſa eſt, nulla pulchre fiet actio: ſic niſi inſtrumenta natiuam & debitam ſeruent con-
formationem (quæ vera illorum eſt ſanitas, actionis, inſtrumento propriæ, opifex) nihil eorum, quæ
fieri debent, bene fiet. Itaque ad inculpatas actiones edendas concurrat oportet cum facultate inſtru-
menti legitima conformatio. Sunt vero actiones in duplici differentia: Nam vel naturales ſunt, vel
voluntariæ. Naturales dictæ ſunt, quod non ſponte noſtra, ſed ſponte ſua, & inuitis nobis fiant. Cu- C
Actiones naturales. iuſmodi ſunt cordis illa perennis agitatio, arteriarum pulſus, excrementorum difflatio, & alias ſimiles,
quæ velimus, nolimus, naturæ lege in nobis fiunt. Manant hæ actiones vel a iecore & venis, vel a cor-
de & arteriis. Itaque illas naturalium & vitalium nomine complecti poterimus. Nam cuique facultati
ſua eſt tribuenda actio, ne facultatem otioſam, ac nihil, quod ſit vſui moleſtum, conſtituere videamur.
Inuoluntariæ vitales ſunt cordis & arteriarum dilatatio & contractio, quas vno pulſus nomine com-
plectimur: Illa materiæ attrahuntur, hac depelluntur. Innoluntariæ naturales ſunt.

Generatio				*Gentratrice*
auctio	}	*Qua manant à facultate*	{	*auctrice*
nutritio				*& nutrice*

Quid generatio. Generatio nihil alind eſt, *quam materia quedam informatio ſeu acquiſitio, & introductio formæ ſubſtan-
tialis in materia.* Duarum hæc facultatum completur ſubſidio: Alteratricis, quæ ſemen, ſanguinemque
menſtruum varie præparat & diſponit, ad oſſis, nerui, lienis, carnis, & ſimilium partium formam in-
duendam: Formatricis, quæ varia præparatione diſpoſitam materiam figura ornat, ſitu & compo-
ſitione. D

Quid auctio. Auctio eſt *partium ſolidarum amplificatio, in longum, latum, & profundum integra & ſalua remanente
priſtina forma in figura & ſoliditate.* Ex ſolis autem partibus ſolidis auctionis omnis æſtimatur perfectio:
Non enim ſi corpus in carneam aut adipoſam intumeſcit molem, propterea augeri dicetur: ſed tum
demum, ſi vna pari incremento augeſcant partes ſolidæ, præcipue oſſa, quod ad horum incrementum
totius corporis ſequatur accreſſio, etſi forte interim macie extenuetur & tabeſcat.

Quid nutritio. Nutritio eſt *perfecta eius, quod coquitur, alimenti in coquentis partis naturam adſimilatio.* Completur
hæc quatuor ſubſidiariarum actionũ adminiculo, attractionis, retentionis, coctionis, & excretionis.

Actiones voluntariæ. Voluntariæ actiones, quas ſponte noſtra ſuſcipimus, ſic dictæ ſunt, quod pro voluntatis arbitrio
illas ſiſtere, excitare, tardare, aut incitare poſſimus. Triplices illæ omnino exiſtunt: enim alia motus,
ſenſus alia, princeps denique alia exiſtit actio. Sentiens anima quinque omnino ſenſibus res omnes
comprehendit, viſu, auditu, olfactu, guſtu, & tactu. Ad hos edendos tria concurrant neceſſe eſt, or-
ganum, medium, & obiectum. Præcipuum organum ſpiritus eſt animalis per neruos in ſingulas
corporis partes diffuſus, a quibus tales ſuſcipiuntur actiones: ob id partes illas pro organis ipſis in præ-
ſentiarum vſurpabimus. Medium corpus eſt, quod obiectum ad ipſam vſque defert inſtrumentum. E
Obiectum externa quædam qualitas eſt, cui vis ineſt ciendi & alterandi organi per medium bene
comparatum. Clarior res hæc euadet ſingulis ſenſuum functionibus per neceſſarium trium illorum
Qui viſio fiat. concurſum expoſitis. Viſus ſeu viſio facultatis videndi actio eſt, quæ ab oculo ſuis tunicis & humori-
bus, vt decet, inſtructo, adeoque actionis illius corpore organico, ſuſcipitur. Obiectum qualitas eſt
viſibilis ad oculum delata. Eſt vero tale obiectum duplex. Etenim vel natura ſua, & ex ſe abſolute
viſibile eſt, vt ſol, ignis, luna, & ſtellæ: vel alterius velut opem, vt tale ſit actu, deſiderat: Sic enim
luminis aduentu colores poteſtate viſibiles ad oculum delati, actu quales ſunt, videntur & apparent.
Qui auditio. Cæterum talibus obiectis ad oculum peruenire non licet, niſi per medium perſpicuum & illu-
minatum,

Digitized by Google

A minatum, cuiuſmodi ſuot aer, aqua, vitrum, & cryſtalli geoera omnia. Auditus, pro organo meatum habet audirorium, qui ad os petroſum tendit, ſupertexta membranula neruo auditorio & interiore quodam ſpiritu illic concluſo inſtructum. Obiectum eſt omnis ſonus ex percuſſo acre reſiliens, & duorum corporum concurrentium colliſione. Medium eſt aer ambiens, qui ſonum ad meatum defert auditorium.

Qui olfactus

Olfactus fit in proceſsibus mammillaribus ex propria cerebri ſubſtantia productis, naribus ſummis inſidentibus ex Galeni ſententia: quanquam alii malunt, fieri olfactum in ipſis anterioribus cerebri ventriculis. Actio hæc imbecilla eſt in homine ad reliqua animantia comparatione. Obiectum eius eſt odor omnis: ſeu exhalatio fumida è corporibus expirans. Medium, quo obiectum ad nares defertur terreſtribus quidem & volatilibus aer eſt, at piſcibus aqua ipſa.

Qui guſtus.

Guſtus actio à lingua ſuſpicitur bene & ſecundum naturam comparata, inſtructaque neruo a tertia & quarta cerebri coniugatione in ipſius ſuperficiem diffuſo. Obiectum eſt ſapor: de cuius natura & ſpeciebus, a nobis in antidotario fiet mentio. Medium, quo obiectum id ad organum ita defertur, vt ipſum afficiat: vel externum eſt, vel internum. Externum eſt ſaliua illa, quæ linguam yelut iungit B perfunditque. Internum caro ipſius linguæ ſpongioſa, quæ obiecti qualitate affecta, mox quoque & inſidentem neruum ita afficit, vt eius ſpecies vi ſpiritus in communem ſenſum inſeratur.

Qui tactio.

Tactionem partes omnes ſuſcipiunt tangendi neruo donaræ, is ſenſus excitatur præcipue cum tractabilis qualitas ad veram vſque cutem neruoſam penitus & cuticulæ ſeu epidermidi ſubiectam penetrar. Eum vero elucere io ea, quæ digiros extremos veſtit, cute, antea notauimus. Obiectum eſt tractabilis omnis qualitas ſeu illa primi ſit qualitatum ordinis, caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas: ſeu ſecundi, aſperitas, lenitas, grauitas, leuitas, durities, mollities, raritas, denſitas, friabilitas, vnctuoſitas, craſsities, tenuitas. Medium, cuius interuentu inſtrumentum afficitur, vel cutis eſt, vel caro neruis multis intertexta.

De motu.

Quæ ſequitur animalis actio, motus eſt, peculiari nomine voluntarius dictus. Hanc ſuſcipit, efficitque muſculus proprium voluntarii motus inſtrumentum. Fit porro omnis motus membri muſculo inſtructi vel flexu & contractiooe, vel extenſione. quanquam in genere tot motus voluntarii differentiæ exiſtunt, quot ſitus in loco ſpecies commemorantur, itaq; ſurſum motus fieri dicitur, deorſum, ſiniſtrorſum, antrorſum, & retrorſum. Huc motuum infinita genera, quæ muſculorum infinita varie-C tas edit in corpore, referuntur. In hunc voluntarium actionum cenſum, venit reſpiratio, quod muſculorum ope fiat: etſi ad cordis temperandum calorem ſit comparata. Hanc enim tardare poſſumus, cum volumus & turſum citatiorem reddere: Quæ demum voluntarii motus ſuot conditiooes. Denique vt habeamus, in quo aduerſus infinitas quæſtiones, quæ hac de re moueri ſolent, conquieſcere tuto poſſimus, tenendum illud eſt, reſpirationem a facultare animali edi & ſuſcipi, vitalis autem gratia inſtitui.

Qui reſpiratio motus ſit voluntarius.

Princeps actiones tres.

Princeps actio & in voluntariarum genere primaria in tres omnino diuiſa eſt; imaginationem, ratiocinationem, & memoriam.

Imaginatio.

Imaginatio *efficio quadam eſt, & apprehenſio, qua rerum ſenſibilium ſpectra & ſimulachra diſcernit & internoſcit.*

Ratiocinatio.

Ratiocinatio eſt *conceptarum & apprehenſarum imaginum per collationem ipſarum ad inuicem index quadam æſtimatio.*

Memoria quid.

Memoria omnium firma cuſtos eſt, & tanquam theſaurus, quam ſæpe mens explicat & aperit feriantibus alijs animi agitationibus. At quia commemoratæ actiones omnes ſeu naturales illæ ſunt, ſeu animales & voluntariæ, ſpirituum fiunt & complentur adminiculo; Ideo nunc dicendum de ſpiritibus eſt.

D

De Spiritibus. Cap. X.

Quid ſpiritus.

SPiritus *ſubſtantia eſt tenuis & aerea ex tenuiore ſanguine ſuſcitata, vt eſſet facultatum, quarum potentia corpus vniuerſum regitur, ad omnes eius partes vehiculum, & primarium functionum obeundarum inſtrumentum.* Huius enim benigno appulſu illæ deſtitutæ illico feriantur omnes & a ſoliris muneribus tanquam emortuæ quieſcunt.

Spiritus triplex.

Hinc eſt quod pro facultatum numero ſpirituum varietatem commiſcentes, tripartito hunc diuiſerunt, vt eſſet alius animalis, alius vitalis, alius naturalis. Animalis ſpiritus domicilium ſibi conſtituit in cerebro. Illic enim præparatur & abſoluitur. vt inde per neruos delatus, ſentiendi & mouendi vim membris omnibus impertiat. Argumento eſt, quod hyeme gelidiſsima ſeu per iorerceptionem viarum, ſeu per concretionem eiuſmodi ſpirituum rigent artus, ſtupentque manus, torpeot denique omnia ſolita motus agilitate & ſenſus acumine deſtituta.

Vnde dicatur ſpiritus animalis.

Animalis dicitur, non quod animæ ſubſtantia ſit, ſed quod primum ipſius organum. Subſtantiam ergo habet tenuiſſimam & ætheream: atque pro ſenſoriorum, in quæ illabitur, varia conditione varia ſortitur nomina: qui enim viſum facit, viſiuus dicitur. Hunc oculi attritu de nocte velut expreſſum crebris micantem ignibus intueri licet. Qui ad auditorium meatum fertur, auditiuus nominatur. Qui ad tangendi organa, tactiuus, eſt-

Qui fiat.

E que par cæterorum ratio. Fit elaboraturque in venarum & arteriarum cerebri plexibus & anfractibus ex prætenui ſpiritus vitalis portione, eo per carotidas arterias elata: nonnunquam & ex aere puro aut vapore odorato inſpiratu per nares allecto. Hinc ſtrictis ligaturis aditum ad partem, quam reſcindere conſilium eſt, intercludimus. Idem facit per apoplexias & paralyſes humor obſtruens, quo fit, vt ſubiecta membra alias ſine motu, alias ſine ſenſu & motu moribunda langueant.

Vitalis ſpiritus.

Illi nobilitate & præſtantia ſecundus vitalis ſpiritus in cordis ſiniſtro præſertim ventriculo habitat, vnde per arteriarum canales in vniuerſum corpus decurrit, vt calorem in ſingularum partium ſubſtantia defixum foueat, breui periturum, niſi fluentis vna cum hoc ſpiritu caloris appulſu recrearetur. Et quia ſecundum animalem tenuiſſimus eſt natura, ipſum, ne vaneſceret, neruoſa arteriæ tunica venarum tunica quintuplo

 craſſiore,

craſſiore, vt ex Herophili ſententia prodit Galenus, coerceri voluit. Materiam habet ex tenuiore ſan- A
Quæ eius materia.
guinis exhalatione & eo, quem ſpirando ducimus, aere. Itaque per immodica ſpirituoſæ ſubſtantiæ effluuia, per effrenes vacuationes prompte deperit: quemadmodum per horum corruptiones, aeris peſtilentis, aut tetri vaporis inſpiratu facile corrumpitur, quæ res tam præcipiti peſte correptorum exitii cauſa eſt. Sæpe per obſtructiones, plethoras, ingentes inflammationes hic ſpiritus ingreſſu ad partem aliquam prohibetur, quo fit, vt breui mareeſcente calore ipſius fixo & inſito promptus ſit in gangrænam & ſphacelum tranſitus.

De naturali ſpiritu dubitatur.
Spiritus naturalis (ſi quis forte ſit) ſtationem in hepate habet & venis. Craſſior longe eſt & ob ſcurior cæteris, dignitate etiam & actionis, vſuſq; præſtantia, inferior. Vſus eius eſt iuuare concoctionem tum vniuerſi corporis, tum ſingularum eius partium, & ad eas ſanguinem caloremq; deferre.

Spiritus fixi.
Præter commemoratos alii ſunt ſpiritus fixi, & in ſimilaribus, primiſq; corporis partibus inſiti: qui & ipſi naturales ſunt & loci illius, in quo quaſi inſerti ſunt & depacti, indigenæ. Et quoniam æthereæ ſunt etiam, atq; igneæ naturæ, ſic calori natiuo coniuncti ſunt vel vniti potius, vt ab ipſo non magis ſeparari queant, quam flamma à calore: quare & functionum, quæ in ſingulis partibus ſiunt, cum fluentibus illis ſint prima inſtrumenta, fouentur permanentiamq; habent ſpiritus illi inſiti ab humore B
Radicalis humor.
radicali & primigenio, qui ſubſtantiæ eſt aereæ & oleoſæ & horum ſpirituum caloriſq; inſiti tanquam fundamentum. Itaq; ſine hoc humido nulli ne ad punctum quidem temporis, vita durare contingit. Sed & primaria animæ inſtrumenta ſunt ſpiritus illi cum calore natiuo. Humore igitur hoc primigenio
Mors naturalis.
diſſipato & abſumptu, qui ſpirituum caloriſq; eſt ſedes, pabulum & fomentum, qui perſiſtere ipſa poterunt amplius & cunſtare? Ergo ad ſalutaris huius & ſubſtantifici humoris detrimentum ſequitur caloris marcor: quare & mors, quæ per caloris natiui reſolutionem diſſipationemq; contingit. Qui a vero horum ſpirituum & caloris inſiti naturas ſingularum ſimilarium partium ſubſtantiam depacta eſt, efficitur neceſſario, vt quod partium ſimilarium ſpecies totidem ſint & ſpirituum fixorum. Cuique enim quia ſua & priuata temperies eſt & coagmentatio, ſuus etiam & proprius ineſt ſpiritus, ſuus item & calor fixus ac inſitus, qui hinc vt permanentiam, ſic & originem habet. Quare qui oſſis ſpiritus eſt & calor inſitus, alius eſt ab eo, qui in nerui, venæ, taliſve ſimilaris alterius partis ſubſtantiam eſt inſertus, quod illarum partium diuerſa ſit temperies, diuerſa item elementorum mixtio, vnde primum coaluere. Nec vero leuioris eſt operis hæc de ſpiritibus contemplatio: quia in his naturæ noſtræ virtus omnis

Spirituum vſus & neceſſitas.
eſt & robur. His caſu aliquo diſſipatis aut abſorptis languemus inertia, nec ſalus vlla vitæ reſtat ſpera- C
bilis, paulatim vitæ flore mareeſcente. Quæ res magis attentos tenere debet animos noſtros ad horum tutelam aduerſus perenne triplicis ſubſtantiæ effluuium. Si enim emarcuerunt, iacet iam omnis propria curandi morbi indicatio: vt qua induſtria poſthabita ſæpe cogamur ad reſtaurandas, reparandaſq;
Quod ſpirituum diſſipationis remedium.
vires omnes conſilium conferre. Id vero fit cibis euchymis & concoctu diſtriburuq; facilimis, generoſo vino, & ſuaue ſpirantibus odoribus. Alias vero ſpiritus illi non quidem diſſipati, ſed intro coacti & ad fontes ſuos retrouerſi oppreſſionem faciunt & patiuntur. quo fit, vt ſæpe artuum vinculis & frictio-
Quid ſpirituũ oppreſſionis & cõculcationis remedium.
nibus illorum cogamur diffuſionem & expanſionem moliri. Huc vſque nobis ſermo fuit de rebus, quę quia naturam noſtram conſtituunt, naturales dicuntur: reſtat vt de illarum annexis & conditionis familiaritate vicinius aliquid dicamus.

Rebus naturalibus annexa ſunt & cognata.
- *Ætas: de qua propter argumenti ſimilitudinem, cum de temperamentis ageremus, coacti ſumus dicere.*
- *Sexus:*
- *Color: de quo item dictum iam à nobis eſt.*
- *Partium organicarum commoderatio.* D
- *Tempus: cuius etiam vires expendimus*
- *Regio:*
- *Victus ratio, & vitæ inſtitutum:*

De Rerum naturalium annexis. CAP. XI.

Quid ſexus.
SExus non aliud quicquam notat, quam maris & fœminæ diſtinctionem, in quo id in primis venit conſiderandum, mari & fœminæ, quod ad partes corporis, partiumque ſitum attinet, parum intereſſe: fœminæ tamen quam mari parciorem ineſſe calorem. Itaq; illi partes ſpermaticas ineſſe frigidio-
Quæ fœminarum natura.
res, molliores, humidiores, omnes deniq; actiones naturales minus vegetas & deteriores. Ad hanc fœminarum naturam referenda eunuchorum natura, vt qui in fœmineam naturam videantur degeneraſſe: Nam caloris defectu glabrum corpus, & vox mollis atq; acuta fœminam egregie ſonant. Aduer-
Eunuchos eſſe fœmineos
tendum tamen eſt, quod reperiuntur fœminæ quædam, quæ (vt ſic loquar) maſculiniſant, quod & vox virilis & barbitio obſeptum mentum arguunt. Sed & contra maſculi quidam (ſi ita loqui licet) fœminiſant, qui & inde molles atq; effœminati dicuntur. Hermaphroditus velut ancipitis & dubiæ natu- E
Hermaphroditus.
ræ, inter vtrumq; ſexum medius, per maris & fœminæ participationem eſſe videtur.

Qui in corporis habitu & ſuperficie nitet color, cutemque ſuffundit, temperamenti, qualecunque id fuerit, eſt index: Nam vt notat Galenus *comment. Aphor. 2. ſect. 1.* talis in nobis effulget color,
Color temperamenti index.
qualis eſt ſubiectus humor. Quare ſi roſeus quidam nitor genas colorat, abundare ſanguinem, ac ſpirituum vbertate differri corpus, indicio eſt: At ſi luteo colore inficitur cutis, bilem: Si albicante & pallido, pituitam: Si nigrante & fuſco, melancholicum humorem dominari, argumento eſt. Sed & in excrementis, quę naturæ lege exeunt, non poſtremæ eſt color conſiderationis. Sic enim ſi vlcus rupta vomica pus effundat album, partis, vnde manat integritatē arguunt. Sin ſanioſum aut cruentum, viride,

A liuidum, aut variegatum imbecillitatem ſolidæ partis denotat, quæ humorem excrementitium, colore, quatenus licebat ſibi coquendo adſimilare nequiuerit. Tumorem præter naturam partitio eſt: Vt enim color eſt, ita humoris tumorem comitantis dominium eſſe ſolet.

Organicarum partium commoderatio, quæ dicitur ſeu integritas, ex figura expenditur, magnitudine, numero, ſitu, & connexione atque conſociatione adinuicem. Figuram conſideramus, cum dicimus partes corporis externas fere omnes in orbem à natura eſſe concinnatas, non ad ſpeciem modo, ſed & ad neceſſitatem, quo ſic læues, & nullis confractæ angulis occurſantium extrinſecus iniuriæ minus paterent. Magnitudinem dicimus, cum amplas alias & craſſas, preſſas alias & emaciatas enunciamus. Numerum vero, cum ſupereſſe aliquas, deficere alias, aut nihil neq; deeſſe, neque deſiderari, notamus. Situm & connexionem inſinuamus, cum ſintne ſuo quæque loco, ſintne decenter aptæ adinuicem & conſociatæ, inquirimus. *Organicarum partium conformationem rebus quatuor abſolui.*

Quatuor anni temporum viciſſitudines vbi de temperamentis egimus, ſumus executi. Regionis vero conſideratio, quia idem cum aere ſubit iudicium, relegabitur in eam, quam de aere paramus inter res non naturales, diſquiſitionem.

B Vitæ inſtitutum & victus ratio, quia immutandi aut conſeruandi temperamenti maximam vim habent; Ideo diligenter nobis ſunt attendenda. Sed quia in infinita prope varietate exiſtunt; Ideo vix in artem, quæ omnes victus rationis, & vitæ inſtituti differentias perſequatur, cadere poſſe videntur. Ergo ſi vitæ inſtitutum ſit laborioſum, quale eſt agricolarū, nautarum, & aliorum opificum, eiuſmodi partes corporis denſat, roborat, deſiccat. Quanquam quibus labor circa aquas eſt obeundus, illi frigidis humidiſq; morbis, etſi ſe prope labore conficiant, magis infeſtantur. Contra vero qui metalla tractant vt ferrarii fabri omnes, quiq; fuſa æra in opus ducunt & conflant, morbis calidis, vt febribus potius exercentur. Quod ſi ſedentaria ſit vita, vt ſutorum, qui domi totos ſedendo dies opus ſuum faciunt, corpori mollitiem, carnis effœminationem, & excrementorum prouentum accerſet. Idem facit vita tum corpore otioſa & negligens, tum animo ſecura in omni epularum luxu & abundantia. Hinc enim calculo, hinc arenulis, hinc arthritidi corpora redduntur obnoxia. quæ modico labore, cultu, victuq; corporis vita ſuſcipitur, ingenito corporis temperamento tuendo videtur eſſe idonea. Plura ex ſe Chirurgus ingenioſus, quæ ſpecialius ad harum rerum examen faciant, ſibi poterit comminiſci. Ergo breuiter rebus naturalibus & his, quæ illis cognatione ſunt affines, expoſitis, ordinis ratio videtur
C poſtulare, vt de non naturalibus inquiramus. *Diæta.* *Mediocris diæta commoda.*

De Rebus non naturalibus. CAP. XII.

RES, de quibus ſumus dehinc verba facturi, non naturales à recentioribus Medicis fuere nuncupatæ, quod non ſint ex earum numero, quæ corporis humani conſtitutionem compoſitionemque ingrediuntur: quemadmodum elementa, humores & ſimilia omnia, quæ antea ſub naturalium nomine complexi ſumus. quanquam eiuſmodi ſunt, vt corpori iam conſtituto & compoſito tuendo ſint neceſſariæ. Ex quo & conſeruatrices à Galeno dictæ fuere, quod earum vſu legitimo corpus perſtet incolume. Neutræ etiam & ancipites dici poſſunt, quod iure & loco vſurpatæ ſanitatem tueantur: inconſiderate verò morbos accerſant. Quo factum eſt, vt ad eam medicinæ partem pertinere putentur, quæ eſt de ſanitate tuenda, non quidem, quod eiuſmodi rerum nonnullæ abſolutæ & natura ſua ſalubres, inſalubres aliæ eſſent, ſed hoc ipſo tantummodo, quod tales fiant & euadant vſu legitimo vel præpoſtero. *Cur dictæ res non naturales.*

Ergo vſum eiuſmodi rerum ex quatuor conditionibus expendimus: quantitate, qualitate, occaſione, & vtendi modo: Has ſi obſeruaueris, hoc conſequeris, & efficies vt quæ res ex ſe velut ancipites
D ſunt, certos adſerant ſanitatis fructus. Tam enim late patent quatuor hæ circumſtantiæ, vt his tanquā artis apicibus, contineantur regulæ, quæ de ſanitate tuenda tradi poſſunt. Res vero ipſas non naturales Galenus alias quatuor vocibus complexus eſt, Sumendorum, nempe, Admouendorum, Educendorum, & Faciendorum. Sumenda ſunt, quæ intro in corpus ſeu ore, ſeu alia quauis via ingeruntur, quo in genere ſunt aer, cibus & potus. Admouenda ſunt, quæ corpori per contactum applicari debent, cuiuſmodi eſt aer nuper dictus, vario qualitatum ſuarum contagio caloris, frigoris, humiditatis, aut ſiccitatis corpora efficiens. Educenda dicuntur, quæcunque inutilia in corpore genita excerni poſtulant. Facienda vero ſunt labor, quies, ſomnus, vigiliæ, & ſimilia. Hæc omnia diſtinctius & propriorum nominum expreſſione ad ſex reuocare licet. Quæ ſunt *Galen. 1. ad Glauc.* *1. De ſanit. tuenda.*

1 Aer,
2 Cibus & potus,
3 Labor & quies,
4 Somnus & vigiliæ.
5 Repletio & inanitio ſeu excernenda & retinenda. Et 6. animi perturbationes.

E

De Aere. CAP. XIII.

AERIS ad vitam tanta eſt neceſſitas, vt ſine ipſo ne punctum quidem temporis viuere poſſimus, ſi modo reſpiratio, & multo magis tranſpiratio eſt à vita inſeparabilis. Itaq; noſſe eſt operæpretium, quis aer ſit ſalubris & quis inſalubris, & quis pro ægro aduerſus morbum qualitatum diſſidio pugnet, aut contra qualitatum ſimilitudine morbum fouerit, vt ſi morbificis damnis ægrum cumulare videatur, ipſum arte corrigamus. Sic in capitis tractandis vulneribus, hyeme præſertim, omni induſtria aerē quo incaleſcat procuramus. Eſt enim frigidum cerebro, oſſibus, earumq; partium vulnerib. inimicum; *Aeris ad vitam neceſſitas.*

calidum vero amicum. Sed & aere calidiore, inſpiratione in corpus allecto, nouo æſtu cor, pulmones, A
ſpirituſq; incandeſcunt, & debilitantur vires, ſpirituum tenuatorum diſſipatione frigidiore pariter facultatum robur languet & torpeſcit ſeu per ſuppreſſionem fuliginis, ſeu per ſpirituum inſpiſſationem.

Quis aer ſalutaris.

Ergo ſalubris ille demum aer æſtimandus eſt, qui ſerenus, qui tenuis, qui purus, & in omnẽ partem liber & patens exiſtit, qui procul abeſt ab omni cadauerosa cæſorum animantium, aliarumve quarumlibet rerum putrentium inquinatione, qui longe diſſitus eſt a ſtagnis, paludibus, & graue tetrumque ſpirantibus cauernis, neque vicino flumine nebuloſior neque humentior eſt. Talis, inquam, aer ſi ad vernam arridet temperiem, vtiliter ſe haber aduerſus omnes morbos. Illi contrarius aer omnino eſt inſalubris, nempe putridus, concluſus, preſſuſque vicinorum muntium anguſtia, tetro denique aliquo vapore infectus. Et quia non licet omnes aerum ſingulis morbis propulſandis conuenientium conditiones perſequi, vt quæ prope infinitæ ſint, adnotaſſe hic ſufficiet, quid nomine aeris veniat intelligendum.

Inſalubris.

Aeris nomine tria intelligi.

Aeris nomine tria Medici ſolent audire, præſentem aeris ſtatum, Regionem, in qua degimus, & anni tempus. De hoc poſtremo cum de temperamentis ageremus, diximus. Quare de duobus tantum prioribus nobis nunc ſermo erit. Præſens aeris ſtatus alias certo dierum curriculo veriſimilis eſt, id eſt, B
temperatus; Alias æſtati, id eſt, calidus & ſiccus; alias hyemi, id eſt, frigidus & humidus; alias autumno, id eſt, inæqualis, atque poſtremus hic morborum eſt valde ferax. *Quando eodem die modo calor, modo frigus fit, autumnales morbi expectandi ſunt.* Hasin aere tempeſtates & conſtitutionum varietates venti præcipue & inſigniter excitant, vt qui per aerem totũ conflui, non obſcuras vires repentina mutatione prodant. Quare breuiſſime eorum naturam attingemus. Qui ab oriente flat, ventus ſubſolanus dicitur, eſtque naturæ calidæ, & ſiccæ, ideoque ſalubri. At qui ab occaſu ſpirat, fauonius, frigidus & humidus, adeoque morbuſus. Meridionalis calidus eſt & humidus, putredinis author ac morborum putridorum. Aquilonaris frigidus eſt & ſiccus adeoque ſalubris: hinc ſi per caniculam flare illum contigerit, ſalubritatem toti annu conciliare, & putredinis ſemina expurgare, ſi quæ forte in aere inſederint, creditur. Atque hæc ventorum quatuor deſcriptio rum demum veritatem habere intelligenda eſt, ſi ventos conſideremus in propria & ſua natura, quam ab illis regionibus, vnde primum ſpirant, mutuantur. Alias enim effectus plane contrarios in aerem inuehunt pro ratione locorum, vt niuoſorum, marium, ſtagnorum, fluminum, ſyluarum, arenoſarum planitierum, per quas præteruehuntur: Vnde nouas

Aph. 4. ſect. 3.

Ventorum vis & differentia.

Venti alienas ſibi qualitates qui adſciſcant.

qualitates mutuantur, quibus poſtea aerem, nos denique ipſos perfundunt. Hinc fauonium inſalubrem C
morboſumque notauimus ex propria regionis, vnde manat, conditione: Talemque eum, id eſt, frigidum & humidum experiuntur Vaſcones tam profecto magno ſuo malo, vt raro apud eos ſpiret, quin corporibus, terræve frugibus inſignem aliquam calamitatem importet. Et tamen illum Græci, latiniq; ſalubritatis nomine præ cæteris commendare ſolent. Sed & exortus, occaſuſque ſyderum inſigniorum ventos ſæpe tam frigidos concitant, vt inde totus refrigeſcat aer, aliave maligna qualitate imbuatur. Syderum enim vi vapores ſæpe exhalationeſque exagitantur: vnde ventis, nubibus, tempeſtatibus, turbinibus, fulguribus, fulminibus, tonitruis, grandini, niuibus, pluuiis, terræ motibus, inundationibus, æſtibuſque marinis eſt origo. Quarum rerum exactior contemplatio etſi aſtronumorum, coſmographorum, & Geographurum ſit propria, omittere tamen Hippocrates nonpotuit, quin de his aliud diceret *lib. de aere & aquis*, vbi notarum ſibi & vicinarum regionum deſcriptionem delibat. Ex hac aeris vi in morbis peniali aut propitia, illud manauit celebre Guidonis Cauliacenſis: vulnera ſcilicet capitis curatu difficiliora eſſe Lutetiæ, quam Aenioni: contraria plane de crurum vulneribus ratione. Eſt enim Lutetianus aer frigidus & humidus ad aerem Aenionenſem facta collatione: quare vulneribus capitis infenſus. Idem contra quia ſpiritus obſcurat, degrauatque & ſanguinem, humoreſque denſat, & minus in fluxionem celeres reddit, ideo crurum vulnera ſanabiliora efficit, dum humorum, quo- D
rum influxum vlcerum retardatur curatio, curſum intercipit. Manifeſtum vero eſt, quod loca calida & ſicca copioſiorem faciunt innati calidi diſſipationem, vnde virium imbecillitas: qua eadem ratione ex ſanguinis detractione minus belle ſe habeant, qui ea incolunt: purgationes vero etiam vehementes ob humorum a ſiccitate contumaciam facilius ferunt: denique corporum noſtrorum conſtitutionem aer immutat, vel qualitatibus ſuis, vt ſi calidior, frigidior, humidior, aut ſiccior occurrat: vel materia, vt ſi craſſior ſit aut iuſto tenuior, aut inquinamentis terrarum exhalationum conſpetſus: vel repentina & inſolenti mutatione, quod experietur, quiſquis rapidam faciet ex tranquillo aere in procelloſum & ventorum incurſionibus iactatum aerem. Sed quia poſt aerem nihil æque tuendo corpori eſt neceſſarium, quam cibus & potus, de vtroq; nunc dicere aggrediar.

Fauonium Zephyrus ex ſe inſalubris.

Syderum in aerem vis.

Qui Lutetianus aer capitis vulneribus ſit infenſus crurum vero amicus.

Quibus modis aer corpora immutet.

De Cibo & potu. CAP. XIV.

QVo breuior & apertior ſit noſtra hæc de cibo & potu tractatio, illam in hæc capita conferre viſum eſt, nempe vt in vtroque bonitatem & prauitatem expendamus: quantitatem, qualitatem, con- E
ſuetudinem, voluptatem, ordinem, tempus, atque omnia hæc accommodato ad ætates & anni tempora. Bonitatem, prauitatemque in eſculentis & poculentis metimur ex ſucci, quem in nobis gignunt, laudabilis aut vitioſi conditione. Magnam enim morburum partem facit cacochymia. Vt contra euchymia morbos omnes à corporibus arcet, niſi forte aliunde ex quantitate & mole vitium accedat. Quare inprimis eſt neceſſarium, vt qui præſentem ſanitatem tueri, morbiſque aditum intercludere volunt, rebus veſcantur euchimis, quales ſunt laudabile vinum, ouorum vitelli, lac integrum, panis primarius diligenter ſubactus, carnes caponum, perdicum, turdorum, alaudarum,

Alimentorum bonitas.

A rum, vitulinæ, veruecinæ, hædinæ, & aliæ, quas licet ex Gal. *lib. de alimentorum facultatibus* repetere:
vbi etiam eas, quæ ſunt mali ſucci, examinant ex manifeſtis qualitatibus, nempe acrimonia, amaro-
re, ſalſedine, aciditate, auſteritate, & acerbitate. Sed cibis & potibus quantumlibet laudabilibus niſi *Quantitas.*
quantitatem modumque adhibeamus nunquam eos, quos iure ſpetabamus, ſanitatis fructus conſe-
quemur. Nam vel ſola quantitatis immoderantia morbis materiam ſuggerunt, quin & quantum ſit in
quantitate vtriusque partis momentum, ex eo licet cognoſcere, quod ſæpe cacochymi cibi venenata
qualitas non noceat, quod iuſtis quantitatis viribus ad nocendum inſtructa non venerit in corpus.
Quantitatis ille modus eſt in morbis præcipue attendendus: nam vt ait Hipp. *ſi quis febricitanti cibum*
dederit, valenti quidem robur, ægrotanti vero morbus ſit: præſertim vero niſi modus adfuerit. Quare
non parum intereſt, qui morbi tenuem & qui largiorem victum deſiderent, qua de re tota inſti-
tuta eſt ab Hippoc. aphoriſmorum ſect. 1. diſputatio; vbi docet per chronicorum morborum ini- *Ciborum*
tia plenius eſſe cibandos ægros, quo ferendæ morbi diuturnitati pares eſſe poſſint, & ad ſtatum vſ- *quantitas*
que perdurare. In acutis autem, qui extremos ſtatim labores habent tenui victu eſſe vtendum. Te- *ex morbi ra-*
nuiſſimo vero cum morbus in ſuo vigore conſtiterit: in ſuperque rei huius omne conſilium ad vires æ- *tione & a-*
B grorum eſſe reuocandum. In his vero, qui inculpata ſanitate fruuntur, pro vacuationis & diſſlationis *gri viribus*
ratione cibi debet eſſe modus, viris enim per caloris efficaciam & triplicis ſubſtantiæ copioſiorem diſ- *æſtimanda.*
ſipationem, appetentia maior ineſt, quam mulieribus: eadem prorſum ratione, qua iuuenes & qui
creſcunt, pluribus & copioſioribus egent alimentis, quam ſenes: quin & inter iuuenes coetaneos alii
aliis pleniorem victum iure poſtulant, nempe pro effluuii & conſuetudinis modo. Certe quod ad gulæ
modum attinet, hoc tale eſt, vt ad omnes extendi poſſit: Tantum omnibus cibi & potionis ſumen-
dum eſſe, vt reficiantur vires, & non opprimantur: ſunt enim Hipp. decreto duo hæc conſeruandæ ſa-
nitatis velut compendia, *non ſaturari cibis, & impigrum eſſe ad labores atq;* hæc de ciborum quantitate. Nec *Ciborum*
minus attendenda eſt ciborum qualitas ægris, ſanisque. Hæc vel prima eſt, calefaciens, refrigerans, hu- *qualitas.*
mefaciens, ſiccans: vel ſecunda, attenuans, incraſſans, obſtruens, aperiens, aut aliud ſimile pro naturæ
ſuæ conditione agens. Secundum has victus ratio non inſtituenda modo, ſed & varianda: ſanorum e-
nim præſens ſtatus ſimilium vſu conſeruari poſtulat. Ideo calidis humidis, vt pueris victus calidus & hu-
midus eſt præſcribendus: frigidis & ſiccis, vt ſenibus, frigidus & ſiccus: Si modo tam verum illud eſt,
quam vulgo iactatum, *ſanitatem vſu gaudere ſimilium.* Quanquam quia ſenectus, quantumlibet cruda il- *Senectus al-*
C la viridiſque ſit, ex ſeſe quidam velut morbus eſt, videtur eſſe & ad veritatem, & ad ſalubritatem conue- *ter morbus.*
nientius, ſenes contrariis naturæ ſuæ alimentis cibare, id eſt, calidis & humidis, vt ſic mortis cauſas, fri-
gus & ſiccitatem, quæ in illius ætatis exitium properant, quantum fieri potent, remoremur. Morbis e-
nim, vt qui contra naturam ſunt, contrariorum vſu eſt obſiſtendum. Alias quantum ęgris cibi addideris,
tantum morbo virium adiunxeris. Idque ipſum eſt, cur Hipp. dixerit, *Victum humidum febricitantibus o-* *Aph. 16.*
mnibus conferre: quod febris ſicca ſit intemperies. Diligenter ergo inſpiciendum in morbi naturam, vt ea *ſect. 1.*
perſpecta, illius impetum contrariorum vſu conemur infringere:

Sed ſi conſuetudo (vt aiunt) altera natura eſt, eius quoque magna Medico ratio erit habenda æ- *Conſuetu-*
que in ægris atque in ſanis. Hæc enim aliquando ſenſim ſine ſenſu natiuum temperamentum immutat, *dinis vis.*
ac pro eo aſcititium ſupponit. Quare ſi quis conſuetudinem paulo deteriorem mutare ſtatim vel in me-
liorem velit, plus profecto nocumenti, quam vtilitatis adiiceret, quod *repentinæ omnes mutationes* Hippo-
cratis ſententia *ſint periculoſa.* Ergo ſi quid de conſuetudine detrahi neceſſitas flagitet, paulatim *Aphor. 51.*
id faciendum eſt, vt ſic pedetentim natura citra vim, ſolitæque œconomiæ perturbationem contra- *ſect. 2.*
riis aſſueſcat. Nam *paulo deterior potus aut cibus, per conſuetudinem autem ſuauior, melioribus quidem, ſed*
D *minus ſuauibus & inſuetis eſt* Hipp. ſententia *præferendus.* Hinc eſt, quod ruſtici ſuillas aut bubulas *Aphor. 38.*
carnes, quas de more in vſu habent, egregie concoquant, perdicum autem, caponum, & alias lau- *ſect. 2.*
dabilis ſucci in nidorem conuerterint potius, quam in benignum chyli cremorem mitificauerint.
Cuius rei cauſa non in ſolam caloris illorum vegetioris, & quaſi vrentis proprietatem eſt conferen-
da, ſed multo magis in conſuetudinem, quæ familiaritatis aſcita quadam gratia facit, vt cibi con-
tumaces nullo negotio in laudabilem ſanguinem abeant. Tanta enim vis eſt conſuetudinis, vt *Conſueti ci-*
aſſueti cibi ſint gratiores: quo fit, vt dum illis voluptuatur ventriculus, arctius quoque ipſos com- *bi gratiores*
plectatur, ac ſine vllo nauſeæ, vomitus, aut ponderis triſti ſenſu fœliciter concoquat. Contraria *adeoq; ma-*
omnia occurrunt in vſu ciborum palato & ſtomacho minime arridentium. Ab his enim abhorrens *gis alibiles.*
ventriculus ructibus acidis aut nidorulentis, faſtidio, nauſea, vomitu, ponderis ſenſu, capitis dolore,
& totius corporis iactatione moleſtiam teſtatur. Quare diligenter reſciſcendum, quos æger cibos in
deliciis de more habeat, vt illis oblatis detecta effreni vacuatione, aut vomitu, alioue ſimili caſu appe-
tentia proritetur. Gratis enim & ipſi paulo deterioribus, promptius ac fœlicius reſtituetur: vt ex Hipp.
mente paulo ante notauimus. Quibus verbis aperte docuit, non minus boni quam prudentis Medici
E eſſe, ægrorum palato ſubſcribere & inſeruire.

Cum vero omnibus in rebus ordo ſit pulcherrimus, tum vere in cibis capiendis eſt valde neceſ- *Ciborum or-*
ſarius: quantumuis enim cibi in copia & qualitate ſint laudabiles, quantumlibet vſu ſint familiares *do.*
& conſuetudine grati, niſi tamen certo & debito ordine ingerantur, vel negotium & tumultum fa-
cient ſtomacho, vel non bene coquentur, vel tarde & difficulter: Quare diligens ineunda ratio eſt, *A potib. ſeu*
qui primis, qui poſtremis epulis cibi aſſumi debeant: quæ enim concoctu difficilia ſunt, non ſunt *liquidis cibus*
præmittenda coctu facilibus. Nec aſtringentia ſiccaue lubricantibus. At contra lubrica, pinguia, *paſtus inco-*
liquidaque omnia, & quæ facilem ſubeunt mutationem, præire debent, quo ſic humidior fiat al- *piendus.*
uus: Inde ſequi adſtringentia, vt horum opera, clauſo, conſtrictoque ſtomacho arctius cibos omni ex

 parte

parte complectatur ventriculus, & calore proprio coacto & vnito in ciborum mitificationem incumbat fœlicius. Hoc conſilio Hippocrates *lib. de victu in acutis*, iubet matutinis epulis ea ſemper ingeri, quæ lubricandæ aluo ſunt idonea: Veſpertinis autem, quæ corpori nutriendo. Non tamen propterea potus cibum præcedere debet, ſed contra cibum potus ordine ab eodem præſcripto. A

Cibandi tempus.

Nec vero temporis minor cura eſſe debet in cibo aſſumendo, quam ordinis: Certum enim ac definitum eſſe debet tempus ſanorum hominum cibandorum: Hora nempe ſolita & cum fames vrget ſano cuilibet & ſuæ ſponte homini cibum capere licet, ſed exercitia, laboreſque ſoliti præceſſiſſe debent, oportet enim præcepto Hippocratis, vt labor cibum præcedat, quo diſcutiantur excrementa tertiæ concoctionis, calor natiuus augeatur, & partes ſolidæ confirmentur, corroborenturque: quæ demum tres ſunt exercitationis vtilitates, ad vtilem ciborum præceptionem valde neceſſariæ. At in ægris ad temporis illas circumſtantias, & cibi capiendi horam ſolitam nequaquam licet attendere: Potius enim omnib. alijs eſſe ea debet cibandi ægri indicatio, quæ ex motu morbi ſumitur, & declinatione acceſſionis: Nam ſi in febribus, præſertim ineunte acceſſione, cibum offeras, non tam ægrum, quam ipſum morbum nutrias. Tum enim corrumpitur in ventrem ingeſtus cibus, & morbo cedit in materiam. Eſt enim, vt ante ex Hipp. notauimus, cibus ſanis robur, ægris vero morbus, niſi tempore vſurpetur, ſolerti ad ægri vires & B morbi vigorem adhibita cautione.

Laborum ante paſtum vtilitas.

Minime in paroxyſmo cibandum.

Ciborum varietas.

Nec vero ſimplex, & vnius generis cibus eſſe debet, ſed multiplex, & ex varijs vario apparatu inſtructis epulis: ne natura eiuſdem edulij perpetua & odioſa appoſitione tanquam crambe bis poſita, tandem nauſeet, ac ſic nec amice complectatur, nec bene concoquat: aut ventriculus vni cibo aſſueſactus, incidente aliquo, vt faſtidij neceſſitate, ab omnibus alijs abhorreat, & vt ignoti cupido non eſt, nullius oblati cibi voluptate titillari & irritari deiecta appetentia queat. Non enim ſuperſtitioſis illis Medicis fides habenda eſt, qui putant eduliorum varietate turbari concoctionis opus. Longe aliter res ſe habet, quorum enim voluptate illectus ventriculus ad appetendum incitatur, arctius illa complectitur, & concoquit fidelius. At natura noſtra variorum eſt appetens. Adde, quod cum corpus noſtrum ex ſe ſubſtantia ſolida, humida & aerea coagmentatum exiſtat, & contingere poſſit, vt per tot labores, quos adire & exhaurire in hac vita cogimur, vna ex his maiorem, quam alia diſſipationem, ſuique iacturam patiatur, adigendus eſt neceſſario ad plura ventriculus, nequid forte deſit ei, quod effluxit, reparando. Sed & ætas, annique tempus cibandi indicationes præbent, alia enim iuueni, alia ſeni, alia hyeme, alia æſtate conueniunt. Quare noſſe oportet, quid quamque ætatem, & quid quodque tempus deceat. Pueri calido & humido, plurimoque egent alimento, vt non modo nutriendo, ſed & augendo corpori ſufficiat. Quare omnium minime ieiunium ferunt, qui præſertim ſunt inter ipſos viuaciores & alacriores. Contraria ſenum ratio eſt, hi enim quia parum calidi habent, paucis propterea alimentis egent, quia à multis extinguuntur. Quare ſenes facillime ieiunium ferunt, debent vero calidis & humidis cibis nutriri, quo partes eorum ſolidæ, gelidæ iam & arentes, ſuaui eiuſmodi ciborum tanquam fomento incaleſcant & humectentur. Conſtantis ætatis homines modico gaudent contrariorum vſu, ad caloris paulo acrioris feruorem temperandum. Adoleſcentes ſimilibus ſunt conſeruandi, quia temperati. Hyeme victus ratio calida eſſe debet & ad ſiccitatem vergens. Itaque tum aſſorum, generoſi vini, ſpecierum, & ciborum, debet eſſe vſus liberalior; quod hyemali conſtitutione à frigido, & humido aere infeſtemur, & calore interim multo interno vrgeamur. *ventres enim Hippocratis ſententia hyeme & vere natura calidiſſimi exiſtunt, æſtate vero febriles*: velut calor frigidorum & humidorum vſu ac liberaliore potu venit temperandus. Vere temperato mediocria omnia eſſe debent. Autumno vero paulatim ab æſtiua ad hyemalem victus rationem eſt tranſeundum. C

Cur cibus varius vtilis.

Ab ætate cibandi ſumpta indicatio.

Ab anni tempore.

De Motu & quiete. CAP. XV. D

Motus quid ſignificet.

Frictio triplex.

MOtus nomine hic, vt monent Medici, intelligere nos oportet omnis generis exercitia, cuiuſmodi ſunt deambulatio, ſaltus, curſus, vectio in equo, ludus pilæ, oneris geſtatio & ſimilia. Huius etiam generis frictio eſt, quæ magno olim fuit in vſu & precio, nec hodie à Medicis omnino negligitur. Plures eius ſpecies numerant, ſed omnes ad tres reuocari poſſunt, vt ſit alia mollis, alia dura, alia mediocris, ſiue corporis totius, ſeu partis alicuius tantum. Dura frictio dicitur, quæ aſpera eſt & valida fit ſeu manuum, ſeu ſpongiarum ſeu telæ rudis & crudæ appreſſione, cogit, condenſat, aſtringit, carnem indurat, quanquam ſi ſæpius repetatur & diutius tandem rarefacit, reſoluit, extenuat: carnem, & aliam quamuis corporis ſubſtantiam minuit. Sed & reuellit atque humorum influxum ab vna parte in aliam deriuat. Mollis leui manuum & ſimilium fit affrictu, contraria omnia præſtat, nempe remollit, relaxatque & læuem atque rugatam cutem reddit, quanquam niſi in longius tempus proceſſerit, nihil horum, quod ſit effatu dignum, facit. Mediocris, ambarum in medio exiſtens, carnes amplificat, corporiſque habitum tumefacit, quia attractum ſanguinem, ſpiritusque retinet, nec diſſipari ſinit.

Dura frictio.

Mollis.

Mediocris.

Exercitiorum vſus.

Sunt vero exercitij magnæ etiam vtilitates, nam calorem natiuum auget, vnde fœlicior ſequitur concoctio, adeoque nutritio & inutilium excretio, ſpirituum denique ad ſua munia impetus citatior corporis, meatibus omnibus atque ductibus expurgatis. Deinde reſpirationem, & alias corporis actiones confirmat, & corporis habitum, omneſque artus roborat mutuo ipſorum in ſe inuicem attritu: quo fit, vt laboribus non tam cito frangantur. Hinc ruſticos cernimus ad labores eſſe indomitos Si quis hæc ab exercitio commoda reportare velit, neceſſe eſt, vt adeundi exercitij opportunitatem captet, vt tempeſtiue ab exercitio ſe remoueat, non effrene & violentius exercitium ſubeat, idque interpolatis ex ratione vicibus. E

Opportunum exercitio tempus.

Opportunum ergo exercitio tempus erit ante paſtum (vt calore natiuo aucto appetentia augeatur) reddi-

A redditis omnibus excrementis, ne natura famelica & inanita prauos humores inteſtinis aut alia corporis ſede concluſos in vniuerſum habitum, hepar aliasque partes nobiles attrahat & effundat. Sed nec æquum eſt, ſtatim à cibo in exercitia ruere, ne humores crudi, nec dum bene mitificati cibi in venas rapiantur. Exercitio modus terminusque eſſe debet, cum tumidius apparet corpus, cum facies rubet, cum ſudor erumpere incipit, cum reſpiratio in magnitudinem ac frequentiam augetur, ac membris laſſitudo obrepit: vltra ſi quis exerceri pergat confractio & conquaſſatio membra adoritur, corpus ſudoribus diffluens ſpirituoſas & humidæ ſubſtantiæ reſolutionem non facile reparabilem patitur: vnde frigidius & macrius ad deformitatem vſque redditur. *Exercitij modus.*

Exercitij qualitas, quam requirimus, in medio exceſſuum poſita eſt: ſic vt neque velocius aut celerius ſit exercitium, nec tardius, aut ignauius, nec robuſtius, aut validius, nec etiam debilius; non rapidius, non etiam remiſſius, quodque ex æquo membra omnia promoueat. Tale exercitium ſanis corporibus valde eſt accommodatum. At ſi intemperata fuerint, id erit deligendum exercitij genus, quod ſuæ qualitatis exceſſu corporis intemperiem corrigere & ad commoderationem quandam reducere poſſit. *Qualitas exercitij.* Ergo frigidis & craſſis, lentisque humoribus referti homines id ſibi exercitij genus accommodatum eſſe putabunt, quod validius, vehementius, robuſtius, & diuturnius erit, Ita tamen, vt non niſi peracta, prima & ſecunda coctione id aggrediantur: quod ex vrina flaueſcente intelligent. *Vehementia exercitia quibus vtilia.* B Tenuibus vero & bilioſis humoribus diffluentes leuia exercitia, & rapidæ contentionis experta ſibi deligent, nec expectata ſecundæ concoctionis abſolutione; ſolidarum enim partium calor acrior voluptuatur ſemicrudis eiuſmodi ſuccis, quos alioqui retorteret, exhauſto omni glutine, vt parti nec apponi, nec agglutinari poſſent. Quod ad exercitij attinet repetitionem, toties erit exercendum corpus, quoties erbandi corporis inceſſet libido. Nam exercitium ſepultum & obtutum in corpore calorem ſuſcitat & promouet. At per ignauum calorem nequit fœliciter obiri coctio: quare neque ex ſumpto cibo vlla vtilitas, niſi præmiſſo exercitio. Exercitij cum ratione ſuſcepti & probe peracti poſtrema pars apoterapia dicitur, quæ mediocri membrorum frictione, ac eorundem deterſione abſoluitur: quo ſic ſudor erumpens, corporisque ſordes & ſimilia ſub cute latitantia excrementa, foras proliciantur & exhauriantur: ſimul & à laſſitudine ac defatigatione membra vindicentur. Hac hodie vulgo vtuntur, qui pila luſerunt. *Apoterapia.*

At vero vt ab exercitio conuenienter, ſuſcepto & exacto multa & magna profluunt commoda, ſic grauia ex ſegni otio detrimenta: Craſſis enim & lentis ſuccis in corpore cumulatis cruditatum, obſtructionum, calculorum cum in renibus, tum in veſica, arthritidum, apoplexiarum, & mille aliorum morborum ferax id eſſe ſolet. *Quæ ob otio damnæ* C

De Somno & vigilia. CAP. XVI.

QVo ſit apertior hæc, quam nunc meditamur, de ſomno & vigilia oratio, breuiter, quid commodi aut incommodi apportent, aperiemus: quod ſit ad vtrumque tempus, quæ hora conueniens, quæ cubandi ſit ratio; & qui delectus: quid inſomnia per ſomnum, quidq; à ſomno labor aut alacritas portendant.

Somnus nihil eſt aliud, quam *corporis totius quies & facultatis animalis à ſenſibus & motibus ceſſatio.* *Somnus quid.* Fit ſomnus, cum vaporoſa quadam ſuaui & benigna humiditate cerebri ſubſtantia perfunditur ac quodammodo viocitur & grauatur: vel cum per ſuſceptos labores exhauſti ferme ſpiritus corporis molem ſuſtinere amplius nequeunt, ac neceſſariam quietis conſecutionem adferunt, per quam alios ex mitificatis in ſanguinem cibis natura ſufficere poſſit. Initus opportune ſomnus concoctionem viſcerum magnopere iuuat, quod per ſomnum ad illa retrogradus cum ſpiritibus feratur calor, coctionis omnis opifex. *Somni vſus.* D Nec vero ſomnus, fractis tantum laſſitudine membris, ſolatium adfert, ſed & lenit curas ac corda oblita laborum. Ineundi & captandi ſomni tempus oportunum eſt nox vt quæ ſomnos inuitet ſuo madore, alto ſilentio, ſuisque tenebris. Noctis enim illa obſcura opacitate calor, ſpiritusque in centrum corporis coguntur & coercentur: vt contra ſolis diurno lumine ſibi velut familiari, & conſociali in ſuperficiem atque habitum alliciuntur & euocantur: vnde ſomni abruptio & vigiliarum conſecutio. *Oportunum ſomno tempus & noctis natura.* Adde, & quod facit ad eam, quam ex ſomno ſperamus, non minimam opportunitatem, ſufficere nocturnum ſpatium ad iuſtæ & perfectæ concoctionis opus. Quæ ratio inter multas eſt, cur ſomnus diurnus ſit nociuus: Ante enim euocatis in cutem, ſeu lumine ſeu ſtrepitu diurno, calore & ſpiritibus, à ſomno excitamur, quam incœpta concoctio abſolui poſſit. Nec vero poteſt non eſſe lenior ille ſomnus, qui citra dormiendi incidit neceſſitatem. *Somnus diurnus.* Quare tentata quidem, ſed non perfecta concoctione, cruditatibus venter impletur, ructibus acidis diſtenditur, ac cerebrum craſſis vaporibus excrementitijs humiditatibus diſtertur. Vnde dolor, capitis grauitas & frigidorum morborum prouentus, Quanquam vero nocturnus ſomnus ſit ſalubris, oportet tamen, vt mediocris temporis limitibus coerceatur: Nam qui ſuperfluit, excrementorum ſurſum, deorſumque E vacuationem remoratur: Interim vero calor nunquam otioſus, ex illis ſeu portionem, ſeu vaporem in venas, partes nobiles, & habitum corporis elicit, morbi alicuius futuram materiam. *Somni nocturni mediocritas eſſe debet.* Tempus id metiri oportet, non horarum ſpatio, ſed abſoluto concoctionis opere, quod alijs citius, alijs tardius procedit. Quod tamen longiſſimum eſt, ſeptem aut octo horis perficitur. Perfecte illius iudicium præbet in ſe & ſuas tunicas ſubſidens ventriculus, vrina flaua. Contra enim tenſio ventriculi, acidi ructus, capitis dolor, & totius corporis grauitas teſtantur imperfectam concoctionem. *Vnde æſtimanda.*

In ſomno captando ad formam decubitus in primis eſt attendendum. Primum enim in latus dextrum decumbere debemus, vt ſic cibi in ventriculi fundum præcipitentur: carneus enim cum ſit *Forma & ſitus corporis in dormiendo* ac minus

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Qui & qualis eſſe debeat.

ac minus membranoſus, calidior eſt, atque ad aſſimilationem efficacior. Mox in latus ſiniſtrum conuertere ſe oportet, vt ſic hepar ſuis lobis velut manibus, ventriculum vndique complectatur, ac tanquam ignis lebeti ſubiectus coctionem maturet. Tandem ſub diluculum non erit inutile ſe in latus dextrum reuoluere, vt hoc ſitu ventriculi, recluſo & patente orificio, ſuſcitatis ebullientis chyli elixatione vaporibus liberior ſit euaporatio. Supinus recubitus omnino eſt fugiendus. Hinc enim renes inflammantur, calculi concreſcunt, paralyſes, conuulſiones, omneſque à fluxione in ſpinalem medullam, atque ab hac deductos neruos morbi habent originem. Pronus vero his, qui ita iacere conſueuerunt, non eſt inutilis, modo fluxionibus in oculos non ſint obnoxij: ſic enim in partem affectam facilius humor procumbit. Cæterum ſic concoctionis opus non parum probetur, quia decubitus illa forma non modo internus calor circa ventriculum continetur, & cogitur, ſed & plumularum lecti molliorum ſuccenturiatus tepor ipſi in ſuppetias accedit. A

Supinus ſomnus incommoda.
Pronus nocumenta.

Inſomniorũ contemplatio.

Nec vero negligenda, quæ per ſomnum obſeruantur inſomnia, his enim diligenter expenſis mirum in modum innoteſcunt affectus, humoreſque ſuperflui, quorum dominio corpus tenetur. Quibus enim bilis furibunda per corpus inter dormiendum oberrat, his luculenta, micantia, ignea ardentia, ſtrepitus & rixarum plena omnia apparent: Qui pituita diffluunt, flumina, niues, imbres, & inundationes atque ab alto præcipitia ſomniant. Melancholicis, hiatus, voragines, denſæ & obſcuræ caligines, fumi, antra, atraque omnia & triſtia per ſomnium occurrunt. Quibus vero ſanguine turget corpus, illi nuptias, eboreas, muliercularum amplexus, dapes, iocos, riſus, viridaria, læta denique omnia & renidentia per inſomnia cogitant. B

Attendere etiam oportet, vt ſe à ſomno habet æger, alacriuſne, an grauius. Hipp. enim ſententia.

Aph. 2 ſect. 2.

Cum labor à ſomno eſt, lethalem collige morbum:
Sin proſit ſomnus, nihil hinc lethale timendum eſt.

Immodicarum Vigiliarũ damna.

Atque vt ſomnus, ſic & vigiliæ, ſi modum exceſſerint, nociuæ: vigiliæ enim cerebri temperiem labefactant, ſenſus debilitant, ſpiritus exhauriunt, cruditates generant, capitis grauitates, carnium colliquationes & totius corporis emaciationes accerſunt; vlcera denique aridiora, adeoque rebella, contumatiora, & maligniora reddunt. Multa alia de ſomno & vigilijs ſuperſunt dicenda, ſed hæc chirurgo ſufficere debent.

De Repletione & inanitione ſeu vacuatione. CAP. XVII.

Repletionũ ſeu Veruæ excessuum ſpecies.
Repletio ad Vaſa & Vires.

REpletionis ſeu exceſſus omnis duæ ſunt omnino ſpecies: vna ſimplicis eſt qualitatis, ſine humoris affluxu & comitatu, qualis apparet, in intemperiebus ſine materia: Altera eſt quantitatis & molis, cum vel epulis, vel humoribus nimijs corpus grauatur: Vnde morborum infinitus numerus. Ciborum repletionem, ſaturitatem, ſeu ſatietatem appellant, habetque duas ſpecies: vnam, quæ dicitur ad vaſa; Alteram, quæ ad vires. Satietatem ad vaſa, venarum & præcordiorum, vt & ventriculi diſtentione & tumore metimur. Satietatem ad vires dicimus, cum pluribus ferculis corpus oneratum eſt, quam quibus ferendis par eſſe poſſit. Sed & humorum repletio duplex exiſtit. Vel enim vnius alicuius humoris eſt, vel omnium: Hanc plethoram ſpeciali nomine appellant. Plethoram enim definit Galenus æqualem humorum omnium redundantiam. Nam ſi aliquando plethoram ſeu plenitudinem ſola ſanguinis redundantia definiat, tum certe ſanguinis nomine æquabilem quatuor humorum complexum intelligit: quemadmodum in ſcholis docent Medici. Repletio, quam vnus aliquis humor committit, cacochymia dicitur Gal. *loco citato*, ſiue repletio illa ſit humoris bilioſi, ſeu melancholici, ſeu pituitoſi, ſeu ſeroſi. C

13 meth. c. 6.

Cacochymia quid.

Vacuationũ ſpecies.

Iam inanitio ſeu vacuatio nihil aliud eſt, quam *humorum, qui vel quantitate, vel qualitate moleſti ſunt, excretio, & effuſio.* Vacuationum aliæ ſunt vniuerſales, quæ humores ſuperuacaneos toto corpore excludunt: eiuſmodi ſunt purgatio, vomitus, exhalatio, ſudores, phlebotomia. Aliæ particulares, quæ partis tantum alicuius euacuandi gratia ſuſcipiuntur: qualis eſt cerebri per nares, palatum, oculos, aures: pulmonum per tracheam arteriam: ventriculi per vomitum, & anum: inteſtinorum per ſedem: Iecoris & lienis per vrinas, & anum. Fiunt hæ vacuationes aliquando ſponte naturæ, ſeſe expedientis, eo quod moleſtum: Alias artificio Medici ad imitationem naturæ comparato. D

Harumq; rurſum alia legitima eſt, cum ſolus humor ſeu quantitate ſeu qualitate noxius, excluditur: Alia illegitima, ſeu effrænis, qua vtiles vna cum inutilibus excernuntur humores.

Scalptus moderati commoda.

Quæcunque vero illæ ſunt euacuationes, vel cutis ſcalptu, attritu & affrictu ſuſcipiuntur & fiunt, cum nempe bilioſus humor, ſalſus aut ſeroſus, vel flatus aliquis inter cutem & carnem obhærens pruritum facit. Cutis enim ſcalpto exitum habet, manifeſtum quidem, ſeroſæ materiæ effluxu, cruſtas, ſæpe, & vlcera inurentis, ſi craſſior humor fuerit: inſenſibilem vero, ſi flatus fuerit, rarefacta attritu illo cute & craſſo flatu attenuato. Proinde parum humane faciunt, qui ſcalptu illo ægris interdicunt, niſi forte adeo aſper & immanis fuerit, vt ingi calore & dolore in partem fluxionis & decubitus, periculum minetur. E

Vomitus Vis

Vel fiunt illæ euacuationes multo humore effuſo, ab aperto abſceſſo, vlcere fluente, fiſtulis, & his ſimilibus vomicis. Aut ſudoribus, qui in morbis præſertim acutis valde ſalubres ſunt: ſi toto fluant corpore, & diebus criticis contingant. Vomitu, qui ſæpe violentia humoris toto corpore, ab extremis etiam artubus reuellit, quos catharctica deturbare non potuerant: vt in paralyſi & iſchiade cernere eſt. Screatu, vt in lateris pulmonibusque ſuppuratis omnibus contingit.

Saliuatio.

Spumato ſeu pituitoſo oris fluxu, vt in lue venerea vexatis euenit. Sternutamento & emunctione: His enim cerebrum humore grauatum, ſe exonerat, ſeu ſponte, ſeu ſternutatorijs & errhinis ſollicitatum.

A rum. Hinc pueri & quicunque cerebro ſunt humidiore, hac via ſe crebrius expurgant. Singultu, tuſſi: His enim flatus ventriculo contenti erumpunt. Per vrinas; per has namque non febres modo, ſed & quod magis mirabere, non raro lues venerea ſalubriter terminatur. Viſi enim ſunt aliquando lue venerea correpti, quibus cum frictione ex hydrargyro neque aluo, neque ore venenati humoris fluxus citari potuiſſet, copioſis vrinis à mortis periculo, & morbo præclare ſunt liberati. Hæmorrhagia: ſæpe enim natura grauiſſimis morbis in iuuenili præſertim corpore, per ſanguinis è naribus fluxum, viam & ſalutem inuenit. Menſtruali profluuio, in mulieribus; Diarrhœa, purgatione, ſudoribus, reſolutione, ſeu inſenſibili vacuatione & tranſpiratione: ſic enim ſæpe tumores, etiam ad ſuppuratum perducta materia, euaneſcunt, & reſoluuntur, tum ſponte, tum appoſitis diaphoreticis. Idem conſequimur exercitio, diæta, balneis laconicis, ſomno longo, fletu, lachrymis erumpentibus. Suctu; vt vulneris venenato morſu inflicti; cucurbitulis, ſanguiſugis. In omnibus illis vacuationum generibus tria veniunt expendenda, quantitas, qualitas & excretionis modus. Aperto enim (verbi gratia) Empyemate, oportet pus, quod effluit proportione reſpondere materiæ purulentæ, quæ thoracis capacitate continebatur: alias niſi totum pus expurgetur, erit recidiuo locus; oportet illud eſſe album, læue, æquale, & quam minime fœti- B dum. Oportet denique ipſum effluere non vniuerſim & vno impetu, ſed paulatim & viribus interpolatis, alioqui cum inutili illa materia non parum ſpiritus, calorisque effluit, vnde virium omnium diſſolutio.

Vrinarum etiam protruptione totum corpus expurgari.

Tria in omni vacuatione notanda.

De animi perturbationibus. Cap. XVIII.

ANimi perturbationes, vulgo accidentium nomine donatæ ſunt, quod vt accidentia corporea corporibus, ſic illæ animis adeſſe & abeſſe poſſunt, citra ſubiectæ velut animæ corruptionem. Non eſt illarum Chirurgo notitia leuiter prætereunda: magnas enim in corporibus excitant turbas, multorumque & non leuium affectuum occaſiones præbent. Cuius rei inprimis fidem facere poſſunt, gaudium, ſpes, & amor. His enim motibus calor, ſpiritusque in vniuerſum corpus alias blando, alias rapido impulſu diffunduntur ad fruitionem præſentis vel futuri boni. Tum enim cor dilatatur, quaſi ad complexum rei amatæ, & facies roſeo ac renidente colore tingitur. Eſt autem veriſimile ab obiectu facultatem ipſam moueri, cuius imperio & cor ipſum commouetur. Priuſquam enim vllo perturbationis genere concitemur, neceſſe eſt primum, vt ſenſus externi, propria ſibi obiecta, circa quæ vix falluntur, C apprehendant: mox vt tanquam internuncij, ea ad ſenſum communem deferant, qui illorum ideas corporibus abſtractas, ad ſingulas facultates tranſmittat. Deinde vt vnaquæque facultas tanquam iudex, rem totam, cuiuſmodi ſit, de integro cognoſcat, atque in obuerſantibus ſibi obiectis, ſpeciem quandam boni vel mali, appetendi vel fugiendi, concipiat. Siquenim cui vnquam ſanæ mentis homini, in riſum effundi contigit, niſi præcognito & perſpecto eo, ſeu dicto, ſeu facto, quod riſus anſam præbet? Gaudium ergo à corde procedit: concepta enim rei exhilarantis ſpecie facultas cor impellit; concuſſum & impulſum à facultate, quæ imperium in ipſum habet, cor, dilatatur atque expanditur, quaſi ad obiectum exhilarans complectendum. Interim autem dilatationis illius impetu, multum caloris, & multum ſpirituum cum ſanguine in vniuerſum corpus effundit, quorum magna pars dum ad faciem aſſurgit, ipſa intumeſcit & dilatatur, frons exporrecta & ſerena nitet, lucidi micant oculi, malæ tanquam minio ſuffunduntur, labra & os ipſum totum contractum, complanantur, nonnullis genæ foſſulis velut duobus excauantur, (quæ ab ipſo effectu gelaſinæ dicuntur) per eam, quã musculi à repletione ſanguinis, & ſpirituum patiuntur, contractionem, & criſpantem velut corrugationem, quod ipſum denique ridere eſt. Gaudium facultates omnes vegetat, ſpiritus excitat, concoctionem D iuuat, habitum corporis lætiorem reddit & impinguat eum promotis eo calore, ſanguine & ſpiritibus, rore alimentario membra omnia perfundit & humectat: quo fit, vt ex omnibus ſola hæc animi perturbatio frugifera ſit, modo modum non prætergrediatur: nam effrene gaudium & inſolens tanto impetu ſanguinem ſpiritusque à corde in corporis habitum rapit, vt exhauſto vitalis humoris perenni fonte, per præcipitem virium omnium lapſum, cita mors & inopinata veniat. Quæ res contingit præcipue in his, qui natura ſunt minus cordati, vt fœminis & ſenibus. Ira eandem in nobis caloris effuſionem molitur, ſed longe rapidiorem, quam gaudium: hac itaque ſæpe ſpiritus, humoresque ita inardeſcunt, vt febres accendantur putridæ, ſi præſertim corpus fuerit cacochymum. Triſtitia contrario plane modo, quam ira, corpus exſiccat, quod per hanc cor ita in anguſtum ſuffocato pene calore coerceatur, vt ſolita ſpirituum generatio fieri nequeat: & ſi qui generentur, nequeant inde libere per membra cum ſanguine diffundi: vnde vitalis facultas exoluitur, viuidus faciei color flacceſcit & extinguitur, corpus lenta tabe conſumitur.

Cur animi perturbationes accidentia dicuntur.

Harum vis.

Vnde illa vis.

Gaudii ratio.

Effecta gaudii.

Ira.

Triſtitia.

Timor pariter intro retrahit, reuocatque ſpiritus, at non ſenſim, vt in triſtitia, ſed rapido & violento impetu: hinc pallor faciem derepente occupat, extrema inalgeſcunt, corpus vniuerſum trepidat, E quibuſdam aluus ſoluitur, vox faucibus hæret, cor violento pulſu palpitat, quod ſanguinis & ſpirituum affatim irruentium exundante copia, ſtrangulato prope calore obruatur. Sed & horrore comæ arriguntur, quod confluxit calor & ſanguis ad intima, extremæ partes marmore frigidiores & ſicciores fiunt: vnde tota cuticula, porique ipſi, in quibus pilorum radices defixæ ſunt, contorquentur. Pudor *mixtus eſt ex ira & timore quidam quaſi affectus*: itaque ſi in eo pugnantium quaſi perturbationum conflictu, timoris ſupra iram ſit dominatus, ſanguine ad cor confugiente, facies palleſcit, ac pro contractionis caloris vehementia commemorata, hæc aut illa oboriuntur ſymptomata. At ſi contra ira ſupra timorem victrix euadat, ſanguinis ad faciem impetus conuertitur, flagrant oculi, & nonnunquam

Metus.

Hippo lib. 4 de morb.

Pudor.

ſpuma

Verecundia. ſpuma ab ore proſilit. Alia eſt pudoris ſpecies, quam Verecundiam Latini nominarunt, in qua caloris, A ſanguinisque ad cor primo confugientis, mox inde ſtatim reſilientis, Euripus quaſi quidam cernitur. Sed leuis eſt adeo ille motus, vt nullam inde oppreſſionem, nullam ſpirituum paupertatem cor patiatur. Ita nulla hinc oboriuntur effatu digna accidentia, familiaris eſt virginibus & pueris hæc affectio, qui ſi commiſſo per imprudentiam errore erubuerint, ſalua virtutis res, & bonæ indolis argumentum eſſe putatur. *Agonia.* At Agonia, id eſt, certamen cum ex timore forti, & ira flagranti, mixta ſit perturbatio, cor vtriuſque motus periculis inuoluit. Quare per hanc perturbationem in maximum diſcrimen facultas vitalis adducitur. Ad has ſex animi perturbationes, aliæ omnes reuocantur, vt odium & diſcordia ad iram: alacritas & iactantia ad gaudium: terror, pauor, & exanimatio ad Timorem: inuidia, deſperatio, luctus ad triſtitiam. Ex his euidens eſt, quantum ad immutandum & percellendum corporis ſtatum poſſint animi pathemata: nec id alia de cauſa, quam quod cordis compreſſione, & dilatatione ſpirituum, ſanguinis & caloris faciant diffuſionem & contractionem: vnde eorũdem ſpirituum diſſipatio vel oppreſſio. Horum ſymptomatum ſigna prompte relucent in facie, corde ſuarum affectionum notas in ea parte propter cutis raritatem velut appingente. *Cur prima in facie eluceãt perturbationũ animi ſigna.* Et certe facies pars eſt ad interni corporis affectus omnes aperiendos accommodata adeo, vt de facie ſenem à iuuene, mulierem à viro, temperatum ab intemperato, B Æthiopem ab Indo, Gallum ab Hiſpano, triſtem à iocoſo, ſanum ab ægroto, viuum denique à mortuo cognoſcere luculenter poſſis. Quid quod in vultu & facie mores, & quæ alta ac tacito corde premimus, legi haud obſcure permulti aſſerunt. *Perturbationum animi vſus.* Cæterum ab explicatis illis perturbationibus, quid commodi, quid incommodi in hominem redundare poſſit, aperuimus, confecimusque iram nemini ſalutarem eſſe poſſe, niſi forte ignauia torpenti, & ex frigido, lento, ac pituitoſo humore languenti. Timorem nulli ſalubrẽ eſſe poſſe, niſi forte his, qui à diaphoretico ſudore, hæmorrhagia immodica, aut ſimili alia effreni euacuatione in manifeſtum & propinquum veniunt vitæ diſcrimen. Quare prudentis erit Chirurgi videre, ne temere in aliquam harum perturbationum ægrum ſibi commiſſum præcipitet, niſi forte incidente aliqua commemoratarum occaſionum neceſſitate.

De rebus contra naturam, & primum de cauſa morbi. CAP. XIX.

Quæ ſint res contra naturam. EXpoſitis rebus naturalibus & non naturalibus, reſtant illę, quæ contra naturam dicuntur, ideo quod corporis noſtri ſtatum labefactare & corrumpere natæ ſint. Sunt autem tres numero, cauſa morbi, morbus, & ſymptoma: cauſa morbi *contra naturam affectio eſt, quæ morbum facit.* *Cauſa morbi quid & quotuplex.* Hæc diuiditur in internam & externam. *Cauſa procatarctica.* Externa ſiue procatarctica, aut primitiua, aliunde & forinſecus in corpus venit, eiuſmodi C ſunt cibi mali ſucci, & quæ in corpus hoſtiliter incedunt tela. Interna eſſentiam ſedemque habet in corpore, ſubdiuiſa in antecedentem & coniunctam. *Interna antecedens.* Antecedens dicitur, *quæ morbum quidem nondum actu facit, ſed in propenqua eſt, vt faciat:* ſic humores in partem aliquam copioſius effluentes, vel parati influere, abceſſuum cauſæ ſunt antecedentes. *Interna cõiuncta.* Coniuncta cauſa, *quæ morbum actu facit, & immendiate cum morbo tam arcta iuncta affinitate, vt morbo præſente adſit, abſente abſit.* Omnium rurſum eiuſmodi cauſarum, aliæ ſunt nobis congenitæ, vt ſeminis vtriuſque & menſtrui exuberans quantitas, & praua qualitas, ex morbidis parentibus morborum multorum cauſæ exiſtunt, & eorum præſertim, quos hæreditarios nominant. Aliæ nobis iam natis adueniunt, vt vitæ, victuſque ratio, ictus, caſus, lapſus & ſimiles. Quæ nobis congenitæ ſunt, penitus vitari, corrigive nequeunt. At aliarum quædam vitari poſſunt, vt ictus & lapſus, aliæ minime: ſed neceſſario in corpus noſtrum inuadunt, vt aer, cibus, potus & ſimilia. *Cauſæ morbi congenitæ & ineuitabiles.* Quod ſi quis inter cauſas internas, congenitas & ineuitabiles, humidi primigenij quotidianam, imo momentaneam diſſipationem, quam natiuus calor molitur aſſidue, velit acenſere, nihil moror, non magis, quam cauſarum diuiſionem à Philoſophis celebratam, in materiales, formales, efficientes & finales: non enim tam curioſa meditatio Chirurgum attingit, quem rudi minerua inſtruere mihi tantum eſt animus. Quare hæc illi, D quæ diximus, ſufficient.

De Morbo. CAP. XX.

Morb. quid & quotuplex. MOrbus *affectus eſt contra naturam, partis, cui inſidet, actionem primo & per ſe lædens.* Morbus omnis eſt triplex, intemperies, mala conformatio, & continui ſolutio. *Intemperies.* Intemperies, *morbus eſt partium ſimilarium, à proprio & natiuo temperamento digreſſarum.* Digreſſus ille à natiuo temperamento fit duobus modis; vel per ſimplicem intemperiem ob vnius qualitatis exceſſum: hæcque quadruplex, calida, frigida, humida & ſicca: vel per coniugatam, ob qualitatum duarum exuperantiam: eſtque item quadruplex, calida humida: calida ſicca: frigida humida: frigida ſicca. Rurſus intẽperies quęuis, vel nudę & ſolius qualitatis eſt vitiũ, vt phlogoſis: vel humorũ vitiũ habet adiunctũ, vt phlegmone. Iterum intẽperies vel eſt æqualis, vt in ſphacelo: vel inæqualis, vt in phlegmone incipiente vel increſcente. *Mala conformatio.* Mala conformatio *vitium eſt partium organicarum, quarum peruertit compoſitionem.* Hæc quatuor habet ſpecies: Prima eſt vitiata partis figura, ſeu natura, ſeu ex accidente, vel abolitæ cauitatis, vt ſi pars quam certum in vſum natura excauatã eſſe voluit, occaleſcat, occæcetur & obſtruatur, vel deniq; aſperitatis & læuitatis peruerſæ, ſi nempe quæ pars aſpera eſſe debet, læuis fiat, & contra. Altera eſt in magnitudine partis, aucta vel minuta contra naturam. E Tertia eſt in numero partium, aucto vel diminuto: vt ſi cui manus adſit quatuor vel ſex digitis diſtincta. Quarta in ſitu eſt, & connexione partium mutua; vt ſi partes, quæ natura vnitæ eſſe debent, & cõtinuæ, euellantur ab inuicem, vt apparet in luxationibus, vel contra. *Continui ſolutio.* Tertia morbi ſpecies generalis, eſt continui ſolutio, communis ſimilarium & organicarum partium morbus, varia nomina ſortitus, pro partium, quibus inſidet, varietate.

De Symptomate. CAP. XXI.

Quid Symptoma. SYmptomatis nomen hoc loco non in genere accipimus, pro omni ea, quæ homini contingit præter naturam propriam, mutatione: ſed preſsius, ſpecialiusque pro ea modo mutatione, quam morbus

inuehit,

A inuehit, quæq; morbum ſequitur, vt vmbra corpus. Symptnmatis itaq; proprie vſurpati, tres ſunt ſpecies: Prima eſt actio læſa, læſa, inquam, vel quia abolita ſit, vel diminuta, vel deprauata. Sic cæcitas videndi actionis abolitio eſt: hebetudo diminutio: ſuffuſio, qualis incipiente cataracta contingit, cum muſcas, pilos, & ſimilia corpuſcula vltro citroque commeantia, ſibi ob oculos verſari putant, deprauatio. Secunda eſt ſimplex corporis affectus, & mutati habitus ipſius vitium, qualitatum quarundā mutatione contiogens, eiuſmodi eſt caloris natiui in flammeum ex phlegmone, aut liuidum & atrum ex gangræna mutatio: talis eſt fœdus odor, quem nates polypo obſeſſæ ſpirant; Sapor amarulentus in ictericis, cutis ſcabra & aſpera in Elephanticis. Tertia eſt excrementorum vitium per immodicas excernendorum retentiones, & retinendorum excretiones: eſt enim contra naturam vtilis tum quantitate, tum qualitate ſucci vacuatio, vt hæmorrhagia in corpore nec cacochymo, nec plethorico, itemq; noxiorum ſubſtantia, quantitate & qualitate retentio: vt menſtruorum, vrinarum, & calculi in veſica. *Tres eius ſpecies.*

De Indicationibus. Cap. XXII.

CHirurgo, quem non cæca fortunæ temeritas, ſed ratio; non caſus, ſed conſilium in artis operibus *Indicatio quid.*
B ſuſcipiendis & perficiendis dirigat, Indicationum notitia & exercitatio perſpecta eſſe debet. Eſt enim Indicatio, *tuta quædam & compendiaria via, quæ tanquam manu Medicum deducit ad propoſitum finem conſeruandi, præſeruandi, aut curandi ægri conſequendum.* Ita enim Galenus Indicationem definit, agendorum quandam inſinuationem, vel celerem & ſagacem comprehenſionem, eius, quod prodeſſe, vel obeſſe poteſt. Atque vt accipitrariis, nautis, agricolis, militibus, omnibus denique artificibus ſua ſunt vocabula, prophano vulgo minime nota & vſitata: ſic Medicis, Chirurgiſque proprium & peculiare eſt *Indicationis* hoc verbum, tanquam artis vocabulum minime tritum, aut ex foro petitum, quo ante oculos poſito, quaſi monumento aliquo, & ſymbolo mouentur eorum, quæ agenda ſunt ad ſanitatem reſtituendam, aut auertendum imminens malum. *2. Meth. cap. 7. Lib. de optima ſecta cap. 11.*

Sunt autem Indicationum tres primæ & ſummæ ſpecies, quarum vnaquæque in plures alias ſubdiuiditur. Prima eſt à rebus naturalibus: Secunda ab his, quæ non naturales dicuntur: Tertia ab his, quæ ſunt contra naturam. Res naturales indicant ſui per ſimilia conſeruationem, harumque ambitu continentur omnes, quæ ducuntur indicationes ex natura ægri, id eſt, viribus, temperie, ætate, ſexu, habitu, conſuetudine, diæta. *Indicationis ſpecies.*

C Res non naturales quaſi ancipites ambigunt, alias enim idem cum rebus naturalibus indicant, id eſt, coindicant cum viribus, temperie, & reliquis: alias cum rebus contra naturam conſentiunt, id eſt, cum morbo coindicant. Itaque Galenus cum ait, peti ex tribus rebus indicationes, morbo, natura ægri, & ambiente aere, propoſito aeris, tanquam familiari exemplo, reliquas res non naturales intelligi voluit: quod illas magis pro arbitrio ſubire vel contrectare poſſimus, aeris vero præſentem ſtatum, velimus nolimus, cogamur perferre. Aer ergo indicat nobis aliquid, vel coindicat potius. Si enim cum morbo, velut conſpiratione facta, ipſum fouet, idem, quod ipſe morbus, indicabit, nempe ſui correctionem & emendationem: ſin morbo contrariatur, ſui conſeruationem. *Lib. 9. Meth. cap. 9.*

Res contra naturam ſui per contraria ablationem indicant: ergo vt indicationum a rebus naturalibus hauſtarum ſpecies omnes minutius perſequamur, notandum, quod ex his aliæ de viribus ægri ſatagant, quarum conſeruandi ſtudio ſæpe proprii morbi curationem ad tempus deferere cogimur. Sic enim incidente rigore circa febrilium acceſſionū initia ſæpe cogimur ad vires, rigoris vehementia concuſſas ſtabiliendas, cibare ægrum, quod ipſum tamen febris periodum tum vniuerſalem, tum particularem producit. Aliæ ad temperiem attendunt, aliæ ad habitum ſpectant, ſi gracilis ſit æger, ſi adipoſus, ſi quadratus, ſi raro, ſi denſo corpore. Aliæ ad partis affectæ conditionē in ſubſtantia, conſiſtentia, mol- *Indicationes a rebus naturalibus petita.*
D litie, duritate, ſenſu acuto, vel obtuſo, forma, figura, magnitudine, ſitu, connexione, principatu, famulatu, functione, deniq; & vſu. Ex his omnib. tanquam notis, peritus Chirurgus indicationes expromet pro tempore & parte affecta: non enim oculis dolentibus eadem, quæ auribus conueniunt, nec phlegmone in faucibus & gutture eam admittit curationis formam, quam in alia quauis parte. Nemo enim illic repercutientia extrinſecus apponat, citra ſuffocationis præſens periculum. Sic repercutientium nullus eſt vſus in fluxionibus partium, quæ vicinia principes attingunt. Nec vero continui ſolutionem eodem modo in neruo atq; in muſculo curaueris. Partis temperies, vt humiditas, ſui ſemper conſeruationem indicat, etſi morbus humidus fuerit, adeoq; exſiccantium indicationem oſtentet, vt vlcus. Partis principatus adſtringentium ſemper indicationem inſinuat, etſi morbus reſoluentia efflagitet, vt obſtructio hepatis, in qua niſi reſoluentibus adſtringentia admiſcueris, viſceris ipſius robur diſſolueris, vt ſanguificationi dehinc ſufficere nequeat. Partis textura ſiquidem rara fuerit, docet, partem ipſam obſtructioni minus eſſe opportunam: Si denſa, eidem malo magis eſſe obnoxiam: hinc hepar liene obſtructionibus fatigatur crebrius. Si pars ſitu profundiore fuerit, indicat medicamēta vegetiora eſſe debere, & liquidiora: quo vires ſuas eouſque tranſmittere poſſint. Partis ſenſibilitas indicationem præbet me- *Partium affectarum conditiones quid indicent.*
E dicamentorum mitiorum, quam morbi forte magni poſtulet indicatio. Qui enim æque acria corneæ oculi vlcere obſeſſæ, atq; tibiæ admoueret Medicus, non poſſet non crudelitatis vel inſcitiæ infamiam reportare. Suas etiam ſexus, ſuas ætas, exhibet indicationes: ſunt enim morbi quidam in iuuenta curabiles, quibus ſpem curationis ſenectus adimit: nam raucedines & grauedines in valde ſenibus coctionem non admittunt, vt ait Hipp. *Ab ætate indicationes.*

Nunquam decrepitus branchum coquit, atque coryzam. *Aph. 40. l. 2.*

Quin eiuſdem decreto renum vitia, & quicunq; veſicam obſident dolores, in ſenibus difficulter ſanantur: ſed & ſuadet ratio, quartanam hyeme curationem non admittere, vix quotidianam, vlceraque *Aph. 6. ſect. 6.*

item curatu hyeme eſſe contumaciora: vt hinc intelligamus, certas à tempore ſumi indicationes: quodque fidem auget, varietatis & certitudinis indicationum certa quædam tempora, atq; in temporibus tempeſtates, remediorum delectum nos inire iubent: nam Hippoc. teſte, A

Aph. 5. ſect. 4

Ad Canis ardorem facilis purgatio non eſt.

Nec diætam pertenuem æque fœliciter Hyeme ac Vere præſcripſeris. Suas etiam aer habet indicationes: Nam experientia docet nos, vulnera capitis Romæ, Neapoli, & Santonum Rupellæ longe difficilius & ægrius curationem admittere. Morbi vero tempora præcipuas exhibent indicationes: alia enim omnino per principia & fines, alia per incrementa, & morborum vigores ſunt vſurpanda remedia. A vitæ etiam inſtituto & victus ratione non contemnendæ petuntur indicationes: aliter enim ex ægris durum colonum, qui parce & duriter vitam inſtituit, aliter vrbanum hominem, qui molliter in ocio viuit, tractaueris. Ad hanc vitæ & victus rationem reuocanda eſt indiuidua quædam & occulta proprietas, qua pleriq; non modo ad ingeſtos cibos quoſdam nauſeant, ſed & ad auditos toto corpore perhorreſcunt. Noui inter Galliæ proceres, primariæ nobilitatis virum, qui appoſita anguilla, medias inter epulas, atq; ſodalium amicorum greges, ſic conſternebatur, vt repente in præcipitem virium omniũ lapſum inciderit. Narrat Gal. *lib. de Conſuetudine*, Arium Peripateticum repente mortuum, quod à Medicis, quos in conſilium adhibuerat, coactus frigidam in febris ardore intolerabili, pleno hauſtu hauſiſſet. Non alia ratione, inquit Galenus, quam quod cum ſe ſtomachu frigidiore ab ineunte ætate intellexiſſet, perpetuam ſibi frigidæ abſtinentiam indixiſſet. B

A diæta.

Occulta proprietatis odia.

Indicationes à rebus contra naturã petitæ.

Quod ad Indicationes attinet, quæ ducuntur à rebus contra naturam, alias ex his ſuggerit vulneris, vlceriſq; longitudo, altitudo & profunditas; alias figura anguloſa, orbicularis, æqualis & lenis, inæqualis & aſpera, ſinu recto, aut cuniculoſo: alias ſitus, dexter, ſiniſter, ſupernus, infernus: alias cauſarum antecedentium & coniunctarum vis & impetus. Sæpe enim cauſæ conditio contraria ipſi morbo poſtulat, vt cum febrem excitauerit, & fouet frigidorum craſſorumq; humorum prouentus. Sic ſæpe ſymptoma morbo contra indicat, in qua veluti antitheſi, potior ſemper habenda erit indicatio eius, quod magis vrget: nam ſi exempli cauſa, in febre Syncope oboriatur, nihil nos remorabitur febrile incendium, quo minus vinum ægro propinemus.

Non ſemper ſequimur, quæ a morbo eſt indicationem.

Sunt ergo præcipuæ illæ, & inprimis nobiles indicationes, quæ tanquam manu nos ducunt ad ea, quæ ad morborum curationem, præcautionem, & mitigationem pertinent agenda. Quod ſi quis obiiciat inutilem eſſe tam curioſam tot indicationum inueſtigationem, quod multi extant Chirurgi, qui vna ſola ſibi, quæ à morbi ducitur, eſſentia, ante oculos poſita, chirurgicæ peritiæ palmam *vulgi opinione* reportent, is intelligat, non proinde effici ad exactam omnium morborum curationem illam ſufficere indicationem: non enim id ſemper ſequimur, quod morbi indicat agẽdum eſſentia; Sed tum demum, ſi cæterarum indicationum ſupra commemoratarum nulla repugnet, id intelligas exemplo plethoræ, quæ indicatione ab eſſentia rei petita, ſanguinis dictitat detractionem: Quis tamen eſt, qui in trimeſtri puero phlebotomiam celebrare velit? adde, quod eiuſmodi indicatio parum admodum artificioſa eſt, ſed Chirurgo cum plebecula communis. Quis enim eſt, qui ignoret, contraria eſſe contrariorum remedia? & fracta oſſa per vnionem in integrum reſtitui? At quibus artibus id liceat aſſequi & perficere, hoc demum artis eſt, & Chirurgo peculiare ac minime populare. Quod abunde docent ex illis fontibus, ad quos digitos ſupra intendimus, hauſtæ indicationes, quæ certis tanquam circumſtantiarum finibus, illã quæ a morbi eſſentia ſumitur, indicationẽ circumſcribunt: ne quis eius vnius indiciis credendũ eſſe putet. Eſt enim in ea magnum & præcipuum aliquid, ſed nequaquam inſunt omnia. Sic nec quenquam ex infima plebe latet continui ſolutionem, eius, quod deperditum eſt, repoſitione curari; At quibus in partibus ſit ſperabilis deperditæ ſubſtãtiæ reſtitutio, in quibus vero ſit deplorata, hoc ſcire & enuntiare periti & ſcientis eſt Chirurgi. Itaq; nec fruſtra ludet operam in diaphragmatis nervoſa parte vulnerata, aut cordis, aut tenuium inteſtinorum, pulmonum, iecoris, ventriculi, cerebri, aut veſicæ reſarcienda. Atq; vt verbo dicam, Empirici non multo ſunt quouis ex plebe peritiores, etſi magnopere ſe ſupra cæteros experientiæ nomine efferant. Experientia n. licet alterum ſit rerum inueniendarum cum ratione inſtrumentum, citra tamen rationem, nunquam docebit, quæ ſit partis, in qua malũ hæret, ſubſtantia, quæ actio, qui vſus, ſitus, connexio, vnde ſpeciales & propriæ ducũtur indicationes. Quibus inſtructus Chirurgus, non modo qui ſit ad remedii inuentionem aditus, intelligit, ſed etiam ne vanis pollicitationibus cuiquam illuſiſſe videatur, qui morbi ſint conclamati, adeoq; minime attingendi, internoſcit. C D

Quibus in partibus nõ ſit ſperabilis continuitatis ſolutæ reſtitutio.

Experientiã ſine ratione eſſe cæcum ducem.

In morbis implicitis indicationes.

Morbi vero implicti ſuo quiq; viciſſim ordine curari poſtulant, niſi vel vnus ex his aliquis ſit deſperatus, vel adeo vrgeat prematq;, vt præpoſtero ordine ab ipſo exordiri curationem Medicus neceſſe habeat, etſi ſæpe ſic cogatur admittere, vt vel ex his morbis vnum aliquẽ inſanabilem reddat, vel noui alterius ſuſcitandi occaſionẽ præbeat, in quas anguſtias neceſſario impingere cogimur, cum verbi gratia, de extraneis corporibus amouendis conſilium eſt: nam rei illius perficiendæ gratia, cogimur vulnus amplificare. Sic enim veſicæ collum diſcerpere neceſſe habemus, quo calculum veſica contentũ auellamus, inflicta plaga, quæ ſæpe in fiſtulam degenerat immedicabilẽ. Quod enim malũ præſentis exitii periculum minatur, tanti eſt momenti, vt eius declinandi gratia, alios etiam incurabiles morbos inuehere, leue & è re ægri haberi debeat: nam ſi puncto neruo conuulſio ſuperueniat, quam nullis remediis ſanare poſſimus, tum ſectu per tranſuerſum neruo conuulſioni finem imponimus quidem, ſed partem, in quam talis pertingebat neruus, motus alicuius voluntarii opportunitate priuamus. Sic ſi in magno articulo aliquo contingat luxatio, cum vulnere, quia tentata luxatæ partis repoſitione conuulſionis periculum imminet, cogimur vitandæ conuulſionis cauſa ad ſolũ vulnus attendere, atq; interim luxationem miſſam facere. Alias in morbis implicitis ſi nihil ſit, quod vrgeat, atq; a cura ordinaria E

reuocet,

A reuocet, hunc ordinem tenebimus, vt ab eo affectu, qui præcipue morbi curationem remoratur, ducto initio, reliquos eodem & ſuo perſequamur ordine, quouſque morbis omnibus debellatis partem affectam ſuæ integritati reſtituerimus. Sit ergo rei huius exemplum: Vlcus in tibia cum oſſis corruptione, varice, & phlegmonoſo circumquaque tumore; corporis denique totius plethora & cacochymia, ordinis hoc virtus & ratio poſcet, vt adhibito in conſilium docto aliquo Medico diætam conuenientē præſcribamus, purgationem & phlebotomiam, quibus licebit artibus, ad æquabilitatem reuocemus. Deinde partem, qua maxime tumore obſeſſa tenetur, multis locis ſcarificabimus, mox ſanguiſugas admouebimus, quo materiæ coniunctæ onere ipſam leuemus: inde cauteria affigemus, quæ oſſis corruptionem emendent, interimque vlceris figuram circularem in oblongam aut triangularem commutent: tum demum ad varicis ſectionem aggrediemur, reliquumque quod ſupereſt vlcus, vt artis eſt, curabimus, tandemque ad cicatricem perducemus. Hoc interim toto ſpatio æger, neque ambulabit, neq; ſtabit, neq; ſedebit, ſed quietus iacebit, tibia rite & decenter faſciis inuoluta. Quod ſi, vt ſæpe contingit, partis læſæ temperies alia ſit à corporis totius temperie, ſic erit medicandi ratio temperanda, vt calidorum aut frigidorum remediorum doſim augeamus, pro rata indicationum hæc vel illa poſcentium pro-

Exemplum indicationū in morbis implicitis.

B portione. Sit ergo pars vlcere obſeſſa eiuſmodi, vt duobus velut gradibus ſiccior ſit ſupra iuſtam temperiem; Corpus vero vniuerſum eandem temperiem vno humiditatis gradu excedat, ratio & ars poſtulabunt: vt quod medicamentum apponetur vlceri vno gradu ſit ſiccius eo, quod pars alioqui poſtularet, ſi temperata exiſteret: at vice verſa hoc ſupponamus, corpus vniuerſum vno gradu ſupra temperiem eſſe humidius, partem vero vlceratam eſſe vno gradu ſicciorem, in hoc profecto caſu quod admouebitur vlceri medicamentum, partis ipſius ratione, neque ſiccitate erit auctius, ſed totum ad vlceris indicationē erit compoſitum & tēperatum; quod ſiccitatis ſuperfluum gradum, humiditatis pari gradu excedentis virtus compenſet. Sed de tota illa re facilius eſt artificioſa coniectura, quam regulis & præceptis ſtatuere.

Quid agendum, cum partis temperies alia eſt a corporis totius temperie.

Artificioſam coniecturam in indicationibus multū valere.

Ad has tot & tam varias indicationes, duæ aliæ nobis videntur adiungendæ; prior dicitur ſimilitudinis; altera vafri cuiuſdam conſilii, & vt loquuntur recentiores Medici, cuiuſdam quaſi ſtratagematis. A ſimilitudine indicationem ducimus in morbis, qui noui ſuboriuntur & emergunt, quamdiu ſcilicet ipſorum ignota & latente eſſentia indicationib. à contrario petitis curari nequeunt: quare curari neceſſe habent via & arte illis morbis ſimili, cum quib. congruentium ſymptomatum & accidētium habere videntur ſimilitudinem. Id ipſum patres noſtri in lue venerea curanda, per emergentis morbi initia factitarunt, quamdiu eius curationem ad elephantis inſtar exegerunt, propter eam, quę vtriq; morbo videtur

Indicatio a ſimilitudine.

C ineſſe, ſymptomatum affinitatem. At technas in curando morbo, vafrumq; quoddam conſilium ſequimur, cum occurrentis morbi eſſentia plane cęca eſt & abdita, vel quod naturę ſit penitus abditę & latētis, quæq; manifeſtis qualitatibus nequeat explicari, vel quod in ſubiecto inſideat, quod nec nobis ſatis notum eſt, nec medicæ exiſtit contemplationis, cuiuſmodi eſt animus. Tum enim indicationum à rei natura petitarum iudice velut manu deſtituti, mentem noſtram ad impoſturam & veteratoria conſilia conuertere cogimur: hancq; artem & calliditatem in melancholicis affectibus, commentis de Chimæra, quæ olim fabulata eſt antiquitas, magis difformibus & monſtroſis, locum maxime habere narrant, in quam rem exempla duo commemorare non grauabimur. Vir quidam melancholico morbo prehenſus, neſcio, quo opinionis errore ſibi pertinaciter in animum induxerat, ſine capite ſe eſſe; dementatam illam opinionem quo illi ex animo reuellerent, nulli rei Medici pepercerunt. Sed cum fruſtra remedia omnia tentaſſent, tandem ſubdolum hoc, ſed vtile conſilium commenti ſunt, hominis caput grauiſſima prorſum galea induerunt & cinxerunt, quo nutantis ſub pondere capitis nixu & labore erroris ſui commonefieret.

Vafri conſilii indicatio

Exempla.

Alium narrant eiuſdem morbi caligine & tenebris diuexatum, ſibi hoc animo affinxiſſe, affixa ſe

D capiti circumferre cornua: nec de abſurda illa & monſtroſa ſententia dimoueri aut elocari vnquam potuiſſe, quouſque vittatis oculis, bubulorum cornuum oſſeis aſperitatibus miſere frontem ſugillatus & laceratus, dolorifica ſanguinis in totam faciem ſtillantis expreſſione credere cœpit, magna vi auulſa ſibi cruenta illa eſſe cornua. Horum exemplorum imitatione in pari caſu paria ſibi confingere Chirurgi poterunt ingenioſi. Is enim eſus præſentis conſilii hominem poſcit, qui ſtratagematib. medicis documēta luculenta ſolertiæ ſuæ dederit: quiq; in eodem, vt dicitur, veſtigio conſilia expedire ſtratagematica alia atq; alia poſſit. Cæterum hoc ad extremum huius de Indicationibus commentationis nobis eſt apprime adnotandum, eiuſmodi rerum, quæ agenda inſinuant, alias eſſe indicatiuas, quæ ex ſe & abſolute hoc agendum imperant: alias eſſe coindicatiuas, quæ idem, quod indicatiuæ illæ, indicant, & agendum commonſtrant, ſed ſecundario quodammodo ac non primario: alias repugnantes, quæ ex ſe & natura ſua contraria penitus, quam indicatiuæ primario ſuadent: ſeu quæ ab eo, ad quod agendum indicatiuæ res impellunt, nos reuocant: alias correpugnantes, quæ repugnantibus aduerſus indicatiuas eodem iure & modo ſuffragantur, quo coindicatiuæ indicatiuis conſentiunt & adſtipulantur. Omnium horum ex-

Præſentis conſilii & ingenii medicum.

Indicantia.

Coindicantia.

Repugnantia.

Correpugnantia

E emplum hoc eſto. Plethora ex ſe ſanguinis detractionem perſuadet & indicat, idem ſuadet & coiodicat vernum anni tempus: at huic conſilio ex diametro repugnat facultas infirma, correpugnat puerilis ætas. Diligenter ergo expendenda & animo verſanda veniunt quatuor illa, cum de agendis initur deliberatio, atq; ea ſequenda potius, quæ indicantia aut repugnantia dictabunt, nempe quæ morbus & vires ægri poſtulant, quam quæ coindicatiua aut correpugnantia ſuadebunt, quod horum virtus in indicando minor ſit ac ſecundaria, non autem eſſentialis & primaria. Quoniam vero tot & tam variæ exiſtunt indicationum ſpecies, ideo quo de illis doctrina ſit apertior & minus confuſa, viſum eſt illam ſequenti ſchemate deſcriptam & diſtinctam oculis ſubiicere.

TABVLA DE INDICATIONIBVS.

A

Indicatio complanata veluti & compendiaria via eſt, qua certo conſtituto, & propoſito fine Chirurgum ducit ad præſentis morbi curationem. Tres eius ſunt ſpecies.

- Prima ducitur à rebus naturalibus, quæ ſui per ſimilia conſeruationem indicant: huius ſpecies multæ ſunt, aliæ ſpecies, quæ petuntur, vel
  - A viribus & facultatibus ægri.
    - Quarum conſeruandarum ergo ſæpe propria morbi cura negligenda eſt: nam vbi hæ deficiunt, impoſſibile eſt, Chirurgum voti compotem fieri.
  - A temperamento, vt ſi
    - Sanguineum fuerit æger
    - Bilioſum
    - Pituitoſum
    - Melancholicum.
      - Cuius conſeruandi ſtudio Chirurgus teneri debet, etſi à Symmetria deuiet, quod ei natura aſſueuerit.
  - Ab habitu, vt ſi
    - Mollis fuerit & delicatus
    - Tenuis & minutulus.
    - Statura breui.
    - Rarus vel denſus & compactus.
  - A conditione natiua læſæ partis, in qua ſpectamus, vel
    - Ipſam ſubſtantiam, nempe quatenus eſt ſimilaris, conſideramus ſitne calida, frigida, humida, ſicca, vel quatenus eſt organica, tumq́ ſitne princeps & nobilis, vel miniſtra & ignobilis. B
    - Vel ſenſum acutum, aut hebetem, quomodo non tam acria tolerat medicamenta oculus, quam caro ſimplex.
    - Vel formam, figuram, magnitudinem, numerum, ſitum, connexionem, actionem, vſum.
  - Ab ætate, quæuis enim ætas ſuas priuatim præbet Indicationes. Hinc videas pleroſque morbos in ſenibus incurabiles, qui facilem in adoleſcentibus conſequuntur curationem. Alios, qui in adoleſcentia nullam niſi ætatis & temperamenti conſequentis mutatione, admittunt curationem.
  - A ſexu; nam à medicamentis longe facilius exoluuntur mulieres, quam viri. C
  - Ab anni tempore; alia enim æſtate, alia hyeme conueniunt medicamina, alia item cibaria.
  - A regione; nam vt ſunt tractus, habituſque locorum, ita & ſunt motus humorum, & mores morborum, hinc vulnera capitis Lutetiæ, & tibiarum vlcera Auenioni ſunt contumaciora.
  - A morbi temporibus; nam alia per morborum initia, alia per incrementa, ſtatus & declinationes conueniunt.
  - A victus ratione; hæc enim, vt propria temperies, ſui conſeruationem indicat. Itaque aliter cibandi, qui delicijs diffluunt, aliter, qui vitam parce ac duriter agunt. Huc refer peculiares quaſdam naturas, quæ ad hoc aut illud cibi genus occulta quadam proprietate peßime ſe habent. Sunt enim quidam, qui non modo ptiſanam, poma, ſoleam, perdicem, aquam & ſimilia non concoquunt, ſed ne videre quidem citra nauſeam ſuſtinent. D
- Altera ducitur à rebus non naturalibus, quæ modo per ſimilia conſeruationem, modo per contraria mutationem indicant. Sic enim
  - Si aer cum morbo qualitatum ſimilitudine in ægri quaſi coniurauerit perniciem, erit per contraria, arte corrigendus.
  - Quod ſi qualitatum diſsidio morbo repugnarit, erit conſeruandus.
- Tertia à rebus contra naturam, quæ ſui ablationem vſu contrariorum indicant, vt
  - Morbus ducta indicatione ab eis,
    - Magnitudine, complicatione cum alijs.
    - Quæ duo, contraria ſæpe morbo remedia indicant & poſtulant.
      - In complicatis morbis ex tribus velut fontibus indicationes haurire licebit.
        - Ab vrgentiore,
        - à cauſa,
        - & eo, ſine quo morbus tolli nequit.
          - vt eſt
            - doloris acerbitas, fluxio in partem, varix vel intemperies, ſi vna cum morbo ad fuerint. E
  - Cauſa morbi.
  - Symptomata.

De mirabilibus, & ab arte deuiis curandi quibuſdam rationibus. CAP. XXIII.

Monſtra in morbis.
Phalangii punctura vŭ mira.
Ariſt. l. 8 de anim. cap. 4.
In muſica morbi remedium.

VT in natura, ſic etiam in morbis & morborum euentis ac curationib. contingunt monſtra: Monſtra intelligo mirabiles quoſdam morborum ſucceſſus, ſeu curandorum morborum deuias quaſdam ab arte rationes, quæ præter rationem, præterq; naturam & communem vſum contingunt. Narrant Alexander ab Alexandro, & Petrus Gilius in Apulia regione Italiæ, frequentem haberi araneorum quandam ſpeciem, Tarentulam indigenæ appellant, Phalangiŭ Petrus Rhodius nominat: Araneos illos ſub primŭ æſtatis feruorẽ adeo venenatos & perniciales incolę experiuntur, vt quemcunq; morſu virulento attige-

A attigerint (diu enim ſine cibo viuit) is, niſi præſens adſit remedium, ſenſu, motuque omni priuatus ſtatim concidat, aut certe ſi mortis periculum effugiat, vitæ reliquum dementatus exigat: tam præcipiti & mortifero malo experientia remedium à muſica adinuenit. Ergo quam citiſſime poſſunt, citharœdos & varii generis tibicines acerſunt, qui pulſata cythara, inflatiſque tibiis multiplicem concentum edant: quo audito qui venenato ictu conciderat, alacris exurgit, atque ad modulos numerumque tamdiu ſalit, quoad laborioſa & diuturna corporis totius concuſſione & exagitatione, venenum omne halitu & ſudoribus diſſipatum fuerit.

Ariſt. lib. 8. de anim. cap. 4.
in muſica morbi remedium.

Addit Alexander, contigiſſe aliquando inſpectante ſe, vt defatigati citharœdi ſpiritu manuque deficiente à modulis interquieſcerent: tum ſaltatorem illum ſubito velut exanimum concidiſſe, ſed mox repetito cantu excitatum, denuo tripudia pari alacritate repetiuiſſe ad exactum vſque venenum. Sed & accidiſſe præterea, vt quidam haud perfecte ſic ſanatus, ſuperſtitibus adhuc morbi quibuſdam reliquiis, cum ſatis longo temporis interuallo poſt muſicum concentum forte ſubaudiuiſſet, continuo in ſaltum & choreas ſe dederit, nec ante perfectam curationem amoueri inde potuerit.

B Produnt ex Aſclepiadis ſententia, ſuaui & muſico concentu phreniticos inſigniter iuuari. Tradit Theophraſtus, & Aulus Gellius, arthriticos & iſchiadicos dolores harmonia deleri. Sed & teſtatur ſacra pagina, ſolitum Dauidem citharæ ſuaui ſono demulcere dæmonem illum, quo Saul immiſericorditer cruciabatur. Narrat Herodotus in Clio, Crœſo Lydiæ regi filium fuiſſe, qui in multam vſque ætatem fari non poterat; itaque cum iam adoleuiſſet mutum & elinguem habitum fuiſſe, Cum vero in patrem eius bello magno victum, & vrbe, in qua erat, capta, hoſtis deducto gladio, tegem eſſe ignorans, inuaderet, deduxit os adoleſcens clamare nitens, eoque nixu atque impetu ſpiritus vitium, nodumque linguæ rupit, vnde plane & articulate locutus eſt, clamans in hoſtem, ne rex Crœſus occideretur. Tum & hoſtis gladium reduxit, & rex vita donatus eſt, & adoleſcens loqui continenter deinceps cœpit. Plutarchus *lib. de vtilitate capienda ex inimicis*, narrat, Theſſalum quendam nomine Proteum, inueteratum, & ad remedia contumax vlcus, parte quadam corporis circumtuliſſe, nec ſeruari ante potuiſſe, quam hoſtili in certamine vulnere illic forte accepto, redintegrata cura, ad vnum corpus reductum vulnus fuerit.

In muſica dolorum lenamen.
Valida animi perturbatio commotis ſpiritibus commodum affert.

Quintus Fabius Maximus authore Liuio, diu multumque quartana febre languebat, nec artis remediis ſucceſſum optatum conſequebatur, quouſque conſerto cum Allobrogibus prælio pugnandi C ardore nouo velut incendio, febrile vetus incendium diſcuſſit. Compertum nuper habeo ex cubiculari domini Lanſacii fideli narratu, extitiſſe nobilem Gallum in Polonia, qui febre quartana grauiter exercebatur: is cum aliquando ad Wiſtulæ fluminis ripam, quo quartanarii inſultus moleſtias falleret, deambularet, ab amico forte obuio, per iocum in profluentem impulſus eſt, ex quo (etſi natandi peritus eſſet, id eo ſciente, qui impulerat,) tantum pauorem concepit, vt nunquam ipſum dehinc quartana inuaſerit. Ab Abianenſi exercitu iuſſerat me rex Henricus II. Dorlanum vrbem proficiſci, vt illic eos curarem, qui ex conflictu cum Hiſpanis vulnerati fuerant, à ſancto Albino capitaneus etſi Subilli conflictus tempore quartanario paroxiſmo teneretur, prælio tamen intereſſe voluit, in quo cum glans ſclopo eliſa medias ceruices illi perforaſſet, tanto mortis terrore perculſus eſt, vt febris ardore, frigido metui cedente à quartana deinceps immunis vixerit. Franciſcus Valleriola Arelatenſis Medicus celeberrimus, narrat, Ioannem Berlam conciuem ſuum alterius partis corporis reſolutione multos annos affectum, cum domus incendio conflagraret, iamque ad cubile, in quo decumbebat, flamma ſerperet, graui timore perculſum, derepente ſe ſummo nixu erexiſſe, ac mox recuperatis corporis viribus, qua data feneſtra, è ſummo ædium præcipitem dediſſe, morbo confeſtim libe-D ratum, reſtitutis parti ſenſu & motu, ſic vt rectus dehinc ſine vllo doloris ſenſu incederet, qui multos ante annos immobilis iacuiſſet. Simile quid *eodem loco* ſubiungit de Ioanne Sobiratio conſobrino ſuo: Is cum Aueniona conuulſus annos plurimos conſtitiſſet, ita vt contractis poplitibus ingredi non valeret, repentina vehementique percitus in famulum ira, quem plagas cædere nitebatur, ita corpus exagitauit, vt confeſtim diſtentis crurum neruis, poplitibuſque emollitis, ſine vllo doloris ſenſu incederet, & rectus ſtaret, cum incuruo corpore annos totos plus minus ſex conſtitiſſet, poſtea, deincepſq; per omnem vitam ſanus euaſit.

Caſus arti locum dans.
At hic natura morborum medicatrix.
Obſeru. 4. lib. 2.

Refert Galenus, accitum ſe aliquando ad ſiſtendum ſanguinem homini, cui ſecta fuerat arteria, quæ eſt ad malleolum: ſua vero opera curatum illum ſublata aneuriſmatis, id eſt venoſi vaſculi relaxationis periculo, atque inſuper ex illa fortuita plaga, liberatum grauiſſimo coxæ dolore, quo per annos quatuor cruciatus fuerat, quamuis vero doloris iſchiadici illa leuatio ex ratione ſucceſſerit per euacuationem materiæ coniunctæ, aperta malleoli eiuſdem lateris arteria: quia tamen minime in eum finem ſecta fuerat, ſed fortuna totum id contigerat, non abhorrere ab hoc argumento mihi caſus ille viſus eſt. Scribit Plinius, quendam nomine Phalereum, ſanguinis per os reiectione graui diu laboraſſe, ac E tandem nihil proficientibus remediis vitæ, cuius exinde afficiebatur tædio, inermem in primam aciem aduerſus hoſtes inſiliiſſe: ibique vulnere in pectore accepto ingentem ſanguinis quantitatem excreuiſſe, quæ ſanguinis expuitioni, occluſo dehinc vulnere, denſataque vena, quæ ſanguinem continere non poterat, finem in perpetuum attulit.

Cap. vlt. lib. de cur. rat. per ſanguin. miſſ.
Galen ex fortuito iſchiadicum dolorem curat.

Lutetiæ anno 1572. menſe Iulio, vir quidam nobilis, moribus ad omnem modeſtiam & comitatem compoſitus, in continuam febrem incidit, eaque occaſione phrenitis inuaſit, cuius œſtro percitus, præcipitem ſe per feneſtram e ſecundo ædium tabulato dedit, deciditque primum in ſcapulam Vaterræ Medici Ducis Alenconii, inde in ſubiectum pauimentum, qua ruina coſtas & iſchium grauiter contu-

ſus, ſed interim ſibi teſtitutus rediit ad rationis & iudicii dexteritatem. Aderant ægro præter Vaterram A
euentus huius teſtes Medici, Alexis, Magnus, Duretus, Martinus. Idem contigit eodem in morbo & ſi-
mili ex caſu Vaſconi cuidam iacenti in domo Agrippæ, via ſtrata. Otthomanus Monſpeſſuli Medicinæ
doctor, & profeſſor regius, retulit mihi, fabrum quendam lignarium Broquerii pago Heluiorum, phre-
neticum factum ex alta feneſtra ſe in profluentem præcipitaſſe, ſtatimque vndis & fluctibus ereptum

Cauſa nouiſſime cõmemoratarum curationum.

mentis integritati fuiſſe reſtitotum. Cæterum ſi licet caſum in conſilium artemque vertere, nolim ego
ægros per feneſtræ ædiom præcipites dare: Sed magis probauerim, derepente, ac nihil tale cogitantes, in
ingentem cuppam frigida plenam præcipitari, in caput prouolutos, nec inde niſi poſt multam aquam
hauſtam eripi, vt repentino illo lapſu, & forti rumore fieret translatio materiæ phrenitidem commit-
tentis ſuperius, deorſum à partibus nobilibus ad ignobiles, quod fieri poſſe, tum exemplis patet propo-
ſitis, tum exemplo eorum, qui à cane rabido demorſi aquas formidãtes in eaſdẽ ſæpiuſcule merguntur.

De impoſtoria curatione. CAP. XXIV.

Non eſſe hæreditarias ſcientias.

Conſtitutum nunc mihi eſt, de illis impoſtoribus agere, qui Chirurgi perſonam mentientes, artis B
operibus quo iure, quaque iniuria ſe immiſcent: præcipue vero de luxatis, fractiſque oſſibus reſti-
tuendis apud ignarum vulgus ſe iactant: tam falſo, quam impudenter affirmantes; harum rerum periti-
am ad ſe à maioribus hæreditario quaſi quodam iure deuolutam eſſe. Quod commentum valde ridi-
culum eſt: animus enim noſter quo primum tempore naſcimur, eſt tanquam tabula raſa, in qua nihil
depictum eſt. Alias quid neceſſe eſſet, tot nos laboribus ad capeſſendas ſcientias, exercere & confice-
re? Auxit quidem rerum quarundam ad vitam tuendam neceſſariarum inſita notitia, ſupra hominem
cætera animantia Deus: At illum vice verſa ingenio, incredibili celeritate, & iudicio inſtructo locuple-
tauit, cuius ſolerti & laborioſa agitatione omnia ſuæ ſubiiceret cognitioni. Non eſt ergo magis veri-
ſimile, quenquam hoc ipſo, quod patre Chirurgo natus ſit, Chirurgiam callere, quam aliquem, qui
nunquam ſudorem, nunquam puluerem, nunquam Solem in palæſtra pertulerit, concitandi, verſandi-
que ad arbitrium bellatoris equi, & ad brauium in catadromo decurrendi artem noſſe, hoc ſolo nomi-
ne, quod patre nobili, & bellandi arte claro ſit progenitus.

Impudentiſſimum impoſtorum genus.

Eſt aliud impoſtorum genus longe pernicioſius & minus ferendum, audacter & inſolenter ſpon-
dentium, oſſa fracta, & luxata, reſtituturos ſe vnirati, & in priſtinam ſedem compulſuros, ſola verbo- C
rum conceptorum obmurmuratione, modo apud ſe ægri nomen & zonam habeant. Qua in re no-
ſtrorum hominum ſatis nequeo mirari ſocordiam, tam leuiter, tam graui & pernicioſo errori fidem ad-
hibentium: nec ad ſacroſanctam veterum medicorum, præcipueque diuini Hippocratis legem aduer-
tentium, qua ſancitum eſt, ad elocatorum & dimotorum oſſium repoſitionem tria eſſe neceſſaria: oſ-
ſa à ſe inuicem abducere os; excipiens firmiter immutum, fida & ſtabili manu continere, os excipien-

Ad luxationis curationem tria neceſſaria.

dum in excipientis cauitatem impellere. Quam in rem tot machinas, tot gloſſocomia, & habenas,
veterum adinuenit ſolertia, ſi forte manus operoſo illi operi non ſufficeret: quæ malum igitur eiuſmo-
di impoſtorum veſania eſt, id verbis aggredi perficereve, quod vix tot miniſtrorum validis manibus, tot
artis tormentis exequi liceat.

Emerſit paucis abhinc annis in Germania aliud impoſturæ genus, lapidem quendam patria lin-
gua Beinbruch dictum, in pollinem comminuunt, homini, cui fractum luxatumve os aliquod fuerit,

Autornemo de Vnguento armorum.

in potu exhibent, abunde id ad curationem ſufficere affirmantes. Per eandem Germaniam alii vagan-
tur impoſtores, qui telum, quo quis læſus fuerit, ad ſe afferri iubent, id in abdito loco & à ſtrepitu ſe-
moto concludunt appoſitis, admotiſque medicamentis, perinde atque ægrum hominem curant: ſe- D
curum interim ſua negotia agere ipſum ſinunt, ac pro ratione appoſitorum telo medicamentorum i-
pſius vulnus paulatim ſaneſcere, impudenti ore adſtruunt.

Arte magna perfici curationes.

Sed nec veriſimile eſt, rẽ inanimatã, quæ ipſa omni ſenſu orba eſt, vllius medicamenti vim ſenti-
re: multo vero minus probabile, inde in læſum hominem fructum aliquem redundare. Nec vero ſi e-
iuſmodi præſtigiorum veritatem euenris ipſis, indicibusque oculis mihi intueri aliquis dederit, propte-
rea credidero, natura rationeque id fieri, ſed incantamentis potius & arte magica.

Vltima Hiſdini expugnatione, dominus de Martigues primæuus, glande ſclopo emiſſa, medium
per thoracem perfoſſus foit. Curabam ego illum vna cum Medicis, Chirurgisque Caroli V. Impera-
toris, & Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis, qui quia captiuum ſaucium vnice amabat, concilium
Medicorum & Chirurgorum, quo ipſi conſuleretur, coegit. Omnium vna vox fuit, immedicabile & fu-
neſtum vulnus eſſe, quippe quod medios pulmones pforaſſet, ingentemq; inſuper ſanguinis, & thrõm-
borum copiam in thoracis capacitatem effudiſſet. Inuentus eſt tum Hiſpanus quidam, ex hoc impoſto-
rum numero egregie vafer, qui oppignoratæ vitæ periculo, eum incolumitati teſtitueret, quæ cauſa ex-
titit, cur princeps nobiliſſimus conclamatus illius fidei curandus committeretur. Ante omnia iuſſit ſi- E
bi tradi ægri ſubuculam, quam in limbos & linamenta diſſecuit, quæ mox in crucem compoſita, pla-
gis impoſuit, conceptis verbis, murmure concluſo inſuſurratis: De cætero ſecurum ægrum eſſe iuſſit, &
diætam ſusque deque facere, illum ſe eius nomine præſtiturum, quod certe faciebat: Nam pro eſculen-
tis nihil niſi paucula pruna, & pro poculis ſolum zytum habebat, nihilominus intra biduum princeps
ſaucius è vita diſceſſit: Hiſpanus ſuæ fugæ conſuluit, & ſuſpendio ſe ſubſtraxit. Ac interea, dum defun-
cti cadauer coram adſtantibus aromatis condirem, vulneris ipſius ſigna & accidentia, tum demum
maniſeſtiſſime (vt diximus) apparebant.

Sunt

A Sunt & alii huius generis præſtigiatores, qui linamentis vel ſiccis, vel oleo, aut aqua maceratis & obuolutis, certo carmine obmurmurato, omnium vulnerum pollicentur curationem, quibus aliquando ex voto me inſpectante, inceptum hoc ſucceſſit. Sed vulnera illa, in quibus id fiebat periculum, ſimplicia erant quæque ſolam vnionem ad perfectam curationem deſiderabant. Sic certe brutorum fracta oſſa, ipſa per ſe ſolius naturæ beneficio occaleſcunt. At vbi varia ſymptomatum acceſſione morbus erit compoſitus, vt vulnus cum vlcere, inflammatione, contuſione, & oſſis fractura, nihil ex linamentis, nihil ex ſolennibus verbis, præter mortem ſperare poſſis. Itaq; non ſolum ſibi, qui ſalutem ſuam impoſtoribus committunt populares, iniuriam inferunt; quinetiam Reip. & communi ciuium vtilitati male conſulunt, pro cuius libertate & iuſtitia magiſtratus prudens è libero & Chriſtiano conſortio, impoſtores immunitate priuare debebit. *Quæ vulnera ſolis linamentis & aqua ſanentur.*

Venefici, incantatores, augures, arioli, magi, malefici, poculorum infectores, de multorum morborum ſe iactant curatione: ſed ſi quid hac in re poſſunt & præſtant, id omne fraudibus, technis, maliſque artibus perficiunt, nempe incantamentis, adiurationibus, faſcinationibus, characteribus, nodulis, vinculiſque magicis, annulis, imaginibus, toxicis, limbis decuſſatim impoſitis, aliiſque damnandis
B præſtigiis, quibus vitæ hominum diſpendio primariam, ſacratiſſimamq; artium medicinam polluunt, peruertunt & infamant. Qui quidem vel patriæ legibus in exilium relegandi veniunt: cum præſertim Moſaica lege his verbis cautum ſit: *Nec inueniatur in te, qui ariolos ſciſcitetur, & obſeruet ſomnia atq; auguria, nec ſit maleficus, nec incantator, neque qui Pythones conſulat; nec diuinos; omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter iſtiuſmodi ſcelera delebit eos in introitu ſuo* Sed ad aliam cenſuram pertinent Ieſu Chriſti filii Dei, & Domini noſtri, Sanctorumque eius, & Apoſtolorum in morbis curandis ſupra naturam, omnemque artem miracula, quæ tam rata perſuaſaque omnibus eſſe debent, vt ſit nefas, Chriſtianum addubitare. Horum pleni ſunt ſacri omnes libri, qualia hæc: cæcis viſum, ſurdis auditum, paralyticis ingreſſum reſtituere, dæmones corporibus abigere, elephanticos curare, mulieribus fertilitatem & fœcunditatem aperire, mortuos ſuſcitare, & reliqua, quæ naturæ conditionem & leges excedunt, miracula, per Spiritum ſanctum patrare. Quem obnixe hic precamur, vt nos ab immundis dęmonibus, & diabolicæ fraudis ſpiritibus liberet & protegat: nobiſque hanc mentem tribuat, qua ad cœlum ſemper aſpirare, & in Deo fortunarum omnium noſtrarum ſpem, pręſidium & anchoram figere velimus & valeamus. AMEN. *Deut. 18.*

C

D

E

A

DE ANIMANTIBVS, ET HOMINIS PRÆSTANTIA.

B

LIBER PRIMVS.

De Brutorum animantium natura. CAP. I.

Brutorum differentia.

PRIVSQVAM ad humani corporis anatomen aggrediar, placet paucis brutorum animantium naturas perſtringere. Brutis inter ſe, penes naturam multum intereſt. Ex his enim alia ſunt animoſa & audacia, alia timida, alia fera & agreſtia: alia domeſtica: alia armentitia: alia ſoliuaga: quædam teſtis ſquamiſque tecta, & munita: vt crocodilus, teſtudo, & piſcium generis plurima: alia aculeis ſpiniſque. Equo vngula ineſt ſolida, & rigida, ceruixque tanquam generoſo animanti, pilis multis & ſetis horrida. Magnanimi Leonis corpus dentes, vngueſq; adunci & cauda tuentur. Tauri cornu, apri exerto dente genuino tanquam venabulo ſunt formidabiles. Lepori pauido animali corpus nudum eſt & inerme, at in ſubſidium ad fugam citum & velox id natura eſſe voluit. Quod enim ſunt generoſis animantibus arma, id ſunt timidis celeritas & fuga. Infinitæ ſunt aliæ brutorum animantium admirandi artificii dotes, quas mente cala- C moue complecti vix licet. Nam ſi in ipſorum naturam diligentius inſpicere volumus, adumbrata virtutum veſtigia cernemus, magnanimitatis, prudentiæ, fortitudinis, clementiæ, docilitatis. Multa enim inter ſe charitate tenentur, vt vtilia ſequuntur, declinant nocitura, congerunt conduntq; ad vitam & victum neceſſaria. Tempeſtatum deniq; & aeris, clara dant præſagia. Multa homines docuerunt, ſenſu ſunt acerrimo & exquiſitiſſimo, vocem ad numeros modulantur, partus ſolertem curam gerunt, naturalis ſoli dulcedine tenentur: amicitiæ & caſtitatis iura religioſa colunt; armis inſtructa ſunt, quibus & vltro laceſſere, & ſe tueri laceſſita poſſunt, humanæ culturæ cicuranda ſe ſubmittunt, humanas voces reddunt & æmulantur, ſibi mutuo occinunt: Reip. ſpeciem quandam ſibi conſtituerunt, eorumq; præſentem ſanitatem tueri, morbuſque depellere poſſunt, notitiam habent, ex ſeſe, minime ab hominib. edocta: quin ſalubrium rerum magnam partem homines edocuerunt. Quæ res veterum philoſophorum permultos in eam dubitationem impulit, vt quærant, brutiſne ratio ineſſet. Itaq; & ſapiens Salomon, diligentiæ & parcimoniæ exempla à formicis nos petere iubet, Eſaias vero ferum & ingratum in Deum animum Iſraelitis exprobrans, eos ad bouem & aſinum ablegat: ſiquidem dominorum non modo notitia, ſed & amore tenentur. Vnde vero tot remediorum notitia, qua nunc medicinæ ſcientia D diues ſplendet, quam a brutis animantibus, vt eſt a Plinio proditum? Dictamni enim certas ad euellenda ſpicula vires, cerui nos edocuerunt, quando venatorum telis impetiti, relicta in corpore ſuo tela eo remedio extrahunt. Idem Cretenſes capras factitare, ſcripſit Ariſtoteles. Chelidoniæ herbæ ad viſum mira vis hirundinum documento innotuit, quod ea pullorum oculos illinire & roborare cernuntur. Serpentes palpebris fœniculo illitis, ſeneſcentem oculorum aciem ſibi acuere & reſtituere creduntur. Teſtudo aduerſus viperarum morſus ſatureia deuorata ſe munit, & tuetur. Vrſi contractum ex mandragoræ vſu venenum, formicarum eſu depellunt. Iidem ventris ſegnitiem, quam ſibi ex veternoſo in ſpeluncis ſopore contraxerunt, Ari herbæ eſu caſtigant. Mira vero ipſorum eſt in alliciendis & irretiendis formicis aſtutia; formicarum cauernas ſeu foramina taciti adeunt, illicque humi toto corpore velut exanimes fuſi, linguam ſaliua madidam exerunt, nec ipſam ante in palatum reuocant, quam eam formicis humoris dulcedine illectis differtam ſenſerint, hocque deuorato tanquam cathartico, noxios, quibus grauantur, humores per inteſtina depellunt. Canes vulgo cernimus gramine deglutito, quod inde & dens canis dicitur, ſtomachum ſibi vomitu mouere. Porci, fluuiatiles aſtacos venantur, cum ſe ægrotare ſentiunt. Palumbes, merulæ, & perdices, lauri foliis ſe purgant. Columbi, turtures, gallina- E ceumq; omne genus, parietaria humorum ſibi ſarcinam leuant. Ibes ciconiæ haud diſſimilis Clyſterum vſum nobis demonſtrauit; dum enim humorum noxiorum copia ſe degrauari ſentit, roſtro aqua marina impleto ea ſe parte proluit, qua ventris onera reddi maxime ſalubre eſt. Decutiendarum oculi cataractarum inuentio capræ accepta ferenda eſt, quæ fortuito ad ſpinoſos frutices alliſu obſtruentem lumini ſuo & pupillæ cataractam deiecit, ſicque viſum recepit. Inuentæ Phlebotomiæ beneficium debemus Hypotamio, fluminis Nili equo incolæ, guloſus enim natura, cũ ſe ſanguinis copia opprimi ſentit, ad acutiores ripæ cannas affricto femore ſibi venam pertundit, qua ſuperflui ſanguinis onus à ſe exigit, ſiſtitq; cum par eſt, volutato per craſſum & obſtruentem limum corpore. Teſtudo comeſtis forte ſerpentis

Virtutum in brutis veſtigia.

Lib. 8. ca. 27.

Vrſorum aſtutia.

Clyſterum inuentor ſeu demonſtrator ibes.

Cataracta decutienda inuentio.

Phlebotomia inuentio.

Digitized by Google

A pentis carnibus ab origano & maiorana antidotum petit. Quin & aduerſus ſæuam & nemini parcen-
tem fulminum vim, veteres à brutis auxilia ſenſere. Nam aquilæ pennas fulmine nunquam tangi credi-
derunt. Itaque ex his faſciculos plumeos capiti circumponebant: idem de vitulo marino perſuaſum ha-
buerunt. Itaque ex eius pellibus corpora ſua cingere pro certiſſimo contra fulmina præſidio ſolebant.
Cætera perſequi, quæ à brutis animantibus didicimus, tuendæ vitæ & ſanitatis præſidia, ab Ariſtotele
& Plinio fuſe notata, nimis longum eſſet & operoſum. Itaque huic capiti finem imponam ſi hoc prius
addidero, nos brutis animantibus, non modo depellendorum morborum & ſanitatis tuendæ adiumẽ-
ta, ſed & victum, veſtitum, cultum, ornatumque corporis debere.

Contra fulmen præſidium.

De brutorum præſagiendi vi. CAP. II.

PRima vero obſeruandarum in aere, & præſagiendarum tempeſtarum vis & notitia, à brutis terreſtri-
bus, aquatilibus, volatilibusq; manarit. Quotidiana enim docet obſeruatio, aeris mutationem de-
nunciari, cum agni & arietes petulco cornu in ſe inuicem incurrunt, & pedibus in aerem ſublatis crebro
ſub ſaltu laſciuiunt. Idem portendi putant, cum bos oppoſitu linguæ linctu pilos inuertit, cum reperi-
B to ſubinde mugitu aerem implet, cum terræ odorem naribus explorat, cum ſolito auidius herbam de-
paſcitur. Sed & ſi formicæ denſioribus agminibus prædam trepide adeo connectent, vt per ſemitæ an-
guſtias in ſe inuicem incurrant, & alligantur. pluuias imminere putant, vt & ſi talpæ ardentius terram
ſuffodiant: & ſi felis crebro affrictu caput, collumque elatis ſupra aures pedum palmis demulceat. Pi-
ſces, ſi ludibundis ſubſultibus emergere & corpus paululum aquis exerere cernantur, in pluuiæ ſignum
trahitur. Imminentis vero tempeſtatis & procellæ in mari argumentum eſſe putatur, ſi idem Delphi-
ni magno agmine moliantur. Itaque inde naturæ admoniti ſibi rebusque ſuis omni arte conſulunt, ac
ſi fieri poteſt, anchoræ dente tenaci naues fundant. Notum vero ſat eſt, quid portendat ranarum ſolito
importunior coaxatio.

Arietum concurſus quid denunciet.

Pluuiarum præſagium.

Imminentis in mari tempeſtatis ſignum.

Auium vero in hoc præſagiendi genere mira eſt ſupra reliqua bruta ſagacitas. Si tacite grues per
aera volant, ſerenitatis eſt indicium. contrariæ vero aeris conſtitutionis, ſi clangoſa voce obſtrepant, &
diſſipatæ volitent, vt & ſi aquaticæ aues longius à mari abſcedant & in terram progrediantur. Noctua
ſuo vlulatu præſentis cœli ſtatus in vtrumque mutationem imminentem portendit. Narrat Plutar-
chus, nimbos ventoſque portendere coruum, cum rauca voce altius crocitat, aut alis latera vehemen-
C tius verberat. Quando anſeres aut anates aquis ſe mergunt auidius, & pennas roſtro diſponunt, expli-
cant, excutiuntque, atque ad inuicem garriunt, pluuias denotant: haud aliter, quam ſi hirundines ſic
humiles circa aquas conuolent, vt ſe pennaſque ſuas humore aſpergant. Aut ſi regulus amœnius ſolito
cãtillare & tripudiare cernatur: vel ſi Gallus gallinaceus ſtatim ab occaſu ſolis occinat, vel coecinerit po-
tius: vel ſi veſpæ, puliceſue acrius paulo momorderint: Si ardea præpetibus pennis cœlo ſe committat,
ſerenitatem: Si contra iuxta aquas deuolet, pluuias denuntiat. Si columbæ ad columbaria ſua ſerius ſe
recipiant, pluuias ventoſque. Si veſpertiliones appetente nocte denſiore agmine conuolent, humi-
dum tempus portendunt. Crocodilus eo demum loco oua ponit, quo exundationis Nili terminus eſſe
debet. Itaque cui ea primum obuiam facta fuerint, is reliquis agricolis prædicit denuntiatque, quo vſq;
Nilus debeat aſſurgere, & quos ſibi excurſus in terram oras conſtituere debeat; res admiratione digniſ-
ſima, tantam in hoc monſtro præſagiendi vim ineſſe.

A coruo præſagium.

Ab ardea præſagia.

Crocodilus ouorum poſitione incrementi Nili terminum monſtrat.

De Induſtria piſcium. CAP. III.

MArini piſces plurimi vbi primum imminentẽ tempeſtatem ſentiunt, ſaburrant ſeſe, ne temere ad
tempeſtatis arbitrium huc illuc iactentur. Alii rupium cauernis ad exactam vſque maris ſæuitiam
D ſe abdunt. Quod vero aduerſo flumine adnant, id ea cautã & induſtria faciunt, ne ſcilicet vndarum, flu-
ctuumque impetu ſquamas ſibi ſublatas detegat, ac branchias aqua impleat, vnde nandi difficultas ma-
ior, & reſpirationis intercaptio. Quo eodem conſilio grues volant aduerſum ventos, quos alioqui ſi ſe-
cundos haberent, diiectis, diſperſiſque pennis volandi impotentes redderentur.

Quî ſibi aduerſum tempeſtatem cõſulant piſces.

Cur aduerſo flumine nant.

De auium in nidis ædificandis induſtria. CAP. IV.

AVium in extruendis nidis induſtria tanta eſt, vt latomorum, architectorumque omnium artem, &
induſtriam facile ſuperet. Hinc in prouerbiũ abiit: *Scire omnia homines, & aſſequi, præterquam auibus
nidos conſtruere:* hos enim intus lana, pluma, & eiuſmodi rebus mollibus faciunt, vt fœtibus ſint inſtar
culcitræ. Hirundines nidos ſphærica figura extruunt, quod ea firmior ſit & occurſantium iniurię minus
patens ac præterea capacior. Ex luto, paleiſque & interiecto ſtramine multo materiam ſibi deligunt,
tanquam ex ſigmino & calce. Quæ in arboribus nidificant aues, ramalia ſibi ſolidiora deligunt, tanquã
in firmius futuri ędificii fundamentum. Mas & fœmella, mutuo incubatu oua fouent, partitiſque ope-
ribus cibaria afferunt, neque fœtus vnquam deſerunt, quovſque ipſi per ſe cibum ſibi quærere queant.
Domi meæ paſſeribus paraui multis in figulinis nidos, vbi grandeſcere fœtus & plumis veſtiri incipiunt
E pullitiem totam nido detrahi & in cauea locari iubeo, vt ex parentum in illis cibandis ſolicitudine a-
micis & mihi oblectationem comparem. Fœtus enim ſuo cibant ordine neque quenquam prætermit-
tunt, neque eidem aliorum diſpendio bis buccellam largiuntur, etiamſi hianti oſculo ſe pasciti offe-
rat. Omninò ex diſtributionis iuſtæ norma ſuum cuique commeatum partientes. Sæpe & experiendi
gratia alienigenem paſſerculum eiuſdem ætatis aut ſuppoſui, aut reliquorum cœtui admiſcui, tentatu-
rus ſi illum quaſi legitimum partum parentes cibaturi eſſent. At hunc tanquam ſpurium & ſuppoſitum
fame emori ſinebant buccelliſque adhiantem prætermittebant. Sic agni, ſic capreoli, magno in campis
agmine ad ſuam quique matrem accurrunt, quæ etiam certo diſcrimine legitimi à ſpurio, ab alio, quam
à proprio partu ſugi ſe non patitur.

Ex qua materia nidos aues conſtruant.

Qua figura.

Quo ſtudio paſſeres pullitiem educant.

De Aara-

De Aranearum induſtria. CAP. V. A

Aranea telam miro texit artificio, ad vicina omnia adminicula ſurſum deorſumque, & vndique filo ducto & decurſu facto eam ſuſtentans & fulciens. *Araneæ textrices.* Ac quamuis inceptum id pendenſque opus ancillarum diligentia excutiat, percutiatque, nihilominus ſedes & incunabula ſua non deſerit, nec ab incepto deſiſtit aut deterretur opere, plura longe pauco tempore interrupto operi attexens, quam multo labore retextum fuerit, vt non aliunde textores, linteones, limbolarii & acupictores artes ſuas didiciſſe ſeu contextus perfectionem & fili ſubtilitatem ſpectes, ſeu telæ continuæ nodos, nexuſque indiſſolubiles, attendas. *Araneæ prædatores.* Hæc enim nullis abrupta aut interſecta filamentis membranæ tenuiſſimæ inſtar habet quodam velut peruncta glutine, quo aranei irretita animalcula, rapido incurſu contractiſq; tanquam caſſibus & retibus, implicant & captant, venatorum ritu. Fabuloſa hæc viderentur, niſi eiuſmodi eſſent, vt quotidie oculis cernerentur.

De Apibus. CAP. VI.

Apes regem ſibi deligũt. Non mihi videtur ſilentio prætereunda ſolers apum diligentia. Conſtituta enim Reipubl. quadam forma ſibi regem deligunt, qui corporis proceritate, & formæ præſtantia reliquis antecellat: Alis B inſignitur breuioribus, cruribus rectis, inceſſu grauiore & quodam ceu diadematis & coronæ regiæ loco aculeo vel caret vel non vtitur, quo reliquæ pro armis inſtructæ ſunt. Nunquam ſolus extra aluearia progreditur, ſed ſtipatu regio cinctus reliquo inſequente comitatu, nec niſi cum toti agmini neceſſaria incumbunt foris negotia, progreſſum illum multo fremitu & bombo tubarum tanquam cantu præſignificant & accedunt: quæque propius poteſt regis lateri ſe agglomerat, omneſque illum volando *Apes caſtra metant.* defeſſum ſuo corpore ſuſtinent. Quemcunque locum rex inſederit, illic ſtatim caſtra metantur. Vbi mori illum contigerit, non iam foris paſtum prodeunt, ſed triſtes cadauer eius circumſtant, extra aluea- *Funus mortuo regi procurant.* ria deportant, tanquam funus proſequuntur & inhumant. Tandem funereis omnibus obſequiis magna pompa peractis, alium ſibi regem eligunt, quod viuere ſine rege nequeant. Ad omnia attendit, oculos in omnem partem torquet, dum reliquæ operi incœpto intendunt: atque obuolitans omnibus animos addit & moras caſtigat. Tempus ſibi ad progreſſum paſtus cauſa ſerenum & ſudum eligunt. *Apum iuſtitia.* Nam & præſagiendarum cœli tempeſtatum vim inſitam habent, Hac ſunt iuſtitia & æquitate, vt nunquam cuiquam animanti aculeo aut alia arte ſint moleſtæ, nec vnquam ſtimulum ſuum in quenquam exerant & acuant, niſi domicilii & aluearii tuendi cauſa. C

De apum cura.

Apum vigilantia. Rem ſuam hoc gerunt & adminiſtrant modo. Interdiu ad portas vigilum & cuſtodiarum ſtationem diſponunt: De nocte tamdiu ab opere quieſcunt, quo ad vna, cui id munus incumbit, vno aut altero bombo, tanquam tubæ clangore omnes excitauerit. Inde coeunt exploraturæ cœli conditionem, *Varia apum munia.* quam ſi ſerenam forte præſagierint, in campos & pabula prodeunt. Ergo aliæ florum faſciculos cruribus, aliæ aquam ore, aliæ roſcidum humorem corpore exceptum in aluearia comportant. His occurrunt aliæ, quæ onera excipiunt, & in ſua loca ſtatutaſque ſedes diſtribuunt. Quæ in campos ad paſtum dimittuntur, iuniores ſunt & graciliores. Itaque ſi tum forte ſuboriatur ſæuior aliquis ventus, tamdiu expectant, quoad ſubſederit & vis eius atque impetus remiſerit. Quod ſi ſæuiat diutius illis aduerſus, *Apes ignauiam exilio mulctare.* lapillo ſe ſaburrant, & humiles ſupra terram volant, ne ipſius impetu huc illuc exagitatæ raptentur. Ad res omnes ſuas ſunt attentiſſimæ, & deſidium ſocordiam ſæpe morte vlciſcuntur: nonnullæ extruunt, aliæ extructa perpoliunt, aliæ commeatum important, miro autem artificio ſibi architectantur fornicata illa aluearia, eaque faciunt duabus ianuis peruia, vna ad ingreſſum, altera ad egreſſum comparata. *Ariſtomachus diligens apum explorator.* Conueniunt vna omnes, ne inæqualitas aut in cibis, aut in labore diſſidii anſam adferat. Lauta & munda vt ſint domicilia ſua curant, ignauos fucos fruges conſumere, & lætos aliarum labores deſtruere natos à præſepibus arcent, quæ aculeum amiſerunt, inutiles redduntur, quod paulo poſt illac ipſis viſcera effluant & moriantur. Dominis ſuis mirificos adferunt ceræ & mellis fructus. Gloriatur Ariſtomachus philoſophus, ſe magna cura per quinquaginta octo annos apes nutriuiſſe, vt illarum ſtatum conditionemq; omnem magis exploratam haberet. D

De Formicis. CAP. VII.

Nec vero minori digna admiratione formicarum, quam apum, induſtria eſt, diligentia & experientia. Sic vt Salomon diligentiæ exempla à formicis ſegnes exquirere iubeat. Certe niſi experientiam teſtem adhibere liceret, incredibile videretur, tam puſilla animalcula tot fruges in commeatum con- *Lib. 11. & 30.* gerere, ac tam pulchro, quo cernimus, ordine res ſuas tueri ac gerere, Plinius elucere inter ipſos reipublicæ bene conſtitutæ beneque moratæ formam adſtruit: quam enim iucundum eſt ſpectaculum, eas intueri, mordicus comprehendere fructus, quos volunt congerere, atque aduerſus eorum pondera *Mira ſolertia.* toto corpore atque humeris obniti. Ne vero quæ in horrea ſua reponunt ſemina germinare, atque radices agere poſſint, ea altera parte arrodere? Si craſſiora illa ſint, quam vt queant in ſuas cauernulas E ſubire, media ipſa diuidunt. Si humore madeant, in ſolem & apricum proferunt quo exſiccentur. Luna plena, de nocte operas faciunt, ipſa ſilente quieſcunt, in quo ſe rerum cœleſtium ſignificationem aliquam habere demonſtrãt. Teſtatur Plinius, ſtatiuas nundinas & emporia ipſas habere, vbi frequentes conueniant, mutuoque amicitiæ & charitatis iure ſe deuinciant, atque ſi intentius intueare, nonne colloqui ipſas inter ſe putes, atque vltro citroque de rebus ſuis ſermones ſerere? Nonne in duris ſilici- *Nihil non aſſiduitate aſſequimur.* bus impreſſa crebro attritu pedum ipſarum cernimus veſtigium? Ex quo licet intelligere, quantum in rebus ſingulis valeat aſſiduitas, quin & memorant inhumationis officia ſibi mutuo hominum ritu preſtare. *Qua vero oratione*, inquit Plutarchus, *ſatis dignè, formicarum diligentiam & induſtriam aſſequi poſſemus?*

Non

A *Non alia habet rerum magnarum magis miranda ſpectacula natura: Nam in formicis omnis virtutis ſigna relucent, celebres illis formicarum conuentus amicitiæ ſpeciem præferunt, alacritas in adeundis laboribus fortitudinis, & magnanimitatis imaginem gerit: denique non obſcura in illis emicant temperantiæ, prouidentiæ, & iuſtitiæ exempla. Mutuæ charitatis ſuaa argumenta in eo oſtentant, quod ſi occurrant in valle anguſto, exonerata oneratis de via decedunt, quo liberius inſtitutum iter perſequi queant. Aiunt primum ipſarum ſpeluncam ingreſſum haud rectum eſſe, ſed multis gyris & circuitibus intortum, qui tandem in tres cauernulas deſinant, dicantque: in quarum vna conuentus ſuos habent, in altera annonam reponunt, in tertia mortuorum cadauera inhumant.* Hæc de formicis Plutarchus. *Virtutum omnium expreſſa in formicis ſimulachra.*

De Bombycibus. CAP. VIII.

AD hanc animalculorum induſtriam accenſenda videtur Bombycum induſtria, de qua in nidis conſtruendis, in lanis, teliſque texendis, quibus magnifice veſtiuntur reges, mira ſcripſere Philoſophi. Et quis in tam puſillo animalculorum corpore tantas ingenii dotes & tantam totque diuitiarum parentem ſolertiam non mirabitur? Ergo Dei prouidentia non ex eo tantum innoteſcit, quod animantia propriis & ſingula ſuis dotibus exornauit. Sed multo magis, quod horum minimis plus prudentiæ, ſolertiæ & induſtriæ largita eſt ad virium corporearum ſarciendum defectum. *Diuitiarum parens ſolertia.*

B

De Brutorum mutua in ſe & in fœtus charitate. CAP. IX.

SCribit Plutarchus, animantia omnia ſingulari amore & cura quadam eorum, quæ ex ſe procreata ſunt, detineri, in quam rem perdicum commendatur ſolertia; quamdiu enim fœtus volandi per tenellam ætatem ſunt impotentes, docent eos ſupino decubitu iacentes inter terræ glebas ſe abdere, vt ſic venatorum oculos fallant coloris ſimilitudine: quod ſi nihilominus videant venatores illis inſtare atq; imminere, variis ludificationibus & corporis iam quaſi volando defeſſi, declinationibus ita agunt, vt à fœtibus illis ſuis, longe venatores ad ſe captandum abducant, quod vbi conſecutas putant, iam pleno volatu quaſi recuperatis nouis viribus ſe ſubducunt. Quis illum ſolertis conſilii plenum amorem non admiretur? *Perdicum in conſeruanda pullos induſtria.*

Nec minus miranda ſunt, quæ de leporibus produnt. Cum enim ſe in ſua latibula recipere volunt, variorum locorum, ſæpe etiam duorum iugerum ſpatio, à ſe inuicem diſtractorum, quaſi fidei fœtus ſuos committunt; ne ſi forte venatorem, ſeu canem, ſeu hominem per ea loca deerrare contigerit, omnes vno capturæ periculo inuoluantur. Inde vbi plurima pedum ſuorum veſtigia hac illac omni ex C parte impreſſerint, quo venatorum aſpectum & canum ſagacitatem fallant, vno aut altero ſaltu in ſua ſe latibula ſubducunt. *Quo aſtu ſibi & proli aduerſum venatores lepores conſulant.*

Non illi inferior eſt herinacei prudentia, perſequente enim ac iam imminente vulpe, ſeſe intra ſpinatos aculeos ſuos agglomerat, caſtaneæ echino ſuo inuolutæ inſtar: Sic vt vndique acutis in orbem horridis ſtimulis circumtectus lædi nequeat, hacque arte ſibi cauet. Fœtibus autem ſic: Vindemiarum tempore in vineas properat illic pedibus acinos & racemos decutit, corporiſque rotatione aculeis ſuis transfixos, tanquam onus ſibi imponit, inque ſpeluncam inde ſe recipit. Vuam diceres proprius ſe motibus agitantem: prædam ſibi & proli partitur. Idem circa pyra, pomaque cum eſt tempus ad eam rem idoneum, molitur. In Florida Galliæ Antarcticæ inſula viſitur fera, quæ raritatis & deformitatis nomine neutiquam mihi prætereunda viſa eſt, ab indigenis Succarath, à Canibalibus Su nominatur, maximam partem fluminum littora incolit, & rapto viuit. Cum ſibi imminere ſentit venatores, fœtus ſuos compreheníos dorſo imponit, cauda, quam prælongam & patulam habet, tegit, ac ſimul ſibi illiſq; fuga conſulit, nec aliter capi poteſt, quam foueis, quas ſyluestres illi homines in vicinis fugæ locis ſuffodiunt, in quas incauta præceps labatur, eius hic delineationem appinxi, ex Theueti Coſmographia. *Herinacei in nutrienda prole ſtudium.* *Tom. 2. lib. 23. cap. 2.*

D

TYPVS SVCCARATH.



E

Di Ani-

De auium & canum mutua in Dominos charitate. CAP. X. A

Ciconiarum pietas.

Ciconia parentes ſenectute defectos nutrit: æquales autem caſu aliquo volandi impotentes, alis, dorſoque iuuat, & ſuſtentat. Itaque obſeruantia & pietate erga parentes, amore velut fraterno erga æquales commendabiles ſunt Ciconiæ.

Gallinarum in tuendis pullis cura.

Gallina imminente aliquo periculo pullos ſub alas cogit, & illo tanquam præſidio, quantum poteſt, tuetur, ſeſe pro illis ſæuiſſimarum ferarum rapacitati obiicit, imo inuolat in oculos canis, lupi, vrſi, ſi forte quid in ſuos fœtus moliantur.

Canum fidelitas & ſagacitas.

Quis vero non miretur canum erga dominos fidelitatem & amorem, quibus nutricatus officia rependunt? Nunquam à domino canis deficit, ne ſi miſeris quidem modis ab illo excipiatur: Nullum enim baculum tam durum reperire poteſt quis, quo canem ſibi ſemel deditum à ſe poſſit abigere. Nullum eſt animantis genus, quod certius, promptius domini ſui reminiſcatur. Domeſticorum & amicorum voces agnoſcit: Nullaque (vel Cicerone authore) eſſe poteſt, quam canum fidelior cuſtodia. Mitto odoram canum vim, qua per veſtigia dominos proſagiunt & veſtigant, mitto infinita fidelitatis canum exempla, quæ longum eſſet commemorare.

Columbos adulteria neſcire.

Columborum genus tam mas, quam fœmina, quamuis lumbos, id eſt, venerem inſigniter colat, B adulteria tamen neſcit, quin & fœmina coniugem marem moroſum patitur, neque ab illo deficit, imo officioſa charitate illum ſibi reconciliatum in oſcula redire cogit, nec vtriuſque in fœtus amor eſt languidior.

Turtures ad ſecundas nuptias non conuolare.

Par charitatis ardor turtures inuicem conciliat; amiſſo enim coniuge, ſuperſtes nunquam nouum celebrat hymenæum, nec vnquam exinde niſi in arido & viriditate viduo ramali ſedit.

De Elephantum robore, pietate, docilitate, clementia, caſtitate, & gratitudine. CAP. XI.

Lib. 8. cap. 1.

Inter terreſtria animalia nullum vaſtius, robuſtius, & formidoloſius Elephante. Robur teſtantur turrita illa propugnacula, armatis militibus plena, quibus onuſti in prælia alacres ruunt. Inuicti alioqui animi Romanos milites, quo prælio contra Antiochum decertarunt, corporum nunquam ante viſa vaſtitate & immanitate ſic terruerunt, vt ſtatim in fugam verterint. Quæ cum ita ſint, tamen mirum eſt, quas de illis narrent virtutes Phyſici. Scribit Plinius, Elephantes ad humanum Ingenium proxime accedere, rudemq; notionem idiomatis habere. Miram illorum eſſe in obſequiis facilitatem, miram memoriam in ſolitis muneribus obeundis. Quod ad religionem attinet, prodit Plutarchus, eos diis preces fundere, ſe aqua marina luſtrare, ſolem orientem proboſcide manuum loco in cœlum elata, pio ritu & C magna obſeruantia colere. Addit Plinius, pari cultu lunam, ſtellasque illos proſequi: nam & Arabum memorant hiſtoriæ, noua luna magnis agminibus Elephantes in flumina deſcendere, illic ſe aqua abluere, luſtratos lunam flexis genibus venerari, inde in ſyluas ſe recipere ſeniore præeunte, & inde pro ætatis ratione ſequentibus cæteris. Contigiſſe aliquando narrat Plutarchus, vt ex Elephantis, qui ad ſpectacula panegyrica Romæ inſtruebantur, vnus tardiore eſſet ingenio, & minus docili, quo nomine ſociis erat contemptui, & plagas ſæpe à magiſtro ferebat. Hunc vero, quo diligentia illam ſuppleret ingenii tarditatem, ſæpe obſeruatum de nocte, ad lunæ lucentis radios, ea meditantem & recolentem,

Elephantis religio.

Plinius lib. 8. cap. 5.

quæ interdiu à magiſtro acceperat: Nam literas ducere ac pingere, coronas adſtantibus offerre, & alia ſimilia ludrica edocentur. Cæterum in regiones peregrinas traiecto mari tranſportandi nunquam adduci poſſunt, vt nauem conſcendant, quin à magiſtro fide data de reditu in natale ſolum certiores facti fuerint. Nunquam quemquam lædunt, niſi prouocati. Nunquam mas fœminam init, niſi in abdito, verecundi animi argumentum.

De Lampetra. CAP. XII.

Lampetra ouipara & viuipara ante poſſe.

Ne charitatis ardor ſub aquis reſtinctus videatur, appoſito exemplo delibemus, quonam cedant D mutuo inuicem amore aquatilia terreſtribus; infinitum eſſet omnia perſequi. Lampetra inter huius generis bruta palmam facile meretur, pietatis in parentes, & charitatis in ſobolem. Primo enim oua intra ſe parit: Mox vero ibidem ex ouis fœtus procreat, nec vero confirmatam, procreatamque prolem ſtatim foras in lucem exponit, reliquorum piſcium viuiparorum inſtar, ſed duo in aluo nutrit, quaſi bis pareret & ſuperfœtaret. Non ergo ante excludit, quam grandiores fuerint fœtus, tum docet eos nare, & in aqua ita ludere, vt non longe à ſe abſcedere patiatur, rurſum hiante ore, recluſa aluo, in corporis ſui penetralia illos recipit. Tamdiu illic hoſpitari, & cibum è propriis viſceribus capere permittens, quamdiu opus eſſe nouerit.

Quod cicurari poſſint bruta. CAP. XIII.

Coſmograph. Tom. 2. lib. 19. cap. 7.

Theuetus Turcarum Imperatorem Cairi (Memphis olim fuit) Conſtantinopoli habere in deliciis altiles, feras crudeles plurimas, vt Leones, Tigres, Leopardos, Lupos ceruarios, Camelos, Elephantes, Echinos & alias multas huius generis, prodit: has catenis ferreis vinctas per vrbem ad ſpectaculum ducunt. Magiſtri campanulis cinguntur, quarum ſtrepitu plebs ſibi cauere ab improuido huiuſmodi ferarum impetu iubetur. Sed ſpe præmii & muneris illecti, ipſarum ſpectaculum peregrinarum natio- E num legatis, & magnatibus viris, exhibere geſtiunt, coram quibus belluas mille ludibria oblectamenti plena edere cogunt: interim modis & numeris patriis tibias inflant, & alia organa muſica pulſant, comœdias agunt, colluctantur ſtipi inhiantes.

Quod etiam aquatilia bruta poſſunt cicurari. CAP. XIV.

Longe vero admirabilius eſt manſueſcere & condoceſieri humanis artibus aquatilia bruta in quo cenſu in primis habentur anguillæ: multi idem de muræna prodiderunt. Nam & ſcriptum legimus M.

Craſſo

A Craſſo murenam in piſcinia fuiſſe adeo cicurem, & condocefactam, vt illi ad arbitrium eſſet obſequēs Itaque velut domeſticæ & manſuefactæ belluæ nomen impoſuerat, quo aduocata accurrebat. Quā mortuam Atratus velut filiam luxit. Quod ei collega C N. Domitius tanquam probrum cum obiecíſſet, retorſit tres ei mortuas coniuges, quarum nullam luxiſſet.

Quod Bruta homines docuerint arma polire, acuere, & ex inſidiis hoſtem adoriri. Cap. XV.


Milites id ſtudioſe agunt, vt arma à rubigine tueantur, Itaque ea ſæpe politori polienda tradunt. At in hoc curæ genere permulta illis bruta non cedunt: Nam & Apri dentes ad pugnam acuunt: Elephantes vero, quod intelligant alterius ſuorum dentium acumen, ſuffodiendo plantis radices, vnde cibum capiant, auellendo hebetari, alterum intemeratum ſeruant, nulliuſque rei contactu atteri patiuntur, vt in pugna aduerſus Rhinocerotes & alios hoſtes poſſit eſſe vſui. Sed in Rhinocerotis ingenio hoc venit valde notandum, quod cum aduerſus Elephantem perpetua illi ſint odia, quo tempore ſe ad

B pugnam adornant, cornu ad rupem tanquam ad cotem acuit, nec Elephantis aliam partem quantum fieri poteſt appetit, quam ventrem, quod nouerit, illam mollitie eſſe eiuſmodi, quæ noxæ facile peruia ſit. Id animal longitudine Elephantem æquat, at altitudine ſuppar eſt, ob crurum breuitatem, colore eſt buxeo multis maculis diſtincto.

Rhinocerotis contra Elephantem pugnaturi aſtutia.

Typus Rhinocerotis, & Elephantis: quem ad modum armati in pugnam prodeant.

C



De Leone, Ichneumone & aliis, quæ minime terrentur animantibus.

Cap. XVI.

Leo ſemper incedit vnguibus contractis, & ſua tanquam vagina concluſis, non modo ne per impreſſa pedum veſtigia comperiri & comprehendi poſſit, ſed multo magis, ne incedendi continuo attritu vnguium acumen hebeſcat & obtundatur Tauri decertantes cornua intentant, ſeque cordatorum

D militum inſtar, ad certamen animant & excitant.

Leonis in incedendo prudentia.

Ichneumon ſtrenui militis ad pugnam accinctum & apparatum æmulatur, itaque luto conſpergit ſe, ac tanquam lorica vndique cingit & munit, tum maxime, cum contra Crocodilum ineunda pugna. Quem quantumlibet magna ſe mole ferentem in fugam vertit, puſillum id animal. Hoc certe ſingulari naturæ prouidentia immanibus omnibus belluis ineſſe, iampridem notatum eſt, vt vel minimis rebus vnde nullum poteſt contingere periculum, terreantur. Sic enim Elephantem porci grunnitu, Leonem galli cantu obſtupeſcere memorant, quamuis de Leone illud ſit proditum, nullo metu adduci poſſe, vt faciem auertat. Eiuſmodi terrores, pauores & conſternationes ex leui admodum & ridenda occaſione, nulla certa de cauſa natas, ingentes militum copias & robore inſignes exercitus fudiſſe, & in fugam vertiſſe, tum antiquis, tum noſtrorum temporum hiſtoriis eſt proditum.

Maximiq; minimis terrentur.

De Gallis. Cap. XVII.

Aves ſunt regiæ Galli, itaque & criſta tanquam corona regia inſigniuit illos natura, ac quocunque

E locorum venerint, animis atque audacia regnant, roſtro & calcaribus pugnant: Martia vero tanquam voce Leonem alioqui ferarum regem terrent.

Gallos eſſe aues regias & martias.

De Cuniculis. Cap. XVIII.

Cuniculi nos docuerunt ſuffodiendæ terræ artes, quibus turritas vrbes & æquatas cœlo machinas ſubſtracto fundamento, ſolo æquamus Scripſit M. Varro in Hiſpania haud incelebrem pagum loco arenoſo adeo ingenti vi cuniculorum effoſſum fuiſſe, vt dirutis & proſtratis ædificiis omnibus, coacti fuerint incolæ alio migrare & nouas ſedes quærere.

Suffodiendi ſiteream cuniculos nos docuiſſe.

 A

De Lupis. CAP. XIX.

Luporum inſidiæ.

Bellandi artem homines docuerunt Lupi: turmatim enim progrediuntur, & in inſidiis iuxta deſtinatum pagum ſtant. Ex bis interim vnus io pagum excurrit: canes excitat, & ſimulata fuga ad ſe perſequendum inuitat, quouſque io inſidiarum locum pertraxerit: Tum improuiſo apparent erumpuntq; inſidiæ, canes interim quiſque pro viribus fracta gula trucidat & depaſcitur.

De Vulpe. CAP. XX.

Vulpium fraudulentum ingenium.

Etiam Vulpecula ratiocinari videri poteſt.

Soriter Vulpecula.

VVlpes calliditate, & technis cætera vincit animantia. Vbi fugienti imminent canes, lotio fœcibuſque caudam ſuam perfondit, perſequentium canum ora, oculoſqne aſpergit ipſis, ac aſpergine occæcatis interim elabitur. Sedentes in pertica Gallinas hoc aſtu deturbat, caudam hoc illucque impellit & iactat, quaſi eam in illas eiibratura: territæ conſternantur, vnamque ex multis in prædam rapit. Mira eius eſt in tranſmittendis gelu concretis fluminibus aſtutia: Senſim ſine ſenſu ad ripam aduolat, aurem admouet, ſi ſubter labentis aquæ ſonum obaudiat, ſic enim pedem reuocat, nec tranſmittit; cuius rei ſenſum non poteſt illi ſimplex ingenij ſubtilis viuacitas ſubminiſtrare, ſed vna ratio concurrat, neceſſe eſt, quæ per diſcurſum alia ex aliis nectendo ſic concludit; *Quicquid aquoſum obmurmurat, mouetur: Quic-* B *quid mouetur, gelu concretum non eſt: quod gelu concretum non eſt, liquidum eſt: Quod liquidum eſt, cedit ponderi: Quod cedit ponderi, tuto tranſmitti non poteſt. Mihi ergo retrocedendum, nec per id flumen iter agendum.*

De Porcis. CAP. XXI.

SI porci per ſyluas aliquem ex ſuis congregalibus altius grunnientem exaudierint, ſiſtunt gradum, atque agmine facto occurrunt omnes tanquam tubæ ſono militari excitati in auxilium.

De Scaro, & anthia piſcibus. CAP. XXII.

Piſcium in ſuos aquales charitas.

AVthor eſt Plutarchus, ad ſcaros imprudenter deuorato hamo irretitos reliquos eiuſdem ſpeciei piſces in auxilium accurrere ac dentibus attrita piſcatoria linea, ipſas expedire. Sed manifeſtior eſt anthiarum in mutuum auxilium impetus, reiecto enim in dorſum piſcatorio filo, ad quod hamus adnexus eſt, illud ſpinarum ſuarum acumine diſſecant ſicque ſe, conſortesque ſuos captiuitatis periculo liberant.

De Piſce gubernatore. CAP. XXIII.

Balena dux.

MAgna intercedit neceſſitudo piſci gubernatori & balænæ. Etſi enim is corporis mole gobionem C non ſuperet, tamen tanquam dux, monſtratorque viæ præit ſemper balænæ, ne ſe in anguſtias aliquas aut limoſa loca præcipitet, vnde ſe facile explicare nequeat. Itaque hunc ſemper ſequitur balæna, facileque ab eo duci patitur, imminente quietis neceſſitate, ſeſe ille viciſſim in gulam balænæ recipit, ibique abditus ſomnum vna cum illa capit, nec die, nec noctu ipſam deſerens.

De Gruibus. CAP. XXIV.

Grues ſibi inuicem congruere.

Excubitor grus.

GRues cum longum iter in tranſmarinas regiones dirigunt, ſic ſuam aciem inſtruunt, vt nemo belli dux diſtinctius queat militum ordines collocare. Priuſquam enim ex aliquo loco migrent, ſuos habent velut tubicines, qui eas conuocent & volantes animent, congruunt omnes, ſublimeque volant, quo eminus proſpectent, ducem ſibi præficiunt, quem ſequantur, ſuos habent ſatellites, qui ordines tueantur, excubias agunt vigilibus nocturnis diſpoſitis. Narrat Plutarchus, Gruem, quæ pro toto agmine excubat, lapillum pede geſtare, vt ſi forte obdormiſcat naturæ victa neceſſitate, lapidis lapſu & ſono excitetur. Dux ſublimi capite & procero collo longe lateque proſpicit, & periculorum, in quæ incidere poſſent, admonet. Præcedunt robuſtiores, quo facilius vim aeris obluctantis alarum remigio D infringant. Huic oneri ſibi inuicem ſuccedunt: Atque vt minore negotio reflantium ventorum impetus eludant, agmen in cuneum diſponunt ad literæ delta, & trianguli ſimilitudinem. Quin gnaræ aſtrorum, imminentes tempeſtates præuident, tumque in terram deuolant, quo ſe à procellæ imminentis iniuria ſubtrahant.

De Anſeribus. CAP. XXV.

Anſeri ſuũ ſtrepitum non eſſe dãnoſum.

ANſeres Siciliæ magno aſtu cauent, ne ſe ſuo ſtrepitu & ſibilo prodant hoſtilium auium rapacitati: Nam authore Plutarcho, cum illis mons Taurus eſt prætervolandus, Aquilarum illic degentium metu, inſerto ori calculo, ſilentium ſibi imperant, quouſque tuta ſe ſtatione receperint.

De Draconibus. CAP. XXVI.

Draconum contra Elephantes pugnantium aſtus.

Lib. 8. ca. 11. & 12.

NEc minor eſt Draconum aſtutia: Hac enim Elephantes feras immanitate efferas domant, viribus alioqui indomitæ. Stant ergo in inſidiis Dracones, ac Elephantes, nihil tale cogitantes, ſubito adoriuntur, caudarumque ſpicis ita crura ipſorum implicant vt progrediendi libertatem adimant, capite autem ita nares ipſis obſtruunt, vt anhelitum intercipiant, oculos confodiunt. Denique qua parte caro E tenerior eſt, mordent, ſanguinemque ſugunt, ſic vt mori ipſos cogant. Dracones in Æthiopia longitudinis decem cubitorum reperiri narrat Plinius, at in India centumpedales eſſe, ſublimeque adeo volare, vt mediis è nubibus aues in prædam petant.

A

Draconis alati effigies.



B

De Piſce piſcatore CAP. XXVII.

Piſcator hic piſcis dictus eſt, quod venatu reliquos piſces deprædetur, quam in rem iiſdem dolis vtitur, quibus Sepiæ. Pendet enim illi ex collo quædam veſicula, vt Gallo Indico palearia: hanc ad arbitrium protrahit, obiicitque minutioribus piſcibus deuorandam: mox ſenſim eouſque contrahit, quoad piſciculos ei tanquam prædæ immorantes, velut eſcam captare poſſit. *Piſcatoris piſcis aſtutia prædatrix.*

De Sepia. CAP. XXVIII.

C Mira eſt Sepiarum aſtutia: ex collo enim geſtant veſiculam atramento plenam, hanc vbi ſe captas agnoſcunt, effundunt: quo ſic piſcatoris oculos fallere poſſint, vt narrat Plutarchus. Atque Ariſtot. teſte, venatur etiam ſuis illis prælongis prætenturis, non ſolum piſciculos, ſed mugiles etiam ſæpius. *Sepia aſtutia ſui conſeruatrix. Ariſt. lib. 9. de animalibus ca. 37.*

De Brutorum armis. CAP. XXIX.

Bruta armis ſic à natura ſunt inſtructa, vt nihil neceſſe habeant aliunde vlla ſibi comparare, cudere, aut mutuari. Quin & quædam eiuſmodi armis ſunt donata, vt his ſe captantes capiant. Exemplo erit Torpedo, quæ non modo contactu nocet, ſed & per intermedium rete eam de ſe afflat qualitatem, quæ piſcatorum manus ſtupefacit, ſic vt laxare retia cogantur, atque ita diffugium ipſi pateſacere: necnon ſi nauem contingat, ſiſtere etiam cogit. Scribit Theuetus, ſinum Perſicum Arabiam verſus, piſcem alere longitudine & altitudine Carpioni æqualem, vndique aculeis & ſtylis ferreis cinctum, Herinacei noſtratis inſtar: quibus contra omne piſcium genus depugnat. His, aut dentibus eius ſi homo vel leuiter attritus fuerit, intra viginti quatuor horas interit. *Lib. 10. cap. 10. Thom. 1. Coſmograph.*

De piſce Vteliſ. CAP. XXX.

D Addit inſuper, ſibi vi tempeſtatis per Oceanum Atlanticum vecto, viſum hunc piſcem, velut ſerram in fronte habentem longitudine tripedali, & quatuor digitos latam, ſpiculis hinc inde acutis munitam. Vteliſ patria lingua appellant.

De piſce Caſpilly. CAP. XXXI.

In ſinu Arabico viſitur alius piſcis, quem Arabes Caſpilly nominant, duos pedes longus eſt, totidem latus. Pellem habet Cani marino non diſſimilem, ſpiculis armatus, quorum vnum in fronte gerit ſeſquipedem latum, acumine & ſecandi vi ſcalpro haud impar. Hoc armorum genere vbi fames premit, in primum piſcem obuium irruit, nec quieſcit, antequam in prædam, quod voluerit, rapuerit, vt vidiſſe ſe narrat Theuetus. *Lib. 3. cap. 2. Tom. 1.*

De Cancris. CAP. XXXII.

E Cancri vero & fluuiatiles Aſtaci, etſi corporea mole ſint exigui, pedibus tamen anterioribus biſurcatis abutuntur, non ad edendum ſolum, ſed etiam ad ſe tuendum aut laceſſendum.

De docilitate brutorum, Ac primum de Cane. CAP. XXXIII.

Bruta docilia ſunt eorum, quæ homines volunt, quo ſe haud penitus rationis expertia oſtendunt. Nam canes, ſimiæ, & equi corpora per circulatorum circulos tranſmittere diſcunt, in pedeſque tripudiaturi aſſurgunt. Narrat Plutarchus, circulatori canem fuiſſe, qui in ſcena multa pro re nata, & fabulæ argumento repræſentaret. Inter cætera, omnem admirationem in eo ſuperauit, quod in geſto pharmaco ſoporante, mortuum egregie finxit. Primum enim vertigine velut oborta cœpit contremiſcere, mox cadere, fuſuſque humi moribunda membra contrahere. Denique tanquam vere mortuus rigere, quin & permiſit ſe per varia theatri loca varie aptari, ita poſcente fabula. At vbi ex his, quæ agebantur, dicebanturque, agnouit exurgendi tempus eſſe: Primo cœpit membra ſenſim commouere, quaſi ex *Mira planè Canis docilitas.*

Stuporis & lætitiæ plenum ſpectaculum.

profundo ſomno excitaretur. Mox capite paulum erecto, hac illac circumſpicere magna omnium adſtantium admiratione, exurgere denique atque alacris ad eum, quem decebat, perquam familiariter ſe conferre, quo ſpectaculo Veſpaſianus, qui tum præſens in Marcelli theatro aderat, nullum antea viderat lætius.

De Simia. Cap. XXXIV.

Gal. lib. 1. de vſu par.

Ridiculum animal eſt Simia, quodque ludos multos hominibus parat, dum humanas actiones æmulatur. Viſa eſt Simia, quæ tibias inflaret & caneret, quæque ſaltare præterea & ſcribere, aliaque multa hominum propria effingere conaretur. Memini vidiſſe me in ædibus Ducis Somei, prægrandem Simiam & moroſam, cui quod multis moleſtus eſſet, manus abſciſſæ fuerant, ſibi curationem adinque-ri paſſus, cum vulnera cicatrice obducta fuiſſent, mitior euaſit ac docilior. Ergo veſte viridi amictus, ex cingulo, quo præcinctos lumbos habebat, conſpiciliorum thecam, par cultellorum, & puerile ſudario-lum appenſa gerebat. Culinæ præfecto in diſciplinam traditus, quod in foci angulo domicilium ſibi de-legiſſet, multa ludicra & feſtiua edoctus eſt. Si quando à doctrina, præceptiſque aberraret, dicto citius in eius dorſum lumboſque connolabant verbera, de quotidiano victu multa detrahebantur, quod vt B ait Perſius,

Magiſter artis ingeniique largitor ſit venter.

Magiſter artis & ingenij largitor Venter.

His artibus breui tantum profecit, vt omnibus ſuæ ætatis Simiis, ingenij gloria facile antecelleret: nullusque peritior haberetur ſaltando, tripudiando ad fiſtulam, ad palum excurrendo, corpus per magiſtri crura incredibili agilitate tranſmittendo. Omnia denique ſtrenui Simij opera faciundo, fercula reuerenter admodum cum corbulonibus & ſportulariis deferebat: lances & catinos linctu emundabat: alia infinita obſequia præſtabat, ſic vt vulgo *Magiſter Ioannes fac totum* diceretur. A prandio & cœna in cathedra ſedens concionatorem agebat, oculos cœlum verſus ſurſque deque rotabat, manuum truncis pectora cum multo planctu percutiebat, preces obmurmurabat cum ſonoro dentium ſtrepitu, cu-lum nudum obuertebat (vix enim amictus dimidias nates tegebat, ne ſe concacaret) infinitos denique alios ludos edebat, rectus ſemper ob truncas & abſciſſas manus incedens, niſi ſiquando feſſus, clunibus inſidere cogeretur.

De Auibus rapacibus. Cap. XXXV. C

Accipitrariorum in auibus edocendis ſolertia.

Sed & Accipitrarios intuemur condocefacere aues rapaces ſolertiam, qua præpetibus pennis, in aera ſublimes elatæ, certamen cum aliis auibus ineant, victas & exanimes in terram decutiant: qua in re perficienda, ſæpe in nubes licentius ſe attollunt, ſic vt è conſpectu Accipitrariorum ſe ſubducant, meridianæ apricationis deſiderio neglecta præda deſignata.

Falconis & Ardeæ pugna.

Ardea, vbi Falconis alarum remigio elati rapida celeritate depreſſam, & infra poſitam ſe intuetur, roſtro quod prælongum habet & acutum ſub alis condito, ac ſurſum elato, pugnæ ardore & prædæ cupiditate occæcatum, & incautum ipſum deuolantem & irruentem excipit, vt eo ſemet Falco medium pectus induat: adeo vt ambo ſæpe eliſis interaneis, humi affligantur enectæ. Quod ſi arte & fœlici corporis declinatione, inſidias illas Falco illæſus effugerit, Ardea nihilominus deiecta & deturbata, receptui ſtentorea voce magiſtro canente, in prætentum pugnum pinnatum rotato ſcopo reuocatur.

De Camelis. Cap. XXXVI.

Cameli mites & feri.

Domeſticum valde animal eſt & mite Camelus, quodque facile cicuratur, in omne obſequij & famulitij genus docile: quanquam ex his quidam ſunt feri & agreſtes, mordendoque & calcitrando obuiis, non minus, quam equi indomiti moleſti. Nihil eſt neceſſe de nocte illos ſtabulis & tecto includere, ſub dio libera & patente in camporum planitie relinquuntur, herbas depaſcentes & virgulta, carduosq; carpentes: nec ſegnius mane onera ſubeunt, geſtantue. Non adiguntur ad onera, niſi quadrimi. Arabes eos à primis annis caſtrant, quo in plures annos ipſorum opera fruantur, nec vero caſtrati furiunt amore & Veneris deſiderio. Ineunte Vere famem ſitimque in octo dies tollerant: obſequioſi adeo ſunt, vt ad nutum Turcicorum mancipiorum, vel virgula collum tacti, ſtatim procumbant humi, onera ſubituri, nec ante ſe erigunt, quam iuſtum ſibi onus impoſitum ſenſerint. Qui vnicum in dorſo gibbum habent, Africani ſunt: at qui duobus gibbis ſunt donati, Aſiatici ſunt & Scytici. Qui in Camelorum genere grandiores ſunt, ſarcinarij exiſtunt: minores vero vectarij, vt & noſtri equi: Nihil æque in delitiis habent, quam fabas, & tamen quatuor fabarum manipulis in diem contenti viuunt. Arabum maximæ opes ſunt in Camelis, itaque ſuorum diuitias, non auri aut argenti pondere, ſed Camelorum numero æſtimant. Turcarum Imperator (authore Theueto) ducem Camelorum ſuorum armentis præfecit, cum multa Aſtorum & Chriſtianorum mancipiorum manu, vt ipſos impenſius curent. Auditum habeo (inquit Theuetus) ex quibuſdam Arabibus, Afris & Iudæis mercatoribus, qui aderant, quo tempore Sultanus Selimus huius nominis primus, Cairum Ægypti, quæ olim Memphis erat, obſedit, in Imperatoris illius exercitu tum extitiſſe ſexaginta Camelorum millia, & magnam inſuper mulorum vim. E

Faciles & mirum in modum obſequioſi Cameli.


Non uſſo Camelos, ſiue vnicum habeant gibbum.

Cameli ſarcinarij & vectarij.

Ingens Camelorum agmen.

A

Typus Cameli.



B

Quod Aues docuerint nos cantum muſicum. CAP. XXXVII.

LVſciniæ cantrices ſunt ſuaues & eximiæ, mille modis vibrante ſono & vocis frequentamento cantum modulaotes, tam ſcite & ſuauiter, vt eius ſuauitatem vix tot muſicis tormentis, humana æmulari queat induſtria: adeo, vt Luſciniæ cantum effingere eum dicamus, qui numeroſe cantillat. Qua in re loge præſtant aues hominibus, qnod canendi illam admirabilem ſuauitatem, à natura ipſa ſine vllo diſcendi labore habuerint, quam vix homines in ſchola muſica, auriculorum plagoſi magiſtri manu millies vulſarum diſpendio aſſequi poſſint.

Luſciniā cantum effingere.

Quod Bruta voces ſuas nouerint inter ſe. CAP. XXXVIII.

BRnta mutuo ſe ex voce agnoſcunt, ſic vt colloqui inuicem, & ſibi arridere videantur, dum autibus abblandientes, nares contrahont, cum gratioſo oculorum obtutu: ac quamuis ſermo hominibus ſit datus, vox tamen illa brutis naturalis; eundem ipſis vſum præſtat, quem ſermo nobis. Omnes enim
C eiuſdem ſpeciei aoes, tanquam eiuſdem ſoli homines, ſibi occinunt & intercinunt, cum homines niſi eiuſdem nationis hominum vocem non agnoſcant. Quare non magis Scythæ apud Ægyptios ſuus ſermo prodeſt, quam ſi mutus eſſet: nec qui Ægyptij Scythicam vocem audiunt, magis intelligunt, quam ſi ſurdi eſſent: itaque Ægyptius Scythæ mutus ſurduſque eſt. Idipſum qui peregrinantur, facile intelligũt, quot enim pericula, quot moleſtias ſubire coguntur, quod mentis ſuæ ſenſa exprimere, & vitæ neceſſaria poſcere nequeant. Itaque in linguæ inutilis ſubſidium, cogimnr reliqua membra aduocare, ac capitis, oculorum, manuum & pedum geſticulationibus abuti. Profecto non eſt tam miſera brutorum conditio, cum omnia eiuſdem ſpeciei, vbicunque locorum ſint, ſibi nota voce reſpondeant. Certe ſi quis Germanum, Britonem, Cantabrum, Anglum, Polonum, & Græcum inter ſe ſua lingua loquentes audiret, vix brutorum ne, an hominum vocem audiret, diſcernere & certo diiudicare poſſet.

Vox brutis eundē vſum præſtat, quē oratio hominibus.

Sm diſſumus in aliena lingua.

Quod Aues humanas voces affingant. CAP. XXXIX.

LInariæ, Galeritæ, Picæ, Cornices, Monedulæ, Corui, Sturni, Pſitaci, aliæque id genns aues, quæ loquuntur, cantillant, ſibilant, humanaſque, & aliorum animantium voces effingunt. In hoc genere
D Pſitaci reliquis antecellunt, miri nempe artifices humanæ vocis ſequendæ, mire alacres, præſertim à vini potu. Narrat Plutarchus, toſorem Romæ extitiſſe, qui in tonſtrina Picam pulchre loquacem habebat, quæ ſua ſponte, cogente nemine loquebatur, cum primum colloquentes homines audiebat. Omnium brutorum, quorum ſonus ad ipſius aures peruenire poterat, effingebat: imo etiam tympanorum, tibiarum & tubarum clangorem, denique nihil erat, quod non æmulari conaretur. Viſi ſunt Coruі loquentes, cantilenas, pſalmoſque longioris etiam excurſus articulate occinentes. In quam rem nota eſt Macrobij hiſtoria: Narrat enim, inter eos, qui Auguſto Cæſari ex bello contra Antonium redeunti, fœlicis ominis cauſa obuiam procedebant, extitiſſe aliquem, qui Coruum circumferebat, quem docuerat hoc elogium diſerte pronuntiare; *Salue Cæſar Imperator auguſtiſſime*, Huiuſque ſpectaculi nouitate Cæſarem attonitum, tam obſequentem auem mille argenteis nummis emiſſe. Plinius, Valeriuſque inter prodigia prodidere, boues & aſinos aliquando locutos. Mitto infinita alia de brutorum docilitate & ingenij admirabili fœlicitate ab antiquis, Platone, Ariſtotele, Plinio, Plutarcho, aliiſque magni nominis Philoſophis prodita: quæ niſi vera eſſent, nunquam docti illi homines ſcriptis mandaſſent,
E ne vanitatis crimini, quo nihil eſt turpius, reliqua ſcripta ſua apud poſteros infinita ſeculorum ſerie obligarent:

Pſitaci humana voce mire artifices.

Pica loquax

Lib. 2. Sat. cap. 4.

De Animantium inter ſe ſympathia & antipathia. CAP. XL.

DEſcripto paucis brutorum animantium ingenio, viſum eſt non alienum, nonnulla cognitione digniora hic adnotare, quæ ipſis per ſympathiam & antipathiam intercedunt, id eſt, conſenſum & diſſidium, quod non viuis modo, ſed & mortuis inter ipſa obtigit ſecreta quadam & abdita proprietate, cuius occaſione quædam ſe appetunt, alia ſe fugiunt, alia ad necem vſque bello perſequuntur. In cuius rei fidem, Leo beluarum rex, cæteris robore & animoſitate ſublimior, gallum tamen pertimeſcit: non enim tantum eius præſentia, ſed & abſentis cantu terretur. Porcum lie timet Elephas: cæterum mu-

Leo Gallum pertimeſcit

res,ſoriceſque adeo peroſus, vt ſi obiectum pabulum cuiuſmodi animalium contactu infectum ſubolfe- A
cerit,ne attingat quidem. Rhinoceroti cum Elephanto internecinum eſt odium, furore tamen & ira
Equus Camelum horret.
percitus Elephas,viſo reſidet & requieſcit Ariete. Equus ſic Camelum horret, vt eius præſentiam ferre
nequeat: Canis Lupum odit, Canem Lepus fugit: Coluber nudum hominem timet,& fugit,veſtibus
amictum perſequitur: Aſpidi & Ichneumoni mortiferum intercedit odium,hic enim luto & argilla,vbi
ſe conſperſerit,ad ſolem apricatur:ſicque pluribus tanquam teſtis incruſtatus, & velut loricis munitus,
in certamen progreditur,erecta cauda & obiecto intentatoque ſemper dorſo,quouſque inſultu in fau-
ces,præfocandi aduerſarij opportunitatem nactus fuerit:quo eodem ſtratagemate Crocodilum confi-
cit.Lacertus viridis capitalis eſt hoſtis ſerpenti,homini vero amiciſſimus,vt multis ea de re hiſtoriis pro-
Eraſmi dialogus de ſympathia & antipathia.
dit Eraſmus,*dialogo de ſympathia & antipathia*.Inter hominem lupumque graue intercedit odium, quod
eo vel maxime innoteſcit,quod ſi hominem Lupi videre priores,vox præcluſis velut hæret faucibus, &
conceptus clamor fruſtratur. Sic autem Muſtela aduerſus Aſpidem veneniſſimum ſerpentem prælio
decertatura, deuorata ruta, certo velut antidoto munit ſe. Simius Torpedinem perhorreſcit,vt *citato*
nuper dialogo facæta hiſtoria docet Eraſmus: quo eodem loco internecinum odium, quod Areo ſer-
penti & Buſoni intercedit,lepide demonſtrat.Par odium Bubonem Corniceſque diſiungit,ſic vt Bubo B
Aues Riuularias Falconem horrere.
niſi noctu progredi, volare & victum quærere non auſit. Auis lacuſtris & riuularia adeo Falconem ti-
met, vt ſi vel tintinabula ipſius pedibus ex orbiculis argenteis adnexa ſubaudierit, malit crebris fuſti-
bus,lapidibuſque obrui,quam volatu in aera ſe attollere. Sic Alauda, in manus hominum tractabilis
venit,ne in vngues accipitris incidat,Tinnunculus Accipitrum generi terrori eſt natura, ſicut eius & con-
Miluorum & coruorũ bella.
ſpectum & vocem fugiant.Perpetua Miluis cum Coruo ſunt bella, itaque Coruus ſemper Miluo para-
tas dapes ſubducit.Gallinarum genus omne Vulpem horret. Pullus gallinaceus non Equum,non Ele-
phantem veretur:at vixdum excluſus,viſo vel audito eminus Miluo fugit,ſubque matris alas ſe recon-
dit. Agnus,capreoluſque, Lupum fugiunt,tum primum viſum, Nec vero id morte finitur odium, ſed
Agni & Lupi diſcordiã ne morte quidem finiri.
& poſt fata ſuperſtes viget. Cuius rei experimentum eſſe aiunt, quod ſi tympanum vnum ex lupino, a-
liud ex ouillo corio ſubtendatur, vnaque pulſentur ouilli tympani ſonum vix ſis auditurus. Quin & ſi
lyram ex ouillis fidibus, itemque aliam ex lupinis ſubtenderis, nulla arte vt concinnant, eundemque
in numerum veniant,conſequi queas. Multorum proditur experimentis, ſi ex ouilis præſepio, lupinũ
caput appendatur,timore perculſas oues gramina quantumuis læta ne delibaturas quidem:imo nullo
loco quieturas, ſemper tumultuaturas, quouſque id omne ſublatum fuerit terriramenti genus: Mu-
Qua arte caſeum non ſint arroſuri mures.
rium & Muſtellarum odia eo ſe vel maxime produnt, quod ſi vel tantillum cerebri muſtellini coagu- C
lo,quo cogitur caſeus admiſceas, nunquam ſint eiuſmodi caſeum vellicaturi mures. Linaria florum
adeo odit, vt ne effuſus quidem auis vtriuſque ſanguis commiſceri poſſit. Appenſum in columbario
lupinum caput,viuerras arcet muſtellaſque. Tanto flagrant Phanthera & Hyæna odio, vt ſi vtriuſque
pelles aduerſæ opponantur, decidui lapſuri ſint Phantheræ pili, Hyænæ pilis ſtantibus immotis: quod
idem reliquarum auium pennis,ſi quis eas cum Aquilæ pennis nectat, contingere memorant. Suntque
hæc è multis antipathiæ in brutis exempla. At vero de ſympathia & conſenſu brutorum inter ſe,otio-
Graculum graculo aſſidere.
ſum eſſe puto aliquid ſcribere,cum ſatis ſuperque omnibus notum ſit,quod Graculus graculo aſſideat
& feris Vrſis inter ſe conueniat:omnia denique eiuſdem ſpeciei bruta mire ſibi congruant.

Quod homo omnibus excellat brutis. CAP. XLI.

OPortunum nunc eſſe arbitror,ad eam, quam iam dudum animo meditor, hominis ſupra bruta ex-
cellentiam,ſcribere aggredi. Neque enim eſt, quod Epicuri,& alij nimium Phyſici & materiati
Philoſophi,illa de brutorum dotibus commemorata ſic rapiant,quaſi brutis, hominibuſque nihil pu- D
temus intereſſe. Non fuit nobis ea mens,non id conſilium:ſed tãtum,ne nimium ſuperbiret homo, ne-
ue male gratus,Deum tot beneficiorum, quibus circumfluit, authorem minus agnoſceret. Quicquid
enim de belluis iactauerimus, nulla eſt belluarum ad hominem comparatio, nimium inter vtrumque
intereſt. Hominis enim animus religione, iuſtitia, prudentia, magnanimitate, fide, pietate, modeſtia,
clementia, fortitudine, aliiſque virtutibus, tanquam luminibus cinctus eſt, quæ multo clariore luce e-
micant,quam in belluis. In vno enim homine ſimul omnia inſunt, quæ ſingula in brutis putantur eſſe
maxima. Cum enim ad Dei imaginem creatus ſit homo,fieri nequit,quantumuis vitiorum ſordibus ſe
Dei numiſma homo.
proluat,vt congenitum illud lumen ſic obſcuret,quin ſapientiæ illius diuinæ radius ſemper aliquis ipſi
hæreat & affulgeat. Quamuis vero collatione ad quædam bruta,mancum quoddam & debile animal
videatur: nulla tamen belluarum poteſt eſſe tanta fortitudo, nullum tantum robur, quod hominis
fortitudinem adæquare poſſit. Inſculpſit enim in homine Deus diuinæ virtutis ſuæ characterem,cuius
nomine fultus,omnia ſibi bruta haberet obnoxia & obſequentia. Ac licet ex his,quæ ante diximus,ra-
tionis quædam vmbra brutis ineſſe videatur, non eſt tamen tenue id eius lumen, in multos varioſque
vſus promptum & comparatum, ſed tantum illis eſt modo conceſſum prouidentiæ, quantum ſibi cor- E
porique conſeruando ſatis eſſet. At homini ratio conceſſa eſt ad æternæ vitæ fructus decerpendos, vt
ait Lactantius,quo fit,vt ſolus homo inter tot animantia,diuinorum ſenſum habeat Quod ex eo intel-
ligi putabat Cicero, quod vnus homo perceptam animo de Deo haberet notitiam. Itaque rerum o-
mnium gerendarum adiumentis,ratione,oratione, & manibus à Deo donatus:inſuper ingenio ſingu-
Homo nomina rebus impoſuit.
lari, ac prope diuino, facile brutis ſupereminet omnibus. Primum enim ratione duce res ad vitam ne-
ceſſarias adinuenit, rebus inuentis nomina ad earum naturam accommodate impoſuit, literas & cha-
racteres effinxit, artes omnes ingenuas & illiberales excogitauit: metiendæ terræ & maris rationem

com-

A commentus eſt: Globi cœleſtis ſpatia, aſtrorum diſtinctiones, dierum & noctium, temporumque &
tempeſtatum renaſcentium viciſſitudines, ſtellarum ortus & occaſus in hæc inferiora vires & effectus
adnotauit,& in artem coegit. Denique vel ſua vel aliorum de natura, de vita & moribus præcepta,&
placita, literis ad ſempiternam memoriam prodit: quo ſingulari munere licet nunc nobis cum Socra- *Muti magiſtri.*
te, Platone, Ariſtotele: & aliis priſcæ ætatis Philoſophis tanquam cum viuis colloqui.

Quæ in nuditatis & ignorantiæ natiuæ ſubſidium homini adſint præſidia. C A P. XLII.

AT vt homini corpus eſt à natura nudum & inerme, ſic & mens tanquam tabula raſa, in qua nihil
depictum, nihil exſculptum eſt: verum in nuditatis ſubſidium manus habet, in ignorantiæ ſupple-
mentum, rationem & orationem. Hiſque tribus rerum infinitarum tanquam miniſtris, corpus rebus
omnibus neceſſariis veſtit & munit: animum autem artium & ſcientiarum cognitione locupletat. Iam
ſi cognenita quædam haberet arma, illis ſolis vteretur: ſi artem aliquam ſciens naſceretur, reliquas ne
attingeret quidem. Quia ergo vtilius erat, armorum omnium vſum ad manum habere, arteſque omnes *Gal. ca. 4. li. 1. de vſu par.*
callere: ideo ipſum naſcentem omnium expertem, omnium ignarum eſſe voluit. Scite admodum Ari-
B ſtoteles, manum inſtrumentum inſtrumentorum appellauit: ad cuius elogij imitationem, iure aliquis
affirmare poſſet, rationem artium artem eſſe: vt enim manus nobilitate reliqua vincit inſtrumenta,
quod illa fabricare, tractare, & ad vſum aptare queat: ſic ratio & oratio, cum artis nullius nomina ſint,
omnes tamen artes comprehendunt, omnes artes promouent. Merito ergo homo cum animum arte,
id eſt, ratione inſtructum habuiſſet, qua reliquis excellit: ſic & corpus inſtrumento munitum habuit,
nempe manus, quod agilitate & nobilitate reliqua inſtrumenta facile vinceret. Sic igitur homo armo-
rum omnium loco manus habet, quibus tanquam omnium artium inſtrumentis bello & pace vtere-
tur. Nihil Taurorum cornibus eguit, nihil Aprorum dentibus, nihil Equi vnguibus, nihil denique vllis
aliarum ferarum armis. Manuum enim beneficio, alia arma longe vtiliora & tutiora tractare, poteſt, vt
lanceam, enſem, haſtile, tragulam. Sed & arcu, funda, & bombardario ſclopo, homo vti poteſt eminus,
cum cornu & vngula liceat tantum vti cominus. At dicet aliquis: Leo corpori[illegible]eleritate hominem vin-
cit: quid tum: num propterea inferior? minime. Manus enim opera & rati[illegible] ductu ſubiugato equo,
Leonem curſu præterit, arbitratioque acceſſu & receſſu victor perſequitur, aut in impar fugit, ex Equi
C dorſo, cui inſidet tanquam arce, ab alta Leonem quibus viſum eſt armis delecto: deſignatoque oculis
ictu confodit. Denique homini abunde præſidia omnia ſuppetunt, quibus ſe à reliquorum animantiũ
impetu defendere queat. Ad hanc enim rem non ſe modo lorica cingit, ſed & æneis mœnibus, foſſa &
vallo: armorum genera omnia manuum miniſterio molitur, veſtimenta ſibi texit, retia captandis piſci-
bus iactat, retrahitque: omnia denique quam fœliciſſime, vt viſum eſt, perficit, atque irrogato à Deo
priuilegio, vniuerſæ terræ dominatur: omnia, quæ terræ viſceribus latent, quæ ſupra terram progre-
diuntur atque repunt, quæ in mari natant, & per aera volant, vel vbique cœli concluduntur an[illegible],
humani ſunt iuris.

Manus instrumentũ instrumentorum, & ratio ars artiũ omnium.

Manus ſapientiæ miniſtra.

Homo mundi rex & imperator.

Quam admirabilem ſe in homine faciendo exhibuerit Deus. C A P. XLIII.

DEi numen ac prouidentia circa hominis creationem emicuit maxime, neque eius tam admiran-
dum lumen in animantium reliquorum productione affulſit: cum ea niſi hominis gratia, vt ipſi in-
ſeruirent, eſſe & viuere voluerit Deus. Eſt itaque homo, ſi diligenter in omnes eius dotes intuearis, di-
uinæ maieſtatis (& ſi ita loqui liceat) artificij velut exemplar quoddam, & regula. Ad Dei enim imagi-
nem factus, eius veluti numiſma eſt, omnis humani ingenij captu maius. Quæ iuſta veteribus Philoſo-
D phis viſa eſt ratio, cur microcoſmos diceretur, quod in eius & animo & corpore omnium, quæ cœli &
terræ ambitu continentur, particulæ inſint, vt interim eius mentem taceam, omni mundo maiorem &
nobiliorem.

Homo omnium mundanorum ſinus.

Homo paruus mundus fere maior mundus.

Cur homini præſagiendi vim natura non concesserit. C A P. XLIV.

CVr homines naturæ inſtinctu futuras cœli & aeris tempeſtates non præſentiant, hæc ratio eſſe vide-
tur: quod cum prudentiæ quoſdam igniculos à Deo acceperint, quorum cultu & ductu, ad rerum
cognitionem, non fallaci, ſed certo ducuntur iudicio, aeris & temporum conditionibus minime ob-
noxij, vt beſtiæ ſunt. Itaque aerea illa omnia infra ſe, id eſt, animum ſuum poſita eſſe ſcientes pro re na-
ta, & animi arbitrio etiam vdo, procelloſo, & caliginoſo in aere dant ſe iucunditati, ſudo contra &
ſereno ſeueræ & triſti ſublimium aut anxietatis plenarum rerum meditationi. At beſtiæ tantum ad eam
quæ adeſt, quæque præſens eſt, aeris faciem ſe accommodantes exultant aut contrahuntur, non iudi-
cio aliquo, vt homines, ſed pro corporum aereas inclinationes ſequentium, humorumque nunc diffu-
ſorum, nunc coactorum temperie & complexione. Nec vero homini vitio tribui debet, quod bellua-
rum voces æmuletur, imo magnæ ducendum laudi, quod rem vnam; id eſt, vocem, infinitis modis
E torquere & variare poſſit, Ganniunt enim homines vulpium inſtar, canibus allatrant, porcorum
more grunniunt, ringunt, frendentque dentibus, vt Apri; rugiunt, vt Leones; mugiunt, vt Tauri; hin-
niunt, vt Equi; dentibus obmurmurant, vt Simij; vlulant, vt Lupi; rudunt, vt Aſini; Caprarum & Ouiũ
ritu balant; gemunt, vt Vrſi, Columbæ & Turtures; ſtrepunt, gingriunt, glacitantque, vt Anſeres; ſibi-
lant, vt Serpentes; garriunt, vt Ciconiæ; crocitant, vt Corui; cocciſant, vt Galli; glociunt, vt Gallinæ;
cornicantur, vt Hirundines & Picæ; cantillant, vt Luſciniæ: coaxant, vt Ranæ; Veſparum fremitum,
& Apum bombum æmulantur; vt Feles catuliunt. Auium vero concentus ad hominum ſymphoniã,
multiplici vocum varietate concinnam, vix voculæ rationem videtur obtinere. Hac enim regum &
principum aures detinent, iras concitant & temperant, rapiunt extra ſe animos, & in quem volunt ha-
bitum transformant. Si quid vero habent humanitatis immanes illæ beſtiæ, id totum homini debent.
Cicurat enim Leones, Elephantes, Vrſos, Tigres, Leopardos, Pantheras, & id genus alias.

Hominem aeri & aſtris minime eſſe obnoxium.

Brutorum infinitas vocum varietates, ſonus homo effingit.


Muſici concentus &c.

De Crocodilo. CAP. XLV.

A

Crocodilum curari.

DE Crocodilo, cuius in hac pagina effigiem appictam habes, teſtatur Plutarchus, quod cicuratus, condocefactuſque ab homine non modo humanam vocem audit, vocatuſque reſpondet, ſed & manu tractari ſe patitur, diductaque gula, dentes ſibi ſcalpi, & mantili abſtergi. Quotulum vero eſt id rei medicæ, quod à natura belluæ edoctæ ſunt? nihil certe ad hominem, qui paucorum annorum ſtudio & vſu omnes medicinæ partes, tanquam vngues ediſcere, ac non ſibi tantum, ſed & in communem omnium vſum proferre poteſt. At quod habent medicinæ hominibus acceptum, non ferunt belluæ?



B

Quo ſenſu dicamus Elephantes religionis tenere.

Credo, quia tardis brutorum ingeniis, tanta ars quanta medicina eſt, committi nequit. Quod vero de Elephantum religione proditum eſt, ſi ad rei veritatem loquendum erit, Deos colere, vel diuinæ maieſtatis ſenſum aliquem habere, dici non poſſunt. Qui enim rerum ſublimium & Dei notitiam aliquam habere poſſent, cum ad paſtum abiecti, cœleſtia meditari neſciant? Nam quod noctu ad Lunam, de mane ad Solem ſe obuertunt, non adoratores id faciunt, vel quod pro dignitate magnificum aliquid & diuinum de Sole concipiant: ſed quod ita poſcente & ducente natura, corpora ſua tanto lumine geſtire, & viſcera humoreſque exultare ſentiant. Itaque cum Elephantis religionem attribuimus, populariter magis, quam vere id dicimus, potiuſque vt homines ad Dei cultum cohortemur, quam quod diuini cultus perceptam animo notitiam aliquam habere Elephantes putemus. C

Quod Homo voces linguaſque omnes diſcat. CAP. XLVI.

Homo non æmulus modo, ſed & interpres belluinarum vocum.

TAnta eſt humani ingenij docilitas, tanta corporis obſequentis diuino illi ingenij muneri facilitas, vt non modo *diuerſarum nationum, tot idiomatis diſtinctarum*, linguas ediſcere & loqui poſſit omniũ brutorum, licet toto genere ab humana ſpecie diſcretorum voces, non æmulari modo & effingere, quod permulti hodie ſcurræ, alienarum menſarum aſſeclæ factitant, ſed intelligere, & quid portendant aut ſignificent, noſſe valeat. In cuius rei confirmationem Apollonium citant philoſophum, huiuſce rei ſtudio & notitia clariſſimum: Is cum aliquando medio in amicorum, per patentem camporum planitiem deambulantium cœtu, ad paſſeres ſuper arbore ſedentes vnam aduolantem, & multa garrientem intuitus eſſet, dixiſſe aſtantibus fertur, Illam, quæ aduolauerat, auem, reliquis ſua voce nuntiaſſe, aſinum frumento onuſtum ad vrbis portas procidiſſe, effuſo in terram tritico. Itaque experiundi gratia, vna cum Apolonio, in rem præſentem amici adſtantes omnes venerunt, remque, vt narrauerat, ſe habere, comperuerunt, paſſereſque aduenæ nuntio concitatas, effuſa frumenti grana deglutientes animaduerterunt. D

Inexhauſtus diſcendi in homine amor.

Quod vero ad Coruos, Picasque attinet, humanas vocas ſequi artificioſe edoctas minus id eſt, quam vt eo nomine in contentionem cum hominibus venire debeant. Breui enim quicquid multorum annorum opera, & multarum noctium oleo didicerunt, deblaterant, eandem ſemper cantilenam tædioſe recinentes: quicquid garriunt ſine ſenſu, ſine intellectu, ſine ratione eorum, quæ loquuntur, garriunt. At homo ſemper altius aliquid ſpectans, maiora ſemper præſentibus meditatur, nunquam quieſcit. Sed infinito & inexhauſto cognitionis deſiderio flagrans, non ea modo, quæ ad vitæ cultum ornatumque ſpectant, ſcire appetit, ſed & ſublatis in cœlum oculis, atque mentis luminibus, diuina diſcit & intelligit. Quod cœleſtis animæ noſtræ originis tam certum eſt argumentum; vt hæc qui intuetur, dubitare nullo modo poſſit, quin ex vniuerſa mente diuina, delibatos animos habeamus. Sed iam tempus eſt corporis, diuinæ illius mentis domicilij & omnium ipſius functionum idonei inſtrumenti deſcriptionem aggredi.

E

FINIS LIBRI PRIMI.

A

DE HVMANI CORPORIS ANATOME.

LIBER SECVNDVS.

B VSVRPATVM ab his, qui ante me de re Anatomica ſcripſerunt, morem ſecutus, priuſquam ad deſcriptionem partium corporis humani aggrediar, primo, quo Lectorum animos ad hæc ſtudia attentiores & auditores reddam, dicam, quæ ſit inſtituti huius, neceſſitas tum quæ vtilitas, mox quis ordo: denique quæ anatomiæ ſit definitio, & quæ partium definitionis ratio. Quod ad primum attinet, videtur mihi anatomiæ cognitio eſſe perquam neceſſaria, his præſertim, qui, quod ſummum eſt in re medica, contingere, & ſibi comparare volunt: nempe quantum fieri poteſt, corporis & partium eius præſentem ſanitatem tueri, & morbos inde depellere. Qui enim poteſt Medicus, Chirurguſue, vſu ſimilium conſeruare ſanitatem, quæ in temperamento, commoderatione, & partium naturali vnione conſiſtit: vel vſu pari contrariorum depellere morbum, qui tria illa deſtruit, niſi corporis naturam compoſitionemque nouerit, & cognitionis huius tanquam regula, quantus ſit à natura receſſus, intellexerit? Quare pulchre ab Hippocrate ſcriptum eſt, Medicum ad ægrum curandum vocatum, contemplari diligenter debere, an quæ in eo ſunt, quæque apparent, ſimilia ſint an diſſimilia, id eſt, ſitne æger ſibi, & naturæ ſuæ, partibus ſuis o-

Anatomiæ cognitionis neceſſitas.

Initio libri de Officina Medici.

C mnibus & functionibus, temperie, commoderatione & vnione ſimilis; vt quę naturæ legibus adhuc tenentur, ea conſeruare, quæ vero exceſſerunt, reſtituere queat. Quod ipſum & confirmauit Galen. vbi inprimis ait, cognoſcendam eſſe naturam oſſium, & conſtructionem ei, qui ipſa emota, vel fracta, ſibi, & ſuis ſedibus reddere voluerit. Præterea cum ſanatio non in morbi ſolum cognitione conſiſtat, ſed inſuper in remediorum idoneorum præſcriptione, & appoſitione tum toti corpori, tum partibus eius, quę omnes ob naturæ diſſimilitudinem, diſſimilia quoq; medicamenta poſtulant Gal. ſententia: rogo te, quis hæc præſtare poterit, ignorata totius, & partium eius, quam anatomia docet, deſcriptione? Idem eſt de Pharmacopolæ iudicium, qui partium corporis ignorato ſitu, non poterit amplaſtra, litus cataplaſmata, fotus, epithemata, ſacculos, conuenientibus locis, vt cranij ſuturis, cordi, hepati, ſtomacho, lieni, renibus, vtero, veſicæve apponere. Ergo exempli gratia, ponamus, iecur intemperie calida laborare, contra vero ſtomachum frigida (quod fere ſolet contingere, cum iecur plus æquo calidum, multos vapores ad caput ſuſcitet: vnde frigidorum humorum in ſtomachum delapſus) ſi ex Medici præſcripto calida, ſtomacho admouenda, nullo diſcrimine Pharmacopola & ſtomacho & iacori vicina applicet, (quod fieri poterit, ſi ignorauerit, ſtomachum ad ſiniſtram leuiter deflectere ſub xiphoide cartilagine:

Lib. de Oſſibus.

2. de locis affectis. & lib. 3 Meth.

Cur hepate calido, ventriculus ſæpe frigidus ſit.

D iecur vero dextram corporis ſedem ita occupare, vt maiore ſuo loco, totum fere ſtomachum operiat) nonne grauiter peccabit, hepatis calidam intemperiem augendo, nec proinde morbum leuando? Nonne illa ſua ignorantia ægrum vero, Medicum ſuo fine, & medicamentum ſuo effectu fruſtrabitur? His exemplis manifeſtiſſimum eſſe puto, anatomicam partium corporis cognitionem, omnibus, qui cum aliqua laude, ad Dei gloriam, & humani generis vtilitatem, in re medica verſari volunt, Medicis, Chirurgis & Pharmacopolis, eſſe valde neceſſariã, in quorum gratiam hæc ſcribimus & figuris partes ipſas oculis ſubiicientibus, ſuis locis appoſitis illuſtramus.

Sunt vero anatomiæ quatuor vtilitates, quarum prima eſt, quod ſic ad creatoris Dei notitiam ducimur tanquam per effectum ad cauſam. Nam vt apud D. Paulum legimus. Dei inuiſibilia per viſibilia, manifeſta facta ſunt. Secunda eſt, quod ſic innoteſcit nobis corporis humani & partium eius natura, ex quo de ſanitate & morbo facilius & certius pronunciare poſſumus. Tertia eſt, quod per corporis & partium ipſius cognitionem, cognitis vna ipſarum affectionibus & morbis, res futuras præſagire morborumque euentus prædicere poſſumus. Quarta denique, quod laborantium locorum natura perſpecta remedia præſcribere, & præſcripta ſuo loco imponere valeamus. Explicandum nunc eſt, quo ordine a-

Quadruplex anatomiæ cognitionis vtilitas.

E natomia commode tradi poſſit, ſed ante animaduertendum eſt, triplicem eſſe methodum. Primus dicitur compoſitionis, docendis artibus valde accommodatus, quem Ariſtoteles in Logicis & Phyſicis vſurpauit, ordine & initio ducto à minimis & ſimpliciſſimis ad magis compoſita. Secundus, diuiſionis, inueniendis ſeu inueſtigandis ſcientiis idoneus, qui contra procedit à compoſitioribus ad ſimpliciora. Hunc ordinẽ ſecutus eſt Gal *lib. de Anatom. adminiſtrationibus, & de Vſu part*. Tertius, definitionis, qui naturã & eſſentiam rerum demonſtrat, vt patet ex Gal, *lib. de Arte parua*. Et quia hic ordo diuiſiones quoq; perſequitur, ideo ſecũdi illius ambitu fere cõprehendi ſolet: hunc ideo anatomico hoc tractatu ſequar, corpus humanũ in ſuas partes diuidendo, quas non cognitionis modo via, oculis, ſed & ſcientiæ fide, animo ſubiiciã. Coniungã. n quæ de his a Galeno ſunt tradita, *li. de Anatõ. adminiſtr.* cũ his, quæ docuit *li. de Vſu part*. Illic. n. partes corporis humani ob oculos ad ſenſũ accomodate ponit. Hic vero eas docet non

Triplex methodus.

Authoris inſtitutum.

videre

Nēpe quod ſint, & cur ſint ſingula corporis humani partes Gal. libro il lo docuit.

Videre enim cur ſiot, & in quem vſum comparatæ ſint, demonſtrat. His breuiter præmiſſis, dicendum [A] eſt, quid ſit Anatomia, vt quemadmodum ex Platonis Phædro loquitur Cicero, idipſum intelligatur de quo diſputatur. Et quia idipſum definitione (quæ eſt *oratio breuis & aperta, ex genere conſtans, & differentia res definita, partibus eſſentialibus, qua breuiter & aperte rei natura & eſſentia exponitur*) conſequimur, primo Anatomiam definiemus, mox ſingulas definitionis partes explicabimus.

Quid Anatomia.

Anatomia ergo, ſi nominis rationem ſpectes, eſt, *perfecta & integra diuiſio, vel artificioſa reſolutio corporis humani in ſuas partes, tam vniuerſales, quam ſingulares: tam compoſitas, quam ſimplices.* Nec vero videri debet hæc definitio illegitima apud Chirurgos, præſertim & Medicos. Nam cum ſint artifices ad ſenſum demiſſi, qualitates rerum proprias & communes, pro differentiis eſſentialibus & formis vſurpant: contra quam Philoſophi, qui omnes definitiones, tanquam ſpurias reſpuunt, quæ non conſtant genere proximo & differentiis maxime propriis & eſſentialibus.

Quid definitio differat a deſcriptione.

Verum cum tales differentiæ per animi noſtri imbecillitatem nobis ſint ignotæ, earum loco cogimur ad res definiendas, accidentia multa communia, & propria in vnum cogere, ad abſoluendam eam, quam meditamur, definitionem, quam verius ob id deſcriptionem appellare licet, quod pro materia & forma rei eſſentiali, materiam tantum certis quibuſdam accidentibus veſtitam nobis exponit. Idipſum patet expoſita definitione, in qua diuiſio & re- [B] ſolutio rationem habent generis, quod in multa alia tanquam in ſpecies cadant.

Diuiſio artificioſa quid.

Reliqua, quæ addita dehinc ſunt, locum obtinent differentiæ, quod rem ipſam ab omnibus aliis temerariis, & ſine arte diſſectionibus ſeparant, & differre faciunt. Sciendum enim eſt diuiſionem artificioſam, nihil eſſe aliud, quam *ſeparationem partis vnius ab altera, ſine alterutrius detrimento, ſeruata cuiuslibet circumſcriptione propria*: quæ ſi ipſa diuiſione perierit, vel obliterata fuerit, nequaquam arte facta dici poteſt: & hæc, quod ad partes definitionis vniuerſales, erant dicenda. Quod ad ſingularum dictionum explicationem attinet, corporis humani meminimus, quod vnius illius, quantum in nobis ſitum eſt, curam gerimus, ſanitatem tuemur, & morbos propulſamus: ex quo apparet, *corpus humanum* Medicinæ ſubiectum eſſe, non quatenus vel humanum eſt, vel materia & forma conſtat, ſed quatenus ſanitatis & morbi eſt particeps.

Subiectum medicinæ.

Lib. 1. de vſu part.

Lib. 1. meth.

Per partem non aliud quicquam intelligimus, authore Galeno, quam certum quoddam corpus, quod non penitus diſtractum: nec penitus etiam vnitum eſt cum aliis ſui generis corporibus: ſic tamen, vt eiuſdem ſententia totum ipſum cum illis componat, quibus quadantenus vnitum eſt, & quadantenus propria circumſcriptione ab iiſdem ſecretum.

Partes ſimilares nouē.

Præterea per partes vniuerſales, caput intelligo, thoracem, ventrem & iis annexa. Per ſingulares, partium illarum partes intelligo; ſimplices quidem, vt partes ſimilares, quæ nouem ſunt numero, nempe [C] cartilago, os, ligamentum, membrana, tendo, neruus, vena, arteria, caro muſculoſa: quidam fibras addunt, adipem, medullam, vngues, pilos. Alij tanquam excrementa omittunt: Notandum vero, eiuſmodi partes ſimplices dici, ſenſuum potius iudicio, quam rationis: Nam ſi quis diligentius illarum naturam expendere velit, nullam vere ſimplicem erit inuenire: quod omnes nutriantur, viuant, & ſentiant ſenſu manifeſto, vel obſcuro. Quod non contingit citra neruum, venam & arteriam.

Qui oſſa ſentiant.

Quod ſi quis obiiciat, nullis oſſibus prætetquam dentibus, vllum neruum communicari; Reſpondebo, nihilominus ſenſum oſſibus contingere per neruoſas fibras, quæ ipſis à perioſteo communicantur, quarum ſcilicet interuentu perioſteo cum oſſibus eſt connexio: quemadmodum & contingere videmus membranis, quæ viſcera inuoluunt. Atque huius ſenſus animalis beneficio, oſſa, humores noxios, & excrementoſos, à ſe in perioſtei interſtitium deponunt, perioſteum vero, tanquam acriore ſenſu prædi tum, admonet nos pro officij ſui ratione, eius periculi, quod oſſibus imminet niſi prouiſum fuerit.

Compoſita ſeu organica partes.

Lib. 1. Meth.

Concludemus ergo ad rei veritatem, nullam in corpore noſtro partem eſſe ſimplicem, ſed tantum quaſdam ad ſenſum hoc nomine dici & cenſeri, quanquam & aliter vere ſimplices quædam dici poſſunt, nempe ſecundum ſuam, & propriam ſui cuiuſque generis carnem. Compoſitæ partes dicuntur, quæ mediate, ſeu imme- [D] diate ex illis ſimplicibus coaluere, has aliter organicas, & inſtrumentarias appellant: cuiuſmodi ſunt brachium, crus, manus, pes, & huius generis aliæ. Atque hic notandum, ſimplices & ſimilares dici, quod niſi in particulas eiuſdem generis diuidi nequeant: at compoſitæ contraria plane ratione diſſimilares dicuntur. Inſtrumentariæ etiam & organicæ nominantur, quod ex ſeſe actionem edere poſſunt, quæ ad ſui, & totius valeat conſeruationem: vt oculus ex ſeſe citra partis cuiuſquam alterius ſubſidium videt, hocque munere vniuerſum corpus, ac ſe denique ipſum tuetur. Quare inſtrumentum & organum dicitur, non vero vlla ipſius particularum, vt tunicarum, quæ ex ſe id muneris complere nequit. Ex quo intelligere eſt, in qualibet parte inſtrumentaria quatuor partes proprias eſſe diligenter attendendas:

Partis cuiuſuis organica quatuor particula notanda.

Vnam, per quam proprie actio fit, cuiuſmodi eſt criſtallinus humor in oculo: Alteram, ſine qua actio edi nequit, cuiuſmodi eſt neruus, & alij oculi humores: Tertiam, per quam melius, & commodius fit actio, cuiuſmodi ſunt, tunicæ, & muſculi: Quartam, per quam actio conſeruatur. cuiuſmodi ſunt palpebræ, & orbita oculi: Idem de manu dici poteſt, quæ comprehenſionis proprium eſt inſtrumentum. Hanc enim actionem obit, primo per muſculum tanquam per partem principem: ſecundo per ligamentum, tanquam partem, ſine qua eiuſmodi actio fieri nequit: Tertio per oſſa, & vngues, quod harum [E] partium beneficio actio fœlicius obeatur: Quarto per venas, arterias, & cutem, quod harum munere & vſu, reliquæ, adeoque actio ipſa conſeruetur.

Partium inſtrumentariarū quatuor genera.

Sed & conſiderandum, partes inſtrumentarias, quadruplici ordine ſtatui. Primi ordinis dicuntur, quæ primo, & immediate ex ſimplicibus coagmentatæ, vnius alicuius actionis tantum authores exiſtunt: quo genere ſunt muſculi & vaſa. Secundi ordinis dicuntur, quæ ex primis illis ſimplicibus, & aliis inſuper partibus conſtant, cuiuſmodi ſunt digiti. Tertij ordinis dicuntur, quæ ex partibus ſecundi ordinis, aliiſque inſuper ſunt compoſitæ, vt manus vniuerſaliter ſumpta. Quarti ordinis, & maxime compoſita ſunt, vt totum corpus, organum, & inſtrumentum animæ.

animæ. Notandum vero eſt, quod cum dicimus, muſculos, & vaſa partes eſſe ſimplices, ad ſenſum & viſum referimus, & per comparationem intellectum ad partes magis compoſitas: at ſi quis ſpectet earum eſſentiam, & conſtitutionem, vere compoſitas eas eſſe intelliget, vt ante notauimus. Reſtat nunc, vt intelligamus, in qualibet parte, ſeu ſimplici ſeu compoſita, nouem eſſe conſideranda, nempe ſubſtantiam quantitatem ſeu magnitudinem, figuram, compoſitionem, numerum, connexionem, (cuius nomine originem etiam, & inſertionem intelligimus) temperiem, actionem, & vſum, vt ſcilicet harum rerum perſpicientia poſſit quiſque fideliter artem medicam exercere, ſanitatem tuendo, morbos depellendo, vel eorum euentum, exitumque præſentiendo. Sed & notandum, inter partes organicas tres exiſtere, quarum potentia corpus adminiſtratur, quas ob id regentes, & principes, quod alias omnes regant, appellant, iecur, ſcilicet cor, & cerebrum. Principes autem dicuntur, non quod ad vitam neceſſariæ ſint (nam ventriculus aſpera arteria, pulmones, renes, veſica, & aliæ ſimiles partes ad vitam fortaſſe æque neceſſariæ ſunt) ſed quod ex illarum trium qualibet vis aliqua, potentia, & facultas, aut etiam materia, in vniuerſum corpus dimanat vniuerſo corpori neceſſaria, cum nihil tale à reliquis influat partibus. Nam à
B iecore materia ad alendum idonea, per venas in totum corpus diſtribuitur, à corde vis vitalis per arterias diffuſa, vniuerſo corpori vitam impertitur, à cerebro per neruos vis in omnes corporis partes deriuatur, quæ motum & ſenſum ipſis largitur. Gal. in hoc numero teſtes haberi vult, non ad indiuidui, aut corporis proprij neceſſitatem, ſed ad ſpeciei conſeruationem. Quin & *lib. de ſemine*, teſtes cum corde conferens, nobiliores illos corde ſtatuit, hac ratione quod quanto melius eſt bene & fœliciter viuere, quam abſolute & ſimpliciter viuere, tanto teſtes ſunt corde excellentiores, quod illis contingat bene & iucunde viuere, hoc vero ſimpliciter viuere, vt eunuchorum & caſtratorum exemplo intelligimus, ex quo teſtes videntur iure haberi in numero partium principum, natura vero cum opus hoc ſuum immortale eſſe quam maxime cuperet, ad eam, quam meditabatur, conſequendam immortalitatem, partes illas machinata eſt, ad exemplar prudentum ciuitatis conditorum, qui non modo ciuium frequentia vrbem augere, tantiſper, dum exædificant, conantur, ſed & quomodo in perpetuum, vel in multa ſaltem ſecula, in ea celebritate permanere ipſa poſſit, procurant. Et tamen ea tot quondam è prima hominum memoria extructis ciuitatibus nulla extat, cuius celebritas, & ſtatus cum conditoris nomine non exciderit. At naturæ humanum hoc opus, per multa iam annorum millia perſtat incolume, dura-
C bitque in poſterum, quod viam adinuenerit, qua quiſque in ſui decedentis locum alterum ſubſtituat. Hinc animantibus omnibus data ſunt membra, ad generandum idonea, & iiſdem illis membris indita voluptate, qua ad mutuum complexum & coitum incitarentur: Animæ vero, quæ membris illis imperat, incredibilis voluntas ſobolis propagandæ, qua etiam bruta incitata, ſe & ſuum genus, ſeculorum memoria propagare cupiunt. Cum enim natura, ſingula hæc ſua opera, per ſe ſumpta, caduca, & mortalia eſſe intelliget, quod potuit, machinata eſt, vt eam moriendi fatalem neceſſitatem, perpetua indiuiduorum ſucceſſione compenſaret. Huc vſque abunde declaraſſe videmur, quæ medicinæ artificibus omnibus, anatomiæ cognoſcendæ incumbat neceſſitas: ſimul quis ordo ſit eius rei. Denique quæ definitio, & quæ partium definitionis ratio. Quare reſtat, vt quod recepimus, id nunc exequamur: nempe vt ſingulas corporis humani partes cognitione, quot & quæ ſint, ac ſcientia cur ſint, omnium animis ſubiiciamus. Etſi enim vera anatomiæ intelligentia, oculorum intuitu & manibus tractando, verſandoque ſingulas partes perficiatur, non eſt tamen deſcriptionis anatomiæ labor inutilis putandus: Nam & legendo memoriam iis, qui in humanorum corporum diſſectione ſe multoties exercuerunt, renouat: inexercitatis autem ad diſſectionis intelligentiam viam complanat & aperit.
D

Nouem in parte qualibet expendenda.

Principes partes tres cur dicantur.

Lib. de arte medica.

Gal lib. 14. cap. 2.

Genitalium partium vſus & functio.

Commendatio humanæ de re Anatomica commentationum.

De Corporis humani partitione. Cap. I.

QVia corporis humani partitio vix poteſt intelligi, non intellecta animæ in ſuas facultates diſtinctione, quarum gratia corpus eam, quam videmus formam, & in varia organa diſtinctionem eſt ſortitum: ideo viſum eſt, paucis eam facultatum animæ diſtinctionem attingere, quo illa, quam ſic meditamur, corporis partitio, facilius innoteſcat. Anima ergo *corporis perfectio, omniumque ipſius functionum principium* vulgo, & prima atque vniuerſali diuiſione, in tres facultates diſtinguitur: animalem ſcilicet, vitalem, & naturalem. Animalis vero facultas in principem, ſenſitiuam, & motiuam: Rurſum princeps in imaginatiuam, rationem, & memoratiuam. Senſitiua vero in viſiuam, auditiuam, olfactiuam, guſtatiuam, & tactiuam. Motiua vero in progreſſiuam, & apprehenſiuam. At vitalis in cordis, arteriarumque dilatatiuam & conſtrictiuam, quas pulſificæ facultatis nomine intelligimus.

Naturalis vero in altricem, auctricem, & generatricem: quæ tres facultates rurſus quinque aliarum facultatum opera, & ſubſidio munus ſuum perficiunt: nempe attractricis, retentricis, concoctri-
E cis, aſſimilatricis & expultricis. Eodem plane modo, animæ organum & inſtrumentum, nempe corpus humanum, prima diuiſione in tres partes diducitur, quas ex officio animales, vitales & naturales appellant. Hæ rurſum in alias ſpeciatim partes, pro facultatum ſubalternarum ſubdiuiſione: nempe vt ex functionis proprietate quiſquis facultatis cuiuſque organum intelligat. Nam dum reliqui Anatomici, corpus humanum in quatuor partes vniuerſales & primarias diſtribuunt, extremitates, quas appellant, à tribus primis partibus diſtinguunt: neque tamen docent, ad quas trium primarum partium claſſes, ſingulæ extremitates debeant reuocari. Vnde multæ difficultates occurrunt, in legendis Anatomicorum ſcriptis: quarum vitandarum cauſa, eam, quam attigimus, corporis humani diſtinctionem, eo, quo diximus, modo proſequemur.

Ergo vt prædiximus, corpus humanum in tres primas, & vniuerſales partes dirimitur, Animales, vita-

Quid anima & ſit facultatibus inſtructa.

Partes corporis humani omnes in triplici eſſe differentia.

Digitized by Google

Quæ hic dicantur partes animales. A

Lib. 6. Epid.

vitales,& naturales. Per partes animales,intelligimus non ſolùm partes ad caput attinentes, quæ ſcilicet ſummo capitis vertice & clauiculis,ac prima thoracis vertebra definiuntur, ſed etiam extremitates: quia motricis facultatis organa ſunt,& inſtrumenta. Idipſum confirmaſſe viſus eſt Hippocrates. Cum ſcribit, *Quibus craſſum eſt & magnum caput, magna quoque oſſa, neruos, & artus eos habere.* Et *alio loco*, ait, *qui magnum caput habent, & cum id inclinant, longas ceruices oſtendunt, hi partes omnes, ſed animales præſertim, magnas habent.* Non quod propterea velit Hippocrates, caput eſſe principium, cauſamque magnitudinis & craſſitiei oſſium, ac reliquorum membrorum: Sed, vt oſtendat iuſtiſſimę naturæ in corporis humani fabrica æqualitatem & œconomiam: vt ſi caput affabre fecerit, non ſit veriſimile, eam ſegniter reliquas partes, quæ oculis minus patent, neglexiſſe. Hæc ideo diſerte ſcripſiſſe libuit, ne quis illa Hippocratis authoritate abutatur, colligatue inde, non oſſa modo, membranas, ligamenta, cartilagines, aliasque omnes partes animales, verum etiam venas & arterias, à capite tanquam à principio ſuo pendere. Si quis vero ad noſtram hanc corporis partium diſtinctionem aduerterit, longe aliam nobis mentem eſſe intelliget.

Natura iuſta.

Quæ dicantur partes vitales.

Per partes vitales Cor ſolum intelligimus, arterias, pulmones, tracheam arteriam, & alias his annexas particulas. Per naturales autem illas omnes intellectas volumus, quæ continentur vniuerſa circumſcriptione peritonæi & Apophyſeon Erythroidon teſtium ſecundi inuolucri. B Quod enim ſpectat ad partes omnes alias, continentes dicimus, in partium animalium numero ſunt habendæ, quas interim hoc diuidere modo oportet: in principes, nempe, ſenſitiuas, & motiuas. Et rurſum harum quamlibet hoc, qui ſequitur, modo. Primum enim princeps diuiditur in imaginatiuam, quæ cerebri pars eſt prior & ſuperior, cum geminis ſuis ventriculis, & aliis annexis particulis: In ratiocinatiuam, quæ cerebri pars eſt, priori illi ſubiecta, & tanquam apex cum tertio ipſius ventriculo: In memoratiuam, quæ eſt cerebellum, cum ventriculo in ipſius ſubſtantia excauato. Secundo ſenſitiua in viſiuam, quæ eſt oculus, auditiuam, quæ eſt auris; olfactiuam, quæ eſt naſus; guſtatiuam, quæ eſt lingua & palatum; Tactiuã, quæ vniuerſo corpori, ſed præcipue manuũ volæ ſubtenſa cutis eſt. Tertio motiua in progreſſiuam, quæ crura, & comprehenſiuam, quæ manus inſinuat: Denique in ſimpliciter motiuas, quæ ſunt partes tres, dictos ventres maxima ſui parte terminantes & continentes. Quod ad vitales ſpectat, organum facultatis cordis, & arteriarum dilatatiuæ ſunt fibræ rectæ: At conſtrictiuæ ſunt tranſuerſæ: ſimul autem fibrarum tria genera, pulſificæ, vel ſi placet, eas diuides in partes reſpirationi ſeruientes, cuiuſmodi ſunt pulmones, & trachea arteria: & partes vitali motui famulantes, quales ſunt cor & arteriæ, his, quas ſupra diximus, fibris inſtructæ. C Reſtat naturalium partium diuiſio: quæ eſt in altrices, auctrices, & generatrices: quæ rurſum diſtribuuntur in attractrices, vniuerſales, & particulares: retentrices, coctrices, diſtributrices, aſſimilatrices, & excretrices. Attractrices ſunt œſophagus & ſuperius orificium ventriculi: retentrices, vt pylorus: coctrices, vt ventriculi corpus, ſeu tunica interior: diſtributrices, vt tria tenuia inteſtina: excretrices, vt tria craſſa: Idem de hepate dici poteſt, id enim per venas meſaraicas & portas attrahit: retinet per anguſta in ipſius ſubſtantiam ſparſa venarum orificia: coquit propria carne, diſtribuit per venam cauam: excernit per ſplenem, folliculum fellis, & renes totidem illis muneribus diſtinctas in teſticulis videmus, partes: attrahunt enim per vaſa præparantia: retinent per variculos anfractus: in iiſdem vaſis ſemen coquunt per propriæ ſubſtantiæ & facultatis potentiam: diſtribuunt ad proſtatas & vteri cornua proſtatum vicem ſupplentia per eiaculatoria: excernunt denique per proſtatas, cornua, & alias ſociatas partes. Quod ad particularem partis cuiuſq; attractionem, retentionem, coctionem, diſtributionem, aſſimilationem attinet, pendet illa ex ſua cuiuſque partis ſimilaris, & ſimplicis temperie, & occulta, quam dicunt, proprietate. Nec differunt actiones hæ ſpeciales, ab illis vniuerſalibus, niſi quod vniuerſales ſiunt triplici fibrarum ope; at ſpeciales ſua cuiuſque carnis occulta proprietate ex temperie nata, quam & ſpecificam proprietatem dicere poſſumus. D Iam in corporis humani compoſitione, natura in tres præcipue ſcopos intendit. Primus eſt, vt partes ad vitam neceſſarias crearet, cuiuſmodi ſunt Cor, Cerebrum, & Iecur. Secundus, vt alias ad commodius & melius viuendum ederet, cuiuſmodi ſunt oculi, nares, aures, brachia, & manus. Tertius, ad propagationem, & inſtaurationem ſpeciei: cuiuſmodi ſunt pudenda, teſtes, & vterus. Atque mea hæc, de vera corporis humani, tot partibus inſtructi, ad tot facultatum obeunda munera diſtinctione ſententia eſt, quam ſi placet probabis, & amplecteris: Sin minus, ſequaris licet communem & vulgarem, quæ ſit in tres ventres, ſuperiorem, medium, inferiorem (id eſt, caput, thoracem & epigaſtrium) & in artus. In qua per caput non omnes partes animales intelligimus, ſed eas modo, quæ ſunt à capite ad primam ceruicis vertebram, vel primam metaphreni, ſi ad Galeni ſententiam *lib. de Oſſibus*, vbi de enarthroſi & arthrodia meminit, accommodate collum inter partes capitis cenſemus. Thoracem, quicquid à clauiculis, ad coſtarum ſeu verarum, ſeu notharum extrema, & diaphragma continetur. Per epigaſtrium, reliquum corporis truncum, ab extremis coſtis ád oſſà pubis. Per artus, brachia, & crura intelligimus. Hanc diuiſionem in Anatomico hoc opere ſequemur: quod E partes corporis humani defæcando perſequi non poſſimus iuxta præmiſſam diuiſionem, quia partes animales naturalibus & vitalibus, ſunt inuicem admixtæ. Noluit vero natura inferiorem hunc ventrem oſſeum eſſe, quo ventriculus à cibo & potu dilatari facilius poſſet, pueris incrementum fœlicius ſuccederet, corpuſque ad flexum & curuaturam obſequentius eſſet. Ab hoc exordiri nos decet Anatomicam adminiſtrationem, quod putredini præ cæteris ſit magis obnoxius, tum ratione frigidæ & humidæ temperaturæ, tum ratione contentorum excrementorum fæculentorum. Priuſquam tamen vlterius progrediamur, ſi Anatomica adminiſtratio publice ſit exhibenda, ſubiecto corpore decenter collocato, omnibuſque ad diſſectionem neceſſariis inſtrumentis comparatis, diuiden-

Animaliũ partium diuiſio.

Vitalium partium diuiſio. Naturaliũ partium diuiſio.

Quæ maxime & vniuerſales, quæ particulares partes natura opera impleat.

Vulgata corporis humani diuiſio.

Cur Ventriculus non ſit oſſeus.

A diuidendus erit venter in ſuas partes:quarũ aliæ continẽt aliæcontinentur. Continentes dicuntur,quę totam illã capacitatem conſtituunt, quæ Peritonæo circumſcribitur. Harum pars eminentior Galeno definitur,regione muſculor rectorum, & generaliũ nomine Epigaſtrium dicitur. Id in tres rurſum partes diducitur: ſcilicet in eã,quæ eſt ſupra vmbilicũ, quæque totius nomen retinet:in eam, quæ eſt circa vmbilicũ & vmbilicalis ſeu media dicitur:In eam deniq;, quæ infra vmbilicum eſt,hypogaſtrium dicta ſeu venter inferior:In trium cuiuſmodi partium qualibet duæ ſunt laterales partes conſiderandæ, ſcilicet in Epigaſtrio hypochondrium dextrum & ſiniſtrum, quæ diaphragmatis & notharum coſtarum ambitu inferne ſurſum definiuntur:In vmbilicali duæ lumbares,quæ vtrinque ab extremo thorace ad ilia ſeu ilium oſſa protogantur: in hypogaſtrio duo ilia, oſſibus ilium & pubis definita. Nec me fugit tamen,ilia,quæ Græcis Lagooes dicuntur, ſignificare partes omnes inanes, à coſtarum extremis ad vſq; oſſa ilium,ex quu & eas etiam Ceneones appellant,quaſi inanes diceris,quod nullo oſſe circum veſtitæ ſint: viſum tamen eſt, quo diſtinctior eſſet hæc de diuiſione ventris doctrina, partes, quæ vmbilico ad latus ſunt, nuncupare lumbares:quæ vero ventri inferiori,ilia. Notandum vero eſt, veteres adeo ſullicitos fuiſſe, in diſtinguendis continentibus illis partibus, vt quam fieri poſſet exactiſſime, deſignarent

Ventris imi diuiſio.

Quæ ſit hypochondriorum regio.

Ilia Lagones Ceneones.

B viſcera ventre contenta, quæ varia variis ſunt locis. Nam iecoris maior portio ſub dextro iacet hypochondrio:ſub ſiniſtro,totus fere ventriculus & lien:Sub epigaſtrio, inferius orificium ventriculi, & minor hepatis portio. In lumbari regione dextra,& ſuperiore parte Ren dexter:in inferiore ad ilium exordia,cæcum inteſtinum:in media coli inteſtini & ieiuni portio:In ſiniſtra & ſuperiore lumbaris regionis Ren ſiniſter:in media reliqua ieiuni & coli. Sub vmbilicalem regionem deſcendunt echyſis, epiploi ſuperior portio, colo illac etiam interim ſe traiiciente, ad ilium dextra & ſiniſtra maior Ilei inteſtini portio,vteri cornua in grauidis,& vaſa ſpermatica viris mulieribuſque. Sub hypogaſtrio parte inferiori inteſtinum rectum, veſica, vterus, & reliqua epiploi portio. Hæc ſi nota & explorata fuerint, partes affectas ea loci dolore facilius diſcernemus, & debita remediorum applicatione medebimur, abſque illius partis noxa. Eiuſmodi locorum & partium in locis diſtinctio, quia vtiliſſima viſa eſt, placuit illam duarum ſequentium imaginum appoſitione illuſtrare :in quibus notatas habes non modo partes ſupra dictas continentes & contentas,verum etiam corporis vniuerſi alias multas, quæ facere viſæ ſunt ad expoſitarum partium notitiam.Sunt vero imagines eiuſmodi.

Certiſſima partium dolentium nota,ex dolore loco.

C

Declaratio figuræ anterioris.

Figura anterior.



D

E

a. *Larynx.*
bb. *Clauicula,ſeu furcula.*
c. *Regio cordis.*
d. *Xiphoides cartilago.*
e. *Hypochondrion ſiniſtrum, vbi iacet ventriculus.*
f. *Hypochondrion dextrum, vbi iacet hepar.*
g. *Epigaſtrium proprie dictum, ſub quo continetur inferius ventriculi orificium: quemadmodum ſuperius ſub quinta thoracis vertebra.*
h. *Regio vmbelicalis,ſub qua ieiunum inteſtinum magna ex parte circumuoluitur.*
ii. *Lumbi ſeu lumbaris regio in cuius ſede ſuperiore renes ſedent,inferiore autem ad dextrum latus, inteſtinum cæcum, ſiniſtra autem colum reuoluitur.*
k. *Hypogaſtrium,ſeu venter inferior,ſub quo ilei inteſtini maior portio circumuoluitur, veſica vterus,& rectum inteſtinum.*
ll. *Ilia,ſub quibus reliqua coli portio continetur, mulieribus teſtes, cornua, & vaſa ſpermatica, vteri grauiditatis tempore, item vreteres.*
m. *Oſſa pubis ſeu pecten,cui vtrinque aſſident inguina ſeu bubones.*
n. *Femoris pars anterior & media, cui cucurbitulæ affigi ſolent ad prouocandos menſes.*
o. *Pars ſub malleolo in qua aperta ſaphena, ſanguis mittitur.*

Declaratio figuræ poſterioris.

Figura poſterior.



P. Monſtrat ceruicis eam partem qua ſeta ſeu laqueo ſolet perforari.

p. Planiorem partem Omoplatæ, in cuius ſuperiore parte, notata notis 1. 2. affiguntur cucurbitulæ.

r. Sedem ſplenis infra quem notatur renum regio notis 3. 4. B

S. Inteſtini cæci ſedem.

T. Os ſacrum, quo loco in morbis recti inteſtini applicanda ſunt remedia.

V. Regionem coxendicis, ſeu articuli, quo femur coxæ alligatur, quo loco ad iſchiadem apponuntur remedia.

K. Poplitem, quo loco poplitea vena aperitur.

Y. Calcem. C

De partibus epigaſtrii continentibus, & præparatione ad anatomicam adminiſtrationem.

CAP. II. D

Epigaſtrij in genere dicti partes continentes.

EPigaſtrij continentes partes ſunt Epidermis, vera cutis, panniculus carnoſus ſeu adipoſus, octo muſculi Epigaſtrij, cum ipſorum tunica communi, peritonæos tunica, quinque lumborum vertebræ, totum os ſacrum, oſſa ilium, oſſa pubis, linea alba & Diaphragma. Harum partium quædam toti ſunt corpori communes, vt tres primæ: Aliæ propriæ partibus Epigaſtrio in genere ſumpto contentis. Quas vt ſuo ordine cernere poſſis, ante omnia vmbilicum circumcidere oportet, ad primam vſque muſculorum ſuperficiem, quo ipſum in id tempus aſſeruare poſſimus, quo ſe offeret occaſio demonſtrandorum vaſorum vmbilicalium eo loco emerſorum, quæ ſunt vena vna, arteria duplex, & ſi quis forte ſubeſt vrachus: quo facto rectam lineam ducere oportet à ſterno ſupra Xiphoidem cartilaginem vſque ad os pubis, quæ partes continentes, communes dictas vſque ad lineam albam diuidit. Sed & mox duas alias lineas tranſuerſas ducere oportebit: eiuſdem profunditatis vtrinque ab vmbilici circumferentia ad lumbos vſque, quo commodius vtrinque cutem à ſubiacentibus partibus, quibus alioqui videndis officeret, diducere poſſimus. His peractis, cutis à ſubiectis partibus eſt auellenda, per deſignatam vmbilico circumferentiam. Docendum, quo modo cutis ſit duplex, vera & ſpuria, reddita E
nominis ratione: quod paſſim quantum res feret, & in nobis ſitum erit, vſurpabimus. Atque in his examinandis res nouem in proœmio poſitas diligenter exquirere oportet.
Initium vero à cute ducemus, quod hæc pars primo ſit obuia ſenſibus.

De Cute

A

De Cute. Cap. III.

CVtis prima & per totum fuſa corporis noſtri pars eſt duplex, vna vera, altera illegitima. Vera cutis Derma græcis dicitur, quod paſſim fere à ſubiectis, quas veſtit, partibus auelli poſſit. Alioqui enim in facie, auriculis, palma manus, planta pedis, digitis, & pudendis adeo tenaciter adhæret, vt ſeparari nequeat. Illegitima (quam ante omnia declarabimus, quod oculis primum occurrat) græcis dicitur Epidermis, quod veræ cuti ſubtendatur, cuticulam vulgo appellant. Huius ſubſtantia excrementitia eſt, ac tanquam veræ cutis efflореſcentia quædam reſiccata. Nam quod ſubſtantiam à ſpermate non ducat, ex eo apparet, quod quemadmodum facilis eius exiactura, ſic & facilis reparatio, quod in partibus vere ſpermaticis locum non habet. Cuticula hæc per ſe & abſtracta duobus caſibus nobis apparere poteſt, nempe aduſtione ab igne cõtracta, aut ab ardenti ſole in delicatis & inſolatui non aſſuetis hominibus. Quantitas eius ſeu magnitudo in altum eſt valde exigua: At latitudo eſt ampliſſima, quod totã cutem obducere debeat, figura teres eſt & longa, quemadmodum & earum, quas inuoluit partium. Compo-
B ſitio eius obſcura eſt: quia tamen cuticula hæc veræ cutis eſt excrementum, materiam extitiſſe illam dicemus ex ſuperfluitate excrementitia neruorum, venarum, arteriarum & ſubſtantiæ veræ illius cutis. Vnica eſt vt vera cutis, quam extrinſecus obducit, vt eſſet medium inter tactus obiectum & fixam tactus facultatem, in vniuerſam veram cutem, cui vndique ſubtenditur, diffuſam. Quod ad temperiem attinet, ex vulgari Medicorum conſenſu, inter omnes exceſſuum differentias media eſt: quod cum medii rationem inter obiectum & facultatem habeat, ſi calidior, frigidior, humidior, aut ſiccior extitiſſet, facultati impoſuiſſet ipſi, obiecta omnia non qualia ex ſe eſſent, ſed qualis ipſa eſſet, exhibendo, haud aliter, quã per conſpicilia rubra aut viridia ſpectanti, rubra omnia & viridia apparẽt. Hac eadem ratione ſenſus omnis expertem eſſe cuticulam hanc decuit. Actionem non habet in corpore: Sed tantum modo vſum habet: conſeruat enim & polit veram cutem: videtur enim naturæ ſingulari beneficio data, vt eſſet munimento & ornamento veræ cuti. Hanc naturæ prouidentiam, artificum eſt imitata induſtria: quo enim plus venuſtatis ſuo operi accedat, ipſum erudiunt & perpoliunt. Ex his intelliges, non omnes partes actionem in corpore habere, vſum tamen habere: quia ex Ariſt. ſententia: *Natura nihil fecit fruſtra.* Intelliges quoque & cuticulam hanc deperditam, vbique poſſe regenerari, præterquam quo loco ob-
C ducta fuerit cicatrix. Hic enim vera cute deficiente, & materia cuticulæ, & vis formatrix deeſt.

Cutis duplex. *A quibus partibus non ſit inſeparabilis.* *Cuticula materia.* *Quantitas.* *Compoſitio.* *Numerus.* *Temperies.* *Vſus.* *Cum cicatricibus cuticula reparari negatur.*

De Vera cute. Cap. IV.

VEra cutis, quam Derma nominant, ſubſtantiæ eſt ſpermaticæ, itaque deperdita ſemel, qualis erat, reſtitui nequit. Nam in eius locum cicatrix reponitur quæ nihil eſt aliud, quam *caro præter modum reſiccata.* Altitudinis eſt ſatis magnæ, vt patet ex ipſius à carne artificioſa diuulſione. At quod ad latitudinem attinet, vniuerſum corpus inuoluit, ſi oculos, aures, nares, penem, vuluam, anum, os, digitorum extrema qua parte vngues affixi ſunt, nempe omnes partes, quibus excrementa redduntur, exceperis. Figura, cuticulæ ſimilis eſt, teres & oblonga cum ſuis productionibus, quibus in partium extrema deſcendit. Compoſita eſt ex neruis, venis, arteriis, & propria ſui generis carne & ſubſtantia, quam ſpermaticam eſſe diximus, vt quæ ab apophyſi ſecundinæ prodeat, quæ vaſa ſpermatica ad vmbilicum vſque deducit: quo loco in ſuas quæque ſedes à natura deſtinatas vaſa eiuſmodi emittens, expanditur & diffunditur in cutis generationem: quod etiam vtriuſque, cutis nempe & chorii arguit ſimilitudo. Nam vti chorium
D duplex eſt, ſenſus expers, totum fœtum inuoluens, primæ tunicæ, quæ Amnios dicitur, leuiter alligatum, ſic cutis duplex eſt, ex ſeque inſenſibilis (alias fruſtra ipſi additi nerui eſſent ex ſubiectis partibus) corpus vniuerſum cingens, panniculo carnoſo leuiter adhærens. Quod ſi quis obiiciat, cuticulam veræ cutis partem non eſſe, cum toto genere ab hac differat, facileque ab eadem ſit ſeparabilis; & penitus ſenſu orba. Reſpondebo, hæc non valere argumenta: Nam quod vera cutis craſſior, ſpiſſior, ſenſibilis, viuax, & carnoſa conſpicitur, id non habet ex ſe, ſed potius ex appulſu, & admixtione partium, quas à tribus principibus partibus deriuatas, in propriam ſuam ſubſtantiã recipit, quæ res in cuticulam non cadit. Nec ſi caderet, melius illi eſſet, imo peſſime nobiſcum ageretur: quod ſic mille externis iniuriis, quæ nos vndique ambiunt, vehementi & contrario quatuor qualitatum primarum appulſu, opportuna & parẽs eſſet vita noſtra. Cutis vnica eſt: vt quæ vnicum corpus humanum integere deberet: Ei enim vndique adhæret præterquam his, quas dixi, locis. Connexio eius eſt cum partibus ſubiacentibus, per neruos, venas, & arterias, quas ſubiectæ illæ partes in cutem ſubtenſam effundunt, vt partibus corporis omnibus inter ſe quædam ſit communio. Temperamento proprio, propriæ carnis & ſubſtantiæ reſpectu frigida eſt & ſicca: eſt enim pars ſpermatica: quanquam ſi quis neruos, venas, arterias, & carnoſa ſtami-
E na, quæ corpori ipſius admiſcentur, conſideret, temperata videbitur, & in contrariatũ qualitatum velut medio poſita, vt quæ ex pari portione corporum calidorum, frigidorum, humidorum, & ſiccorum coaluerit. Cutis vſus eſt vniuerſi corporis, partiumque eius omnium continuitatem, ab omnium, quæ extrinſecus impendent, periculorum violento occurſu, ſartam & tectam tueri, qua de cauſa vndique ſenſu prędita extitit, in quibuſdam partibus exactiore, in aliis hebetiore, pro partium ipſarum, quas ambit, dignitate & neceſſitate, vt omnes ſuæ ſalutis & conſeruationis admonerentur. Denique multis poris tanquam ſpiraculis peruia eſt, quemadmodum ex ſudorum effluuio intelligimus: vt ſic arteriæ ſua diaſtole aerem ambientem in corpus allicere poſſent, ad temperiem, & alimoniam caloris inſiti fixi, & ſiſtole fuliginem excrementitiam propellere: quæ ſuppreſſa hyeme, ab ambiente frigido cutem de-

Subſtantia. *Magnitudo.* *Cicatrix quid.* *Figura.* *Compoſitio.* *Cutem ex ſeſe ſenſu carere.* *An cuticula ſit pars veræ cutis.* *Cur decuerit cuticulã eſſe ſenſus expertem.* *Numerus.* *Connexio.* *Temperies.* *Vſus.*

Cur hyeme cutis sit aſperior & nigrior.

nigrat & exaſperat. Perſpirationis autem attracto intus aere per tranſpirationem, argumentum & exemplum habemus in mulieribus hyſtericis, quæ citra reſpirationem, ſola viuunt tranſpiratione. A

De Panniculo carnoſo. Cap. V.

Quid membrana.

Cur aliquãdo tunica alias panniculus carnoſus aut adipoſus dicatur.

POſt veram cutem ſequitur membrana, quam Anatomici panniculum carnoſum dicunt, cuius naturam vt facilius exequi & explicare poſſimus. Primo dicendum, quid ſit membrana, quot modis id nomen vſurpetur: tum cur panniculus carnoſus id nominis ſit ſortitus. Eſt ergo membrana *pars ſimplex, lata & tenuis, robuſta tamen & denſa alba & neruoſa, quæque extendi & contrahi ſine magno periculo facile queat.* Tunica aliquando dicitur, tum ſcilicet, cum partem aliquam tegit & tuetur. Hic panniculus carnoſus dicitur, quia locis quibuſdam in carnem degenerat, ac muſculoſa euadit, vt in homine à clauiculis ad capillitium vſque: qua proinde in regione muſculus latus nuncupatur, cum in aliis locis ſimplex membrana ſit, hinc inde cum ſubiecto adipe mixta, ex quo panniculi adipoſi nomen poſſe etiam reportare videtur. At in brutis (vnde id nominis traxit, quod in his carniformis ſubſtantia panniculi huius magnam partem conſtituat) manifeſte carnoſa apparet, & per totum corpus muſculoſa, vt in equis & bobus licet intueri: nempe vt ſic mobilis, tergoris concuſſione & contractione muſcas, & alia infeſtantia animalcula abigere, & excutere à ſe poſſent. B

Cur brutis panniculus totus carnoſus ſeu muſculoſus ſit.

Subſtantia.

Hic ita conſideratis, dicimus, panniculum carnoſum, proprio corpore ſuo, neruoſæ eſſe ſubſtantiæ, ſeu membranoſæ, tanquam qui deriuetur ex amnio tunica, quæ proxime fœtum attingit, dilatata iuxta vmbilicum, & exporrecta ad huius panniculi generationem, qua in re notare iuuat, quod quemadmodum chorion & amnios membranæ ſibi inuicem exiguis neruoſis fibris artexiæ cinguni, veſtiuntque fœtum, quandiu vtero continetur: ſic cutis & panniculus carnoſus iiſdem illis vinculis adnexa vniuerſum corpus ambiunt.

Quantitas & figura.

Compoſitio.

Numerus.

Quare panniculus carnoſus magnitudine æqualis, & figura veræ cuti ſimilis eſt, niſi quod huic ſubiacet & continetur, locis quibuſdam adipi admixtus, aliis intertexta carne auctus, aliis membrana ſimplex exiſtens. Compoſitio eius ea eſt, quam nos oculis intuemur, ex venis nempe, arteriis, neruis & propria carne, alias cum adipe, alias cum muſculoſa carne admixta & artexta vnicus eſt propter eum, quem mox dicemus, vſum: Situs eſt inter cutem & adipem, ſeu muſculorum tunicam communem: his partibus, & aliis ſubiacentibus adnexus per venas, neruos, & arterias, ab internis illis partibus aſcendentes & ſe inſerentes in ipſius ſubſtantiam & inde in veram cutem. C

Temperies.

Vſus.

Temperies eius varia eſt, pro partium ipſum contexentium varietate. Vſus eius eſt, vt deducat & dirigat, roboretque in ipſo tranſitu vaſa, quæ in veram cutem, vniuerſamque corporis ſuperficiem diſſeminantur. In brutis vero aliam inſuper habet vtilitatem: nempe cuti ipſorum & tergori motum concuſſiuum præſtat, propter eam, quam ſupra attigimus, rationem.

De Adipe. Cap. VI.

Adipem excrementum verius eſſe quam partē.

Subſtantia.

ADeps excrementi potius, quam partis conditionem redolens, (vt diximus, cum de partibus ſimilarib. ageremus) ſubſtantiæ eſt oleaginoſæ, ex ſanguinis portione aerea & vaporoſa genitæ, quæ per tunicarum poros, aut vaſorum oſcula exudans circum membranas & neruoſa frigidaque corpora concreſcit, in adipemque loci frigore coit.

Adipis cauſa efficiens.

Ex quo intelligi poteſt, cauſam adipis efficientem eſſe frigus, ſeu calorem remiſſiorem: patet non contemplatione modo animantium diuerſæ, verumetiam eiuſdem ſpeciei & ſexus, modo vnum altero exiſtat frigidius. Ex quo eſt intelligere, adipem quantitate maiorem vel minorem eſſe, pro corporis totius & partium eius ſingularum varia tēperie. D

Quantitas.

Compoſitio.

Situs.

Quod ad compoſitionem pertinet, conſtat ex ſanguinis ea, quam diximus, portione, membranis quibuſdam, fibris neruoſis, venis, arteriiſque intertextam. Iacet in ſigniore ſui portione inter panniculum carnoſum & tunicam muſculorum communem, alias per vniuerſum fere corpus fuſus eſt: locis in quibuſdam amplior, in aliis parcior. Semper tamen circum neruoſa corpora, quibus gaudet adhæreſcere. Quærunt pleri que Anatomici, ſubiaceat ne adeps panniculo carnoſo, an ſuperemineat: Sed mihi otioſa hæc & inutilis videtur quæſtio: cum ſæpe vtramque panniculi carnoſi ſedem illam occupare adeps cernatur.

Temperies.

Temperies eſt mediæ inter calores & frigus, cum ex ſanguinis aerea magis portione prodeat: quãquam reſpectu cauſę efficientis, id eſt, frigoris, à quo concreſcit, frigidæ videri poſſit. De cætero humida temperies in adipe prædominatur.

Vſus.

Vſus eius eſt, vt partes humectet, quæ longa inedia, vehementi exercitio, & calore immodico areſcere poſſunt: Præterea etiam, vt calorem membris addat. Quanquam poſtremum hoc per accidens magis, quam ex propria natura efficiat, nempe calefactus exercitio, aut ſimili alio caſu vicinas partes calefacit, vel etiam ex eo calefacere videri poteſt, quod natiui caloris & interni diſſipationem impedit: quomodo hyeme frigus calefacit, ex quo ventres per eam tempeſtatem calidiores. Scio noſtræ ætatis doctos quoſdam Medicos pertinaciter contendiſſe, adipem temperamento eſſe calidum: nec aliam eius cauſam efficientem agnouiſſe, quam calorem temperatum & non frigus. Sed harum quæſtionum ſubtiliorem perueſtigationē phyſicis cenſeo relinquendam. E

Adeps quidam ſolidior.

Sepum.

Notandum vero eſt, ad articulos, qui frequēti motu alterantur, adipis aliud genus longe ſolidius, & durius, quã id, quod diximus comperiri ſæpe admixtũ alteri humori viſcido & lẽto albuminis oui æmulo, quo humectandis illis partibus, quib. ſiccitatis periculũ imminebat, & lubricando partiũ illarum motui in longius tẽpus ſufficeret, ad cuius rei imitationem, corpora dura, quę in perpetuo motu eſſe conuenit, vt curruum rotas, axeſque vnguine perungere ſolent. Eſt & aliud adipis genus, quod ſepum dicitur ab adipe hoc vno differens, quod ſit

longa

A longe ſiccius: humidiore & molliore adipis portione, rapido loci calore diſſipata. Colligitur namque circa menſenterium, maxime quo loco multiplices ſunt venarum, & arteriarum plexus: colligitur & circa renes, lumbos, & cordis baſim. Conſumitur adeps longa inædia: reſiccatur & induratur vehementi exercitio & calore immoderato. Hinc in manuum vola, & pedum planta, circa oculum, & cor adeps longe compactior cernitur; ſic vt denſitate & duritia carnem mentiatur, quod motu partium illarum continuo & vegeto calore, tenuiore eius portione diſſipata, & fuſa, reſtet craſſior & terreſtrior. *Quibus partibus & cur adeps obrigeſcat denſior.*

De Tunica communi muſculorum. Cap. VII.

POſt adipem apparet tunica quædam, ſuper omnes muſculos fuſa, ex communi muſculorum tunica dicitur, eius ſubſtantia neruoſa eſt, quemadmodum & omnis membranæ. *Subſtantia.* Quantitas eius & latitudo muſculorum, quos inuoluit, quibusque ſe accommodat, quantitate definita eſt, nempe, quæ Epigaſtrij muſculos circumſcribit eorundem muſculorum ambitu. *Quantitas.* Figura eius rotonda eſt. Compoſitio ex venis eſt, neruis, arteriis, & propria carne, triplici fibrarum genere contexta: *Compoſitio.* origo eſt à perioſtio, qua *Ortus.*
B parte oſſa muſculis ligamenta præbent: vel aliorum ſententia, ex muſculi fibris neruoſis & ligamentoſis quæ in carneam muſculi ſuperficiem exorgentes, & diffuſæ vniuntur ad huiuſmodi tunicæ generationem. Cæterum ex perioſtio hæc membrana enata (vt omnis membrana, quæ infra caput exiſtit, primario nullius medii interuentu, vel ſecundario à perioſtio originem trahit) expanditur in muſculos per ipſorum tendines. Si vero quis obiiciat, quod hæc membrana à muſculi ventre diuulſa in ligamentum videatur terminari: Reſpondebo, eam eſſe neruoſæ omnis partis conditionem, vt ſe ſemper ad alteram ſui generis, tanquam ad adminiculum ſic alliget, vt vix inde auelli queat. Cuius rei fidẽ facit epigaſtrij peritonæum. *Numerus.* Quæ epigaſtrij muſculos integit, vnica eſt, niſi eam malis in duas partiri, dextram & ſiniſtram, lineæ albæ interuentu diſtinctas. *Situs.* Situs eius eſt, inter adipem & muſculos: his enim partibus ſurſum deorſumque adnectitur fibris, quæ tenuitate & ſubtilitate aranearum ſtamina vincunt; vaſis autem ſuis conſortium habet cum tribus principibus viſceribus. Temperamenti eſt frigidi & ſicci. *Vſus.* Vſus eius eſt, vt muſculos in naturali vnione contineat, ipſosque, quam maxime poteſt, à putredine vendicet, quæ illis poteſt contingere ex pure, quod ſæpe effunditur à partibus ſimilaribus, in inania muſculorum ſpatia, & interſtitia. Itaque ſeparaturus adipem epigaſtrij (à quo diſſectionem corporis humani in-
C choare te conuenit) cauebis, ne ipſam temere ferro violes, quinimo antequam muſculos attingas ꝑuidebis, vt eam artificioſe auellas, quo facilius ſubiectos muſculos diducere queas, manifeſto interſtitio ad lineam albam diſcriminatos, quam effingit tunicarum cuiusque muſculi propriarum concurſus. *Quid linea alba.*

Quid ſit muſculus & quot eius differentiæ. Cap. VIII.

MVſculus *motus voluntarii* eſt *inſtrumentum*: obitur vero motus voluntarius ſimplex ſex modis, ſurſum, deorſum, ante, retro, dextrorſum, ſiniſtrorſum: vno autem modo is, qui compoſitus eſt, nempe in circulum, qui perficitur continua ſucceſſione motus muſculorum, partem cingentium. *Quid muſculus.* Huiuſmodi motum edunt Falconarii; dum prætento pugno & pinnarum ſcapo, volaces accipitres reuocant, & ad volatile aucupium inſtruunt: *Quomodo motus membrorum in orbem abſoluatur.* Sunt quædam in nobis partes, quæ ſine muſculo motum obtinent: ſed is motus non à voluntate manat: cuiuſmodi partes ſunt cor, ventriculus, inteſtina, ambæ veſicæ, fellea & vrinaria, & aliæ multæ, quæ attractionis, excretionis, & retentionis motus in nobis obeunt, triplicis fibrarum generis miniſterio, rectis enim attrahunt; tranſuerſis excernunt, obliquis retinent. Muſculorum differentiæ, quæ multæ ſunt & variæ, ducuntur ab ipſorum ſubſtantia, origine, inſertione in partem, quam mouent; forma ſeu figura, foraminibus, magnitudine; colore, ſitu, fi- *Muſculorũ vnde ducantur differentia.*
D brarum genere, harum coniugatione ſeu connexione; capitibus; ventribus, tendinibus, oppoſitione, in actione & officio. Subſtantia quidem alij ſunt neruoſi, venoſi, arterioſi, quod manifeſtos habeant neruos, venas, & arterias, cuiuſmodi ſunt diaphragma, intercoſtales, & epigaſtrici, aliique complures: Idque ad aliorum muſculorum differentiam, in quod nec neruus, nec vena, nec arteria, manifeſte inſeruntur, & ſi occulte eadem illa omnia admittant ad ſenſum motumque, vitam & alimoniam, cuiuſmodi ſunt muſculi, carpi, & lumbrici manus, ac pedis: Si qui enim in illis notantur neruuli, hi perexigui ſunt. *Muſculorũ à ſubſtantia ducta differentia.* Nonnulli malunt muſculorum differentiam à ſubſtantia ex eo ſtatuere, quod eorũ alij ſunt carnoſi, alij neruoſi, alij mẽbranoſi. Origine vero, alij ex oſſibus naſcuntur, vt qui manus, brachia, cruraque mouent: alij ex cartilaginibus, vt laryngis muſculi: alij ex membranis, quæ tendines veſtiunt, vt manuum pedumque lumbrici: alij ex ligamentis, vt digitum abductores: alij ab alio muſculo; vt duo penis inferiores, qui à ſphinctere ani: *Muſculorũ ab origine ducta, differentia.* Alius nulla eſt origo, ſed membrana, quam panniculum carnoſum diximus; certis locis carnem aſſumit, in muſculumque degenerat, cuiuſmodi ſunt muſculi teſtium cremaſteres, muſculi faciei, & ſi placet diaphragma,
E quod nempe ex duabus tunicis coagmentatum, coſtas ſuccingente, & peritonæo, carnem in ſui centro inter vtramque membranam ſortitur. Quin & muſculorum aliis ab vnico oſſe eſt origo, cuiuſmodi ſunt, qui flectunt & extendunt cubitum, alij ex multis ſimul oſſibus prodeunt, vt obliqui deſcendentes, dorſales, multique colli muſculi, qui ex multis ſpondylis, ſpondylorumque lateribus ſimul oriuntur. *Vnde æſtimanda muſculi origo.* Sunt nonnullorum ſententia, qui & ab oſſibus & à cartilagine pubis oriuntur, vt muſculi recti epigaſtrij, mihi tamen aliter videtur. Quoniam per anatomicum & receptum axioma, *muſculi origo inde cenſeri debet, vnde neruum recipit*: At eiuſmodi muſculi neruum accipiunt ex intercoſtalibus: quare eorum origo referenda videtur ad latera cartilaginis ſcutiformis, vt dicetur ſuo loco.

A

Muſculorũ ab inſertione differentia.

Ab inſertione vero hæ trahuntur differentiæ: Alij enim in os inſeruntur, vt qui caput mouent, brachia, & crura: Alij in cartilaginem, vt laryngis, palpebrarum, narium, & obliqui aſcendentes Epigaſtrij muſculi: quidam in os, & in cartilaginem, vt recti Epigaſtrij & diaphragma: Alij in cutem, vt labrorum muſculi: Alij in tunicas, vt oculorum muſculi: Alij in ligamenta, vt penis muſculi. Sed & ab inſertione & origine, quæ ſequuntur, differentiæ duci poſſunt. Nam muſculorum alij cum à multis partibus oriãtur, in vnam ſolam inſeruntur, quales ſunt multi, qui brachium mouent, & omoplatam, qui ex multis ſpondylis emergentes, in os brachij ſeu humeri, & omoplatam implantantur. Alij ab vna parte oriuntur, & in plures ſe inſerunt, vt qui à baſi omoplatæ egreſſus extenditur & inſeritur in octo aut nouem coſtas ſuperiores, ad iuuandam reſpirationem: & digitorum flexores atque extenſores manuum, pedumque: Alij ex multis oſſibus orti in totidem inſeruntur, vt nonnulli reſpirationi inſeruientes, hi nempe, quos ſerratos poſteriores dicimus & ſemiſpinatus, qui tendinem in omnes coſtas dimittit. Alij ex multis oſſibus prodeunt, & deſinunt in cartilagines ſeptem coſtarum verarum, vt duo illi, qui ſub ſterno latent. Præterea etiam ab origine & inſertione hæ muſculorum differentiæ duci poſſunt, quod quidam ex oſſibus prodeunt, & in os proximum inſeruntur, quo talia oſſa ſimul moueant, firmentque, vt tres clunorum muſculi, alij ex ſuperiore oſſe oriuntur, nec in proximum inſeruntur, ſed in alium quemuis, cuiuſmodi ſunt muſculi longi. A parte, quam mouent, quidam temporales dicuntur, quod tempora moueant: alij maſticatorij, quod ad inſtar molæ piſtrinariæ maxillam vibrent, ad ciborum attritionem. B

Muſculorũ a forma ducta differentia.

A forma vero ſeu figura, quod alii muribus, alij lacertis, quibus ſint amputata crura, ſimiles ſint: quod nempe ventre, corpore aut tendine, caput, ventrem, aut caudam eiuſmodi animantium imitentur: ex quo muſculi & lacerti nomina ſunt ducta. Eiuſmodi ſunt, qui carpum flectunt, & qui oſſi tibiæ adhærent, & qui pedem extendunt: Alij ſunt triangulares, vt qui brachium attollit, Epomis dictus, ſeu deltoides, & qui brachium ad pectus adducit pectoralis dictus: Alij ſunt quadrangulares, vt Rhomboides omoplatæ, & duo ſerrati poſteriores, reſpirationi inſeruientes, & duo carpi, qui manum pronant: Alii pluribus conſtant, quam quatuor angulis, vt obliquus deſcendens, & qui ab omoplata ei ſe adiungit: Alii ſunt rotundi, & lati, vt diaphragma. Alii circulares, vt ſphincter ani & veſicæ, alii figura ſunt pyramidali, vt ſeptimus oculi muſculus, qui neruum cingit opticum, in brutis, non vero in homine. Alii in ſemicirculi formam effecti ſunt, vt qui oculum claudit circum minorem oculi angulum ſitus: G Alii cucullum monachalem imitantur, vt trapezii omoplatæ. Præterea alii prima origine ſua anguſti ſunt, ad inſertionem autem lati euadunt, vt ſerratus omoplatæ & tranſuerſi Epigaſtrii: alii contra, vt tres clunium alii æqualem ſeruant vtrobique magnitudinem, vt intercoſtales & carpi muſculi: Alii longi ſunt & graciles, vt femoris longus ille muſculus, alii longi ſunt & lati, vt obliqui deſcendentes Epigaſtrii: Alii contra, vt intercoſtales, qui parum lati ſunt ex foraminibus: quidam enim foramine ſunt peruii, vt diaphragma tribus apertum foraminibus: Itemque obliqui & tranſuerſi Epigaſtrii, quæ exitum præbeant vaſis ſpermaticis præparantibus & egreſſum eiaculatoriis deducente, & roborante ea erythroide tunica, alii foraminibus carent.

Muſculorũ a foraminibus ducta differentia.

A magnitudine.

A magnitudine; nam alii ſunt ampliſſimi, vt duo clonium; alii valde parui, vt octo exigui coli muſculi, & laryngis, qui dicuntur proprii, & lombrici: Alii mediocri ſunt magnitudine.

A colore.

A colore: nam alii albi cernuntur & rubri, cuiuſmodi crotaphitæ, qui ex medio ſuo ventre tendines proferunt: alii liueſcunt, vt tres maiores ſuræ, quem colorem trahunt ex tunicæ albæ, ſeu aponeuroſis tendinoſæ cum rubra carne admixtione, hæc enim tunica craſſitie ſua carnis colorem, ne ſuo ſe rubore & fulgore proferat, ſupprimens, liuidum illum colorem adumbrat. D

A ſitu.

Quo ſenſu muſculorũ fibræ quædam dicuntur obliquæ aut tranſuerſæ.

A ſitu: Nam alii ſunt ſuperficiarii, vt qui ſub cute & adipe apparent: Alii profundi & abditi, vt popliti & quattuor gemelli: quidam in partem, cui incubant, recto & plano ductu attexti exporrecti & tanquam expanſi ſunt: vt qui femoris muſculi tibiam mouent excepto poplitæo: alii obliquo Epigaſtrii: I Alii tranſuerſo, vt eiuſdem Epigaſtrii tranſuerſi quo loco notabis, quod & ſi omnes muſculorum fibræ ſint rectæ, obliquas tamen illas aut tranſuerſas dicimus, comparatione facta ad muſculos rectos, quod nempe fibrarum concurſu, alius rectum angulum aut acutum gignat.

A fibris.

Ex fibrarum genere: Nam aliis vnicum adeſt fibrarum genus: Maxima tamen pars duo ſortita eſt, ſurſum, deorſumque, ita ducta, vt vel decuſſentur ad formam literæ x. vt contingit in pectoralibus & maſticatoriis: vel minime concurrant, vt in trapetiis: Aliis tria adſunt fibrarum genera, vt in lato faciei muſculo.

Ex connexione.

Ex cohærentia & connexione, ſeu fibrarũ neruoſarum textura. Aliis enim fibræ adſunt, ab ipſo protinus ortu diſtantiores, quam reliquis locis, vt videre eſt in natium muſculis: Aliis in medio & ventre, E qui ob id eiuſmodi muſculis tumidior eſt, capite & cauda exilibus, vt plurimis tibiæ & brachii muſculis contingit, in quibus denſa carnis moles fibris intertexta, tam lato interuallo fibras diſiungit. Aliis in cauda diſtantiores exiſtunt fibræ, vt ſerrato maiori, ex baſi omoplatæ orto: aliis æquali diſtant per totum corpus interuallo, vt muſculis carpi & intercoſtalibus.

A capite.

Ex capite: id enim aliis carnoſum eſt raris fibris intertextum, vt natium muſculis: Aliis penitus eſt neruoſum, vt latiſſimo brachio & omoplatæ communi, tribuſque femoris ex iſchii tubere prodeuntibus: aliis neruoſum & carnoſum, vt brachiali interno & externo. Præterea aliis vnicum eſt caput: aliis duo, vt cubitum flexori & tibiæ externo: Aliis tria, vt femoris tripliciti. Notandum vero, nerui nomen laxius hic vſurpari pro ligamento, neruo, & tendone, vt dixit Gal. *lib. de oſſibus*. Sed & aduertendum, caput muſculi alias ſurſum haberi, alias deorſum, alias in medio, quemadmodum in diaphragmate, vt intelligere eſt ex nerui inſertione, quod is in muſculum peruadat per ipſius caput.

Ex ven-

A Ventre.

A Ex ventre etiam muſculorum quædam ducuntur differentiæ: Aliis enim venter ſtatim ab origine occurrit, vt narium muſculis: Aliis ad inſertionem venter adeſt, vt diaphragmati: Aliis ſtatim ad caput, vt his, qui ſuram tumefaciunt: Aliis paulo longius abeſt, vt his, qui brachium retrorſum mouent, & qui crura flectunt: Aliis venter à capite ad caudam vſque patet, vt intercoſtalibus, & carpi muſculis: Aliis in inſertionem vſque producitur, vt palmari & plantari: quibuſdam etiam venter eſt geminus, ſubſtantia neruoſa diſtinctus, vt his, qui os diducunt, & qui aſſurgunt ex baſi apophyſeos coracoidis omoplatæ.

A tendinibus.

Ex tendinibus vero petuntur etiam muſculorum differentiæ: nam aliis nulli dati ſunt, qui ſaltem ſunt manifeſti, vt labialibus & ſphincteribus, intercoſtalibus & carpi muſculis: Aliis partim adſunt, partim non adſunt, vt diaphragmati: diaphragma enim ad notharum coſtarum extrema tendine caret: at ad primam lumborum vertebram, in quam deſinit, duos habet: Alij reipſa quidem tendinem habent ſed horum alij oſſa mouent alij minime, vt oculorum muſculi, quin & iſtorum aliis tendines lati ſunt, & membranoſi, vt oculorum muſculis & epigaſtrij, ſi rectos exceperis: Aliis craſſi & rotundi, vt digitum flexoribus: Aliis minus rotundi, ſed magis lati, quam craſſi, cuiuſmodi eſt tendo ex gemellis conſurgens & ſolæo tibiæ: Aliis breues ſunt tendines, vt muſculis, qui manum pronant: Aliis longi, vt plantari &
B palmari. Præterea alii tendinem proferunt ab extremo ventre, cuiuſmodi tendines manifeſti ſunt: Alij à medio, vt crotaphitæ. Quin & alij multos tendines ex ventre diffundunt, vt manus, digitum flexores & pedum tenſores: Alij vnum tantum, qui quandoque in multos diducitur, vt qui tertiam pedis articulationem flectunt: aliis multi ſæpe muſculi ſuo concurſu vnicum tendinem efficiunt, vt tres ſuræ, & qui cubitum, tibiamque flectunt.

Tendinibus vnde origo.

Tendines omnes naſcuntur, cum nerui & ligamenta, per muſculi carneam ſubſtantiam ſparſa, ſenſim coguntur, & in ſeſe coeunt, donec tandem ad articulum dilatata alligantur ad flexus & tenſionis opportunitatem.

Muſculorū ex actionū diuerſitate ducta differentia.

Ex actionum contrarietate, quibuſdam enim partibus muſculi ſunt attributi contrarij, flectentes & extendentes: Aliis vero non adſunt, nam teſtibus & ano leuatores ſoli conceſſi ſunt.

Ab officio

Ex officio, alij enim ad motus rectos obeundos ſunt inſtituti, vt qui pedum, manuumque digitos extendunt: Alij ad obliquos, vt ſupinatores manuum & pronatores: Alij vtrumque præſtant, vt pectoralis, qui oblique ſurſum, deorſumque brachium mouet, prout fibræ ſupernæ aut infernæ contrahun-
C tur, atque etiam in rectum, ſi omnes ſimul fibras contrahi contigerit, quod etiam deltoidi & trapezio contingit. Has ſigillatim muſculorum differentias perſequi, vtile viſum eſt, quod illis intellectis certior eſt futura prognoſis, remediorumq; ad quamlibet partē applicatio: atq; incidēte neceſſitate & inciſione vel ſutura peragēda futuri ſimus certiores, prout pars affecta neruoſior, vel minus neruoſa extiterit.

De Partibus muſculi. Cap. IX.

Muſculorū partes compoſitæ & ſimplices.

Expoſita muſculi natura & differentiis, notandum eſt, partium eius alias eſſe compoſitas ſeu vniuerſales, alias ſimplices ſeu particulares. Compoſitæ ſunt caput, venter & cauda. Simplices ſunt ligamenta, neruus, caro, vena, arteria & tunica. Quantum autem ad compoſitas attinet, per caput muſculi initium & originem intelligimus, alias ligamentoſam & neruoſam, alias vna etiam carneam. Per ventrem, potrionem eius abſolute carneam. Per caudam vero, tendinem intelligimus, partim ex neruo, partim ex ligamento, promiſcue ex muſculi ventre proſilientibus conflatum. Quod vero ad ſimplices, quę ſex ſunt numero; tres dicuntur propriæ, & tres communes. Propriæ ſunt ligamentum ex oſſe, neruus à cerebro, aut ſpinali medulla progrediens, & caro ex concreſcente ſanguine coagmentata. Communes ſunt vena à iecore, ſeu trunco inde exeunte, arteria à corde producta & tunica ex fibris neruoſis & ligamentoſis, in muſculi ſuperficiem elatis coagmentata. Quod ad eiuſmodi partium omnium ſimplicem
D vſum attinet, neruus veluti muſculi pars eſt princeps, quæ ipſi ſenſum motumque largitur: ligamentum robur addit: caro fibras muſculi neruoſas & ligamentoſas contioet, roboratque inania omnia complēs interſtitia, ſed & partium earum natiuam humiditatem tuetur, caloremque ipſis inſitum fouet: denique ab omnibus, quæ extrinſecus incurrere poſſunt, iniuriis, defendit: nā vmbraculi vice, aduerſus ſolis ardorem ſe opponit: contra frigus tanquam integumentum: contra lapſus contundentiaque omnia tanquam tomentum: contra vulnerantia, tanquam clipeus & munimentum: Vena muſculum nutrit: arteria viuificat: tunica partium eius omnium harmoniam conſeruat, ne vlla diſrumpatur aut corrumpatur, per abſceſſus purulentos in inania muſculi interſtitia proruptos, vt contingere videmus in gangręna, vbi corruptio membranam hanc inuaſit, per puris acrioris eruptionem.

Quem quamque ſimplex muſculi particula ipſi vſum præbeat.

Specialior inquiſitio in muſculi partem quamlibet. Cap. X.

Ligamenti natura.

Rebus ita expenſis, reſtat, vt ſpeciatim inquiramus in quamlibet muſculi partem, vt ſi fieri poſſit, nihil huic commentationi deſit. Ergo ligamentum proprie dictum, *corporis humani pars ſimplex eſt, poſt os & cartilaginem, maxime terreſtris, ſicca, dura, frigida, alba, ortum ab oſſibus aut cartilaginibus* (vnde & muſcu-
E lis origo eſt) *proxime vel medii alicuius interuentu trahens:* quo fit, vt ſenſus ſit expers ligamentum, niſi aliūde neruum aliquem admittat. Sic enim ligamenta, quæ linguam & penem conſtituunt ac firmant, tendunt in quos & cartilaginem ſe inſerens, vt ea inuicem deuinciat, totamque dearticulationem roboret & veſtiat: (tres enim hi ſunt præcipui vſus ligamenti) in membranas præterea ac muſculos inde ſe diffundens, ad robur illis partibus comparandum. Neruus proprie loquendo, *pars etiam ſimplex* eſt *corporis noſtri, ex craſſo & pituitoſo humore nata, & alta*, cuiuſmodi eſt cerebrum, neruorum omnium origo. Itemque ſpinalis medulla, ſentiendi vi prædita, ſæpe etiam mouendi. Multæ enim extant in corpore partes, quæ neruos admittunt, omni tamen voluntario motu orbatæ, ac ſolo ſenſu

Quomodo penis & linguæ ligamenta ſentiant. Triplex ligamentis vſus. Quid neruum.

præditæ, vt membranæ, venæ arteriæ, inteſtina, interaneaque omnia. Duarum cerebri membranarum operculo rectus eſt neruus, & tertia præterea ex ligamentis prodeunte, quæ occiput ad vertebras adnectunt, vel etiam ex pericranio. Per nerui, vt & ligamenti fibras, non aliud quicquam intelligimus, quam ſtamina longa & tenuia, alba, ſolida, frigida, robuſta, plus minuſue pro ſubſtantiæ copia, quæ partim neruoſa eſt & ſenſibilis, partim ligamentoſa & inſenſibilis. Idem de fibris carneis in ſuo genere te imaginari oportet: ex his autem ſtaminibus, quædam recta ſunt ad attrahendum, obliqua alia ad retinendum, quod animanti eſt conueniens: alia denique tranſuerſa ad id, quod inutile eſt, excernendum. Cæterum cum ſtamina hæc tranſuerſa extenduntur in longum, penes latitudinem minuuntur, cum vero recta contrahuntur, longitudine deficiunt. At cum ſimul omnia vnanimi velut conſpiratione contenduntur, totum membrum in ſeſe contractum corrugatur, vt contra extenditur, cum relaxantur. Horum alia partibus animalibus dicata ſunt, ad motus voluntarios perficiendos: alia vitalibus, ad cordis & arteriarum agitationem obeundam: alia naturalibus ad attrahendum, retinendum, expellendumque. Notandum tamen, nullius partis ſimilaris attractionem vllius dictorum ſtaminum ope perfici, ſed potius calore ipſis inſito, aut fuga vacui, aut ſubſtantiæ familiaritate. Caro etiam *pars* eſt *ſimplex & mollis ex puriore ſanguinis portione coagmentata, ſeſe in ſtaminum interſtitia inſinuante, quo ea inueſtiat in eos, quos diximus, vſus*. Hæc veluti vallum quoddam eſt, & propugnaculum aduerſum caloris & frigoris iniurias; aduerſus lapſus omnes & illiſus tanquam molle quoddam & violento incurſui cedens tomentum. Carnis tres ſunt ſpecies: vna rubicundior, qualis eſt caro muſculoſa animalium ſanguine præditorum & perfectorum; nam tenellorum ſeu iuniorum adhuc animantium ſanguineorum, vt vitulorum; itemque omnis generis piſcium, propter nimiam ſanguinis humiditatem albeſcit: Altera pallidior etiam ſanguineis animantibus perfectis, qualis eſt caro cordis, ventriculi, œſophagi, inteſtinorum, veſicæ, vteri: Tertia eſt viſceralis, ſeu propria viſceris cuiuſque ſubſtantia, vt iecoris, quod remanet ſublatis venis, arteriis & tunica: veſicæ fellis, cerebri, renum, lienis. Quidam quartam addunt carnis ſpeciem, fungoſam, quam ſolius linguæ propriam eſſe aiunt. Vena *vas eſt, ſeu tubus ſanguinis, aut materia ſanguinea, ſubſtantiam habet ſpermaticam*: *vnica* conſtat tunica, triplici ſtaminum genere contexta. Arteria *ſanguinis* etiam *eſt conceptaculum, ſed ſpirituoſi & flaueſcentis*, ſpermatica pariter ſubſtantia conſtans. Verum duas obtinuit tunicas, cum tribus fibrarum generibus, quarum exterior tenuiſſima eſt, rectis conſtans fibris, & nonnullis obliquis. Interna vero quintuplo craſſior, denſiorque exteriore, tranſuerſis fibris intertexta: G nec vero ſolum ſanguinem & ſpiritum, verum etiam ſerum continet, cuius rei fidem facit arteriarum emulgentium numerus, par binis venis emulgentibus. Ideo vero interior arteriæ tunica denſior extitit, quod ſanguinem contineat feruentiorem, ſubtiliorem, & ſpirituoſum magis: ſpiritus vero, cum natura ſit tenuis, leuis, & in perpetuo motu, euolaret breui, niſi denſiore cuſtodia coerceretur. Alia ratio eſt venæ, vt quæ ſanguinem contineat craſſum, ponderoſum, & ad motum tardum: Quare ſi denſam craſſamque tunicam obtinuiſſet, vix poſſet ad partes vicinas diſtribui: hoc præſentiens vniuerſi opifex Deus, tunicas vaſorum contentorum corporum conſiſtentiæ contrarias effinxit. Notabilis vero eſt venarũ & arteriarum anaſtomoſis, id eſt, oſculorum ad oſcula applicatio: cuius beneficio contentas materias mutuo communicent, trahantque, & transfundant inuicem per vias inſenſibiles: quanquam apparens eſt illa anaſtomoſis in vena & arteria, quæ concurrunt ad cubiti articulum & flexum: quod ego aliquando demonſtraui in ſcholis Medicorum, quo tempore humani corporis diſſectiones illic adminiſtrabam.

Quid neruales & ligamentales fibræ.

Fibrarum munus.

Quæ maxime vi partes ſimilares attrahant.

Quid caro & quotuplex.

Quid Vena. Quid arteria.

Cur arteria ſit craſſior ſeu denſior quam Vena.

Mutua Venarum & arteriarum anaſtomoſis ſeu exoſculatio.

Vbi manifeſta ſit.

Cæterum muſculi actio ſeu functio eſt, vel mouere, vel confirmare partem, in quam implantatur, pro voluntatis arbitrio, quod molitur, dum ſe verſus ſuam originem contrahit, id eſt, ſuum caput. Caput vero nerui inſertione definimus, vt ex muſculi ipſius operandi modo intelligimus. D

Vnde muſculi exortum ſeu caput.

De muſculis Epigaſtrii. CAP. XL

CVm iam quid muſculus ſit, quas habeat differentias, quas partes ſimplices & compoſitas, & quis ſingularum partium ſit vſus, quæ actio, & agendi ratio, docuerimus, nunc ad cuiuſque muſculi explicationem ſpecialem veniendum, initio ducto à muſculis epigaſtrij, tanquam qui primi occurrant diſſectionem celebranti. Octo hi numero ſunt: quatuor obliqui, bini in quoque latere: duo recti, vnus ad dextrum, alter ad ſiniſtrum latus: & duo pariter tranſuerſi. Hi omnes pares ſunt viribus, magnitudine & actione, nempe ad inuicem ſic compoſiti, vt obliquos deſcendens vnius lateris, componatur alteri obliquo deſcendenti aduerſi lateris, & ſic de reliquis. Huic numero addere poſſumus duos paruos illos ſuccenturiatos, qui ab oſſibus pubis aſſurgunt, ſupra rectorum inſertionem forma pyramidali. E Obliquorum in ſuo quoque latere exiſtentium, vnus aſcendit, alter deſcendit, quo fit, vt obliqui deſcẽdentes & aſcendentes dicantur: ex obliquis vero qui primi occurrunt, ſunt deſcendentes, quorum ſubſtantia partim ſanguinea eſt, partim ſpermatica: ſunt enim carnoſi, neruoſi, ligamentoſi, venoſi, arterioſi, & membranoſi. Portio tamen carnea in ipſis prædominatur, quo reſpiciens Hippocrates carnium nomine muſculos exprimere ſolet. Magnitudo mediocris eſt inter vaſtos & paruos muſculos: figura triquetra. Compoſitio eſt ex partibus ante expoſitis, numero ſunt duo, ſitus obliquus eſt ſui ducentes initium ex ſerrati magni contactu, ſextaque & ſeptima veris coſtis, ſeu potius ex ſpatiis inter coſtas ſex inferiores, parte anteriore muſculorum ipſarum longius, quam ex ipſis coſtis, vnde vitatis lumborum vertebris in ſupercilium externum & ſuperius oſſis ilium carnoſi & ſupercilium inferius oſſis pubis, lineamque albam membranoſi deſinunt. Columbus tamen à communi hac muſculorum obliquorum deſcri-

Octo muſculi epigaſtrij.

Obliqui deſcendentes.

Subſtantia Sect. 1. ſent. 12. lib. de fractis.

Magnitudo figura, compoſitio, numerus, & ſitus.

Digitized by Google

A deſcriptione decerrans: terminari illos in lineam albam tantum, non in os pubis exiſtimat. *Quorſum enim* (inquit) *infereretur in os pubis, quod non mouetur?* Sed quia infinitum eſſet ſingulorum anatomicorum opiniones perſequi, ſat mihi erit, eius rei lectorem obiter admonuiſſe. Ipſorum connexio eſt cum obliquis aſcendentibus ipſis ſubiacentibus, & cum rectis. Temperamentum duplex exiſtit: vnum calidum & humidum, ratione ventris & carnoſæ ipſorum portionis: alterum frigidum & ſiccum: reſpectu ligamentoſæ & tendinoſæ portionis. Actio horum eſt, partes, in quas inſeruntur, trahere, verſus ſuum principium, vel firma vnione detinere: priuatim tamen & proprie horum quiſque coxam trahit obliquo ductu verſus ſcutiformem cartilaginem. *Connexio. Temperam. Actio.*

Sequuntur obliqui aſcendentes, quorum eadem eſt ſubſtantia, quantitas, figura, compoſitio, numerus, temperieſque deſcendentium. Siti ſunt inter deſcendentes & tranſuerſos, cum quibus connexionem habent, præſertim per vaſa, quæ ex ſubiacentibus efferuntur partibus. Toti carnoſi ex ſpina oſſium ilium aſſurgunt ad extrema notharum coſtarum, quas ſurſum deorſumque videntur admittere, ad quartam vſque carnoſi, inde membranoſi facti, ad lineam albam iter capeſſunt, duplici aponeuroſi, quæ muſculos rectos ſurſum deorſumque peruadit, vt ab vmbilico deorſum verſus oculis licet
B intueri. Parte ſua carnoſa originem ducunt ex ſpina oſſium ilium, paulo inferius, quam deſcendentes deſinant, ſecundum eorundem carnoſam partem. At quod ad membranoſam ſpectat, antrorſum oriuntur, ab oſſe pubis, retrorſum autem ex ſpondylis oſſis ſacri, & vertebris lumborum ſurſum aſcenſu oblique facto, ad lineam albam in quam terminantur per aponeuroſim ſeu tendinem membranoſam (qui ſurſum deorſumque, muſculum rectum videtur penetrare, præſertim ſub vmbilico) per partem vero carnoſam ad extrema omnium coſtarum notharum, quas excipere ſurſum deorſumque videntur. Et quia hi muſculi in lineam albam terminantur, alium quoque habent vſum, communem tamen omnibus epigaſtrij muſculis, ſcilicet comprimendorum inteſtinorum. Eorum actio eſt (ſi ſimul agant) deorſum pectus trahere, thoracemque dilatare: quod ſi ſeorſim agant, pectus ad coxam obliquo ductu adducere. *Obliqui aſcendentes: Situs & connexio. Actio. Recti epigaſtrij muſculi.*

Poſt hos ſequuntur muſculi recti, ſic dicti, quod ſecundum corporis longitudinem deſcendant, & quod fibras rectas habeant. De ipſorum ſubſtantia & aliis conditionibus, de quibus illis cum ſupradictis muſculis conuenit, nihil dicemus, vitandæ prolixitatis cauſa, quod etiam paſſim alibi cauebimus.
C Siti ſunt in regione ventris eminentiore, terminantes Epigaſtrium in genere ſumptum, ſeu ventrem ſuperficiarium, diuiduntur manifeſto intercurſu lineæ albæ, vſque infra vmbilicum, quo loco vniri videntur vſque ad inſertionis ſuæ terminum. Originem ducunt non ab oſſe pubis, vt quidam volunt, ſed arguente id neruorum inſertione, ex partibus lateralibus cartilaginis ſcutiformis, & ab extremis ſextæ, ſeptimæ, & octauæ coſtarum. Deſinunt vero in os pubis, vbi communem tendinem ſatis craſſum & breuem conficiunt. Syluius, Veſalius, & Columbus oriri illos ab oſſe pubis putant, quod in id os inſeri nequeant, quia non mouetur. Cernere eſt in his muſculis interceptiones quaſdam neruoſas & tranſuerſas, ſæpe tres (de quibus nullum verbum Galenus, etſi in Simiis conſpiciantur) ad muſculorum eiuſmodi robur. Sed & in horum muſculorum parte interiore, cernere eſt quatuor venas & totidem arterias, quarum aliæ ſurſum repunt, aliæ deorſum deſcendunt. Superiores mammillares dictæ ab axillaribus, deſcendunt per Sterni partes laterales & inferiores, diſtributis obiter tenuioribus ſui portionibus, ad mediaſtinum, & ſecundum quartam & quintam coſtam ad mammas, vnde nomen trahunt. Quod reliquum eſt, per latera cartilaginis ſcutiformis erumpens, inſerit ſe in hos muſculos, fere ad vmbilicum vſque perreptans: quo loco manifeſte vniuntur (venæ nempe venis, & arteriæ arteriis) cum epigaſtricis, quæ à ſuperiore iliacarum ſuo quæque latere aſcendunt, ſuos muſculos, quouſque quatuor illis mammillaribus occurrant obuiæ. Hunc venarum & arteriarum concurſum,
D circa vmbilicum vt comperire queas, vtraſque & ſuperiores, & inferiores, te ſequi oportet altiuſcule in carnem expreſſo vtrinque ſuperne deorſum, & inferne ſurſum ſanguine, quouſque vaſorum eiuſmodi exoſculationem comperieris, quæ ex eo patebit, quod ſanguis ab hac in illam, & inde in hanc influat: alias vix notare poteris, propter vaſorum eiuſmodi exanguium tenuitatem. Quod vero eiuſmodi vaſorum concurſus beneficio materiæ communicentur, & ab vtero ad mammas, viciſſimque à mammis ad vterum transfluant, patet in nutricibus, vt quibus ſupprimantur menſes, cum ſanguis in mammas ſe conferat, & contra, lac mammas deſerat menſibus immoderate fluentibus. Alias quid profuit vaſorum eiuſmodi concurſum à mammis ad vterum moliri: Nam ad vteri latera diffunduntur venæ & arteriæ; ex epigaſtricarum radice. Reuera enim epigaſtricæ, quæ inter aſcendendum obuias habent mammillares, ad vterum non pergunt, quanquam proximæ illis adſtant, & ex eodem trunco, cum hypogaſtrica vteri vena exiliunt. Horum muſculorum actio eſt, vt partes hypogaſtricas præcordialibus ſeu hypochondriacis quam proxime admoueant. Vſus ex Columbo eſt, vt deorſum thoracem trahant, quo dilatetur. Ad horum extrema natura duos alios produxit exiguos muſculos, ex oſſibus pubis parte ſuperiore, figura triangulari, ad tutelam craſſi & communis rectorum muſculorum tendinis, ex quo ſuccenturia-
E torum nomen reportauere. Quidam volunt (neſcio qua ratione moti) exiguos duos illos muſculos iuuare erectionem penis. Columbus eos putat à rectis non eſſe ſeparandos, eſſeque rectorum carnoſa tantum principia. At contra Fallopius manifeſte probat alios, ſeorſumque à rectis eſſe, vſumque horum demonſtrat. *Situs. Ortus. Compoſitio. Epigaſtricarum & mammillarium venarum & arteriarum concurſus. Actio. Vſus. Succenturiati muſculi.*

Reſtant tranſuerſi explicandi, ita dicti ratione fibrarum, quæ cum rectorum fibris angulos rectos efformant. Figura ſunt quadrangulari, ſiti ſupra maximam peritonæi partem, cũ quo ita arcte adhæreſcũt vt vix ſeparari queãt. Originem ex lumborum apophyſibus, oſſis iliũ ſupercilio tranſuerſus apophyſib. *Tranſuerſi epigaſtrij muſculi figura & ſitus.*

verte-

vertebrarum lombarium, & extremitate oatharum coſtarum ſortiontur, contra multorum opinionem, quos conuincit nerui inſertio: deſinunt vero io lineam albam, vt omnes alii. Horum actio eſt, inteſtina comprimere, maxime ad fæcum excretionem. Cæterum octo omnes commemorati muſculi, præter vſum ſibi proprium, habeot aliom communem, quod ſcilicet propugnaculi loeo ſunt partibus omnibus ſubiaceotibus, & expulſiooi, ſeu excrementorum, ſeu fœtus, ſeu fuliginis ad vocis confectionem inſeruiunt: vt experientia fidem facit io his, qui buccinas & lituos inflant. Ventrem igitur hi muſculi æqualiter vndique comprimunt omni ex parte: diaphragma vero iuuantibus muſculis intercoſtalibus ſuperne deorſum impellit, ex qua conſpirante conteotione, ſequitur fæcum per anum excretio: quod niſi diaphragma acceſſiſſet, oon magis inferne, quam ſuperne per os excrementa hi muſculi expreſſiſſent. Quaoquam ad haoc fæcum excretiooem haud ſufficit epigaſtrieos diaphragma, & intercoſtales muſculos ve otrem comprimere: oportet inſuper laryngis muſculos clauſos eſſe. Nam hiante ore, nuoquam excrementa fœliciter prodeũt: quod ſic fuligo per os exilit, quæ cohibita, & ad diaphragma impulſa ipſum contendendo, mirum io modum fæces deorſom detrudit. Quare Pharmacopolæ cum clyſteres ioiiciunt, iubent ægrum os diducere, qoo facilius ſubeat clyſter, vix alioqui ore clauſo ſubiturus, quia ſic nihil eſſet in nobis vacui, in quod clyſter admitti poſſet.

Actio.

Octo epigaſtrij muſculorum communis vſus & actio.


Cur aperto ore fæces ſegnius procedant.

A

B

Declaratio primæ figuræ ventris inferioris.

Prima figura ventris inferioris.



AAAA. *Oſtendit circumſcripcionem peritonei à muſculis epigaſtrii ſecreti.*

BB. *Lineam albam, continuo tractu ab enſiformi cartilagine, ad os pubis ductam, cui adhærent membranæ muſculorum epigaſtrii.*

C. *Vmbilicum in muſculorum diſſectionem reſeruatum ad vaſorum vmbilicalium demonſtrationem.*

DD. *Vaſa ſpermatica per proceſſus peritonæi ad teſtes deſcendentia.*

EE. *Venas, & arterias epigaſtricas, ſurſum aſcendentes, per muſculos rectos & peritonæum.*

F. *Venas & arterias mammillares, deſcendentes tam per muſculos rectos, quam per peritonæum, quouſque per anaſtomoſin cum epigaſtricis concurrant.*

G. *Portionem venarum ad peritonæum venientium ex propagatione venæ ſine pari.*

H. *Muſculum tranſuerſum à linea alba diductum verſus ſpinam.*

K. *Os ilium carne denudatum.*

II. *Muſculos rectos deorſum inuerſos, in quibus apparet inſignis portio venarum & arteriarum epigaſtricarum.*

LL. *Paruos muſculos ſuccenturiatos.*

M. *Cartilaginem mucronatam.*

C

D

E

De Linea alba, & Peritonæo. CAP. XII.

Linea alba quid.

Linea alba, nihil eſt aliud, quam *terminus & extremitas muſculorum epigaſtrii, medium ventrem in duas partes, dextram & ſiniſtram diſcriminans.* Alba dicitur, tum à colore proprio, tum quod oulla illi pars carnoſa ſubiaceat, aut ſuperpoſita ſit. Supra vmbilicum latior eſt: infra vero ſtrictior, quod eo loci recti muſculi in vnum coeant.

Quid peritonæo tunica. Subſtantia & quãtitas.

Dicendum nunc eſt de Peritonæo tuoica, ſeu membrana: ſic dicta eſt, quod toti inferiori ventri ſit attenſa, omnibusque particulatim partibus, ventriculo contentis, qoibus etiam tunicam communem benigne largitur. Subſtantia eius ſpermatica eſt, vt omnium membranarum: quantitas eſt in altitudine valde exigua (eſt enim fere araneoſa) diuerſis tamen locis, varia viris mulieribusque. Nam viris ſupra

vmbi-

A vmbilicum craſſior eſt & validior, quo ſic ventriculi, ſæpe plus æquo diſtenti, cibis, dilatationem, ne
rumpatur, contineat. Contra mulieribus infra vmbilicum, tam craſſa deoſaque eſt, vt duplex videatur,
quo diſtentionem vteri à fœtu conceoto factam facilius ſuſtineret. Supra vmbilicum vero, mulieribus
viriſque æqualis peritonæi in robore conditio ob eandem rationem. Latitudo, longitudoque eius co-
gnoſcitur ventris circumſcriptione. Figura teres eſt & oblonga: quaſdam ex ſe producit apophyſes, tan- *Figura.*
quam dactylotheras, tam ad deductionem & robur vaſorum ſpermaticorum, & muſculorum teſtium
cremaſterum: ac præterea vaſorum eiaculantium furſum aſſurgentium, quam vt teſtibus, naturalibuſq;
omnibus partibus, tunicam impertiat. Compoſitio eius eſt ex tenuibus fibris, membranoſis, & neruo- *Compoſitio.*
ſis, concurrentibus vna venarum & arteriarum, exiguis quibuſdam velut ramulis, quos ex adhærētibus
partibus, ad vitam & alimoniam excipit. Vnica eſt hæc membrana numero, & vndique inſuper vna, & *Numerus.*
æqualis: quanquam Galen. perforatam eſſe eo loci, quo vaſa ſpermatica ad teſtes deſcendunt, adſtruat.
Sed id reuera foramen cenſendum non eſt, ſed productio potius, vt ante diximus. Notarunt recentio- *Lib. de ſemi-*
res Anatomici, peritonæon tunicam infra vmbilicum duplicem eſſe, atque per reduplicationis illius *ne.*
interſtitia arterias vmbilicales ad vmbilicum aſcendere. Sita eſt iuxta partes naturales, illiſque circum- *Situs & con*
B fuſa eſt, & adiuncta per tunicam, quam ipſis largitur: quemadmodum & partibus ſuis lateralibus, con- *nexio.*
iuncta eſt lumborum vertebris, ex quarum ligamentis (vel perioſtio potius illic exiſtente) originem,
parteſque, vnde coagmentatur, capit, parte inferiore oſſi adhæret pubis, ſuperiore vero diaphragmati,
cuius partem inferiorem totam obducit: anteriore ſeu exteriore muſculis tranſuerſis, à quibus niſi ſum-
ma vi diuelli nequit, adeo tenaciter adhæret, ob complicationem & adhæſum fibrarum ipſius, cum fi-
bris membranæ horum muſculorum propriæ, quæ membrana Galeni ſententia à peritonæo eſt: vt iam *Lib. 6. Meth.*
nihil mirum ſit, ſi duas tunicas illas diſrumpere facilius ſit, quam diuellere. Temperie eſt frigida & ſicca, *Vſus.*
vt omnes membranæ. Multos habet vſus: quorum primus eſt, omnes ventris inferioris partes inuolue-
re ac tegere, omentum præſertim, ne id per magnas compreſſiones, & conatus violentos exprimeretur
in inania muſculorum interſtitia, vt aliquando contingit in vulneribus epigaſtrii, niſi vlceris labra exa-
cte vnita fuerint. Tum enim ad vlcus apparet tumor ab inteſtinis & omento, extra peritonæum in mu-
ſculorum illa interſtitia inſilientibus, vnde ſæuus dolor. Alter vſus eſt, fæcum excretionē à parte ante-
riore, ventriculum & inteſtina comprimendo adiuuare, vt diaphragma à ſuperiore, tanquam ambabus
iunctis manibus. Tertius eſt, quod poſt excretionem prohibet, ne partes illæ flatu repleantur, dum eas
inanes coarctat & comprimit. Quartus & vltimus eſt, quod contineat ſua ſede partes omnes, eaſque
C colligat ad ſpinam dorſi, præcipue ne rapidis motionibus, vt ſaltibus, & caſibus ex alto, è loco ſuo exi-
liant. Denique notandum, peritonæum eiuſmodi eſſe, vt facile dilatari poſſit, vt videmus in hydropi-
cis, grauidis & aliis contra naturam tumoribus.

De Epiploo ſeu Omento, quod Zirbum etiam appellant.

Cap. XIII.


POſt partes continentes, ſequuntur contentæ, quarum prima eſt Epiploon, ſic dictum, quod inteſti- *Nominis ra-*
nis omnibus innatet. Subſtantia adipoſa eſt, & ſpermatica, quantitas eius penes altitudinem in va- *tio.*
riis hominibus varia eſt pro temperamenti ratione. Latitudo eius inteſtinorum deſcribitur regione. Fi- *Subſtantia.*
gura marſupium refert, quia duplex eſt. Compoſitio eius eſt ex venis, arteriis, adipe, & membrana, quæ *Magnitudo & figura.*
ex gibba ventriculi parte, & ſima duodeni, ac liene in inteſtina dilapſa reflectitur ex ventre inferiore ad *Compoſitio.*
ſummum colum. Vnicum eſt, inteſtinis, vt diximus, innatans: connectitur præcipue cum primis lumbo- *Connexio.*
rum vertebris, ex quo loco in brutis videtur tunicam accipere, vt in hominibus ex lienis ſima parte, &
D gibboſa ventriculi, & depreſſa ecphyſeos, vnde reduplicatum in anteriorem & ſuperiorem coli partem
terminatur. Quæ cauſa impulit Galenum, vt ſcriberet, ſuperiorem membranæ epiploi partem annexam *Lib. 6 anatō*
eſſe ventriculo: inferiorem vero laxiori parti coli: ex quarum partium vaſis ſua vaſa mutuatur, imo & *adm.*
neruos, ſi vllos habet. Temperies eius in macilentis frigida eſt & ſicca, quod his ſit epiploon ſinè adipe.
Pinguibus vero frigida & humida, ob adipem. Vſus eius eſt duplex: Primus eſt, vt calefaciat & humectet *Temperies.*
inteſtina, eorumque iuuet concoctionem, quanquam per accidens id præſtat, quod ſcilicet adipis ſui *Vſus duplex.*
denſitate, ne intro frigidus aer penetret, impediat: tum etiam caloris interni diſſipationem remoretur.
Alter eſt, quod in alimenti penuria, per magnas inedias ad aliquod tempus inſitum calorem, tum ven-
triculi, tum vicinarum partium fouet, & quaſi rore tuetur, vt eſt à Galeno proditum. Notandum inſu- *Lib. 4. de*
per eſt, quod in ruptura ſeu relaxatione peritonæi, deorſum delabitur omentum in ſcrotum, vnde epi- *Vſu part.*
plocele. Pinguioribus autem mulieribus, inter veſicam & vteri ceruicem ſe inſerit, ac compreſſione ſua *Fruſtratæ*
obſtat, ne ſemen integris viribus in vterum perueniat, adeoque fruſtratur conceptionem. Prætetea *conceptionis*
vbi vulnere, vel alio caſu, ſui aliqua portione humectatum fuerit, quæ huic reſpondet *cauſa.*
alui portio, frigida & cruda dehinc remanet, propter ra-
tiones expoſitas.

E

Figura

 A

Figura ſecunda ventris inferioris.



AAAA. *Monſtrat peritonaeum linea alba & vmbilico ad ilia vſque diuiſum: deinde inuerſum bis, quas vides literarum notis.*

B. *Vmbilicum à peritonaeo diſtractum.*

C. *Venam vmbilicalem hepatis ſima ſubeuntem.*

D D. *Duas arterias vmbilicales ad arterias ſacras deſcendentes.*

E. *Porum vrachum, ſi quis in homine ſit, in veſicæ fundum deſcendentem.*

F. *Veſicam, ſeu fundum ipſius.* B

G. *Connexionem peritonaei cum veſica.*

HH. *Anteriorem ventriculi faciem, iecore ac peritonaeo nudam.*

IIII. *Omentum, ſeu zirbum, aut epiploon, in omnia inteſtina effuſum, vnde & hoc epiploi nomen traxit.*

KKKK. *Venas, & arterias, quæ parte dextra & ſiniſtra in ventriculi fundum ſparguntur, cum earundem ſupra omentum diſtributione.*

LL. *Iecur.*

C

De Ventriculo. CAP. IV.

Quid ventriculus. Subſtantia. NVnc agendum nobis de ventriculo, *cibi toti corpori neceſſarii receptaculo, appetentiæ ſede*, vi neruorum in ipſius orificum ſuperius, indeque in ipſius vniuerſam ſubſtantiam ſparſorum. Subſtantia ipſius ſpermatica magis, quam ſanguinea eſt: quod pro vna carnoſa membrana duas obtineat neruoſas: quantitas ſeu magnitudo ventriculi varia eſt, pro varia corporum magnitudine & *Magnitudo. Compoſitio.* hominum ingluuie. Figura rotunda eſt, & oblonga, vtri muſico aſſimilis. Compoſitus eſt ventriculus ex duabus tunicis propriis, & vna communi à peritonæo, ſimul venis, neruis, & arteriis: propriarum eius tunicarum interior eſt membranoſa, fibris rectis contexta, ad ciborum attractionem: extenditur, propagaturque ad os vſque, quo fit, vt per ſympathiam, affectiones vnius partis, alteri facile communicen-*Ortus & ventriculi ſympathiæ cauſa.* tur. Ortum habet hæc tunica ex membranis cerebri, quæ comitantur neruos, à tertia & quarta coniugatione, ad os deſcendentes. Itemque ab aliis apophyſibus, per capitis foramina deſcendentibus: vnde & peti altera ratio poteſt ab ea, quam de neruis à ſexta coniugatione adſerre ſolent, cur in capitis vulneribus tam cito ventriculus cerebro compatiatur. Externa carnoſior eſt, & ſpiſſior, fibris obliquis con- D *Non tam vulgaris ratio de conſenſu ventriculi & vomitu fracto cranio.* texta ad retinendum & excernendum. Ortum hæc habet à pericranio, quod ſtatim vbi ad œſophagum peruenerit, fibras quaſdam carnoſas ſibi adſciſcit. Nerui ad ventriculum tranſmittuntur à ſexta cerebri coniugatione, vt dicetur ſuo loco. Venæ arteriæque in ipſum inſperguntur ex gaſtrica, gaſtrepiploide, coronaria & ſplenica: ex ſecunda, tertia & quarta venæ portæ diſtributione: & tertia arteriæ deſcendentis, ad partes naturales, ſimulatque diaphragma eſt egreſſa. Vnicus eſt numero. Situs magna ſui parte ad ſiniſtrum latus inter lienem, caua hepatis & inteſtina, vt vicinarum eiuſmodi partium calore adiutus, a-*Lib. 4 de vſu part.* lacrius in ciborum coctionem incumbat: nec me latet ſcripſiſſe Gal. magna ſui parte dextro lateri incumbere ventriculum: Sed inſpectio ipſa & ratio Gal. authoritati fidem derogant, nam quia plus loci vacui eſt in ſiniſtro latere, quod lien hepate minor ſit, æquum fuit, vt in ſiniſtrum latus magis incumbe-*Connexio.* ret. Connexio ipſius magis propria eſt cum œſophago, & inteſtinis per ſua duo orificia, per neruos cum cerebro, per venas cum iecore & liene, per arterias, cum corde, & per membranam ſuam communem *Temperies. Lib. 9 Meth.* cum omnibus partibus naturalibus. Ventriculi temperies in hominibus bene habitis eſt moderata, E quod fere ex æquali concurſu partium ſanguinearum & ſpermaticarum conſurgat: vel Galeni ſententia, ventriculus ex ſe, & partibus ſui componẽtibus frigidus eſt, & calidus, ex viſcerum vicinia. Cæterum aliis calidior, aliis frigidior pro varia variorum corporum temperie & complexione. Bene tẽperatus ille ventriculus eſt exiſtimandus, qui eſculenta poculentaque potenter attrahit, attracta complectitur retinetq; quoad in ſuccum cremori ſimilem, coctione & elixatione conuerſa fuerint, quem Græci Chylum *Calidioris ventriculi nota.* nominant: quidcuiq; excrementa primæ illius coctionis valide à ſe amandat & depellit. Calidior ventriculus ex eo innoteſcit, quod cibos duos atterit, conficitque melius, vt bubulas carnes, oua dura, & ſimilia, quam molles & friabiles, quos corrumpit, & in nidorẽ vertit. Sic enim recens natus pullus ad ar-*Nota frigidioris.* dentẽ ignem torretur potius, quã laudabiliter coquitur. Frigidior vẽtriculus cibos valde appetit, tardus eſt ad coquendũ, præſertim cibos frigidos & difficilis cõcoctionis, quos ob id facile in quid acidũ vertit.

Ventri-

A Ventriculi bene morati duplex eſt actio : vna communis , altera propria. Communis eſt, cibos ore ingeſtos atterere , miſcere & concoquere , ad ſuam & vniuerſi corporis concoctionem, poſtquam hepatis elaboratio acceſſerit : quæ priuſquam acceſſerit , fruitur tantum chyli iucunda voluptate ventriculus , ſeque ſolatur aduerſus circumſtantium partium æſtum & ſqualorem , ex quo primæ coctionis officina dicitur. Propria actio eius eſt , attrahere , retinere & aſſimilare ſibi , quod eſt conueniens : expellere vero , quod ſeu quantitate , ſeu qualitate , ſeu tota ſubſtantia fuerit contrarium. Duo habet orificia , vnum ſuperius , quod ſtomachum & cor vulgo nominant : alterum inferius , quod pylorum. Superius ad ſiniſtram vergit iuxta ſpinam dorſi ; longe amplius & capacius eſt inferiore , quo excipiat commodius cibos ſemimanſos , duros & craſſos ; quos magna auiditate helluones præcipitant ; inſigni ſentiendi vi pollet , quod ſit ſedes appetentiæ , vi neruorum , hoc orificium mutuo complexu contexentium : quo fit , vt illa parte acri ſenſu præditus ſit ventriculus , vt indigentiam & inanitionem ciborum percipiat , ad paſtum quærendum animal excitans. Nam etſi natura aliis partibus quatuor facultates indiderit , ſenſu tamen carent eorum , quibus indigent ; ſed nutriuntur tantum venarum ſuctu continuo , vt plantæ attracto ex terra ſucco. Situm

Actio duplex.

Duo ventriculi orificia.


B eſt hoc orificium , ad quintam thoracis vertebram , cui fere incumbere dicitur. Mallem tamen dicere ; incumbere ipſum duodecimæ vertebræ thoracis , & lumborum primæ : hoc enim loco œſophagus diaphragma perforat , ac ſuperius id orificium conſtituit. Inferius orificium ad dextram corporis partem vergit , ſub ſimis hepatis. Longe eſt ſuperiore anguſtius , ne quid niſi ſedulo attritum ; & coctione elaboratum , elaberetur : idque beneficio velut annuli cuiuſdam , muſculo ſphincteri ani ſimilis , quem glandem nonnulli eſſe putarunt , factam ex tranſpoſitione membranæ interioris ; & carneæ ventriculi , in eam , quæ inteſtinis eſt externa. Scio Columbum deridere glandulosum hunc annulum , ſed cuiuis acrius intuenti , pylorus glanduloſus videbitur : ventriculus fundo ſuo & parte interiore multas rugas habet , quæ valent ad continendos cibos , quouſque perfecte confecti fuerint. In ventriculo partes gibbam & cauam notamus : caua diaphragma & iecur reſpicit : gibba inteſtinis obuerſa eſt : de quibus inſtat , vt dicamus ; ſi prius id adnotauerimus , ventriculum per ingentes ſui exolutiones , poſſe ad vmbilicum vſque iuxta veſicam delabi , quod in nonnullis poſt obitum diſſectis , obſeruauimus.

Situs ſtomachi.

Glandulosus pylori annulus.

Delapſus ventriculi.

C *Tertia figura de anteriori ventriculo.*



D

E

A. *Monſtrat initium œſophagi, oris parti continuum quæ faucium nomine intelligitur.*

BB. *Amygdalas glandulas, quæ propriæ pariſthmia, antiades, & tonſilla, denique ſaliuares glandulæ dicuntur.*

CC. *Corpus glanduloſum . quod reperiri ſolet ſupra quintam dorſi vertebram , ex quo loco , œſophagus cedit magnæ arteriæ , ad latus dextrum nonnihil declinante: Veſalius lib. 5. cap. 3. & Columbus cap. vlt. lib. 9. ſcribunt eiuſmodi glandulam humore quodam eſſe refertam, quo œſophagus imbuatur, vt facile tibi, velut per lubricum, in ventriculum delabi poſſint. Haud aliter, quam proſtatæ gandulæ, humore quodam craſſo, & oleoſo ſunt refertæ , quo delíniant vrinæ meatum, vt liberiore & minime moleſto curſu vrina per ipſum diffluat.*

DD. *Neruos ſextæ coniugationis ad ventriculi orificium ſuperius, tandemque in omnem ventriculi capacitatem, ſuis diuaricationibus perreptantes.*


E. *Orificium ventriculi ſuperius.*

F. *Orificium ventriculi inferius , quod pylorus dicitur.*

G. *Ecthyſim ſeu dodecadactylon.*

HHHH. *Venas & arterias ventriculi.*

Quarta ventriculi inuerſi figura.



A. *Monſtrat œſophagi initium.* A

BB. *Duo corpora glandulοſa, quibus quaſi innititur ventri-lus, ad quintam dorſi vertebram.*

CC. *Duos neruos ventriculi.*

D. *Orificium ſuperius.*

E. *Orificium inferius.*

F. *Inteſtinum duodenum.*

GG. *Venas & arterias ventriculi.* B

HH. *Partem ventriculi poſteriorem.*

I. *Ingreſſum meatus cholidochi in inteſtinum duodenum.*

K. *Partem ventriculi cauam.*

L. *Partem gibbam, ſeu ventriculi fundum.*

De Inteſtinis. CAP. XV.

Subſtantia. INteſtina, *diſtributionis & excretionis inſtrumenta*, ſubſtantiæ, & compoſitionis ſunt eiuſdem cum ventriculo, niſi quod tunicarum veotriculi ſitus, eontratio habet ſe modo, quam in inteſtinis. Quæ enim C *Figura.* ventriculo interior eſt, illa inteſtinis eſt exterior, & contra. Inteſtinis figura eſt rotunda, fiſtulata & capax: aliis magis, aliis minus, pro varia ipſorum magnitudine. Nam quod ad quantitatem attinet inteſti- *Numerus.* norum, alia ſunt tenuia, alia craſſa, plus minuſve, pro eorporum varietate. Sex vero ſunt numero, nam tria ſunt tenuia: Echyſis ſeu duodenum, Ieiunum & Ileon: tria craſſa, cæcum, colon, & rectum. Quæ *Duodenum.* omnia id nominis accepere: Primum quidem, qood ſit ſine vlla reuolunone, ſine vllis gyris, quaſi quidam ventriculus, in doodecim digitorum magnitudinem extenſus; cuiuſmodi magnitudo in magnis hominibus viſitur, quales ſæpius Galeni temporibus occurrebant, quam hac noſtra ætate, qua non viſitur eiuſmodi inteſtinum, niſi ſeptem, aut octo ad ſummum digitorum loogitudinis. Huius longitudinis cauſa eſt vt exitus ſit liber venæ portę è iecore egredienti, itemq; arteriæ & oeruo, quæ in ipſum perreptant. Nam cum eiuſmodi inteſtinum aliquando ad ſumma hepatis aſſurgat, ſub cyſtum fellis, quo ſæpe tingitur, ſi illic reuolutiones haberet, ſpatium occuparet, quod eiuſmodi vaſis & ductibus via eſt. Alii eiuſmodi figuræ aliam rationem reddunt, ne ſcilicet quidquam eſſet, quod impediret facilem & *Ieiunum.* promptam chyli perfecte mitificati ad hepar diſtributiooem. Secundum Ieiunum dicitur, noo quod plane inane ſit, ſed quod reliqoorum comparatione pauca ſint, quæ contineat. Huius inanitionis cauſa triplex eſt: Prima multitudo venarum & arteriarum meſaraicarũ, quæ ipſum circumſtant, vnde ma- D tor chyli, & promptior ex ipſo diſtributio: Secunda eſt hepatis vicinia, chylum in ipſo contentum valide ſugentis. Tertia eſt bilioſi humoris in ipſum defluxus à cyſti fellis, qui acrimonia ſua eiuſmodi inte- *Ileon.* ſtini ſordes ſubinde deterget, & contineoti appulſu ad excretionem ſollicitat. Tertium Ileon nuncupatur, quod inter ilia ſitum ſit: nihil ſubſtantia & magnitudine à cæteris differt, ſed hoc vno, quod plus materiarum in ipſo contineatur, quam in reliquis, propter vaſorum in ipſum deſinentium paucitatem; *Cæcum.* vt nihil mirum ſit, ſi exacta ipſorum demonſtratio fieri nequeat. Quartum cæcum dicitur, quod reddendis recipieodiſq; materiebus, vnicum ductũ habeat. Adeſt huic inteſtino longa & ſtricta apophyſis, quæ nonnullorũ opinione (plane errooea) ſæpe in ſcrotum delabitur, in peritonæi ruptura aut relaxatiooe: nam ventre inferiore, apophyſis illa cootenta peritonæo, eiuſmodi delapſum intercludenti pertinaciter adhæret. Videtur vero Galenus per eiuſmodi inteſtinũ cæcum apophyſim hanc longã & ſtrictam intellexiſſe, & certe ita ſentit anatomicorũ vulgus, ſed hic iuſta eſt Veſalii in Galenũ reprehenſio. *Colon.* Quare Syluius, vt a Galeno hanc culpam depellat, vult, vt per cæcum, coli initiũ intelligamus. Quintũ *Rectum.* dicitur colon, quod reliquis maius ſit & capacius. Sextum & vltimum Rectum, propter rectitudinem ductus: in hoc & in brutis præſertim, adeps quidam continetur ad viam lubricandam, & ne excremen- E torum durorum & acrium acrimonia, in tranſitu inteſtinum exulceretur.

Situs. Omnium eiuſmodi inteſtinorum ſitus eſt eiuſmodi. Ecphyſis, ad latus dextrum ſupra ſpinam vergit. Ieiunum magnam partem occupat ſuperioris regionis vmbilicalis, ſuis ſe gyris ilei inteſtini gyris ſimilibus in vtrumq; latus diffundens, vſq; ad ilea. Ileon ſitũ eſt ad inferiora vmbilicalis regionis, in orbes plurimos & anfractus actum, vſq; ad caua oſſis ſacri, ſupra veſicã & partes laterales hypogaſtrii, quas ilia nominant. Cæcũ ad dextram vergit, paulo infra renem ſupra quintam & quartã lumborũ vertebram. Colon ad formã arcus ſcythici incuruum & inflexum eſt, omnia a cæco inteſtino ſubtus renẽ dextrum

com-

A comprehendens, vſque ad cana hepatis, indeque per ventriculi gibbum, ſupra gracilia inteſtina vſq; ad cana lienis progreditur: vnde ſubter renem ſiniſtrum delapſum, aliquot reuolutionibus, in lumborum vertebras terminatur. Ex quibus omnibus orbibus & anfractibus coli inteſtini, facile eſt diſtinguere nephriticum dolorem, qui certa ſede defixus eſt, à colico, per eos, quos diximus anfractus, decurranti. Rectum obliquo ſitu ad ſiniſtram vergit ſupra ſpinam oſſis ſacri, vſque ad ani extrema. *Diſtinctio nephritici doloris a colico.*

Connexu omnibus vna & communis eſt: omnia enim mutuo ſibi adiuncta ſunt per ſuas tunicas, quia ab œſophago vſque ad anum vnica via eſt: viſceribus vero principibus, per neruos, venas & arterias cohærent. Magis propria connexio eſt, quod Ecphyſis parte ſua ſuperiore pyloro adnectitur, inferiori vero, ieiuno, & partibus ſubiacentibus, per peritonæi tunicam; Ieiunum cum Ecphyſi & ileo, Ileon cum ieiuno & cæco, Cæcum cum ileo & colo, & ſpinæ parte dextra, vbi arctius adſtringitur. Colon, cum cæco & recto, & media ſui parte cum renibus & ventriculi gibbo: quo fit, vt in colica; id flatibus diſtentum ſubuertat, comprimatque ventriculum, vnde vomitus: Vltimum rectum cum colo & ano. Ad cuius extrema affixus eſt muſculus, figuræ rotundæ, & circularis, ſphincter dictus, natus ex vertebris inferioribus oſſis ſacri & caudæ, cuius beneficio, tanquam repaguli cuiuſdam, cohibentur voluntatis nutu *Connexio.* *Cur in dolore cholico contingat vomitus.* *Sphincter ani.*


B excrementa, ne contrà decorum ad omnem honeſtatem natus homo, paſſim & ad momenta quælibet, ventrem turpiter exonerare cogeretur: nam quibus per paralyſim procidit hic muſculus, his inuitis excrementa exeunt. Ad inteſtini recti extrema, ſitum eſt corpus, mediæ inter carnem & cutem ſubſtantiæ, quaſi vtriuſq; mixtione conſurgens, labiorum extremis ſimile, eiuſdem cum ſphinctere vſus, niſi quod non adeo ſit eius rei potens. Sed & circa id venæ ſitæ ſunt, hæmorrhoidales dictæ, de quibus ſuo loco. Præterea ad huius inteſtini extrema deſcendunt duo alii muſculi, lati & membranoſi, ex vnoquoque latere vnus, orti ex partibus lateralibus & internis oſſis pubis & iſchii, qui ſupra ſphincterem inſerti, anum delapſum reuocant: vnde leuatores ani dicuntur. Itaq; cum vel imbecilliores ſunt, vel reſoluti, vel anus pondere humorum pituitoſorum, ſalſorum, bilioſorum & ſeroſorum grauatur, vix inteſtinum in ſuum locum reſtituitur, vt digitorum opera ad eã rem ſit opus. Inteſtina ventriculi temperiẽ ſequuntur. *Gal. lib. 5. de vſu par. c. 14* *Leuatores ani.*

Inteſtinorum actio, eſt chyli diſtributio per venas meſaraicas (quod tribus tenuibus inteſtinis ex officio incumbit) & chyli excrementorum exceptio, retentioque ad vſq; excernendi tempus idoneum, quod trium eſt craſſorum. Præterea tenuia illa inteſtina, chylo in ventriculo elaborato, extremam velut manum addunt, etſi non in eum vſum ſint comparata; ſed ſæpe natura corporis partibus ad melius quid abuti ſolet. Aduertendum vero eſt, quod ad inteſtinorum attinet compoſitionem, illa fibris tantum *Actio inteſtinorum.* *Fibræ inteſtinorum.*

C tranſuerſis eſſe donata, excretionis gratia: niſi quod ad initium coli, & finem recti additas tranſuerſis rectas quaſdam cernere eſt, ad ipſarum robur, ne ſcilicet duorum excrementorum tranſitu, & excernendi laborioſo illo conatu (in brutis præſertim) diſrumpi & dilacerari inteſtina illa contingeret. Quod ſi quis quærat, qui cum fibris obliquis careant, retentio in illis fiat: is intelligat retentionem fæcum in recto fieri, vi ſphincteris muſculi, ſæpe vero in cæco, earundem duritie & copia, quo fit, vt hæreant in tranſitu. In omnibus vero, ob conformationem in orbes plurimos & anfractus actam. Longitudo inteſtinis eſt ſepties maior, totius corporis longitudine. Huic longitudini acceſsit anfractus, ne in momento efflueret alimentũ, ac ne per ingluuiem ab agendo & contemplando homines reuocarentur. Sic n. fieri videmus in pleriſq; brutis, in quib. vnicum eſt inteſtinũ, recto ductu à ventriculo in anum exporrectum, vt Lupo ceruetano, aliiſq; inſatiabilis ingluuiei animantibus, ad paſtum, plantarum inſtar ſemp abiectis. *Vnde retẽtionis in inteſtinis opportunitas.* *Longitudo & figura.*

Quinta figura ventris inferioris.

D



E

A. *Cartilagineum monſtrat enſiformem.*

B B. *Peritonæum inuerſum, cum fractis coſtis.*

C. *Ligamentum anterius, & præcipuum hepatis.*

DD. *Hepatis partem gibbam.*

E. *Venam vmbilicalem iecur ſubeuntem.*

FF. *Partem ventriculi anteriorem.*

Hhhh. *Colon.*

I. *Recti initium.*

K. *Cæcum inteſtinum.*

LLL. *Faciem exteriorem tenuium duorum inteſtinorum, Ieiuni nempe & Ilei, quorũ Ieiunum altius eſt ſupra vmbilicum, Ileum vero inferius.*

M. *Fundum ſeu corpus veſicæ.*

De Meſenterio. CAP. XVI. A

Subſtantia. Magnitudo. Figura. Compoſitio. POſt inteſtina ſequitur Meſenterium, ſubſtantiæ partim adipoſæ, partim ſpermaticæ. Magnitudo ſatis patet, quanquam aliis maior vel minor, pro corporis magnitudine. Figuræ rotundæ eſt, ſine magna altitudine. Compoſitum eſt ex duplici tunica, ab origine & radice peritonæi orta. In medio ſui neruos admittit, à coſtali ſextæ coniugationis, venas à vena porta, arterias ab arteria deſcendente, ingentem inſuper adipis copiam, & multa corpora glanduloſa, ad fulciendam vaſorum per ipſum ſparſorum diuiſionem, ſimul ad illorum irrigandam ſubſtantiam. *Numerus.* Numero vnicum eſt, in inteſtinorum medio ſitum, vnde & nomen traxit. Id tamen nonnulli in duas partes diuidunt, nempe in meſeræum, id eſt, portionem, quæ tenuibus inteſtinis intertexta eſt, & in meſocolon, quæ craſſis. *Connexio.* Connexio eius per vaſa eſt, cum partibus principibus, per totam vero ſuam ſubſtantiam cum inteſtinis, & nonnihil cum tenibus, è quorum regione tunicas videtur aſſumere. *Temperies.* Temperie frigidum eſt & humidum, ſi quis eius reſpiciat adipoſam ſubſtantiam: at ſi reliquas eius partes, frigidum & ſiccum. *Actio.* Eius actio & vſus eſt deuincire & continere inteſtina, ſuo quodq; loco, ne in ſe inuicē temere implicentur, ac per venas meſaraicas (quas hepatis manus vocant) chylum ad hepar deducere. *Venæ meſaraicæ ab hepate omnes.* In quo notandum, venas omnes meſaraicas venire ab hepate, vt diſſectione corporum intelligimus: quanquam nonnulli aſſeruerint, nonnullas eſſe venas alimoniæ inteſtinorum dicatas, nullatenus ad hepar pertinentes, ſed quæ deſinant in corpora quędam glanduloſa, per ipſum meſenterium ſparſa, de quorum vſu paulo poſt dicemus. B

De Glandulis in genere, & de Pancreate. CAP. XVII.

Subſtantia glandularũ. GLandula, corporis pars eſt ſimplex, ſubſtantiæ alias ſpongioſæ & mollis, alias denſæ & durę. Molles quidem glandulæ ſunt tonſillæ ſeu ſaliuares, purgatis amygdalis ſimiles: Thymus, pancreas, teſticuli, proſtatæ. Denſæ vero & duræ, vt parotides & aliæ. *Quantitas & figura.* Quantitate & figura, glandulæ differunt inter ſe: nam aliis aliæ maiores ſunt, & nonnullæ rotundæ, aliæ planæ, vt thymus & pancreas. *Compoſitio.* Compoſitionē ſortiuntur nonnullæ ex venis, arteriis, neruis & propria carne, vt pariſthmia ſeu antiades, vel tonſillæ lactificæ in mammis & teſtes. Aliæ neruis carent, qui ſaltem videri queant, vt parotides, axillares & aliæ.

Numerus. Numerus glandularum incertus eſt propter infinitam multitudinem, & ludentis naturæ varietatem. Paſſim his inuenies locis, vbi magnæ vaſorum diuiſiones fiunt, vt in medio cerebri ventriculo, in ſuperiore thoracis parte, in meſenterio & aliis: quanquam aliæ eo ſitæ ſunt loco, quo natura opus eſſe cenſuit, vtilem animanti ex illis humorem gignere & effundere, vt tonſillæ ad linguæ radices, lactificæ C ad mammas, ſpermaticæ in ſcroto, & ad vteri latera, vel vbi emunctoria parare natura decreuit partibus principibus, & ad aures, axillas & inguina.

Connexio. Glandularum connexio eſt, non modo cum partium vaſis, ad ſuam compoſitionem concurrentibus, ſed etiam cum illis, quarum replent, conſeruantq; diuiſionem.

Temperies. Temperie ſunt frigidæ, ex quo Medicis ſanguis in mammis dicitur recrudeſcere, cum lactis formam illic accipit.

Actio & vſus. Cæterum ex his aliæ habent actionem, vt tonſillę, quæ ſaliuam fundunt toto ori perutilem, mammæ lac, teſtes, ſperma: aliæ vſum tantum, vt quæ comparatæ ſunt ad conſeruandas, fulciendas & complendas vaſorum diuiſiones.

Pancreatis ſubſtantia. Situs. Præter hæc de glandulis in genere, ſciendum eſt, Pancreas *corpus* eſſe *glanduloſum, carniforme*, vt quod carnis ſimilitudinem vndique habeat & oſtentet. Situm eſt ad hepatis ſima, ſub cephyſi, cum quo magnā habet connexionem, & ſub vena porta, vt ipſi, ipſiusq; diuiſionib. ſit velut propugnaculo, dum ſcilicet inania replet ſpatia, vaſis ipſis interiecta, ſicq; prohibet, ne violento aliquo motu, vt lapſu, diuulſa violentur. D


De iecore. CAP. XVIII.

HIs expoſitis, diſſectionis ordo nunc poſtularet, vt de venæ portæ diſtributione ageremus: ſed quia *Quid hepar.* ea bene intelligi nequit, niſi hepatis, vnde vena porta oritur, perſpecta omni natura, ideo tranſlata illa in commodiorem alium locum: de hepate nunc dicemus. Ergo hepar, Galeni ſententia, *lib. de form. fæt.* primum eſt ex omnibus corporis partibus, quod abſoluitur in conformatione, *ſanguinis* eſt *officina & author, venarumq; origo.* Eius ſubſtantia eſt velut concretus ſanguinis limus. Quantitas varia eſt, non modo diuerſæ, ſed & eiuſdem ſpeciei corporibus: & hominibus inter ſe, quorum alter guloſus erit & timidus, alter audax & ſobrius. *Subſtantia & quantitas.* Illi enim, quam huic, longe erit amplius hepar, quod chyli ampliorũ copiam excipiendam & elaborandam habeat: omnibus tamen iecur magnum eſt hominibus, quod his magna ſit opus ſanguinis copia, ad tot ſpirituum, & humidi ſubſtantifici, quæ in momento quolibet agendo & contemplando, reſoluuntur, & diſſipantur, reparationem. *Cur meticuloſis amplius ſit iecur.* Cur vero timidis amplius ſit iecur, duplex afferri ratio poteſt: Prima, quod his facultas vitalis, in qua animorũ, & irarum exiſtit ardor, quæ eſt in corde, ſit imbecilla; Itaq; eius defectum ſuppleri facultatis naturalis robore. Sic enim natura ſolet, *Numerus.* quod vna ex parte deeſt, id alterius incremento, & acceſſione compenſare: Altera, quod frigidi homines plus appetant, quia Galeni ſententia *in Arte parua*, frigiditas facit ad appetentiam: quo fit, vt maior E his chyli ſuppetat copia, cuius abundantia hepar nutritur, & accreſcit amplius. Quibuſdam brutis in quinque & plures lobos diuiſum eſt iecur, vt Cani & Sui; at homini vnus ſæpe adeſt lobus, alias duo, ad ſummum tres: hique haud ita magno interuallo diſcreti: qui ſuperiorem & cauam ventriculi regionem complexu ſuo fouent ad promouendum coctionis opus. Ergo iecur vnico fere lobo contentum eſt: quanquam tenui ſemper diuiſione fiſſum, vt tranſitum liberum habeat vena vmbilicalis in ipſius radices & ſubſtantiam penetrans: quin & ſæpe vmbilicali illi venæ ſubſtratus eſt exiguus quidam velut hepatis lobus, ſtraguli vice. *Figura.* Hepatis figura eſt gibboſa, eminens, & leuis, verſus diaphragma: verſus ventriculum

A triculum ſima quodammodo inæqualis,& aſpera,propter loborum interſtitia, venæ cauæ originem, &
ſitum folliculi fellis. Compoſitio hepatis eſt ex venis, neruis,arteriis,tunica,& propria ſubſtantia,quã *Compoſitio.*
nos ſanguinem craſſum,& concretum,ſeu parenchyma dicimus. Venæ illi, itemque arteriæ ex vmbili-
co veniunt: At nerui ex his immediate, qui per ventriculum diffunduntur Hippocrate authore. Quan- *Nerui he-*
quam illi in hepatis ſubſtantiam non alte penetrant,quod exacto ſenſu indigere non videretur, ſed in *patis.*
eius tunicam & ſuperficiem diſtribuuntur, quod hoc viſcus diſtributionis in vniuerſum corpus gratia
comparatum,nullum ſibi reſeruat humorem acrem,aut malignum, ad cuius præceptionem neruo in-
diguerit,quanquam ipſi ſubtenſa tunica,multas neruoſas fibras in eius ſubſtantiam demergit, vt appa-
ret per eiuſmodi tunicæ ab elixo hepate diſtractiooem,idem de reliquis ſentiendum viſceribus. Tuni-
ca hepatis eſt à peritonæo gracileſcente;propria caro à vena vmbilicali,cum diuidit ſe ad venarum por- *Situs*
tæ & cauæ generationem, vt eſt à Galeno notatum *lib. de format. fœtu.* Hepar vnicum eſt,magna ſui par-
te in dextro latere ſitum,minore vero in ſiniſtra,contra quam ventriculus. Eius connexio eſt in primis *Connexio.*
cum ventriculo,& inteſtinis, per venas & membranas peritonæi; per venam cauam, & arteriam cum
corde;per neruum cum cerebro;perque eadem illa vincula cum omnibus corporis partibus. Temperici *Temperies.*
B eſt calidæ,& humidæ,quibus id calidius eſt, venis ſunt amplis & feruente ſanguine:quibus frigidius, ve-
næ anguſtæ & facies decolor. Actio hepatis eſt, chyli in ſanguinem conuerſio, ſecundæ coctionis opus. *Actio.*
Etſi enim chylus in venas meſaraicas primum illapſus,ſanguinis rudimentum accipiat,ſanguinis tameri
formam & perfectionem non ante adipiſcitur, quam in hepate elaboratus, & pleoe concoctus fuerit.
Tribus alligatur,firmaturq; craſſis ligamentis:duobus quidem lateralibus in coſtarum notharum me- *Ligamenta*
dio,ad fulcienda eius latera,& tertio ſuperiori ac robuſto,ex xiphoide cartilagine deſcendente, ad ful- *hepatis.*
cieodam partem eius ſuperiorem,quæ ſuo pondere, ventriculi orificium inferius comprimere, ſitque
procidentiam ſterni,& furculæ moliretur: Atque hæc de ligamentis propriis veniunt intelligenda;nam
reliqua communia,venas,arterias,neruos,& peritonæi tunicam, per quam lumbis adnectitur, & alus
naturalib. partibus,ſum⁹ executi. Sed & norandũ,prętet tria illa propria ligamẽta alus inſuper hepat al-
ligari ad nothas coſtas, vt obſeruãt Sylui⁹ *in anatomicis obſeruationibus*, & Hollerius *in Praxi cap. de pleuritide.*

De Veſica fellea. CAP. XIX.

VEnieridum nunc ad veſicam felleam,quæ ſubſtantiæ eſt neruoſæ, & magnitudinis pyri minuſculi, *Subſtantia.*
quod eleuchirium ſeu cucurbitinum nominant:figuræ eſt rotundæ, fundo quidem capacior, ſed *Magnitudo.*
C lateribus,& orificio arctiori,& anguſtiori. Ex duplici eſt coagmentata tunica,vna propria triplici ſtami- *Figura.*
oum genere contexta,altera à peritonæo. Venam habet à porta,& arteriam ab ea, quæ in hepar diffun- *Numerus.*
ditur:neruum à ſexta coniugatione. Vnica eſt ſub maiore hepatis lobo parte dextra abdita,connectitur *Connexio.*
cum hepate proprii corporis,& ductuum ſeu canalium,actioni ſuæ edendæ comparatorum, contactu,
itemque ecphyſi,non raro etiam ventriculo,altero ductu. Omnibus denique partibus per venas, ner-
uos,arterias,& tunicam communem. Temperamenti eſt frigidi, vt pars omnis neruoſa. Actio eius eſt *Temperies*
bilioſum humorem, excrementitium quidem illum,ſed tameri naturalem ab hepate fibrarum rectarũ *Actio.*
opera ſecernere ad ſanguinis depurationem,attractumque per obliquas fibras eo vſque retinere,donec
quantitate,qualitate,aut tota ſubſtantia,moleſtus eſſe cœperit,tumque per fibras tranſuerſas in ecphy-
ſim depellere,ad ſolicitandam inteſtinorum excretricem. Scio Fallopium tot fibrarum contextum a-
ctionis eius,quam diximus,miniſtrum veſicæ felleæ denegare:Sed illi abunde reſpondiſſe videtur Ve-
ſalius. Veſicæ felleæ varii ſunt canales:Nam hæc cum ceruice ſatis anguſta, aduſque venæ portæ originẽ *Veſicula*
peruenerit,in duos canales dirimitur,quorum vnus, nullam paſſus ſui diuiſionem fertur in ecphyſin, *fellea cana-*
niſi quod in quibuſdam alium canaliculum in ventriculi fundum demittit, vt notatum eſt à Galeno, *les.*
D cuiuſmodi hominib⁹ vita miſera eſt,& moleſta;nempe obnoxiis bilioſis vomitib⁹, præcipue ieiuno vẽ- *Lib. 2. de*
triculo,cũ magnis capitis & ſtomachi dolorib⁹, vt ab eodẽ Galeno eſt annotatũ. Alter vbi extra hepatis *Temper.*
corpus ꝓruptus,ſe in duos aut tres duct⁹ diuiſerit,hepatis rurſum ſubſtantiã ſubiẽs,infinitis ramulis, ve- *Cap. 78. ar-*
nę portæ tondẽ ramulorũ comitibus,per hepatis ſubſtãtiã diuiditur, quo ſic ſanguis nili elaboratiſſim⁹ *tis medica.*
& defæcatiſſimus in venam cauam non aſſurgeret & difflneret,quę omnia manifeſte diſſectio docet.



Sexta figura de folliculo fellis.

A. *Monſtrat fundum folliculi fellis.*

B. *Meatum communem humoris bilioſi, attractioni & depulſioni, in C. definentem.*

D. *Meatum proprium alliciendæ ab hepate bili.*

F. *Canalem dicatum excernendæ bili in ecphyſin inteſtinum, notatum litera E.*

G. *Portionem ecphyſis.*

H. *Orificium ventriculi inferius.*

L. T. Venas & arterias vnius lateris, quæ à vena porta & arteria hepatica exporrectæ in cyſtim fellis. aliis alterius lateris paribus oſculis occurrunt & reſpondent. A

De Liene. Cap. XX.

QVia vero nec venæ portæ diſtriborionem decenter demonſtrare poſſumus, niſi prius liene ſubla-
Subſtantia. to,& ſua ſede moto. Ideo priuſquam vltra progrediamur; viſum eſt de liene dicere. Lien ergo ſub-
ſtantia eſt molli, rata & ſpongioſa (quo facilius exciperet & ebiberet ſanguinis ex hepate fæcem) hepa-
tis carne nigriore. Refert enim colorem eius limoſi ſanguinis, ex quo generationem habet. Magnitudo
eius ſaris eſt inſignis: Aliis tamen, quam aliis amplior, pro varia hominum remperie & complexione.
Quantitas & figura. Figura quaſi triangularis, gibba, qua parte coſtis & diaphragmati adhæret, caua autem, qua ventricu-
Compoſitio lum ſpectat. Compoſitio eius eſt ex tunica, propria carne, vena, arteria, & neruo: membrana eſt à peri-
tonæo; propria caro ex fæce ſanguinis, ſeu potius humore melancholico naturali, vt quo nutriatur: Ve-
nam ſuppeditat quartus venæ portæ ramus; arteriam primus ramus arteriæ magnæ deſcendentis à pri-
Neruus lienis. mo ſtatim extra diaphragma egreſſu: Neruum vero ſuggerit coſtalis ſiniſter à ſexta coniugatione per B
coſtarum radices parte interna: atque hunc neruum manifeſte intueri licet, non modo ſe per tunicam
lienis ſpargentem, ſed & propriam eius carnem penetrantem cum ipſis vaſis, eodem plane modo, quo
Numerus & ſitus in corde & pulmonibus contingere videmus. Numero vnicus eſt. Situs in latere ſiniſtro inter ventricu-
lum & coſtas nothas vel diaphragma potius, quod ad earum radices deſcendit. Nam ſæpius diaphra-
gmati parte ſua gibboſa adhæret per tunicam à peritonæo, vt & caua ventriculo: tum per quaſdam ve-
nas, quas ille in ventriculum tranſmittit, tum per Epiploon. Connexionem habet proxime vel ſecun-
Temperies. & Actio. dario cum omnibus corporis partibus, per illa ſua vaſa. Temperiei eſt frigidæ & ſiccæ: Actio & vtilitas e-
ius eſt, humorem melancholicum naturalem ſegregare; quem fœculentum attenuat vi mul-
Vas breue. tarum arteriarum per ſuam ſubſtantiam intextarum: harum enim continuo motu & calore natiuo, quē
vegetum ſecum à corde deferunt, craſſus ille ſanguis craſſitiem exuit, quam per ductus in eam rem pa-
ratos excutit lien, tenuiore portione in ſui alimoniam retenta. Ductus, per quos craſſitiem melancho-
licā ſanguinis à ſe deponit, ſunt vena ex eo in ventriculum aſcendens ad irritandam eius ſua aciditate
Hæmorrhoidales venæ. appetentiam, & adſtrictione roborandam ſubſtantiam: vena item altera, quæ aliquando à ramo ſpleni-
co, alias à vena porta ſub ipſo plane eius orificio, ad anum deſcēdit, vt illic venas hæmorrhoidales con- C
ſtituat.

De Vena porta, & eius diſtributione. Cap. XXI.

Subſtantia. VEna porta, vt & omnis alia vena ſubſtantiæ eſt ſpermaticæ, magnitudinis ſatis inſignis, figuræ to-
Magnitudo tundæ & cauæ, ductus & tubi inſtar. Compoſitio eius eſt ex tunica propria, & vna communi à pe-
Compoſitio. Situs ritonæo. Vnica eſt. Sita in ſima, ſeu concaua hepatis parte, vnde erumpit (vel ex vmbilicali potius,) in
Connexio inteſtinorum omnium medio, cum quibus connexionem habet, & cum ventriculo pariter liene,
Temperies. ſphinctere ani, & peritonæo per tunicam, quam inde accipit. Temperiei eſt frigidæ & ſiccæ. Actio
Actio. eius eſt chylum è ventriculo & inteſtinis ſugere, excipere, inque hepar deducere, donec eun-
Vena porta ſex rami. dem in ſanguinem verſum reuehat ad ventriculi, lienis, & inteſtinorum nutritionem. Vena porta ex
ſima hepatis parte egreſſa in ſex ramos diuiditur: quatuor nempe ſimplices, & duos compoſitos, in plu-
res nempe alios rurſum diductos. Simplicium primus aſcendit ex anteriore trunci parte ad veſicam fel-
leam, ſecundum tubum cholagogum, cum pari arteria vitæ, nutritioniſque gratia, intelligiturq; hæc
Cyſtica gemella. diſtributio cyſticæ gemellæ nomine. Secundus dicitur Gaſtrica ex parte pariter trunci anteriore, ad D
Gaſtrica. pylorum & ſimam ſeu poſticam ventriculi partem illi proximam fertur. Tertius Gaſtrepiplois, qui ex
Gaſtrepiplois. latere dextro venæ portæ excedens ad ventriculi partem gibbam pyloro vicinam & epiploi dextram
progreditur. Quartus ex poſteriore fere & dextro venæ portæ egreſſus, ſuper meſenterici rami radi-
cem vſque ad initium ieiuni inteſtini aſcendit, per duodeni longitudinem, ex quo inteſtinalis dici-
Inteſtinalis. tur. Atque hi quatuor ſunt ſimplices rami. Nunc de compoſitis dicamus. Primus eſt ſplenicus, qui hoc,
qui ſequitur, modo diuiditur. Nam primo ſui initio & parte ſuperiore, venam ventriculi coronalem
fundit, quæ per vētriculi poſtica in ſuperiorem & cauam aſcendit, quo cum peruenerit, in duos rurſum
ramos diuiditur, quorum vnus ad orificium vſque ſuperius ſcandit, alter ad inferius deſcendit, alios
obiter ramos in anteriora & poſteriora ventriculi proferentes. Cingunt hi ventriculi corpus & vndi-
Ramum ſplenicum. que circumdant, ex quo venæ hinc coronariæ nomen eſt inditum. Hanc obſeruaui aliquoties trunco
exeuntem paulo ſupra ſplenici rami orificium, inferiore autem parte hic idem ſplenicus ramus, ramum
profert hæmorrhoidalem, qui ſupra lumborum partem ſiniſtram ad anum deſcendens, bonam ſui por-
tionem in colon ſiniſtrum & rectum diffundit, ad cuius extremum ſæpius in quinque venas hæ-
Hæmorrhoidales interna. morrhoidales findi cernitur, aliquando plures, aliquando pauciores. Scribit Syluius, hæmorrhoida-
lem ramum ex meſenterico ramo deſcendere, & certe aliquoties ita habere obſeruauimus. Rationi ta- E
mē eſt conuenientius, eum ex ſplenico deſcendere, non modo quia rem ita habere oculis vidimus, ſed
etiam quia humori melancholico excrementitio excernendo eſt à natura dicatus. Sed idem hic ſpleni-
cus ramus ex parte ſui ſuperiore fere media, tertium ramum producit, ad gibba ventriculi & epiploon:
Gaſtrepiplois maior gaſtrepiploidem maiorem dicunt, mediam & ſiniſtram. Ex parte vero inferiore ad lienem ſimplicem
profert epiploidem, quam per epiploi ſiniſtram partem diffundit. Inſuper ex parte ſui ſuperiore, quę lie-
Vas breue nem attingit, breuem ramum, vas venoſum dictum, ad orificium ventriculi ſuperius, appetentiæ gratia
ſeu venoſum tranſmittit. Sæpius, & fere ſemper obſeruauimus, vas hoc venoſum, quod Galenus vas breue nominat,

A ex ipſo ſplenis corpore prodire, inq; ventriculi medium terminari parte ſiniſtra, nuſquam vero ambas
ventriculi tunicas penetrare: vnde obſcurum eſſe poſſit, qui inde melancholica eluuies, in ventriculi
capacitatem effundi queat. Sic igitur ramus ſplenicus, vbi hos quinq; expoſitos ramos ex ſe produxit, *Li. 4. de vſu*
reliqua ſui parte in ſplenis ſubſtantiam, corpuſq; abſumitur. Sequitur alter ramus venæ portæ compo- *part.*
ſitus, meſentericus dictus, qui in tres portiones dirimitur: quarum prima, & minor ad inteſtinum cæ-
cum pergit, & coli dextram ac mediam partem: infinita aliorum ramulorum multitudine diuiſa. Se- *Ramus me-*
cunda & media, in Ileon abſumitur: vt tertia & maior in Ieiunum. Meſentericus dicitur, quod per to- *ſentericus.*
tum fere meſenterium terminatur, vt ſplenicus, quod in ſplenem abſumatur. Et hæc de venæ portæ di-
uiſione notanda habuimus: quam ſi quando (non vt diximus) habere comperueris, nihil mirari te o-
portet: vix enim eandem in duobus cadaueribus comperire licet, propter infinitam indiuidui varieta-
tem, quæ (vt aiunt Philoſophi) ſua cuique eſt. Idem eſt de reliquis vaſorum diuiſionibus iudicium:
Nos tamen quod frequentius eſt à nobis obſeruatum, tradimus.

De Origine arteriæ, & rami ad partes naturales deſcendentis diuiſione. CAP. XXII.

B REbus ita peractis & perpenſis, auellenda eſſent inteſtina, ſed quia ſic agentes, arteriæ ad partes na- *Arteriarum*
turales deſcendentis diuiſionem interturbaremus, & perderemus, ideo ſatius eſſe viſum eſt, ante- *ortus.*
quam inteſtina auellantur, de eius diuiſione agere. Supponendum ergo eſt, quod, vt, Galeni ſententia,
venæ omnes ab hepate prodeunt, ſic arteriæ a corde. Hæc primo ſtatim initio in duos ramos ſic diui- *Arteria in-*
duntur, vt maior deorſum deſcendat ad partes naturales ſupra ſpinam dorſi, initio à quinta eius verte- *tercoſtalis.*
bra ducto, vnde in ſequentes abit arterias. Prima intercoſtalis dicta, pergit inter muſculos intercoſta-
les, & coſtarum interualla, ſpinalemque medullam, per neruorum foramina dextrorſum & ſiniſtror-
ſum a quinta verarum coſtarum ad vſque vltimam coſtam nutham. Effingit hæc in illo itinere obeun-
do, ſeptem ramulos eo, quo diximus, modo, diſtributos, trunco deſcendentis exeuntes, è regione cu-
iuſque intercoſtalis muſculi.

Secunda duplex, pergit vtrinque ad diaphragma, ex quo diaphragmatica dici poteſt, vel phreni- *Phrenica.*
carum nomine exprimi.

Tertia craſſitiei inſignis, ex ſuperiore parte arteriæ, mox, vbi diaphragma exceſſit, exiliens in duos *Cœliaca.*
inſignes ramos diuiditur, quorum vnus ad ventriculum, ad ſplenem, ad epiploon, ad iecoris ſima, &
C veſicam felleam: alter ad meſenterium, & inteſtina, eadem deſcriptione, quam de venarum meſaraica-
rum diximus, diffunditur, ex quo cæliaca dicitur. Notandum vero eſt omnium oſcula ad vltimam vſ-
que inteſtinorum tunicam penetrare, vt illo contractu chylum contentũ fœlicius alliciant & facilius.

Quarta ad renes fertur, vnde renalis dicitur, ſeu emulgens, quod ſanguinem idoneum è tota *Emulgens.*
maſſa ſanguinaria ſugat.


Quinta ad teſtes, cum venis ſpermaticis præparantibus, ex quo etiam arteria ſpermatica dicitur, *Spermatica.*
quæ dextra parte è trunco ipſo deſcendentis arteriæ exiliens, quo venæ ſpermaticæ lateris eiuſdem ſe
comitem addat, alias ſupra, alias infra venam cauam tranſit. Quare ſedulo cauendum, nedum eam de-
nudare volumus, imprudentes violemus & rumpamus.

Sexta ex arteriæ huius deſcendentis anteriore & ſuperiore parte egreſſa, cum venis hæmorrhoi- *Hæmorrhoi-*
dalibus ad anum deſcendit: Statim a primo ſui initio ramos quoſdam in coli inteſtini longum diffun- *dalis ſeu me*
dens, qui per anaſtomoſim aliis arteriæ cæliacæ ramis vniuntur. Nam quiſquis acrius intuebitur, non *ſenterica in-*
raro animaduertet eiuſmodi vniones venarum inter ſeipſas, itemque arteriarum, aliquando etiam ve- *ferior.*
narum cum ipſis arteriis. Eſt enim anaſtomoſis *vaſorum inter ſe per oſculorum applicationem communio. &*
D *communicatio, vt mutuo auxiliis ſuos ſubleuent defectus.* Cæterum hanc arteriam meſentericam inferiorem *Anaſtomo-*
nominant. Septima totidem ramis à trunco progrediens, quot ſunt in lumbis vertebræ, ad lumbos & *ſis vaſorum*
partes attinentes digreditur, nempe eius loci ſpinalem medullam, & alias partes, eiuſmodi vertebras *quid.*
inuoluentes, ex quo lumbaris dicitur. *Lumbaris.*

Octaua Iliacas facit, quouſque peritonæum exceſſerit, vbi crurales initium capiunt. Ilia hæc ſeu *Iliaca.*
iliaca arteria multas ramulorum diuiſiones ſpargit per os ſacrum, vnde initium habet, & vicinas oſſi ſa-
cri ſedes. quæ quia ſimiles ſequuntur venæ iliacæ flexus, breuitatis cauſa, a nobis differentur in eum lo-
cum, vbi de venis iliacis mentio incidet.

E

Septima figura ventris inferioris.



A. *Monſtrat ſima & lobos hepatis euerſi & reſupini.* A

B. *Vnum ex lateralibus iecoris ligamentis, quibus dia- phragmati alligatur.*

C. *Venam vmbilicalem in hepar ſubeuntem.*

D. *Veſicam felleam.*

E. *Truncum venæ portæ, cum ſua in inteſtina implan- tatione, vbi & monſtrantur cyſtica venæ, nota oo. a- liæ vero ſine nota, ſunt arteriæ cyſticæ.*

G. *Arteriam iecoris, circa quam diffunditur neruus à ſexta coniugatione notatus nota 2.*

H. *Ductum ſeu canalem cholagogum abſciſſum, quate- nus in duodenum repit.* B

I. *Partem lienis ſimam.*

K. *Truncum venæ cauæ.*

L. *Truncum arteriæ magnæ.*

M. *Arteriam, quæ ad ventriculum, epiploon, meſente- rium, & ſplenem procedit.*

NN. *Venas adipoſas.*

OO. *Renes.*

PP. *Venas & arterias emulgentes.*

QQ. *Vreteres.*

RR. *Venas ſpermaticas, & earundem in peritonæum diſtributionem.*

SS. *Arterias ſpermaticas.* C

T. *Arteriarum, quæ ad coli, & recti inteſtini meſenterium diſtribuitur.*

V. *Arteriæ vmbilicalis diſtributionem in duas iliacas.*

XX. *Duos ramos venarum & arteriarum, quas muſculoſas dicunt.*

YY. *Arterias & venas hypogaſtricas.*

Z. *Rectum inteſtinum ſectum & vinctum.*

&. *Veſicam.*

AA. *Vaſa ſpermatica deferentia, diiaculatoria dicta, ſeu expellentia.*

BB. *Tunicam erythroidem à peritonæo ad teſtes deſcendentem.*

CC. *Paruam quandam venam à vaſe ſpermatico ſupra tunicam dartos effuſam.*

De neruorum ad partes naturales diſtributione. D

Cap. XXIII.

Neruorum, q. ad partes naturales ſeruntur, ortus.

REſtat vt, priuſquam abſtrahãtur inteſtina, neruos ad viſcera & partes naturales ſparſos, exponamus, nihil vt prudentes omiſiſſe videamur. Scĩedum vero inprimis eſt, eiuſmodi neruos eſſe a ſexta coniugatione, qui deſcenduot tam ad ventriculum ſecundũ œſophagi longitudinem, lateraq; ipſius, quam ad coſtarum radices, vtrinq; parte interna. Cum vero diaphragma exceſſerint, quiq; in partes naturales diſtribuuntur, quemadmodum venæ & arteriæ: præcipue tamen arteriarum ſequuntur flexus. Itaque ſi tibi eſt animus hanc neruorum perſequi diſtributionem, quærenda illis potiſſimum locis, in quibus arteria ad inteſtina ſupra lumbos diſtribuitur. Non ita magni ſunt hi nerui, quia membra nutritioni dicata, niſi neruulis eguerunt, ad complementum tertiæ neruorũ vtilitatis, quæ eſt in diſcretione & dignotione eius, quod moleſtum eſt. Niſi enim hac notitia tenerentur, nihil impediuet, quin occupatis re aliqua noxia illis ad vitã neceſſariis viſceribus, animal in momento concideret, at hanc ex hoc ſenſu conſequimur vtilitatem, vt ſimul atq; aliquid inteſtina vellicauerit, admoniti periculi, medeamur. Quin & hoc ſenſu o[illegible]ba arroderentur, vlcerarentur, & computreſcerent, ferina confluentium & reſtitantium in illis excrementorum acrimonia. At vbi primum ſe ſentiunt lancinari, ſtatim vi excretrice ad excluſionem inſurgunt, & ſic ſe periculis præſentibus, futuriſq; expediunt. E

Magnitudo & vſus.

Auellendorum inteſtinorum adminiſtratio.

Cap. XXIV.

VBi auellenda erunt inteſtina, initium erit a recto capiendũ. Ipſumq; duobus locis, iuſto interuallo diſtinctis, quatuor ab extremo circiter digitorũ latitudine, arctiſſime reuinctum diuidere, adacta

inter

A inter vtramque ligaturam nouacula oportebit. Tum tunicas proprias, fibraſque & eam, quæ à peritonæo communis eſt, demonſtrare. Hoc facto, erit pariter religandus venæ portæ truncus, ad originem, quam fieri poterit, proxime: vt ſic vna ramis eius omnibus religatis, nullus ſuperſit hæmorrhagiæ metus. Idem in arteria cœliaca molieris ad renem ſiniſtrum, & in meſenterica inferiori, quæ ad rectum inteſtinum deſcendit, cum venis hæmorrhoidalibus. His peractis: auelle inteſtina ad duodenum vſque, quod pariter duobus locis reuinctum, infra pori cholagogi inſertionem eſſe debebit, vt obliqua eius in id inteſtinum inſertio oculis cerni poſſit: eſt enim inſertionis illius obliquitas contemplatione digniſſima, vt quæ cauſa ſit, cur refluere bilis in cyſtim ſuam nequeat, per compreſſionem huius inteſtini inferne ſurſum, tum tota illa inteſtinorum circumuolutio, ſeorſum à cadauere abſtracta habeatur. *Cur a ieiuneo in cyſtim refluere bilis nequeat.*

Origo & diſtributio venæ cauæ deſcendentis. Cap. XXV.

QVia reliquæ partes naturales, dependent fere omnes à vena caua deſcendente, ideo antequam longius progrediamur, demonſtranda nobis eius origo eſt, & diſtributio. Dictum eſt antea, venas omnes ab hepate exire diuerſis tamen locis. Nam vena porta à ſima exit, at caua à gibba hepatis parte, *Ortus venæ cauæ.*
B trunci arborei inſtar progreſſa, in duos magnos ramos diducitur: quorum minor ad partes vitales & animales, harumque partium extrema peruadit, vt ſuo dicemus loco: Maior ab hepatis parte poſteriore, ſupra lumborum vertebras deſcendens ad partes infra poſitas, eo, qui ſequitur, modo pergit. Prima eius diuiſio eſt ad membranas renum, quæ ſunt à peritonæo. Illic ergo venas adipoſas gignit, dictas, quod adipis ingentem vim illis in locis gignant: huiuſmodi adipoſarum diuerſa eſt origo, dextra enim ſæpius à renali dextra oritur, quod altior ſit: ſiniſtra autem ab ipſo venæ cauæ trunco exit, quod ſui lateris renalis ſit depreſſior, vixque aliter contingere cernas. *Duo rami venæ cauæ.* *Adipoſa.*

Secunda renalis ſiue emulgens ad renes pergit: quos cum ingreditur vel paulo ante in duos ramos arteriæ inſtar diducitur, ſuperiorem vnum, & inferiorem alterum: Hique rurſum in plures alios per renũ ſubſtantiam, vt oculis melius, quam ex libro, licet intueri. Craſſæ ſunt & latæ, vt ſeroſo humori liberior ſit ſine mora tranſitus. Vtrique origo diuerſa eſt. Nam dextra renalis, ſæpius ab ipſa caua paulo altius, quam ſiniſtra, vt quoniam illis ex officio incumbit, ſanguinis maſſam in humore bilioſo, & ſeroſo repurgare. Si quæ eius portio vni elabatur, non ſit impune, ſed in alterius velut foueam incidat. Quod profecto non contigiſſet, ſi è regione ſibi inuicem poſitæ fuiſſent. Manſiſſet enim ſerum tanquam in æquilibrio propter actionis, tractioniſque contrarietatem. Notandum vero, nos multoties in celebrandis
C diſſectionibus, in calculoſo ſeptem comperiſſe emulgentes venas, totidemq; arterias: quatuor à latere ſiniſtro, diuerſis locis prodeuntes, quarum vltima ab iliaca manabat, tres à dextro diuerſis pariter locis. *Emulgentes.* *Septem emulgentes venæ notata in calculoſo.*

Tertia diuiſio ſpermatica dicta, ad teſtes procedit, huius origo eſt eiuſmodi, vt dextra ab ipſius trunci venæ cauæ parte anteriore oriatur, ſiniſtra autem ab emulgente ſæpius. Non raro tamen videre licet his vtrinque comites alias additas: dextræ quidem aliam ab emulgente dextra, ſiniſtræ autem aliam è vena caua: quibuſdam ex vno tantum latere, aliis eſt vtroque. Sed & aliquando animaduerti emulgentem ſiniſtram à ſpermatica oriri. *Spermatica.*

Quarta, quia ad lumbos tendit, lumbaris dicitur: quæ in origine, & inſertione, arteriæ lumbari in totum eſt ſimilis. *Lumbaris.*

Quatuor vero ſunt lumbares vtrinque, ſcilicet ſingulæ in quatuor interſtitiis quinque vertebrarum lumbarium.

Quinta facit iliacas, quouſque à peritonæo egreſſa, cruralium nomen aſſumant. Diuiduntur hæc primo in muſculoſas, ſic dictas, quod ad muſculos obliquos aſcendentes, & tranſuerſos atque ad peritonæum peruadant. ipſis aliquando origo eſt ab extremo trunco. Deinde diuiduntur eædem iliacæ in
D ſacras, quæ ad oſſis ſacri ſpinalem medullam progrediuntur, per illa foramina, per quæ iter eſt neruis ab hac medulla genitis. Tertio diuiduntur iliacæ in hypogaſtricas, ſic dictas; quod ad omnes hypogaſtrii partes diſtribuantur, vt ad inteſtinum rectum, illius muſculos, cutem muſculoſam (quo ſæpe loco hæmorrhoidas excitant, dicatas potius ſanguini quantitate tantum peccanti repurgando, vt illæ quæ à vena porta per ramum ſplenicum, ad rectum inteſtinum deſcendunt, ei, qui qualitate in vitio eſt) ad veſicam & veſicæ ceruicem, etiam vſque ad penis extrema, ad vterum, vteri collum & pudendorum extrema vſque, vnde veriſimile eſt, mulieribus grauidis menſtrua erumpere, virginibuſque. Sed & eadem hæc vena ſui portionem extra epigaſtrium emittit, per foramen oſſi pubis & iſchio commune, quæ alterius cruralis internæ occurſu roborata, deſcendit, (obiter interim obturatoribus muſculis, & aliis internis communicata) vſque ad poplitem: Quarto iliacæ gignunt ex ſe epigaſtricas, quę vtrinque parte inferiori aſcendunt per longitudinem muſculorum rectorum, ſparſis etiam obiter aliquot ramulis ad obliquos, tranſuerſos & peritonæum. *Iliaca.* *Muſculoſa.* *Sacra.* *Hypogaſtrica.* *Hæmorrhoidales externa.* *Quæ virginibus & grauidis fluant menſes.* *Iſchiatica.*


Quinto denique hæ iliacæ gignunt pudendas, ſic dictas, quod mulieribus ad pudenda & viris ad
E ſcrotum; quo illic tunicam carnoſam venis refertam efforment, & ad penis cutem progrediantur: origo illis eſt ſub ipſis hypogaſtricis. *Pudenda.*

De Renibus. Cap. XXVI.

SEquentur Renes, quos vt facile demonſtres, poſtquam ſitum ipſorum diligenter fueris contemplatus, adipe ſpoliabis, ſi quem obſeptum habeant, itemque membrana, quam habent à peritonæo: Mox eorum conditiones omnes expones, initio à ſubſtantia ducto. Renum ſubſtantia carnea eſt, denſa & ſolida, ne ab vrinæ acrimonia læderentur. Magnitudine ſunt ſatis ampla, vt oculis patet. Figuræ ſunt oblongæ & rotũdæ, quaſi in ſemicirculi formã, ſurſum deorſumq; leniter compreſſi. *Subſtantia.* *Magnitudo.* *Figura.*

Partem

Septima figura ventris inferioris. A



A. *Monſtrat ſima & lobos hepatis euerſi & reſupini.*

B. *Vnum ex lateralibus iecoris ligamentis, quibus diaphragmati alligatur.*

C. *Venam vmbilicalem in hepar ſubeuntem.*

D. *Veſicam felleam.*

E. *Truncum venæ portæ, cum ſua in inteſtina implantatione, vbi & monſtrantur cyſtica venæ, nota oo. alia vero ſine nota, ſunt arteriæ cyſticæ.*

G. *Arteriam iecoris, circa quam diffunditur neruus à ſexta coniugatione notatus nota 2*

H. *Ductum ſeu canalem cholagogum abſciſſum, quatenus in duodenum repit.* B

I. *Partem lienis ſimam.*

K. *Truncum venæ cauæ.*

L. *Truncum arteriæ magnæ.*

M. *Arteriam, quæ ad ventriculum, epiploon, meſenterium, & ſplenem procedit.*

NN. *Venas adipoſas.*

OO. *Renes.*

PP. *Venas & arterias emulgentes.*

QQ. *Vreteres.*

RR. *Venas ſpermaticas, & earundem in peritonæum diſtributionem.*

SS. *Arterias ſpermaticas.* C

T. *Arteriarum, quæ ad coli, & recti inteſtini meſenterium diſtribuitur.*

V. *Arteriæ vmbilicalis diſtributionem in duas iliacas.*

XX. *Duos ramos venarum & arteriarum, quas muſculoſas dicunt.*

YY. *Arterias & venas hypogaſtricas.*

Z. *Rectum inteſtinum ſectum & vinctum.*

&. *Veſicam.*

AA. *Vaſa ſpermatica deferentia, eiaculatoria dicta, ſeu expellentia.*

BB. *Tunicam erythroidem à peritonæo ad teſtes deſcendentem.*

CC. *Paruam quandam venam à vaſe ſpermatico ſupra tunicam dartos effuſam.*

De neruorum ad partes naturales diſtributione. D

CAP. XXIII.

Neruorum, q ad partes naturales feruntur, ortus.

Magnitudo & vſus.

RESTAT vt, priuſquam abſtrahãtur inteſtina, neruos ad viſcera & partes naturales ſparſos, exponamus, nihil vt prudentes omiſiſſe videamur. Sciẽdum vero inprimis eſt, eiuſmodi neruos eſſe a ſexta coniugatione, qui deſcendunt tam ad ventriculum ſecundũ œſophagi longitudinem, lateraq; ipſius, quam ad coſtarum radices, vtrinq; parte interna. Cum vero diaphragma exceſſerint, quiq; in partes naturales diſtribuuntur, quemadmodum venæ & arteriæ: præcipue tamen arteriarum ſequuntur flexus. Itaque ſi tibi eſt animus hanc neruorum perſequi diſtributionem, quærenda illis potiſſimum locis, in quibus arteria ad inteſtina ſupra lumbos diſtribuitur. Non ita magni ſunt hi nerui, quia membra nutritioni dicata, niſi neruulis eguerunt, ad complementum tertiæ neruorũ vtilitatis, quæ eſt in diſcretione & dignotione eius, quod moleſtum eſt. Niſi enim hac notitia tenerentur, nihil impediret, quin occupatis re aliqua noxia illis ad vitã neceſſariis viſceribus, animal in momento concideret, at hanc ex hoc ſenſu conſequimur vtilitatem, vt ſimul atq; aliquid inteſtina vellicauerit, admoniti periculi, medeamur. Quin & hoc ſenſu orba arroderentur, vlcerarentur, & computreſcerent, ferina confluentium & teſtitantium in E illis excrementorum acrimonia. At vbi primum ſe ſentiunt lancinari, ſtatim vi excretrice ad excluſionem inſurgunt, & ſic ſe periculis præſentibus, futuriſq; expediunt.

Auellendorum inteſtinorum adminiſtratio.

CAP. XXIV.

VBI auellenda erunt inteſtina, initium erit a recto capiẽdũ. Ipſumq; duobus locis, iuſto interuallo diſtinctis, quatuor ab extremo circiter digitorũ latitudine, arctiſſime reuinctum diuidere, adacta inter

A inter vtramque ligaturam nouacula oportebit. Tum tunicas proprias, fibraſque & eam, quæ à peritonæo communis eſt, demonſtrare. Hoc facto, erit pariter religandus venæ portæ truncus, ad originem, quam fieri poterit, proxime: vt ſic vna ramis eius omnibus religatis, nullus ſuperſit hæmorrhagiæ metus. Idem in arteria cœliaca molieris ad renem ſiniſtrum, & in meſenterica inferiori, quæ ad rectum inteſtinum deſcendit, cum venis hæmorrhoidalibus. His peractis: auelle inteſtina ad duodenum vſque, quod pariter duobus locis reuinctum, infra pori cholagogi inſertionem eſſe debebit, vt obliqua eius in id inteſtinum inſertio oculis cerni poſſit: eſt enim inſertionis illius obliquitas contemplatione digniſſima, vt quæ cauſa ſit, cur refluere bilis in cyſtim ſuam nequeat, per compreſſionem huius inteſtini inferne ſurſum, tum tota illa inteſtinorum circumuolutio, ſeorſum à cadauere abſtracta habeatur. *Cur a ieiunio in cyſtim refluere bilis nequeat.*

Origo & diſtributio venæ cauæ deſcendentis. Cap. XXV.

QVia reliquæ partes naturales, dependent fere omnes à vena caua deſcendente, ideo antequam longius progrediamur, demonſtranda nobis eius origo eſt, & diſtributio. Dictum eſt antea, venas omnes ab hepate exire diuerſis tamen locis. Nam vena porta à ſima exit, at caua à gibba hepatis parte, *Ortus venæ cauæ.*
B trunci arborei inſtar progreſſa, in duos magnos ramos diducitur: quorum minor ad partes vitales & animales, harumque partium extrema peruadit, vt ſuo dicemus loco: Maior ab hepatis parte poſteriore, *Duo rami venæ cauæ.* ſupra lumborum vertebras deſcendens ad partes infra poſitas, eo, qui ſequitur, modo pergit. Prima eius diuiſio eſt ad membranas renum, quæ ſunt à peritonæo. Illic ergo venas adipoſas gignit, dictas, quod adipis ingentem vim illis in locis gignant: huiuſmodi adipoſarum diuerſa eſt origo, dextra enim ſæpius *Adipoſæ.* à renali dextra oritur, quod altior ſit: ſiniſtra autem ab ipſo venæ cauæ trunco exit, quod ſui lateris renalis ſit depreſſior, vixque aliter contingere cernas.

Secunda renalis ſiue emulgens ad renes pergit: quos cum ingreditur vel paulo ante in duos ramos *Emulgentes.* arteriæ inſtar diducitur, ſuperiorem vnum, & inferiorem alterum: Hique ſurſum in plures alios per renũ ſubſtantiam, vt oculis melius, quam ex libro, licet intueri. Craſſæ ſunt & latæ, vt ſeroſo humori liberior ſit ſine mora tranſitus. Vtrique origo diuerſa eſt. Nam dextra renalis, ſæpius ab ipſa caua paulo altius, quam ſiniſtra, vt quoniam illis ex officio incumbit, ſanguinis maſſam humore bilioſo, & ſeroſo repurgare. Si quæ eius portio vni elabatur, non ſit impune, ſed in alterius velut foueam incidat. Quod profecto non contigiſſet, ſi è regione ſibi inuicem poſitæ fuiſſent. Manſiſſet enim ſerum tanquam in æquilibrio propter actionis, tractionisque contrarietatem. Notandum vero, nos multoties in celebrandis *Septem emulgentes venæ notata in calculoſo.*
C diſſectionibus, in calculoſo ſeptem comperiſſe emulgentes venas, totidemq; arterias: quatuor à latere ſiniſtro, diuerſis locis prodeuntes, quarum vltima ab iliaca manabat, tres à dextro diuerſis pariter locis.

Tertia diuiſio ſpermatica dicta, ad teſtes procedit; huius origo eſt eiuſmodi, vt dextra ab ipſius trunci venæ cauæ parte anteriore oriatur, ſiniſtra autem ab emulgente ſæpius. Non raro tamen videre *Spermatica.* licet his vtrinque comites alias additas: dextræ quidem aliam ab emulgente dextra, ſiniſtræ autem aliam è vena caua: quibuſdam ex vno tantum latere, aliis eſt vtroque. Sed & aliquando animaduerti emulgentem ſiniſtram à ſpermatica oriri.

Quarta, quia ad lumbos tendit, lumbaris dicitur: quæ in origine, & inſertione, arteriæ lumbari in totum eſt ſimilis. *Lumbaris.*

Quatuor vero ſunt lumbares vtrinque, ſcilicet ſingulæ in quatuor interſtitiis quinque vertebrarum lumbarium.

Quinta facit iliacas, quouſque à peritonæo egreſſa, cruralium nomen aſſumant. Diuiduntur hæ *Iliacæ.* primo in muſculoſas, ſic dictas, quod ad muſculos obliquos aſcendentes, & tranſuerſos atque ad peritonæum peruadant. ipſis aliquando origo eſt ab extremo trunco. Deinde diuiduntur eædem iliacæ in *Muſculoſa. Sacra.*
D ſacras, quæ ad oſſis ſacri ſpinalem medullam progrediuntur, per illa foramina, per quæ iter eſt neruis ab hac medulla genitis. Tertio diuiduntur iliacæ in hypogaſtricas, ſic dictas; quod ad omnes hypogaſtrii *Hypogaſtricæ.* partes diſtribuantur, vt ad inteſtinum rectum, illius muſculos, cutem muſculoſam (quo ſæpe loco hæmorrhoidas excitant, dicatas potius ſanguini quantitate tantum peccanti repurgando, vt illæ quæ à vena porta per ramum ſplenicum, ad rectum inteſtinum deſcendunt, ei, qui qualitate in vitio eſt) ad veſicam & veſicæ ceruicem, etiam vſque ad penis extrema, ad vterum, vteri collum & pudendorum extrema vſque, vnde veriſimile eſt, mulieribus grauidis menſtrua erumpere, virginibuſque. Sed & eadem *Hæmorrhoidales externæ.* hæc vena ſui portionem extra epigaſtrium emittit, per foramen oſſi pubis & iſchio commune, quæ alterius cruralis internæ occurſu roborata, deſcendit, (obiter interim obturatoribus muſculis, & aliis internis communicata) vſque ad poplitem: Quarto iliacæ gignunt ex ſe epigaſtricas, quę vtrinque parte inferiori aſcendunt per longitudinem muſculorum rectorum, ſparſis etiam obiter aliquot ramulis ad obliquos, tranſuerſos & peritonæum. *Quæ virginibus & grauidis fluant menſes. Iliacæ.*

Quinto denique hæ iliacæ gignunt pudendas, ſic dictas, quod mulieribus ad pudenda & viris ad *Pudendæ.*
E ſcrotum; quo illic tunicam carnoſam venis refertam efforment, & ad penis cutem progrediantur: origo illis eſt ſub ipſis hypogaſtricis.

De Renibus. Cap. XXVI.

SEquuntur Renes, quos vt facile demonſtres, poſtquam ſitum ipſorum diligenter fueris contemplatus, adipe ſpoliabis, ſi quem obſeptum habeant, itemque membrana, quam habent à peritonæo: Mox eorum conditiones omnes expones, initio à ſubſtantia ducto. Renum ſubſtantia *Subſtantia.* carnea eſt, denſa & ſolida, ne ab vrinæ acrimonia læderentur. Magnitudine ſunt ſatis ampla, vt oculis *Magnitudo.* patet. Figuræ ſunt oblongæ & rotũdæ, quaſi in ſemicirculi formã, ſurſum deorſumq; leniter compreſſi. *Figura.*


Partem

Partem habent cauam & gibbam. Caua venam cauam ſpectat, hacque parte, venas, arteriaſque emulgentes excipiunt, & vreteres proferunt. Gibboſa lumbos reſpicit. *Compoſitio.* Compoſiti ſuot ex tunica à peritooęo profecta; carne propria, quam parit ſanguinis affuſio circum vaſa propria (vt ſit etiam in aliis viſceribus) exiguo neruo, qui a coſtali ſextæ coniugationis manans, cuiq; reni ex ſuo latere in tunicam renis ipſius diffunditur, quanquam aliis videtur venã & arteriam ſemper comitari. Itaq; Fallopius diligentiſſimus rei anatomicæ author, obſeruauit neruum hunc ſæpe non in renum modo tunicam expandi, ſed etiam in eorum ſubſtantiam penetrare. *Numerus.* Duo ſunt numero; vt ſi forte vni noxa contingeret, alter naturæ neceſſitatibus, ad quas renes ſunt comparati, ſufficere poſſet. *Situs.* Lumbis incumbunt ad magnorum vaſorum latera, ex quibus pendeot, per proprias venas & arterias, quemadmodum iiſdem adhærent, ſecunda quadam velut tunica, ne concuti illos contingeret violentis quibuſdam motibus. Itaque dicere poſſumus, duplici renes conſtare tunica, propria vna ipſorum ſubſtantiæ adhærente; altera veluta peritonæo profecta, qua parte ipſi adhærent. Dexter fere ſemper altior eſt, propter ratiooés, quas citaui de Vaſorum renalium origine. Columbo contrarium viſum eſt, ſed eiuſmodi controuerſiarum penes oculos eſſe debet iudicium. *Connexio.* Reoum connexio eſt cum principibus membris per venas, neruos, & arterias, per tunicas cum lumbis, & aliis ventris inferioris partibus, præſertim vero cum veſica per vreteres. *Temperies & actio.* Calidi ſunt & humidi temperamenti, vt pars omnis carnoſa. Eorum actio eſt ſanguinis maſſam *maiore parte* ſeroſi humoris & bilioſi repurgare. *Maiore parte*, dixi quia neceſſe eſt eius aliquam portionem cum ſanguine alimentario ad partes ſolidas proficiſci, vt ipſius craſſitiei ſit vehiculi loco. *Interniculum.* Notandum præterea, intra vnumquemque renem cauitatem ineſſe, membrana quadam circumſcriptam, diuiſione venarum, arteriarumque emulgentium cinctam, in qua vrina tranſcolatur, agente partim excretrice renum, partim attractrice vreterum, per renum ſubſtantiam parte ſima haud aliter immerſorum, quam per iecoris corpus porus cholagogus.

A

B

Figura nona de vaſis ſpermaticis & vrinariis.



C


D

Figuræ nonæ declaratio.

A. *Monſtrat venam cauam.*
B. *Arteriam Aortam.*
CC. *Venas & arterias emulgentes in renes ſubeuntes.*
DD. *Vreteres.*
EE. *Venas ſpermaticas.*
FF. *Arterias ſpermaticas.*
G. *Quo loco arteria magna magna vena inſidet & ſupereminet, ne ab oſſe ſacro comprimatur.*

H. Con-

Figura decima, qua eaſdem illas partes monſtrat, ſed inuerſas.



Figuræ decimæ declaratio.

E

A. *Magnam monſtrat arteriam.*
B. *Venam cauam.*
DD. *Vaſa renum emulgentia.*
EE. *Vreteres, vt ſubeant veſicam.*
FF. *Venas ſpermaticas.*
GG. *Arterias ſpermaticas.*
HH. *Vaſa varicoſa.*
II. *Teſticulos.*

KK. *Para-*

A H. *Coniunctionem, commixtionemque venæ & arteriæ ſeminalis, in textum varicoſum degenerantium atque in membranam epididymida deſinentium.*
II. *Teſticulos duos.*
KK. *Vaſa eiaculantia.*
L. *Partem anteriorem veſicæ.*
M. *Orificium exortumque ceruicis ſeu colli veſicæ.*
NN. *Faciem anteriorem duarũ magnarum proſtatum.*
OO. *Venas & arterias, quæ à ceruice veſicæ vſque ad extremum penem excurrunt.*
PP. *Duo ligamenta ſpongioſa, quæ penem componunt.*
Q. *Canalem communem vrinæ & ſemini.*
R. *Balanum ſeu balani extremitatem.*
KK. *Paraſtatas varicoſas, quæ vaſa eiaculatoria conſtituunt.*
LL. *Coniunctionem concurſumque vaſorum expellentium per proſtatas tranſeuntium, vt pergant ad collum veſicæ.*
MM. *Duas proſtatas glandulas.*
N. *Sphincterem ceruicis veſicæ.*
OO. *Ligamenta ſpongioſa origine ſua diſtincta quæ eſt ad oſſis pubis partem inferiorem.*
P. *Canalem communem vrinæ & ſeminali materiæ.*

B

De Vaſis ſpermaticis. CAP. XXVII.

DIcendum nunc eſſet de Vreteribus, quia, vt prædiximus, pori ſunt à renibus producti, deferendæ in veſicam vrinæ gratia. Sed quia diſtingui & demonſtrari nequeunt, niſi corrupto & vitiato ſitu vaſorum ſpermaticorum, ideo æquius eſſe duxi tranſire ad explicationem ſpermaticarum omnium partium. Ac primum quo facilior, clariorque ſit vaſorum ſpermaticorum demonſtratio ea blande ſeparabis à tunica, quæ venit à peritonæo, & adipe, qui ea ad os vſque pubis obſepit, diligenter eorum contemplato ſitu, priuſquam ipſa ſepares. Deinde docebis eiuſmodi vaſorum ſubſtantiam, venarum & arteriarum ſubſtantiæ eſſe ſimilem. Quantitas eorum penes altitudinem eſt exigua, at in longitudine ſatis inſignis, propter diſtantiam exortus ipſorum ad teſtes. Longiora tamen ſunt viris, quam mulieribus, quod illis teſtes extra ventrem propendent, at mulieribus in ventre ſunt conditi. Figura & compoſitio, plane ſimilis eſt venarum & arteriarum figuræ ac compoſitioni, hoc vno excepto, quod ex quo magna peritonæi capacitate egreſſa ſunt, in multiplices gyros reflectuntur, varicum inſtar ad teſtes vſque: vt vno illo tractu materia ſpermatica, quæ non aliud eſt, quam ſanguis, præparetur ad concoctionem, ſeu potius in illis vaſis conuerſionem in ſperma obtineat, per irradiationem facultatis teſtium. Sex ſunt C numero, quatuor præparantia, & duo eiaculantia, de quibus poſtea agemus. Vtrinque ergo præparantia duo ſunt, vena nempe, & arteria, inde, vnde ante diximus, orta, cum de diſtributione venæ cauæ ageremus. Inſeruntur ad teſtes per ſuam ipſorum tunicam, quam nonnulli Epididymida nominant, alii Darton. Situs eorum obliquus eſt ſuper lumbos & ilia, dum inter extrema oſſis pubis, & ilium deſcendunt, adnectuntur partibus ſubiacentibus, tum certis fibris, quas de ſe tranſmittunt, tum membranis à peritonæo, quibus veſtiuntur. Temperiem eandem, quam venæ & arteriæ obtinent. Actio eorum eſt ſanguinem deferre ad teſtes, generationis ſeminis gratia.

Vaſorum ſpermaticorum ſubſtantia.
Magnitudo.
Figura.
Compoſitio.
Vbi ſanguis in ſperma elaboretur.
Numerus.
Situs.

De Teſtibus. CAP. XXVIII.

TEſtes ſubſtantiæ ſunt glanduloſæ, albæ, mollis, & laxæ, quo materiam ſpermaticam exciperent facilius: magnitudo & figura exiguum gallinaceum ouum leuiter compreſſum æmulatur compoſitionem obtinent ex venis, neruis, arteriis, tunicis, & carne propria. Venæ & arteriæ illis effluunt ex vaſis ſpermaticis, nerui ex ſexta coniugatione, ſecundum radices coſtarum, & ex oſſe ſacro ad teſtes perueniunt. Tunicæ quatuor teſtes ambiunt: quarum duæ ſunt communes, & duæ propriæ. Com- D munes ſunt ſcrotum, ex vera cute procedens, & carnoſa tunica, quæ fit ex pãniculo carnoſa, eo loci magnam vaſorum multitudinem excipiente, quorum occaſione id nominis habet. Propriæ ſunt erythrois, orta ex proceſſu peritonæi, vna cum vaſis ſpermaticis, quæ inuoluit, & tegit in ſcrotum progrediente: apparet hæc rubra tum ratione vaſorum, tum muſculorum teſtium cremaſterum: Deinde epididymis ſeu dartos, quæ originem ducit ex membrana vaſorum ſpermaticorum præparantium. Teſtium caro velut materiæ quædam effuſio eſt circa vaſa, vt de aliis viſceribus diximus. Notandum vero, erythroidem toti teſti eſſe circumpoſitam, præter quam ipſius capiti, quo loco epididymidi adhæret, quæ per vniuerſam teſtis ſubſtantiam continua eſt. Dartos hæc ideo teſtibus fuit circumpoſita, quod teſtes ex ſe laxi eſſent, rari, cauernoſi, molles, ſic vt tuto iungi non poſſent vaſis ſpermaticis, quæ dura ſunt, & robuſta. Itaque natura, vt extrema per media copularet, epididymida tunicam efformauit. Hæc in mulieribus ob paruitatẽ vix apparet. Duæ tunicæ communes commemoratæ, adhærent per vaſa non modo inter ſe ſecum, ſed etiam cum erythroide. Notabis inſuper Cremaſteres muſculos eiuſdem eſſe cum aliis muſculis ſubſtantiæ, exiguos, & tenues, figuræ obliquæ & laræ, ex peritonæi membrana exilientes, E quæ (vt prædictum eſt,) ex ilibus carnem aſſumit. Eadem illis eſt, quæ reliquis muſculis, compoſitio. Gemini ſunt, vtrinque vnus. Siti ab ilium extremitatibus, ad teſtes vſque. Connexionem habent cum proceſſu peritonæi, & teſtibus. Temperiem ſimilem reliquis muſculis obtinent: Horum actio eſt ſuſpendere, & retrahere teſtes ad ventrem, vnde ſuſpenſorii dicti ſunt. Teſtes numero duo ſunt ſæpius, vtrinque vnus, aliquando tres viſuntur, aliquando vnus tantum, vt & renibus contingit: nam quibuſdã Renis vnius modo eſt. Intra ſcrotũ ſunt conditi ſub ipſis oſſium pubis radicibus: vaſis ſuis cum principib. partibus connexi, cum ceruice veſicæ, & pene: Tunicis vero ſuis illis adhærent partibus, vnde illas habent. Temperiei ſunt frigidæ, & humidæ, quia glanduloſi: quanquam per accidens calidi eſſe poſſunt, ob vaſorum confluentium multitudinem. Quibus teſtes ſunt calidiores, prompti illi ſunt ad venerem; pudenda, vicinaque loca valde piloſa gerunt, teſteſque præterea craſſiores & ſolidiores. Quibus contra

Subſtantia.
Magnitudo.
Figura.
Erythrois tunica.
Epididymis ſeu dartos.
Axioma anatomicum.
Cremaſteres muſculi.
Teſtium temperies.

frigent,

friġent, tardi ſunt hi ad venerem, nec multam generant prolem, eamque fœmineam potius, quam maſculam, glabris fere ſunt pudendis, & teſtibus paruis, mollibus, & compreſſis. A

Teſtium actio.

Teſtium actio eſt, ſemen generare, partes omnes corporis roborare, ac vere maſcula virtute angere, virili quadam irradiatione. Exemplum petere licet ex caſtratis, qui fœmineam naturam ſortiti, fœminis ipſis ſæpe molliores, & imbecilliores exiſtunt. Vt Scytharum argumento docet Hippocrates, *lib. de Aere, locis, et aquis.*

De Varicoſis corporibus ſeu paraſtatis, & de vaſis eiaculatoriis, glanduloſiſque, ſeu proſtatis.

CAP. XXIX.

Paraſtatarum ſubſtantia. Hic alia loquitur quam ſibi a Gal. Actio.

PAraſtatæ varicoſæ, corpora ſunt neruoſa, & alba, neruorum inſtar habentia, rotunda, & arcte ſibi intertexta, a capite ad teſtium vſque ima producuntur, vnde ſuo ſtatim digreſſu, vaſa eiaculantia producunt. Ac niſi attente nomina ipſa diſtinxerimus, vix confuſionem vitabimus. Quod enim voco paraſtatam, id eſt, velut teſtis caput, quaſi alterius teſtis inſtar habens: Galeno *lib. 1. de ſemine* dicitur epididymis. At ego multorum anatomicorum exemplo, & authoritate, per epididymida propriam teſtium tunicam intelligo, cuius rei te obiter monitum eſſe volui. Horum actio eſt, obſtare ſuis anfractibus, ne ſemen a vaſis præparantibus ad eiaculantia emigret, antequam in illis vaſis, vi teſtium perfectiſſime elaboratum, & concoctum fuerit. B

Axioma anatomicum.

Nam in primis circumuolutionibus ſanguis purus apparet; at in vltimis non iam rubet, ſed albicat. Ita enim ſolet agere natura, vt moras nectat materiæ in tranſitu, vel anguſtia, vel obliquitate, quam velit noua coctione magis elaborari, & perfici. Id docent retis mirabilis plexus, inteſtinorum circumuolutiones, fundi ventriculi rugæ, pylori anguſtia, venæ capillares per hepatis corpus ſparſæ. Certe natura ſimile quid in vaſorum ſpermaticorum fabrica eſt commolita.

Quantitas & figura. Compoſitio. Temperies. Nomenvatis. Eiaculantia vaſa.

Quantitate figuraque ſunt aſpectabili, rotunda nempe in acutum tendente. Componuntur ex venis, neruis, & arteriis (quas ex vaſis teſtium ſortiuntur) ex epididymide, ſeu tunica à peritonæo, & propria ſua ſubſtantia. Temperamento ſunt frigido, & ſicco. Duo ſunt numero, cuique teſti vnum. Dicuntur vero varicoſa hæc corpora, paraſtatæ quaſi ſuperficiariæ aduſtant, & varicum inſtar attexantur teſti, ſecundum eius longitudinem. Ex paraſtati proferuntur vaſa eiaculatoria, eiuſdem cum progenitoribus ſubſtantiæ, ſolidæ nempe, albæ & velut neruoſæ. Quantitas illis eſt mediocris: figura rotunda, & fiſtularis, vt per illa ſemini via ſit libera: nullo tamen manifeſto meatu peruia apparent, niſi forte in his, quos longa exercuit gonorrhœa. Temperiei ſunt eiuſdem cum paraſtatis, inter quas & proſtatas colli C veſicæ media interiacent, cum vtriſque immediate connexa: quemadmodum & ſua tunica, aliiſque vaſis, cum partibus, vnde ea aſſumunt. Notandum vero, quod eiuſmodi vaſa, è paraſtatis egreſſa, ex imo teſtium ad ſummum vſque aſcendunt, quo loco vaſis obuia præparantibus, iiſdem viis in ventrem aſſurgunt, vnaque ſe alligant neruoſis fibris, vſque ad internam ventris capacitatem. Vnde reflexa, præparantia deſerunt, quo ad ima oſſis pubis decurrant, in medium glanduloſorum duorum corporum, quæ proſtatas nominant, ad collum veſicæ ſitas, vt illic concurſu facto coaleſcant, in vnum meatum efformata. Sic enim ex tribus ductibus, nempe ex duobus vaſorum eiaculantium, & vno veſicæ meatu coit, vnus communis in viris, vrinæ ſeminiq; excernendis.

... tanda caruncula & ab hyperſarcoſi diſtinguenda.

Hanc ductuum vnionem arguit caruncula, ad ceruicis veſicæ initia elata, criſtæ inſtar, quæ eiuſmodi ſatis patentem ductum excipiẽs, non raro ab ignaris rei anatomicæ percontatoribus, pro caruncula præter naturam vſurpatur, tum maxime, cum ob aliquam occaſionem intumuerit. Eiaculantia hæc vaſa numero ſunt duo: vtrinque vnum.

Eiaculantium vaſorum actio.

Horum actio eſt, ſemen à teſtibus elaboratum, ad proſtatas conuehere, & inde ad veſicæ collum, vnde communi meatu excernatur. In quo ſi quis quærat, num communis ille meatus ex duobus eiaculatoriis conflatus, inter duo glanduloſa corpora ſenſui ſit patens, reſpondebimus, minime patentem eſſe, licet ratio cogat nos fateri, meatum illũ eſſe peruiũ, ratione materię ſpermaticæ, craſſæ, & viſcoſæ, illac delatæ. D

Axioma anatomicum

Cur vero videri meatus ille nequeat, forte eſt, quod in mortuo cadauere meatus omnes exigui occæcantur, calorẽ, ſpiritusq; euaneſcentibus, magni vero longe anguſtiores apparent, quod flacceſcant omnia, & in ſeſe concidant foramina. Certe oportet valde anguſtos eſſe eiuſmodi meatus, in viuo etiam homine, cum in mortuo ne aciculæ quidem acumen admittant.

Qua occaſione eiaculãtia ampla & manifeſto meatu aliquando ſint peruia

Quare non eſt metuendum, ne inter percontandum, dum adigitur in veſicam catheter, penetret ille in communem eiaculãtium meatum, qui carunculam intercurrit: niſi forte aliquo caſu, vt gonorrhœa, vel ingenti aliqua plegmone, inſigniter præter naturam dilatatus fuerit. Nam videre mihi aliquando contigit, eiuſmodi meatus adeo parentes, vt ſpatulæ capitulum admitterent: quæ res admonet nos, vt inter percontandum, magnam adhibeamus cautionem, ne temere carunculam illam violemus: Nam cathetere paulo aſperius tentata, ſanguinem eructat, ſi præſertim adſit inflammatio. Sed & ſpirituum vna cum ſemine magno impetu confluentium concurſus, valdè promouet eiuſmodi eiaculatiunem ſeminis, quæ fit per anguſta illa viarum imperio imaginatricis facultatis in coitu.

Proſtata.

Poſt eiaculantia vaſa ſequuntur proſtatæ, corpora glanduloſa eiuſdem ſubſtantiæ, & temperiei, cum reliquis glandulis. Harum quantitas ſatis magna eſt, figura rotunda, & quadamtenus oblonga, ex ſuo quæque latere apophyſim ſatis longam & mollem proferentes. E

Axioma anatomicum.

Earum compoſitio eſt ex venis, neruis, arteriis, tunica; quam habent è vicinis partibus, propria denique carne, quam à prima obtinent conformatione: Duæ ſunt numero, ſitæ ad radices ceruicis veſicæ, eidem, vaſis deferentibus, & partibus his annexis, arctius colligatæ. Sed & notandum, quod pars omnis, quæ nutritione, vita & ſenſu fruitur, ſecundario vel proxime connectitur cum principib. corporis partibus, vaſorum, quę inde excipiunt, interuentu.

Proſtatum vſus.

Proſtatum vſus eſt, ſemen à teſtibus elaboratum, proprio corpore excipere, idq; eo vſq; continere, quoad quãtitate, qualitate, vel vtroq; moleſtũ ſit. Pręterea humorem quendã oleoſum,

A oleoſum,& viſcidum,corpore ſuo glanduloſo concipere,vt continuo in fiſtulam vrinariam deſtillans, ipſam ab vrinæ tueatur acrimonia.Sed & obſeruauimus vtrinque ex proſtatis alias glãdulas,quas Rondeletius appendices glanduloſas nominat,in quibus etiam ſemen aſſeruatur.

In Methodo curand. mor.

Figura decima,quæ ſuperiori figura demonſtrata,exactius repetuntur.



A. *Monſtrat ligamentum iecoris à xiphoide deſcendens.*
B. *Partem hepatis gibboſam.*
C. *Partem hepatis ſimam.*
D. *Renum inuerſorum adipoſam membranam.*
E. *Vaſis ſpermatici ſiniſtri in vnum adductam & coeuntem biſurcationem, quæ fit ex vena caua & emulgente, quæ raro videtur.*
F. *Connexionem venæ & arteriæ ſpermaticæ, vnde in formam capreolorum vitis incipit intorqueri.*
G. *Vaſorum præparantium ad teſtes ingreſſum, quo vaſa præparantia materiam ſpermaticam teſtibus communicant.*
H. *Teſtem inuolutum tunica ſua Dartos dicta.*
II. *Paraſtatas varicoſas, vnde initium ducunt eiaculantia vaſa ſpermatica.*
K. *Corpus veſicæ.*
L. *Corpora glanduloſa, quæ proſtatas dicunt, inter quæ vaſa ſpermatica vniuntur, quo in meatum confluant, & ductum veſicæ, vrinæ & ſpermaticæ huic materiæ communem.*
M *Muſculum ſphincterem colli veſicæ.*
N. *Venas & arterias, quæ in penem diſtribuuntur.*
O. *Duo ligamenta ſpongioſa, quæ penem conſtituunt.*

De Vreteribus. Cap. XXX.

OPportunum nunc eſſe videtur, de vreteribus, veſica & partibus ad veſicam attinentibus, dicere. Ergo vreteres ſubſtantiæ ſunt ſpermaticæ,albæ,denſæ,& ſolidæ. Inſignis magnitudinis in altitudine & longitudine.Figura rotunda & fiſtuloſa. Compoſiti ex duabus tunicis: Vna propria,fibris rectis & tranſuerſis contexta,quæ venit ab arteriis,& venis emulgentibus:altera communi à peritonæo,quin & venas, neruos, & arterias, à partibus vicinis obtinent. Duo ſunt, vtrinque vnus. Siti inter renes(ex quorum ſinuata parte exeunt) & veſicam. Ratio autem, qua ſe vreteres in veſicam, & porus cholagogus in inteſtinum inſerunt,omnem ſuperat naturæ admirationem: nam vreteres ad veſicæ orificium non quidem directo,ſed oblique implantantur,inque interna ſpatia penetrant. Subtus enim velut membranam,vel ligulam membranoſam corporis veſicæ ſindunt:in eamque,quaſi duplex eſſet, ſe inſinuant.Hæc vero ad ſubeuntis excrementi,nempe vrinæ, ingreſſum, diducitur: hiatque reliquo tem-
D pore clauſa ſubſidente velut operculo,ſic,vt qui in veſicæ capacitatem incidit humor,non ſolum retro compelli regerique nequeat,ſed ne aer quidem impulſus,inſpirando remeare,& regredi: quod in veſicis ſuillis,vento,æreque diſtentis,experimur.In his enim aerem ventumq;,quo tument, perſtare concluſum cernimus,nec niſi compreſſionis ſumma vi,extrudi inde poſſe: vt enim accurrentium per vreteres in veſicam,humorum impetu ligula hæc intro ſubuerſa patet, ſic ab intro contentis corporibus compreſſa,toto ſe corpore ſuo ad egreſſum obſtaculi vice intrudit. Pori cholagogi cum inteſtinis ſimilis eſt inſertio. Vreterum connexio eſt cum ſupradictis partibus, cum lumborum muſculis, ſupra quos à renibus in veſicam excurrunt. Quare nihil impedit, quin calculus per vreteres prolabens in veſicam, ſtuporem femori æque inferat, atque antea cum adhuc renibus contineretur. Frigido ſunt & ſicco temperamento. Vſus eorum eſt, vt deferendæ in veſicam vrinæ, tanquam ductus & canales ſint.

Vreterum ſubſtantia, magnitudo figura & compoſitio.
Numerus & ſitus.
Mira Vreterum in veſicam inſertio.
Connexio.
Etiam Vretero & veſica concluſo calculo ſtuporem femori inferre

De Veſica. Cap. XXXI.

E VEſica, eiuſdem eſt cum vreteribus ſubſtantiæ, neruoſæ nempe, quo dilatari facilius poſſet. Magnitudo veſicæ ſatis eſt inſignis, aliis tamen maior, aliis minor,pro ætatis & corporei habitus varietate. Figura rotunda eſt, & quaſi pyramidalis.Ex duobus eſt tunicis compoſita;propria vna,quæ denſiſſima eſt, & tribus fibrarum generibus contexta, rectis nempe parte interiore, tranſuerſis externa,& obliquis media:Communi altera à peritonæo.Venas habet & arterias vtrinque vnam ex vaſis hypogaſtricis ſupra os ſacrum,neruos etiam vtrinq; habet è ſexta coniugatione cum neruis oſſis ſacri mixtos.Nã à cerebro ad oſſis ſacri extrema vſq; hi nerui deſcendunt. Vnica eſt:Sita viris in ventre inferiore ſupra inteſtinum rectum, & infra os pubis:mulieribus autem inter vterum & idem os: cui adhæret ligamentis membranoſis, vt & peni per ſuam ceruicem & inteſtino recto per tunicam ſuam communem & vaſa propria. Temperamento eſt frigido & ſicco. Vſus eius ſeu actio eſt per fibras

Veſicæ ſubſtantia.
Magnitudo
Figura.
Compoſitio.
Numerus.
Situs.
Temperies
Actio.

G continen-


continenter vrinam attrahere, ac quandiu æquum eſt continere, deinde per ceruicem ſuam expellere, partim compreſſione, ſiue ſuipſius, ſiue potius muſculorum epigaſtrii & diaphragmatis, quod hic motus cum ſit voluntarius, niſi à muſculo, quo caret veſica, edi nequit: partim etiam dilatatione & relaxatione muſculi ſphincteris fibris tranſuerſis, vt ſphincter ani contexti, vt eiuſmodi veſicæ orificium clauderet, nec vrina præter voluntatem efflueret. Veſica vero dum repletur, dilatatur: dum vero vacuatur, contrahitur, crumenæ inſtar. Muſculum hunc in veſica fuiſſe facile eſt animaduertere, exporrectum ex veſicæ orificio, & initio meatus vrinarii vſque ad pudenda, etiam in fœminis: at viris deſinit in perinæum, ſimul atque inteſtinum rectum deſeruit. Ita porro exporrectus fuit hic muſculus, vt ſua compreſſione vrina prorſum è veſica excluderetur, quæ diuturniore illic mora noxam acrimonia ſua potuiſſet inferre. Hæc communis eſt de ſphinctere veſicæ anatomicorum opinio, quæ tamen Fallopio non probatur. Nam (vt ait) ſi muſculus hic eſſet ſitus infra corpora glandulosa, nunquam ſemen in coitu poſſet excerni ſine aliqua vrinæ portione. Quare cenſet ſitum eſſe hunc muſculum ſupra proſtatas, nihilque eſſe aliud, quam colli veſicæ initium, quod euadit carnoſius, dum fibris tranſuerſis contexitur. Quod ad id veſicæ collum attinet, nihil ſubſtantia, compoſitione, numero & temperie à veſica, ſed ſolum quantitate differt, quæ collo neque tam ampla eſt, neque figura adeo rotunda, ſed oblongior, cum virga virili repræſentans literæ S. effigiem. Poſitum eſt viris ad extremitatem recti inteſtini & perinæi, ſurſum ad penis vſque radices aſſurgens, & cum eadem ſeſe deorſum reflectens: mulieribus breue eſt, latum & rectum, deſinens ad orificium ceruicis vteri, inter nympharum neruoſa corpora. Viris connexio eius eſt cum veſica, vaſis eiaculatoriis, inteſtino recto, & pene: fœminis vero cum ceruice vteri & pudendis tantummodo. Vſus eius eſt in viris vrinam ſemenque effundere: fœminis ſolam vrinam. Notandum vero eſt, diuidenda, diſtrahendaque eſſe oſſa pubis, per eam, qua vniuntur, commiſſuram, quo exactius eas partes, quo ſint ſitu, contemplari poſſis. Intelligendum præterea, per perinæum non aliud quicquam intelligi viris, fœminiſque, quam ſpatium id, quod eſt ab ano ad pudenda vſque, cuius ſutura tautus nominatur, vt & virgæ ſutura, raphi.

Sphincter veſicæ. *Situs ſphincteris.* *Veſicæ ceruix.* *Connexio ceruicis vteri & vſus.*

A

B

Figura vndecima de Veſica & Pene,



A. B. *Monſtrant duo ligamenta ſpongioſa, quæ corpus penis componunt.*
CC. *Eorundem initium.*
D. *Glandem.*
E. *Muſculum ſphincterem.*
F. *Veſicæ corpus.*
G. *Glandulas proſtatas.*
H. *Vreteres.*
II. *Vaſa ſpermatica eiaculantia.*

C

De Pene. Cap. XXXII.

Subſtantia penis, quantitas & figura. *Compoſitio.* *Penis ligamenta.* *Muſculi penis.* *Muſculorum eiuſmodi actio.* *Balanus.* *Præputium.* *Penis ligamenta.*

Sequitur pudendarum partium virilium, muliebriumque explicatio, ac primo de virilibus dicemus. Penis ſubſtantiæ eſt ligamentoſæ, quia ob oſſibus illa primum prodit. Quantitatis eſt in omnem dimenſionem ſatis inſignis: aliis tamen maior, aliis minor. Figura eius rotunda eſt, ſurſum tamen, deorſumque leuiter compreſſa. Compoſitio ex duplici tunica, neruis, venis, arteriis, duobus ligamentis, meatu vrinario, & quatuor muſculis. Tunicas habet tum à vera cute, tum à panniculo carnoſo: venas vero & arterias à vaſis hypogaſtricis, quæ ſupra os ſacrum ad penem parte inferiore progrediuntur, vt pudenda vaſa parte ſuperiore. Ligamenta penis prodeunt à lateribus, & inferiori commiſſura oſſium pubis vtrinque. Quare penis protinus à ſua radice duplici eſt inſtructus ligamento, ſed mox duo illa in vnum coeunt ſpongioſum. Vrinæ ductus in inferiore penis parte ſitus inter duo ligamenta venit à ceruice veſicæ. Quod ad muſculos ſpectat, duo laterales magnam penis partem componentes, ab interno iſchii tubere prodeunt, moxque ab ortu dilatantur, ſed gracileſcunt. Duo alii inferiores à muſculis ani oriuntur, ductumque vrinarium comitantur per peritonæi longitudinem, quouſq; penem ſubeant: adeo vero hi duo muſculi arcte cohærent, vt vnum videantur, forma triangulari. Quatuor hi muſculi dum agunt coitus tempore, diducunt dilatantque hunc meatum vrinæ & ſemini communem, vt impetu vno ſemen in agrum naturæ excernatur: quin & eodem illo tempore rigidum ſic penem continet, vt in neutram partem inclinet. Vnicus eſt penis, & ſitus ſupra inferiores oſſis pubis partes, vt in erectione eſſet rigidior. Connexio eius eſt cum illo pubis oſſe, & vicinis partibus per partes ipſum componentes. Temperamento eſt frigido & ſicco. Actio, ſemen in vuluam inferre, conſeruandæ ſpeciei humanæ gratia. Penis caput inde incipit, vbi tendines eius deſinunt. Caput illud à figura, quam habet, Glans dictum eſt & Balanus. Cutis, quæ id caput integit, præputium dicitur. Huius glandis caro mediæ eſt naturæ inter carnem glanduloſam & veram cutem. Notandum vero, penis ligamenta eſſe ſpongioſa contra aliorum conditionem, craſſo ſanguine & atro referta. Hæc vero omnia cupidæ voluptatis illecebris agitata & veneris incendio accenſa, penem tumefaciunt & erigunt.

D

E

De mulierum ſpermaticis vaſis ac teſtibus. Cap. XXXIII.

Quid virilia differant à muliebribus ſpermatica vaſa.

Exequenda nunc eſſent pudenda muliebria, ſed quia illa ex ceruice & vteri proprio corpore dependent, ante de vtero dicemus. Si tamen prius quid interſit vaſis ſpermaticis, teſtibuſque muliebribus & virilibus, dixerimus. Sciendum ergo eſt, ſpermatica mulierũ vaſa à virilib. nihil differre ſubſtãtia,

figura,

A ſigura, compoſitione, numero, coonexione, temperie, origine & vſu, ſed ſolum magnitudine & diſtributione: nam mulieribus ampliora ſunt & breuiora. Ampliora quidem oportebat illa eſſe, quod non modo coniectura eſſent materiam generationi fœtus & teſtium nutritioni, ſed etiam vteri & fœtus alimoniæ ſufficientem. Breuiora vero, quia in mulierum ventre ad teſtes deſinunt & vterum. In quo notandum, vaſa ſpermatica præparantia, paulo antequam teſtes accedant, in duos ramos inæquales diuidi, quorum minor eo, quo de virilibus diximus, modo inflexus, pergit in caput teſtium, per quam ſui tenuiſſimum ramulum tranſmittens in tunicas teſtium, vitæ & alimoniæ gratia: nec in tunicas modo, ſed & in eiaculantia vaſa. Maior vero ramus vtrinque deſcendit per ſuperiorem corporis vteri partem, inter tunicam propriam & communẽ a peritonæo, vbi in plures ramulos diuiditur. Ex hoc diſcrimine vaſorum ſpermaticorum facile intelliges, cur minus ſeminis excernant mulieres, quam viri. Quod ad teſtes attinet, nihil a virilibus differunt, niſi ſecundum magis & minus. Nam & minores ſunt & figuræ magis ſimæ & compreſſæ, ob caloris defectum, qui ipſos ad iuſtam magnitudinem adducere & excitare non potuit. Compoſitio eſt ſimplicior: carent enim ſcroto, tunica carnoſa, & ſecundum nonnullorum etiam opinionem erythroide, ſed in eius loco aliam habent a peritonæo, quæ propriam, id eſt, epi-

B didymida, ſeu darton integit. Sylnius ſcribit, muliebres teſtes carere erythroide: certum eſt tamen, quod præter propriam Darton aliam habent a peritonæo, quæ eſt erythrois, ſeu, vt loquitur Fallopius, elythrois, quaſi vaginalem dicas. Exiſtimo vero hunc errorem manaſſe ex Galeni textu, perperam intellecto, quo ſcribit, teſtes muliebres carere epididymide. Non enim de tunica eſt intelligendum, ſed de paraſtata varicoſa (vt ante expoſui:) Numero nihil differunt, ſed ſitu; Nam viris extra ventrem pendent ad os pubis ſupra perinæum; mulieribus in ventre ſunt conditi, ad vteri latera prope fundum, ſic tamen, vt vteri corpus non attingant. Adnectuntur vero vtero hi teſtes, tum tunica a peritonæo, tum vaſis eiaculantibus ad vteri cornua deſcendentibus: reliquo vero corpori per vaſa & neruos ortos ab oſſe ſacro & coſtali. Temperamento ſunt, quam viriles, frigidiore. Eiaculantia mulierum vaſa a virilibus differunt, quod ab initio ampla ſunt, & conſiſtentiæ ſeu ſubſtantiæ venoſæ, ſic vt vix diſcernere queas a tunica peritonæo, mox neruoſa euadunt, vnaque graciliſcunt, adeo vt ſpectantibus fracta ruptaque, quanquam falſo, appareant. At vbi propius ad vteri cornua accedunt, iterum dilatantur: in reliquis conditionibus cum virilibus conueniunt, niſi quod omnino graciliora ſunt & breuiora. Figura eſt illis rotunda, ſed magis, quam viris, anfractuoſa: credo vt anfractus eiuſmodi paraſtatarum varico-

C ſarum loco eſſet. Sita ſunt inter teſtes & vterum, nam ex teſtium capite prodeunt: mox tunica a peritonæo munita in vterum implantantur per cornua.

Cur muliebria vaſa ſpermatica virilibus ampliora ſint, ſed breuiora.

Teſtes muliebres a virilibus quo diſtent.

Compoſitio teſtium muliebrium.

Lib. 14. de vſu part.

Situs.


Connexio.

Eiaculantia muliebria vaſa.

Cur eiaculantia muliebria ſint anfractuoſa.

Situs.

Duodecima figura de Vtero.



AA. *Docent vaſa ſpermatica præparantia, id eſt, venas, arteriasque duplices id muneris ſortitas.*

BB. *Ramos, qui pergunt ad teſtium membranam deſcendentes a peritonæo.*

CC. *Connexionem venæ & arteriæ ſpermaticæ ad teſtes deſcendentium.*

DD. *Portionem ſupradictorum vaſorum, ad vteri fundum deſcendentium.*

EE. *Monſtrant textum varicoſum vaſorum.*

FF. *Corpora teſtium.*

GG. *Vaſa ſpermatica eiaculantia.*

HH. *Initium ſupradictorum vaſorum, paraſtatas varicoſas circa teſtes efficientium, vſque ad notas* GG.

II. *Fundum vteri, quo ſupradicta vaſa terminantur.*

D

K. *Proprium vteri orificium.*

L. *Vteri ceruicem.*

M. *Meatum veſicæ.*

N. *Vaſa, quæ ad vteri ceruicem terminantur.*

O. *Orificium ceruicis vteri.*

De Vtero muliebri. CAP. XXXIV.

VTerus *pars eſt humani corporis, quæ in ſolam mulierem cadit, ſcroti nempe loco ipſi à natura conceſſa, vt ceruix vteri, parteſque annexa loco penis:* ſic vt ſi quis exacte partes muliebres vírileſq; contempletur, non numero differre eas, ſed ſitu tantũ & vſu comperies. Quod enim viro extrorſum patet, id mulieri introrſum eſt reconditum, cum naturæ ſingulari prouidentia, tum ob caloris muliebris infirmitatem,

E qui foras eiuſmodi partes, vt in viro, propellere & exerere non potuit. Vterus ſubſtantiæ eſt neruoſæ & membranoſæ, vt pro incidente neceſſitate dilatari & contrahi facilius poſſet. Magnitudo eius varia eſt pro varia ætatis, venereæ exercitationis, menſtrualis materiæ profuſionis, & temporis conceptus ratione. Impubi adhuc mulieri, & venerem haud expertæ, nec menſtruali, nec grauidæ omnino eſt exiguus vterus; quare eius quantitas certo definiri nequit. Figura vteri veſicæ figuræ plane ſimilis eſt, ſi illã abſq; ſuis apophyſibus, quas Herophilus cornua nominabat, propter eam, quæ illis cum cornibus bobulis, nunc primum ſe exerentibus intercedit, ſimilitudinem, conſideraueris. Conſtat partibus ſimplicibus & compoſitis. Simplices ſunt venæ, arteriæ, nerui & tunicæ. Venæ & arteriæ quatuor numero exiſtunt, duæ quidem ex vaſis ſpermaticis præparantibus, duæ reliquæ ex hypogaſtricis eo aſcendunt, quo nunc

Pudenda muliebria quid a virilibus differant.

Vteri ſubſtantia & Magnitudo.

Figura.

Cornua vteri.

Compoſitio.

Vaſa. dicemus, modo. Primum enim eiuſmodi vaſa, priuſquam vtrinque ad vterum aſcendant, in duos ſe A diſſecant ramos, quorum alii ad vteri partem inferiorem pergunt, alii ad eius ceruicem, quibus ſanguis *Nerui.* menſtruus, ſi à conceptu redundat, poteſt expurgari. Nerui ad vterum perueniunt vtrinque, tum à ſexta coniugatione ſecundum ſpinæ longitudinem deſcendente, tum ab oſſe ſacro; qui mox vniti commixtique inter ſe aſcendunt, per vterumque diſtribuuntur, venarum & arteriarum inſtar.

Tunica ſeu membrana potius propria. Tunica vteri exterior ſeu communis eſt à peritonæo, qua parte attingit os ſacrum, propria vero à prima conformatione. Triplici hæc ſtaminum genere contexta eſt: rectis parte interiore ad ſeminis vtriuſque attractionem; tranſuerſis exteriore ad id vbi res feret, excernendum; obliquis in medio ad huius debitam retentionem. Vterus diuiſionem non admittit, niſi ratione partium dextrarum & ſiniſtrarum, obſcura linea, qualem in ſcroto videmus, ſed non ita manifeſta diſcretarum: nec oportet veterum *Nullæ in vtero cellæ.* more alias in vtero cellas nos comminiſci. Nam naturæ lege mulier ſimul & ſemel non eſt potens, niſi duorum fœtuum. Argumento eſt, quod duabus tantum mammis donata fuerit. Si plures geſtare *Plurimum quam duorum monſtro ſimilem eſſe partum.* cernatur, pręter naturam eſt, & monſtri ſimile, quod natura illis de commeatu & alimonia non prouiderit. Ad imum vêtrem natura vterum collocauit, quod ſic loco eſſe videretur admodum opportuno ad ſemen excipiendum, fœtum gerendum & excludendum. *Situs.* Poſitus eſt inter veſicam & rectum inteſtinum, B hiſque partibus arctius multo ſua ceruice, quam proprio corpore alligatur: ſed & duobus præterea fortiſſimis ligamentis à lateribus, & ſuperioris oſſis pubis partibus, ex quibus ſuſpenſus apparet. At communi ſua tunica à peritonæo eo præſertim loci denſiſſima alligatur oſſi ſacro, ilium oſſibus & lumborũ. *Dolor vteri ad quas proprie partes pertineat.* Huius arctæ connexionis ratione grauida mulier eiuſmodi ligamentorum dolorificas retractiones, & velut conuulſiones ſentiens, ſe grauidam agnoſcit. Temperiei eſt frigidæ & humidæ, magis ex euentu, quam ex ſeſe. *Vteri propria actio.* Actio eius eſt ſemen vtrumque concipere, conceptumque ad definitum vſque à natura tempus fouere, conſeruare, nutrire, ſanguinem inſuper menſtruum excipere, excernereque. Vteri partes compoſitę ſunt, proprium ipſius corpus, & ceruix eiuſdem. Id corpus grauidis ad vmbilicum vſq; extenditur, altius alias, alias depreſſius. *Cotyledones vteri quid.* Parte interna contemplandi veniunt Cotyledones, qui nihil ſunt aliud, quam *orificia & oſcula venarum illic deſinentium.* Vix in mulieribus apparent, niſi ſtatim ab excluſo fœtu, aut menſtrua purgatione: at in ouibus, capris & vaccis omni apparent tempore granorum frumenti inſtar, niſi cum fœtę ſunt, tum enim auellanarum nucum æquant magnitudinem, quin & tum in mulierib⁹ tument, inſtarque habent carnis informis ſeſquidigitum craſſæ, quæ fœtus vtero concluſi partes omnes naturales cingit: quo nomine informis hæc caro, nonnullorum ſententia in tunicarũ fœ- C *Iuſta Columbi reprehenſio.* tum inuoluentium numero eſt habita, Chorionq; dicta, quod quemadmodũ in brutis Chorion, venis, arteriiſq; contextum eſt; vnde fiunt vaſa vmbilicalia, ſic mulieri eiuſmodi carnea moles venis, arteriiſque eſt intexta, vnde eiuſmodi vaſis eſt origo. Quod quam vere & cum ratione ſit dictum, aliorum eſt iudicium. Vnum eſt, cuius te velim admonitum, quod quemadmodum Cotyledonum incrementa in brutis Chorii nomine non denominantur, ſed eiuſdem tantum appendices dicuntur, ſic in mulieribus eiuſmodi tumefacti Cotyledones, chorii nomen non merentur, ſed chorii appendicum potius.

Vteri orificium. Deſinit hoc corpus in quandam anguſtiam, quę id ad pudenda perſequentibus occurrit in mulieribus, quæ nondum pepeterunt, vel certe aliquandiu ſteriles manſerunt. Nam in recentibus puerperis nihil præter cauitatem intueri poſſis, nullam præterea anguſtiam: *Grauidis nõ ſemper exacte claudi proprium vteri orificiũ.* Hanc anguſtiam proprium vteri orificium nominamus, quod à conceptu exactiſſime clauditur, præſertim quouſque fœtum inuoluentes membranæ abſolutæ ſint, ſatiſque ſolidæ ad continendum ſemen, ne exiliat, vel à ſubeunte aere corrumpatur: nam mox reſeratur, vt exitus pateat ſemini, menſibus in quibuſdam, ſeorſiſque humoribus, *Ceruix vteri.* quę per grauiditatis tempus in vtero congeruntur. Ab hoc proprio orificio, ceruix vteri ortum habens, ad pudenda vſque extenditur. Subſtantiæ eſt muſculoſæ, ex mollicula carne contextæ, quod oporteret D eam extendi & contrahi, rugari & exporrigi, explicarique & intorqueri ac vibrari ad fœtus excluſionem, rurſumque poſt ſibi reſtitui. Ætate procedente occaleſcit, tum attritu venereo, tum ętatis ratione, qua totum corpus omnibus ſuis partibus ſicceſcit & induratur. Iuuenibus enim & adoleſcentibus tractabilis & flexilis eſt ad naturæ neceſſitates. Magnitudo eius in omnem dimenſionem ſatis ampla eſt: *Vaſa ceruicis vteri.* quamquam varia ſit ob infinitam corporum varietatem. Figura eſt oblonga, rotunda, & caua. Compoſitio eadem eſt cum vteri compoſitione, niſi quod tot vaſa non excipit, quam vterus. Nulla enim alia habet, quam quę à venis hypogaſtricis tranſmittuntur per ramos ad vterum aſcendentes. Ceruix hæc parte interna multis crenis palati canini inſtar rugoſa eſt, vt illa inęqualitate maiorẽ coeunti voluptatẽ pareret, ſieq; breuior coitus foret. Vnica eſt, & ſita inter veſicæ ceruicem, & rectũ inteſtinum, quib⁹ arcte adhæret, quemadmodũ & vtero per proprium vteri orificium, pudendiſq; per ſinum: per vaſa vero ſua, partibus omnibus, vnde illa tranſmittuntur. Temperamento eſt frigido & ſicco. Semini in vterum immittendo, fœtui excludendo, & menſtruis fluentib⁹ via eſt. Notatu vero dignum eſt in viæ hac lon- *Hymen nullum eſſe.* gitudine, nullam eiuſmodi membranam reperiri, quam Hymen nominarunt, quamque comminiſcuntur, primo coitu diffringi. Columbus tamen, Fallopius, Vierus, multiq; alii ætatis noſtræ docti viri, E contra ſentiunt, aiuntq; paulo ſupra ductum vrinarium in virginib. comperiri, certiq; eiuſmodi membranam neruoſam, tranſuerſo ſitu in media veluti huius ceruicis via poſitam, & ad menſium exitum *Vnde ſanguis quibuſdam virginibus primo erũpit coitu.* perforatam. Sed vt id experientia falſum deprehendas, veteres in hunc errorem impulſos ex eo veriſimile eſt, quod nonnullis primo coitu ſanguis ex illis locis erũpit copioſius: Sed veriſimilius eſt, contingere id ex vaſorũ quorundam per internam ceruicis vteri ſuperficiem deſcendentium, violento attritu, nequeuntium tam validam extenſionem ſuſtinere, quem neruoſa illa ceruix primo congreſſu ſuſcipit, citra ruptionem: neque enim virgo nubilis, quæ partes ſuas genitales, viri genitalib. proportionatas, mole & amplitudine habuerit, eiuſmodi ſanguinis fluxũ expertura eſt, vt plurib. verbis docebim⁹,

lib. de

A *lib. de Generat*. Deſinit ceruix hæc ad pudendum muliebre, vbi eius proprium eſt orificium, id pudendum nobis nunc explicandum eſt, quod ceruicis ſit apophyſis & appendix.

Pudendum muliebre ſubſtantiæ eſt mediæ, inter carnem & neruum. Magnitudo ipſi eſt ſatis inſignis, figura rotunda, caua, oblonga. Compoſitio ex venis, arteriis, neruis, ad vteri ceruicem deſcendentibus, & duplici tunica, à vera cute, & panniculo carnoſo prodeunte: ambæ eiuſmodi tunicæ arctè illic vniuntur, per interiectam carnem, ex quo dicitur hæc pars ex tunica muſculoſa coaluiſſe. Numero vnicum eſt. Situm ſupra perinæum. Connexionem habet cum Ano, ceruice vteri & veſicæ, per propria vtriuſq; orificia. Temperiei eſt mediæ, inter calidum, frigidum, humidum & ſiccum. Vſum eundem habet cum virili præputio, nempe, vt cum Nymphis arceat ingreſſu aerem, vnde vtero impendet algoris periculum. Pudendorum labra Pterygomata Græcis, nobis Alæ dicuntur, totamq; illam regioné continent, quæ pilis veſtita eſt. Et quia in Nympharum mentionem incidimus, ſciendum, Nymphas apophyſes eſſe, & veluti cutis muſculoſæ productiones, quæ vtrinq; ex parte ſuperiore oſſis pubis, deorſum vſq; ad ceruicis veſicæ orificium deſcendunt, ſæpe in tam turpem molem excreſcentes, vt virilis membri inſtar arrigant. Quare quibuſdam ſunt à primis annis amputandæ, magna tamen cautione adhibita,


Pudendum mulíebre ceruicis eſſe vteri apophyſim. Vſus pudendi muliebris. Pterygomata. Nymphæ.

B ne ſi audacius exſecentur, tanta ſequatur hæmorrhagia, vt mortis mulieri vel vtero ſterilitatis conſecutionem adſerat, ob vteri fuſo ſanguine nimio refrigerationem. Recentiores anatomici, vt Columbus & Fallopius, præter has partes alterius meminerunt particulæ, quæ in ſummo eminet pudendarum partium, ipſiusq; etiam vrinarii ductus, quæ eaſdẽ alas, de quibus paulo ante diximus, coniungit. Columbus Tentiginem vocat, Fallopius Cleturida, vnde verbum infame Cletorizein. Sed quia obſcœna pars eſt, qui plura de ea ſcire volet, legat illos, quos citaui ſcriptores.

Tentigo.

Decima figura, partes muliebres a virilibus differentes monſtrans.

C



D

A A. *Monſtrat venas ſpermaticas.*
BB. *Arterias ſpermaticas.*
CC. *Harum connexionem cum venis ſpermaticis, inſuper aliam diuiſionem venarum & arteriarum ſpermaticarum, teſtes & vteri fundum adeuntium.*
D D. *Portiones vaſorum ſpermaticorum, vteri corpus adeuntium.*
E E. *Alteram eorundem vaſorum portionem teſtes adeuntium.*
F F. *Teſtes muliebres.*
G G. *Vaſa eiaculatoria, quæ è teſtibus exeuntia in vterum ſe per cornua præcipitant.*
H. *Corpus vteri.*
I. *Situm proprii vteri orificii.*
K. *Ceruicem vteri.*
L. *Inteſtinum rectum, reſectum & ablaqueatum.*
M. *Venas & arterias hypogaſtricas, ad vteri corpus, ceruicemque adeuntes.*
N. *Orificium ceruicis vteri.*
O. *Corpus veſicæ inuerſum.*
P P. *Vreterum, quorum vnus reſectus eſt in veſicam ingreſſum.*
Q. *Venam & arteriam, ad veſicam pergentes, ab his productas, quæ adeunt vteri ceruicem.*
R. *Ceruicem veſicæ, eiuſque muſculum, cuius accuratiorem demonſtrationem habuiſti præcedentibus figuris.*

De Tunicis fœtum in vtero continentibus, deque Vmbilico. CAP. XXXV.

MEmbranæ fœtum in grauidæ matris in vtero continentes, ſubſtantiæ ſpermaticæ ſunt & neruoſæ, ex ſemine materno arteriam ſortitæ. Neruoſæ autem factæ ſunt, quo facilius extendi poſſent, pro fœtus contenti neceſſitate. Earum magnitudo in latitudine, & altitudine inſignis eſt, inſtante præſertim partus tempore. Figuræ ſunt rotundæ, vteri inſtar. Compoſitionem habent ex venis, arteriis, & propria ſubſtantia. Venæ, arteriæq; ad illas diſtribuuntur (ſeu obſcure, ſeu manifeſte pauciores, pluresve) ex vtero per Cotyledonas, qui eandem in vtero rationem, fœtu adhuc concluſo habent, quam papillæ fœtu excluſo in nutricibus. Sic enim vterus Cotyledonas, ſeu venas in eos degenerantes, per medias membranas, concluſo fœtui tanquam quaſdam papillas profert. Tres ſunt numero ſecundum Gale-

Subſtantia. Magnitudo. Figura. & Compoſitio. Cotyledones

E num: vna Chorion, ſeu Secundina dicta: altera Allantoides: tertia Amnios. Hunc tunicarum numerum in brutis comperio in muliere non comperio; niſi quis forte in hoc tunicarum numero haberi velit tumentes, & in carneam quandã molem conflatos Cotyledones, quod multi ſcribunt rei Anatomicæ periti: quam tamen opinionem tanquã veram recipere non poſſumus. Nuſquam enim allantoidem reperire in mulieribus, ſemeſtri, ſeptimeſtri, octimeſtri, & abſoluto nouem menſium fœtu grauidis, mihi vnquam contigit: etſi eam ſtudio omni perquiſiuerim, remotis obſtetricibus, quæ aliquam tunicarũ violare poſſent. Hac vero arte hoc exegimus negotium, matris cadauer ad vteri regionem decuſſatim diuiſimus, ac ſublatis impedimẽtis omnibus, quæ diligentiam noſtrã remorari, & obſcurare poſſent, quanta fieri potuit dexteritate, non illud modo infantis cubile ab interna vteri facie, cui per Cotyledonas

Numerus membranarum fœtus.

 adhæret,

adhæret,abſtraximus,ſed & primam membranam,quam Chorion diximus, a ſubiacēte Amnios dicta, A citra rupturam vllam abduximus: ſic n.nullum humorem effudimus, vnde exprobrari poſſet, attritam fuiſſe tunicam aliquã,humor illi continendo attextam. Dehinc ſæpius multis teſtibus & arbitris adhibitis,diligenter inſpeximus,ſi quo loco appareret diſtinctio vlla duarum membranarum allantoidis,& eius,quæ Amnios dicitur,ad ſeptis diſcludendos humores contentos,& ad alios, qui memorãtur,vſus.

Duplici experientia docet nullã eſſe, qua fœtus in vtero humano contineatur, allantoidẽ.

Sed cum nihil horũ intueremur, Amnion humore differtã, parte ſumma accepimus, diſſectamq; duorum miniſtrorũ manibus,quo loco ſecueramus, ſuſpenſam ſic tenuimus, vt nullus hinc humor in chorii aut vteri circumferentiam poſſet effluere;mox ſpongiis humorem, quo differta erat,vniuerſum ſenſim exhauſimus,concluſo adhuc fœtu ad exitum parato,vt ſic exhauſta humore tunica Amnio, videremus num alius ſubeſſet humor alia præterea tunica concluſus.Sed his omnib.ſingulari diligẽtia,& fide peractis,nullum alium humorẽ,nullam præterea membranarum ſeparationẽ intueri potuimus. Sic,vt inde in ea ſententia animum meum obfirmauerim, duabus tantum tunicis, Chorio & Amnio,fœtum humanum in vtero inuolui. Sed hac ego experientia non contentus,quo mihi magis de illa allantoide conſtaret,duas dictas tunicas tranſuectus,ad fœtum perueni, atq; ad eius veſicã calamum admoui, admotamq; quam magna exſpiratione potui inflaui,vt experirer, ſi illa inflatione aerem in eam tunicam, B de qua quæſtio eſt,impellere poſſem,vt nonnulli ſcripſere. Sed ne ſic quidẽ vllum hinc aerem,per vmbilicum in controuerſam tunicã abigere potui, quin potius veſica illum per pudenda euolare comperi

Docetur ratione triplici,nullam eſſe allantoidem.

Quare nullam ſubeſſe pro certo habeo allantoidem. Adde quod nunquam comperiri,vel videri à me potuit in vmbilico meatus ille Vrachos dictus,quẽ principiũ,originemq; allantoidis tunicæ adſtruũt. Sed etſi nullam eſſe allantoidem tunicã, pro confeſſo habeatur, quid inde ſequetur incommodi? præſertim cum ſudor,vrinaq; fœtus,facile & ſine vllo incommodo,eadẽ tunica excipi, colligi & contineri queant,propter exiguum quod inter vtrumq; eſt diſcrimen.Quod ſi quis obiiciat,vrinã acrimonia ſua, & contactu noxiam fœtui futurã: Reſpondeo, non poſſe magnã in tantuli fœtus vrina ſubeſſe acrimoniã,eamq;, ſi quæ ſubſit,temperari,ſudoris vna permixti vapore halituoſo. Si præterea vſum eiuſmodi humoris reſpexerimus, (qui eſt ſuſtinere fœtum, ne ſuo pondere vincula abrumpat, quibus vtero alligatur)nullum ad eam rem humorẽ ſeroſo magis idoneum comperiemus,vt qui craſſitie ſua, ſuſtinẽdis ponderibus longe ſit accommodatior,quam tenuis & nimiũ liquidus ſudor, ita enim maria longe grauiora pondera citra ſubmerſionis periculum vehunt,quam flumina.Itaq; concludo, nihil eſſe neceſſe, vrinam tunica vna,& ſudorem altera excipi & contineri. Qui ſecus ſcripſerint veteres,ex obſeruatione C in brutis facta ſcripſerunt.Quare duas conſtituemus tantum tunicas, Chorion & Amnion, quarũ vna cum alterã contineat,ambæ ſic fœtum continent, vt ipſum vndiq; inuoluant. Huic ſententiæ ſuccinit quodammodo Fallopius:duas enim tantum tunicas ponit,Chorion & Amnion,ſed fœtum vrinam excernere autumat,in chorii partem quandam, vt lectis eius Obſeruationibus intelliges. Ambæ hæ tunicæ connexæ ſunt inter ſe, vltro citroq; commeantibus tenuiſſimis neruoſis fibris, & exiguis vaſculis, à Chorio extrinſecus obſito in Amnion interiorem tunicã penetrantibus. Quare niſi has tunicas caute tractaueris,facile Amnion inter ſeparandum laceraueris. Eiuſdem cum reliquis membranis ſunt temperamenti.

Vſus duarũ fœtus membranarum.

Vſus diuerſus eſt,nam Chorion factum eſt tum ad conſeruationem vaſorum, quæ ex vtero excipit ad generationem venarum,& arteriarum vmbilicalium, tum ad partium, quas continet,tuendam integritatem.At Amnios ad excipiendos continendoſq; excrementitios & ſeroſos humores,quos fœtus vtero concluſus ſolet excernere.Eſt vero hæc tunica araneoſæ tenuitatis, mollis præterea, valida tamen & æqualis,ne ſuo contactu fœtum lædere poſſet, ex quo Agnina eſt nuncupata.

De Vmbilico. CAP. XXXVI.

Quid Vmbilicus.

VMbilicus has tunicas ſequitur. Eſt autem *corpus album, funis intorti Franciſcanorum inſtar habens, niſi quod nodos non habet adeo extrorſum prominentes,ſed certis tantũ locis tumentes, ad ſimilitudinem nodi, ex altera tantum parte elati,nullo præterea intertextu reuinctis*: Oritur, incipitq; à mole carnea, quam tumentium D cotyledonum nomine expreſſimus,pergitq; in medium fœtus,inferiorem ventrem, imo in totius corporis medium,cuius proinde dicitur eſſe radix.

Vmbilicus corporis centrum.

Nam quemadmodum arbor per radicẽ ſuccum è terra ſugit,ſic fœtus in vtero,per vmbilicum alimentum capeſcit.Magnitudo eius æquat in craſſitie & latitudine minimi digiti magnitudinẽ. At longus eſt ſeſquipedem, ſic vt eo cincti medium corpus,ceruices, brachia,crura infantes prodeant.Figura illi rotunda eſt. Compoſitus eſt ex duabus arteriis, vna vena & duabus tunicis.

Componentes Vmbilicũ partes

Li. de form. fœt.in Vtero.

Conflantur in eo vaſa hæc,ex ingenti illa venarum & arteriarum, quaſi capillariũ multitudine,quæ per chorion ſparſæ viſuntur.Ergo vena vmbilico merſa, in ſimam iecoris partem inde penetrat,vbi in duas diuiſa,Galeni ſententia,venam portam & cauam conſtituit.At arteriæ per illam vmbilici longitudinẽ ſeorſum diſiectæ,in iliacas ſe coniiciunt,quas conſtituunt, vt & omnes alias, vt hinc in vniuerſum fœtum,per eas ſpiritus vitalis deferatur. Duæ tunicæ illi ſunt à chorio. Cum autem ſine vllo medio ſibi inuicem attextæ & coniunctæ ſint,ac per totum vmbilicum ſatis denſæ & ſpiſſæ exiſtãt, videntur conſtituere cutem fœtus exteriorem & carnoſum panniculum. E

Vnica tantum in fœtus vmbilico Vena,nullum autem Vrachum.

Scio permultos duas in vmbilico venas numerare,vt & arterias & vrachum,per quẽ vrina fluat in allantoidem.Sed quia id in mulieribus non eſt reperire,ſed tantũ in brutis,lubens prætermitto:quia non eſt mihi animus,vllarũ partium meminiſſe,præterquã humanarum.Si quis tamen eſt,qui hæc,quæ brutis propria exiſtimo, etiã in mulieres cadere me doceat,lubens ègo,& glorioſe profitebor,per quem in hac parte profecerim.Reliqua, quæ de vmbilico quæri poſſunt,vt de numero,ſitu,connexione & tempetie,ac vſu, facile ex antedictis innoteſcent. Nam & vſum aperte notauimus, cum diximus, ea gratia comparatum eſſe vmbilicum, vt per illum fœtus nutriatur,tanquam arbor per radicem,per continuationẽ vaſorum eius cum vaſis ſpermaticis præparantibus,in eã rem à Deo cõparatis,cui ſoli honor ſit & gloria in ſeculorũ ſecula.AMEN.

FINIS LIBRI SECVNDI.

A

DE PARTIBVS VITALIBVS THORACE CONTENTIS.

B LIBER TERTIVS.

PRÆFATIO.

EXACTO *libro primo Anatomico, in explicatione partium naturalium inferiore ventre contentarum, ordinis nunc ratio poſtulat, vt de Thorace dicamus: vt ſic partes iam quodammodo demonſtratæ (venas dico & arterias) eiuſdem ordinis & doctrinæ curſu, ſine materiæ interceptione expediantur. Ac præterea vt reliquas, quæ reſtabunt, caput nempe, & artus, exactius demonſtrare poſſimus & clarius, præcognitis vaſorum, quæ per eas ſparguntur, originibus. Ad hãc rẽ primo quid Thorax ſit, definiemus, deinde ipſum in ſuas partes diuidemus. Tertio in his conſiderabimus, quæ cõtineant, & quæ cõtineantur, quo ſic inceptũ iter fœlicius peragamus.*

Quid Thorax, in quas partes diuidatur, & quæ partium eiuſmodi ratio.

CAP. I.

Continentes thoracis partes.

C THORAX venter medius eſt, ſumma, parte clauiculis, ima diaphragmate anteriore ſterno, poſteriore duodecim dorſi ſeu metaphreni vertebris vtrinque coſtis veris nothisque, muſculis intercoſtalibus, & intercartilagineis deſcriptus. Eiuſmodi à natura conſtructionem, compoſitionemq; obtinuit, ne dum partib. vitalibus propugnaculi loco aduerſus externas iniurias eſſet, officeret reſpirationi: quę non minus neceſſaria eſt ad conſeruationem caloris natiui per ſpiritus vitales effuſi, & corde, tanquam fonte concluſi, aduerſus internas iniurias, quam commemoratæ thoracis partes aduerſus externas. Nã ſi thorax totus fuiſſet oſſeus, robuſtior equidẽ extitiſſet, ſed reſpirationi obſtitiſſet, quę thoracis dilatatione & contractione perficitur. Quare, ne dum huic prodeſt, alteri obeſſet, natura illũ partim oſſeum, & cartilagineũ, partim carnoſum eſſe iuſſit. Alii aliã rationem præferunt, naturã ſcilicet ſic thoracem conſtruxiſſe, vt ordinem in rerum fabrica à ſe poſitum, & hic quoque obſeruaret, nempe, vt partes toto genere diſtantes, imum ventrem carnoſum prorſus, & caput prorſus oſſeum, per medium vtriuſque oſſeæ, & carnoſæ ſubſtantiæ particeps copularet: quod & obſeruaſſe illam intelligimus in connexione aquæ & ignis, per intermedium aerem: terræ & aeris, per intermediam aquam. Partes Thoracis tres numerantur, ſumma, ima, media. Summam clauiculæ, imam diaphragma, mediam Sternon continet. Sternon; Galeni ſententia, ſeptem oſſibus conflatum eſt: credo propter inſignem hominum, qui tum viuebant, magnitudinem. Noſtris temporibus ſæpius id reperias, tribus, quatuor, aut quinque oſſibus compactum: quanquam negare nolumus, nos id ſæpe animaduertiſſe (in iunioribus præſertim) ex ſeptem & octo oſſibus conſtare. Quare, his, quibus in ſterno oſſa ſunt numero pauciora, iiſdem magnitudine ſunt latiora, vt excipiendis coſtis ſufficerent. Hæc communis opinio eſt de ſterni oſſibus: Sternon tamen longe aliter deſcripſit Fallopius: quare adeat eius obſeruationes, qui plura ea de re intelligere volet. Ad ſterni imum pendet cartilago, vulgo Furcula, & Malum granatum, quia Punici pomi inſtar habet, alias ſcutiformis nominata. Eo loci poſita eſt, vt eſſet orificio ventriculi, ſeu ſtomacho exquiſitiſſimo ſenſu prædito, pro munimine & vallo, eiuſdemque muniminis officia præſtaret ei diaphragmatis parti, quæ eo loci iecur ſuſtinet, ſitum ſupra ventriculi orificium, per intermedium ligamentum, ab imo eiuſmodi cartilaginis in ſummam iecoris partem deſcendens. Vulgus hanc cartilaginem putat aliquando procidere: ſed ſic oſſi ſterno adhæret, & vnita eſt, vt extra periculum prolapſus eſſe videatur: quanquam ſæpe humiditatibus aquoſis & ſeroſis, quibus orificium ventriculi natat, ita proluatur & perfundatur, vt his delibuta ac tanquã inebriata relaxetur, adeo vt loco mota videri poſſit: in quo caſu, tum manu cumprimi, cogique in priſtinum locum & ſtatum poteſt, tum adſtringentibus reſiccantibusque, & ſuperfluam humiditatem exhaurientibus admotis aſſumptiſque. Hæc cartilago ſui initio ſtricta eſt, at in extremo latior & obtuſa. In formam hebetati mucronis, ex quo enſiformis etiã dicta eſt. Nonnullis duplicem habet mucronem, aliis vnum tantum. Senibus in os degenerat, & quia in hanc cartilaginis mentionem incidimus, quid cartilago ſit, & quot ſint eius differentiæ, explicabimus, vt dehinc quoties de cartilaginib. ſermo oborietur, quid ipſa res ſit intelligamus. Cartilago *pars* eſt *corporis noſtri ſimilaris poſt os maxime terreſtris, frigida, ſicca, dura, ponderoſa, & ſenſu orba: ſola ſiccitate ab oſſe differens, quæ in oſſe maior eſt.* Quare nec cartilago deperdita regenerari poteſt, vt nec os ſine calli interuẽtu. Eius differẽtiæ eædem pene ſunt cum oſſe, nempe à conſiſtentia, ſubſtantia, magnitudine, numero, ſitu, figura, coniunctione,

Cur partim oſſeum, partim cartilagineum, thoracem natura effinxit.

D *Sterno quot ſint oſſa.*

Xiphois ſeu enſiformis cartilago.

Num pectoris extrema illa pars cartilaginea aliquando procidat.

E

Quid cartilago.

innctione, actione & vſu. Vitandæ tamen prolixitatis gratia, eas modo perſequar, quæ à ſitu, vſu & coniunctione dicuntur. Ergo cartilagines vel oſſibus adhærent, vel ex ſe, & per ſe, partem aliquam conſtituunt, vt cartilagines Tarſi, Ciliorum, Epiglotidis, Laryngis; & eæ, quæ oſſibus adhærent, vel nullius medii interuentu adhærent, vt quæ oſſibus ſterni interueniunt, clauicularum, pubis, ilium & aliis: vel interueniente ligamento, vt quæ ſunt ad extrema notharum coſtarum ſterno ligamenti interuentu: vt his ligamentis cartilagine mollioribus, thoracis motus expeditius & tutius obtinentur. Quæ ex oſſibus pendent cartilagines, non modo oſſibus, ſed & ipſis, ſibi, contentiſque partibus, robur afferunt aduerſus ea, quæ conterere & contundere poſſunt. Huiuſmodi ſunt, quæ ſunt ad extrema notharum coſtarum, & ſterni cartilagines. Ex his licet colligere cartilaginum vſum eſſe duplicem, vnum ad expoliendas & leuigandas partes, quibus lubrica ea læuitas erat neceſſaria, ad id, quod ſui eſt muneris, obeundum: atque in eum vſum comparatæ ſunt cartilagines, quæ ſunt ad articulos, quo eorum ſit expeditior motus. Alterum, quo ab iniuriis externis, partes, quibus ſunt oppoſitæ, munirent, violentos incurſus, dum quodammodo cedunt impreſſioni eludendo, haud aliter, quam tomenta quædam bombardarum ictibus oppoſita. Reliquas cartilaginum differentias ſuo loco, vt res feret, perſequemur. A

Cartilaginum differentia.

Cartilaginum vſus duplex.

De thoracis partibus continentibus & contentis. B

Cap. II.

Thoracis in ſuas partes diuiſio.

CONtinentes Thoracis partes ſunt, cutis duplex, panniculus carnoſus, adeps, mammæ, tunica communis muſculorũ, muſculi ipſi eo loci exiſtentes, oſſa ante commemorata, tunica ſuccingens coſtas & diaphragma. Contentæ ſunt mediaſtinum, pericardium, cor, pulmones & vaſa. Continentium aliæ ſunt toti reliquo corpori communes, vel multis eius partibus, vt cutis duplex, panniculus carnoſus, & adeps: de quibus, quia *libro primo* diximus, nihil eſt neceſſe hic commemorare: aliæ thoraci ſunt propriæ, vt muſculi, de quibus ſuo loco, mammæ, ſupradicta oſſa, ſuccingens coſtas membrana & diaphragma. Has omnes ordine perſequemur, ſi prius rationem tradidero, qua liceat cutem ab ipſo Thorace reliquo abducere. Nouacula altius ad integram vſque cutis diuiſionem adacta, rectam lineam duces à ventris inferioris ſumma parte ad vſque mentum. Mox ad clauiculas aliam diuiſionem tranſuerſam vtrinque ad omoplatam vſque duces atque in inferioribus clauicularum locis (ſi prolixitatem operis effugere vis) ſeparabis duplicem cutem, panniculum carnoſum, adipem & tunicam muſculorum communem, vna operatione: quia hæ partes in ventris inferioris demonſtratione demonſtratæ fuere: mammas tamen in mulierum cadaueribus reſeruabis ſeorſim. Ergo in ſummis mammarum partibus, quam artificioſe fieri poterit, cutem ſolam à ſubiacentibus partibus ſeparabis, vt panniculum, qui eo loci carnoſus, & muſculoſus euadit, perque totum collum, faciei partes vſq; ad pilorum radices funditur, demonſtrare poſſis. C

De Mammis. Cap. III.

Subſtantia.

Magnitudo.

Figura.

Compoſitio.

Quæ glandula neruũ habeant & quæ minime

MAmmæ, vt diximus, cum de natura glandularum ageremus, glanduloſæ ſunt ſubſtantiæ, albæ raræ & ſpongioſæ: virginibus & non lactantibuſque mulieribus ſolidiores, nec ita amplæ. Quare mammarum magnitudo varia eſt, quanquam omnibus ſatis inſignis. Figura ſunt rotunda, oblonga & quodammodo pyramidali. Compoſitio earum eſt ex cute, panniculo carnoſo, glandulis, adipe, neruis, venis & arteriis, ab axillari ſub ſterno ad ipſas deſcendentibus, inter quartam & quintam, alias ſextam verarum coſtarum. Illic glandularum & adipis interiectu infinitis riuulis diuiduntur, quibus futuro lacti idonea materia deferatur, in lac mammarum facultate commutanda. De glandularum natura, vtpote iam ante expoſita, plura non dicemus ad tantum addemus, glandularum alias neruum habere, vt mammarias, quem excipiunt ex partibus ſubiacentibus, nempe ab intercoſtalibus, quo fit, vt ſenſu exactiſſimo ſint præditæ. Alias neruo carere, quæ diuiſioni vaſorum replendæ tantum ſeruiunt, quæque actionem non habent, ſed tantum vſum. Numero ſunt duæ, vtrinq; vna, ad ſterni latera ſita, inter quartam, quintam & ſextam verarum coſtarum. Quare connexionem habent cum ſupradictis partibus ſuo corpore: per vaſa vero omnibus aliis, ſed vtero præſertim per reliquias venarum, & arteriarum mammillarium, quæ ad latera vſque cartilaginis enſiformis deſcendunt: quo loco per muſculorum ſubſtantiam venæ illæ ſe inſinuantes, paulo ſupra vmbilicum coniunguntur cum aſcendentibus epigaſtricis, quarum origo quodammodo oppoſita eſt hypogaſtricis, quæ ramos ad vterum tranſmittunt, horumque interuentu hoc commercium fieri potius certum eſt, quam aliorum, & fere capillarium ramulorum, qui aliquando ad epigaſtricis ab vterum deſcendere cernuntur. Mammę temperamento ſunt frigido & humido, quare aiunt ſanguinem conuerſione in lac recrudeſcere, pituiteſcere, albeſcereque, vi propriæ carnis mammarum. Illarum actio eſt, alimentum præparare recens nato infanti, cui à quo prius incaluerint, calefacere, ac pectus ornatius reddere. Ex his intelliges, glandularum alias actionem habere, alias vſum tantum, alias vtrumq;. Ad mammarum faſtigium extat tuberculum quoddam, quod papillam nominant: quo ſucto puer alimentum trahit, per parua quædam & ſpongioſa foraminula; quę quamuis pateant oculis manifeſta, dum mammarum compreſſione lac exprimitur, tamen expreſſo lacte non iam apparent, nec præterea aciculæ acumen admittunt, propter anfractus, in eum vſum illis foraminibus comparatos à natura, ne iam perfectum lac, per papillam ſponte ſua inuita nutrice efflueret. Sic enim proſtatis ſemen ad certum tempus retinetur & aſſeruatur. D E

Connexio.

Quomodo ſibi inuicem communicent & conſentiant mamma & Vterus.

Mammarum Actio, & Vſus.

Papilla.

De Clauiculis & Coſtis. Cap. IIII.

SI nobis ordine vulgari hæc tractanda eſſent, Thoracis muſculi nunc brachium mouentes, & reſpirationi ſeruientes, qui primi oculis ſe obiiciunt, venirent explicandi. Sed quia commode demonſtrari

A ſtrari nequeunt, niſi omoplatæ & ceruicis violatis muſculis, ideo melius eſſe arbitror, eiuſmodi muſculorum explicationem differre, quouſq; reliquas partes contentas & continentes demonſtrauerimus, non thoracis modo, ſed etiam capitis, vt his peractis venire poſſimus ad plenam demonſtrationem reliquorum omnium muſculorum, initio a muſculis capitis, qui primi occurrunt, ducto, indeque enarratis reliquis vſq; ad pedis muſculos, prout commodius ſe diſſectioni offerre videbuntur: quo, quantum in nobis erit, confuſionem vitemus. Ergo ad inſtitutum noſtrũ regredientes, poſt ſupradictos muſculos veniunt clauiculæ, ſternon & coſtæ. Sed hæ partes, vt facilius intelligantur, ante ſciendum, quid ſit os, & vnde eius ducantur differentiæ. Os ergo *pars eſt corporis noſtri maxime terreſtris, frigida, ſicca, dura, omnis ſenſus manifeſti expers*, ſi dentes exceperis. *Quid os.* *Manifeſti* ſenſus, dixi, vt intelligas duplicem eſſe in partib. tactus ſenſum, manifeſtum vnum, cuiuſmodi eſt in carne, cute, membranis, neruis; dentibus & aliis quibuſdam partibus: alium obſcurum, qui tamen ſufficiat vtilibus & noxiis qualitatibus tactilibus diſcernendis, cuiuſmodi eſt ſenſus in viſceribus & oſſibus: ad has enim partes, valde exiguæ neruorum fibræ, diſſeminantur per mediam tunicam, aut membranam, adeo, inquam, exiguæ, vt vix cerni oculis queant, niſi (vt ait Gal.) eiuſmodi tunicas a partibus auellendo. *Duplex ſenſus.* Nihil vero eſt miri, ſi natura tam exiguas *Lib. 3. de loc. affect.*
B vis pariter eſſe voluerit venas, contra quam pulmoni & pleriſque muſculis, nempe vt tantum cuique parti ſuppeteret alimenti, quantum eſſet neceſſe: nam cum ſubſtantia oſſium frigida ſit, dura, denſa & ſolida, minus diffluit. *Car oſſibus adeo exiguæ ſint venæ.* Quare non tam multo eget ſanguine ad alimoniam, quam partes calidæ & molles: quin & parua oſſa nec venas habent, nec arterias, ſed vi tantum inſitæ facultatis attractricis idoneũ ſibi attrahunt alimentum. Oſſium differentiæ ex multis rebus ducuntur, nempe ex apophyſibus, epiphyſibus, cartilaginibus, ceruicibus, capitibus, ſoliditate, cauitate, ſuperciliis, medulla, conſiſtentia, magnitudine, numero, figura, ſitu. *Oſſium vnde ducantur differentiæ.* Has omnes perſequemur, pro vt ſe offerent in oſſium demonſtratione: cui doctrinæ a clauiculis damus exordium.

Clauiculæ oſſa duo ſunt, valde dura & ſolida, ſine inſigni vlla cauitate, vtrinq; ſita inter ſterni partem lateralem ac ſuperiorem, & omoplatæ Acromion, ad eiuſmodi partium robur, & ſtabilimentum, ex quo clauicularum nomen aſſumpſere. *Clauicula.* Figuram chirurgi vectis referunt. Notandum vero, clauiculas ſterno videri connexas, per mediocre os cartilaginoſum. Præterea ſpatium & cauitatem, ſub clauiculis contentam, Latinis dici Iugulum; Gallis Furculam ſuperiorem, quod illac tranſeant venæ iugulares: *Iugulum quid.* ſpinæ omoplatæ adhæret per cartilaginem, quam Gal. paruum os cartilaginoſum nominat, quanquam
C non eſt aliud quidquam, quam epiphyſis oſſis iuguli: *Lib. 13. de vſu part. c. 11.* Quod ad ſternum attinet, quod diximus ex multis oſſibus coaluiſſe, nempe alias tribus, alias quatuor, quinque, ſex, ſeptem, octo etiam aliquando, notabis, ea valde ſpongioſa & poroſa eſſe conſiſtentięq; longe mollioris, quam clauicula, quare corruptioni magis obnoxia: præterea cartilaginum interuentu ſibi inuicem eſſe affirmata. Vſus eorum eſt, vt clypei inſtar vitales partes munirent.

Coſtæ numero ſunt viginti quatuor, vtrinque duodecim: harum ſeptem ſunt veræ, ſic dictæ quod circulum perficiant: hinc vertebris, hinc ſterno adiunctæ: aliæ ſpuriæ & nothæ, quod in via circuli reſtitent, nec ad ſternum vſque perueniant. *Coſtæ.* Veræ anteriore parte ſterno affirmantur, per cartilagines & ligamenta: poſteriore autem, vertebris tranſuerſis, ſpinæ dorſi, & partibus lateralibus earundem vertebrarum. Nothæ vero vertebris tantum adiunciuntur, ex quo vertebrarum regio illa, coſtarũ radix dicitur. Anterior notharum extremitas cartilaginoſa eſt, ne rumperentur, vtq; in ventriculi cibis referti, diſtentionibus facilius attolli poſſent. Conſiſtentiæ ſatis duræ ſunt, magis tamen ad radicem, quam ad ſternũ, *Conſiſtentia coſtarum.* vbi propius ſibi adhæſerunt, & frangi ſunt contumaciores, ſurſum deorſumque læuigatæ. In medio vero, diploes expreſſa veſtigia obtinent, ad venas & arterias excipiendas, quæ oſſeam ipſarum ſubſtantiam
D nutriunt: in arcum ſunt ſinuatæ. Vſus earum idem eſt cum ſterno, & præterea muſculos reſpirationi inſeruientes excipere, ac ſtabilire.

De Sterni anatomica adminiſtratione. CAP. V.

Tunica ſubcoſtalis, quam vulgus anatomicorum Pleuram nominat, partium thoracis continentium vltima eſt, quæ quia imo in thorace latet, niſi diducto ſterno demonſtrari nequit: ideo diducendi ſterni ratio nobis nunc demonſtranda eſt, ſic vt illa diductione, nullius muſculorum originem & inſertionem violemus. Primo ergo intelligendum, eum, qui voluerit originem & inſertionem muſculorum pectoralium, maſtoideorum, duorum oſſis ſyoidis, ſubclauiorum & intercartilagineorum, ſuo quorumque loco demonſtrare, ante omnia debere muſculos pectorales à ſterno ſeparare, & a veris coſtis cartilagines: deinde ligamenta, proxime oſſa ipſa abſcindere, a ſexta verarum coſtarum ad clauiculas vſque. Hinc mediaſtino, ſterno ſecundum omnem longitudinem ſuam attenſo, demonſtrato, ipſum ſternum nouacula ſeparare, & ſurſum ad clauiculas adducere, indeque ipſum reſcindere, reſeruatis vna cum eo quatuor muſculis, nempe duobus maſtoideis & duobus os ſyoides mouentibus, quod vel
E penitus vel maxima parte a ſterno oriantur. Denique clauiculis ſurſum quodammodo reductis, vtrinque cartilagines extrorſum inuertendæ brachium verſus: vt ſic non ſolum pateant, & demonſtrari facile queant, partes thoracis continentes, ſed & muſculi natiua ſua ſede contineri, quouſque ſuo ordine in demonſtrationem venturi erunt. Et quia quam maxime ſurſum ſunt attollendæ clauiculæ, quo facilius pateant nerui recurrentes, venarumq; & arteriarũ diſtributio, quaſi per tranſennã ſubclauii exigui duo muſculi, vnus vtrinq; erunt demonſtrandi, quibus eſt origo à parte interna, & anteriore clauicularum, & obliquus deſcenſus ad primæ coſtæ ſternon verſus cartilaginẽ. Non enim ſeparari ſic queũt clauiculæ, quin violẽtur, & corrumpãtur eiuſmodi muſculi. Licet etiã mediũ ſternon diuidere, vt internos pectorales muſculos integros, demonſtrare poſſimus, ſeparatis muſculis, qui oriũtur a parte ſuperiore.

Qui-

Quibus omnibus ſic, vt decet, adminiſtratis, ad ſubcóſtalem tunicam veniendum erit, & inde ad me- A
diaſtinum, quia ex ſub coſtali illa conflatum eſt.

De Subcoſtali tunica. CAP. VI.

Quid membrana coſtis ſubtenſa. SVbcoſtalis tunica, continentium thoracis partium vltima, *membrana eſt lata & ampla, peritoneo ventris inferioris, proportione vſus & actionis reſpondens.* Vt enim peritonæum vniuerſum, & ſigillatim, partes
omnes naturales integit, ipſos colligans & ſuo loco continens, ſic ſubcoſtalis partes omnes vitales inte-
Ortus. git, quod toti thoraci interius ſit attenſa, ſigillatim vero, dum cuique tunicam de ſe largitur. Origo hu-
ius eſt à perioſtio, ſeu, vt aliis placet, à pericraneo, metaphreni vertebras ad coſtarum radi-
ces inueſtiente. Quare coſtis arctiſſime adhæret, vix ſeparabilis, quemadmodum & partibus omnibus
thoracem terminantibus, & illo contentis. Veſalius Galenum reprehendit, quod dixerit hanc vtrinque
An, vt duplex eſt pleuritis, ſic & membrana ſuccingens coſtas. duplicem eſſe: tuetur tamen Galenum Columbus, & certe duplex cernitur in interno thorace, ſub co-
ſtis, & coſtarum muſculis, vt in illo interſtitio via ſit venis, arteriis & neruis. Nonnulli duplicem eam
conſtituerunt, diuiſeruntque in internam & externam; vt qui duas pleuritidis ſpecies conſtituerunt, ve-
ram & ſpuriam: externam collocantes ſupra coſtas, intercoſtaleſque muſculos: internam vero ſub co- B
ſtis, muſculis, diaphragmate & ſterno. Nobis vero vitandæ ambiguitatis cauſa, placet ea ſolum ſequi,
quæ oculis apparent: ex quo dicimus coſtas duplici tunica introrſum velari: vna quę immediate, & ob-
ſtinate, vndique ipſis adhæreſcit, perioſtium dicta, quæ ipſis cum oſſibus communis eſt: Altera, quæ ipſi
incumbat perioſtio, inuoluitque interna parte coſtas omnes, ex quo ſubcoſtalis dicitur. Subſtátia, tem-
Magnitudo. peries, & compoſitio, ipſi eadem eſt cum reliquis membranis. Magnitudo, in longitudine, figuraque
eadem eſt, quæ interioris Thoracis ambitus: In altitudine tamen tenuiſſima eſt. Pleura hæc tunica vul-
go dicitur, ex nomine partis eius quam integit, (nam coſtæ, Pleuræ Græcis dicuntur) eodem fere modo
quo & defluxio illa humoris, quę fit inter perioſtium, & hanc quam dicunt Pleuram, Pleuritis vera ſpu-
riaue nominata eſt.

De Mediaſtino. CAP. VII.

Subſtantia & magnitudo. AGendum de partibus Thorace contentis, quandoquidem continentes expoſuimus, initio ducto à
Mediaſtino, tanquam à parte, quæ diſſectionis ordine prima occurrit. Mediaſtinum ſubſtantiæ eſt,
altitudinis, compoſitionis, numeri, temperieique eiuſdem cum ſubcoſtali: Nam mediaſtini ſub ſtantia C
eſt membranoſa, cumque per thoracis protendatur longitudinem, altitudinis eſt araneoſæ, venas, ner-
uos, & arterias, (ex partibus omnibus, quibus annexum eſt, excipit, ſubcoſtalis inſtar: præcipue tamen
ex vaſis mammillaribus, ſub ſterno deſcendentibus. Vnicum eſt numero. Fit vero ex duabus membra-
nis à ſubcoſtali productis: hæc enim, vtrinq; ad ſternon per pectoris caua aſcendens, inde ad angulos
Interſtitium in mediaſtino. rectos, in vertebrarum corpora reflectitur: vnde ſubcoſtalis eſt origo. In illa reflectione inter vtramque
membranam, tantum interiacet interuallum, quantum duobus digitis excipiendis ſit ſatis. Alias enim,
cum per eot penetrare non poſſent, oportuit vtrinque vtramque ſubcoſtalem, ad pericardium defle-
ctere, quo ad deſtinatum locum in offenſo curſu perueniret. Nec tamen id interſtitium vacuum eſt, ſed
multis implexis neruorum tenuiſſimis fibris contextum, Columbus addit, ſæpe humore quodam prę-
ter naturam id repleri ſpatium, quem aperto ſterno licet educere. Scire tamen vellem ex Columbo lu-
Figura. benter, quibus ſignis eiuſmodi contentum humorem, liceat agnoſcere. Quod ad figuram attinet, me-
diaſtinum cum ſubcoſtali vtrinque coriaceę lagenę figuram repręſentat, cuius nempe pars ima eſt me-
diaſtinum, gibba ſubcoſtalis. Fundus ſubcoſtalis, ea portio, quę internum diaphragma ſubcingit: orifi-
cium, ſubcoſtalis extremitas ad primas coſtas. Situm & connexionem mediaſtini expediuimus, cum e- D
Vſus mediaſtini duplex. ius ortum aperuimus. Vſus eius eſt, ſeparare vitales partes in duas velut cellas; dextram & ſiniſtram, vt ſi
forte lędi vnam contigerit, illęſę alterius beneficio ſuperſtes animal degere poſſit. Alium & vſum ha-
bet, fulcire nempe & ſubtédere pericardium, ne in cor ſuo delabatur pondere, vel cordis motib. & tho-
racis agitatum, in hanc aut illam partem inclinet.

De Diaphragmate. CAP. VIII.

Quid diaphragma. ETſi diaphragma partis, in thorace continentis potius, quam contentę rationem habere videa-
tur, tamen commoditatis gratia, eius demonſtrationem in hunc locum diſtulimus. Eſt ergo *muſcu-
lus rotundus, longus, partem thoracis inferiorem terminans.* Subſtantiæ eiuſdem eſt, vt & compoſitionis &
temperamenti cum muſculis epigaſtrii; conflatum ſcil. ex duabus tunicis, quarum inferior eſt
à peritonæo, ſuperior à ſubcoſtali. Quæ carnem ſibi non ibi, ſed in circumferentia aſciſcentes, ſan-
guini, venis, arteriiſque in illas diſtributis, inuecti beneficio in muſculum abeunt, cuius medium ner-
uoſum eſt & membranoſum: in extremitatib. vero, quibus inſeritur, alias carnoſum, vt qua parte nothis
coſtis circumfertur; alias tendinoſum, vt qua parte primam & ſecundam lumborum vertebram attin-
git: in eas enim deſinit per duos tendones ſatis inſignes. Numero vnum eſt, obliquo ſitu, naturalibus E
Connexio. & vitalibus viſceribus interiectum. Connectitur cum ſterni notharumque coſtarum extremo in-
feriore; & primis duabus lumborum vertebris: tunicis vero & vaſis ſuis cum partibus, vnde ea ex-
Quantitas. cipit. Tantum eius patet latitudo, quantus eſt thoracis inferior ambitus. Longitudo extenditur ab
Actio. enſiformi cartilagine, vſque ad primam & ſecundam lumborum vertebram. Altitudo eius variat,
Cur diaphragma phrenes dictum. nam carnoſa ſua extremitate longe eſt profundius, quam neruoſa origine. Actio eius eſt iuuare qui-
dem fæcum excretionem, accedente muſculorum epigaſtricorum contentione: præcipue vero reſpira-
tionem edere, cuius eſt primum inſtrumentum. Hoc ſeptum veteres Phrenas nominauere, quod eius
inflam-

A inflammatio ſimilia cerebri inflammationibus accidentia prompte ingerat, propter neruos inſignes vtrinque vnum, qui ad ipſum à tertia, quarta & quinta ceruicis vertebra recta & primario veniunt. Differt hic muſculus à reliquis, figura præſertim. Tribus eſt perforatum locis, vt aſcendenti venæ cauæ, arteriæ aortæ, atque œſophago viam faceret.

De Pulmonibus. Cap. IX.

PVlmones ſubſtantia ſunt & carne molli, rara & ſpongiæ perſimili: coloris varii ex rubro palleſcentis. Quantitas laxis eſt insignis; vt plurimum enim ſunt in quatuor lobos manifeſto & aſpectabili interuallo diſiunctos diuiſi, vtrinque duos, quo facilius expandantur & contrahantur, aerque promptius ſubeat. Quin & in magnis corporibus, quibus thorax eſt permagnus, quintus reperitur lobus è ſecundo lateris dextri lobo enatus, tanquam puluinar venæ cauæ ſtatim a diaphragmate ad cor aſcendenti: In paruis hominibus, quibus thorax breuior eſt, quia cor diaphragmati continuum eſt, non cernitur eiuſmodi lobus: in canibus tamen ſemper reperitur. Pulmones vngulæ vitulinæ figuram imitantur: nam ad eius inſtar baſi ſua ſunt craſſiores, circumferentia vero tenuiores, vt cernere eſt cum hos aere *Subſtantia & quantitas.* *Lobi pulmonum.* *Figura.*

B per tracheam arteriam, ore vel folle impulſo impleueris. Compoſiti ſunt ex tunica à coſtali veniente, quæ neruos vtrinque laris multos a ſexta excipit coniugatione: vena item arterioſa a dextro cordis ventriculo prodeunte, & arteria venoſa a ſiniſtro, vt in cordis anatome demonſtrabitur: Trachea inſuper arteria a gutture deſcendente, carne denique propria, quæ nihil aliud eſt, quam bilioſi ſanguinis concretio, ſpumæ inſtar circa dictorum vaſorum diuiſiones, effuſi, quemadmodum de aliis viſceribus dictum eſt. Vnum eſt numero pulmonum corpus, niſi id diuidere velis in duo, propter ſitus varietatem, quod in dextrum & ſiniſtrum latus exporrecti, pulmonum lobi vniuerſum fere cor inuoluūt, vt ipſum aduerſus circumſtantium oſſium duritiem tueantur, cordi connectuntur, præcipue ad eius baſim: coſtarum vero radicibus & harum vertebris per tunicam, quā inde accipiunt: per vaſa vero partibus, vnde ea tranſmittuntur. Quin ſæpe a prima ſtatim & naturali conformatione coſtarum circumferentiæ alligati, cernuntur per tenues membranoſas apophyſes, quæ ex ipſis in pulmones deſcendunt. Alias vi pleuritidis ad coſtas adhæreſcunt. Pulmonis nutritio diſſimilis eſt aliarum corporis partium nutritioni: non enim partem æque raram, leuem, & aere plenam reperias, quæ ſanguine æque tenui & vaporoſo nutriatur. Temperamento ad calorem inclinant magis, quam ad frigus, ſeu compoſitionem ex ſan- *Compoſitio.* *Pulmonum caro ex quo ſanguine fiat.* *Pulmonum cum coſtis adhæſio.*

C guine bilioſo, ſeu vſum ſpectes, quo aerem, ne frigiditate ſua cordi noceat, præparare & velut excoquere debent. Pulmo vocis inſtrumentum eſt & reſpirationis per tracheam arteriam. Huius enim obiecti vocis organa ſunt, & quæ ipſam vinciunt, ligamenta reſpirationis. At larynx conformandæ vocis præcipuum eſt inſtrumentum, nam trachea arteria primo vocem præparat laryngi; in quo formata, penitus rurſum in palato, tanquam in lyræ camerata concauo perficitur, quo reſonet magis, concurrente gargareone tanquam quodam plectro. Cæterum quamdiu quis cohibet anhelitum, loqui neſcit: nam ſic vndique laryngis muſculi coſtarum diaphragmatis & epigaſtrii comprimuntur, vnde ſuppreſſio vocalis materiæ, cuius ad vocem edendam fieri debet excluſio. Pulmones leues natura eſſe voluit multis de cauſis, primum, vt cum ex ſe immobiles ſint, ad motum thoracis ſint obſequentiores & expeditiores: Nam thorax cum conſtringitur, vna & pulmones conſtringuntur ſubſidentque: cum dilatatur, pulmones pariter dilatantur, ſicque intumeſcunt, vt fere omnem eius ſuperiorem impleant capacitatem. Altera cauſa eſt, vt vna ſua illa raritate aerem ſubeuntem facilius admitterent, cum plurimi eius admittendi magna & prompta incidit neceſſitas, vt a contentioſo curſu. Denique vt per pleuritides, alioſve purulentos thoracis abſceſſus, pus in thoracis capacitatem effuſum, pulmonum rara ſubſtantia tanquam ſuctum facilius exploderetur & expectoraretur. Vſus reſpirationis eſt, vt cor *Vocis inſtrumenta.* *Pulmones cur leues.* *Vſus reſpirationis.*

D caloris æſtuans incendio refrigeretur, temperetúrque. Nam inſpiratione ducta, frigida aura & expiratione exploſa fuligine retorrida refrigeratur. Ergo thorax duos motus perficit contrarios: nam dum dilatatur, aerem attrahit ambientem: dum vero comprimitur, cordis fuliginem expellit: Quod exemplo folliumm fabrilium facile quiuis intelligere poteſt.

De Pericardio. Cap. X.

PEricardium, *cor lu velut domicilium eſt*, quod ab ipſius baſi ortum ([illegible] materia præbentibus vertebrarum illic ſitarum ligamentis ſeu cordis vaſis) ſubſtantiæ [illegible] neruoſæ eſt, craſſæ & denſæ, ſine vllis fibris. Cordis figuram retinet, cordique vacuum relinquit ad proprios motus edendos interſtitium. Quare pericardii magnitudo, cordis excedit magnitudinem. Duplici conſtat tunica, propria vna, de qua diximus; altera communi, a coſtali veniente. Venis inſuper, arteriis, & neruis: vaſis quidem partim a mammillaribus, partim a diaphragmate, qua præſertim ipſum attingit, venientibus. Neruis vero eo vtrinque a ſexta coniugatione propagatis; vnicum eſt. Circum cor poſitum, imo eidem ad baſim per membranas ſuis ipſius vaſis, pulmonum origini, ſubiacentibus vertebris, perque vaſa ſua par- *Vnde materiā habeat pericardiū.* *Connexio.*

E tibus, vnde ea excipit annexium. Temperamenti eſt frigidi & ſicci, vt membrana omnis. Vſus eius eſt cor contegere, atque in natiuā humiditate conſeruare, viſceroſæ cuiuſdam humiditatis, quam continet: niſi mauis dicere illam, quam cernimus, pericardio contentam humiditatem a corde gigni per ſpirituum exhalationem & concretionem. Quanquam id parum videtur veriſimile, quod viuentibus ſæpe tanta excreſcat & cumuletur copia, vt cordis motum intercipiat, palpitationemque inducat, quæ hominem ſæpe ſuffocat. Nam contingit palpitatio hæc etiam viris cordatis & animoſis, quibus nempe cor eſt calidum, ſed ſanguis aquoſus propter ventriculi aut hepatis infirmitatem: cogi etiā poteſt humor hic ex vaporibus, qui vndiq; in pericardiū a ſanguine in cordis ventriculis feruēte exhalāt, vbi loci denſi- *Vſus.* *Vnde materia aquoſi humoris pericardio contento.*

Pericardii conſiſtentia.

denſitate ſuppreſſi, in citrinum humorem abeunt, quemadmodum in alembico contingere cernimus. A
Denſæ, & duriuſculæ conſiſtentiæ pericardium natura eſſe voluit, vt capſulæ illius vi cor in meliori ſtatu
contineretur: alioqui ſi pericardium oſſeum extitiſſet, cor ſibi ſimile quaſi ferreum attritu illo reddidiſ-
ſet: effœminatum contra & fungoſum, ſi pulmonum inſtar ſpongioſum & molle.

De Corde. CAP. XI.

Cor quid, & ex qua ſubſtantia.
Triplices cordis fibræ.

COr *animæ domicilium, vitalis facultatis organum, vitæ principium, ſpirituum vitalium fons, caloriſq; adeo vitalis ſcaturigo, primum viuens & poſtremum moriens*, quia inſitum a ſe motum habere debebat, factum
eſt ex ſubſtantia denſa, ſolida & compactiore, quam vlla alia corporis pars. Texta eſt caro illa ex triplici
fibrarum genere; rectas enim habet in parte interna à baſi in mucronem deſcendentes, quæ ipſum dila-
tarent, adeoque ſanguinem a vena caua in ipſius conceptacula allicerent, ſpiritumq; ſeu aerem de pul-
monibus per arteriam venoſam: tranſuerſas in externa parte poſſidet, quæ rectas ad angulos rectos in-
terſecant ad contrahendum cor, ſpiritusq; adeo vitales in magnā arteriam aortam impellendos, bilio-
ſum vero ſanguinem per venam arterioſam ad pulmones alimenti ipſorum gratia. Obliquas in medio
continet, ad continendum aerem ſanguinemq; allecta per commemorata vaſa, quouſq; a corde, vt de- B
cet, fuerint elaborata. Omnes hæ fibræ, quod ſui eſt operis, perficiunt, dum ſe verſus ſuum principium
contrahunt, vt rectæ a mucrone cordis verſus baſim, quo fit, vt illa fibrarum contractione cor dilatatū
breuius euadat, ſed latius, haud aliter, quam tranſuerſarum contractione longius & arctius, obliqua-
rum vero conſtrictione ea ſinuatur parte, qua vertebras foris intro reſpicit, quod apparet præcipue in
eius cuſpide.

Magnitudo cordis.
Figura & compoſitio.

Quantitas cordis inſignis eſt, aliis tamen maior, aliis minor, pro varia hominum calidio-
rum vel frigidiorum temperie, vt in hepate notauimus. Figura eius eſt pyramidalis, nempe in baſi latius
eſt, in faſtigiato autem turbine acutius. Ex denſiſſima totius corporis carne compoſitum eſt, affuſione
ſanguinis ad vaſorum diuiſiones & plexus, eo loci concreta, vt reliquis accidit viſceribus. Sanguis enim
paulo magis deſiccatus illic, quam is, qui in iecoris conformationem concreuit, abit in carnoſam ſub-
ſtantiam vulgari carne denſiorem, quemadmodum in vlceribus cauis, tandem etiam in cicatricem fa-

Propria cordis vaſa.
Neruus cordis.

ceſſit. Venas habet & arterias coronales, quas excipit vel dextro latere a vena caua, vel ſiniſtro ad aortæ
arteriæ a baſi egreſſum. Non cernere oculis queas, cor alios habere neruos, quam qui illi cum tunica co-
ſtali tribuuntur. Alios tamen notaui ſatis inſignes in brutis quibuſdam, quibus cor magnum eſt, vt ſui-
bus: apparebant illi ſub adipe, qui vaſa, cordiſque baſim integit, ne ardoris cordis incendio, earum par- C

Qui circumdet concreſcat adeps.
Cordis ſitus.

tium humida ſubſtantia digeratur & diſſipetur. Ex quo videri poſſit calor ille cordis alius eſſe à calore
elementari, vt qui adipem circum hoc viſcus patiatur concreſcere, cum alioqui niſi à frigore aut certe à
remiſſo calore non concreſcat, quod eſt in primis admiratione dignum. Cor vnicum eſt. Situm vt plu-
rimum ſupra quartam metaphreni vertebram, quæ in medio eſt thorace. Putant tamē nonnulli, ipſum
magis deflectere ad læuam, quod illic eius percipiatur agitatio: ſed id contingit ob ſiniſtrum eius ven-
triculum, qui cum ſit multis confertus ſpiritibus, arteriarumq; principium, vehementius longe pulſat,
quam dexter ventriculus. Eam vero naturæ lege ſedem obtinuit, quod regio illa ſit omnium tutiſſima
& munitiſſima, quin & hic vndique pulmonum tanquam manibus tegitur.

Connexio.

Connexio eius eſt cum commemoratis vertebris, at per partes ſuas componentes cum illis parti-
bus, vnde eas habet; cum pulmonibus per venam arterioſam, & arteriam venoſam: Denique omnibus

Temperies. & actio.

cum corporis partibus per arterias, quas in vniuerſum corpus diſtribuit. Temperamēti eſt calidi, & hu-
midi, vt pars omnis carnoſa. Actio eius eſt primo ſanguinē in dextro ſuo ventriculo præparare, ad pul-
monum idoneum alimentum. Hinc enim Galenus ait, dextrum hunc ventriculum pulmonum neceſ-
ſitatis gratia eſſe conſtitutum. Secundo vitales ſpiritus in ventriculo ſuo ſiniſtro creare ad vſum vniuerſi

Quid ſpiritus vitalis.

corporis. Is vero ſpiritus nihil eſt aliud quam *ſubſtantia quadam media inter aerem & ſanguinem, conſeruan-* D
do, vehendoq; calori natiuo fluenti idonea: quo nomine vitalis dictus eſt, quaſi vitæ author & conſeruator. In parti-
bus cordis internis contemplandi veniunt ventriculi, & inter ventriculos contentæ partes: eiuſmodi
[illegible]ulæ, vaſa, vaſorumq; orificia, horum in pulmones diſtributio, interſeptum, binæ cordis epi-
ſunt v[illegible]res, quæ quia ambigunt, inter externas, internaſque cordis partes, ideo primo lo-
phyſes & tanquam [illegible]auriculæ ſubſtantiæ ſunt mollis & neruoſæ, tribus filamentorum ge-

Binæ cordis auriculæ.

co exponentur. Huiuſmodi [illegible]ia cordis motum ſequerentur alacrius, ſicque impetum ma-
neribus contextæ, nempe vt mollio[illegible] [illegible], infringerent. Alioqui enim ingreſſu illo cur-
terierum, in cor, cum dilatatur, magna vi ſubeun[illegible] potuiſſent: eam autem, quam cernimus,
rente & plurimo cor peſſundare & quaſi obruere ac ſuffocare [illegible] recondere poſſent, ac mox
a natura ſunt ſortitæ capacitatem, vt ſanguinem, aeremque tanquā in penu

Qua vi materia in cor attrahantur.

ſenſim cordi ipſi ad neceſſitatem depromere. Quod ſi quis quærat, an eiuſmodi materiæ in cor attra-
hantur diaſtoles ſola vi ad fugam vacui: reſpondeo, præterea introductionem illam & attractionem
fieri cordis calore, qui haud aliter materias continenter attrahat, quam accenſus ignis vicinum aerem,
& candelæ flamma circumpoſitum ellychnio ſebum, pabuli cauſa. Dum cor dilatatur, aerem attrahit: E
dum conſtringitur, expellit. Hic cordis motus plane naturalis eſt, vt pulmonum motus eſt animalis.
Tertiam cauſam attractionis cordis nonnulli addunt, nempe ſubſtantiæ totius ſimilitūdinē. Sed meo
iudicio hæc locum habet in ea attractione potius, quæ fit ſanguinis ad cordis propriam nutritionem
per venas coronales, quam in ea, quæ totius corporis gratia ſuſcipitur ad materierum attractionem.

Magnitudo & numerus.
Vſus auricularum cordis.

Hæ aures quantitate differunt, nam dextra longe eſt, quam ſiniſtra, capacior, quia materierum maio-
rem copiam erat exceptura. Binæ ſunt numero, vtrinque vna ad cordis baſim ſita. Maior ad ingreſſum
venæ cauæ in cor: minor ad ingreſſum arteriæ neruoſæ & arteriæ magnæ: Cum quibus etiam partibus
connecti-

A) connectitur vtraque. Quem vſum habeant, antea diximus, nempe, vt materiarum impetum infringerent, & præterea vt fulcri loco eſſent arteriæ venoſæ & magnæ arteriæ, quæ ſubſtantiæ ſuæ mollitie cordis tam rapidum, tamque violentum motum ſuſtinere non potuiſſent.

De Cordis ventriculis.

Ventriculorum cordis interſepimentum.

Cordis ventriculi gemini ſunt, vtrinque vnus: diſtincti carneo interſepimento ſatis craſſo, & multis foraminibus, nuſquam tamen peruiis, in ſuperficie perforato. Horum ventriculorum dexter maior eſt, carne molliore, varioreque cinctus: Siniſter minor, ſed triplo denſiore & compactiore carne circumuallatus: nam dexter ventriculus debebat eſſe receptaculum ſanguinis per venam cauam illati diſtribuendique partim, venam arterioſam in pulmones alimenti ipſorum cauſa, partim in ventriculum ſiniſtrum per intermedium ſeptum reſudationis via, vt gignendis ſpiritibus vitalibus materiam ſuppeditaret. Ergo quia huius ſanguinis tam magnam copiam adeſſe oportuit, oportuit pariter locum illi excipiendæ materiæ eſſe proportionatum. Et quia ſanguis ille dextro ventriculo excipiendus craſſior erat, nihil neceſſe fuit carnem, qua contineretur, adeo compactam eſſe: at contra ſanguis arterioſus vitaliſque ſpiritus reſolutionis metu, ne in tenues auras vaneſcerent denſiore opus habuere conceptaculo: & B præterea minore, vt ſic calor vnitus fortior eſſet, validiuſque ſanguinis & ſpirituum elaborationem incumberet. Ergo dexter ventriculus cordis conditus eſt ad ſanguinis, pulmonum alimoniæ, & ſpirituum vitalium generationis gratia deſtinati præparationem, vt iidem pulmones ad aeris mitificationem. Cuiuſmodi opera erant neceſſaria, ſi verum eſt medicum axioma, *ſimilia ſimilibus nutriri*; nempe pulmones raros & ſpongioſos tenuiori ſanguine: cordis ſubſtantia craſſam & denſam ſanguine venoſo, &c. qualis ab hepate affluit, id eſt, craſſo. Huicque venæ illi coronales ex vena caua ſunt attributæ, vt inde hauriret, quod ſatis eſſet. Siniſter vero ventriculus ad perfectionẽ ſpiritus vitalis & caloris natiui fluentis conſeruationem.

Dexter ventriculus cur capacior & minus compactus.
Dextri cordis ventriculi actio.
** Siniſtri actio.*

De Orificiis & valuulis cordis.

Quatuor cordis orificiorum vſus.

Orificia in corde quatuor exiſtunt, duo in dextro, & totidem in ſiniſtro ventriculo, duorum priorum, maior ingreſſum præbet venæ, vel ſanguini vena caua delato in cor: minor egreſſum aperit venæ arterioſæ vel ſanguini biliofo illa vecto, ad pulmonum nutritionem. Duorum reliquorum maior exitum patefacit arteriæ aortæ & ſpiritui vitali per vniuerſum corpus diſtribuendo: Minor vero ingreſſum C & egreſſum præbet arteriæ venoſæ ſeu aeri & fuligini. Et quia per diaſtolem oportebat materias per orificia in ſuum quemque ventriculum admitti, nempe in dextrum ventriculum per orificium maius, in ſiniſtrum per minus: & contra per ſyſtolem oportebat materias de ſuo ventriculo per commemorata orificia excerni: Ideo natura ad ſingula illa orificia vndecim appoſuit epiphyſes, ſex nempe in dextro ventriculo, vt ternæ eſſent cuique orificio: quinque in ſiniſtro, nempe vt magno eius orificio ternæ adeſſent: binæ autem minori, propter eam, quam mox ſubiungemus rationem. Differunt eiuſmodi epiphyſes multis modis: primo actione. Harum enim aliæ materias in cor inuehunt, aliæ, ne, cum exierint materiæ, in cor remeent, impediunt. Secundo differunt ſitu, nam, quæ inuehunt, membranas habent foris intro ſpectantes: quæ excernunt, intus foras. Tertio figura; nam quæ inuehunt, figuræ ſunt velut pyramidalis; at quæ inuehi obſtant, ad figuram literæ romanæ C. ſunt effictæ. Quarto ſubſtantia; nam priores maxima ſui parte carnoſæ ſunt, ſeu carnoſis fibris contextæ in tubercula quædam carnoſa verſus cordis cuſpidem deſinentes. Poſteriores omnino ſunt membranoſæ. Quinto differunt numero; ſunt enim quinque tantum, quæ inuehunt, tres in dextro ventriculo ad orificium maius, duæ in ſiniſtro ad orificium minus: quæ ingreſſu prohibent, ſunt ſex in vnoquoque ventriculo, ad ſuD um quodque orificium ternæ. Denique motu; nam carnoſæ per diaſtolem aperiuntur ad ſanguinem ſpiritumve introducendum; per ſyſtolem contra clauduntur, vt introductas materias, vel omnes vel magnam partem contineant. Membranoſæ contra per ſyſtolem aperiuntur vt exitum ſanguini & ſpiritui in vniuerſum corpus aperiant: per diaſtolem conniuent, ne excluſæ materiæ in cor regrediantur. Notabis vero, naturam duas tantum appoſuiſſe valuulas ad venoſæ arteriæ orificium, quia eiuſmodi orificium neceſſe erat ſemper patere, vel totum, vel certe tertiam ipſius partem: vt aer hoc orificio continenter in cor inſpiratu allectus, peruaderet, & cordis contractione exploſus, exſpiratu redderetur. Ex quo & colligere hoc licet totius inſpirando allecti ad cor aeris, tertiam tantum partem fuliginis ſpecie exſpirando excerni, quod natura eius exitui tertiam tantum orificii partem patere voluerit. Itaque & exſpirationem & cordis atque arteriarum ſyſtolem, breuiorem inſpiratione eſſe, ſic vt vere dicere poſſimus, inſpirationem æque diuturni & longi eſſe temporis, atque exſpiratio eſt cum quiete, quæ media inter duos motus intercedit.

Epiphyſes quot modis differant.
Actio & ſitus.
Figura.
Subſtantia.
Numerus.
Motus.
Cur ad arteriam venoſam duæ ſint tantum valuulæ.

De Vena arterioſa & arteria venoſa diſtributione. CAP. XII.

Arteriam ſemper vena ſubiacere.

EXpoſita hucuſque cuiuſque vaſis cardiaci origine, dicendum nunc de diſtributione. Vena arterioſa, & arteria venoſa, ex ſuo quæque ventriculo prodeuntes, dextro nempe & ſiniſtro, in duos inſiE gnes ramos diuiduntur, quorum vnus ad dextram, alter ad læuam, alter alterum decuſſatim interſecans, tendit, vena arteriæ ſemper incubante, vt oculorum fide magis, quam librorum lectione intelligere poteris. Hi rami ſub pulmonum ingreſſum in duos alios inſignes ramos diuiduntur, perguntque ſinguli ad ſuum quemque lobum pulmonum: hiq; rurſus in infinitos ferme alios abeunt, tribus locis per pulmones ſparſos. Hæc vaſa id ſunt nominis conſecuta propter illam conſiſtentiæ transmutationem, qua venæ coagmentatio in arteriam, & arteriæ in venam ad vitæ commoditatem degenerat. Eſt enim hoc ſapiẽtis naturę miraculum, mutaſſe tunicas vaſorum pulmonis, edita vena, quę arteriam, & arteria, quæ venã corpore ſuo æmularetur: nã ſi vena arterioſa conſiſtentiam ſuã venoſam retinuiſſet,

H ſanguis

Cur vena facta ſit arterioſa, duplex ratio.

ſanguis arterioſus, qui per eam à corde ad pulmones nutriendos defertur, ſua ſubtilitate elabi & diffluere potuiſſet per venoſæ texturæ raritatem: deinde natura conceptum finem nunquam conſequi potuiſſet, nempe pulmones nutrire, propter continuum conſtrictionis & dilatationis pulmonum motum. Non enim poteſt alimentum parti aſſimilari, niſi apponatur & adhæreſcat. Oportuit ergo, vt natura venæ huius corpus ſolidum moliretur, vt ad motum pulmonum immobilis, inconcuſſa, & contumax (reſpectu venæ, quę mollitie ſua obſequens ad pulmonum agitationem nimium ſequax extitiſſet) haberet alimentum, quod in ſuas omnes partes diffunderetur, quodque neque ad ſui diaſtolem alliceretur, neque ad ſyſtolem in cor repelleretur.

Cur arteria facta venoſa.

Arteria vero venæ conſiſtentiam aſſumpſit, quo venoſa illa mollitie pro naturæ neceſſitate prompte contrahi & dilatari poſſet, ad aerem in cor inducendum, & fuliginem inde educendam.

Qua via ſanguis e dextro in ſiniſtrum ventriculum deferatur.

Hic occurrit difficultas, nempe qua via ſanguis è dextro in ſiniſtrum cordis ventriculum deferatur. Galenus exiſtimat, in eam rem eſſe in interſepto cordis foramina quædã: & certe illa viſuntur, ſed tamen minime peruia ſunt. Itaq; Columbus nouam viam adinuenit, nempe ſanguinem per venam arterioſam ad pulmonem ferri, ibiq; attenuari indeq; cum aere vna per arteriam venalem ac ſiniſtrum cordis ventriculum permeare ſcribit; Valde profecto probabiliter. Botallus *tractatu de Catarrho*, tertiam viam excogitauit: venam nempe, quam appellat arteriarum nutricem, quæ paulo

Vena arteriarũ nutrix. Inuento obſeruationis arteriarum.

Lib. 15. de vſu part. c. 6.

ſupra coronalem ad dextram auriculam cordis oberrat, indeq; in ſiniſtram pergens in cor ſubit. Sed tamen valde vereor, ne vena hæc à Botallo obſeruata, vas illud ſit à Fallopio obſeruatum, quo vena arterialis iungitur Aortæ, & quo vniuerſus ſanguis vitalis defertur ad formationem & nutritionem pulmonum, dum fœtus vtero adhuc continetur. Cuius etiam meminit Galenus, ſed à Galeni iam inde temporibus ad hanc vſque ętatem iacuerat, nec niſi à Fallopio excitatum, & in memoriam reuocatum eſt.

De Vena caua aſcendentis diſtributione. Cap. XIII.

Lib. de form. fœtus.

VEna caua è gibbo hepatis exiliens, inque arborem velut truncum, Galeno authore, coacta, in duos inſignes ramos diuiditur, ſed inæquales.

Deſcendens venæ cauæ ramus maior.

Maior enim per hepatis poſtica ſupra ſpinam deſcendit, obiterq; ramos quoſdam alios, qui in magnum truncum cum aliis non coierant ex hepatis ſubſtantia excipit. Deſcendentẽ hunc ramum ſępe videas ad ſpinam vſq; dorſi, cui in illo ſuo deſceſu incubat, hepatis ſubſtantia tectũ: ſic vt à cõmuni illo trunco vna cum aſcendente ramos minime prodire videatur, quanquam reuera ſemper prodeat.

Superior venæ cauæ ramus minor eſt.

Phrenica.

Coronales.

Vena arterioſa.

Azygos.

Azygos aliquando duplex.

Minor vero ramus ad partes ſuperiores aſcẽdit, hocq; qui ſequitur, modo diſtribuitur. Primum n. in diaphragma aſſurgens, ipſi exiguas duas venas, vtrinq; vnam largitur, Phrenicas ob id dictas. Inde vero vbi ad cordis dextram auriculam peruenit, coronales effingit, quę coronæ in modum cordis baſim cingunt. Tertio altius in dextram illam auriculam immerſus, maiore ſui parte venam profert arterioſam. Quarto ſupra cor elatus, parte dextra venã edit Azygon, quę ad quartã coſtam deſcendens (ſuperne deorſum numerando) muſculos intercoſtales & ſimul membranas octo vtrinque coſtarum inferiorum nutrit, dimiſſo in ſingulos muſculos ad partem coſtæ inferiorem ramulo, qui ipſorum nutritioni ſufficiat. Quin & ſæpe, in paruis præſertim hominibus, vena hæc Azygos nutrit omnia omnium coſtarum interualla per ſimiles ramos, quos ad quatuor ſuperiores coſtas pariter demittit. Sed & Azygos hæc aliquando, etſi raro, duplex inuenitur, vtrinque vna. Hic in primis notandum, venam Azygos poſtquam nutrierit interualla coſtarum inferiorum, reliqua ſui parte ſub diaphragma deſcendere, ac in latere ſiniſtro emulgenti venæ coniungi: ex quo patet, qui criticus abſceſſus,

Pleuritidem committentis materiæ per vrinas excretio qui fiat.

Num poplitea pleuritidis initio ſecta proſit.

Intercoſtalis.

Mammaria.

Ceruicalis.

Muſculoſa.

materiæ pleuriticæ excretione, contingere poſſit per vrinas. In dextro verò latere magis deprimitur eadem illa Azygos, veniſque coit lumbaribus, præſertim vero vni, quæ ad femur deſcendit, ex quo colligit Fallopius perutile fore, pleuritides per initia venam poplitis incidere. Quinto ſupra azygon ad reliqua interualla coſtarum ſuperiorum, deficiente azygo, intercoſtalem dictam dimittit: quanquam hæc aliquando ab his axillaribus egredi cernitur, quas ſubclauias Syluius nominat. Sexto mammarias edit, ſic dictas, quod magna ſui parte inter quartam & quintam coſtam ad mammas deſcendant, ad vſus ante expoſitos: exeunt hæc viris, mulieribuſque à ſubclauiis vtrinque vna: Viſuntur aliquando prodire communi quodam vena caua orificio, antequam in ſubclauias diuidatur. Sed id in brutis locũ habet potius quam in hominibus: hæ venæ per ſterni latera deſcendentes, duobus thoracis muſculis internis ſeptem verarum coſtarum intercoſtalibus, ipſi ſterno, eiuſdemque ligamentis & cartilaginib', mediaſtino etiam & parti ſuperiori muſculorum rectorum, circumiacentibusque partibus alimentum, præbent. Septimo Ceruicalem gignit, quæ vtrinque per foramina apophyſeon ceruicis vertebrarum ad caput aſcendit, multis exiguis ramulis abſumpta in ſpinalem medullam per neruorum foramen, itemq; in membranas, ligamenta, cartilagines, oſſa, vicinoſq; muſculos. Octauo muſculoſam, quę è ſubclauiis etiam egreſſa, in duos alios ramulos diuiditur: quorum vnus ſupra thoracem ad mammas pergit,

Quo loco cucurbitulæ vtiliter in pleuritide ſpuria apponantur.

Axillaris & humeralis.

Iugularis interna & externa.

Interna iugularis quas partes obeat.

eius muſculos anteriores nutriens: quare in ſpuria pleuritide vtiliter cucurbitulæ eo loco apponi poſſunt. Ramulus alter ad muſculos thoracis ſuperiores deſcendit, præcipue autem ad eum, qui lanſſimus dicitur. Decimo fit axillaris. Vndecimo humeralis, de quibus ſuo dicetur loco. Duodecimo, & vltimo denique fit iugularis proprie dicta, quæ duplex eſt, interna & externa: Interna minor vtrinq; ſtatim à primo ſui initio per aſperę arteriæ latera vſq; ad os & cranium aſcendit, partibus, per quas iter facit, vt proximis membranis & neruis obuiis alimentum præbens. Sed cum ad craniũ baſim peruenerit, in duos ramos diuiditur, quorum maior per ipſam cranii baſim ad partem ipſius poſteriorem regreſſus, dimiſſo ramulo ad muſculum longum ceruicis ſuper œſophagum ſitum, ipſum ſubingreditur cranium cum parua carotide per foramen ſextæ coniugationis neruorum, quo loco in commune vas coeunt. Minor dimiſſo ramulo ad auditus inſtrumentum per foramen cæcum dictum, cranium etiam ſubit, inque craſſam meningem abſumitur, iuxta foramen tertiæ & quartæ neruorũ coniugationis.

Externa

A Externa iugularis maior & inſignior, ſæpius ſimplex, aliquando duplex, vel ſtatim à primo ſui exordio, vel paulo poſt: vtrinq; ſuperficialiter aſcendit per ceruicis latera, inter muſculum latum ſeu pannicu-lum carnoſum, illic manifeſtum & alios muſculos ad ceruicis latera ſitos: in quos quemadmodum in cutem ramulos quoſdam diſtribuit alimenti gratia. Sed vbi ad capitis baſim peruenit, in plures ramos diuiditur, quorum vnus fertur ad muſculos oſſis hyoidis, laryngis, linguæ, & partem linguæ inferiorem (quo loco in ſynanche & aliis oris inflammationibus aperiri ſolet) & ad naſi tunicam. Alter fertur ad craſſam meningem, vtrinq; per foramen tranſiens, ſitum ſub oſſe maſtoide: inſuperq; vtrinq; ad os occipitis aſcendens, oblique ad ſummam lambdoidis ſuturæ partem peruenit, quo loco rami illi concurrentes coeunt in craſſæ meningis reduplicatione, anterius cerebrum diuidentes, vt ſic implexi & vniti torcular conſtituant. Tertius aſcendens ſupra poſteriorem partem & baſim maxillæ inferioris, ad labra diſtribuitur, ad alas narium, earumq; muſculos: pariter ad maiores oculorum angulos, ad frontem & alias faciei partes, multorum tandem ramulorum concurſu in fronte efficiens venam, quæ recta dicitur, ſeu frontis vena. Quartus per glandulas, quæ ſub auribus ſunt, aſcendens, poſtquam multos ipſis ramulos diſtribuit, in duos alios inſigniores abſumitur, quorum vnus ante, alter pone aures tranſiens, in cu-

Externa iugularis quas partes obeat.

Quo loco iugularis externa in partium oris inflammatione ſecetur commode.

Vena recta.

B tem capitis tandem abſumuntur. Quintus & vltimus per totam capitis baſim oberrans, pergit ad occiput, venam puppis illic conſtituens, quæ per capitis longitudinē ſecundum ſuturam ſagitalem extenſa, conſq; tandem procedit, vt coeat cum vena frontis, qui concurſus cauſa eſt, cur capitis externi partem poſteriorem dolenti vena in fronte ſecta proſit, & contra. Notandū vero, quod nonnullorū in craniis aliquando vena puppis per vnū aut plures ſatis inſignes meatus, tranſmittit ſui portionem quandam ad interius caput, ſic vt etiam inciſa vena puppis, reuelli poſſit materia, quæ internos capitis ciet dolores.


Vena puppis.

Vtiliter etiā in internis capitis doloribus aperitur vena puppis.

Sequitur declaratio figuræ venæ cauæ, in qua characteres vnum ſolum latus demonſtrant. Truncus deſcendens ad latus ſiniſtrum notatur, aſcendens ad dextrum, vnde vtriuſq; iudicium par facere poſſis.

Venarum figura.

C



D

E

A A. *Monſtrant venas, quæ e gibba hepatis parte exeuntes, venæ cauæ truncum ſuo concurſu conſtituunt.*
BB. *Venas adipoſas.*
CC. *Emulgentes ſeu renales.*
DD. *Spermaticas.*
EE. *Lumbares.*
F. *Muſculoſam.*
G. *Trunci diuiſionem ad duas iliacas.*
H. *Venam ſacram.*
K. *Hypogaſtricam.*
L. *Pudendum.*
M. *Principium venæ cruralis, quæ ſex producit inſignes ramos.*
N. *Saphenam.*
O. *Iſchiadicam paruam.*
PP. *Muſculoſas internas & externas.*
Q. *Poplitaam.*
R. *Suralem.*
S. *Reliquum venæ cruralis, quod ad vſq; pedis digitos pergit.*
T. *Iſchiadicam magnam.*
V. *Maleoli externam.*
Y. *Maleoli internam.*
A. *Initium trunci venæ cauæ aſcendentis.*
B. *Phrenicas.*
C. *Orificium venæ cauæ in corde, quo loco vena fit arterioſa.*
D. *Coronalem.*
E. *Azigon.*
F. *Initium ſubclauiæ, quæ in brachio axillaris dicitur.*
G. *Mammillarem venam, quæ occurrit epigaſtricæ.*
H. *Intercoſtalem.*
I. *Ceruicalem.*
K K. *Thoracicas.*
L. *Iugularem internam.*
M. *Iugularem externam, cuius quatuor rami demonſtrantur notis* 1. 2. 3. 4.
N. *Venam frontis.*

O. *Venam, quæ torcular componit.* A
P. *Humerariæ ramum exiguum, qui extrinſecus ad ceruicem pergit.*
Q. *Humerariam, quæ aliquando ab axillari ortum ducit.*
R. *Locum muſculoſa.*
S S. *Venas humerarias, quæ ad omoplata muſculos vicinos pergunt.*
T. *Axillarem, quæ paulo poſt in profundam & ſuperficiariam diuiditur: quarum profunda notatur nota 1. ſuperficiaria nota 2.*
V. *Diuiſionem axillaris ſuperficiariæ, cuius ramus internus cum interno humerariæ medianam venam conſtituit, externus pergit ad manum per cubiti longitudinem.*
X. *Medianam.*
Z. *Diuiſionem humerariæ: cuius ramus internus medianæ partem facit, externus ſupra radium excurrens ſaluatellam tandem conſtituit.*

De Neruorum ſexta coniugationis diſtributione. CAP. XIIII.

Tria ſextæ neruorum coniugationis paria.
Ramus coſtalis.
Recurrens.
Axioma anatomicum.
Cur vocales neruos natura recurrentes eſſe voluerit.
Ramus ſtomachicus.

QVia arteriæ diſtributio commodè demonſtrari nequit, niſi violatis neruis, qui per thoracem feruntur, ideo antequam arteriarum diſtributionem demonſtremus, eiuſmodi neruorum diſtributionem, quam breuiſſime fieri poterit, exequemur. Ergo ſexta coniugatio tria profert neruorum paria. Hæc enim è cranio egreſſa, dum in thoracem deſcendit, obiter ramulos quoſdam tranſmittit ad quoſdam ceruicis muſculos Laryngis, tres vtrinque ſterni aſcendentes, & clauicularum ſurſum. Reliquum inde in Thoracem deſcendens, vtrinque in tria illa paria diuiditur. Primum par, ramum coſtalem efficit. Secundum par ramum recurrentem. Tertium par ramum ſtomachicum. Ramus coſtalis ita dictus eſt, quod per radices coſtarum vſque ad os ſacrum deſcendens, communicanſque ſe his, qui ex ſingulis ſpinæ vertebris exeunt ad omnes partes naturales diffunditur. Recurrens vero dicitur, quod à thorace quaſi reſiliens ſurſum recurrit, recurrentes autem duo hi nerui non ex eodem loco recurrunt; ſed dexter ex imo arteriæ nonnullis axillaris, aliis ſubclauiæ dictæ; ſiniſter ex imo magnæ arteriæ ad partes naturales deſcendentis. Cæterum vtrique vtrinque ſecundum aſperæ arteriæ longitudinem ad Laryngem vſque aſcendentes, inde per alas ſcutiformis ſeu thyroidis cartilaginis in muſculos Laryngis proprios ipſum obſerantes & reſerantes ſe inſinuant. Quo nerui ſuæ ſunt origini viciniores, nempe cerebro, aut ſpinali medullæ, eo ſunt molliores: Contra quo lõgius abſunt à ſua origine, eo duriores ſunt & robuſtiores: quæ ratio eſt, cur natura ſurſum recurrere voluerit neruos hos recurrentes, C quo robuſtiores eſſent ad motus muſculorum laryngis edendos. Stomachic⁹ vero ramus ita dictus eſt, quia ad ſtomachum ſeu ventriculum deſcendit. Hic enim ramus vtrinque per œſophagi latera ſub pulmonum lobis deſcendens, multos de ſe ramos in interiorem pulmonum ſubſtantiam, in ipſorum tunicam, in pericardium & cor diffundit: indeq; ad orificium ventriculi ſupernis propius accedens, in multos ramos abſumitur, qui multis locis modisque implexi, orificium illud ſeu ſtomachum præcipue contexunt, quod appetentiæ & famis (vt loquuntur) animalis ſit ſedes, ac rerum ventriculo conuenientium aut noxiarum arbiter. Inde vero in vniuerſum etiam ventriculi corpus varie diſſeminantur. Idem ram⁹ nonnullos inſuper ramuſculos extrinſecus ad hepar, veſicam felleam tranſmittit, cuique obiter, quod ad ſenſum pro neceſſitate ſatis eſſet liberaliter impartiens. Hic notandum, ſtomachicum ramum vtrinque vnum, ad nexum œſophago, deſcendere, atq; inter deſcendendum in duos ſe ramos ſecare, quorũ vterq; ad latus oppoſitum pergit, vt ſe illic lateris illius neruo coniungat. Io quam tem dexter ſupra œſophagum, ſiniſtri infra ſub œſophago fertur; ſic vt duob⁹ ſtomachicis quatuor fiant, moxque rurſum hi quatuor in duos coeant.

De Diuiſione Arteriarum. CAP. XV. D

Aſcendentis arteriæ læuũ ramum minorem eſſe dextro.
Arteria ſubclauia ſiniſtra diſtributio.
Intercoſtalis.
Mammaria.
Ceruicalis.
Muſculoſa.
Humeraria duplex.
Thoracica duplex.
Arteria ſubclauia dextra diſtributio.
Carotides arteriæ.

ARteria è ſiniſtro cordis ventriculo exiliens (duabus ante coronariis circum cordis ſubſtantiam ſparſis) ſtatim in duos ramos inæquales diuiditur. Quorum maior in partes inferiores deſcendit, eo, quo diximus modo *lib.* 1. diſtributus: minor ad partes ſuperiores aſcendens, rurſum in alios duos inæquales ramos diuiditur, quorum minor ad læuam aſcendens, nullam de ſe arteriam emittit, priuſquam ad primam thoracis coſtam peruenerit: quo loco arteriam ſubclauiam gignit, quæ hoc qui ſequitur, modo, diſtribuitur. Primo enim producit intercoſtalem, per eamq; vitam impertit tribus muſculis intercoſtalibus quatuor coſtarum ſuperiorum, totique vicinæ. Secunda mammariam gignit, cuius eadem eſt, quæ mammillaris venæ diſtributio. Tertio ceruicalem, quæ per tranſuerſales apophyſes ſecundum ceruicis longitudinem ad craſſam meningẽ aſcendit, ſimiliter diffuſa atq; vena ceruicalis. Quarto è thorace egreſſa ex parte thoracis poſtica muſculoſam emittit, qua vitam muſculis ceruicis poſterioribus ad occiput vſq; largitur. Quinto è thorace penitus egreſſa, humerariam duplicem promittit, quarum vna ad cauæ omoplatæ muſculos, altera ad brachii articulum muſculoſque illic ſitos & gibbum omoplatæ pergit. Sexto & vltimo Thoracicã edit quę & ipſa duplex eſt: vna enim ad muſculus thoracis E anteriores, altera ad latiſſimũ procedit, quemadmodum de vena diximus: reliquum eius lateris axillarem facit Ramus alter maior per dextrum latus ad primam vſq; thoracis coſtam pariter aſcendens, ſui eiũ lateris ſubclauiam facit: quę, pręterquam quod ſuo hoc latere ſimiles ſiniſtrę obit diuiſiones, aliam inſuper facit, quę carotidas, dextrã & ſiniſtram conſtituit, quę indiuiſæ cũ neruo ſextę coniugationis, & vena iugulari interna p aſperę arterię latera aſcendentes, vbi ad Pharyngem peruenere, ſuo quæq; latere in duos ramos diuiduntur, internũ vnum, & externum alterum. Internus & maior diſſeminatur ad pharyngem, laryngem, & linguam: inde in caput ingreſſus per foramen longum & partem poſteriorem maxillæ

A maxillæ ſuperioris, multos ad nares ramos emittit, ad oculos, ad temporales muſculos parte interna, & ad craſſam meningem: reliquum huius rami per lateralia oſſis baſilaris foramina ſubiens, & Clinoides eiuſdem oſſis apophyſes fertur, vt illic plexum admirabilem, qualis eſt, conſtituat. Deinde per cerebri baſim abſumitur abunde per tenuem meningem, & membranam ſeu plexum choroidem diffuſus. Externus & minor carotidum arteriarum ramus ad genas, ad tempora, & pone aures pergit: Denique ramulum vnum in muſculum ceruicis longum dimittit, qui cum vena iugulari interna in craſſam meningem ſe inſinuat, per foramen neruorum ſextæ coniugationis ingreſſus.


Interni rami carotidis arteriæ diſtributio.

Quas partes obeat externum carotidis arteriæ ramum.

Declaratio figuræ Arteriarum.

Figura Arteriarum.

B



C

A. *Monſtrat cordis partem, vnde arteriis eſt principiũ.*
B. *Truncum ſeu initium arteriarũ è corde exeuntium.*
C. *Mammariam dexteram e dextra ſubclauia ortam.*
D. *Diuiſionem arteriarum in axillarum ſiniſtram & truncum dextrũ: qui iterũ in tres ramos diuiditur.*
E. *Subclauiam ſiniſtram.*
F. *Ceruicalem ſiniſtram.*
G. *Mammariam ſiniſtram.*
H. *Intercoſtalem minorem.*
I. *Muſculoſam.*
K. *Axillarem, & eius principium.*
L. *Ramum ad deltoidem procedentem, vena humeraria aliquando comitem.*
M. *Arteriam, quæ parte interna ad omoplata caua & muſculos illic exiſtentes pergit.*
N. *Thoracicam.*
O. *Arteriam, quæ comes eſt venæ per longitudinem latiſſimi muſculi excurrenti.*
P P. *Ramos per muſculos brachii ad cubitum vſque diſtributos.*
R. *Arteriam, quam in carpo exploramus.*
S. *Arteriam, quæ extrinſecus excurrit inter primum os pollicis & metacarpium.*
T. *Magnum alterum ramum, qui intrinſecus per cubiti longitudinem ad manum vſque deſcendens per digitos diſſeminatur.*
V. *Aſcendentis arteriæ truncum dexterum, qui in duas carotidas diuiditur, & ſubclauiam quæ tranſuerſo ductu ad brachium pergit.*
A. *Carotidem dextram in qua* B. *Monſtrat ramũ, qui ad linguam pergit, laryngem & os.*
C. *Ramum, qui in caput ſubit intrinſecus, vt plexum conſtituat choroidem.*

D D. *Ramum extrinſecus aſcendentem ad aures & totam faciem.*
E. *Ramum ad faciei muſculos pergentem.*
F. *Ramum temporum.*
G. *Ramum, qui eſt pone aures.*
H. *Truncum deſcendentem ad partes naturales ſupra ſpinam.*
IIII. *Arterias intercoſtales, quæ octo ſunt numero.*
K. *Phrenicas.*
L. *Cœliacum.*
M. *Meſentericam ſuperiorem.*
N. *Renales, ſeu emulgentes.*
OO. *Lumbares incluſas duabus notis oo.*
P. *Spermaticam dextram.*
Q. *Meſentericam inferiorem.*
R. *Muſculoſam.*
E S. *Iliacam. quæ ad crus pergit.*
T. *Hypogaſtricam.*
V. *Arteriam, quæ procedit ad muſculos natium.*
X. *Reliquum epigaſtricæ, quæ per foramen oſſis pubis egreditur, & in femur deſinit.*
Y. *Epigaſtricam.*
Z. *Cruralem. 11. muſculos internos & extremos femoris. 2. popliteam. 33. genuum arterias. 5. Arteriam, quæ eſt ad malleolum internum, inde ad extremos vſque digitos productam. 6. Arterias articuli pedis. 7. Arteriam malleoli externi, eodem modo atque interni diſtributam. 8. Arteriam, quæ ad plantam pedis diſſeminatur. 9. Diſtributionem arteriarum per pedem inferiorem ad omnes digitos.*

 Notan-

Notandum vero, multo plures eſſe in humano corpore venas, quam arterias, quin & longe craſſiores eſſe venas. Nam ad conſeruandum calorem natiuum partibus ipſis, nec tot, nec tam craſſis eius generis inſtrumentis eſt opus. Itaq; ſæpe venas ſine arteriis, nunquam vero arterias ſine venis reperies. Cæterum intelligimus, arteriam venæ comitem adeſſe, non cum ipſi attigna eſt, aut adhæret communibus membranis, vt fere fit: ſed cum in eiuſdem partis vſum cum vena ipſa deſtinata eſt. A

De Thymo. Cap. XVI.

Quid Thymus. *Vſus.* *Magnitudo.*

THymus *glandula* eſt *ſubſtantia mollis, rara & ſpongioſa, inſignis magnitudinis*, ſita ad extremum & ſummum thoracem, inter diuiſiones venarum & arteriarum ſubclauiarum, ſeu iugularium, Thorace adhuc concluſarum, in eum vſum, vt eiuſmodi vaſis pro munimine eſſet aduerſus oſſeam Thoracis duritiem, & præterea vt hoc tanquã fulcro robuſtiores euaderent eiuſmodi vaſorum diſtributiones: ita n. & reliquis, quæ modo inſigniores paulo ſint, naturam cauiſſe intuemur. Inſignis hæc glandula apparet in brutis & hominibus adoleſcentibus: at in his, qui ad maturam ætatem peruenere, conſumpta fere vix conſpicitur.

De aſpera Arteria. Cap. XVII. B


Subſtantia. *Compoſitio.*

ASpera arteria enim vocis & reſpirationis inſtrumentum ſit, ſubſtantiæ eſt cartilaginoſæ, ligamentoſæ, omninoq; variæ. Nam ſi rigidum vnum continuumq; corpus cũ larynge extitiſſet, nec dilatari, nec comprimi, nec obſerari, nec reſerari, nec deniq; vocem pro arbitrio modulari potuiſſet. Cõpoſitio eius eſt ex venis a iugularib. internis productis arteriis a carotidibus profectis, neruis à ramo recurrente reſilientibus, duplici mẽbrana, externa à peritoneo; interna robuſtiore fibris rectis cõtexta, ab interiore oris tunica, quæ cũ œſophagi interiore cõmunis eſt, profecta. Conſtat item cartilaginibus circularibus, non tamẽ in perfectũ orbem ductis, in canalis formam contextis, ſibiq; ordine inuicem adnexis, vi ligamentorum mutuo ex earum lateribus & extremis exeuntiũ. Hæc eadẽ ligamenta reliquum circuitum & orbem aſperæ huius arteriæ abſoluunt, qua parte œſophago incumbit: quod eo conſilio factũ putãt, vt ligamẽti illa mollities, tum potiſſimũ cederet, cum duriores & craſſiores ciborum boli eſſent deglutiendi. Ex duobus ligamentorũ generibus, quæ ad aſperæ arteriæ ſunt cartilagines, alia orbiculos ſimul cõmittunt & connectunt, quæ ipſi eiuſmodiq; orbiculis productiones in longũ, alia orbiculos in perfectũ orbẽ deducunt, quæ eiſdẽ dilatationis commoditatẽ præſtãt. Ligamenta hęc interiorẽ ſuperficiẽ obducunt: at cartilagines extrinſecus poſitæ ſunt, vt externarũ rerũ incurſui reſiſterent. Notandũ vero, ex illa tunicarũ internarũ arterię aſperę & œſophagi cõmunione, hoc manare cõmodi, & in actionis cõmoditatẽ redundare, vt harũ partiũ vna depreſſa, altera attollatur, inſtar funis circum trochleam actæ. Sic n. dum œſophagus deprimitur, ad deglutiendã rem aliquã attollitur aſpera arteria: & contra quãdo vomitu ſurſum aſſurgit ventriculus, deprimitur arteria. Vnica eſt, ſita inter laryngẽ (à quo ortum ducit) & pulmones, in quos deſinit: diuidens ſe primo in inſignes duos ramos, dextrũ & ſiniſtrũ, quin & horũ ramorum quilibet in pulmonum ſubſtantiam ſubiens, rurſum in duos alios per ſingulos lobos dirimitur: hique denuo in alios infinitos per ipſam loborum ſubſtantiam. Cartilaginoſi ſunt omnes hi rami ad ſui extremum vſque. Siti ſunt inter extrema arteriæ venoſæ, & venę arterioſę, vt promptius eſſet aeris ad cor per arteriam venoſam ingreſſus, & fuliginis per venã arterioſam egreſſus. Sicque ſuis extremis eiuſmodi partibus connexa eſt, partibus a aliis componentibus eum membris, vnde partes illas ſumit. Temperamento eſt frigido & ſicco. Eius actio eſt aerem ad pulmones importare, indeq; fuliginem exportare. Illud quidem dilatando, hoc vero ſuas cartilagines ſibi inuicem comprimendo.

Cur aſpera arteria parte ſui poſteriore ſit ligamentalis. *Cur anteriore cartilaginoſa.* C

Situs. *Diuiſio aſperæ arteriæ per pulmonum lobos.* *Temperies & actio.*

Figura aſperæ Arteriæ.



D E

A. *Demonſtrat exiguum corpus glandulosum, epiglotida nuncupatum, incubans capiti aſperæ arteriæ, ne quicquam inter deglutiendum in ipſam incidat.*

B. *Cartilaginem ſcutiformem.*

C. *Aſperam arteriam annulatam, vt vides.*

DD. *Geminas glandulas ſitas ad latera capitis aſperæ arteriæ.*

EE. *Neruos ſextæ & ſeptimæ coniugationis per thoracem tranſeuntes, adq; ventrem pergentes, vt illic per partes omnes diſtribuantur.*

F. *Neruum dextrum recurrentem ſub arteria axillari, ſecundum partis lateralis aſperæ arteriæ longitudinem vſque ad proprios laryngis muſculos.*

G. *Neruum ſiniſtrum recurrentem ſub trunco deſcendentis arteriæ.*

H. *Duos neruos recurrentes ſitos ſecundum arteriæ longitudinem.*

II. *Diuiſionem aſperæ arteriæ in duos ramos, quorum dexter in dextrum, & ſiniſter in ſiniſtrum pulmonem feratur. Qui rami rurſum in multos alios diuiduntur.*

K. *Orificium magnæ arteriæ a corde exilientis.*

L. *Arterias cordis coronarias.*

M. *Magnam*

A M. *Magnam arteriam deorſum deſcendentem.*
N. *Intercoſtalem maiorem.*
O. *Arteriam ſubclauiam lauam.*
P. *Truncum aſcendentem arteriæ, qui in tres ramos diuiditur.*
Q. *Arteriam axillarem dextram.*
R K. *Arterias carotidas dextras & ſiniſtras.*

De OEſophago. CAP. XVIII.

OEſophagus cibi & potus via, ſubſtantiæ eſt inter carnem & neruum mediæ, quia ex membrana ner- *Subſtantia.*
uoſa vna & altera carnoſa conſtat. Neruoſa intrinſecus ſita eſt, & oris tunicæ interiori ad labra vſ-
que (quo fit, vt labra tremant, in morbis mox per vomitum criticum iudicandis) interneque item aſpe-
ræ arteriæ continuata exiſtit: fibris rectis contexta eſt ad ciborum attractionem, quam adeo rapidam in
famelicis ſæpe animaduertimus, vt vix mandendi otium ſit, cum tanquam manu prçripi deorſum cibus *OEſophagi vis attractrix.*
B ſentiatur. Carnoſa extrinſecus poſita fibris tranſuerſis texta eſt, ad accelerandum eduliorum in vẽtrem
delapſum, vomitusque & flatus excernendos. Duæ hæ tunicæ, ventriculi tunicis ambabus continuatæ
eundemque hæ locum tenent. Habet præterea œſophagus partes componentes, vt à porta & caua aſ- *Compoſitio.*
cendente venam, neruum à ſexta coniugatione, arteriam ab ea, quæ ad fundum ventriculi perreptat,
cum vena gaſtrica, vel ab arteriis cauam eius partem aſcendentibus: ſed & præter vaſa hæc omnia, terti-
am à membrana coſtali, tunicam habere poteſt. OEſophagi magnitudo ea ſe ſatis eſt inſignis, quanquã *Magnitudo & figura.*
aliis maior, aliis minor, pro corporum varietate. Figura rotunda eſt, quo tranſglutiendis cibis capacior
eſſet, minusque offendi facilis. Situs eſt inter ſpinam & aſperam arteriam à pharynge ad ventriculum *Situs.*
vſque. Cæterum dum per ſpinæ longitudinem deſcendit, vbi ad quartam metaphreni vertebram per-
uenit, deerrat in latus dextrum, vt magnæ arteriæ aortæ ad partes inferiores deſcendenti cedat: inde ad
læuam reflectitur verſus ſtomachum ſeu ventriculi orificium. Natura ipſum ad diaphragma fortibus
membranarum vinculis ſuſpendit, ne ſi innixus fuiſſet arteriæ, vitali ſpiritui ad inferiores partes viam
præcluſiſſet. Vnicus eſt partibus commemoratis connexus, tum vaſis ſuis, tum membranis. Tempera- *Temperies & actio.*
mento eſt frigido potius, quam calido, vt partes omnes, quæ magis neruoſæ ſunt, quam carnoſæ. Actio
C eius eſt attrahere & inferre cibos, reiicereque quæ ventriculo moleſta vomitu excludi poſtulant. Hic *Cur ſorbere & flare ſimul nequeamus.*
notandum, quod dum deglutimus, œſophagus deorſum trahitur, & aſpera arteria ſurſum,
quæ cauſa exiſtit, cur ſimul ſorbere & flare, deglutire & reſpirare non poſſimus,
quod ſingulari Dei prouidentia contigiſſe credendum eſt;
cuius nomini æterna ſit gloria.

FINIS LIBRI TERTII.

D

E

A

DE PARTIBVS ANIMALIBVS IN CAPITE POSITIS.

LIBER QVARTVS.

B

Capitis deſcriptio generalis. Cap. I.

DVOBVS partium corporis humani generibus hucuſque expoſitis, naturalibus nempe & vitalibus, oportet nos, ad vltimam tranſire, hoc eſt, ad animales, initio à capite ducto. Caput igitur primo definiemus; tum in ſuas partes partiemur: tertio partium eiuſmodi vnamquamque deſcribemus: quarto ſingulas demonſtrabimus, eo, quo ſe oculis inter diſſecandum offerent, ordine.

Quid caput. *Cur ſummum.*

Eſt ergo Caput *ſenſuum ſedes, rationis propugnaculum & ſapientiæ, ex quo, tanquam ex fonte, infinitæ actiones & commoditates manant.* Vniuerſo corpori imminet; vt inde tanquam ex arce animalis ſpiritus corpus vniuerſum regat, moderetur, agendi, que omnia ex naturæ præſcripto exequatur. Capitis nomine id omne intelligimus, quod à vertice ſeu ſummo ſincipite, ad primam vſque ceruicis vertebram continetur.

Figura.

Capitis laudabilis figura eſt rotunda, modice ad latus vtrinque compreſſa: hincque inde à fronte & occipite nonnihil prominens. C Nam hinc ſenſuum bonitas arguitur: contra quæ exacte rotunda eſt vel acuminata, & in turbinem faſtigiata, nequaquam bona cenſetur.

Partes capitis quæ.

Partitionem caput recipit, in faciem, frontem, tempora, ſinciput, verticem & occiput. Per faciem intelligimus, quicquid à ſuperciliis ad mentum vſque patet. Per frontem, quicquid à ſuperciliis ad ſuturam vſque coronalem aſſurgit. Per tempora, quicquid à minori oculi angulo vſque ad aures excauatur. Per ſinciput, quicquid à ſumma fronte ſeu coronali ſutura, ad ſuturam vſque lambdoidem in longum excurrit, & vtrinque ad oſſa petroſa, ſeu ſuturas ſquammoſas exporrigitur. Per verticem, velut apicem quendam, & punctum fingimus in medio exquiſito ſuturæ ſagitalis, Per occiput, quod ſutura lambdoide & prima ceruicis vertebra terminatur.

Continentes capitis partes. *Contenta.*

Eiuſmodi partium omnium aliæ ſimplices ſunt, aliæ compoſitæ, aliæ inſuper continentes, aliæ contentæ. Continentium aliæ ſunt capitis partibus omnibus communes, vt cutis, panniculus carnoſus, & pericranium: aliæ certis quibuſdam partibus propriæ, vt panniculus carnoſus collo, faciei, fronti & cuti cranium tegenti: Tunica muſculis communis, adipi & faciei; cranium & ambæ meninges cerebro. Contentæ partes ſunt cerebri ſubſtantia, quatuor ventriculi, hiſque contenta corpora, nerui, proceſſus mammillares, plexus choroides ſeu rete admirabile, glandula baſilaris, & aliæ, de quibus poſtea. D Nunc dicendum de partibus continentibus, initio à cute ſumpto: docendi enim ordo à ſimplicioribus exordium duci poſtulat, prius tamen de capillis breuiter dicam.

Pilus quid. *Capillorum vſus.*

Pilus nihil eſt aliud, quam *excrementum ex craſsiore & magis terrena ſuperfluitatum tertiæ coctionis portione genitum & efformatum, quæ per inſenſibilem tranſpiratum diſſlari nō potuit.* Capilli vtilitas eſt, vt conſumptis craſſis & fuliginoſis cerebri retrimētis cedat capiti in integumētum & ornatum. Hic capillus & ciliorum pili à prima fœtus in vtero conformatione originem habuere: reliqui toto corpore pili, pro increſcentis & deceſcentis corporis ratione, emergunt & pullulant, cuiuſmodi ſunt pili, qui mentum, alas, inguina & alias corporis noſtri partes veſtiunt.

De Cute capitis muſculoſa & Pericranio. Cap. II.

Capillata capitis cutis qualis.

CVtis quæ cranium tegit, quæque pilis tegitur, longe carnoſior eſt, craſſior, durior & ſiccior, quam vllius alterius corporis partis, quæ præſertim ſit depilis. Parem ferme qualitatum ſubit conditionem cutis in partibus, quas non ſimpliciter tegit; ſed ipſis immerſa, inſita, ac vndique infixa eſt, vt in labris, in fronte, cum panniculo carnoſo, ex quo cutis muſculoſa dicitur: alias parem cum cartilaginibus habet adhæſionem, vt in alis narium, & tarſis oculorum, ex quo cartilaginoſa dicitur.

Eius connexio. *Cur eius vulnera nō negligenda* *Pericranii & perioſtii eadem natura* *Vnde omnes corporis mēbranæ*

Connexionem habet cum pericranio, quia ipſi affixa, neruos excipit à prima & ſecunda ceruicis vertebra, E & à tertia cerebri coniugatione, qui per omnem eius ſubſtantiam diſſeminantur, quo fit, vt vulnera, contuſiones & apoſtemata, quæ in hac cute fiunt & emergunt, non ſint negligenda. *Pericranium, membrana eſt tenuiſsima, quæ proxime & immediate corporis oſſa omnia veſtiens, proprio nomine in capite pericranium dicitur, propter cranii excellentiam in reliquis oſsibus perioſtium nominatur.* Et quemadmodum pericranium à craſſa meninge, per cranii ſuturas & foramina promiſſis ſtaminibus quibuſdam ſe propagante ortum ducit, ſic reliquæ omnes corporis membranæ vel ab hoc pericranio, vel à craſſa meninge ortū habent, apophyſes promittentibus, tam per capitis, quā per ſpinalis medullæ ſeu ſpinæ ipſius foramina ad os vſq; ſacrū.

Cuius

A Cuius rei argumentum hoc eſt, quod quacunq; corporis parte membranæ læſa fuerit, ſtatim læſio ipſa ad craſſam meningem peruenit. Nam qui vel extremum pedis digitum dolent cum ſternutant, aut tuſſiunt, doloris incrementum ſentiunt propagatione doloris ad cerebrum facta. Eius vſus eſt cranium tegere, & noxiarum rerum notitiam inferre, vt ſenſus, qui eſt in perioſtio acerrimus: eundem enim vſum præſtat perioſtium reliquis oſſibus. Inſuper craſſam meningem ad cranium ſuſtinet & affigit per ſuturas, ne illa ſuo pondere in tenuem incidens ipſam lædat, atq; cerebri arteriarumq; per vtramq; meningem numeroſe ſparſarum pulſationem intercipiat. Ergo pericranio cum craſſa meninge arctiſſima eſt connexio, quia inde ortum ducit. Idem de reliquis totius corporis membranis ſentiendum, quæ res in ſoluta membranarum vnitate valde eſt notabilis.

Cur quanis corporis parte membraneſa læſa caput per ſympatheiā afficiatur.
Pericranii vſus.
Omnes corporis membranas trahere in affectionem ſuarum conſenſum craſſā meningem.

De Suturis. Cap. III.

SVturæ cranii oſſa inuicem aſſuunt, vniuntque. Hæ numero ſunt quinque. Tres veræ & legitimæ dicuntur, duæ mendoſæ & ſpuriæ. Verarum prima coronalis in anteriori viſitur capite, deorſum a ſincipite tranſuerſim ad media tempora deſcendens, ſic dicta eſt, quod illinc corollæ geſtentur. Altera ſagitalis dicitur, ſeu recta, B quæ ſcilicet in capitis vertice exiſtens, caput recta velut linea in duas partes æquales diuidit, per longitudinem ipſius à coronali ad poſteriorem ſeu lambdoidem excurrens. Tertia vero hæc Lambdoides, ideo dicta eſt, quod maiuſculam literam grȩcam Λ reprȩſentet. Hanc ſuturarum deſcriptionem non quæ ſemper, ſed quæ vt plurimum ita viſatur intelligere debes: alia enim crania viſuntur, quæ anteriore ſutura carent: alia, quæ poſteriore, nonnulla etiam aliquando, quæ nullam verarum obtinent, ſed ſolis mendoſis ſunt notata. Sed & notabis aliquando ſagitalem ad naſi harmoniam vſque excurrere. Sæpe & in occipite tres vel quatuor cernuntur ſuturæ, ſic vt plane certus non ſit ſuturarum numerus. Quod & notatum à Cornelio Celſo legimus: vbi ſcribit, Hippocratem a ſuturis deceptum fuiſſe; forte dum fracti occipitis oſſis ex eo coniecturam faceret, quod demiſſus ſpecillus ad ſecundæ lambdoidis ſuturæ aſperitates, tanquam ad rimam ictu in oſſe factam reſtitaret. Reliquæ duæ ſuturæ mendoſæ & lapidoſæ, ſquammoſæque dicuntur, quo appoſitis imbricatim ſeu ſquammatim oſſibus conſurgant, non autem ſerratim & pectinatim ſibi mutuo implexis. Quod ſi quis quærat, cur caput non vno oſſe conſtet, quo ſic robuſtius euaderet. Reſpondeo, contigiſſe id, quo foret ſimul ab internis & externis iniuriis tutius, Nam cranium cum ſit ædificii humani tanquam infumibulum: ad C quod totius corporis fumi omnes aſcendunt, ſi vnico oſſe compoſitum fuiſſet, exitus fumis illis non paſi vnico oſſe compoſitum fuiſſet, exitus fumis illis nō patuiſſet. Ergo per ſuturas, craſſiores vapores, ſubtiliores vero fumi per cranii poros euaneſcunt: nonnullis ſuturæ valde dehiſcunt: aliis contra valde adſtrictæ ſunt. Ergo quibus ſunt denegatæ ſuturæ, alio eſt illis compendio à natura prouiſum: nam latitudinis duorum digitorum a lambdoide interuallo, vnū vel duo foramina excauauit, per quæ vena puppis in cranium ſubit: adeo enim ampla ſunt, vt ferrum, quo armantur adſtrictoriæ ligulæ, admittant, vt ſic liber vaporibus pateat exitus, alioqui de morte periculum: ſic ergo homini natura aduerſus internas iniurias cauit, ſed & aduerſus externas voluit pariter caput pluribus oſſibus conſtare, vt vno oſſe fracto reliqua incolumia remanerent, ſubſiſtente in ipſa oſſium diuiſione ictus violentia. Ex quo intelligere licet, quod ſi craniū ictum in oppoſito latere frangatur, id contingere vel defectu ſuturarum, vel quod imperfectæ ſint & nimium adſtrictæ, alias impoſſibile eſt tales contingere fracturas ob oſſium ſeparationem, quæ ictus impetui quaſi curſum abrumpit, ne progrediatur longius. Et certe vt raro crania reperiuntur ſuturis orba, ſic raræ ſunt eiuſmodi fracturæ. Ergo Chirurgo diligenter ſuturæ ſuturarumque ſitus ſunt notandi, ne ipſi imponant, quaſi fracturæ eſſent, vel incautus terebram ipſis applicet: vnde D ruptis venis, arteriis & neruoſis fibris, quibus interna externis communicant, doloris incrementum & fluentis ſanguinis in meningem craſſam impetus, eiuſdemque abruptis fibris, quibus pericranio adhæret, in cerebrum prolapſis ſequatur; indeque pulſationis cerebri funeſta interceptio.

Vſus.
Numerus.
Nonnulla crania ſuturis carere.
Lib. 8. cap. 4.
Cur craniū ex pluribus ſit coagmentatum oſſib.
Quibus hominibus & viis vena puppis nonnunquam in cranio ſubeat, partes ſubeat.
Quibus hominib. vno capitis iſta, oppoſitum frangatur.
Cur in ſuturis non terebrandum.

De Cranio. Cap. IV.

CRanium ſeu Calua, *cerebrum* tanquam *galea* integens ex ſeptem oſſibus conflatum conſurgit, quorum alia aliis ſunt denſiora, craſſiora & duriora. Primum eſt os occipitis in parte poſtica ſitum, cæteris durius & craſſius, quod a tergo oculi manuſque deſint, quibus a lapſu vindicare nos poſſimus. Circumſcribitur hoc os ſutura lambdoide & baſilari oſſe. Huius oſſis eminentiæ & tanquam capitula, prima vertebra excipiuntur: ſupra hanc enim caput vertitur in antica & poſtica, vi quatuordecim muſculorum & fortium ligamentorum, quæ occipitis illa capitula primæ huius vertebræ cauitatibus firmiter alligant. Secundum cranii os eſt in antica parte, dicturque os coronale: ſecundum id obtinet locum in robore & craſſitie. Deſcribitur ſutura coronali, & extremitatibus oſſis baſilaris ſeu cuneiformis: in hoc frontis ſeu coronali oſſe magna ſæpe cauitas ſub ipſis ſuperciliis reperitur, referta materia glutinoſa, craſſa, viſcida & alba, quæ elaborando ad odorandum aeri auxilio eſſe creditur. Chirurgo valde E notanda eſt eiuſmodi cauitas, quia cum eo loci fractum caput fuerit, contingere poteſt, vt fractura primam tabulā non excedat: quare ignorata eiuſmodi cauitate, falſo credita apparentis cerebri perſuaſione impulſus, credet os penitus eſſe transfoſſum, meningeſq; comprimere; ex quo vulnus dilatabit, terebram admouebit, aliaque inſtrumenta ad ſecundam oſſis tabulam erigendam, omnino citra neceſſitatem, & cum manifeſto ægri vitæ diſcrimine. Tertium & quartū os cranii, ſunt oſſa duo parietalia ſeu bregmatis, tertium denſitatis & craſſitiei locum obtinentia: quanquam denſitas illa & craſſities variis eorundem locis varia ſit. Nam ad ſinciput ſeu verticem, quo nempe pueris ſubſtantia illa in os non ante concreſcit, quam ipſis dentes omnes prodierint, ſic vt molliries illic ad tactum appareat, per quam

Quid cranium.
Cur os occipitis reliquis ſit durius.
Occipitis duo capitula notanda.
Ab occipite os frontis reliquis eſſe durius.
Notanda in oſſe frontis cauitas.
Quo tempore ſummum ſinciput pueris oſſiū duritiem cōſequatur.

cerebri palpitatio tractabilis eſt: tenerrima ſunt hæc oſſa, adeo vt ſæpe vnguis craſſitiem non excedant, A quo cerebri humidis & vaporoſis excremẽtis, eo loco, vbi magna cer[illegible] portio reſidet, concluſis, exit' ſit liberior per cerebri Diaſtolen & Syſtolen. Circumſcribuntur qu[illegible]a hæc duo oſſa superne ſutura *Oſſa petroſa.* ſagitali, inferne ſquammoſa, parte antica coronali, poſtica lambdoide. Quintum & ſextũ os cranii ſunt duo petroſa, quę ſupra dictorum robur ſequuntur. Circumſcribuntur ſutura mendoſa, parte lambdoi- *Os ſphenoides.* dis & oſſis cuneiformis. Septimum eſt os ſphenoides, ſeu baſilare, vel cuneiforme. Baſilare dictum, quod ſit capitis tanquam baſis. Huic reliqua capitis oſſa ſuis ſedibus apta innituntur. Circumſcribitur vtrinque hoc os oſſibus frontis, petroſis, occipitis & palati. Figura Veſpertilionem refert: nam & apo- *Os ethmoides, ſeu ſpongoides.* phyſibus ſuis eius auis auriculas repræſentat. Eſt præterea aliud os ad baſim oſſis coronalis, in quod deſinunt proceſſus mammillares, Ethmoides Gręcis dicitur, Latinis cribroſum & ſpongioſum, quod multa in eo ſint foramina, non recto tramite peruia, vt in cribro cernuntur, ſed & erratia & anfractuoſa, ne aer attractus impetu in cerebrum inſiliret, ſuiſque ipſum qualitatibus afficeret, niſi ante illic cunctan- *Tria meatus auditorii oſſa.* do elaboraretur. Sunt inſuper & ſex alia oſſicula, in oſſibus petroſis latentia, ad foramen ſeu meatum auditorium. Vtrinque tria, incus nempe, Malleolus & Stapes, à figura quod illud incudem, hoc Mal- *Qua ratione certis quibuſdam cranii locis extraordinarias ſubeſſe ſuturas coniectabit Chirurgus.* leum, iſtud deniq; Stapedem equitis Germani repræſentet: horũ vſum aperiemus poſtea. Sed & in qui- B buſdam craniis nonnullæ oſſium diuiſiones reperiuntur, tanquam collecta fragmenta magnitudine fere pollicis, commiſſuris propriis inſtructa & diſtincta: quæ res Chirurgo in vſu terebræ debet eſſe notiſſima. Certe eius rei coniecturam facere poterit, dum à cranio pericranium abducet: nam in ſuturis difficilius auellitur pericranium, quod per ſuturarum rimulas tranſmiſſis fibris neruoſis craſſa meninx ipſi connectatur arctius. Molliora ſunt & tenuiora mulierum, quam virorum, & puerorum, quam mu- *Meridiem incolentibus crania eſſe duriora & denſiora.* lierum, & adoleſcentum, quam conſtantis ætatis hominum crania. Æthiopes pariter omneſque, qui ad Meridiem incolunt populi, cranium habent durius, & paucis ſuturis contextum. Ergo, vt eſt ab Hippocrate proditum, quibus cranium mollius eſt, in his magis pernicioſa & timenda eſſe ſolent fracturarum ſymptomata. Sed & cranium quo tenerius eſt, eo perforanti terebro cedit facilius & promptius. *Notanda in cranio & qua vulgo non occurrunt tubercula.* Nonnullorum præterea in craniis tubercula eminent, præter naturam in rotundum aut angulos acta: quæ Chirurgo duabus de cauſis ſunt notanda. Prima eſt ad ictus & fracturæ ineundam rationem. Nam in illis tuberculis ſi in longum porrecta viſatur, continui ſolutio fieri nequit, quin vulnus ad intima penetret. Nam in rotundo corpore non poteſt longum vulnus exiſtere, quin idem ſit profundum, adacto penitius telo: quia vt ſphæricum corpus planum in puncto tantum tangit, ſic quicquid leuiter & super- C ficie tantum tenus in ſphæricum corpus incidit, id punctum tantum eius attingit. At contra in plano *Diploës ſitus & ſubſtantia.* vulnus longum poteſt exiſtere, quod item ſit ſuperficiarium. Altera cauſa eſt, quod talia tubercula figuram ſitumque ſuturarum immutant. Notandum & Chirurgo, cranii duas eſſe tabulas, quibus interiacet diploe; ſubſtantia nempe ſpongioſa, in quam multæ venæ & arteriæ, ac carnea quædam moles, inſeruntur: ne ſcilicet grauius foret cranium, vt & ipſi eſſet intra ſe, vnde commeatum ad vitam haberet: denique vt cerebri fuligini exitus eſſet expeditior. Superior tabula craſſior, denſior, validior & lenior facta eſt, quam inferior. Hæc enim vt tenerior, ita magis inæqualis extitit, vt locum det venis, arteri- *Vaſorum cerebri lethales ruptionem contingere poſſe citra fracturam cranii.* iſque internis (quarum impreſſio in ſecundam tabulam parte interna eſt euidens) à quibus rami ſubeunt in cranium per foramina oculis patentia. Quæ res ſuſpenſam affigit craſſam meningem cranio, valdeque ob id eſt notanda. Nam per magnas contuſiones fractura & fiſſura nulla in cranio apparente, propter cerebri concuſſionem validam, ſæpe contingit ruptio eiuſmodi vaſorum, vnde ſanguinis fluxus inter cranium & membranas, tandemque mors. Sed & attendere diligenter Chirurgum oportet, ad diploes teneram & mollem ſubſtantiam; vt ſcilicet dum exciſa prima tabula ad eam peruenerit, caute terebram adigat, ne ſi grauius innitendo, irruerit violentius, adigat illam in ſubiectas membranas, *Cautio in terebrando.* vnde conuulſio & mors. Cui periculo fœlici terebræ commento obuiam iui, vt pluribus demonſtrabo D *in tractatu de vulneribus capitis.*


De Meningibus. CAP. V.

Cur oſſa ethmoidea ſint forata. CRaſſa Meninx vna eſt ex primis & præcipuis corporis membranis: exit per ſuturas, & neruorum, quæ extra caluam prodeunt, foramina: exit & per oſſa Ethmoidea in eum finem forata, vt odores ad cerebrum peruadant, & excrementitiis humoribus ipſum ſe purgare queat. Eadem craſſa me- *Quas corporis partes obeat craſſa meninx.* ninx naſi tunicam interiorem inuoluit. Per magnum etiam foramen prodit, per quod ſpinalis medulla delabitur: hac ipſa craſſa meninge cum omnibus neruis & membranis veſtita. Qua de cauſa, ſi quæ toto corpore membrana læſa fuerit, propter eam, quam cum meninge habet, continuationem, læſionem ſtatim compatienti capiti communicat. Craſſa meninx ſpiſſior, duriorque eſt reliquis *Conſiſtentia craſſæ meningis. Vſus.* omnibus in corpore membranis, ex quo Duræ matris nomen obtinuit: quin & reliquas membranas gignit, profert, conſeruat & tuetur. Vſus eius eſt totum cerebrum inuoluere, idque dum dilatatur, ne cranii duritia lædatur, prohibere. Naturæ enim ſic eſt comparata ratio, vt inter duo contraria, E ſemper mediæ naturæ tertium aliquid interiiciat. Aliam etiam craſſa meninx præſtat vtilitatem, quod nempe venas & arterias cranium ſubituras longa viæ intercapedine deducit. Nam ſeſe inſinuant in eam partem, qua duplicatæ meninges cerebrum à cerebello diſterminant, ſicq; inde per cerebelli la- *Quid Torcular. Vna cerebri parte læſa, altera ſuperſtes* tera deducũtur, quouſq; ad eius ſummum velut cacumen peruenerint: quo loco vnitę in illam alteram craſſę meningis partẽ ſe inſinuant, qua duplicata pariter & geminata cerebrum in dextram læuamq; per ſumma dirimit: rectus ille vnitarum venarum in frontem vſq; excurſus eſt, ſecundum ductũ ſuturę ſagittalis: excurſum illum mutuo ſibi implexarum venarum Torcular nominarunt, quod inde per infinita venularũ oſcula exprimatur, ſtilletq; ſanguis, qui cerebro eſt ꝓ alimento. Ergo & hic alter vſus eſt craſſę meningis,

A meningis, cerebrum, ſua duplicatione, cum altius ſe in ipſius corpus imprimit, in duas partes anterio- *conſeruat*
rem & poſteriorem diſtinguere, mox etiam illud idem in dextram & ſiniſtram dirimere: vt vna parte *animal.*
læſa, altera ſuperſtes maneat & incolumis, ſuum animanti officium faciens, vt in paralyticis intuemur.
Notauit Columbus hanc meningem duplicem eſſe, & certe eius rei veritatem oculorum fide aſſecuti
ſumus.

Altera cerebri membrana, Pia mater dicta, tenuiſſima eſt multis venis & arteriis ad ſuam & cere- *Tenuis mè-*
bri nutritionem vitamq; contexta. Hæc non inuoluit modo cerebrum vt craſſa meninx, ſed & in eius *ningis con-*
anfractus profundius demergitur, vt ipſum multis exiguis fibris, quibus ad eius vſque ventriculorum *ſiſtentia.*
cauitates deſcendit, ſibi vndiq; adiungat & coerceat: non inde facile auellenda. Quare inſpecti ipſam *Meningum*
oportet plane in eo, quo diximus, ſitu, nec eam niſi cum cerebri ſubſtantia auellere. Afflictæ hæ mem- *ſentiendi*
branæ graues & acerbiſſimos dolorum excitant cruciatus: quo nomine affirmare auſim, has membra- *vis.*
nas ſenſus magis eſſe authores, quam cerebrum, quod in cerebri morbis, vt in lethargo, nullus aut ex-
iguus vrgeat doloris ſenſus.

B *Figura prima capitis ſublato cranio ſpectanda.*



C


a. *Monſtrat craſſæ meningis faciem extimam.*
bbbb. *Venam torcular dictam.*
C. *Venam iugularem internam in plures & diuerſos ramos diſtributam.*
d. *Exiguos quoſdam ramulos venæ torcularis pergentes in medium cranium, ſeu diploem ac cutem capitis exteriorem,*
e e. *Exiguas quaſdam fibras à craſſa meninge per ſuturam coronalem, aliasq; pariter ſuturas tranſmiſſas ad pericranii generationem.*

De Cerebro. CAP. VI.

SEquitur Cerebrum, neruorum ac motus voluntarii principium, primæ & præcipuæ facultatis ani- *Quid Cere-*
mæ inſtrumentum, animalis nempe & rationalis. Copioſius id homini, quam alteri vlli animali da- *brum.*
tum eſt: totum enim *ferme* cranium replet. Quod ſi totum repleuiſſet, moueri, id eſt, dilatari & con-
trahi cerebrum in cranio non potuiſſet. Temperamenti eſt frigidi & humidi. Laudabilis cerebri tem- *Quantitas*
peries ex ſenſuum interiorum & exteriorum integritate, ſomni & vigiliarum mediocritate, iudicii ma- *Temperies.*
turitate, opinionum conſtantia, a quibus niſi meliora & probabiliora occurrerint, dimoueri non ſit
facile, cognoſcitur. Cerebrum calidius eſſe intellexeris, ex ſenſuum & motuum corporis rapiditate,
D ſomni breuitate, ſubita opinionum conceptione, & conceptarum mutatione, labili & caduca memo-
ria, facili denique noxa a rerum calidarum, vt ſolis & ignis occurſu. Qui cerebro ſunt frigidiore, tardi
ſunt ad diſciplinas, reſq; alias concipiendas, ſed conceptas ſemel opiniones non facile exuunt. Ad agen-
dum motus habent ſegnes, ſuntq; ſomnolenti. Quibus eſt cerebrum ſiccius, tardi etiam ſunt ad diſcen-
dum: duris enim corporibus non facile quid impreſſeris, ſed tenaciſſimi ſunt eorum, quæ ſemel didice-
runt: motus etiam corporum promptos & agiles habent. Quibus eſt cerebrum humidius, facile addi-
ſcunt, ſed fugaci ſunt memoria: nam qua facilitate rerum ſpecies admittunt, & imprimunt animo, ea-
dem elabi eas & effluere ſinunt. Sic lutum prompte quos volueris characteres, imagineſque admittit,
at luti illius partibus, quæ ad characteris impreſſionem facile deſilierant, iterum coeuntibus, eoſdem
permiſceri, oblitari & confundi contingit. Ergo pigri ſunt ab humido cerebro ſenſus, motus tardi,
ſomnus profundus. Cerebri actio eſt, animalem ſpiritum toti corpori ad motum & ſenſum neceſſarium *Cerebri*
elaborare, ſeque tanquam inſtrumentum principibus facultatibus, vt rationi, ſubiicere. Cerebrum eſt *actio.*
duplex, anterius & poſterius. Id cerebellum ob paruitatem dicitur: anterius vero magnitudinis ratione
nomen cerebri abſolutum retinuit. Anterius id cerebrum rurſum eſt duplex, dextrum & ſiniſtrum, per
E illam, quam diximus antea, meningum in cerebri corpus depreſſionem. Cæterum diuiſionis nomen *Numerus.*
non eſt hic abſolute accipiendum, quaſi in tot partes cerebrum penitus ſit diuiſum & diſcluſum, ſed eo
ſenſu, quo dicimus iecur & pulmonem in lobos eſſe diuiſos, id eſt, magna ſui parte fiſſos & diſtractos,
cum ad baſim vnum & ſibi continuum retineant corpus. Cerebri ſuperficies extima mollis eſt, interior *Conſiſtētia*
vero dura, calloſa & valde leuis, cum contra extima illa multis gyris, & vermium multiformi velut im-
plexu ſtriata appareat.

Secunda

Secunda figura, qua cerebrum calua nudum exhibet. A




A A A. *Monſtrat craſſam meningem inciſam.*

B B. *Cauitatem venæ torcular dicta, cuius ſtillante ſucco, vniuerſum cerebrum irroratur & alitur.*

C C. *Venas à torculari productas per tenuem meningem colligatas & inſertas, vt per eas ſuccus altbilis in omnem cerebri partem perueniat.* B

D. *Tenuem meningem totum cerebrum inuoluentem cum venis ſuis & arteriis.*

Tertia figura Cerebellum exhibens.



A A. *Monſtrat cerebellum tectum tenui meninge.*

B B B *Corpus vermiforme, anterius & poſterius. Quorum anterius ſeorſum diuiſum cernitur.* C

C C. *Cerebelli portionem, vnde producitur medulla ſpinalis.*

De Cerebri ventriculis, & Apophyſibus mammillaribus. CAP. VII.

Cerebri poroſa ſubſtantia, & ſanguine exudans. *Lacuna.* *Quatuor Ventriculi.* *Superiorum cerebri Ventriculorum magnitudo.*

AD facilem ventriculorum cerebri demonſtrationem, oportet ſubſtantiæ Cerebri inſignem portionem reſecare, atq; inter reſecandum aduertere, ad exudantem per poros eius ſanguinem. Sed & animaduertere oportet ſpongioſam ſubſtantiam, qua cerebri congeruntur excrementa, quæ mox per lacunam excolantur. In cerebri ſubſtantia notare licet quatuor ventriculos, certis ductibus inter ſe D coniunctos, quibus nempe ſpiritus rerum ſenſibilium ſpeciei imbuti, ab vno in alium commeare poſſint. Primi & maiores duo, vnus vtrinque, in ſuperiore cerebro ſunt locati. Tertius ſub illis in medio cerebro. Quartus & vltimus, ad cerebelli, verſus ſpinalis medullæ initia, præcipitium. Priores duo, per cerebri longitudinem porrecti ſunt in ſemicirculi formam, quorum cornua extrorſum ſpectant. Spacioſi ſunt & ampli, quod illic ſpiritus cum excrementis ſuis contentos, ibidem deſæcari & repurgari oporteret: at in aliis ventriculis repurgati ſpiritus, & iam plene confecti recipiuntur tantum. Albi ſunt hi ventriculi & lenes in ſuperficie interiore: niſi quod ad ſemicirculi medium vtrinq; tuberculum habente, ſitam ad baſim columnæ ventriculi medii naſum verſus ſub ſepto lucido, ventriculos illos duos diſſepiente. Septum id lucidum nihil eſt aliud, quam *cerebri portio mediocriter ſolida, mire tamen perlucida*, cuius ideo interuentu priorum huiuſmodi ventriculorũ ſpiritus animales inuicem commeant & communicant: haud tamen craſſior alia ſubſtantia tenuem eius denſitatem penetrabit. Itaque non eſt verendum, ne aqua vno ventriculorum contenta, per id ſeptum ad alterum tranſmeet, vt magna ſpectantium admiratione aliquoties obſeruaui in paralyticorum cadaueribus, in quibus ventriculum paralytici lateris dilatatum multo incremento comperi, pro aquæ copia ipſo contenta, altero plane inani E & vacuo: aut certe non magis diſtento, quam cuius alteri alio mortis genere defuncto, Aſſerunt enim nonnulli in ventriculis ſemper reperiri aquoſi humoris ſpeciem quandam, quæ fiat concretione ſpirituum animalium vi funeſti & lethiferi frigoris: Cæterum duo hi priores cerebri ventriculi in communem ductum abeunt, tanquam fornacum gemini folles, quo inſtructus rerum ſpeciebus ſpiritus, in ſubiectum ſeu medium a prioribus meat ventriculum. In iiſdem prioribus ventriculis conſiderandus eſt plexus choroides: Itemque ductus, quo congeſta craſſiora excrementa in glandulam pituitariam depelluntur. Plexus ille choroides nihil eſt aliud, quam *tenuis meningis epiphyſis venis arteriiſque inuicem*

Septum lucidum.

Cur paralyſis vnius lateris mox oppoſito non communicetur.

A *varie implexis contexta in retis formam.* Vaſa hæc magnitudine ſunt & capacitate, quæ ſufficiat tum ad vitam & alimoniam particulæ eius, cui attexta ſunt, tum ad generationem ſpirituum animalium, vt qui ex venis in eiuſmodi plexum exporrectis, arteria poſteriore & vena torculari materiam idoneam aſſumant. Itemque ex aere per proceſſus mammillares in cerebrum ſubeunte. Sunt vero proceſſus mammillares *via quædam communes aeris odoribuſque in cerebrum importandis, & cerebri excrementis exportandis.* Sic enim in his, quos catarrhus & coriza occupat, nec aer, nec odores ad cerebrum aſpirare queunt: vnde frequentes ſternutationes, cerebro ſe ad expulſionem rei moleſtæ valide concutiente. Excrementorum vero cerebri, ſeu illic genitorum, ſeu aliunde inuectorum, alia fumidæ & vaporoſæ ſunt naturæ, quę per cranii ſuturas inſenſibiliter vaneſcunt: Alia craſſa ſunt & viſcida, quorum multa portio per ambas has productiones, vel per alterutram excernitur. Sic enim in coriza videas nonnullos quibus alterutra tantum naris eſt obſtructa, altera fluente; alios, quibus vtraque obſtructa eſt. Duorum anteriorum cerebri ventriculorum maxime propria vtilitas eſt, vim phantaſticam conuenienti velut ſede & domicilio hoſpitari, cum anima eo à ſenſibus externis inuectas rerum ſpecies æſtimat, & ordine digerit, vt inde de his verum iudicium à ratione exigat, quæ in medio ſedet ventriculo. Ventriculus tertius ſitus eſt in-
B ter priorum ventriculorum poſteriores extremitates, & vltimum cerebelli ventriculum. In hoc conſiderandæ veniunt ſex partes: nempe Pſalloides, Conarium, Nates, Vermiformis apophyſis, Peluis, & Ductus, qui eſt ab hoc medio in vltimum ſeu poſtremum ventriculum: Pſalloides ſeu fornix nihil eſt aliud, quam *tectum medii ventriculi, cameram referens, tribus columnis fultam, quarum vna ad naſum extenditur ſub ſepto lucido: duæ reliquæ vtrinque vna ad cerebri poſteriora ſpectant*: huius figuræ, quæ externa parte gibba, interna vero caua eſt, hæc exiſtit ratio, vt ſcilicet liberum eſſet ſpatium ad eum, quem intus ciet, motũ, ſpiritus animalis: & præterea vt ſuperpoſitam cerebri molem facilius ſuſtineret. Nam concamerata figura fulciendis ponderibus omnium eſt aptiſſima. Conarium *exigua* eſt *glandula, eiuſdem cum cerebro ſubſtantiæ rotunda & oblonga, pinei mali inſtar*, ex quo & conarii nomen habuit: ſita eſt glandula hæc è regione exigui foraminis, quod ad vltimum deſcendit ventriculum. Eum vſum habet, vt vaſorum diuiſionem roboret: eo cum apophyſi tenuis meningis deductorum ad generationem ſpiritus animalis, & vitam alimoniamque cerebri. Huic glandulæ ſubiectæ ſunt nates, *corpora* nempe *ſubſtantiæ ſolida & alba, in longum, vt pueruli clunes producta*, præſertim in brutis, & maxime in Ariete. Solidam eiuſmodi ſubſtantiam nates obtinuerunt, quo canalem illum, qui à medio ventriculo in poſtremum decurrit, cuiuſque bene-
C ficio cerebrum cerebello communicat, patens & peruium ſeruarent. Vermis *cerebelli* eſt *apophyſis*, eiuſdem nempe portio in ſummo ſeu principio & quaſi aditu & ingreſſu exiſtens, multorum orbiculorum ſibi inuicem tenuibus membranis connexorum inſtar habens. Sed & quod craſſis albiſque vermibus illis, qui in carioſis lignis reperiuntur, ſimilis ſit, vermiformis dicta eſt: Canali commemorato ianitoris velut vſum præſtat, vt neceſſariæ ſpirituum copiæ aditum ingreſſumque in cerebellum, cum opus eſt, patefaciat: ne ſi impetu ſubito in cerebellum inſilirent, rerum memorabilium impreſſa veſtigia confunderent. Peluis *ductus* eſt, *excernendis per palatum craſſioribus excrementis dicatus*, dictuſque, quod peluis aut infundibuli habeat ſimilitudinem & vſum: à tertio ventriculo in glandulam deſcendit, quæ inter clinoides apophyſes ſita eſt, vt ſpatulæ ductu explorare licet. Reſtat vltima ex ſex partibus in tertio ventriculo conſiderandis propoſita, canalis nempe è tertio hoc ventriculo in quartum excurrens: propter eum, quem diximus vſum. Canalis hic à pelui in exortu ſuo deſcendens, inde ſub nates in poſtremum ventriculum pertuſis meningibus deſinit: quod vt demonſtres, ſpatulæ mucronem hac impellere te oportebit. Tertii ventriculi vtilitas eſt, vt ſit facultati ratiocinanti tanquam tribunal, cum anima ex viſis concluſiones elicere vult.

Proceſſus mammillares.

Vſus ſuperiorum cerebri ventriculorum.

Situs tertii cerebri ventriculi.

Partes in eo conſiderandæ.

Quid fornix & eius vſus.

Conarium quid.

Nates quid.

Vermis quid.

Peluis hic cum infundibulo confunditur.

Canalis a tertio in quartum ventriculũ.

D Quartus cerebri ventriculus, eo, quem ante deſignauimus, loco ſitus eſt: Reliquis minor, ſed ſolidior: minor, vt qui ſpiritum niſi defæcatum excipere non debebat, & ab omnibus ſordib⁹ expeditum: ſolidior vero, vt illum tutius contineret. Eius vſus eſt, vt ſit velut theſaurus & cuſtos opinionum & iudiciorum, quæ ratio decreuerit, vt cum opus eſt, liceat ea inde tanquam depoſitum repetere & euoluere. Scio Galenum, Medicoſque Græcos tres ſupradictas facultates non ſic locis diſcreuiſſe, quinimo, omnes per totam cerebri ſubſtantiam totas eſſe confuſas ſcriptitaſſe, quam ſententiam etiam renouauit Fernelius in Pathologia. Hanc tamen velut communem opinionem, & ab Arabibus celebratam ſequi malui.

Quartus cerebri ventriculus.

Sintne cerebri animales facultates ſedibus diſcreta.


Inſtrumenta & ductus facultatis odorandi ſunt apophyſes mammillares, eiuſdem cum cerebro ſubſtantiæ, nerui inſtar habentes, quæ ex cornibus poſterioribus anteriorum cerebri ventriculorum ad oſſa Ethmoidea ſpongioſaq; naſi excurrunt, vt hinc odorum ſpecies excipiant, inque cerebrum deferant. Etſi vero nerui inſtar habeant, non tamen pro neruis habentur, quia extra cranium non prodeunt.

Vſus proceſſuum mammillarium.

E

I Quarta

Quarta Cerebri figura.



A A A A. *Subſtantia cerebri calloſa notatur.*

B B B B. *Cerebri anfractus.*


C C. *Cauitates duorum cerebri anteriorum ventriculorum.*

D D. *Plexus choroides.*

E E. *Figura fornicis extima.*

F. *Pars ſepti lucidi ſuperior, qua anteriores duos ventriculos diſpeſcit.* B

Quinta Cerebri figura.




A A. *Notatur fornix ab anterioribus retrorſum inuerſa.*

B B. *Plexus choroides.* C

C. *Regia glandula conarium dicta.*

D D. *Vaſa quædam ab anteriore parte plexus choroidis producta.*

Sexta Cerebri figura. D



A A. *Cerebri regiones notantur, vnde ſpinalis medullæ productio eſt.*

B. *Canalis, qui à tertio ventriculo ſub natibus in quartum excurrit.*

C. *Quartus ventriculus.*

D. *Conarium.*

E E. *Nates.*

F F. *Initium ſpinalis medullæ à cranio excedentis.* E

De ſeptem cerebri neruorum coniugationibus, ſic dictis, quod ſemper coniugatos & geminatos oſtendant neruos, nempe vtrinque vnum


CAP. VIII.

Quid neruorum ſubſtantia. NEru[illegible]a ſunt *& inſtrumenta ſpiritus animalis & facultatũ*, quorũ ſpiritus ſunt vehicula, quandiu cerebro [illegible]ntinentur: ſola & ſimplici cõſtant medulloſa cerebri vel ſpinalis medullæ ſubſtantia. At cerebrum

A brum egreſſi n membranoſam, quæ ipſos inuoluit, adiunctam habent a duabus cerebri membra-
nis: & nonn n Anatomicorum ſententia, tertia inſuper alia ex ligamentis, cum pleriſque aliis, *Tertiam nne membranā ex vertebrarum liga-*
tum his, qui nectuntur vertebræ, producta: quanquam hæc mihi ſententia abſurda videatur, cum *mentis pro-*
eiuſmodi membrana, vt quæ inſenſilis ſit, nerui conditioni penitus repugnet, nempe cuius ſit ſen- *ductam ner-*
ſum partibus, in quas inſeritur, impartiri. Neruorum magnitudo varia eſt, pro varia, quæ partibus, in *ui habeant.*
quas inſeruntur, incidit ſentiendi neceſſitate. Figura ipſorum rotunda eſt, & in aquæductus ſeu cana- *Figura.*
lis ſpeciem oblonga, cerebri nempe membranis, quibus nerui integuntur, ſuper ipſos dilatatis & atten-
ſis: eodem modo, quo proceſſus peritonæi vaſa ſpermatica inuoluit, cum quibus ad teſticulos vna de-
ſcendit, vitam, alimoniamque accipiunt, per venas & arterias capillares, quæ ad ipſos cum membranis
deſcendunt. Eum in vſum conditi ſunt, vt partibus ſenſificis ſenſum, moueri aptis motum, impertian-
tur. Neruorum omnium, ſeu mediate, ſeu immediate a cerebro deſcendant: numerus eſt triginta ſe- *Numerus.*
ptem coniugationum, quarum ſeptem immediate a cerebro, reliquæ trigiota a ſpinali medulla ortum *1. Neruorum*
habent. Prima neruorum cerebri coniugatio reliquis omnibus craſſior eſt, atque ad oculos pergit, vt in *coniugatio.*
eos viſiuum importet ſpiritum. Hi diuerſis cerebri nati locis in media via, priuſquam cranio exeant,
B quaſi decuſſati ad inſtar ferri piſtrinarii coeunt, cauitatibus ſuis viſum fugientibus in communem du-
ctum abeuntes, quo ſpiritus per duos neruos illos illati communicantur: inuicem vero coeunt, com-
meantque adeo, vt ab vno oculo repulſi in alium reſiliant. Cuius rei argumentum apparet in colliman-
tibus, qui alterutro oculorum clauſo, acutius cernunt, quod ſic ſpirituum vicinorum virtus in vnum
oculum vnita, fortior ſit ſeipſa in duos oculos diſperſa. Hæc coniugatio vbi in humorem vitreum ap- *Cur alteru-*
pulerit, abſumitur in ſtructuram tunicæ amphibliſtroidis, id eſt, retiformis, quæ a tergo humorē illum *tro oculorū*
cootineat. Secunda coniugatio in partes multis abit ſub egreſſum è cranio, inq; radice orbitæ in ſeptem *clauſo acu-*
muſculos oculum mouentes, diſtribuitur. Tertia duplex, in egreſſu è cranio in multos pariter ramulos *tius cerna-*
funditur, quorum alii ad muſculos feruntur temporum, ad maſſeteres muſculos, in faciei, frontis & naſi *mus.* *2. Coniugat.*
cutem. Alii in ſuperiorem genam ſparguntur, parteſque ad eam attinentes, vt in dentes, gingiuas, & ſu- *3. Coniugat.*
perioris labri muſculos, eoſque, qui rotundi dicti, introrſum oris latera circumſcribunt: poſtremi ab-
ſumuntur io linguæ tunicam, vt eam guſtandi ſenſu inſtruant. Quarta coniugatio longe exilior eſt, to-
taque ferme abſumitur in palati tunicam, vt eam ſaporum etiam ſenſu illuſtret. Quinta in ſua origine, *4. Coniugat.* *5. Coniugat.*
necdum cranium egreſſa duplex eſt, ſuiq; maiorem portionem ad foramen auris, ſeu audiendi meatum
C tranſmittit, vt audiendi facultatem importet: aliam ſui minorem portionem ad temporum muſculos
per foramen ei proximum, quo ſecunda coniugatio prodit, exporrigit. Sexta poſt primam maxima in- *6. Coniugat.*
tegra cranium egreſſa, exiguos quoſdam ramulos quibuſdam ceruicis & laryngis muſculis impertit: in-
de in thoracem deſcendens, recurrentes neruos facit, atque in omnes ventrium duorum inferiorum
partes ſparſa, vſque ad veſicam & teſtes pertingit, vt notatum eſt *lib.* 1. Septima inſeritur abſumiturque *7. Coniugat.*
in muſculos oſſis hyoidis, linguæ, & nonnullos laryngis, vt motum in illis edat, cranium egreditur per
foramen oſſis occipitis ad ipſius tubercula.

Figura ſeptima octo neruorum cerebri coniugationum.


D



E

A A A. *Monſtrant extimam cerebri ſuperficiem implexis vermibus ſimilem.*
B B. *Cerebelli extimam ſuperficiem.*
C C. *Odorandi organa.*
D. *Principium ſpinalis medullæ quarti ventriculi partem continens.*
E. *Spinalem medullam exilientem extra cranium, inque vertebras delabentem.*
F F. *Opticos neruos, qui faciunt primam neruorum coniugationem.*
G. *Eiuſmodi neruorum opticorum coitum ad inſtar ferri piſtrinarii.*
H H. *Tunicas oculi retiformes dictas, quas nerui creant optici.*
I I. *Secundum par neruorum oculos mouentium.*
K K. *Tertium par neruorum, eo, quem mox dicemus, modo, diſtributorum.*
L L. *Quartum par neruorum ad palatum pergentium.*
M M. *Quintum ad aures pergit, id in extremitate ſua dilatatum efformat eius foraminis membranam, quod cæcum nominant, notatur vero notis oo.*
N. *Sextum par, eo, qui poſtea dicetur, modo diſtribuendum.*
O O. *Septimum par, quod ad linguam motus gratia deſcendit.*
P P. *Octauum par neruorum, ab antiquis Anatomicis prætermiſſum.*

Octaua cerebri figura.



A A A. *Monſtrant externam cerebri ſu[illegible]m membranis ſpoliatam.* A

B. *Cerebelli ſuperficiem.*

c. *Alterum ex odoratus organis.*

d. *Alterum ex proceſsibus mammillaribus.*

e. *Alterum ex neruis opticis.*

f. *Alterum ex neruis ſecundæ coniugationis.*

g. *Portionem vnam neruorum tertiæ coniugationis, cuius ramus vnus ad frontem pergit, notatus numero 1. Huius inde portiuncula ad naſi membranam, notata numero 2. Altera ad maxillam ſuperiorem, notata numero 3. Altera ad muſculum temporalem, notata numero 4.*

h. *Maiorem portionem neruorum tertiæ coniugationis, cuius prima propagatio notata numero 5. Ad denses & gingiuas mandibulæ ſuperioris peruadit. Altera notata numero 6. Ad mandibulam inferiorem atque ſui portiuncula quadam notata numero 7. Ad labrum inferius reliqua portio, notata numero 8. In linguæ tunicam abſumitur.* B

I. *Quartam neruorum coniugationem, quæ in palati tunicam abſumitur, notatam numero 9.*

K. *Minimum cerebri neruum, (à veteribus Anatomicis omiſſum) qui ad muſculos inferiorem mandibulam mouentes repit. Eius origo vicina eſt auditorio neruo: is neruus eſt, quẽ paulo ante pro octaua neruorum coniugatione à veteribus prætermiſſa notauimus.*

L. *Quintam neruorum coniugationem in tres portiones deductam, quarum maior notata numero 10. auditoriam creat membranam; duæ reliquæ minores notatæ numero 11. & 12. Ad muſculũ temporalem cum portione tertii paris pergunt. Capreolorum vitis inſtar habet.* C

MM. *Neruos ſextæ coniugationis, quæ hoc, qui ſequitur, modo distribuitur: in primis enim primum ſui ramum ad muſculos ceruicis poſteriores mittit, notatum numero 13. Deinde alterum ad nonnullos laryngis muſculos, notatum numero 14. Tertio in duos ramos ſcit, quorum vnus ſecundum rectitudinem radicis coſtarum parte interna deſcendit, admiſcens ſe neruis intercoſtalibus per certas quaſdam productiones, notatas numero 15. Alter ad ſtomachum deſcendit, notatus numero 16. Et ſequenti modo dirimitur: Primum enim duos ramulos tranſmittit ad muſculos, qui à thorace & clauiculis ad laryngem aſcendunt, notatos numero 17. Deinde parte dextra neruos promittit recurrentes, notatos numero 18. Nam parte ſiniſtra hanc, quæ ſequitur, distributionem molitur, nempe ad pulmones & pericardium: qui ad pulmones tranſmittuntur nerui, notantur numero 19. Qui ad pericardium, numero 20. Reliquũ in ventriculi orificium totumque eius corpus abſumitur.*

NN. *Septimam neruorum coniugationem, quæ hanc ſortitur diuiſionem: Primum enim fertur ad muſculos ab oſſe styloide natos, notata numero 21. Deinde ad muſculos linguæ oſsis hyoidis & nonnullos laryngis, notata numero 22. Reliqua ſui portione ſextæ coniugationi admiſcetur numero 23.* D

O. *Portionem ſpinalis medullæ exeuntis extra cranium.*

De Rete mirabili, & oſſe Baſilari. CAP. IX.

Spiritus animalis exiſtentia.

EX ſpiritu animali à corde per carotidas internas arterias ad cerebrum tranſmiſſo, fit animalis. Expediebat enim eum elaboratiorem eſſe, quod animalis actio ſit vitali præſtantior: natura molita eſt arteriarum multis ſe locis interſecantium contextum, ad variè implexi retis ſimilitudinem; ex quo retis admirabilis nomen habuit, vt ſpiritus longiore in plexibus illis labyrintheis mora perfectius coqueretur, elaboraretur, adque animales functiones obeundas aptitudinem conſequeretur.

Rete mirabile quid. Situs & numerus.

Rete id admirabile ad latera apophyſeon clinoidum ſitum duplex exiſtit: diuiſum nempe glandula pituitaria, quę clinoides inter apophyſes ſedet, ſubditum habens ſubter craſſam meningem os baſilare, à dextra læuaque pertuſum, cui mox ſubiiciuntur oſſa ad vſque palatum ſpongiæ modo rara, quibus per palatum, naresque expurgatur pituita, indeque diſſluere ſaliuam arbitror, quod qui cerebro ſunt humidiore, continẽter ipſam per os expuunt.

Apophyſes clinoides quid.


Apophyſes clinoides, *productiones quædam ſunt oſsis baſilaris ſeu cuneiformis,* quib' (vt dixi) interiacet glandula pituitaria, cum retis admirabilis portione. De hac parte magna eſt inter A natomicos controuerſia: ineſſe enim illam hominibus, negat Veſalius, admittit Columbus, licet eum E

Sit ne aliud rete mirabile a plexu choroide.

plexu choroide confundere videatur. Ego certe eam ſemper, eo, quem dixi, modo, animaduerti, vt cõtra Veſalium diſputauit Syluius. Reſtat vt cranii foramina recenſeamus: quod horum notitia valde conducat ad venarum, arteriarum, & neruorum inſertiones intelligendas. Attende tamen prius ad hac, quæ ſequitur, retis admirabilis figuram.

Nona

A *Nona figura retis admirabilis.*



A A. *Monſtrant carotides arterias in caput ſubeuntes per latera clinoidum apophyſeon, quæ mutuo ſe implexu interſecant, moxque ad CC. vniuntur iterum, vt inde in vniuerſum cerebrum pergant, & implexum choroidem.*

D. *Monſtrat glandulam pituitariam, ex peluis certo ductu cerebri pituitam excrementitiam ſub medio ventriculo excipientem.*

De foraminibus internæ baſis Cranii. CAP. X.

B IN primis numerantur foramina Ethmoidea: inde neruorum opticorum: Tertio neruorum oculos mouentium: Quarto eius portionis neruorum quartæ coniugationis, qui ad temporum muſculos pergunt: Quinto numerantur viſum fere fugientia foramina, illa ſub glandula pituitaria ſita, quibus ſaliua expurgatur: Sexto numeratur illud, quod eſt in oſſe ſphenoïdes, ſeu cuneiformis, comparatum ad internarum arteriarum carotidum, rete admirabile contexentium, indeque in magnam rimam deſinentium, in cerebrum ingreſſum: Septimo quod foramen numeratur, fere duplex eſt, comparatum ad ingreſſum vnius ramorum iugularis internæ: Octauo foramen numeratur oblongum, ouali figura, quo portio tertiæ coniugationis exit, & quarta omnis coniugatio: Nono numerantur meatus auditorii: Decimo, quæ numerantur foramina, ſunt valde exigua, itaque præbent venæ & arteriæ ad meatum auditorium pergenti ſupra foramen cæcum: Vndecimo lacera numerantur foramina, quæ exitum præbent ſexto neruorum pari portioni carotidum, & iugularis internæ: Duodecimo, quæ ſeptimæ coniugationi egreſſum parant: Decimotertio numeratur magnum foramen occipitis, quo ſpinalis medulla erumpit. Decimoquarto illud numeratur, quod ſæpius eſt pone foramen illud magnum, quo ſubeunt venæ & arteriæ ceruicales.

C *De Foraminibus externæ baſis cerebri.* CAP. XI.

AD ſupercilia foramen vnum vtrinque eſt, per quod tranſit neruulus à tertia coniugatione à cauitate orbitæ exiens, perque os frontis ad ſupercilium pertingens, vt motum impertiat duobus muſculis ſupercilii ſuperioris & fronti. Quanquam ſæpius foramen in vno tantum latere conſpicuum ſit, eius loco ſæpe rima, alias nihil penitus perforatum, fiſſumue cernitur. Secundum numeratur maioris canthi foramen, per quod deſcendit portio neruorum tertiæ coniugationis ad tunicam naſi: in foramine illo ſita eſt glandula lachrymalis. Tertium ſubter oculum ſitum eſt, vt viam faciat alteri neruorum tertiæ coniugationis portioni ad faciei partes, ſuperiorisque maxillæ dentes tendenti. Quartum eſt ad initium palati inter inciſorios dentes, per quod tranſit venula, arteriola & palati tunica. In quinto ordine numerantur palati foramina, per quæ deſcendunt nerui à quarta coniugatione guſtus gratia. In ordine ſexto habentur palati foramina reſpirationi ſeruientia, ac pituitæ per nares à cerebro ſtillanti. Eſt & rima ſub Zygomate in orbitam aſcendens, per quam iter eſt, tam neruis tertiæ coniugationis, ad crotaphytas muſculos, quam venis quibuſdam & arteriis. Sed & aliud notatur foramen ad apophyſim maſtoidem, quod non eſt ſenſus iudicio peruium. Aliud habetur inſuper ad radicem poſteriorem e-
D iuſdem apophyſeos ſeu proceſſus mammillaris, per quod venula quædam à iugulari tendit ad torcular. Atque tria hæc foramina obiter tantum notani, quod in his tam magna ſit varietas: vt de his certa lex dari nequeat.

De Spinali medulla. CAP. XII.

SPinalis medulla, *tanquam riuus eſt à cerebri fronte decurrens.* Hæc partibus omnibus vicinis ſub capite neruos, ſenſus, motuſque gratia tranſmittit, tanquam è trunco arboreo ramos ſpargens. Rami iſti vtrinque triginta habentur, vt dicemus poſtea. Eadem ſpinalis medulla tecta eſt duabus membranis cerebrum velantibus, nullo interuallo, vt in cerebro, diſtinctis. Sed & his tertiam inſuper attextam habet membranam, valde duram & denſam, quæ ipſam per violentos corporis antrorſum, atque in gyrum flexus rumpi & violari prohibet. Huius medullæ morbi ſimiles fere ſymptomatum conſecutionem inferunt cum morbis cerebri: nempe ſubiectis partibus omnibus in ſenſu, motuque noxam inferunt, verbi gratia: Si vertebrarum ſpinæ aliqua loco fuerit mota, ſequitur medullæ diſtortio: Tum vero, ſi præſertim vnicam tantum vertebram luxari contigerit, tam acuta & acerba compreſſio
E ab oſſeo vertebræ corpore medullam vrget, vt ipſam aut ſi dilaceret, aut certe ſpiritui per eam aditum intercipiat. Cæterum per eadem vertebrarum foramina, venæ, arteriæque ſpinalem medullam ad vitã & nutritionem adeunt, per quæ nerui in omnes inde ſubiecti corporis partes deriuantur.

Spinalis medulla quid.

Spinalis medullæ inuolucra.

Morbi a violata ſpinali medulla.

A

Decima figura de ſpinali medulla.



A. *Monſtrat initium ſpinalis medullæ à cerebro prodeuntis.*

B. *Vt eadem medulla ex cranii capacitate egreſſa, in primam vertebram influat.*

C. *Vt ſpinalis medulla non iam inter deſcendendum ſimplex apparet, ſed multis funiculis ſimilis videtur, qui iuncti deorſum deuoluuntur.* 3.4 5.6.7. *His Numeris radices neruorum notantur, exeuntes extra ſpinalem medullam, antequam cranii capacitate elabatur.*

B

D. 7. *Spinalis medullæ portionem ceruicis vertebris concluſam: latere quidem dextro ex nota.* B. *vſque ad notam.* D. *ſiniſtro vero vſque ad numerum.* 7. *monſtrat.*

E. 19. *Spinalis medullæ portionem dorſum ſeu dorſi vertebras explentem.*

F. 24. *Spinalis medullæ portionem lumborum vertebras replentem.*

G. 30. *Portionem ſpinalis medullæ, quæ ſex oſſis ſacri vertebras complet.*

H. *Notatur extremitas ſpinalis medullæ.*

C

FINIS LIBRI QVARTI.

D

E

DE MV-

A

DE MVSCVLIS, ET OSSIBVS, ALIISQVE CORPORIS EXTREMIS PARTIBVS.

LIBER QVINTVS.

PRAEFATIO.

B *MIRARI forte quiſpiam poterit, quod ante perfectam capitis partium omnium deſcriptionem tertio Anatomico libro finem impoſui, qui tamen in eam rem videbatur inſtitutus. Itaq; reddenda mihi nunc huius mei conſilii ratio. Mihi animus eſt vnico velut ictu & ſpiritu muſculorum Anatomiam perſequi. Ergo quia capitis, quas nondum deſcripſimus partes, magna parte ex muſculis conſurgunt, ideo illas vna eadem hac extremarum corporis deſcriptione complecti volui: initio ducto à ſumma faciei parte, nempe oculis: ſi tamen prius oſſa faciei deſcripſero, ſine quorum cognitione muſculorum ortum & inſertionē deſignare eſt impoſſibile. Per faciem ſupra notatimus intelligi, quicquid à ſupercilio in mentū vſq; patet. In qua tam admirabilis exiſtit naturæ induſtria, vt ex infinita hominū multitudine ne duos quidē ita ſimiles reperias, quin aliqua faciei diſſimilitudine diſtingui queant: hanc eandē tanta formæ præſtātia exornauit, vt multi eius, quam concupiebant, formæ potiundæ deſiderio deperierint. Eadē hæc facies etſi dimidiū pedem nō excedat, ſubitū tamē & ſuis mutationib. iudicat, & palā ſuggerit, quæ affectiones & paſſiones ſpei, metus, triſtitiæ, voluptatiſve mentē noſtrā occupent: quo ſtatu noſtrū ſit corpus, ſano, ægro, au neutro. Quare cū faciei tanti ſit in nobis momēti, reuertemur ad Anatomicā eius deſcriptionē, quā vt facile & aperte exequi poſſimus, ab oſſib. eius ducemus initiū, quo, vt prædiximus, muſculorū origo & inſertio nobis ſit certior & manifeſtior.*

Oſſiū ignorata deſcriptione, muſculorum ignorari ortum & inſertionem eſt neceſſe.

C *Faciei dotes. Voluntatis index vultus.*

De Oſſibus faciei. CAP. I.

OSSA faciei numero ſunt ſexdecim, vel ſeptemdecim. Ac primū ſex numerantur circa oculorū orbitas, tria nempe orbitæ cuiuſq;, quorum vnū maius eſt, minus alterum, tertiū medium. Horū ſingula, os frontis attingunt parte ſua ſuperiore. Præterea maius cōiungitur ſutura cum apophyſi oſſis petroſi, ſicq; conſtituit Zygoma, i. e. os iugale, ſiue os paris, a natura conditū ad conſeruationē muſculi temporalis. Minus ſitum eſt ad maiorē oculi canthū, in quo foramē eſt ad naſum peruium, in hocq; glandula, in qua fit Ægylops. Mediū in imo ſeu profundo eſt orbitæ, valde tenue ac mēbranaceū quaſi ſubtilitaris. Hinc ſequuntur naſi oſſa duo, quę ſutura oſſi frontis coniuncta ſunt, ſibi v. mutuo parte anteriore per harmoniā. At parte poſteriore ſeu laterali, cum duob. aliis oſſibus, vtrinq; vno, quę deſcendētia ab oſſe frontis (cui ēt per ſuturā cōiunguntur) D dentes oēs recipiunt. Hęc duo, Galeni ſentētia, raro ſeiuncta inueniuntur. Sunt v. omniū faciei oſſium hucuſq; cōmemoratorum craſſiſſima, per ſuturā connexa cum maximo orbitæ oſſe; parte poſteriore cū oſſe baſilari; parte interiore cū exiguis duob. oſſib. interiorib. palati, quæ parte interna ipſius extremitatem cōſtituunt, quo fit, vt ea palati poſteriora ſeu interiora oſſa nominare poſſimus. Horū alterū vndecimū, alterū duodecimū os capitis numerāt: exigua duo hęc oſſa ſuo latere iuxta alarū formā retinētes; oſſis baſilaris productiones, recipiunt vnū ex neruis (vtrinq; ſuū) quartæ coniugationis, quos *ſuperiorē libro* diximus abſumi in palati membranā. Sunt & alia duo, Galeni ſentētia, in gena inferiore, ad mediū mentū coniuncta. Licet nonnulli ſentiant, vnicū os eſſe, quod ſenſus iudicio nihil intercedere, vel diuiſionis ſubeſſe cernatur. Sed quā vera hi ſentiant, licet experiri in pueris, nā in cōſtanti ætate hominib. vnū os apparet: numerātur duo hęc pro decimotertio & decimoquarto oſſibus. Ergo duo hęc oſſa inferiorē genam cōſtituentia, in poſteriore parte duas vtrinq; habēt apophyſes, quæ ſpectāt ſuperiorem genam, quorū vna gladii cuſpidē æmulatur, & coroni dicitur: altera obtuſa eſt & rotunda, quæ inſeritur in cauitatē ſitam ad radicē apophyſeos oſſis petroſi, iuxta auris meatū. Luxari hæc poteſt ad anteriora hiatu violento, per retractionē muſculorum naſcentium ab apophyſibus alarum formā habentibus, deſi- E nentiumq; ad angulos inferiores latioris partis eiuſdem genæ. Caua eſt hæc gena, vt & ſuperior, poſtica præſertim parte, humore nempe albo & glutinoſo referta, dentium incremento perutili. Humor ille materiam habet ex ſanguine, eo inuecto per vaſa, venas, arterias & neruos a tertia coniugatione huc foramine ſatis inſigni ſubeūtes. Quo fit, vt hæc pars nō modo nutriatur & viuat, ſed & dentes ſenſum accipiant beneficio neruorū eo, cū vena & arteria ſubeuntium, per exigua foramina ad imas dentiū radices aſpectabilia: indeq; eſt, quod in dolore dentiū pulſans percipiatur dolor, q. fluxio fiat per arterias: vel potius quod influens ad dentiū radices humor, illic exiſtentem arteriam cōprimat, quin & in auulſorum recenter dentium ima radice neruoſæ ſubſtantiæ veſtigiū intueri licet. Sed & contemplari oportet, vt gena hęc de ſua capacitate interna producat ad menti latera neruos duos ſatis inſignes, è regione

Tria in qua quo oculi orbita oſſa. Quid Zygoma & quē vſum habeat. Ægylops. Naſi duo oſſa. Duo palati oſſa interiora. Maxillæ inferioris oſſa duo. Duplex genā inferna vtrinq; apophyſis. Luxatio genæ infernæ. Gena inferior humore medulloſo differta. Qui dentes ſentiant. Cur dolor dentium ſit pulſans. Notandi genæ infernæ duo nerui.

Os naſi ſupra palatũ. Seu naſi ſeptum.

canini dentis inferioris & primæ minorũ molaris , vt notaui *in deſcriptione tertiæ coniugationis neruorum.* A
Horum admonitum te volui, vt cum inciſionem in his locis moliri oportebit, caute & prudenter, ne quid partibus illis contingat detrimenti, rem geras. Reſtat aliud os ſitum ſupra palatum, à quo ſeptum naſi cartilaginoſum oritur, ab omnibus, quod ſciam Anatomicis, prætermiſſum. Ergo quo liceat oſſium faciei numerum facilius memoriæ mandare, illorum hæc erit repetitio. Sex ſunt orbitaria, vtrinque tria ad ſingulos oculos. Septimum & octauum naſalia nominare poſſumus. Nonum & decimum maxillaria. Vndecimum & duodecimum oſſa palati interna nominant. Decimumtertium & decimumquartum genæ inferioris oſſa. Decimumquintum dici poteſt naſi ſeptum. Reſtat nunc, recenſitis his oſſibus, vt de dentibus agamus, de ſuperciliis, cute, panniculo carnoſo, muſculis, aliis denique faciei partibus.

De Dentibus. CAP. II.

Dentes eſſe oſſa. Inciſorii dentes. Canini. Molares. Cur plures ſuperioribus molaribus radices. Vſus.

DEntes ex numero ſunt oſſium, triginta duo, quod ſummum eſt, numerantur: nempe ſexdecim ſurſum, deorſumque totidem: horum quatuor ſuperne & interne: totidem antrorſum inciſorii ad cibos incidendos exiſtunt, vnica radice præditi. His bini ſuperne & inferne, vtrinque nempe vnus: accedunt dicti Canini, quia acuti & validi caninorum dentium inſtar: vnam & hi radicem habent, longe tamen, quam cæteri longiorem. Hinc ſequuntur molares, vtrinque quini, id eſt, ſuperne decem, totidemque inferne, quod molant, atterant, & elidant cibos, quo facilius coquantur in ventriculo: ſic enim vulgo ſentiunt, cibum bene præmanſum ex dimidio eſſe coctum: qui ex ſuperiore maxilla pendent, tres radices vt plurimum habent, ac non raro quatuor. At qui in inferiore fixi ſedent, duabus tantum nituntur radicibus, aliquando tribus, quia inferior hæc mandibula durior eſt, quam ſuperior, vt tam facile excauari nequeat, vel quod hi dentes fixi ſedentes que ad ſtabilitatem, non tot egerent fulcris, quot ſuperiores, qui ex ſua ſede penderent. Inciſorii cibos incidunt, quia lati, & acuti: canini frangunt, quia acuti & mucrone pungentes: At molares duri, lati, & aſperi contundunt & comminuunt. B

Dentes in alueolis per gomphoſim.

Quod ſi molares lenes extitiſſent, non potuiſſent commode, quod ſui muneris eſt, exequi, comminuuntur enim & atteruntur omnia facilius ab eo, quod ſcabrum & aſperum eſt. Hinc piſtrinorum molas æquo leniores malleorum punctim adactis ictibus exaſperant. Connectuntur dentes genis per gomphoſim, nempe pali ſeu claui inſtar, maxillarum ſuarum alueolis infixi pendent vel innident: nam & quibuſdam adeo genis ſuis arcte velut vniti hærent, vt dum auelluntur, vna cum dente ſequatur alueoli & genæ ſui portio. quod ego non raro animaduerti, cum ingenti Hæmorrhagia contigiſſe. Infixorum in ſuis alueolis dentium hæc adhæſio confirmatur inſuper ligamento, quod ad eorum radices vna cum neruo & vaſis ſe applicat. C

Notanda dentis cum ſua gena vnio.

Quid a reliquis oſſibus differant dentes.

Differunt dentes a reliquis oſſibus, quia actionem habent, dum cibos conficiunt; quia deperditi regenerari poſſunt, creſcuntque ſemper, quandiu animal viuit, alias enim mandendi aſſiduo vſu atteruntur, eliduntur que in ſe inuicem. Id licet experiri in his, qui dentis alicuius iacturam fecerunt, oppoſitus enim longior euadit, quia non iam ad oppoſitum atteritur. Sed & reliquis oſſibus duriores ſunt & ſolidiores: & ſenſu acri præditi, per neruos a tertia coniugatione, qui in eos ſe ad radicem inſerunt: nam etſi recens auulſum dentem atteras, reliquam adhuc nerui ſubſtantiam intueri licebit: tam acri ſenſu ſunt donati, vt cum lingua de ſaporibus iudicarent. At quomodo ſentiunt dentes, cum ſine dolore limari queant? Reſpondent Fallopius, non ſentire dentes parte ſua ſuperioro & exteriore, ſed tantum per membranam, quam intrinſecus obtinent.

In quem vſum ſeruiũt dentes.

Aliud & vſum habent dentes, anteriores præſertim; quod ſcilicet diſtinctæ & articulatæ pronunciationi inſeruiant: his enim qui carent, inter loquendum balbutiunt, quemadmodum qui breuiores eos habent, prominentiores, aut conſertos. Quin pueris non ante diſtinctus eſt ſermo, quam anteriores prodierint dentes.

Dentes ante vocem articulanda voci vtiles.

Notandum vero, fœtui adhuc materno aluo concluſo dentes ineſſe ſolidos & oſſeos: quod intelliges, eo a partu ſtatim diſſecto. Cæterum quemadmodum inſignes duæ in oſſe frontis ad ſupercilia cauitates viſuntur, humore viſcoſo plenæ, odoratui inſeruiente: pariterque in proceſſibus mammillaribus, aer concluſus auditus gratia continetur: ſic plane in maxillis duæ inſunt cauitates humore viſcido ad dentium alimoniam. D

De Muſculo lato. CAP. III.

Muſculus latus mouet immotus oſſibus.

PErſequendæ nunc eſſent faciei partes continentes, cutis nempe, panniculus carnoſus & adeps, ſed quia antehac expoſitæ abunde fuere, priuſquam ad oculi diſſectionem veniam, panniculum carnoſum deſcribam, vt motus omnes, quos obit, ſeu in facie ſeu in fronte facilius intelligere poſſimus. Primum vt facile ipſum intueri poſſis, ſeparare cutem ſubtiliter in faciei parte aliqua oportebit. Nam niſi attenderis, vna cum cute panniculum carnoſum auulſeris, muſculumque hunc latum, cui immediate adhæreſcit, ac nonnullis locis pertinaciter, adeo quemadmodum in labris, palpebris, totaque fronte ſeorſim, vt haberi iſta nequeant. Muſculo hinc lato natura motum, ſeu mouendi vim largita eſt, vt dum alternatim & certis vicibus exporrigit ſe aut contrahit, oculo claudendo & aperiendo inſeruire poſſit. Cute muſculo ſic expedito, ipſum ſeparare oportebit, ducto initio ab anteriore clauicula ad mentum vſque, ſecundum rectitudinem aſcendendo, indeque in poſteriora, quantum fieri poterit, deflectendo: ſic enim demonſtrabis, vt ſe cum commiſceat & labrorum muſculis. E

Nullos eſſe obſerando aut reſerando oculo peculiares muſculos dicatos, ſolum latum muſculum id opus eſſe.

Cum ad oculos perueneris, docebis ab hoc vno muſculo claudi & aperiri oculum: quia ex triplici genere fibrarum componitur, quanquam ex omnium, qui hactenus ſcripſere de re Anatomica, ſententia, eiuſmodi actiones fieri dicantur, vi duorum muſculorum in eam rem dicatorum: quorum vnus ſit ad maiorem angulum parte ſuperiore, alter ſemicirculi formam habens ad minorem angulum, vnde in medium vſque Tarſum ſe extendens anteriori eo deſinenti occurrat, parte autem imo torum cilium comprehendat, quo fit, vt mobile & ipſum quodammodo reddatur. Quanquã vero in demonſtrationib. publicis hi duo muſculi

ſolenni-

A ſolenniter demonſtrari ſoleant, eo, quo dixi, modo: arbitror tamen ne ipſis quidem demonſtratoribus magis conſtare de illis, quam mihi. Hanc ex eo hauſi opinionem, quod panniculum carnoſum ſeu muſculum latum ſeparantibus, nulla alia locis illis muſculoſa caro appareat, quam quæ eſt panniculi ipſius, ſeu a fronte deorſum, ſeu à mala ſurſum nouaculam ducas. Præterea inciſionis occaſione in ſuperciliis vrgente, prohibemur illam tranſuerſim peragere, ne muſculus hic latus in oculum incidens, ſuperiorẽ palpebram ſeu cilium ſupernum immobile reddat: quod ſi eiuſmodi inciſio caſu inciderit, iubemur ſtatim illam ſutura ſarcire: quę res magno argumento eſt ſuperni cilii, ſeu ſuperioris palpebræ motum non propriis & ſuis peragi muſculis, ſed totum pendere & peragi a muſculo lato. Iam ſi in cilio ſuperno eiuſmodi, quos deſcripſimus, proprii muſculi haberentur, quoniam muſculorum vno agente, oppoſitus ſeu antagoniſta ceſſare & feriatur oporteret, eo, qui oculũ aperire dicitur, agente, oppoſito vero feriente, trahi palpebram ſuperiorem, ſeu cilium ſupernum verſus ſuum principium, vt contingere videmus in conuulſionibus: quoniam muſculi operatio eſt *partis, quam mouet, verſus ſuum principium collectio*. Cum igitur eiuſmodi motus ſeu collectio nuſquam in cilio appareat, conſtare inde arbitror, omnem ſuperni huius cilii motum pendere ex muſculo lato, ſolum hunc motus eius authorem eſſe. Muſculi huius lati B origo eſt, a ſterni parte ſuperiore, clauiculis, omoplatis, vertebrarum ceruicis ſpinis omnibus: inſertio vero in capitis partes omnes depiles, faciemq; totam villis a tam diuerſa origine variis: quorum beneficio tam multiplices licet faciei obire motus (nam in faciem ita deſinit, vt totam eam tanquam larua integat) pro originis muſculi huius varietate, & diuerſarum fibrarum productione. Cæterum in huius muſculi deſcriptione, non ſum perſecutus nouem illas conditiones, quas *libro primo anatomico* in ſingulis partibus exquiſiui, quod abunde eas videor declaraſſe in deſcriptione muſculorum epigaſtrii. Quare dehinc in muſculorum deſcriptione nihil a me aliud, ſupra originem, inſertionem, actionem, compoſitionem & vaſorum deſignationem, expectare oportet.

Rationes multa. Tranſuerſa in ſuperciliis inciſio cur cauenda. Quid ſit muſculo actio. Origo lati muſculi. Inſertio, & cauſa, cur tot motus faciei exprimamus.

De Ciliis & ſuperciliis. Cap. IV.

QVia in ciliorum & ſuperciliorum mentionem incidimus, & quia id etiam poſtulat diſſectionis ordo, dicendum quid ſint, ex qua materia ſint, & quomodo, & in quos vſus a natura fuerint comparata. Ergo ſupercilia nihil aliud ſunt, quam *pilorum velut acies in ſemicirculum ſupra ſuperioris orbitæ oculi rectam lineam a maiore in minorem oculi canthum, a natura ad corporis ornatum, & oculorum aduerſus ſudorum a* C *fronte manantium acrimoniam propugnaculum diſpoſita*. Cilia vero vtrinque ſurſum deorſumque duo, nihil aliud ſunt quam *quadam velut valua claudendis & aperiendis, cum opus eſſet, oculis, eiſdemque in orbitam compellendis, deſtinata*. Compoſitio ipſis eſt ex cute muſculoſa, cartilagine, & pilis ad ipſorum extrema valli inſtar diſpoſitis, ad apertorum oculorum tutamen, præſertim aduerſus corpuſculorum minorum inſultum. Pari & ſibi ſimili ſemper ſunt hi pili magnitudine, inſiti ad extrema partis cartilaginoſæ, vt recti & rigidi ſemper ſtarent. Non denſi ſunt, ſic enim tenebras oculis offunderent. Cartilago illa, cui ſunt inſiti, inuoluitur pericranio, eo vſque attenſo priuſquam coniunctiuam edat. Illic poſita fuit, vt cum eius pars aliqua ſurſum vel deorſum vi muſculi lati ſeu duorum muſculorum propriorum, traheretur, integra & tota ſua duritie ſequeretur. Huiuſmodi cartilaginem, ſuperiorem maxime, Tarſum appellant. Nihil ſuperiori inferioriq; palpebræ intereſt, niſi quod ſuperior apertiorem & magis manifeſtum edit motum, inferior obſcuriorem: alioqui natura muſculoſam ipſi ſubſtantiam fruſtra circumpoſuiſſet.

Quid ſupercilia. Vſus. Cilia quid. Compoſitio, Vſus. Tarſus quid.

De Oculis. Cap. V.

OCuli *organa* ſunt *facultatis videndi*, eo illatæ per ſpiritum viſiuum neruorum opticorum, velut aquæ D ductu. Subſtantiæ ſunt mollis, quantitatis inſignis, maioris, minorisve pro corporis ratione. In ſummo capite ſiti ſunt, vt reliquo prælucerent corpori ad eorum, quæ noxia in corpus poſſent incurrere, perceptionem & fugam: eſt enim oculorum celerrima actio, vt quæ in momento fiat, quod reliquorum ſenſoriorum nulli datum eſt. Itaq; eſt hic ſenſus omnium præſtantiſſimus. Hoc enim cœlorum, totiuſque mundi fabricam & ornatum intuemur, colorum varietatẽ infinitam diſtinguimus, corporum omnium magnitudinem, figuram, numerum, proportionem, ſitum, motum, & quietem aſſequimur. Oculi figura ſunt pyramidali, cuius baſis ſit extrorſum, conus vero introrſum ad neruos opticos. In orbita hos natura conditos eſſe voluit, vt ſic ab omnium contundentium & noxiorum incurſu loci profunditate & ſoliditate tuti eſſent. Compoſiti ſunt ex ſex muſculis, quinq; tunicis, tribus humoribus, ac ſpiritu lucidiſſimo, cuius eſt perennis a cerebro affluxus, duobus neruis, vena duplici, & vna arteria: inſuper multo adipe: denique glandula ad maiorem ipſorum angulum ſita, ſuper inſigne illud foramen, quod vtrinque in nares deſcendit: idque ne ſtillantes a cerebro humores in oculos per nares redundarent, vt illis contingere videmus, quibus ab excſa eiuſmodi glandula continenter collachrymant oculi, vnde affectus, fiſtula lachrymalis appellatur. Eſt vero interiectus oculorum muſculis multus adeps, par- E tim, vt eſſet oculorum motus pernicior in illo adipis tanquam lubrico, tum vt eſſet conſtantior & diutinior oculorum, & partium, præſertim neruoſarum, in oculis temperies & complexio, quibus alioqui ex continenti & perenni motu maraſmi periculum imminebat. Hoc enim eodem conſilio natura glandulas humore quodam diffluentes, partibus, quarum aſſidua eſt agitatio, appoſuit.

Quid oculus. Situs. Actionis celeritas & præſtantia. Figura. Compoſitio. Glandula lacrymalis. Fiſtula lacrymalis. Cur oculis adeps circumpoſitus.

De Muſculis oculorum. Cap. VI.

IN oculo ſex ſunt muſculi, quorum quatuor oculi quatuor motus rectos perficiunt: oriuntur ex fundo orbitæ, & in oculi medium deſinunt neruũ cingentes opticum. Cũ vno omnes conamine mouentur, oculum

Numerus ſitus & actio.

Digitized by Google

A oculum introrſum trahunt. At ſi ſuperior ſolus agit, is ſurſum oculum trahit; ſi inferior, deorſum; ſi dexter, dextrorſum; ſi ſiniſter, ſiniſtrorſum. Duo reliqui oculum circumagunt, quorum primus longior & tenuior oritur ex eodem ferme loco, ex quo ille, qui oculum trahit dextrorſum ad maiorem canthū muſculus. Atque cum ad extremam partem peruenerit anguli interioris, quo loco ſita eminet glandula lachrymalis, deſinit in tenuem tendinem per mediam, quæ illic eſt, membranam, tanquam per annullum penetrantem; vnde mox regreſſus abſumitur ad angulum rectum verſus ſuperiorem oculi partem, inter duorum illorum muſculorum inſertiones, quorum vnus oculum trahit ſurſum, alter recta ad angulum exteriorem, quemadmodum eſt à Fallopio obſeruatum: vel potius, quod ſemper obſeruaſſe me memini, inter muſculos, qui ſurſum & ad interiorem angulum oculum conuertunt. Quintus hic muſculus cum intro, verſus ſuum principium contrahitur, tendine ſuo circulari oculum ita torquet, vt ipſum ad maiorem canthum rapiat. Sextus muſculus illi eſt contrarius: ortum enim habet ex orbitæ parte ima ad exiguum foramen, per quod egreſſus eſt neruo tertiæ coniugationis: cumque ſit tenuiſſimus, dum transuerſim ad angulum aſcendit externum, oculum ita tranſuerſim inuoluit, vt exiguo ipſi inſeratur tendine, iuxta quinti inſertionem, ſic, vt ſæpe vtriuſque tendo pro eodem accipiatur. Vt fideliter anatomicam hanc oculi deſcriptionem obſerues, non erit auellendus ex ſua orbita oculus, ſed ipſa potius orbita diſrumpenda & frangenda; ſic enim demum de commemorata muſculorum origine tibi certo & aperte conſtabit. B

Quinque oculi tunica.
Coniunctiua.
Cornea.

Quod ad quinque tunicas attinet; prima, quæ primo diſſecanti occurrit, à pericranio venit, perq; totum oculi album ad iridem vſq; extenditur. Eius eſt oculum firmare, ligare, & continere in ſua orbita, ex quo Coniūctiuę nomen reportauit, aliis Adnata dicitur ſeu Epipephycos. Secūda dicitur cornea: quod cornu colore & conſiſtentia referat: differt hæc & variat à ſeipſa; parte enim anteriore, qua iride circumſcribitur, lucida eſt & perſpicua, at poſteriore parte obſcura, ob variam polituram: Antica parte denſa eſt, vt humorum cryſtallinum & aqueum protegat & coerceat: at ſimul diaphana, vt obiectis ad cryſtallinum expeditiorem tranſitum præbeat: Origo illi eſt à craſſa meninge, per interiora orbitæ oculi foramina producta, oculum enim vndiq; cingit.

Vuea.

Tertia dicitur vuea, quod vuam nigram colore in parte externa referat, productionem habet à tenui meninge; totumq; oculum, ſi pupillam exceperis, cingit, hic enim perforata, adhæret corneæ, per venas & arterias, quas illi vitę & nutritionis gratia communicat. Vbi vero ad iridem peruenit, tum dimiſſa cornea altius in oculum deſcendit, & quodammodo circum cryſtallinum humorem reflectitur, cui etiam adhæret tenaciſſime: ſic humori aqueo locum circumſcribens, prohibensque vna, ne albugineus humor cryſtallinum obruat. C Vuea hæc variis parte interna velut coloribus tincta eſt, nigro nempe, fuſco, ceruleo ſeu viridi inſtar cœleſtis iridis, idque ob ſequentes vtilitates.

Cur vuea multis amuletur colores.

Prima eſt, quod ſi vnico tincta fuiſſet colore, obiecta omnia eiuſdem illius coloris apparuiſſent, vt fit, cum per viride aut rubrū vitrum intuemur. Colore vero tinctam eſſe decuit, vt diſſipatos ſole & videndo ſpiritus colligeret. Tertio infinita eſſe debuit colorum varietate picturata ad viſus cōſeruationem: Vt enim extremi colores corrumpunt & labefactant viſum, ſic medii reficiunt & conſeruant, magis minuſve, prout à medio longius abſunt aut propius. Mollem vero illam eſſe decuit, ne humorem cryſtallinum, in cuius deſinit circumferentiam, læderet: perforatam, qua parte illi obiecta eſt, ne ſua obſcuritate obiectis ad cryſtallinum aditum intercluderet, ſed potius tot colorum varietates velut diffuſas, ſuo nigrore tanquam contrario colligeret, haud ſecus, quam cernimus calorem oppoſito frigore roborari: Choroidem hanc tunicam nonnulli appellant, quod inſtar chorii muliebris multis venis & arteriis contexta ſit.

Omne excellens ſenſibile labefactat ſenſorium.
Amphibliſtroides.

Sequitur quarta tunica amphibliſtroides dicta ſeu retiformis, quia à neruo optico in tunicam dilatato orta, ad retis inſtar venis & arteriis, quas ab vuea accipit, tum ſuæ, tum vitrei humoris, quem poſtica parte cingit, nutritionis & vitæ gratia tanquam filis texta eſt. D Præcipua huius tunicæ vtilitas eſt, ſentire, quando humor cryſtallinus ab obiectis fuerit immutatus, & deducere viſiuum ſpiritum videndi facultate inſtructum per medium vitreum humorem vſque ad humorem cryſtallinum præcipuum videndi inſtrumentum: Mollior eſt quauis alia tunica, ne contactio humorem illum offenderet.

Anatomicum axioma.

Quia in re admiraberis ſingularem naturæ ordinem, quæ vt in cæteris rebus ab extremo in extremum niſi per medium non tranſit, ſic tunicam corneam duram mollibus humoribus, niſi per multa mediæ conſiſtentiæ intermedia non aptauit. Sic enim poſt duriores adnatam & corneam tunicas vueam poſuit, duabus illis tantum molliorem, quantam hæc retiformis mollior exiſtit, vt his quaſi duritiei & mollitiei gradibus ab extremo tranſiret ad extremum.

Arachnoides.

Quinta & vltima tunica dicitur Arachnoides, quod ſit araneoſæ conſiſtentiæ. Hanc & aſſimilare poſſumus cæparum illi tunicæ, quæ luciditate, albedine, & tenuitate reliquas vincit. Araneoſa hæc tunica cryſtallinum humorem antiqua parte cingit, forte vt illum tueretur, tanquam præcipuum videndi organum, ſi quando aliis humoribus noxa contigerit. Origo illi eſt ab excrementitia humoris cryſtallini humiditate, in eam tunicā circumſtantium partium frigore indurata: plane quemadmodum quæ albumen oui complectitur membrana tenuiſſima.

Oculi tres humores.
Aqueus humor.

E Humorum oculi primus aqueus dicitur, ab aquæ ſimilitudine; ſitus eſt inter diaphanam corneæ partē, humoris cryſtallini in pupilla patentē portionem, atq; vueę eam reflexionem, quę ab iride eſt ad humoris cryſtallini circumferentiā, vt inani illo repleto interſtitio corneam diſtendat, ſicq; corneæ in cryſtallinum prolapſum, viſui incommodo futurum, prohibeat: tum etiā, vt ſua humiditate cryſtallini reſiccationem impediat. Forte gignitur ab exudante ſero, ex tunicarum vaſculis, orificia ſua magna ex parte eo loci, quo aqueus hic humor ſtagnat, proferentib. Secundus humor & ſitu medi⁹ dicitur cryſtallinus, quod ęmulatur cryſtallū ſplendore & colore: ſi modo vllus illi color attribuendus eſt.

Cryſtallinus.

Reuera nullum humorum trium, vt qui viſus ſint organa, vllo decuit eſſe colore tinctum: ne hallucinationes in

videndo

A videndo facerent, haud ſecus, quam rubra aut viridia conſpicilia: verum namque eſt, quod apud Philoſophum ſcriptum legimus, ſubiectam ſeu materiam excipiendæ alicui formæ deſtinatam, omni ei⁹ impreſſione carere debere. Hinc natura materiam informem, oculi humores decolores, certã ſine figura, animum ſine vlla illius rei particulari notitia creauit, qui omnem formarum receptacula eſſe deberet. Cryſtallini humoris figura rotunda eſt, antica tamẽ parte nonnihil compreſſa, ſed poſtica magis adhuc reſimata, vt ſic in illo velut plano obiecta retinerentur: non autem tanquam à globo, in quo lubrica eſſet mora, reſilirent, ne rei contundentis ictu, ſua ſede facile commoueri poſſet, quia rotundum exacte corpus, planum niſi puncto non attingit. Dimidius hic humor in vitreo innatat, vt à quo quaſi per materiæ tranſpoſitionem nutriatur: ſeu potius (cum vndique cingatur quinta tunica, vt non facile ab vno in alium tranſmitti materia queat) beneficio ad illum vſque productorum, tum per retiformem tunicam, tum per vueam vaſorum: antica vero parte, qua humorem aqueum, & pupillæ ſpatium reſpicit, lucido ſpiritu plenus eſt. Cui rei argumento hoc eſt, quod quandiu ſuperſtes homo viuit, oculum vndique diſtentum & turgidum intuemur; at mortuo, flacceſcit & corrugatur, quin & altero oculorum clauſo, alterius pupilla, confluente compulſo ſpiritu dilatatur. Sed & ob id valde ſenibus cornea corrugatur, ſubſidentibuſque in ſeſe rugis pupilla conſtringitur, quæ cauſa eſt, cur vel minus acute cernant, vel penitus non videant, quod ætate & temporis ſucceſſu humor paulatim conſumitur, ſpiritus inſitus vaneſcit & à cerebro, tanquam à fonte pariter exinanito, minus ſpirituum affluit. Cornea tunica ab exortu ſuo, id eſt, proximis iridi partibus, humori cryſtallino valde vicina eſſe videtur, quod eo loco tunicæ omnes velut artiguæ ſibi inuicem cohæreant: quo vero magis extrorſum promouetur vt ad pupillam, eo magis à cryſtallino abſcedit. Quod ex diſſectionis adminiſtratione, & decutiendę catarrhactę operatione facile eſt percipere: nam cum catarthacta media inter corneam tunicam, & cryſtallinum humorem ſedeat, adacta acus ſurſum, deorſum & in omnem ambitus partem circumducitur per ingens & liberum ſpatium, nec corneam, nec cryſtallinum attingens, quod hæc corpora magno interuallo ſpiritu & tenui humore referto, diſcreta ſint. Eius vſus eſt, vt ſit ſpeculi inſtar facultati videndi eo cum viſino ſpiritu deductæ. Tertius & vltimus humor eſt vitreus ſeu albugineus potius, quod conſiſtentia & colore vitro fuſo vel oui albumini ſit ſimilis. Situs eſt in poſtica cryſtallini humoris parte, vt ſic decurrẽtis ſpiritus à cerebro in cryſtallinum humorem impetus quodammodo retardaret, haud aliter, quam cryſtallinu parte antica obiectus eſt aqueus humor, ad lucis & inſilientium colorum frangendos impetus.

Axioma phyſicum.

Globum niſi puncto planum non tangere.

Gal. cap. 5. lib. 10. de vſu part.

Quo loco concreſcat catarrhacta hypochyma ve ſeu ſuffuſio.

Vitreus ſeu albugineus.

C Vitreus hic humor à retiformi tunica nutritur. De oculi neruis dictum iam antea abunde eſt: quare reſtat, vt de venis loquamur. Harum aliæ ſunt internæ illuc productæ cum tunicis vaſorum cerebri, aliæ externæ partibus oculi externis, vt muſculis & adnatę tunicæ attenſæ, perque has venas ſæpe in partibus oculis externis inflammationes & rubores cõtingunt: qua de cauſa vena puppis aperienda venit, & cucurbitulę atque cornicula occipiti, ceruici, & ſcapulis applicanda, quemadmodum in oculi inflammationibus internis cephalica vena aperienda eſt, ad humorem morbificum deriuandum, reuellendum & vacuandum,

Venæ oculorum.

Quæ venæ quibus in oculis inflammationibus vtiliter aperiantur.

Figura oculi.

D



A. *Monſtrat anteriorem cerebri partem iride circumſcriptam.*

B. *Neruum opticum, quo modo is à cerebro egreſſus in oculum ſubit.*

CCCC. *Quatuor oculi muſculos rectos.*

DD. *Duos obliquos.*

E. *Septimum muſculum, qui Galeno pyramidalis dicitur, & in brutis tantum cernitur.*

De Naſo. Cap. VII.

NAſus Græcis Rhis dicitur, quod per huius meatus cerebri fluunt excrementa, ſubſtantiam illi diuerſam eſſe ex compoſitione intelliges. Quantitas, figura & ſitus ſatis ſuperque omnibus nota ſunt. Compoſitio vero ex cute & muſculis, oſſibus, cartilaginibus, membrana ſeu tunica, neruis, venis & arteriis. Cutis oſſaque cum contenta, tum continentia, antehac fuere expoſita, quemadmodum nerE ui, venæ & arteriæ. Cartilagines naſo ſex ſunt numero, prima duplata eſt, ambas nares in extremo naſo ſeparans, ad os vſque Ethmoides extenſa. Secunda primæ illi ſubiacet. Tertia & quarta naſi duob⁹ externis oſſibus continuantur. Quinta & ſexta tenues valde & per naſi latera vtrinque deſcendentes alas ſeu partes ipſius mobiles conſtituunt. Vſus ergo eiuſmodi cartilaginum eſt, vt naſus extremo ſuo mobilis externis iniuriis, vt fracturis & collisionibus minus foret obnoxius: & præterea aeri inſpirando & expirando magis idoneus. Nam & huius gratia quatuor muſculos naſo largita eſt natura, vtrinq; duos, externum vnum & internum alterum. Externus ortum ducit à malo, indeque oblique deſcendens, ac quodammodo ei, qui labrum ſuperius aperit, connexus, in alam naſi terminatur, quam diducat. Internus parte interna ab oſſe maxillæ egreſſus, deſinit ad initia cartilaginum, quę alas conſtituunt, vt eas contrahat.

Nominatio.

Naſi cartilagines.

Muſculi narium.

Quatuor partium aſſectibus tertiarum duarũ

meningum continuatione facile conſentiat.

cootrahat. Tunica, quæ intus nares & narium meatus veſtit, a craſſa meninge per oſſa cribroſa producitur, quemadmodum palati, laryngis, aſperæ arteriæ, œſophagi, & interioris ventriculi interior tunica, vt nihil mirum ſit, ſi eiuſmodi partium affectus prompte cerebro communiceotur. Eadem illa tunica, vtrinque portiooem nerui à tertia excipit coniugatione, per foramen, quod per magnum oculi angulum ad naſum deſcendit. Naſus ſecundum partes omnes ſuas temperameoto eſt frigido & ſicco. Eius actio & vtilitas eſt aerem & ſæpe odores ad proceſſus mammillares, indeque ad anteriores cerebri ventriculos, propter expoſitas ante rationes, deducere. Quia vero eiuſmodi mammillares proceſſus aeris & odotum ductus duplices ſunt, cerebri inſtar, & quia alter ſine altero obſtrui poterat, ideo & natura narium meatum incurrente ſepto cartilaginoſo diſtinxit, vt vno obſtructo, per alterum liberum aer ad generatiooem & conſeruationem ſpiritus animalis in cerebrum ſubire poſſet. Duo naſi foramina in altum aſcendunt, deinde deorſum deſceodunt io os, ductu anfractuoſo, ne aer frigidus, teouiſve puluiſculus in pulmonis vias ferantur. Cæterum oon hac tantum, ſed & reſpirationis iuuandæ, & odoratus ab externis iniuriis vindicandi, & faciei ornandæ gratia, naſus in duas, quas cernimus, fiſtulas fuit excauatus. A

Temperies. Vſus. Actio. Cur naſus ſepto in duas nares ſit diſtinctus.

De Muſculis faciei. CAP. VIII. B

Numerus.

DEſcribendi nunc ſunt faciei muſculi tam ad labra, quam ad maxillam ſeu genam infernam attinentes. Octodècim hi omnino exiſtunt, vtrinque nouem. Nempe quatuor labrorum, duo ſuperioris, & totidem inferioris labri. Quinque vero maxillæ inferioris. Superiorem primus loogior & ſtrictior ab oſſe iugali orta per oris angulum ad labrum inferius deſceodit, vt id ad labrum ſuperius adducat, ſicque os claudat. Alter breuior & latior è cauitate mali ſeu genæ ſupernæ eiuſdem foramen egreſſus, (per quod portio neruorum tertiæ coniugationis ad duos hoſce muſculos, & alias faciei partes deſcendit) deſinit in partem ſuperiorem eiuſdem ſuperioris labri, quam cum panniculo carnoſo & cute coostituit, aperitque ipſam naſum verſus fibris ſuis externis obuertendo, & internis intro ad dentes adducendo. Labri vero inferioris primus longior & gracilior egreſſus ex ea regione, quæ eſt inter foramen externum genæ ſupernæ (per quod parte interna eiuſdem, neruus ad eoſdē egreditur muſculos) & muſculum maſſeterem, de quo poſtea, ſurſum per oris angulum aſceodendo, deſinit in labrum ſuperius, vt id ad inferius adducat. Alter latior & breuior a meoti extremo & ipſius cauitate incipit, & ad labrum inferius, quod conſtituit, terminatur, ipſum parte interna & externa aperiendo fibris ſuis internis & externis, vt de ipſius antagoniſta diximus. Atque vt verbo dicam, natura ad motum oris, muſculorum tria geoera eſt machinata, quorum alii os aperiunt, alii claudunt, alii varie contorquent. Notandum vero, quod cum muſculi congeneres vna agunt, quod agere nati ſunt (vt duo ſuperiores, quos deſcripſimus primo loco, vtrinque vnus, qui labrum inferius adducunt ad ſuperius & illis oppoſiti muſculi) motum obeunt rectum: at cum ſeorſim eorum alteruter agit, mouet oblique, vt cum os contorquemus. Sunt vero hi muſculi ita inſiti & infixi cuti, vt ſeparari nequeant: ſic vt nihil ioterſit, an cutem muſculoſam, vel muſculum cutaceum dicas (quod & in vola manuum & planta pedum locum habet) labra vero hi muſculi mouent immota penitus maxilla ſeu gena ſuperna. C

Figura principum faciei muſculorum.



A. Monſtrat temporalem muſculum.
B. Os iugale, ſub quod temporum muſculus tranſit. D
C. Maſſeterem muſculum.
D. Muſculum paruum.
E. Muſculum labri ſuperioris.
F. Muſculum labri inferioris.
G. H. I. K. L. Muſculos oſſis hyoidis.
M. Maſtoideum.
N. Partem muſculi trapezii.
O. Scalenum.
P. Alam naſi.

De muſculis maxillæ ſeu genæ inferioris. CAP. IX. E

Numerus.

Muſculus temporalis.

HOs quinque eſſe diximus, nempe quatuot, qui eam claudunt, & vnum qui aperit: vtroſqoe vtrinqoe. Quatuor, qui claudunt, primus & maior Crotaphita ſeo Temporalis dictus, oritur a lateribus frontis & bregmatis ſumma parte, eidemq; oſſi ac petroſo adhærens, deſcendit ſubter os iugale, vnde ſe inſerit ad apophyſim maxillæ inferioris, quæ Græcis Corone dicitur, vt recta ipſam ad ſuperiorē adducat, oris claudendi gratiā. Notandū vero, muſculum huoc ad vſq; ventrē eſſe tendinoſum, implereq; & conſti-

conſtituere tempus vtrūmque. Is muſculus præ cæteris lethalibus vulnerib. eſt obnoxius, propter neruorum per ipſius ſubſtantiam ſparſorum multitudinem, qui quia origini ſuæ, cerebro nempe, propinqui ſunt, citæ mortis periculum inferunt, propter conuulſionem quæ ad huius muſculi affectus fere ſequi ſolet: ſed & febrem pariter inuehunt, phrenitidem, coma. Itaque quo minus pateret externis iniuriis, natura illi ſeceſſum in oſſe velut excauauit, atque in ambitu altiore prouecti velut oſſis vallo muniuit. Alter muſculus magnitudine primo illi fere par, maſſeter dictus, malam conſtituit, ab ima parte maximi oſſis orbitæ (quod quaſi retro ſe porrigit, vt portionem oſſis iugalis conſtituat) deſcendit, inque maxillam inferiorem ſe inſerit, ab angulo ipſius ad extrema radicis eius apophyſis, quæ Corone dicitur, vt hanc maxillam antrorſum & retrorſum adducat, agiterque ad inſtar molæ piſtrinariæ. Quare eum natura duobus fibrarum generibus contexuit, quarum aliæ à malo (eſt vero malum, *locus ſub oculis modice in rotundi pomi ſpeciem extuberans, maiorumque orbita & gena ſuperna oſſium concurſu exurgens*) oblique deſcendunt ad angulum & partem poſteriorem maxillæ inferioris, vt illam antrorſum moueat. Aliæ naſcuntur ab imo eiuſdem oſſis iugalis & oblique deſcendendo ſuperiores fibras ad literæ X. ſimilitudinem interſecant, atque in eandem infernam genam ſe inſerunt ad radices apophyſes corones, vt eam
B retrorſum adducant. Profecto contrariorum huiuſmodi quaſi in orbem motuum occaſione, veriſimile eſt, muſculum hunc maſſeterem dictum eſſe. Tertius rotundus, oritur à genæ ſupernę gingiuis omnibus, in infernæ genæ gingiuas omnes inſeritur, circumſcribens totius oris latera tunica, qua interna parte tegitur, alioqui externa parte adipe copioſiori tectus, quam vllus alius muſculus. Actio eius eſt non ſolum maxillam inferiorem ad ſuperiorem adducere, ſed etiam, quaſi batillo, ore toto ſparſos cibos ſub dentes cogere, haud aliter, quam lingua eoſdem intro reuocat. Quartus, breuior minorque reliquis, à toto cauo apophyſeos oſſis cuneiformis, quam Pterygoidem nominant ortus, intus in genæ infernæ partem latiſſimam inſeritur, vt eandem pariter ad ſupernam adducat. Hic eſt muſculus, cuius occaſione diximus, luxari aliquando genam hanc infernam. Quintus & vltimus muſculorum genæ infernæ ab apophyſi ſtyloide oſſis petroſi, aſcendit ad menti partem anteriorem iuxta duorum huius genæ oſſium connexionem, ad maxillam hanc à ſuperiore deorſum ore diducto abducendam: Gracilis eſt hic muſculus & tendineus in medio ad robur, in extremis vero carnoſus. Omnes hi tot muſculi ſingulari naturæ prouidentia conditi, & huic parti inſiti fuerunt ad multos vſus, actioneſque viciſſim obeundas, nempe pinſendi, terendi, elidendi, contundendique in partes minutiſſimas cibos, quos lingua
C vario & ſibi ionoxio motu ſubdentes coegerit ac compulerit. Hæc ſunt, quæ dicenda videbantur de faciei partibus, tam continentibus, quam contentis.

Cur temporalis muſculi vulnera ſunt lethalia. — *Maſſeter muſculus.* — *Malum quid.* — *Muſculus rotundus.* — *Muſculus genæ infernæ minor.* — *Quintus & vltimus.* — *Vſus muſculorum genæ infernæ.*

Figura muſculorum maxillæ inferioris.



D

A. *Monſtrat muſculum temporalem.*
B. *Muſculum maſſeterem.*
C. *Muſculum rotundum diuerſis fibris textum.*
D. *Muſculum os diducentem, quem gracilem & in medio ſui tēdineum ſeu neruoſum eſſe diximus.*
E. *Os hyoides, ſeu os linguæ.*
F. *Vnum ex muſculis oſſis hyoidis ortum à ſpina ſuperiore omoplatæ, quemadmodum & quos aperit.*
GG. *Duos ceruicis muſculos, qui à ſuperiore ſterni parte aſcendunt.*
H. *Muſculum omoplatæ leuatorem.*

De Auribus, Auriculis, & Parotidibus. Cap. X.

AVres *organa* ſunt *auditorii ſenſus*. Compoſitæ ſunt ex cute, pauca carne, cartilagine, venis, arteriis & neruis. Complicari ſine damno poſſunt, quia cartilagineſæ cum ſint, facile cedunt: at non ſic cederent, oſſeæ ſi eſſent, frangerentur potius. *Lobus ille, vnde monilia appēdunt*, fibra veteribus dicitur: vt *ſuperna*
E *pars* pinna: naturæ prouidentia cælatæ in anfractus teſtæ limacis inſtar fuere, qui quantum procedunt ad vſque foramen cæcum, tantum minuuntur, quo aerem melius in ſe cogerent & ſonorum, vocumque differentias melius conciperent, & ad vſque membranam ſenſim deducerent. Membrana hæc mediocriter dura coaluit ex neruis quintæ coniugationis, quos auditorios nuncupant. Sed & ſic in anfractus exſculptæ fuere, ne ſoni violentius irruentes audiendi ſenſum violarent. Nam & ipſum ſæpe nihilominus lædi experimur, tonitru, bombardarum, & campanarum fragore. Alioqui etiam ne aer prōptius ſubiens qualitatibus ſuis, vt frigore noxam inferret. Sed & vt animalcula, aliaque extranea corpora in illis viatum velut gyris retinerentur, conferente ad hoc bilis glutinoſa craſſitie, qua cerebrum in eam ſe partem, id eſt, in meatum auditorium expurgat & exonerat, in illos velut meandros exſculptæ

Aurium natura & compoſitio. — *Fibra & pinna quid.* — *Figura & figuratio.* — *Aurium ſordes cur vtiles ſint.*

Membrana auditorio meatus ſubtenſa quid conferat ad auditum. Sonus quid. Auditus vt fiat.

videri poſſunt. At vero vt intelligamus, qui fiat auditus, intelligenda eſt organi huius ſtructura. Membrana, quam antea diximus, ex neruo auditorio eſſe contextam, intus meatui auditorio ſubtenſa eſt, tanquam in tympano corium. Contenditur enim illa turgetque aere ſeu ſpiritu auditorio illic inſito, & cauitate apophyſis mastoidis ac cæco foramine incluſo, vt externi aeris ſubeuntis appulſu illiſa obiectū recipiat, id eſt, ſonum, qui nihil eſt aliud, quam *qualitas quædam ex percuſſo aere duorum corporum, vel vnius colliſione & conflictu exurgens.* Colliſu eiuſmodi in aerem ſpargitur, tanquam aqua, quæ lapidis illiſu in multos gyros & orbes ex ſe inuicem quaſi naſcentes abit. Sic in fontibus anguſto alueo fluentibus, aqua per contragosa & prærupta, ſaxisque aſpera loca reſtitante curſu alliſa; ac quaſi repulſa in multas circumuolutiones diffiſa ſe diffundit: percuſſi illa aeris colliſio fornicatis & concameratis locis, vt antris, cauernis, ciſternis, puteis, denſiſue ſyluis, & ſimilibus aliis excepta hinc & illinc reſiliens, duplicem ſonum edit refertque: eaque reduplicatio Echo vocatur. *Echo vt fiat.* Sic ergo fit auditus per aerem tanquam per medium: eſt vero hic aer duplex, exterior & interior. Exterior nos ambit, interior vero eſt ille concluſus cauitate apophyſeos mastoidis & cæco foramine: qui non quidem putus eſt aer, ſed temperatus & permixtus auditorio ſpiritu. *Qui contingat aurium tinnitus.* Inde certe tinnitus aurium, cum illi pro ſpiritu vapores permiſcentur, ex quo perturbatur & confunditur temere agitatus. Sed neque hæc ad auditum ſufficiunt: nam ad diſtinguendos exactius ſonos, natura tria inſuper indidit oſſicula, quorum vnum dicitur Incus, alter Malleolus, tertius Stapes, quod figura ſtapedem Germanicum æmuletur. *Tria meatus auditorij oſſa.* Dici etiam poteſt Deltoides, quod ad literæ Græcæ Δ figuram efformatum ſit. Poſiti ſunt pone membranam: ergo Incus & Malleolus ſubeuntis externi aeris impulſu agitata, & ad membranam illam alliſa, ſonorum diſtinctius exprimunt differentias, tanquam chorda tympani membranæ intus ſubtenſa, exempli gratia. *Vſus. Sonorum differentiæ vnde.* Leuius commota oſſicula illa ſonum grauem ſenſui communi & facultati audiendi repræſentant: at vehementius impulſa & violentius, acutum & vibratum. Denique pro agitationis modo variæ ſonorum exurgunt differentiæ. B

Figura trium internorum meatus auditorii oſſiculum.



A. *Malleolus.*
B. *Incus ſuo & naturali adhæſu malleolo affixa.*
A. *Malleolus ſeorſum per ſe.*
B. *Incus ſeorſum per ſe.*

C. *Stapes, cuius vſum nemo adhuc Anatomicorum, quod ſciam, deſcripſit. An ergo additum eſt ad cæci foraminis membranam fulciendam, quo perfectior audiendi facultas euaderet.* C

Parotides. Poſt aures ordine Anatomico ſequi debent Glandulæ, tam illæ, quæ cerebri emunctoria dicuntur, nempe Parotides (quæ ad auricularum ima quodammodo conditæ ſunt) quam quæ maxillæ inferiori, muſculis oſſis hyoidis, & linguæ ſubiectæ ſunt, in quibus ſcrophulæ & alij frigidi abceſſus fiunt. *Vſus.* Eiuſmodi omnium Glandularum hic ſufficiet notaſſe vſum. Ergo Parotides à natura conditæ eo loco fuere, vt materiam virulentam & malignam cerebri robore depulſam exciperent, venis & arteriis eo loci diffuſis. Reliquæ vaſorum fulciendæ diuiſioni, maxillæ ligamentis, membraniſque humectandis, ne continuo motu areſcerent, inſeruiunt. Reliquarum conditionum ratio deſcripta eſt *libro primo anatomico.*

De oſſe Hyode, & muſculis eius. CAP. XI.

Nominis ratio. Compoſitio. Situs. OSſis hyoidis eadem eſt cum reliquis oſſibus ſubſtantia. Figura literam Græcam γ æmulatur: vnde id nominis ſumpſit. Compoſitio ex multis eſt oſſibus in vnum cartilaginum interuentu coagmētatis. Brutis, quibus id os maius eſt, & ex pluribus oſſibus coagmentatum, non cartilaginum modo, ſed & ligamentorum interuentu coaleſcit. Situm eſt baſi ſua (parte anteriore gibba ad conſtantiam, interiore furnicata, vt linguæ radicem exciperet & contineret) ſupra ſuperiorem partem eius cartilaginis laryngis, quæ ſcutiformis dicitur (hæc enim videtur fulciri vi duarum apophyſeon ad eius baſim aſſurgentium) & linguæ radicem. D. Ex hac baſi ſatis lata duo promittit cornua ad linguæ latera, vtrinq; vnum (in hominibus) quæ ligamentorum à ſe productorum vinculo ad ſtiloidem apophyſim adnectuntur. Contra quam in brutis, quibus per multa oſſa, ligamentorum, vt diximus, interuentu coadunata, ad vſque ſtyloidis radicem perueniunt. Ergo connexio huius oſſis eſt cum dictis partibus, & aliis poſtea dicendis. *Temperies. Vſus.* Temperies eius eadem, quæ reliquorum oſſium. Vſus eius eſt, ligamenta linguæ quibuſdam muſculis ſubminiſtrare, atque inſertionem tam duobus anterioribus & ſuperioribus laryngis muſculis, quam ſuis propriis, de quibus nobis nunc agendum.

Muſculi. Oſſis hyoidis nonnullorum ſententia, muſculi ſunt octo, quatuor vtrinque: ex quibus duo ſunt, quorum vnum Galenus refert inter laryngis communes muſculos, alterum vero inter eos, qui omoplatam ſurſum mouent. Quicquid ſit eiuſmodi, commemoratorum quatuor primus oritur ab apophyſi ſtyloide, ac ſupra neruoſam muſculi maxillam infernam diducentis ſubſtantiam, tranſiens, inſeritur in oſſis hyoidis cornua. E Valde tenuis eſt muſculus hic, latiuſculus tamen, quique ob id niſi aduertas facile ſecetur, ſeparando eum muſculum, qui maxillam infernam diducit. Secundus aſcendit oblique à ſuperiore parte omoplatæ iuxta apophyſim eius coracoidem ad eiuſdem oſſis cornuum initia. Rotundus hic ac neruoſus in medio ad robur, quemadmodum ille, quem antea diximus maxillam infernam aperire: refertur que à Galeno inter eos, qui omoplatam ſurſum mouent. Tertius oritur à ſterni parte ſuperiore, inſeriturque ad radicem & baſim oſſis hyoidis: eum tamen Galenus refert inter laryngis cōmunes. Cuius ſententia locum habet potius in brutis, quam in homine, cum in homine non reperiatur hic

A tut hic muſculus progredi à larynge, aut inſeri in laryngem, vt in brutis. Quartus & vltimus intus à mento deſcendit ad radicem oſſis hyoidis: horum muſculorum primus cum congenere ſuo ſurſum mouet os hyoides. Secundus deorſum. Tertius retrorſum. Quartus antrorſum. Dicerem vnde vaſa ſortiantur hi muſculi, niſi ei rei abunde ſatisfeciſſem, cum de diſtributione neruorum, venarum, & arteriarum egi.

Muſculorum oſſis hyoid. actio.

De Lingua. Cap. XII.

LIngua ſubſtantiæ eſt carnoſæ, raræ, laxę & mollis: alterius generis, carnem à reliqua carne ſortita eſt, vt maxime apparet, cum ab origine prima muſculorum ipſius abſceſſeris: quæ res nonnullos mouit, vt quartam carnis ſpeciem linguæ propriam à reliquis, fibroſa nempe, muſculoſa & viſcerali diſtinctam conſtituerent. Quantitas eius tanta eſt, vt ore contineri, & in omnem eius partem facile moueri poſſit. Figura eſt triangulari, quam baſi ſua magis exprimit, quæ eſt ad radicem oſſis hyodis, quam cuſpide ſeu anteriore ſua parte, quo loco ex triangulo in planũ magis dilatatur. Componitur ex membrana
B (quam habet ab ea, quæ intus totum os ſuccingit) muſculis, quatuor neruulis, duobus vtrinque, quorum vnus à tertia coniugatione in eius tunicam diſſeminatur, alter à ſeptimo in eius muſculoſam ſubſtantiam, ad extremum vſque propagatur motus gratia: ſit vt ſenſitici illi à tertia coniugatione ſolum contexant eius tunicam intracta carne ad iudicium de ſaporibus faciendum tributi. Componitur præterea ex venis & arteriis, vtrinque vna, quas à iugularibus externis & carotidibus accipit, manifeſte ad extremam vſque eius partem parte inferna peruadentes, vt ſic in eius oris & laryngis affectibus ſanguis facile mitti poſſit, has vulgo Nigras venas appellant. Linguæ muſculi decem ſunt omnino, quinque vtrinque. Primus initio anguſtus & in fine latior à ſtyloide apophyſi in altius linguæ latus deſcendit, hancque cum ſuo congenere ſurſum trahit. Secundus intus oritur ex maxilla inferna ad regionem molarium dentium, inſeritque in latus linguæ depreſſius, quam cum ſuo congenere deorſum trahit. Tertius ab interna menti parte procedit, & ad linguæ radicem pergit, vt illam, cum opus eſt, extra os proferat. Quartus omnium maximus & latiſſimus, omni fibrarum genere contextus, egreditur ex baſi oſſis hyoidis, deſinitque ad imam linguæ partem, quam cum ſuo congenere retrorſum in os reuocat.
C Quintus & vltimus ſæpius venit ex parte ſuperiore cornuum oſſis hyoidis, pergitque ad linguæ radices inter duos primos, vt illam ad oris latera promoueat. Temperie eſt calida & humida, vt & omnis caro. Prima eius actio & vtilitas eſt, vt ſit ſenſorium guſtandi: ex quo fungoſa & ſpongioſa facta eſt, vt ſua raritate ſapores facilius admitteret, inſitæ ſaliuæ velut vehiculo. Altera, vt ſit vox articulato ſermone diſtincta, quo nomine mobilis in omnem oris partem facta eſt. Tertia vt atterendis, deglutiendiſque cibis auxilio ſit. Qua de cauſa patellæ inſtar habuit, qua frumentum, quod molam effugit, ipſi ſubiicimus. Et quia lingua reſiccata minus expedita eſt ad ſuos motus, vt patet in his, qui præ ſiti aut febrili ardore vix verbum proferre queunt: Ideo natura ad eius radices glandulas valde ſpongioſas appoſuit, vtrinque vnam, quæ tanquam ſpongiæ ſugunt, excipiuntque, tum à cerebro, tum aliunde humorem aqueum & ſaliuoſum, quo non linguam modo humectant & expeditiorem reddunt, ſed etiam reliquas oris partes, vt laryngem & fauces: glandulæ hæ dicuntur tonſillæ ſeu amygdalæ.

Qualis linguæ caro.
Magnitudo & figura.
Compoſitio.
Linguæ nerui.
Linguæ muſculi eorum deſcriptio.
Linguæ temperies, actio & vſus multiplex.
Glandularum ad linguæ radices poſitarum vſus.

De Ore. Cap. XIII.

ORis nomen ſignificat eam capacitatem, quæ genis labriſque circumſcripta, dentes, linguam, laryngiſque & œſophagi initia ſuo tanquam hiatu continet. Vſus ergo oris eſt linguam continere, ipſiq;
D in ſuis actionibus commodius obeundis inſeruire: & quanquam multæ huius partes hucuſque expoſitæ fuerint, vt labra, dentes, maxillæ, ſeu genæ, lingua, tonſillæ, & palati foramina à naſo peruia, reſtat tamen dicendum, quid ſit Palatum, quid Gargareo, quid Pharinx & Fauces. Palatum nihil eſt aliud, quam *oris pars ſuperior, dentibus, gingiuis, & maxilla ſuperiore circumſcripta.* Quo loco tunica toti ori communis ſuccincta multis crenis exaſperatur, vt illa inæqualitate & aſperitate cibi inter linguam palatumque agitati, attererentur & comminuerentur facilius. Neruos, qui à quarta coniugatione in palatum deſcendunt, ſi quis reperire velit, tunicam illam ſeparet, & ab anteriore oris parte in poſteriorem reiiciat. ſic enim eos reperiet ad latera & partes poſteriores oſſium palati, quæ palatum circumſcribunt, & ad initium foraminum oris internorum, quæ à naſo & regione apophyſeon ſphenoidum deſcendunt. Aperta hæc fuere foramina, vt reſpiratio inter dormiendum expeditior eſſet, & vt naſo male affecto, quæ per hunc viam appetunt, excrementa in os deriuarentur facilius. Fibris neruoſis eadem illa tunica texta eſt, vt de ſaporibus etiam, linguæ inſtar, iudicium ferret: hæ fibræ tunicam contexunt, quæ duræ molliſque conſiſtentiæ medium obtinet. Si enim durior extitiſſet oſſis aut cartilaginis inſtar, ſenſus expers extitiſ-
E ſet: at mollior ſi fuiſſet, cibi eam duri, acres & pungentes læſiſſent.

Os quid. Vſus.
Quid palatum.
Nerui palati.
Palati foramina cur aperta.
Qualis palati tunica.

De Gargareone. Cap. XIV.

PEr Gargareonem, *corpuſculum* intelligimus *carnoſum & ſpongioſum, figura pinei mali, pendens ad perpendiculum ab extremo palato & baſi oſſis criſtæ, quo palati duo foramina à naſo ad laryngis ingreſſum perua diriminantur.* Hoc loco id ſitum eſt corpuſculum, vt inſpirati aeris impetum infringeret, moraque ipſum quodammodo temperaret & mitigaret oris tepore.

Gargareo quid.

Vſus Gargareonis multiplex. *Gargareonis exeſi incommoda.*

Præterea vt eſſet vocis velut plectrum, expiratam fuliginem ſic diffundendo, vt per vniuerſum os A
diffundatur, quo illic reſonans articulari & a gente lingua in certam vocẽ diſtingui & efformari queat. Cuiuſmodi vſus non eſt exiguus: cum experientia cernamus, eos, quibus particula hæc exciſa eſt, aut alio quouis caſu exeſa & corrupta, non modo vitiata voce eſſe, ſed etiam abſurde, & vt Galli dicunt, velut de naribus loqui: imo temporis progreſſu, frigido citra temperationem ingruente aere, in phthiſim incidere. Impedimento eadem eſt hæc particula, ne puluiſculus per aſperam arteriam in pulmones inuolet.

Quid pharynx & fauces.

Per Pharynga & Fauces, ſignificatur oris pars interior & poſtrema, laryngis & œſophagi ingreſſui præpoſita: ſic dicta, quod locus ille anguſtus ſit, vt his tanquam anguſtiis aer ore exceptus in laryngem, & cibus in œſophagum cogi & compelli poſſit.

De Larynge. Cap. XV.

Quid larynx. *Magnitudo, figura & compoſitio.*

Dicendum primò quid Laringis nomine intelligatur: tum reliquæ in eo more ſolito conditiones exquirendæ. Ergo per laryngem non aliud hic intelligimus, quam *caput & extremitatem aſperæ arteriæ, quæ ad cartilaginoſam ſubſtantiam propius, quam ad aliam vllam accedit.* Quantitas eius inſignis eſt, varia tamen pro corporum varietate. Figura fiſtulæ germanicæ caput æmulatur. Compoſitio eſt ex octodecim muſculis, vtrinque nouem, nempe vt quantitate, ſic robore & actione paribus: ex tribus cartilaginibus, venis, arteriis & neruis, vt docuimus, cum de vaſorum diſtributione ageremus: item ex duplici tunica, externa vna, & altera interna, vt docuimus, cum de aſpera arteria diceremus. B Tres hæ cartilagines coniunguntur certis ligamentis & muſculis: anterior cartilago, quæ eadem maior eſt Græcis Thyroides, vulgo Scutiformis dicitur, quod ad ſcuti formam figurata ſit. Secunda magnitudine media &

Trium laryngis cartilaginum deſcriptio. *Vnde vocum infinitæ varietas.*

poſterior, nomine caret: ex quo cartilago innominata dicitur. Vltima minima, quæ tamen in duas findi poteſt, ſummis illarum lateribus ſic incumbit, vt vaſis olearij aut aqualis os imitetur, ex quo Græcis Arytænoides dicta. Hæ ſic inter ſe aptæ cartilagines vocem diſtinctam edunt, Epiglottidis beneficio, ſimul & muſculorum illas obſerantium & reſerantium, dilatantium & comprimentium, vnde infinitæ vocum varietates. Sic enim cum reſerantur, dilatantur, vocem grauem edunt: cum conſtringuntur, acutam: infinitis denique modis variam pro dilatationis aut conſtrictionis infinita varietate. Quia ergo opottebat has cartilagines eſſe mobiles, præſertim Arytenoidem & Thyroidem, natura vtrinque illis

Muſculorũ laryngis deſcriptio.

nouem appoſuit muſculos, quorum tres ſunt communes & ſex proprij. Communium primus abditus ſub tertio muſculorum os hyoides mouentium, oritur à radice eiuſdem oſſis, ac deſcenſu obliquo C
inſerit ſe ad baſim ſcutiformis, ad eam ſurſum deorſumque dilatandum. Secundus oblique aſcendit à parte ſterni interiore ſecundum longitudinem aſperæ arteriæ (ex quo & Bronchius dicitur) ad eiuſdem ſcutiformis cartilaginis imum & latera, vt eam aliis ſuis reſerat & dilatet. Cernitur hic muſculus inde à prima origine, in multam viæ ſuæ partem arcte hærere cum tertio muſculo oſſis hyoidis: ergo ſub vtroque muſculo corpus vtrinque cernitur glandulοſum anteriori & ſuperiori aſperæ arteriæ parti, qua parte ſe laryngi applicat circumfuſum: hoc corpus etſi carnoſæ ſubſtantiæ æmu-

Notanda hiſtoria.

lum ſit, glandula tamen eſt quæ ab Empyrico quodam ſcrophulas curante, auulſa, aphoniæ ex vno latere conſecutionem attulit, propter reuulſum vna neruum recurrentem ei glandulæ, dum ad laryngem pergit incumbentem, vt narrat Galenus *libro de locis affectis*. Tertius & vltimus oritur ex parte antica vertebrarum ceruicis, tranſuerſum incumbens œſophagi lateribus, deſinitque ad alas & latera cartilaginis ſcutiformis, vt illam arctius ſecundæ cartilagini annectat. Communes vero tres illi dicuntur muſculi, quia aliunde, quam à larynge, originem ducunt, vt in eius partem aliquam inſerantur: nam & proprij dicuntur, qui ab ipſo oriuntur larynge, hos vtrinque, ſex eſſe

Qui dicantur proprij laryngis muſculi.

diximus. Quorum primus ortus ex parte antica ſecundæ cartilaginis circulum perficit ſub baſi D
ſcutiformis: dum ſcilicet oblique aſcendendo ad eiuſdem baſim poſtea in parte inſeritur, quo ipſam roboret & dilatet. Secundus ex ſecunda pariter cartilagine, inde vbi primo adhæreſcit ortus, oblique pergit, primum illum decuſſando; ad interiorem & anteriorem partem cartilaginis Thyroidis, iuxta ipſius baſim, vt eandem ſecundæ coniungat. Tertius ex baſi poſtica ſecundæ cartilaginis, recta aſcendit ad baſim tertiæ ſeu Arytenoidis, vt eam cum ſecundo muſculo claudat & aperiat. Quartus aſcendit ex lateribus ſecundæ cartilaginis, iuxta ſecundi muſculi ortum, ad latera Arytenoidis, vt eam cum ſecundo muſculo claudat & reſeret. Quintus oritur ex interiore medio ſcutiformis, & deſinit in partem anteriorem Arytenoidis ad quarti muſculi inſertionem, vt eandem cartilaginem comprimat. Sextus & vltimus ex baſi poſteriore Arytenoidis aſcendit ad

Vnde neruos excipiãt muſculi laryngis.

eiuſdem baſim anteriorem, vt ipſam comprimat. Notandum vero, omnes eiuſmodi muſculos (qui inferne ſurſum oriuntur) ramos excipere ex recurrentibus, ſed illos præcipue, qui Arytenoidem cartilaginem obſerant & reſerant. Situs vero, temperies, connexio, & vſus laryngis ex antedictis facile innoteſcere poteſt: quanquam res inprimis operoſa eſt, omnes illas conditiones in partibus organicis exquirere & demonſtrare, propter compoſitionis ipſarum diuerſitatem. Quare deinc de earum ſubſtantia, temperie, & aliis, quas prætermittemus, circumſtantiis, conſules ea, quæ in E
demonſtratione diximus partium ſimplicium & ſimilarium, ex quibus illæ organicæ conflantur: vt ſi quis quærat, cuiuſmodi ſit temperiei larynx; frigidæ, ſiccæ, calidæ, & humidæ reſponde-

De Epiglottide.

bis, quia cartilaginoſa & carnea ſubſtantia conſtat. Oris partes omnes recenſenti non eſt prætereundum corpus, quod ex linguæ radice cartilaginoſum & membranoſum exurgit, id vt eſſet ad motum expeditius, id eſt, quo facilius erigi & deprimi poſſet, (molliora enim aſſidue dilabuntur, duriora vero flecti nequeunt) neque durius, neque mollius eſſe decuit, vt dum inſpiramus

ſtaret

A ſtaret erectum, depreſſum vero ſe contineret, dum deglutimus. Præcipuum eſt vocis inſtrumentum: probe enim illa articulari non poterat, niſi via ſtrictior extitiſſet. Viam ergo illam & cartilaginum laryngis, præſertim vero Arytenoidis ductum comprimit: humeſcit ſemper natiuo quodam & inſito humore: quare ſi febre vel alio ſimili caſu mareſcere ipſum contingat, vis loquendi adimitur. *Ex poculentis aliquid in pulmones ſemper diſtillare.* Vtrinque alligatur communi oris membrana, lateribus Arytenoidis vſq; ad ipſius poſtica, vt orificium laryngis operculi vice claudat & aperiat, ne ex poculentis & eſculentis inter deglutiendum, quicquam in aſperam arteriam illabatur, tanta copia, vt egreſſum ingreſſumque aeri præcludere poſſit. Non enim putandum eſt, hoc corpus ita laryngis orificium exacte claudere, quin ſemper humoris tantillum ſecundum interna, velut parietum ipſius, diſtillet ad pulmones humectandos: alias nullus eſſet Eclegmatum in affectibus thoracicis vſus. Et quia idem hoc corpuſculum motus voluntarij particeps erat, ideo quorundam ſententia attributi fuere illi quatuor muſculi: duo, qui aperiant, & duo, qui claudant, vtrinque vnus. Aperientes deſcendunt ex radice oſſis hyoidis, atque in ipſa inſertione in vnum coeuntes in radicem huius corporis, id eſt, Epiglotidis, poſtica parte deſinunt. *Epiglotidis muſculi.* Claudentes (in animalibus, in quibus reperiuntur) interioſecus oriuntur inter ipſius tunicam & cartilaginem. Certe quatuor hoſce muſculos in

B homine notare & reperire nunquam mihi licuit, etſi diligenter & ſtudioſe inueſtiganti: in brutis vero eos animaduerti. Ideo nonnulli aſſerere auſi ſunt, hoc corpuſculum inter deglutiendum non incumbere laryngis orificio, niſi grauitate rerum degluriendarum depreſſum: reliquo tempore propter aſſiduam reſpirationem erectum ſtare aperto larynge. Reſtant conſiderandi exigui duo velut ſinus vel fiſſuræ potius, quas natura ſub epiglotide in ipſo larynge excauauit, vtrinque vnum, vt ſi quid forte ex cibis & potu in laryngem dilaberetur & deerraret, illic retineretur & hæreret. *Fiſſurarum laryngis vſus.* Præterea vt violentius incurrens aer, in his velut rimis teſtitans infringeretur, haud aliter, quam ſanguis & ſpiritus in cor per ipſius auriculas ſubeuntes.

De Ceruice, & partibus ipſius. Cap. XVI.

PRimo, quid ſit Ceruix, definiemus, hinc partes eius, perſequemur, cum proprias, tum communes, quas præſertim nondum hoc ſermone attigimus. Nam de cute, panniculo carnoſo, venis, arterijs, neruis, œſophago, trachea arteria, & muſculis, ad partes, in quas inſeruntur per ceruicis longitudinem aſcendentibus & deſcendentibus, dicere nimis eſſet otioſum: quare non eſt, quod quicquã de Ceruice

C nobis expectes, præter deſcriptionem vertebrarum, propriarum nempe ceruicis partium, & ligamentorum tam ceruici propriorum, quam illi cum capite communium: muſculorum denique tam communium illi cum capite & thorace, quam propriorum. Ergo ceruix nihil eſt aliud, quam capitis pars, quæ ab occipitis oſſe vſque ad primam dorſi vertebram continetur. *Ceruix quid.* In ceruice primo vertebræ ſunt conſiderandæ, demonſtrandumque quid proprium ac peculiare, quidque commune inter ſe habeant, vt ab illis naſcentium & in illas deſinentium muſculorum originem facilius demonſtrare poſſimus. Ceruix ſeptem conſtat vertebris, in quibus conſiderare oportet proprium ipſarum corpus: deinde foramina, per quæ ſpinalis medulla illabitur. *Quæ in ſingulis ceruicis vertebris conſideranda.* Tertio vertebrarum apophyſes. Quarto foramina, per quæ nerui à ſpinali medulla in alias partes diſſeminantur, & inſuper foramina apophyſeon tranſuerſarum, per quæ venæ & arteriæ, quas ceruicales diximus, aſcendunt ſecundum ceruicis longitudinem: denique connexiones eiuſmodi vertebrarum.

Quod ad primũ attinet, per corpus vertebræ intelligimus partẽ eius anteriorem, cui œſophagus incũbit. Quod ad foramẽ ſpectat, nõ ſemper id maius eſt illis vertebris, quæ occipiti ſunt viciniores: ſemper vero vertebræ id ipſum circumſcribitur corpore; & inſuper tribus paſſim apophyſeon generibus,

D præterquam in prima vertebra, rectis nempe, tranſuerſis & obliquis. Per rectas eas intelligimus in vertebris colli prominentias, quæ in ipſarum ſummo corpore excauato ad perpendiculum inſident, aſſurguntque tanquam crenæ hinc & hinc vna, ad ſuprapoſitæ vertebræ baſim recipiendam & ſtabiliendam. *Rectæ vertebrarum apophyſes quæ.* Per apophyſes obliquas, eminentias intelligimus, quibus vertebræ illæ ſibi inuicem annectuntur per Ginglymon. Sitæ ſunt hæ inter rectas apophyſes & tranſuerſas. *Obliquæ quæ.* Per tranſuerſas intelligimus eminentias corpori proximas, quæ recta linea vertebram diuidunt. Perforatæ ſunt hæ apophyſes, vt venis & arterijs antehac deſcriptis viam aperirent, quæ per neruorum foramen ſubeuntes ſpinalem medullam, vertebras & partes ad eas attinentes nutriunt. Notandum præterea, quod foramina vertebrarum ceruicis, per quæ nerui à ſpinali medulla ad partes externas prodeunt, ſubiecta ſunt tranſuerſæ apophyſi, coaleſcentia nempe ea vertebra ſuperiore & inferiore, contra quam reliqua, quæ reliquæ ſpinæ vertebris inſunt, vt quæ ex vertebra ſuperiore fiant. *Quæ tranſuerſæ.*

Quod ad vertebrarum attinet connexionem, ſciendum, omnes ſpinæ vertebras ſex habere connexiones, duas in proprio ſuo corpore, & quatuor in obliquis ſuis apophyſibus. *Vertebrarũ ceruicis connexiones.* Primis duabus connexionibus proprio corpore ſuo ſic ſibi mutuo articulantur, vt ſingulæ ſingularum infra ſupraque poſitarum

E. corporibus committuntur. Quatuor vero reliquis, per apophyſes ſuas obliquas aſcendentes deſcendenteſque, vtrinque geminas, ita inuicem ſibi inarticulantur, vt quemadmodum quarta (verbi gratia) ceruicis vertebra obliquis apophyſibus ſuis aſcendentibus excipitur à tertiæ vertebræ apophyſibus deſcendentibus, ſic quintæ aſcendentes apophyſes obliquas, ſuis deſcendentibus obliquis excipiant, ſemper enim aſcendentes obliquæ excipiuntur, deſcendentes autem excipiunt. Excipienda tamen eſt prima ceruicis vertebra, quæ quatuor eſt contenta connexionibus, per ſuas obliquas apophyſes inferiores & ſuperiores, quibus excipit apophyſes obliquas, tum oſſis occipitis, tum ſecundæ vertebræ. Excipienda etiam ſecunda vertebra, quinque connexionibus contenta, nempe quatuor per apophyſes ſuas obliquas & quinta per corpus ſuum qua connectitur corpori tertiæ vertebræ. Notandum vero eſt, quod

cum natura ſpinam denegauerit primæ vertebræ, ipſi in eius locum tuberculum quoddam dedit: Pari- A
ter cum foramen non conſtituat commune cum ſecunda vertebra ad exitum nerui, vtinq; ad corpo-
ris lateta perforata eſt, ſed & parte ſua antica tenuis facta eſt, quaſi ſine corpore, vt reciperet anteriorem
apophyſim in ſuperiore ſecundæ vertebræ corpore excitatam, quam Hippocrates dentem nuncupat,
ad quem præcipuum capitis ligamentum adnectitur, quod intus deſcendit ab occipite ſub apophyſi-
bus clinoidibus. Hacque articulatione caput annuit & renuit, quemadmodum lateraliter mouetur per
articulationem primæ cum ſecunda vertebra. Apophyſis illa duobus alligatur ligamentis, quorum pri-
mum maius & latius externum eſt, totam in ambitu comprehendens ſuperiorem articulationẽ, à ver-
tebris ad caput aſcendens, vel potius deſcendens à capite ad vertebras, quemadmodum quoduis aliud
ligamentum mutuo ab oſſe in os aliud pertingens. Alterum validius eſt, cingitque etiam articulationẽ
ſe cum cartilagine miſcens, quæ ſuo interuentu vertebras omnes connectit, prima excepta, vt in ſpina
ſuilla licet intueri vertebras à ſe inuicem diuellendo: atque huiuſmodi ligamentis tota ſpina connecti-
tur, conſurgitque ſuis omnibus partibus. Os ſacrum ex quatuor compoſitũ eſt vertebris, & inſuper oſſe
caudæ: excipit illud, fulcitq; oſſa ilium, & ſuperpoſitas omnes vertebras tanquã baſis, quo fit, vt à capite B
ad caudam vſque craſſeſcant ſemper vertebræ, quia quod geſtat, craſſius eſſe debuit eo, quod geſtatur.
Interiecta eſt vertebris humiditas quædam lenta & pinguis, vt & reliquis articulis ad motus lubricitatẽ.
Motus hic dum fit vertebræ à ſe inuicem abſcedunt. Spinæ vtilitates quatuor numerantur. Prima eſt,
quod ſit tanquam ſedes & fundamentum compagis & ſyntaxeos totius corporis, vt carina in naui. Se-
cunda, quod medullæ ſit velut ſemita. Tertia, quod eiuſdem ſit conceptaculum & præſidium. Quarta
quod visceribus, quæ intus ipſi innituntur & incubant, ſit tanquam vallum & propugnaculum. Et quia
in ligamentorum mentionem incidimus, non erit hic inutile, quæ de ligamentis ſciri debent, inſerere.
Primum ergo, quid ligamentũ ſit, dicemus: deinde varias eius nominis acceptiones explicabimus: de-
niq; differentias perſequemur. Ergo ligamentũ nihil eſt aliud, quam *humani corporis pars ſimplex, poſt os &*
cartilaginẽ maxime terreſtris, ſæpius ab vtrauis mediate vel immediate ortum, atq; in vtramuis pariter deſinens, aut in
muſculũ, aut in aliam partẽ: quo fit, vt ligamentum exangue ſit, ſiccũ, durũ & frigidum; atq; ſenſus expers,
inſtar partiũ, à quib. oritur, etſi neruo ſimile ſit albedine & conſiſtẽtia, niſi quod durius exiſtit. Ligamẽ-
tum in genere ſumitur & in ſpecie: in genere pro omni corporis parte, quæ aliã alteri connectit, qua in
ſignificatione cutis ligamentũ dici poteſt, quia partes omnes internas vna vnione cõtinet: ſic peritonæũ
partes omnes naturales coniungens, & ad ſpinã adfirmans: ſic quæ coſtas ſuccingit mẽbrana, vitales par- C
tes omnes cõtinens: ſic cerebri mẽbranæ, nerui, venæ, arteriæ, muſculi, membranæ: deniq; omnes ſimi-
lesq; corporis partes, quæ alias coercent & continent, ligamenta dici poſſunt, quia partẽ vnam alteri al-
ligant: vt nerui totum corpus cerebro: arteriæ, cordi: venæ, hepari. At ligamenti nomen in ſpecie ſum-
ptum eam demum corporis partem deſignat, quam paulo ante deſcripſimus.

Apophyſis dens dicta.

Coitus dentis articulationis qua caput annuat & renuat.

Ligamenta vertebrarum ſpinæ connexionem.

Oſſis ſacri vertebræ.

Spinæ vſus multiplex.

Ligamentũ quid.

Cur ligamẽtum ſit ſenſus expers.

Quæ partes ligamenti generali appellatione intelligantur.

Ligamenti proprie dicti differentia.

Differentiæ ligamentorum ſunt plures, alia enim membranoſa ſunt & tenuia:
alia lata, alia craſſa & rotunda; alia dura, alia mollia, alia magna, alia parua; alia ab-
ſolute cartilaginoſa, alia mediæ inter os & cartilaginem conſiſtentiæ, pro ratione
motus partium earum, quas connectunt in velocitate, vehementia, & remiſſione
reliquas ligamentorum differentias vt inter diſſecandum occurrent, demonſtra-
bimus.

Figura ſpinæ totius



Spina omnis eſt in quinque partes diſtincta, ceruicem nempe, dorſum, lumbos, os ſacrum, &
caudam. D

Ceruix ex ſeptem coaleſcit vertebris, à nota A. *ad notam* B. *deſignatiſque numeris* 1. 2. 3. 4. 5.
6. 7.

Dorſum ex duodecim à nota C. *ad notam* D. *inter numeros* 8. *&* 19.

Lumbi ex quinque, à nota E. *ad notam* F. *inter numeros* 20. *&* 24.

Os ſacrum ex ſex, à nota G. *ad notam* H. *inter numeros* 25. *&* 30.

Cauda, ſeu Coccyx, à nota I. *ad notam* K. *inter numeros* 31. *&* 34.

L L. *Corpus vertebrarum a ſecunda vſque ad vigeſimam quartam.*

M. *Secunda vertebra, Hippocrati dens dicta, propter apophyſin hic ſub prima vertebra latentem.* E

N. *Apophyſes tranſuerſæ.*

O. *Spina vertebrarum.*

A

De muſculis Ceruicis. Cap. XVII.

Numerus.

CEruicis muſculi tum proprij, tum communes viginti, vel etiam duo & viginti numerantur, nempe vtrinque decem vel vndecim: quorum ſeptem ſolum caput mouent, aut cum capite primam vertebram: reliqui tres aut quatuor ipſam ceruicem. Septem caput mouentium & cum capite primam vertebram, alij ipſum extendunt & erigunt, alij flectunt & inclinant, alij oblique mouent, omnes vero ſimul motu ſuo ſucceſſiuo circulatim; idemque eſt de ceruicis muſculis iudicium. Sed priuſquam ad deſcriptionem originis & inſertionis ipſorum veniam, admonitum te velim, ſectione tollendos eſſe duos muſculos omoplatæ, Trapezium nempe & Rhomboidem: quorum quo facilius demonſtrare poſſis originem & inſertionem, ſeu actionem potius, qua originem illam & inſertionem exquirimus: reuellendi erunt initio ducto ab inſertione, quæ eſt ad omoplatam (vt ſuo dicetur loco) ipſos originem verſus reſupinando, id eſt, ad ſpinam. Præterea, ſectione etiam tollendus eſt Rhomboides minor, poſterior & ſuperior (dentatus etiam dictus) ab origine, quæ eſt ad tres vertebras inferiores ceruicis & primã B dorſi, reſupinareque ad inſertionem, quæ eſt ad tria ſpatia coſtarum inferiorum, iuxta angulum poſteriorem & ſuperiorem omoplatæ, vt dicetur ſuo loco. His ſic ſublatis muſculis, tollendi ſunt hi, qui caput erigunt & extendunt muſculi quatuor, & deinde duo illi qui ipſum oblique mouent, & tandem vnus, qui ipſum flectit & inclinat poſcit enim id ordo Anatomicus. Si tamen ita videtur, potes inuiolatis aliis eum ante omnes ſectione tollere, qui Maſtoideus dicitur, quiq; caput inclinat & flectit. Quod ad eos quatuor attinet, qui caput attollunt & extendunt, primus à ſplenis figura Splenius dictus, aſcendit à ſpinis quinque dorſi ſuperioribus & quatuor inferioribus ceruicis, & ad occiput apophyſimque maſtoidem ſeu mammillarem oblique inſeritur, vnde ipſum reſupinabis originem verſus. Secundus contextus ſui ratione dicitur Complexus; hic egreſſus à tertia, quarta & quinta apophyſibus tranſuerſis dorſi, & ſæpius à prima ceruicis, recta aſcendit ad occiput, inferiorem ceruicem, & lateralem ipſius cingens: facile enim ſuſtuleris ducto reuulſionis à ſpina initio, indeque progreſſu facto verſus commemoratas apophyſes tranſuerſas, & proceſſus mammillares oſſis occipitis. In duos aut tres muſculos hic complexus diuidi poteſt, quanquam ægre propter complexos ipſius contextus. Tertius & quartus, qui duo ſunt ex octo paruis, vtrinque quatuor exiſtentibus, nonnihil oblique aſcendunt; primus quidem C ex toto latere ſecundæ vertebræ. Secundus ex toto latere apophyſeos primæ vertebræ, quæ ſpinæ loco ipſi conceſſa fuit: ad occiput è regione ſpinæ aſcendunt: duo hi muſculi omnium Anatomicorum conſenſu recti muſculi dicuntur, ſolum caput mouentes: minime illi quidem ſuæ originis aut inſertionis ſedibus reuellendi ſed tantum ſubiecta habenula vinciendi, quo facilius demonſtrari poſſint. Sequuntur vtrinque duo obliqui, quorum vnus ſolum caput mouet: alter primam primo vertebram: ſecundo vero & per accidens caput ipſum. Quod ad primum, contra nonnullorum ſententiam oritur ab apophyſi tranſuerſa primæ vertebræ, indeque inſeritur, ſupra inſertionem primi recti, quem ſubtus attollere pariter, non autem ſeparate oportet. Alter egreſſus è ſpina ſecundæ vertebræ ad primæ apophyſim inſeritur contra præcedentis originem, quanquam nonnulli aliter ſentiunt. Hunc ſimiliter non ſuo loco eripere, ſed tantum ſubmiſſo vinculo attollere oportebit, vt intueri poſſis, quo modo hi omnes ſimul triangulum æquilaterum conſtituant. Huius muſculi actio præcedentis actioni contraria eſt, vt contraria ipſius origo & inſertio arguunt. Quare quando primus obliquus caput antrorſum mouet oblique, ſecundus id per primam vertebram reuocat: hi cum ſuo alterius lateris congenere, poſſunt vere dici muſculi ceruicis proprii, quia ad nullam aliam partem ſpectant, cum contra fiat in reliquis. Notãdum vero eſt, caput (Galeni ſententia) duos habere motus, vnum rectum antrorſum & retrorſum, qui D apparet in his, qui annuunt & renuunt: alterum circularem. Primus eidem Galeno fit prima vertebra ſupra ſecundam mota: ſecundus capite moto ſupra primam vertebrã: qua in re reprehenſus fuit à recentioribus Anatomicis, docentibus, caput in circulum & gyrum obuerti non poſſe ſupra primam vertebram citra luxationem. Quod ad vltimum attinet, qui caput flectit, à parte ſuperiore & laterali ſterni & parte proxima claiculæ, oblique ad apophyſim maſtoidem occipitis aſcendit ex quo Maſtoideus dicitur. Hunc multiplicis originis ratione, in duos potius, quã in tres muſculos diuiſeris. Satius vero fuiſſet moueri caput in omnem partem, æque retrorſum, dextrorſum ac ſiniſtrorſum. Sed ſic ſæpe luxatio contigiſſet magno noſtro damno & vitæ periculo: neque enim eiuſmodi motus facilitas contingere potuiſſet citra articuli laxitatem. Itaque natura maluit capiti concedere pauciorum motuum innoxiam, quam plurium aleæ & periculi plenam facultatem. Quare articulum hunc non laxum, ſed rigidum, & robuſtum effecit.

Splenius muſculus.

Complexus.

Duo muſculi ceruicis recti.

Duo obliqui

Qui vere dicantur ceruicis muſculi proprij.

Capitis motus duo.

Maſtoideus muſculus.

Cur capiti non plures motus, quã duo.

Poſt huiuſmodi muſculorum demonſtrationem, tranſeundum eſt ad tres aut quatuor ceruicis, quorum duo (quos nonnulli ad vnum reuocant) extendunt, alter flectit, vltimus mouet lateraliter, & omnes motu ſuo ſucceſſiuo circumagunt, vt de capitis muſculis diximus. Primus eorum, qui extendunt, E originem ſumens à ſex tranſuerſis apophyſibus, ſex ſuperiorum dorſi vertebrarum, vel potius a radice obliquarum, recta aſcendit ad ſpinam ſecundæ ceruicis vertebræ, & eius apophyſim obliquam, nonnulli Tranſuerſarium appellant. Hunc ſiquidem reuellere eſt animus, a ſpina primum ſecernere oportet, inde verſus tranſuerſas apophyſes reſupinare: niſi mauis ipſum, cum ſit vltimus & oſſibus vicinior, paululum a congenere ſuo & ſocio abducere, quo loco originibus diſtinguuntur. Hanc ortus diſtinctionem ſi haud ita peruiam & apertam comperias, nihil mirere, obſcura enim fere eſſe ſolet. Nam Spinatus, quod frequentiſſimum eſt, a radicibus ſeptem ſuperiorum ſpinarum dorſi &

Muſculus tranſuerſarius.

vltima ceruicis egreſſus, in alias ſpinas ceruicis inſeritur, vt iure hic cum ſuperiori à Galeno confundatur. Tertius ceruicem flectit, intusque ex corpore quinque ſuperiorum vertebrarum dorſi (quanquam obſcuro admodum exortu, præſertim in emaciatis) ſubter œſophagum ſecundum ceruicis longitudinem, vſque ad os occipitis aſcendit, cuius parti inferiori obſcure inſeritur. Quare non ceruici modo, ſed & capiti etiam flectendo auxilio eſſe veriſimile eſt. Fit hic muſculus ex fibris obliquis, prodeuntibus ex vertebræ corpore, per totam, quam emetitur, viam ad apophyſes tranſuerſas alterius vertebræ. Cæterum cum ſociali ſuo ex oppoſito ſtante, videtur ſupra vertebrarum corpora conſtituere ſemitam quandam cauam ad œſophagum, & vocatur muſculus longus. Quartus & vltimus, quem diximus ceruicem in latus mouere, Scalenus à figura dictus, aſcendit ex maiore parte, poſteriore & ſuperiore primę coſtæ thoracis in omnes apophyſes tranſuerſas ceruicis in eas ſuis ſe fibris inſerens, quas quantum oportuit longas ea veluti gratia ſortitus eſt, vt ab vltima ceruicis apophyſi in primam ſeu ſummam eiuſdem defigere ſeſe poſſet. Hunc muſculum velut duplicem & bifidum facit neruorum periplum ad brachium digreſſus. A

Longus.

Muſculus Scalenus.

Quod ad venas & arterias ad ceruicem attinentes ſpectat, expoſitæ hæ fuere *proprio capite de vaſorum diſtributione*: reſtat notandum, omnes eiuſmodi muſculos neruos recipere ex vertebris, vnde oriuntur.

Quarta Muſculorum figura. B




A.D. Monſtrant duos muſculos, qui flectunt caput, & ceruicis vertebras, quique deſcendunt vſque ad quartam dorſi vertebram.

1.2.3.4. Corpora vertebrarum dorſi.

C

Quinta Muſculorum figura.



A A A A. *Monſtrant ſplenios duos muſculos, qui caput extendunt & erigunt.*

B B. *Duos complexos.*

C C. *Duos leuatores omoplatæ.* D

D D. *Duos ſacrolumbos reſpirationi inſeruientes.*


E E. *Duos ſemiſpinatos.*

F. *Partem ſacri, niſi malis ſeorſim vnum conſtituere, quem rachitidem nuncupare poſſis.*

G G. *Muſculos intercoſtales externos.* E

Figura

A *Figura Muſculorum ſexta.*



AAAA. *Muſculum monſtrat complexum.*

B. *Spinatum.*

C. *Tranſuerſarium ceruicis.*


B D. *Semiſpinatum.*

EE. *Duos rachitidas, uiſi illos malis reuocare ad ſacrum aut ſpinatum, notatum nota* B.

FF. *Coſtas.*

C

Septima Muſculorum figura.



AA. *Duos monſtrat ſplenios.*

BB. *Secundum muſculum complexum.*

D C. *Leuatorem omoplatæ.*

D. *Clauiculum.*

F. *Partem muſculi dentati poſterioris & ſuperioris.*

FF. *Muſculos poſteriores omoplatæ, Rhomboides dictos, qui retrorſum omoplatam trahunt.*

E GG. *Duos muſculos latiſſimos brachium deprimentes.*


vltima ceruicis egreſſus, in alias ſpinas ceruicis inſeritur, vt iure hic cum ſuperiori à Galeno confundatur. Tertius ceruicem flectit, intusque ea corpore quinque ſuperiorum vertebrarum dorſi (quanquam A
obſcuro admodum ea ortu, præſertim in emaciatis) ſubter œſophagum ſecundum ceruicis longitudinem, vſque ad os occipitis aſcendit, cuius parti inferiori obſcure inſeritur. Quare non ceruici modo, ſed & capiti etiam flectendo auxilio eſſe veriſimile eſt. Fit hic muſculus ea fibris obliquis, prodeuntibus ea vertebræ corpore, per totam, quam emetitur, viam ad apophyſes tranſuerſas alterius vertebræ. Cæterum cum ſociali ſuo ex oppoſito ſtante, videtur ſupra vertebrarum corpora conſtituere ſemitam quandam cauam ad œſophagum, & vocatur muſculus longus. Quartus & vltimus, quem diximus ceruicem in latus mouere, Scalenus à figura dictus, aſcendit ex maiore parte, poſteriore & ſuperiore primæ coſtæ thoracis in omnes apophyſes tranſuerſas ceruicis in eas ſuis ſe fibris inſerens, quas quantum oportuit longas ea veluti gratia ſortitus eſt, vt ab vltima ceruicis apophyſi in primam ſeu ſummam eiuſdem defigere ſeſe poſſet. Hunc muſculum velut duplicem & bifidum facit neruorum per ipſum ad brachium digreſſus.

Longus.

Muſculus Scalenus.

Quod ad venas & arterias ad ceruicem attinentes ſpectat, ea poſitæ hæ fuere *proprio capite de vaſorum diſtributione*: reſtat notandum, omnes eiuſmodi muſculos neruos recipere ex vertebris, vnde oriuntur.

Quarta Muſculorum figura. B




A.D. *Monſtrant duos muſculos, qui flectunt caput, & ceruicis vertebras, quique deſcendunt vſque ad quartam dorſi vertebram.*

1.2.3.4. *Corpora vertebrarum dorſi.*

C

Quinta Muſculorum figura.



A A A A. *Monſtrant ſplenios duos muſculos, qui caput extendunt & erigunt.*

B B. *Duos complexos.*

C C. *Duos leuatores omoplatæ.* D


D D. *Duos ſacrolumbos reſpirationi inſeruientes.*

E E. *Duos ſemiſpinatos.*

F. *Partem ſacri, niſi malis ſeorſim vnum conſtituere, quem rachitidem nuncupare poſſis.*

G G. *Muſculos intercoſtales externos.* E

A *Figura Muſculorum ſexta.*



AAAA. *Muſculum monſtrat complexum.*

B. *Spinatum.*

C. *Tranſuerſarium ceruicu.*

B


D. *Semiſpinatum.*

EE. *Duos rachitidas, niſi illos malis reuocare ad ſacrum aut ſpinatum, notatum nota* B.

FF. *Coſtas.*

C

Septima Muſculorum figura.



AA. *Duos monſtrat ſplenios.*

BB. *Secundum muſculum complexum.*

D

C. *Leuatorem omoplatæ.*

D. *Clauiculum.*

F. *Partem muſculi dentati poſterioris & ſuperioris.*

FF. *Muſculos poſteriores omoplatæ, Rhomboides dictos, qui retrorſum omoplatam trahunt.*

E

GG. *Duos muſculos latiſſimos brachium deprimentes.*

Muſcu-

Muſculorum figura octaua. A



A. *Monſtrat ſplenium ſiniſtrum.*

BB. *Secundum complexum.*

C. *Leuatorem omoplatæ.*

D. *Clauiculam.*

E. *Muſculum oſſis hyoidis, in medio tendineum, ortum à coſta ſuperiore omoplatæ.*

F. *Muſculum os aperientem.*

GG. *Duos paruos muſculos poſteriores & ſuperiores, qui dilatant quatuor coſtas ſuperiores Thoracis.* B

H. *Muſculum ſacrolumbum.*

I. *Muſculum ſemiſpinatum.*

K. *Portionem muſculi ſacri.*

LL. *Paruum dentatum, poſteriorem & inferiorem, qui dilatat quatuor coſtas inferiores.*

M. *Muſculum brachii in cauitate ſuperiore omoplatæ, qui poteſt dici Epomis.*

N. *Brachieum ſitum in parte gibba omoplatæ.* C

Nona Muſculorum figura.



AA *Duos monſtrat muſculos rectos ortos à ſpina ſecundæ vertebræ, quique ad os occipitis inſeruntur, ſub quibus parui duo latent, orti à prima vertebra, indeque inſerti in os occipitis.*

BBBB. *Quatuor muſculos obliquos.*

DD. *Apophyſim maſtoidem.*

EE. *Leuatores omoplatæ per medium ſectos.*

FF. *Duos ſcalenos.* B

GG. *Duos ſpinatos.*

H. *Sacrolumbarem.*

De Muſculis thoracis & lumborum. CAP. XVIII.

Metaphrenum & dorſum idem. Quo diſſerant & conueniant dorſi, lumborũ & ceruicis vertebræ. Quæ decima dorſi vertebra ſpina totius mediũ dicatur.

Agendum nunc de muſculis tum thoracis, qui reſpirationi inſeruiunt, tum lumbaribus. Sed ante ſciendum, partem Thoracis poſteriorem metaphrenum ſeu dorſum dictam, duodecim vertebris conſtare, lumbos vero quinque, quæ omnes à ceruicis vertebris nihil differunt, niſi quod ſuo ſunt craſſiores corpore, quam ceruicis, neque interim foramine minores. Sed nec habent apophyſes tranſuerſas perforatas, ſeu bifidas, vt ceruicis vertebræ. Præterea ſingulæ harum vertebrarum per ſe ſolæ, vtrinque parte ſua inferiore conſtituunt foramen, quo tranſitus eſt neruo à ſpinali medulla ad circumiacentes partes prodeunti, cum contra in ceruicis vertebris, niſi ex duarum concurſu eiuſmodi foramina non coaleſcant. Quod ad apophyſes Thoracis attinet, ſeu tranſuerſæ illæ ſint, rectæ aut obliquæ, nihil à ceruicis vertebris differunt (nempe vſque ad decimam) niſi quod tranſuerſæ cum non ſint perforatæ, vt dictum eſt, coſtas quodammodo fulciunt, arcte ipſis alligatæ validis ligamentis, propriis & communibus: at poſt decimam dorſi vertebram, duæ reliquæ dorſi & lumborum omnes diuerſæ ſunt, non ſolum à ceruicis vertebris, ſed etiam à decem illis primis dorſi ob apophyſes ſuas obliquas, quia ab vndecima B

(quæ

A (quæ recipitur tam à ſibi ſuperpoſita, quam à ſubiecta, ad robur totius ſpinæ & faciliorem ejus flexum, ſiue metu fracturæ aut diuulſionis) ſupradictæ apophyſes vertebrarum inferiorum, quæ ſolebant recipere, recipiuntur: quemadmodum contra recipiunt, quæ ſolebant recipi. Differunt præterea ab omnibus ſupradictis ob ſuas ſpinas, quia ab vndecima incipiunt paulatim ſurſum ſpectare, contra quam ſuperiores. Quod ſi quis quærat, qui decima vertebra metaphreni dici poſſit ſpinæ medium, cum ſpina ex viginti quatuor vertebris tota conſurgat? is intelligat hac demum conditione id vere dici, ſi ſex ſacri oſſa, & quatuor caudæ (magis cartilaginoſa, quam oſſea) numerentur inter oſſa ſpinæ. Tum enim à capitis articulo ad vndecimam vſque dorſi vertebram ſeptemdecim numerantur, & inde deorſum totidem.

Numerus muſculorũ thoracis.

Sed regrediamur ad muſculos thoracis reſpirationi ſeruientes. Sciendum in primis, muſculos eiuſmodi eſſe nouem & octoginta, nempe vtrinque quadraginta quatuor, pares robore, craſſitie, ſitu, & actione: & vnum præterea medium, quem diaphragma nominant. Ex illis quadraginta quatuor exiſtũt duo & viginti, qui thoracem dilatant in inſpiratione: nempe ſubclauius, dentatus ſeu ſerratus maior, nonnullorum ſententia, B ambo Rhomboides ſeu ſerrati poſtici, obliquus aſcendens Epigaſtrij, vndecim intercoſtales, & ſex intercartilaginei externi: totidem contra thoracem contrahunt expirando: nempe ſacrolumbus, obliquus deſcendens, rectus, & tranſuerſus Epigaſtrij, triangulus internus, ſex intercartilaginei & vndecim intercoſtales interni.

Thoracem dilatantes muſculi.

Thoracem contrahentes ſeu expirationi ſeruientes muſculi.

Ex illis viginti duobus thoracem dilatantibus, primus Subclauius dicitur à ſitu, deſcendit enim oblique ex claiculæ parte interna & antica, in primæ coſtæ cartilaginem ad ſternum vſque, eamque dilatat.

Subclauius thoracem dilatantium primus.

Secundus ſerratus maior nonnullorum ſententia intus ortus ex tota baſi omoplatæ, tranſuerſim inſeritur in nouem coſtas ſuperiores, quaſdam ſerratas apophyſes, longius in coſtarum oſſa, quam in ipſarum ſpatia, ſeu intercoſtales muſculos producens, ex quo ſerrati nomen habuit: nonnulli tamen hunc muſculum inter omoplatæ muſculos retulerunt.

Serratus maior.

Tertius deſcendit ex tribus ſpinis inferioribus ceruicis & prima dorſi, vi ligamenti membranoſi & tenuiſſimi, in tres aut quatuor coſtas ſuperiores, longius in ipſarum ſpatia ſeu muſculos intercoſtales, quam in ipſas coſtas ſeu oſſa productus, ex quo ſerratus poſterior & ſuperior dictus eſt.

Serratus poſterior ſuperior.

Quartus aſcendit pariter, vi ligamenti membranoſi & tenuis ex tribus ſuperioribus ſpinis lumborum, & duabus vltimis metaphreni in tres aut quatuor coſtas nothas & inferiores ſeu poſtremas, in eaſdem ſeu earundem oſſa longius producta, C quam in ipſarum ſpatia, ſeu intercoſtales muſculos, ex quo ſerratus poſterior & inferior dictus eſt. Inſuper vero duo illi poſtremi muſculi, communi nomine à figura dicti fuere Rhomboides.

Serratus poſterior inferior.

Quintus, quem epigaſtrij aſcendentem diximus, abunde ſuo loco fuit deſcriptus.

Epigaſtrij obliquus aſcendens.

Vndecim intercoſtales externi deſcendunt oblique ex poſtica parte inferni lateris coſtæ ſuperioris, in anticam ſuperni lateris coſtæ ſuperiori illi ſubditæ, contraria prorſum ratione, quam intercartilaginei ſex, qui ſimilem ortum & inſertionem inter cartilagines habentes, quã intercoſtales inter coſtas, deſcendunt oblique ex antica parte retrorſum. Atque hæc de muſculis thoracem dilatantibus inſpirando.

Vndecim intercoſtales externi.

Intercartilaginei.

Reliquorum vero totidem muſculorum, qui Thoracem contrahunt expirando, primus ortus ex oſſe ſacro & apophyſibus obliquis lumborum, aſcendit (stricte & confuse adhærens cum muſculo ſacro, quem poſtea deſcribemus) ad radices duodecim coſtarum, ſingulis inter aſcendendum exiguum tendinem impertiens, quo illas coſtas coartahit verſus apophyſes tranſuerſas: ex eoque ſuo ortu ſacrolumbus dicitur.

Sacrolumbus thoracẽ contrahentium primus.

Secundus, tertius, & quartus, quos obliquum deſcendentem, rectum & tranſuerſum epigaſtrij diximus, ſuo loco deſcripti fuere. Interim notandum, tres hos epigaſtrij muſculos iuuare expirationem, per accidens potius, quam ex ſeſe: nempe repellendo diaphragma verſus pulmones per inteſtina, quæ etiam ſurſum compellunt, D dum trahunt partes, quibus inſeruntur, verſus ſuam originem.

Obliquus deſcendens rectus & tranſuerſus epigaſtrij.

Quintus, quem triangulum diximus, quinque cartilaginum compreſſor, ſeu cartilagines comprimens dici poteſt, ex ſterni lateribus internis egreſſus, pergit ad omnes verarum coſtarum cartilagines: hic magis in brutis ſub ſterno apparet, quam in hominibus: quanquam ne in his quidem eſt obſcurus.

Triangulus muſculus.

Quod ad intercoſtales internos attinet, meo iudicio, oriuntur ex lateribus infernis coſtæ ſuperioris, & oblique ex antica parte retrorſum deſcendentes, inſeruntur in ſuperiora lateri ſubditæ coſtæ: ſic vt ſequantur productionem fibrarum intercartilagineorum externorum, quemadmodum ſex intercartilaginei interni, ſequuntur ſitum intercoſtalium externorum ex poſticis in antica procedentes: itaque tam intercoſtales quam intercartilaginei interſecant ſe vbique, in literæ x ſimilitudinem.

Intercoſtales interni.

Intercartilagines interni.

Scio, nonnullos ſcripſiſſe, muſculos internos (ſeu intercoſtales illi ſint, ſeu intercartilaginei) aſcendere ex lateribus ſuperioribus coſtæ inferioris antrorſum vel retrorſum: Sed ſi hoc verum eſſet, ſequeretur, eiuſmodi muſculos neruum admittere cauda & non capite, cum neruus ſub coſta ſemper pergat, ac non ſupra coſtam.

Muſculi neruum ſemper admittunt ſuo capite.

Vltimum thoracis muſculum, diaphragma nempe, abũde antea deſcripſimus: quare reſtat, vt lumborum muſculos deſcribamus.

Diaphragma.

Sunt hi ſex numero, vtrinque tres, pares craſſitie, viribus & ſitu: horum vnus lumbos flectit, reliqui duo E extendunt. Triangulus à figura dicitur, qui lumbos flectit, aſcendit is à multa parte coſtæ poſterioris oſſis ilium, in apophyſes tranſuerſas lumborum, & in vltimam metaphreni interne, qua de cauſa factus eſt ex fibris breuibus, longis, & medijs, correſpondentibus viciniæ aut diſtantiæ dictarum apophyſeon.

Lumbares muſculi.

Triangulus.

Extendentium primus dicitur Semiſpinatus, quia in medium vſque ſuum corpus originem trahit ex ſpinis oſſis ſacri & lumborum: is fibris ſuis obliquis aſcendit ex omnibus dictis ſpinis ad apophyſes tranſuerſas, tam lumborum, quam thoracis.

Semiſpinatus.

Alter dicitur Sacer, quod originem habeat ab oſſe ſacro vel lateribus ipſius: is aſcendit fibris ſuis obliquis ad ſpinas lumborum, & vndecim thoracis inferiorum vertebrarum.

Sacer.

Demum

 A

De muſculis omoplatæ. Cap. XIX.

EXtremitatum nunc, & in primis brachij muſculi ſunt deſcribendi, initio ducto ab omoplatæ muſ-
culis. Horum deſcriptionem quo facilius intelligamus, obſeruanda primum eſt omoplatæ natura
Omoplata deſcriptio.
& conditio. Ergo omoplara, qua parte inſidet & incumbit coſtis, quadamtenus eacauata eſt: quare &
Duæ coſtæ omoplatæ.
parte oppoſita quadamtenus protuberar. Duas habet coſtas, ſupetiotem vnam, & alteram inferiorem.
Per ſoperiorem oihil aliud intelligitur, quam extremitas, aut linea recta, quæ tempora ſpectans, exten-
ditur ab angulo exteriore omoplatæ ſub clauicula, vſque ad apopbyſim Coracoidem, quam extremo
ſuo coſta hæc producit. Per inferiorem intelligimus imam extremitatem, quæ epigaſtrium & notas co-
ſtas ſpectar. Præterea in omoplata noramus baſim, caput & ſpinam. Per baſim intelligimus partem o-
Quid baſis omoplatæ.
moplatæ latiorem, quæ ſpinam dorſi ſpectar: Per caput partem ipſius ſtrictiorem, qua capur humeri ex-
Caput omoplatæ.
cipit, cauitare leniter cælata, quam profert tum de ſe, tum de cartilaginibus quibuſdam, quæ cauitatis
illius ambitum defixæ cingunt. Cauitas eiuſmodi Glene dicitur. Excipit hæc continetque os brachij,
Ligamentū commune.
ſeu humeri, forti quodam ligamento, articulum cingente & firmante, cuiuſmodi ligamentum commu- B
Spina omoplatæ.
ne eſt omnibus aliis articulis: naſcitur hoc ligamentum ab extremis cauitaris omoplatæ, atque rotum
articulum in orbem inuoluit, inſigens ſe capiti brachij ſeu humeri: ſunt & præter hoc alia ligamenta,
Productio coracoides & acromiō.
quæ articulum hunc cingunt & roborant. Per ſpinam apophyſis intelligitur, quæ ſenſim ſupra gibbam
omoplatæ ex baſi eiuſdem, vbi humilis erat & depreſſa, aſſurgens, elatior fit, donec deſinat in acromio.
Natura vero machinata eſt duas in hoc oſſe productiones (acromion nempe, ea ſpina: & coracoidem
ea coſta ſuperiore factam) ad confirmationem dearticulationis, quæ eſt brachio ſeu humero cum omo-
plata, ſcilicet, ne brachium facile luxaretur ſurſum vel antrorſum: excipitur inſuper clauicula ab apo-
phyſi, Acromion dicta. Muſculi omoplatam mouentes ſex ſunt: horum quatuor proprij ſunt, duo alij
Omoplatæ muſculi.
communes. Quatuor propriorum primus ſitus in parte antica aſcendit ab oſſibus ſex aut quinque co-
Serratus minor.
ſtarum ſuperiorum ad coracoidem, quam trahit antrorſum: vocaturque Serratus minor; quem vt aper-
te demonſtrate poſſis, pectoralem à clauicula auellere oporret, fere ad medium vſque ſternon. Alter
ramo illi oppoſitus, poſitus eſt in parte antica, ducitque originem ea tribus ſpinis inferioribus ceruicis,
& tribus ſuperioribus metaphreni, vnde introrſum in totam baſim cartilaginoſam omoplatæ eatendi-
Rhomboides
tur & deſinit, ipſam retrorſum trahens, Rhomboides appellatur. Tertius ab actione ſua, Leuaror di-
Leuator.
ctus, in parte ſuperna ſitus, deſcendit ab apophyſi tranſuerſa primarū quatuor ceruicis vertebrarum in C
Trapezius.
omoplatæ angulum ſuperiorem & eiuſdem ſpinam. Quartus Trapeaius ſitus eſt in parte poſtica: atque
initio membranoſus, mox veto carnoſus oritur ab occipite pene roto, ab omnibus ſpinis ceruicis & o-
cto ſoperioribus verrebris thoracis, indeque inſeritur ſua aponeuroſi in baſim prope totam omoplatæ,
eatendens ſe ſupra ipſius muſculos, vſque in mediam eiuſdem ſpinam, in qua carnoſus inſeritur vſque
ad acromion, partem ſuperiorem clauiculæ, & quodammodo ad coſtam ſuperiorem. Triplicem hic
muſculus habet actionem ratiooe triplicis originis. Prima eſt trahere omoplatam verſus ſuam originem
id eſt, ad occiput & ſpinam ceruicis. Altera eſt, eam trahere retrorſum, per originem, quā habet à qointa
ſexta, ſeptima & octaua ſpina vertebrarum thoracis. Notandom vero diuerſas eiuſmodi actiones, non
obiri ab hoc muſculo per oeruum vnicum, ſed per plures, qui in eum veniunt à ſpinali medulla per fo-
ramina vertebrarum tam ceruicis, quam metaphreni, à quibus ortum ducit. Quod ad duos, qui ſunt
communes omoplatæ & brachio ſeu humero, eos cum humeri muſculis deſcribemus: horum enim al-
Latiſſimus.
ter Latiſſimus dictus, ab oſſe ſacro ad omoplatam & brachium aſcendit. Alter Pectoralis à ſterno & cla-
Pectoralis.
uicula ad omoplatam etiam & brachium pertingit. D

Deſcriptio manus in genere ſumpta. Cap. XX.

OPorteret nunc ordine muſculos brachij deſcribere: ſed ante ſciendum eſt, quid ſit, quod brachium
dicimos. Sed cum id commode intelligi noo poſſit, niſi prius, quid manus ſit, intellexerimus, cum
manus pars brachium ſit, ideo definire ante oporter, quid manus, deinde manum in ſuas partes diuide-
Manus propria & ſtrictius ſumpta.
re. Manus igitur duobus modis vſurpatur, generaliter nempe, & ſpecialirer: generalirer ſompta manus
ſignificat id totum, quod continetur ab articulo omoplatæ cum homero, ad vſque eatremos digitos.
In ſpecie vero id taotom denotat, qood ab extremis cubiti oſſibus, ſeu brachialis initio ad extremos
vſqne digitos comprehenditur. Ergo in genere manus eſt *organum organorum, & inſtrumentorum inſtru-*
Manus in genere quid.
mentum, ad capiendum & continendum deſtinatum. Componitur ea tribus magnis partibus, ſcilicet ea bra-
chio, cubiro & mano ſpecialiter ſumpta. Manus vero ſpecialiter ſumpta, in tres alias partes iterum diui-
ditur, carpum ſeo brachiale, metacarpium ſeu poſtbrachiale, & digitos: omnes hæ partes (cum ſingulæ
non modo ſint partes organicæ, ſed etiam partium organicarum partes) compoſitæ ſunt ea omoibus,
vel certe plorimis partibus ſimilaribus; nempe cute duplici, panniculo carnoſo, adipe, venis, arteriis, E
neruis, muſcolis ſeu carne, tunicis tum communibus, tum propriis, oſſibns, cartilaginibus, & ligamen-
Manus differentiæ à ſitu.
tis, quas omnes ſuo ordine deſcribemus: Sed prius admooitom te velim differentiarum manus à ſitu
ſumptatum: ſunt autem illæ differentiæ ſex numero, aotica, poſtica, ioterna; externa, ſuperna, inferna:
Per Anticam manum eius eam partem intelligimus, quæ à pollice recta ad omoplatam ſpectat: Per po-
ſticam, ipſi oppoſitam partem intelligimus, quæ à minimo digito baſim omoplatæ reſpicit: Per inter-
nam maoum, eam partem accipimus quæ manu naturalem ſitum retineote, corporis latera ſpectat. Pe
Cur manus in tot digitos fiſſa.
eaternam partem ipſi oppoſitam. Superna vero & inferna manus quid ſint, facile auditis oominibus
ipſis, intelligimus. Manus ſpecialiter ſumpta in quinqoe digitos diffiſſa eſt, vt figuras omnes poſſit cō-
prehen-

A prehendere, rotundas nempe, triangulares, quadratas, & cæteras: atque extremis digitis minima corpuſcula colligere, vt aciculas, ſpinulas, ariſtas, & ſimilia. Duas manus natura nobis largita eſt, vt mutuas traderent operas, vtraque vtrinque concurrentes. Sed ad minuta corpuſcula comprehendenda, oportuit digitos natura ſua molles vnguibus armatos eſſe, vt ex carne molli & vngue duro conſurgentes omnibus actionibus ſufficerent: vnguis enim pro fulcro eſt carni molli, quæ alioqui duri corporis occurſu inuerteretur. Vnguium vtilitas eſt ſcalpere, radere, excoriare, dilacerare, minuta corpora conficere, contundere. Non habuere oſſeam duritiem, ne frangerentur, ſed quodammodo cederent. Reliquis tamen animalibus duros vngues largita eſt, vt armorum eſſent loco. Figura rotunda extitere, quia figura eiuſmodi minus externæ iniuriæ obnoxia eſt: & quia attritioni obnoxij ſunt, voluit natura, vt creſcerēt aſſidue. Digitis in parte interna & laterali carnem oppoſuit natura, vt arctius comprimerent, quæ ſemel apprehendiſſent: vtque his compreſſis, liquorem continere, quo minus efflueret, poſſemus. Inæqualis eſt digitorum magnitudo, vt cum expanduntur & diducuntur à ſe inuicem figuram velut circularem
B conficiant: Sic enim fit, vt manus corpora omnia, præſertim rotunda, comprehendere poſſit. Reſtat vt perſequamur venarum, arteriarum, & neruorum diſtributionem, quæ per omnes manus generaliter & ſpecialiter ſumptę, partes exiſtit, quo cōmodius poſtea perſequi partes ipſius omnes proprias poſſimus.

Cur molli digitorum carni vnguem addidit.

Cur vngues aſſidue creſcunt.

Diſtributio venæ Subclauiæ, ac primum de Cephalica ſeu Humeraria.

Cap. XXI.

A Subclauia venæ duæ inſignes deſcendunt: vna, ex parte depreſſiore: altera, ex altiore. Aliquando tamen & ſæpius ambæ illæ ab eadem, communi orificio prodeunt, vt breuis ſtaturæ hominibus in brachio. Harum vna Axillaris, altera Humeralis ſeu Cephalica dicitur: ergo cephalica hæc à ſubclauia egrediens, ſuperficiarie & antrorſum inter muſculum deltoidem & tendinem muſculi pectoralis procedit, mediaque inter muſculorum communem tunicam, & panniculum carnoſum, ad vſque cubiti flexum deſcendit: quo loco emaciatis hominibus manifeſte conſpicua eſt, cum in præpinguibus adipe multo ſepultu, vix cerni poſſit. Hæc vena diſtributis inter deſcendendum tenuibus de ſe ramulis,
C cum cuti, tum muſculis, quibus deſcendens eminet, paulo ſupra brachij apophyſin externam bipartito finditur. Ramorum, in quos finditur, vnus oblique ad partem cubiti anteriorem deſcendens, paulo infra cubiti flexum pari ſibi ramo in eundem hunc lobum coit, & vnitur, vt poſthac demonſtrabitur. Quæ ex concurſu illo conſurgit, vena Mediana dicitur, quod ex duobus ramis conſurgat, & inter ipſos ſita ſit. Medianam hanc in affectibus capitis & hepatis, quibus neceſſaria eſt ſanguinis miſſio, ſecare ſolēt: Quod ſi non ſatis fuerit conſpicua, cum tu eam totius corporis euacuandi gratia ſecandam eſſe iudicaueris, vnum ex eis ramis, quorum concurſu conflatur, ſecare poteris, quem commodiorem duxeris: & quia quilibet ramus ex partibus vicinis ſeruata fibrarum rectitudine trahit potius, quam ex oppoſitis, ſi horum ramorum aliquo ſecto æque caput atque hepar vacuare volueris, oportet vt aperto eo, qui à cephalica (exempli gratia) venit ramo, ipſum ſtatim pollice premas, quouſque iuſta ſanguinis copia ab hepate ducta, per venam baſilicam ſeu hepaticam tibi viſa fuerit, quo facto pollicem tolles, fluereque ſanguinem per cephalicæ apertum illum ramum libero curſu permittes, quouſque tantum detraxeris ſanguinis, quantum ſalubre eſſe iudicaueris: alias ab vna tantum parte euacuabis, nempeà capite. Sic à ſolo iecore vacuares, aperto, qui à baſilica venit & concurrit ramo ad generationem medianæ. Præ-
D terea ſi incidente aperiendæ baſilicæ neceſſitate nullatenus illa conſpicua fuerit, cephalica interim aut mediana conſpicuis, potes loco baſilicæ medianam ſecare: vel ſi lateat, cephalicam: ipſo, vt prædiximus eius trunco pollice compreſſo, ne ſequatur euacuatio à capite, pro ea, quæ ab hepate ſuccedere debet. Idem tibi in baſilica faciendum iudicabis, ſi incidente cephalicæ aperiendæ neceſſitate, non ſe hæc in conſpectum daret. Hodie plerique eorum, qui phlebotomiam faciunt, pro mediana eum baſilicæ ramum aperiunt, qui aſcendit, vt concurſu ſuo cum cephalica medianam conſtituat. Intelligendum vero eſt medianam hanc inter cubitj oſſa duo deſcendere, ad cubiti extremum vſque, indeque in multos ramos diuiſam, tandem in manum externam abſumi pone pollicem, indicem & medium, aut illorum metacarpium. Aliquando in ramum ſequentem regreditur, & tum ad carpum ab illo faceſſit, abſumenda in locum prædictum. Alter cephalicæ ramus, quem nominare poſſumus cephalicum anteriorem & exteriorem, recta in radium medium deſcendens, inde obliquus deerrat in partem brachij poſteriorem vbi ramo à baſilica veniente auctus, in totam externam manum diſtribuitur, quam cum mediana nutriat. Cæterum hi venarum rami ſic per partes commemoratas dilabuntur, vt obiter ipſis neceſſarium commeatum importent.

Cephalica Vena.

Vena mediana.

Quo aſtu ſecta mediana à capite aut hepate ſanguinem magis educeres.

E

Deſcriptio Venæ axillaris.

Cap. XXII.

A Xillaris ad inſertionem muſculi pectoralis vel paulo altius orta, poſtquam duas produxit Thoracicas, finditur ſub muſculi illius tendine in duos inſignes ramos, nempe in axillarem profundam & axillarem ſubcutaneam. Profunda comitem ſemper in ipſo deſcenſu arteriam axillarem & tertium neruorum par habens, poſtquam paruam muſculam externam brachij produxit, in medium cubiti flexum pergit. quo loco demergens ſe cum arteria & neruo in cubiti muſculos, in tres alios ramos diuiditur, quorum vnus cum radio deſcendens ſubter annulum in internam manum delabitur, tribuitque pollici exiguos duos ramulos, duos alios indici, & vnum medio, ſic vt omnes per digitorum illorum latera aſcendant, alter cum arteria deſcendens vt ſuperior, ſecundum cubitum ad manus reliquos digitos ramulos tranſmittit, primi illius inſtar. Tertius antrorſum inter duo oſſa pergit aduſque brachiale &

Axillaris duplex.

Axillaris profunda.

muſculum quadratum. Cæterum notandum, venas, de quibus hic agimus, non eas modo, quas dixi- A
mus, diuiſiones facere, ſed & alias pręterea infinitas, tam in partibus, quas obeunt, quam in manus muſ-
Axillaris externa. culis internis, quos nutriuor. Atque hæc de axillari interna ſeu profuoda. Quod ad externam ſeu ſub-
cutaneam attinet (quæ primo conſpicitur ſub cuce in macilentis præſertim, paululum ſupra apophy-
ſim internam brachij; diniditur eo loco in duos ramos, quorum vnus deſcendens ad flexum brachij cõ-
currit, vniturque cum ramo cephalicæ, propios aut remotius ab illo flexu, vt medianam edat, quemad-
modum prædiximus. Alter ramus, expaoſis ramulis multis variæ longirudinis & craſſitiei, tam in cutẽ,
quam in alias partes vicinas deſcendens, ſecundum inferiorem oſſis eubiti proprie dicti partem, tan-
dem in ramum cephalieum anteriorem & exteriorem, quem diximus, deſcendete ſecundum radij lon-
gitudinem, abſumitur. Sicque vniti io totam manum abeunt: in qua dextra ſaluatellam inter medium
Saluatella & ſpleniti-ca. & indicem digitum conſtituunt: in ſiniſtra vero eodem loco ſpleriticam. Cæterum ſemper aduerte, ſi
forte quid tibi inter diſſecandum ſecus, quam ſcribimus occurrat, tam variam eſſe vaſorum (præſertim
per manum) diſtributionem, vt eius vix certa regula dari poſſit.

Diſtributio axillaris Arteria. CAP. XXIII.

AXillaris arteria à primo ſui initio, quod eſt ſtatim poſt duas Thoracicas, deſcendendo inter muſcu- B
lum bicipitem & brachinm, cum vena axillari profuoda ramum ſatis inſignem diſtribuit, ad mu-
ſculos externos brachij, qui cubitum extendunt, abſumiturque in muſculos externos eiuſdem, ortos
extrinſecus ab apophyſibus brachij. Atque is ramus muſculus dicitur, vt & vena, quæ hanc arteriam co-
mitatur. Inde illa arteria cum ad cubiti flexum peruenerit, demergeos ſe in muſculos digitum flexores,
ramulos quoſdam communicat, partibus attinentibus ad cubiti cum humero dearticulationem, & a-
lias illic ſitas partes, quemadmodum fecit in partibus ſuperioribus, per quas illi huc deſcenſus fuit. Cer-
te vt regula ſit generalis, omne vas quaſdam de ſe per tranſeonam portiunculas partibus omnibus, quas
Axioma anatomicum. obit, elargitur. Quod ſi quæras, cur productiones illas non fuerim perſecutus: Reſpondeo nunquam
mihi in animo fuiſſe, niſi magnos & inſignes ramos vaſorum deſignare, ex quorum temeraria inciſio-
ne, mortis vel morbi periculum contingere queat. Nam minutas omnes ramuſculorum, ſeu venarum,
ſeu arteriarũ, aut neruorum diſtributiones perſequi, & infinitum eſſet & inutile. Arteria ergo hæc in
einſmodi muſculos immerſa, vbi ad mediũ fere eubitum peruenerit, ſtatim vel paulo poſt bifurcatur in
duos inſignes ramos: quorum vnus ſecundum radium, alter ſecundum cubitum fertur in manum, ſu-
bter annulum intrinſecus. In manum enim ambo hi rami diſtribuuntur & abſumuntur, eodem, quo C
diximus, modo de ramis venæ axillaris iotemæ: nempe dimiſſis obiter ramulis aliquot in partes, per
quas viam capeſſunt, tandem de reliqua ſui portione ramus ille, qui per radium deſcendit, duos ramu-
los pollici largitur, vtrinque vnum, indici duos pariter, vnum medio: alter, qui ſecundum cubitum deſ-
cendit, ſimile officium præſtat minimo, ſeu annulari digito & medio, vt oculis innoteſcit.

De Neruis ceruicis, Metaphreni & Brachij. CAP. XXIV.


Septem ceruicalium neruorum paria. Primum par. PErſequendi nunc nobis veniunt nerui brachij, ſed quia hi ex ceruicis, & metaphreni neruis prodeũt
de his quoque præmittendum aliquid cenſeo. Ergo ex ceruice ſeptem prodeunt neruorum paria:
quorum primum prodit ex oſſe occipitis, & prima ceruicis vertebra: quemadmodum & primum par
metaphreni ex vltima ceruicis & prima metaphreni. Omnes autem eiuſmodi nerui in duos vel plures
ramos diuiduntur, ergo duo rami primi paris (vtrinque ſcilicet) pergunt, vnus quidem ad paruũ muſ-
culum tectum, aſcendens à prima ceruicis vertebra ad os occipitis: alter ad muſculum longum ceruicis
2 anteriorem. Secundi paris rami diſtribuuntur, alij quidem cum portione, quam à tertio pari excipiunt
in totam capitis cutem: duo reliqui perguot tam ad muſculos, qui ſunt à ſecunda vertebra ad occiput, D
3 ab eademque ad primam vertebram, quam ad muſculum longum ſupra commemoratum. Tertij paris
nerui communicantur alter quidem capiti, vt prædictum eſt: alij vero muſculis, qui tum caput, tum
ceruicem extenduut ſeu erigunt, vna etiam in laterales propinquos muſculos & partem longi diſtri-
4 butio. Quarti paris nerui pergunt, vnus quidem ad muſculos, tam ceruicis, quam capitis, & ad muſcu-
lum latum: alter vbi aliquam ſui portionem in longũ muſculum & ceruicis laterales dimiſit, cum por-
5 tione quinti & ſexti paris ad diaphragma deſcendit. Quinti paris ramorum, alius ceruicis muſculis po-
ſterioribus & capitis, alter muſculo longo & diaphragmati. Tertius muſculis brachij & omoplatæ, le-
6 uatoribus communicatur. Sexti paris neruorum alius pergit ad muſculos poſteriores ceruicis & capitis,
alter ad diaphragma, tertius cũ portione ſeptimi paris ceruicis, primi & ſecundi metaphreni, ad brachia
7 & muſculos leuatores omoplatæ. Septimi paris ramorũ alius ad muſculũ latum & vicinos cum ceruicis
rum capitis, alter auctus portione quinti & ſexti paris ceruicis, & altera ſecundi & tertij paris metaphre-
ni, in brachium deſcendens, pergit ad manum vſque. Notandum vero, muſculos, qui à multis vertebris
Dorſalia duodecim neruorum paria. originem ducunt, ſiue ſuperne deorſum, ſiue inferne ſurſum, neruos admittere, non ſolum à vertebris,
à quibus ortũ ducunt, ſed & ab illis, quas deſcenſu vel aſcenſu ſuo obeunt. A metaphreni vertebris pro-
deunt duodecim neruorũ coniugationes. Prima ab vltima ceruicis vertebra, & prima metaphreni exiẽs E
diuiditur (nempe vtrinq; quiq; ex ſuo quoq; latere neruus) in duas aut plures portiones, vt & reliquæ
Primum par. omnes. Rami igitur primæ huius coniugationis pergunt, alij quidem ad brachia, vt prædictũ eſt, alij ad
Secundum par. muſculos tã thoracis, quam alios illinc ortos, vel illac iter agentes. Secũdæ coniugationis rami ad eaſdẽ
partes diſtribuuntur, ad quas primæ: at aliarum omnium coniugationem ad duodecimam vſque rami
Reliqua paria. communicantur, alij quidem muſculis intercoſtalibus intus ſub coſtis veris, ad vſque ſternon produ-
cti, & ſub nothis vſque ad muſculos rectos & longos, horumque ramorum intercoſtalium coitu augẽ-

tur

tur nerui coſtales ſextæ coniugationis, dum obiter deſcendunt per radices coſtarum. Aliæ portiones
eiuſmodi neruorum communicantur muſculis tam thoracis, quam ſpinæ, prout eiuſmodi muſculi e-
grediuntur, vel progrediuntur per vertebras, vnde nemis illis ſeu origo eſt, ſeu egreſſus. Sic ergo neruo-
rum brachij origine demonſtrata, reſtat, vt eorum numerum & diſtributionem oſtendamus. Numero
ſunt quinque vel ſex, prodeuntes ex vertebris quinta, ſexta, & ſeptima ceruicis, primam & ſecundam
metaphreni. Quorum primus plane immixtus à quinta ceruicis vertebra, pergit ad muſculum deltoidē
& ſubtenſam ipſi cutem. Alij quatuor aut quinque vbi mutuo ſe complexi fuerint, non ſolum à prima
origine, ſed ad alam vſque vbi primum ſe initio illo complexu expediunt, eo, qui ſequitur, modo diſtri-
buuntur. Primus & ſecundus ad paulo ante commemoratum muſculum, vnde aliquando in manum
vſque deſcendens, obiter communicatur bicipiti, Inde ſub eodem bicipite cum tertio neruo coit. Ter-
tio communicatur cum muſculo cubiti longiſſimo, in cuius flexu in duos ramos finditur ſecundum
cubiti oſſa duo deſcendentes, donec panniculo carnoſo ſubius in cutem, tum cubitum manus abſumã-
tur. Tertius hoc inferior primum ſub bicipite cum ſecundo vnitur, mox ſecretus portionem ſui ad ſub-
ſtratum brachium, ipſiuſque brachij cutem tranſmittit: denique ad cubi flexum antica par-
B te poſtquam peruenit, miſcetur cum quinto. Quartus omnium maximus infra tertium ramum ſub bi-
cipite cum vena axillari interna & arteria delapſus, in partem exteriorem reflectitur, & poſticam bra-
chij, vt illic communicet ſe muſculis cubitum extendentibus, pariter cuti internæ brachij & externæ
cubiti, reliquum huius rami vbi deſcenſu ſuo ad cubiti articulum peruenit, poſt cubiti curuaturam in
duos ramos diuiditur, quorum vnus ſecundum cubitum deſcendens in carpum exterius abſumitur:
alter ſecundum radium, exterius pariter, ſurculis duobus abſumitur in pollicem, duobus aliis in indi-
cē, quinto autem in medium etſi obſcurius. Quintus ramus illis etiam inferior, inter muſculos cubitū
flectentes & extendentes delapſus, vbi pone internam cubiti apophyſim peruenerit, (quo loco prædi-
ximus tertium ramum cum hoc coire) communicatur muſculis internis eiuſdem, indeque in tres por-
tiones finditur, quarum vna extrinſecus per medium cubitum, duobus ramulis pergit ad minimum di-
gitum, totidem ad medicum vno ad medium: reliquæ duæ, vna quidem extus, altera ſubtus annulum
pergunt ad manum, vbi ambæ poſtquam ſui cuiuſque manus muſculis, quod ſuum eſt, largitæ fue-
rint, abſumuntur in alias exiguas quinque portiones, quarum illæ, quæ ſunt ab ea portione, quæ extus
annulum deſcendit, duos ſurculos minimo, duos indici, & vnum medio, tranſmittunt: quæ vero ſunt
C ab ea quæ ſubtus deſcendit, eadem diſtributione aliis ſe digitis communicant, duobus nempe pollici,
duobus indici, & vno medio digito. Sextus omnium infimus & vltimus inter cutim & panniculum
carnoſum delabitur, per internam brachij apophyſim, indeque in cutem cubiti abſumitur.

Nerui, qui feruntur ad brachium.

Figura neruorum.



A. *Monſtrat initium ſpinalis medullæ quatenus in ſpina vertebram primam delabitur* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. *ſeptem ceruicis vertebræ, & neruorum totidem coniugationes inde prodeuntes* 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. *duodecim metaphreni vertebræ* 20. 21. 22. 23. 24. *quinque lumborum vertebræ.* 25. 26. 27. 28. 29. 30. *ſex oſſa oſſis ſacri. Cæterum non hic deſcripſimus os caudæ, tum quia medullam non contineat, tum quod nullus inde prodeat neruus.*

BB. *Portio neruorum, quæ à ſecunda ceruicis coniugatione pergit ad occiput ſeu capitis verticem.*

C. *Portio prima coniugationis. Cæterum lectorem admonitum velim, nos hac figura tantum anteriorem neruorum faciem exprimere, reliquamque portionem retrorſum delapſam in muſculis illic ſitis abſumi.*

D. *Diſtributio rami ſecundæ coniugationis, quæ antrorſum venit.*

EE. *Neruum phrenicum, qui fit ex ramis anterioribus, quartæ, quintæ, & ſextæ coniugationis ceruicis.*

F. *Ramus anterior quintæ coniugationis ceruicis, qui diſtribuitur in muſculos vicinos brachii & clauiculæ.*

G. *Portio ſexta coniugationis, quæ in brachium diſtribuitur.*

H. *Portio ſeptimæ coniugationis ceruicis, & prima ac ſecunda dorſi: cæterum à nota F. vſque ad notam H. deſcribuntur ſex nerui, qui primo quidem complexi, mox complexu illo liberati, hoc, qui ſequitur, modo in brachium diſtribuuntur.*

III. *Primum par neruorum in cutem brachij diffuſorum.*

K. *Secundus neruus ſub bicipite abditus.*

L. *Portio nerui cum mediana exiſtentis.*

M M. *Tertius brachij neruus, qui in manus digitos abſumitur, duobus ſurculis in pollicem, totidem in indicem, vno in medium, aliquando duobus, & tum vno in medium.*

N N. *Quartus brachij neruus, qui pone brachium abſumitur in muſculos ex anteriore apophyſi ortos, vnde & ramulus deſcendit vſque in brachialis cutem.*

O O. *Quintus brachij neruus, qui in manum abſumitur, vt neruorum ſurculos in manus digitis largiatur, qui à tertio pari nullos habuere.*

PPP. *Sextum par ſecundum cutem ad carpum vſque deſcendit.*

QQQQ. *Nerui intercoſtales, qui proximis muſculis diſtribuuntur.* B

RRRR. *Portio neruorum intercoſtalium, qui roborant neruum coſtalem, qui à ſexta cerebri coniugatione in totum inferiorem ventrem diſtribuitur.*

SSSS. *Nerui lumborum, qui in epigaſtrij muſculos diſtribuuntur.*

TT. *Neruus exiguus à lumbis ortus, qui comitatur arteriam ſpermaticam.*

VVV. *Primus neruus femoris, cuius portio cum ſaphena pergit ad extremum vſque pedem.*

Y. *Tertius femoris neruus, qui cum reliquo hypogaſtriæ per os pubis egreditur.*

ZZZ. *Quartus femoris neruus, qui in omnes femoris partes, tibiæ & pedis ſpargitur, abſumiturq́ue in huius digitos, ſic vt geminos neruos ſurſum, deorſumque largiatur.*

&. *Portio neruorum prodiens ab oſſe ſacro diſtributa in muſculum oſſi ilium vicinum.*

Deſcriptio oßis brachij, & muſculorum id mouentium.

Cap. XXV.

Magnitudo & figura. *Brachij epiphyſis.* *Apophyſes brachij.* *Brachij ſeu humeri cum omoplata connexio.*

QVia perfecte deſignare originem muſculorum brachij (præſertim duorum brachicorum) ignorata oſſis eius deſcriptione non potis eſt, id primo deſcribemus, inde ad muſculorum deſcriptionem regrediemur. Os brachij omnium corporis oſſium maximum eſt, ſi femoris os exceperis: teres eſt, cauum & medullæ ſum, magna epiphyſi, ſeu cõdylo capiteue in ſui ſummo donatum ceruici mediocri incumbente, cui per ſimphyſim adnectitur, neque enim aliter epiphyſes ſuis oſſibus committuntur. In ima vero ſui parte duabus apophyſibus, ſeu tuberculis donatum eſt, vno anteriore, altero poſteriore, inter quæ tubercula, cauitas eſt dimidiæ trochlearum orbitæ ſimilis, circa quam cubitus mouetur. Cauitatis illius extrema in duo foramina deſinunt, quorum vnum exterius eſt, alterum interius, ſeu anterius & minus exteriore: cubiti coronas hæc foramina excipiunt: anterius ſcilicet anteriorem, cum cubitus omnino flectitur: exterius vero ſeu poſterius poſteriorem, cum extenditur. Quod ad caput brachij ſpectat, duplicem habet connexionem, vnam cum ſua ceruice per ſymphyſim, id eſt, naturalem oſſium vnionem ſine motu vllo. Alteram cum omoplatæ leuiter cælata cauitate, quam Glenem dicimus, per eam Diarthroſeos ſpeciem, quæ Arthrodia dicitur. Firmatur, ſtabiliturque connexio hæc per muſculos ab omoplata in brachium deſcendentes, tum per ligamenta propria deſcendentia ab orbita & ſupercilio cauitatis acromij & coracoidis ad hoc brachij caput: hoc ipſum caput parte ſua interna magis, quã anteriore velut fiſſum eſt & cauatum, vt deſcenſum aperiat vni ex ligamentis muſculi bicipiti ab omoplata venienti. Quod ad inferiorem oſſis brachij partem ſpectat (quam diximus duas habere apophyſes) dicere poſſumus, ipſam cum cubito in genere dicto, duabus articuli ſpeciebus eſſe connexam, nempe per Ginglymum cum oſſe cubiti proprie dicti, & per arthrodiam cum radio, qui leuiter cælata cauitate, apophyſim anteriorem brachij recipit, & circa eam voluitur ad motum manus. Apophyſis poſterior præcipue addita eſt venarum, arteriarum, & neruorum conſeruationis & præſidij cauſa. His ſic demonſtratis, operæ pretium eſt, noſſe brachij ipſius, qua inter epiphyſes apophyſeſque commemoratas patet, figuram, vt in fracturæ caſu id conuenienter reſtituere poſſimus: intelligendum ergo primum eſt, id os quodammodo intrinſecus ſimum & cauatum eſſe, ſub fiſſura ſui capitis: extrinſecus vero & antrorſum, gibbum. Cum igitur id mobile futurum eſſet, antrorſum & retrorſum, ſurſum & deorſum, natura ipſum tot motuum gratia octo donauit muſculis: ſex nempe proprijs & duobus cum omoplata communibus. Quorum omnium duo ipſum mouent in partem anteriorem, duo in poſteriorem, duo in ſuperiorem, & duo in inferiorẽ. Quod haud ita intelligendum eſt, quaſi duo illi muſculi recta ipſum moueant in partẽ anteriorẽ, nullatenus ſurſum aut deorſum inclinando: duo ipſum ita moueãt ſurſum, vt nulla fiat antrorſũ aut retrorſum inclinatio: ſed huius aut illius muſculi ope & propria actione nõ niſi in hanc aut illam partem moueri. Sic igitur ſi pectoralis cum ſuo comite agat, ſemper trahitur in partem anteriorem brachium, vt deltoide cum comite ſuo agente, ſurſum ſemper mouetur: idemque eſt de reliquis iudicium. Quod vero ad originem & inſertionem eiuſmodi muſculorum attinet, duorum, qui antrorſum brachium mouent, vnus pectoralis ab origine dictus, à claui pluſquam dimidia, & ſterno prope toto, ſexta, ſeptima & octaua coſta ortus, pergit & alligat ſe ad coracoidem, membrana ſatis valida ſeu tendine membranoſo (qua ratione dicitur communis omoplatæ & brachio) pergitq; in brachium inter deltoidem muſculum, & bicipitem tendine valido, ex fibris ſe decuſſantibus cõflato, quarum aliæ à clauicula & parte ſuperiore ſterni deſcẽdunt, aliæ aſcendunt ab origine huius inferiore, ſexta nempe,

Brachij cum cubito connexio. *Figura brachij.* *Muſculi ipſius oſſis.* *Pectoralis muſculi ortus & inſertio.*

(Margin letters: C, D, E)

A nempe, ſeptima & octaua coſtis, & quanquam huius muſculi actio diuerſa ſit, propter fibrarum ex diuerſis locis ortarum diuerſitatem, ſemper tamen brachium antrorſum trahit, ſiue ſurſum, ſiue deorſum ſiue ad pectus abducat: alter illi comes deſcendit à toto labro ſeu ſupercilio ſimæ ſeu cauæ partis omoplatæ, quam implet in brachij parte anteriore iuxta ipſius caput. Quod ad duos ſpectat leuatores, ſeu qui ſurſum brachium mouent, primus Deltoides à claui ferme dimidia, acromio, & tota omoplatæ ſpina deſcendit in partem brachij anteriorem digitorum quatuor infra articulum latitudine. Diuerſas habet pro fibrarum diuerſitate actiones, vt & omnis muſculus: tamen quacunque ratione contrahatur, ſeu fibris claualibus ſolis, ſeu ſolis ſpinalibus, vel ambabus ſimul, ſemper brachium ſurſum leuat & erigit. Alter illi ſocius deſcendit à gibba parte omoplatæ contento inter coſtam ipſius ſuperiorem & ſpinam, inter acromion & coracoidem, ad brachij ceruicem: atque hic Epomis vel Scapularis nobis dicetur. At duorum muſculorum, qui brachium trahunt retrorſum, primus, & maior oritur ex maxima parte labri exterioris partis gibbæ omoplatæ, quod eſt ſub eiuſdem ſpina, atque omoplatæ ipſi incumbens, pergit in brachij partem poſteriorem ſuper ipſius ceruicem. Alter illi contiguus & operis ſocius, ſed minor, egreditur ex ſuperiori & exteriori parte coſtæ inferioris omoplatæ, indeque ſe quadantenus extendens ſupra gibbam ipſius partem coſtæ illi vicinam, in brachium pergit. Hic muſculus cum priori idem eſſe videtur, extrinſecus carnoſus etiam ſupra humeri caput: Ex duobus, qui deorſum trahunt, vnus & minor, egreditur ex recta linea coſtæ in omoplata imæ, pergitque in partem brachij inferiorem circum ceruicem ipſius. Alter latiſſimus dictus aſcendit ex ſpinis oſſis ſacri, lumborum, & ſæpe nouem inferioribus metaphreni, per angulum inferiorem omoplatæ, in quem inſeritur tendine membranoſo, & in partem interiorem brachij iuxta ceruicem altero tendine robuſto: ex quo hic muſculus communis dicitur omoplatæ, & brachio. Cęterum cum vulnus aliquod in hunc muſculum incidit, non poteſt facile extendi & erigi brachium.

Deltoides. *Epomis.* B

Deſcriptio oſſium cubiti, & muſculorum ipſa mouentium.

Cap. XXVI.

POſt hos muſculos veniunt illi, qui cubitum flectunt, & extendunt, ſed quia commode demonſtrari eorum nequit inſertio, niſi prius oſſibus cubiti deſcriptis: ideo ante omnia oſſa ipſa ſuis depingemus C lineamentis. At vero ne cubiti nomen ambiguum obſcuritatem pariat, notandum in primis eſt, triplicem ipſius eſſe ſignificationem: ſæpe enim vſurpatur pro manus tota illa parte, quæ brachium, carpumque interiacet, ſæpe pro oſſe inferiore partis illius, ſæpe pro oſſis ipſius parte ſuperiore, quæ intra brachij orbitam ſeu cauitatem, haud aliter quam chorda in trochleo orbiculo circumagitur, & appellatur Olecranon. Hic certe nomen cubiti in prima vſurpamus ſignificatione. Quare cubitum ex duobus oſſibus coagmentatum dicimus, quorum vnum radium appellamus, ſeu brachij focile minus: alterum proprio nomine Cubitum dicimus. Duo hæc oſſa ſuis extremis adhærent, arcte validis ligamentis colligata. At intermediæ & extremis interiectæ partes multo à ſe inuicem diſtant interuallo, pręſertim verſus ima: commodioris ſitus & egreſſus muſculorum ac vaſorum à parte intima ad extimam gratia, vt demonſtrabitur ſuo loco. Radius duas habet epiphyſes, ſeu appendices: ad extremum ſuperius vnam, alteram ad inferius. Superior rotunda & in ſuperficie ad formam peluis excauata, recipit apophyſim anteriorem oſſis brachij, eidem allegata validis ligamentis, tam ex illa brachiali apophyſi, quam ex olecrano in eiuſmodi radij epiphyſeos ambitum deſcendentibus. In eum vſum hæc eſt comparata connexio, vt cubito circum illam apophyſim obuoluto & circumacto pronam & ſupinam manum obuertere liceat. At eiuſdem radij inferior epiphyſis, intus caua eſt, vt commodius recipiat oſſa carpi, extra vero gibba, vt tutior exiſtat: iam radius ima parte mollior & craſſior eſt: minor vero & durior ſumma: quo D loco ad interiora extat tuberculum, quo muſculum recipiat bicipitem. Præterea in parte extima & media, nonnihil gibboſus & rotundus, quo tutior eſſet ab externorum corporum occurſu: at interiore ſimus ad commoditatem eius, quæ manu fit, apprehenſionis. Qua vero parte os cubiti proprie dicti reſpicit, repandus exiſtit, ad commodiorem muſculorum originem & ſedem: denique ſitus eſt ſuper os cubiti è regione pollicis.

Cubitus quid ſignificet. *Olecranon quid.* *Cubiti oſſa duo.* *Radij duæ epiphyſes.*

Os vero cubiti proprie & ſpecialiter dicti, duas pariter habet epiphyſes, ſuperiorem vnam, alteram inferiorem. Superior, quæ eadem maior eſt, aptatur cum brachij orbita, in qua it, reditque ad extenſionem & flexum brachij, haud aliter, quam corda intra trochleæ orbiculum, niſi quod gyrum ſeu circumuolutionem integram non abſoluit, ob duos eius proceſſus magnitudine inæquales, quique ob id ſiſtuntur in foraminibus ſeu cauitatibus oſſis brachij: quo minus quidem perfecta ſit extenſio, proceſſus maior, quem olecranum diximus, foramine exteriore impeditur: ne vero perfectus ſit flexus, proceſſus minor foramine interiore. Eiuſmodi compoſitio oſſium fit per Ginglymon, firmaturque non ſolum ligamentis communibus venientibus à muſculis, qui ipſa oſſa mouent, ſed etiam ligamentis propriis deſcendentibus ex apophyſibus brachij & labris foraminum, cauitatumq; epiphyſim cubiti circumſtantiū. Altera epiphyſis inferior & minor parte interna quadamtenus caua eſt, ad commodiorem oſſium E carpi receptionem: externa vero rotunda in mucronem deſinens, vnde Styloides Græcis dicitur. Iam vero contra quam in radio id cubiti os craſſius eſt brachium verſus, ad carpum vero tenuius. Sed & craſſiore in parte intrinſecus ſimum eſt, eademque in parte extrinſecus gibboſum: cæterum teres eſt & rectum, niſi qua parte radium cui ſubeſt ſpectat, cætera cauum & medulloſum radij inſtar. Situs radij obliquus eſt: cubiti vero rectus, vt fœlicius & facilius brachij motus abſolueretur: quia motus per quem brachium extenditur & inflectitur, fit ad rectam lineam: at per quem conuertitur, nempe in

Radij figura & ſitus. *Oſſis cubiti duæ epiphyſes.* *Quid olecranum.* *Figura oſſis cubiti.*

pronum & ſupinum fit lateraliter & circulatim. Itaque radium obliquum eſſe expediuit, cubitum ve- A
ro rectum: nam os cubiti deſtinatum eſt ad obeundam extenſionem & flexum brachij, radius autem
ad obeundas brachij rotationes & circumactiones: atque hæc cauſa extitit cur diuerſam eiuſmodi oſ-
ſium cum brachio connexionem eſſe oportuerit. Iſta ſane de horum oſſium natura dici oportuit, vt in
fracturarum curatione, tutius & fælicius poſſimus operari, indicatione ſumpta ab eo quod naturæ eſt

Muſculi cubitum mouentes.

congruens. Quare reſtat vt veniamus ad deſcriptionem muſculorum, qui in brachio ſiti cubitum in ge-
nere dictum mouent. Hi quatuor ſunt numero: duo extẽdentes, & duo ipſum flectentes. Flectentium

Biceps.

primus Biceps dicitur, à gemino capite, quorum vnum à coracoide, alterum à labro cauitatis omopla-
tæ per fiſſuram capitis oſſis brachij deſcendit. Gemina hæc capita ſub brachij huius ceruice carnem in-
duentia arcte vniuntur ad ventrem & medium brachium: ſicque vnita tandem implantantur forti ten-
dine ad radij tuberculum interius. Alter dicitur Brachieus, ob arctam quæ illi eſt cum oſſe brachij co-

Brachieus.

hærentiã: Is ſub bicipite affixus obliquę deſcendit ex parte poſteriore & ſuperiore oſſis brachij in ſum-

Longus.

mum radium & magis cubitum intus. At extendentium primus Longus dicitur, deſcendit is ab omo-
platæ coſta inferna, atque oſſi brachij hærens eo pergit (affixus ac velut mixtus ſemper ſocio ſibi muſ-

Breuis.

culo arctiſſime, præſertim iuxta cubitum) quo mox audies, Alter Breuis dictus, longi illius ſocius, deſ- B
cendit ex parte poſtica ceruicis oſſis brachij, priori longo muſculo connatus & ſubiectus, ſic vt commu-
ni lato tendine conflato, foris carnoſo, intus neruoſo, in olecranum inſerantur, vt communi opera cu-
bitum extendant.

Deſcriptio oſſium Carpi, Metacarpii & Digitorum. CAP. XXVII.

Manus propriè ſumpta quid ſit.

DIximus ſupra, manum preſſius ſumptam, diuidi in Carpum, Metacarpium, & Digitos: definiri e-
nim in ea ſignificatione manum extremitate oſſium cubiti, & digitorum. Carpi partes omnes,
quæ illi cum metacarpio ſunt communes, abunde quoque fuere expoſitæ: hoc tantum reſtat notandũ,
cutem tam manuum, quam pedum, mediæ eſſe naturæ inter puram carnem & puram cutem: haud ali-
ter, quam ea, quæ frontem tegit: niſi quod quæ manibus pedibuſque ſubtenſa eſt, ſit immobilis. Cæte-
rum denſiſſima, præſertim in pedibus, ne aſſiduo inceſſu facile offenderetur. Præter partes communes
carpus compoſitus eſt ex octo paruis oſſibus, ordine certo inuicem connexis, atque per diarthroſim
cum duobus cubiti oſſibus: at mutuo & ſibi inuicem per ſynarthroſim, interuentu cartilaginum & li-
gamentorum, tam communium, nempe à muſculis venientium, quam propriorum, à primis ſemper in
ſequentia deſcendentium. Sunt vero eiuſmodi oſſa alia aliis minora, dura præterea & medullæ exper- C
tia, extrinſecus gibba, ſecuritatis & venuſtatis manus gratia: at intrinſecus caua ad tranſitum tendinum
in digitos pergentium. In duos ordines eiuſmodi oſſa ſunt diſpoſita. Primus ordo tria tantum continet,
quinque vero ſecundus. Tria primi ordinis ſic ſunt collocata, vt vnum recipiat epiphyſim ſtyloidem
cubiti, alterum cubitum & radium ſimul excipiat: tertium excipiatur à radio. Quinque vero ſecundi
ordinis oſſium tria ſuſtinent, quatuor oſſa metacarpij iiſdemque connectuntur per Synarthroſim,
quo eodem connexionis modo primi ordinis oſſibus coniuguntur. Quartum ſuſtinet primum os pol-
licis, cui etiam per Synarthroſim coarticulatur. Quintum & vltimum intrinſecus ſitum eſt è regio-
ne cubiti, præſertim ſuper id os primi ordinis, quod ſtyloidem recipit cubiti: hoc omnium eſt minimũ
& imbecillimum, propter ſubſtantiam eius cartilaginoſam, quæ annulum conſtituit, cum quibuſdã li-

Quid annulus.

gamentis traiicientibus ab vna extremitatum lateraliũ & interiorum carpi, in alteram. Annulus hic eo
loci poſitus eſt tam ad conſeruationem neruorum, venarum, & arteriarũ ſub illo tranſeuntium (ne dũ
manui innitimur, aut carpo, eiuſmodi partes compreſſione læderentur) quam ad commoditatẽ actio-
nis muſculorum digitum flexorum, qui actionem ſuam obeuntes, ac ſe contrahentes manum defor-
mare potuiſſent ſuo extra carpi cauitatẽ egreſſu. Nam quæ chordis fit attractatio, modo libera ſit ac D

Metacarpij oſſa.

non impedita, ad rectam fit lineam. Sequuntur nunc oſſa ſecundæ partis manus ſeu metacarpij. Qua-
tuor numero hæc ſunt, gibba extrinſecus, intrinſecus vero arcuata, nempe caua in medio. Hinc enim
palma, vel certe palmæ pars maior, ſuis à ſe inuicem dehiſcunt extremitatibus, vt in illis velut rimis lo-
cum & ſitum inuenirent muſculi Interoſſei dicti. Cæterum epiphyſi donatæ ſunt extremitates illæ, vt
in infantis ſceleto potes animaduertere. Notandum vero, quod per primum os carpi aut metacarpij, id
intelligimus, quod eſt in anteriore manu, quod nempe ſub pollice eſt in carpo, & ſub indice in meta-
carpio, vt quæ ſuo ordine digitos contineant neceſſitate & dignitate reliquorum facile primos. Poſt

Oſſa digitorum.

hæc ſequuntur quindecim oſſa digitorũ, tria nempe cuiuſque, caua, fiſtuloſa, medullæ tenuis & liqui-
dæ, non craſſæ & ſpiſſæ, vt in brachio & femore plena. Extrinſecus gibba ſunt, intrinſecus vero caua &
plana ad tendinum intrinſecus ſecundum digitorum longitudinem, vſque ad vltimum articulum aſcẽ-
dentium ſitus opportunitatem. Quam vt natura amplius confirmaret & conſeruaret, produxit ex la-
bris cauitatum internarum eiuſmodi oſſium, ligamentum membranoſum & validum, quod tranſuer-
ſum ab vno extremo ad aliud pergens, ſic arcte tendines oſſibus ipſis adaptat, vt egredi loco nequeant,
vel in alterutrum latus inclinare. Connexa ſunt extrinſecus, vt comprehendendi actioni com- E
modius inſeruirent. Quod vero ad prima quinque digitorum oſſa, quatuor coniuncta ſunt toti-
dem oſſibus metacarpij per ſynarthroſim: nullo namque manifeſto motu mouentur oſſa metacarpij.

Qua ſit connexio digitorum inter ſe.

Quintum cum ſecundo ordine oſſium carpi connectitur: itaque nequit iſtud os attribui metacarpio,
vt nonnulli ſcripſerunt, cum motum habeat manifeſtum ac per diarthroſim connectatur; metacar-
pij vero oſſa per ſynarthroſim tantum componantur. Quod ad ſecundam & tertiam digitorum pha-
langem, connectuntur quidem ſecunda primæ & tertia ſecundæ per diarthroſim & arthrodiam, quia
præter motum, quem habent manifeſtum, cauitate excipiunt ſuperficiaria, nempe quæ ſunt primi or-
dinis,

A dinis, metacarpij oſſa ſecundi ordinis primam digitorum phalangem: tertij ordinis ſecundam. Suntq; omnia digitorum oſſa baſi ſua maiora & craſſiora, in extremo vero tenniora, & colligata ligamentis, præſertim propriis, quæ (vt ſupra dictum eſt) deſcendunt ex primis ad ſecunda: ſic vt poſtrema oſſa cũ non habeant, cui neruum ſuum communicent, ex eo vngues proferant & producant. Quare vngues gignuntur ex fibris ligamentorum, & tendinum excremento, quæ ad extrema radicis vnguium terminantur. Reſtant oſſa Seſamoidea. Hæc numero ſunt nouemdecim in manuum ſingularum articulis internis, totidemque in ſingulis pedibus: nempe duo in primo quatuor digitorum articulo & ſecundo pollicis, & vnum in reliquorum ſingulis. Quod ad articulorum partes internas ſpectat, vnum in earum ſingulis, vt plurimum notare licet: in ſecundo tamen pollicis duo reperiuntur, ſuper duos tendines nõnihil cartilaginoſos. In eum vſum comparata ſunt, vt confirment & ſtabiliant articulos, nempe vt dum extenduntur vel flectuntur oſſa digitorum, non inuertantur, ſuiſue ſedibus diſſiliant per validos & violentos motus: quemadmodum contingit aliquando in mola genu. Seſamoidea dicuntur à figura ſeminis ſeſami, quæ longiuſcula eſt & plana.


Vnde Vnguibus origo.

Seſamoidea.

Vſus eorum.

B

Manus oſſium figura.



C

Facies interior manus recta, in qua A. B. C. *monſtrant primum ordinem oſſium carpi, qui immediate inarticulatus eſt cum radio.*

D. *Monſtrat quartum os eiuſdem ordinis, quod cum oppoſito notato nota* E. *ſuſtinet ligamentum annuli authorem.*

E. F. G. H. *Notant quatuor oſſa poſteriora articulata cum oſſibus metacarpii, & primo pollicis.*

I. K. L. M. *Notant quatuor oſſa metacarpii.*

a. *Monſtrat os ſeſamoideum, ex quo de reliquis indicabis: bina enim diſpoſita ſunt in prima digitorum dearticulatione.*

N. O. P. Q. R. *Monſtrant quinque oſſa primæ phalangis digitorum.*

S. T. V. X. Y. *Oſſa quinque ſecundæ phalangis digitorum & pollicis.*

3. 4. 5. *Oſſa vltimæ phalangis digitorum.*

D



Quarta figura externæ faciei oſſium manus dextræ.

In qua, literæ, quas vides, eadem oſſa declarant, quæ in Brachiali aut Metacarpio notabant figura ſuperiori.

De Muſculis, qui in cubito ſiti, radium, & cum eo manum mouent. A

Cap. XXVIII.

DEſcribendi nunc ſunt muſculi ſupra deſcriptarum partium, nempe qui in cubito ſiti ſunt: qui ad internam manũ feruntur, & qui ſint Interoſſes. Ergo cubiti muſculi exiſtunt quatuordecim: ſeptẽ externi, ſeptẽ interni, ſeptem externorũ duo inuertunt radiũ primo & ſecundo, ac per accidens manũ reſupinant ſic vt palma cœlum vel faciem verſus obuertatur, ex quo ſupinatores vel manum inuertentes dicuntur: duo carpum extendunt, ex quo carpi tenſores: duo digitos, ex quo digitum tenſores dicuntur: ſeptimus denique & vltimus abductor aut obliquator externus nuncupatur. Supinatorum duorum primus longus dicitur, vel longiſſimus, quod à brachio externo ſupra apophyſes ipſius deſcendat, ac tendine rotundo & forti in imam epiphyſim inſeritur. Alter oblique deſcendit ab apophyſi externa & ſuperiore brachij, atque ad tertiam radij partem inſeritur tendine membranoſo & carnoſo antrorſum & introrſum. Duorum carpi tenſorum, ſupra radium deſcendens ab externa & ſuperiore apophyſi brachij, duobus tendonibus inſeritur in primum & ſecundum os metacarpij, quæ indicem & medium digitos ſuſtinent. Alter & inferior ex eodem loco cum ſuperiore ſupra cubitum deſcendens, inſeritur in quartum os metacarpij, quod minimum ſuſtinet digitum. Hi muſculi dum ſoli agunt, ſinguli nempe eum ſuo antagoniſta anteriore, nempe carpiflexore, totam manum proprie dictam oblique ſurſum aut deorſum mouent. Digitum tenſorum primus & maior ab olecrano ortus ſeu cubiti oſſe, ſuperficiarie deſcendit inter cubiti oſſa duo ad carpum vſque, quo loco in quatuor tẽdines finditur, qui ſub annulo illic ſito tranſeuntes deſinunt (ſinguli diſcreti communi ligamento ſupra oſſa metacarpij) in vltimum quatuor digitorum articulum, arcte nihilominus adhærentes oſſibus, ſupra articulum illum exiſtentibus. Alter minor ex medio fere radio ortus, obliquè ad pollicem pergit, in quem deſinit duobus tendinibus, craſſiore vno, qui in radicem ipſius pollicis inſeritur, quemque à reliquis digitis abducit Altero tenuiore ad vltimum vſque articulum producto, pollicem dum agit extendente. Septimus abductor ſeu obliquator, ſitus eſt ad poſteriorem manum, id eſt, verſus minimum digitum: hunc ſæpius reperimus bifidum, imo trifidum hoc anno in tribus aut quatuor cadaueribus nobis videre contigit. Portio vna tendebat ad latus poſterius digiti annularis duobus tendinibus, altera pariter ad medium & indicem, tertia ad pollicem. Et quanquam ſic diuiſus cernatur, nonnulli tamen ipſum pro vno muſculo duxerunt, quod vnicam habeat originem, vnamque actionem, abducendi nempe digitos retrorſum. Alij huic pollicis tenſorem addiderunt, propter communem ipſis ortum: ſicque ex quatuor muſculis vnum conſtituerunt in ſeptem tendines, ſic vt dictum eſt, diſtributos, diuiſum. Quando vero obliquator annularis deficit, vt ſæpe fit, digitum tenſor ipſius ſupplet defectum certis villorum tendinoſorum productionibus. Sed & nonnulli ſcripſerunt, muſculum illum, quem ſeptem tendinum diximus, productionem tantum eſſe muſculi profundi anterioris, quæ tranſmitteretur per oſſium cubiti interſtitium: malim tamen ipſum ſeorſim muſculum conſtituere, propter arctam illius cum oſſibus, brachio, & radio adhæſionem. Atque hæc de muſculis cubiti externis, quos ſeptenario, vt fecimus, numero potes comprehendere: vel ſenario, ſi ex quatuor vnum conſtitueris: vel nouenario, ſi hunc in quatuor muſculos reſoluere malueris cum Galeno: vel octonario, ſi eundem illum muſculum in tres tantum diuiſeris. Reuera enim non admodum frequenter abductor ille ſeu obliquator annularis in hominibus reperitur. Veniendum nunc ad cubiti muſculos internos, quorum primus palmæ manus cutem conſtituit, ex quo Palmaris dicitur. Secundus & tertius actionis communione iuncti impronant radium, & proinde manum, ſic vt palma deorſum pedes ſpectet, ex quo Pronatores dicuntur. Quartus & quintus officij etiam affinitate vincti carpum flectunt, ex quo Carpiflexores nuncupantur. Sextus & ſeptimus flectendæ, primæ, ſecundæ & tertiæ digitorum phalangi ſunt deſtinati, ex quo Digitum flexores dicuntur. Quod ad ortum attinet, palmaris omnium minimus & ſuperficiarius carnoſus deſcendit ab apophyſi poſteriore interni brachij ac paulo poſt in tendinem prælongum deſinens & tenuem, abſumitur in palmæ manus cutem ad extremos vſque digitos. Neceſſe enim erat, eiuſmodi cutem arcte hærere partibus ſubiacentibus, non ſolum ad commodiorem comprehenſionẽ, ne inter comprehendẽdum cutis illa corrugaretur, atque à palma & digitis abduceretur, ſicque impedimento eſſet, ſed præterea vt manus exactiore eſſet ſenſu in diſcernendis calido, frigido, & humido & ſicco, leni, æquali, aſpero, molli, duro, magno, paruo & aliis eiuſmodi qualitatibus. Hinc ſequuntur duo Pronatores: quorum vnus rotundus dictus, venit oblique à parte interiore apophyſis poſterioris brachij, ad medium fere radium, cui adhæret per tendinem membranoſum & carnoſum vſque ad inſertioni locum deſtinatum. Alter quadratus, tres aut quatuor digitos latus, vtcumque tamen tenuis, introrſum ſub omnibus muſculis ſitus, qui parte interna ad carpum deſcendunt aut digitos, ſuper oſſium cubiti extrema, tranſuerſim ab imo oſſis cubiti aſcendit in ſummum radium, vbi deſinit tendine membranoſo. Carpiflexores ambo oriuntur ab apophyſi poſteriore, ſed interna, & oblique deſcendunt (alter altero magis minuſue) vnus quidem ſecundum os cubiti, alter vero ſecundum radium. Atque is, qui ſecundum cubitum deſcendit, inſeritur in octauum os carpi, quod diximus partem annuli conſtituere: alter, qui radium ſequitur maiori ſui parte in os carpi, reliqua in primum os metacarpij indicem ſuſtinens inſeritur. Reſtant Digitum flexores: qui quia mutuo ſibi incumbunt, ſuperior dicitur Sublimis; inferior vero Profundus. Sublimis ortus ex parte interna & interiore apophyſis poſterioris brachij, & ex partibus ſuperioribus cubiti & radij deſcendit inter duo cubiti & radij oſſa diuiſus, vſq; ad carpum & annulum: quo loco in quatuor tendines diuiſus inſeri-

Supinatores. Carpi tenſores. Obliquator externus. Supinatorũ primus. Secundus. Carpi tenſorum ſuperior. Inferior. Digitum tẽſorum maior. Minor. Obliquator externus ſeu abductor.

Muſculi cubiti interni. Palmaris. Pronatores. Carpiflexores. Digitum flexores.

Pronatores duo.

Sublimis digitũ flexor.

B C D E

A inſeritur in ſecundam quatuor digitorum dearticulationem, quam vi propriæ & ſuæ illius inſertionis flectit, quemadmodum & primam, tam vi ligamenti communis, quam quarũdam ex ſe fibrarum, quas eo in tranſitu obiter dimittit. Sunt vero quatuor hi tẽdines iuxta ſuam hanc inſertionem in duo diuiſi, vt tranſitum aperirent, & robur adderent tendinibus profundi muſculi, deſcendentibus in tertium & vltimum digitorum articulum. At vero Profundus hic muſculus ortus ex partibus ſuperioribus & internis cubiti & radij inter duo illa oſſa ſub ſublimi deſcendit, etiam ad carpum vſque indiuiſus: quo loco in quinque tendines finditur, quos ſub ligamento communi profert, diuiſionibuſque tendinum muſculi ſublimis, vſque in vltimum omnium digitorum articulum, quem propria illa ſua inſertione flectunt, quemadmodum primi & ſecundi articuli digitorum phalanges, vi ligamenti communis & fibroſarum productionum, quas obiter ipſis largiuntur: præter commemorata cernitur etiam ligamentum quoddam membranoſum, quod tendines in digitorum ambitu cingit. *Profundus digitum flexor.*

De muſculis internæ manus. CAP. XXIX.

Numerus. INternæ manus muſculi ſeptem ſunt numero. Primus appellatur Thenar, quod maximam partem
B palmæ conſtituat. Secundus à ſitu Hypothenar. Tertius Adductor externus pollicis ad indicem. Quatuor reliqui nominantur Lumbrici, à figura: vel Adductores quatuor digitorum ad pollicem. Primus igitur Thenar dictus, cæteris craſſior, oritur ab omnib. oſſibus metacarpij, ducto ab eo oſſe initio, quod *Thenar.* annularem ſuſtinet: vnde aſcendens ſecundum lineam vitalem ad extrema vſque primi oſſis metacarpij indicem ſuſtinentis, longiſſimis tandem fibris inſeritur in vltimum pollicis articulum: medijs vero & breuiſſimis fibris fere in omnem partem interiorem oſſium duorum articulorum præcedentium: hacque de cauſa pollex adducitur ad reliquos digitos, ab iiſdem que abducitur origine ſua inferiore. Nonnulli hunc in tres muſculos diuidunt ratione actionum diuerſarum: vnius ortum à radice oſſis metacarpij annularem ſuſtinentis: alterius vero à medio illo oſſe metacarpij, quod medium digitum ſuſtinet: tertij vero à ſuperiore extremitate eius, quod indicem fulcit, vt ſit omnium ea, quam diximus, inſertio. Sed tamen prior nobis magis arridet ſententia, vt confuſio vitetur, ſitque breuior de numero muſculorum doctrina. Hypothenar oritur à quarto oſſe metacarpij, & ab eo carpi, quod ipſum fulcit: *Hypothenar* indeque fibris longiſſimis inſeritur in ſecundum annularis articulum. Itemque in primum breuiſſimis: quo nomine, itemque duplicis actionis reſpectu ipſum nonnulli duplicem fecere, vt vnus ſit, qui ipſum
C à reliquis abducit, alter vero, qui ipſum ad pollicem adducit. Tertius externus pollicis, deſcendit ex primo oſſe metacarpij in primum & ſecundum pollicis articulum. Quare nonnullis duplex dicitur. *Abductor externus pollicis.* Lumbrici ſiue quatuor externi Adductores quatuor digitorum oriuntur ex membrana, inueſtiente & religante digitorum flexorum tendines, tandemque deſinunt lateraliter verſus pollicem exiguo tendine vſque ad ſecundum quatuor digitorum articulum. *Lumbrici.* Reſtant Interoſſes metacarpij: ſex ſunt hi, in ſingulis interſtitijs duo, internus vnus, & externus alter: quorum internus fibris obliquis deſcendens à latere *Interoſſes metacarpij.* primi oſſis metacarpij tendit in digitorum etiam latera, vt arctius metacarpij oſſa ſibi inuicem adiungat, cuiuſmodi actio elucet, cum in ſtrictiores chirothecas digitos intrudimus, aut cum manum incauamus. Nonnulli putant ipſum iuuare etiam adductionem digitorum pollicem verſus. Externus aſcẽdit per fibras etiam obliquas à lateribus ſecundi oſſis metacarpij, ad primos digitorum articulos, internum quem nuper deſcripſimus ad literæ x ſimilitudinem, interſecans ad palmam manus extendendam & iuuandam digitorum à pollice abductionem. Nunc totius manus in genere ſumptæ muſculorum deſcriptionem concludentes, notabis illos numero eſſe nouem & triginta: nempe octo brachio mouendo deſtinatos, quatuor cubiti in genere ſumpti motui adſcriptos: ſeptem à parte externa in cubito, totidem ab interna in eodem cubito ſitos, radium & cum eo manum mouentes: ſeptem à parte interna *Muſculorũ manus totius in genere ſumpta.*
D manus: ſex denique Interoſſes. Nonnulli maiorem hunc numerum faciunt, nouem eſſe dicentes à parte cubiti externa, & vndecim in manu interna.

Deſcriptio cruris in genere ſumpti. CAP. XXX.

POſt manum, Cruris ſequitur deſcriptio. Ergo vt tollatur omnis ambiguitas, primo Crus definiemus: inde diuidemus in partes magis & minus compoſitas: tertio perſequemur ea omnia, quæ partibus illis omnibus ſunt communia: quarto quæ ſingulis ſunt propria: tumque anatomico huic operi finem Deo duce imponemus. *Cruris acceptio multiplex.* Cruris igitur nomen duobus modis vſurpatur, nempe generaliter & ſpecialiter, & rurſum ſpecialiter duobus modis, vel abſolute & ſimpliciter, vel cum adiuncto. Simpliciter quidem pro eo omni, quod genu, pedeque interiacet: Cum adiuncto vero, pro maiore eius oſſe. Crus vero in genere ſumptum *motus progreſſiui eſt inſtrumentum*, id totum continens, quod eſt ab Iſchio ad extremum pedem: diuiditur in tres magnas partes, nempe in femur, in crus ſpecialiter ſumptum, ſiue tibiam, & in pedem. *Crus in genere quid & quot ac quæ eius partes.* Per femur intelligimus id, quod Iſchion genuque interiacet. Per Crus ſpecialiter dictum, ſiue tibiam, quod genu, pedemque interiacet. Per pedem vero, quod inde eſt ad extremos vſque digitos. *Quid femur. Quid crus ſpecialiter ſumptum.* Pedem rurſum in tres partes diuidunt, nempe Tarſum, Pedion, & Digitos. Per tarſum intelligimus id, quod continetur ſeptem primis oſſibus, quod nempe carpo manus proportione reſpondet. Per pedion
E vero id, quod quinque ſequentibus comprehenditur, quod nempe metacarpio æquipollet: quod ſupereſt, Digitos appellamus. *Quid pes & quot ac quæ eius partes.* Quoniam vero partes illæ omnes alias partes habent communes & proprias, venarum tantum, arteriarum & neruorum diſtributionem perſequemur, cum abunde reliqua expoſuerimus, quando in genere partes corporis continentes deſcripſimus.

Deſcriptio venæ cruralis. CAP. XXXI.

Vena Cruralis initiũ.

Cruralis rami duo.

Per quam venam affluat bubonum materia.

CRuralis vena tum incipit, cum caua peritonæo egreſſa, ad iſchij os & pubis latera protenſa in inguinibus in duos inſignes ramos primo diuiditur: quorum vnus intrinſecus, ſecundum oſſa totius cruris cum arteria & neruo deſcendit: alter extrinſecus & ſuperficie tenus per cruris longitudinem, inter adipem cuti ſubiectum & muſculos ad pedem vſque decurrit, in eiuſque cutem abſumitur. Hæc quia ſemper apparet & conſpicua eſt, Græcis proprie Sapheia, vulgo autem Saphæna dicitur: eadem obiter primo ſtatim ab exortu in duos ramos diuiditur, internum vnum, & externum alterum: quorum internus conſumitur per bubones & reliquas eius loci glandulas, cutemque: hocque ramo fiunt fluxiones Bubones dictæ: alter amplior abſumitur in cutem anteriorem & exteriorem partis ſummæ femoris: deinde paulo poſt, nempe quantum trium aut quatuor digitorum apicibus metiri poſſumus, coit in vnum ramum, ex multis ramulis, qui abſumitur in cutem anteriorem & poſteriorem eiuſdem femoris. Tertio paulo infra medium femur iterum in duos alios ramos diuiditur, quorum vnus in cutem anteriorem, alter in poſteriorem pergit. Quarto duobus aliis ramulis diſtribuitur in cutem partis genu anterioris & poſterioris: qui ſæpe non reperiuntur, cum præſertim Poplitea amplior exiſtit. B Quinto paulo infra genu duos alios ramos edit, ſibi mutuo in egreſſu, incumbentes, in cute loci illius anteriore & poſteriore. Notandum, eum ramum, qui in cutem deſcendit partis poſterioris, alio quodam ex ſe edito ramulo abſumi in ramum vnum popliteæ è duobus gemellis muſculis egredientem. Sexto in parte ſuræ tumentiore, in duos alios ramulos diuiditur: qui pariter diſtribuuntur in cutem tam anterioris, quam poſterioris tibiæ. Tandem poſt multas alias diuiſiones, quas cauſa breuitatis omitto, vbi ad anteriorem vſque interni malleuli partem peruenerit (quo loco aperiri ſolet in affectibus partium diaphragmate inferiorum ſanguinis miſſionem poſtulantibus) in duos alios ramos finditur, quorum minor ad calcem deſcendit, alter pluribus ramulis abſumitur in cutem partis totius ſuperioris & inferioris pedis & digitorum.

Quo loco & in quarum partium affectibus Saphena aperiatur.

Quas & quam multiplici diuiſione obeat partes internus cruralis venæ ramus.

Vena iſchiadica.

Muſcula vena.

Poplitea.

Suralis.

Iſchiadica maior.

Secundus ramus eiuſdem cruralis, quem deſcendere intrinſecus diximus cum arteria & neruo in pedem vſque, ſic diuiditur: Primo altius immerſus quatuor edit productiones: vnam internam deſcendentem infra Sapheiæ originem, in muſculum obturatorem externum, & in quoſdam internos: Tres aliæ pergunt extrinſecus; Prima quidem verſus os Iſchion, per quam fit Iſchias: duæ aliæ in muſculos femoris anteriores, nec longe abſunt à ſe inuicem hæ productiones. Secundo totus ille ramus in duos alios ramos diuiditur, vnum ſuperiorem: alterum inferiorem, arteria ſemper comitante: quorum C inferior conſumitur in multos muſculos femoris poſteriores, deſinens iuxta poplitem. Superior præterquam quod plures ramos largitur muſculis anterioribus & interioribus femoris, ad poplitem deſcēdens popliteam edit, conflatam aliquando ex duobus ramis, vno quidem ex parte ſuperiore, altero ex inferiore egredientibus. Hæc poplitea per poplitis flexus deſcendens, abſumitur nunc in ſuræ cutim, nunc in calcem: alias Sapheiæ ramis aucta, per externum malleolum cutim pedis ſuperiorem, aliquando inferiorem adit. Tertio paulo infra exortum popliteæ & ſub flexu genu ſuralem edit, quæ in ſuræ muſculos abſumitur, & in cutem partis illius internæ ac pedis, producta aliquando vſque ad pollicis partem internam. Quarto ſub capite ſolæ, aut epiphyſi poſteriore oſſium tibiæ, producit inter duo illa oſſa aliam venam, quæ anteriores tibiæ muſculos nutriens, ſupra pedem abſumitur. Quinto denique edit iſchiadicam magnam, quæ in duos ramos inæquales diuiditur: quorum maior, ab exortu ſuo deſcendens, ſecundum partem interiorem oſſis tibiæ, ſub ſuræ muſculis inſinuat ſe, inter hanc & calcem in plantam pedis, in quam abſumitur fiſſus in decem exiguos ſurculos ſingulis digitis binos: alter minor, ſecundum us perones deſcendēs inter hoc & calcem abſumitur: quanquam aliquando producatur non ſolum vſque ad muſculum digitorum abductorem, ſed etiam quinque ramulis vſque ad annularem & medij digiti latera.

D

Diſtributio arteriæ cruralis. CAP. XXXII.

Arteria muſcula.

ARteria cruralis inde exorta, vnde & cruralis vena, deſcendenſque cum crurali interna, hoc, qui ſequitur, modo diſtribuitur. Primo in muſculam femoris, quæ ſe per illius muſculos diſſeminans occurrit extremæ hypogaſtriæ, deſcendenti cum vena per commune foramen oſſis pubis & iſchij, cumque ea coniungitur. Secundo vbi poplitem attigit inter cruris condylos ſurculos duos mergit in genu. Tertio paulo poſt alterum ramum edit, quem demittit ad muſculos tibiæ exteriores, tandem cum in medium crus peruenerit, inter gemellos & ſolæum muſculos in duos ramos diuiditur, internum vnum & externum alterum: internus communicatis obiter ſurculis aliquot partibus, per quæ tranſit, præſertim vero articulo tibiæ cum pede, expandit ſe in plantam inter extremitatem eius inferiorem & calcem, quo cum peruenerit, abſumitur in quinque ſurculos, quorum duos pollici, duos indici, vnum medio digitis tribuit. Externus deſcendens pariter ad plantam pedis inter fibulam & calcem, præter alios, E quos obiter ſpargere poteſt, ramulos, alium edit in articulo tibiæ extrinſecus, alium in muſculo abductore digitorum, ad Tarſum & Pedion. Reliquum vero in quinque portiones abſumitur,
quarum duæ ad annularem, duæ ad minimum digitum, vna ad
medium demittuntur.

De neruis lumborum, oſſis ſacri & femoris.

CAP. XXXIII.

Quinque lumbarium neruorum coniugationes.

EX lumbis quinque exoriuntur neruorum coniugationes, diuiſæ in ramos externos & internos. Externi diſſeminantur in rachitas muſculos, ad ſemiſpinatum, ſacrum, & cutem eos regentem. Interni in muſculos epigaſtrij obliquos, aſcendentes & tranſuerſos: in peritonæum, in lumbares & thoracicos ibidem ortos, ſed diuerſo modo: alij enim omnino eo feruntur, vt nerui primæ coniugationis lumborum, ſæpe etiam ſecundæ, niſi quod aliquando exiguum ſurculum ad teſtes tranſmittunt, cum coſtalis eo nihil tranſmiſerit. Alij vero inferiores eo partim diſtribuuntur, partim alio feruntur: maiores enim portiones primo inter ſe vnitæ, mox cum portionibus oſſis ſacri pergunt in femur, vt dicemus in diſtributione neruorum oſſis ſacri. Ergo ex oſſe ſacro exeunt ſex neruorum coniugationes: primam nume-

Vnde teſtes neruos ſortiantur.

Neruorum ſacrorum coniugationes.

B rando eam, quæ prodit ad vltima lumborum vertebra, & prima oſſis ſacri: ſextam vero eam, quæ exit ex vltimo oſſe ſacro & primo coccygis: Hæ neruorum coniugationes diuiduntur in ramos externos & internos. Externi minores exeuntes per foramina externa & poſteriora oſſis ſacri, diſtribuuntur in partes ad ipſum extrinſecus attinentes, muſculos nempe ipſius & cutem: nam neruus omnis naturæ lege primum & ſemper vicinis confert partibus, quod neceſſe eſt, mox aliis, quantum poteſt. *Quare ſi vis ſcire, vnde quaque pars vaſa ſua proxime habeat, venas nempe, arterias & neruos, ſitum partis cuiuſque, & vaſorum curſus memoria tenere te oportet, atque hoc reputare, quod vena & arteria, quam maxime & facile poſſunt, ſe in partes inſinuant, alias quidem per caput & initia, alias per media, alias per extrema, vt dant ſe res. Neruum vero præſertim in muſculos inferre ſe per caput, vel non longe à capite, at nunquam per caudam*: Ex quo facile intelligi poteſt, quo cuiuſque venæ, arteriæ & nerui ramo pars quæque nutriatur, viuat & ſentiat. Alij interni rami ſupradictarum coniugationum pergunt, maxime quatuor ſuperiores ex ortu ſuo vniti cum tribus lumborum inferioribus, in totum crus, vt mox audies. At duo inferiores abſumuntur in muſculos ani leuatores ad ſphincterem eiuſdem, prætereà ad muſculos penis & veſicæ ceruicem in viris mulieribus vero in ceruicem vteri & veſicæ. Hæ enim partes alium fundo ſuo admittunt à coſtali ſextæ coniugationis cerebri.

Axioma anatomicum.

Vnde leuatores ani ſphincter, penis veſica ceruix & vterus neruos ſortiantur.

C His ita expenſis, veniendum ad femoris neruos, qui (vt dictum eſt) à primo exortu ſuo concurſu veluti quodam conflati & coaleſcentes, ex maiore portione trium ramorum internorum & inferiorum lumborum, & quatuor ſuperiorum oſſis ſacri, in quatuor ramos in femore diuiduntur, quorum primus & altior, deſcendens ſupra peritonæum ad paruum Trochanterem, abſumitur in muſculos internos & ſuperficiarios femoris, inque cutem, quæ ipſos integit, paulo ſupra genu. Secundus cum vena & arteria cruralibus deſcendens per inguina, in duos ramos, perinde vt vena, diuiditur, internum vnum & externum alterum: quorum internus cum vena & arteria deſcendens, diffunditur in femoris muſculos interiores & profundos ſupra genu deſinens. At externus cum Saphæia ſuperficiarie deſcendens in pedem vſque, obiter ramos cuti ipſum contegenti elargitur. Tertius ſub prioribus illis ſitus per foramen oſſi pubis & iſchio commune deſinens, quoſdam ramos tranſmittit ad inguina, ad muſculos obturatores, ad tricipites, & aliquando ad muſculos penis, deſinitque ad medium femur. Quartus & omnium totius corporis craſſiſſimus & ſolidiſſimus ac duriſſimus, totus ex productionibus oſſis ſacri prodiens, atque extrinſecus deſcendens inter partem inferiorem oſſis ſacri, & oſſis ilium per femur, muſculis eius poſterioribus ex tubere iſchij prodeuntibus ramulos quoſdam largitur, alios pariter cuti natium, item-

D que ei cuti, quæ ſupradictos regit muſculos. Paulo poſt in duos ramos diuiditur, qui indiuiſi vſque ad flexum genu deſcendentes, ambo diuerſis ramis communicantur muſculis tibiæ: ita tamen, vt minor alium de reliqua ſui portione ramulum producat, per partem tibiæ anteriorem ſecundum fibulam ſupra pedem, vbi in decem ſurculos fere aſpectum fugientes diuiſus, binos ſingulis tranſmittit digitis. Alter maior reliqua etiam ſui portione deſcendens per partem tibię poſteriorem in plantam pedis ſe conijcit cum venis & arteriis inter calcẽ & os tibiæ: Vbi primo in duos ramos diuiſus, quorum mox ſinguli in quinque binos ad digitorum latera dimittit. Atque hæ inſigniores & magis neceſſariæ ſunt vaſorum & neruorum diſtributiones: alias, quæ infinitæ ſunt & nullius, quæ ſciatur, vtilitatis, de induſtria omittimus.

De partibus propriis Femoris.

CAP. XXXIV.

EXpoſitis cruris totius partibus communibus, tranſeundum nunc ad proprias, initio à femore ducto. Femoris partes propriæ ſunt muſculi, oſſa & ligamenta. Sed quia non eſt facilis

E muſculorum demonſtratio, ignorata oſſium, à quibus oriuntur, & in quæ deſinunt, deſcriptione, ideo operæpretium fore ſtatuimus, ſi oſſa, oſſiumque femoris dearticulationem ante demonſtraremus; ducto ab illis oſſibus initio, quæ cum ſumma oſſis ſacri parte connexa ſunt. Sunt vero duo numero, vnum vtrinque, vulgo dicta oſſa ilium. Horum vnumquodque ex tribus eſt oſſibus coagmentatum: quorum vnum ſuperius eſt, alterum inferius & anterius: tertium medium & quodammodo poſterius. Superius ſpeciali nomine os ilium dicitur: eſtque ampliſſimum & maximum, epiphyſim habens cartilagineam in ambitu, aduſque eam, quam cum vicinis habet oſſibus, connexionẽ. Cuius partem ſuperiorem rectam ipſius lineam dicimus: baſim vero, quæ ipſi per ſymphyſim adiuncta eſt, labrum ſeu ſupercilium nominamus, quod extrorſum introrſumq; inclinet quodãmodo in ſupercilij formã. At quod baſim ac rectam lineam interiacet, coſtã nũcupamus. Idem hoc os ſuperius ſuperficies duas cauas habet, vnam internam, alteram externam. Connexio eius per ſymphyſim duplex eſt: vna

Os ilium quot oſſibus conſtet.

Ilium propre ſeu ſtrictim ſumptum quid.

In oſſe ilium quid linea, labrum, ſeu ſupercilium & coſta.

cum

Os medium ſeu iſchion. Cauitas ſeu cotyle iſchij.

cum parte ſuperiore oſſis ſacri, altera cum eo oſſe, quod medium diximus, & quodammodo poſterius: A quod initium ducens à parte anguſtiore oſſis ilium, cauitatem eam facit, in qua caput femoris excipitur illam cauitatem Græci Cotylem appellant, Latini Acetabulum: finiturque ſecundum latus foraminis, ipſi & oſſi pubis communis: medium id os quodammodo poſterius proprie & ſpecialiter os iſchij dicitur, nihilque aliud continet præter dictam illam cauitatem: niſi quod parte ſua poſteriore & inferiore,

Iſchij tuberculum. Os pubis.

producit apophyſim, quæ adiungit ſe oſſi pubis ad partem imam foraminis communis, quo loco valde inæqualis & aſpera apparet, diciturque tuberculum oſſis iſchij, ad cuius extremum profert inſuper & capitulum, ad ſimilitudinem apophyſios genæ inferioris, quam Coronem nuncupant. Os tertium pubis dictum profert ſe ad ſummam vſque partem pectinis, vbi ſocio oſſi aduerſo occurrens ipſi vnitur per ſymphyſim, quo modo etiam tria illa ſibi inuicem componuntur: hoc os parturientibus aperiri dicitur,

Oſſis femoris deſcriptio.

quanquam mihi ea de re nondum conſtare potuerit. Trium horum oſſium ſeparationem manifeſtam conſequi poteris in Sceleto puerili: nam in maioribus natu hominibus cartilagines illæ, quæ inter connexiones intercedunt, in oſſa degenerant. Sequitur os femoris omnium corporis oſſium maximum: rotundum eſt, & ſic ſubarcuatum, vt gibbum ſit parte ſua exteriore & anteriore, quo eſſet contra iniurias externas tutius: poſteriore autem & interna cauum ſeu ſimatum dorſi aſinini inſtar, quo commodiorẽ B inde ortum & ibidem inſertionem muſculi haberent. Simus ille paulo infra ſui medium in duas lineas diuiditur, quarum vna ad internum tuber tendit, altera ad externum epiphyſis inferioris eiuſdem femoris. Hæ notandæ ſunt in primis animo, quia fibræ obliquæ vaſtorum muſculorum inde ducunt ori-

Duæ femoris epiphyſes. Femur quot ligamentis dearticulatur iſchio. Femoris duæ apophyſes faciunt duos Trochanteres.

ginem. Præterea id os duas in extremis ſuis habet epiphyſes, vt facile in femore puerili apparet. Superior epiphyſis conſtituit caput rotundum femoris ipſius, quod (vt omnis alia epiphyſis) ceruici longe inſidens, recipitur cauitate iſchij per enarthroſim: in ea firmatur per duo ligamentorum genera, quorũ vnum commune eſt, prodiens à muſculis, qui à ſui ſuperna parte circa ipſius ceruicem deſcendunt: alterum proprium, quod duplex eſt, nempe membranoſum vnum & latum à tota cauitate ipſius orbitæ, deſcendens circum totum femoris caput ſuper ipſius ceruices: alterum craſſum & rotundum deſcendens à ſecunda cauitate cotyles ipſius, quæ vſque ad foramen commune extenditur ad ſummum capitis ipſius. Præterea ſub hoc capite, id os duas habet apophyſes, vnam magnam & craſſam, alteram paruam & breuem. Magna in parte poſteriore ſita, dicitur magnus Trochanter: parua in parte interiore ſita, dicitur paruus Trochanter. Notandum vero magnum Trochanterem ex parte altiore & poſteriore, qua ſpectat caput ipſius oſſis, excitare exiguum quendam ſinum, in quem muſculi gemelli, & alij, de C quibus poſtea, inſinuantur. Conſideranda etiam venit foraminum multitudo, hanc ceruicem inter caput & duos Trochanteres circumſtantium, quæ vaſis, id eſt, venis, arteriis, & neruis ingreſſum præbent in ipſius oſſis medullam: ex quo medulla ipſa euadit ſenſus particeps, qua præſertim parte tunica veſti-

Vnde medulla ſenſus fiat particeps.


tur: os vero viuit & nutritur. Altera femoris epiphyſis, inferior nempe, maxima eſt & craſſiſſima duobus velut capitulis aſſurgens, quæ duabus cauitatibus diuiduntur: ſuperficiaria vna & anteriore, qua illa epiphyſis genu patellam recipit: altera profunda & poſteriore, qua recipit ligamentum cartilaginoſum & quaſi oſſeum, productum ex eminentia, quæ cernitur inter duas cauitates ephiphyſis ſuperioris oſſis tibiæ, quam Hippoc. *lib. de Fract.* lingua ſua Diaphyſim nuncupat.

Figura

D

E

A *Figura oſſis Femoris.*



Os femoris parte ſua poſteriore ſpectandum. In quo A. monſtrat caput ſeu epiphyſim ipſius, quæ ſubit cauitatem oſſis iſchii.

b. *Exigua in eodem capite cauitas, quæ excipit ligamentum rotundum deſcendens ex parte caua ſuperioris cauitatis.*

C. *Connexio capitis eiuſdem ſeu epiphyſis cum oſſe femoris.*

d. *Ceruix femoris.*

e. *Cauitas, quæ eſt inter ceruicem & magnum Trochanterem.*

f. *Magnus Trochanter, ſeu apophyſis femoris magna.*

G. *Radix eiuſdem Trochanteris.*

h. *Linea poſterior femoris, in quam muſculi tricipitis caudæ, ſeu extrema inſeruntur.*

i. *Paruus Trochanter.*

KK. *Duo tubercula inferiora & lateralia femoris, quæ recipiuntur intra acetabula oſſis tibiæ.*

l. *Connexio per ſymphyſim epiphyſis eiuſdem oſſis.*

m. *Cauitas tuberculis interiacens, in quam inſeritur ligamentum cartilaginoſum commiſſuræ genu.*

Aliam etiam hic intueri licet femoris figuram, quæ partem ipſius anteriorem oſtentat, in qua tantum notanda cauitas eſt, quæ deſignatur nota n. quæ excipit rotulam genu, ſeu patellam. Nam A. & C. hic eadem, quæ in alia figura deſignant.

B

C

De muſculis Femur mouentibus. CAP. XXXV.

FEmoris omnino ſunt quatuordecim muſculi, nempe duo flectunt, ex quo Flexores dicuntur: tres *Numerus.*
extendunt, vnde Tenſores: tres intro ipſum mouent, genu foras propellentes, & calcem intro adducentes, vt cum crura decuſſamus: quanquam triplicem hunc nonnulli pro vno & ſimplici habent, ac Tricipitem nominant. Sex foras ipſum proferunt & explicant, vt contingit in actu venereo. Horum quatuor gemini dicuntur, ob craſſitiei, originis, inſertionis & actionis ſimilitudinem. Duo *Duo flexores.*
reliqui Obturatores dicuntur, quod foramen commune oſſibus pubis & iſchii obturent. Ergo duorum flexorum vnus rotundus intrinſecus, fibris longitudine inæqualibus ex omnib⁹ tranſuerſis lumborum apophyſibus deſcendens, ſupra commiſſuram poſteriorem oſſis ilium & pubis inſeritur in paruũ Trochanterem: alter ab ortu latior & amplior, egreditur ex toto labro & ſupercilio interiore oſſis ilii, ac internam eius replens cauitatem, ſupra partem anteriorem capitis femoris in paruum Trochanterem in-
D ſeritur craſſo tendine, quem ipſe de ſe cum ſocio nuper deſcripto muſculo producit, etiam iam inde à carneo tomento, quare de illis diducendis & auellendis duobus muſculis non magnopere laborabis. Tres tenſores nates conſtituunt, quorum primus craſſior, amplior & externus à cauda ortus, oſſe ſacro: *Tres tẽſores*
& pluſquam dimidio labro exteriori ac poſteriori oſſis ilium, fibris obliquis à Trochantere magno quatuor fere digitorum craſſitie, ad lineam rectam, quam dorſo aſinino ſimilem eſſe diximus, inſeritur. Secundus in magnitudine & ſitu medius deſcendit ex reliquo labro, coſtaque anteriore & exteriore oſſis ilium, ac ſupra medium id os inſeritur in ſummam partem magni Trochanteris, triangulari ſupra partem eius ſuperiorem & exteriorem, inſertione. Tertius minor, breuior & tenuior ſuperioribus ſub illis latens prodit ex medio ſuperficiei externæ oſſis ilium, indeque inſeritur in maiorem partem lineæ rectæ magni Trochanteris. Tres hi muſculi magnã & latam habent originem, anguſtam vero inſertionem ex fibris velut obliquis. Sequuntur deinde tres illi, qui intro femora mouent, ſtringuntque ac de- *Tres intro*
cuſſant, ſic vt genu prorſum ſeu extrorſum, calx vero introrſum adducatur, vt ex illorum inſertione eſt *mouentes.*
intelligere, etſi nonnulli contra ſenſerint. Oriuntur vero tres illi muſculi ortu ſuo partim carnoſo, partim membranoſo, ex parte ſuperiore & anteriore circumferentiæ oſſis pubis, indeque inſeruntur in lineam poſteriorem oſſis iſchii, altius alii aliorum minor & breuior reſtitit ad radices parui trochãteris,
E medius paulo altius deſcendit: tertius maximis fibris ſuis longioribus deſcendit vſque ad mediũ lineæ. Hoc ſi ita eſt, muſculos nempe hos, à parte anteriore & ſuperiore prodeuntes inſeri in lineam poſterio- *Qui clunes*
rem oſſis iſchii, dum ſoli agunt, femoraque ſtringunt, extrorſum illa inuertent, plane quemadmodum *agitãt muſculi, nempe*
cum illa decuſſamus, non autem genu vnum ad alterum adducent, & calcem foras propellent: talis *qui genu foras, paternã*
enim motus fit à vaſto interno femoris tibiam mouente. Sequuntur ſex, qui Clunes agitant, quatuor *vero intro-*
geminorum ſeu quadrigeminorum, primus & altior egreditur ex cõmiſſura oſſis ſacri cum caudæ oſſe, *ferunt.*
ſeu potius ab imo extremo oſſis ſacri, indeque inſeritur in cauitatem magni Trochanteris tendine ſatis inſigni. Secundus prodiens ex parte caua ſeu fiſſura, quæ eſt inter cauitatis iſchii extremum & eiuſdem

tuber, inſeritur pariter in cauitatem magni Trochanteris. Tertius aſcendit ex parte interna tuberis A
iſchii, paulo altius inter duos Trochanteres, in cauum maioris Trochanteris. Quartus & vltimus omni-
um infimus & latiſſimus progreditur ex toto tubere exteriore iſchii, indeq; inſeritur in magnum Tro-
chanterem, atque quatuor hi muſculi latent ſub natium craſſiore & prominentiore parte: quare vt eos
demonſtres apertius, erunt in originem ſuam reſupinandi. Reſtant duo obturatores, nempe internus
& externus, qui ambo oriuntur ex ambitu, & circumferentia foraminis, quod obturant, quod nempe
commune eſſe diximus oſſi pubis & iſchio, ſed internus aſcendit ad externam radicem magni Trochã-
teris per mediam fiſſuram inter partem ſuperiorem tuberis iſchii, & ſpinam quæ extat in baſi poſterio-
re oſſis ilium. Externus vero prodit è cauitate exteriore, & media inter tuber iſchii & cauitatis, partem
inferiorem in partem cauam magni Trochanteris cum quadrigeminis. Si aperte vis intueri obturato-
rem externum, oportet te vel tricipitis muſculi initium amputare, vel ipſum decenter auellere, moxq;
extendere & reſupinare: internus ablata veſica facile cernitur.

De oſſibus Tibiæ. CAP. XXXVI.

Patella genu quid.

TIbiæ muſculos deſcripturis, tibiæ oſſium deſcriptio videtur eſſe præmittenda, initio à rotula genu B
ducto: Hoc *os eſt genu externa parte cartilaginoſum, in ambitu rotundum; interna vero mediaque quodammo-
do gibbum: atque ad latera reſimatum, quo commodius ſine vllo commoderationis vitio, genu articulo applicari poſſet,*

Vſus.

atque adaptari intra cauitatem anteriorem duarum femoris epiphyſeon ſuperiorem vero atque anteriorem tibiæ. Vſus
eius eſt confirmare genu articulum, tibiam vero in debita extenſione continere, ſic vt nullo modo in

Oſſa tibiæ quæ & quot.

partem anteriorem flectatur, quemadmodum flectitur in poſteriorem. Oſſa tibiæ duo ſunt, vnum craſ-
ſius ſpeciali & proprio nomine os tibiæ dictum, alterum minus Perone ſeu Fibula, vulgo vero Focile

Tibia propriè & ſtrictius ſumpta.

minus nuncupatum. Craſſius cauum quodammodo & medulloſum, ſitũ eſt in parte interna tibię, duas
habens apophyſes, craſſiorem vnam, tenuiorem alteram. Craſſior ſummæ eius oſſis parti inſidens, ei-
demque per ſymphyſim coniuncta facit duas cauitates ſuperficiarias & laterales, diſcretas eminentia
mediocri: Qu ꝛe id os oſſi femoris connexum eſt per Ginglymon. Nam ſuis cauitatibus recipit tubera
inferiora & poſteriora epiphyſis oſſis femoris, media vero ſua eminentia recipitur ob oſſe femoris, in-
ter duo eius tubera. Firmatur hic articulus non ſolum vi tendinum, ſeu muſculorum eo loci deſinenti-
um, ſed etiam trium validorum ligamentorum: quorum vnum prodit à tota parte externa, alterum ab

Diaphyſis quid.

interna eiuſdem connexionis. Tertium quod ex Hippocrate Diaphyſim nominauimus, ex ipſo eius in- C
terſtitio. Altera tibiæ proprie dictę apophyſis; quam tenuiorem diximus, ſita in parte ima duplicem ve-
lut cauitatem facit, qua id os Aſtragalum recipit, parte vero interna internum facit malleolum: quem-
admodum fibula ſeu perone externum: inter hos malleolos aſtragalus partibus ſuis lateralibus recipi-
tur, voluiturque tanquam e pixidis in arcubaliſta, quoties pedis flectendi aut extendendi neceſſitas in-

Tres eminentiæ in oſſe tibiæ lineæ.

cidit. Præterea id os tibiæ triangulare tres habet eminentias, figura dorſi aſinini exſculptas: acutior de-
ſcendit ſecundum partem anteriorem, Græcis Anticnemion dictam: ſecunda parti interiori inſidet; ter-
tia exteriori. Hæ omnes ſunt diligenter attendendæ, & anterior maxime: quod in cruris fractura tibiæ

Peronæ deſcriptio.

bene reſtituendæ Chirurgo velut dux & regula ſit. Perone vero os velut extrinſecus ſitum, & quaſi po-
ne tibiam, duas pariter habet epiphyſes, cauas ad partem ſui interiorem, gibbas vero ad exteriorem.
Per harum ſuperiorem id os innititur & inſeritur ſub epiphyſi interna, & quodammodo poſteriore ti-
biæ, ſic vt femori nullatenus dearticuletur, ſed illi tantum in ſterniculi loco ſit. Per inferiorem vero idẽ
ipſum os non tantum ima tibiæ, & aſtragali parte recipitur, ſed etiam eius partem recipit, quę ex eodem
latere cum calce iungitur, tum pręcipue cum pedem extrorſum flectimus. Connectitur id os cum com-
memoratis oſſibus per ſynarthroſim, alligatur vero validis ligamentis ab iiſdem oſſibus productis, atq; D
mutuo ex vno ad aliud tranſmiſſis, vel ſi mauis, à ſuperiore in inferius, vt in brachio diximus. Cæterum
triangulare eſt etiam id fibulæ os, habens lineas tres: quarum vna parte externa prominet, altera in an-
teriore, tertia in poſteriore viſitur.

De muſculis Tibiæ. CAP. XXXVII.

Numerus.

VNdecim muſculis tibiæ motus omnes abſoluuntur: horum ſex ſunt anteriores, quinque poſte-
riores. Sed & horum alii ſolam tibiam mouent, vt qui ortum ducunt ab oſſe femoris: alii tibiam
quidem mouent, ſed cum femore, vt qui ſupra femur oriuntur, nempe ex oſſibus ilium, iſchii & pubis.

Longus.

Anteriorum primus, Longus dictus, vulgo Sutorius, oritur ab extremo inferiore & anteriore ſpinæ
ſeu epiphyſis oſſis ilium, ac oblique ſupra alios muſculos deſcendens, largo tendine & membranoſo in-
ſeritur in partem anteriorem & interiorem tibiæ ſub genu: Actio eius tibias decuſſare, ante tamẽ infle-
xas vi muſculorum mox commemorandorum. Auxiliatur etiam tricipiti muſculo ad eam, quam dixi-
mus, actionem. Secundus anteriorum, me mbranoſus dictus, quod totus fere talis ſit, pręterquã in ortu,
deſcendit carnoſus à radice & baſi ſupradictæ ſpinæ oſſis ilium, idque oblique, tendine ſuo membra- E

Membranoſus.

noſo & lato (mixto cum communi muſculorum membrana) in tibiæ partem externam, quam extror-
ſum propellit, vt & femur cum quadrigeminis: nam vt alias notauimus, *ex duobus motibus obliquis vna
concurrentibus fit motus rectus: quin & omnes ferme corporis motus iſto fiunt modo*: qui eiuſmodi motus
obeunt muſculi, obliquo ſunt ſitu poſiti, & oppoſiti, vt licuit intueri in motibus, & ſitu mu-

Axioma anatomicũ.

ſculorum manus in genere ſumptæ. Tertius Rectus dictus, (quia ſupra crureum ſecundum femoris

Rectus.

rectam lineam anteriorem, deſcendit inter duos vaſtos) prodit inter extremum epiphyſeos oſſis iliũ &
cauitatis, ligamento valde robuſto, indeq; inſeritur in partẽ anteriorẽ tibię, trãſiens p mediam genu pa-
tellam: tibiã ex ſe extendit cum trib. ſequentibus: ex accidenti vero femori flectẽdi auxilio eſſe poteſt.

Quartus

A Quartus & quintus Vaſti vocantur, ob amplitudinem: horum vnus internus eſt, alter externos ambo
coöſurgunt ex fibris rectis ad ſuam originem: obliquis vero ad inſertionem, quarum ratione ambo vi-
deotur compoſitam habere actionem ex motu recto & obliquo. Recto nempe tibiæ exteoſioni auxili-
ante, obliquo vero vni genu ad alterum adducendo, vel ambobus geoubus à ſe inuicem diſiiciendis,
internus quidem ſecundum fibras ſuas rectas venit ex radice parui trochanteris, ſecuodum vero obli-
quas à linea interiore deſcendente ſemoris. Externus fibris rectis egreditur ex radice magni trochãteris,
obliquis vero ex linea externa deſcendente eiuſdem oſſis. Cæterum omnes hæ fibræ locis quibuſdam
cum crureo, ita mixtæ, vt ſeparari niſi alterutro violato nequeant, perguot in tibiam (ſuo quæque late-
re) ſupra geou patellam, ſecundum latera muſculi recti cum quo teodinem cooſlat inſeparabilem, vt
mox audies. Sextus & vltimus anteriorum Crureus dictus (propter arctam & firmam adhæſiooem, *Crureus.*
quam habet cum oſſe femoris, quod nonnullis Crus dicitur) ex interſtitio duorum trochanterum, deſ-
ceodit ſub muſculo recto & duobus vaſtis in partem cruris, id eſt, femoris anticam vſq; ad genu patel-
lam. Notandum vero, quatuor hoſce poſtremos muſculos, communem teodinem craſſum & latũ coo-
ficere, quo contegunt patellam illam, & totam genu anteriorem dearticulationem, vt diſtrahi citra la-
B cerationem nequeant: quare tendinem illum genu eſſe pro ligamento putandum: certe omnes hi mu-
ſculi ſimul ageotes tibiam extendunt. Sequuntur quinque poſteriores, quorum tres naſcuntur ex tube-
re iſchii, pergentes in partem interiorem, quartus ex medio pubis, Biceps dictus, in exteriorem tibię. Ex *Interni tres.*
ioternis vnus egreſſus ex commemorato tubere deſcendit ligamentoſus in medium vſq; femur, indeq;
carnoſus factus ſuo teodine, quo diximus modo, inſeritur. Alter gracilis ex eodem etiam loco egreſſus
ſuo tendine cum tendine muſculi longi inſeritur, deſinitq; in partem interiorem tibiæ: quam cum ſo-
cio ſuo introrſum trahit, & ad alteram adducit, quod idem in ſemore præſtat tricipitis muſculi auxilio.
Tertius internus ſeu poſteriot, deſcendit ex parte media oſſis pubis ligamento latu & tenui, atque in-
ſeritur tendine rotundo in partem tibię interiorem ſupradictorum modu. Quartus Biceps dictus, duo- *Biceps.*
rum, quibus conſtat, vnum ſumit à tubere nouiſſime commemorato: alterum à linea ſemoris exterio-
re, inſeritur vero in partem externam tibiæ, vt prædiximus. Quintus & vltimus Popliteus dictus, obli- *Popliteus.*
que deſceodit carnoſus à condylo externo femoris, in partem interiorem & poſteriorem tibiæ ad fibu-
læ commiſſuram. Actio eius eſt tibiam introrſum quodammodo contorquere.

De Oſsibus Pedis. Cap. XXXVIII.

C

ORdinis anatomici ratio poſceret, vt nunc perſequeremur tibiæ muſculos pedem mouentes: ſed
quia fruſtra eorum inſertionem traderemus, non præcognita diſpoſitione & conditione pedis oſ-
ſium, ideo prius eorum deſcriptionem hic attexere oportuit. Sunt igitur pedis oſſa ſex & viginti oo- *Numerus.*
mero, in tres ordines diſtincta: nempe vt Tarſi oſſa ſint ſeptem, quinque pedii, & quatuordecim digito- *Tarſi oſſa.*
rum. Septem tarſi oſſium quatuor ſunt nominata & tria innominata. Nominatorum primus, imme-
diate tibiæ oſſa conſequens, dicitur Aſtragalus. Huius tres ſunt connexiones, vnam parte ſua ſuperiore *Aſtragalus.*
& latiore cum oſſib. tibię, à quibus recipitur, obtinet, vt præmonuimus: alteram inferiore & poſteriore,
qua recipit apophyſim ſuperiorem & interiorem oſſis calcis: tertiam anteriorem, qua recipitur in caui-
tate nauicularis ſeu ſcaphoidis. Per primam connexionem pes extenditur & inflectitur. Per ſecundam *Connexio-*
cum calce ad latera mouetur. Primæ duæ connexiones ſunt per diarthroſim, vltima per ſynarthroſim. *nes aſtraga-*
Firmatur vero validis & latis ligamentis ab oſſe in os deſcendentib' & aſcẽdentib': firmantur etiã mem- *li tres & earum vſus.*
branis, muſculis & tendinibus ad pedem deſcendentib' ſuper ſubterq; eiuſmodi articulos. Cęterũ hoc *Aſtragali*
os tres habet apophyſes, tanquam tres pedes, oſſe calcis nixas: quarum prima & minor ſubeſt *tres apophy-*
D malleolo externo. Maior (quam Galenus ait caput rotundum conſtituere ceruici oblongæ in- *ſes.*
nixum) anteriorem pedem ſpectat, è regione pollicis & indicis: media pooe tibiam eſt ad cal-
cem. Multa alia taceo, vt læuorem & aſperitatem huius oſſis, quæ velim inſpectione diſcas potius,
quam ex libris Secundum os huic ſubſtratum Calcaneum dicitur, omnium pedis oſſium craſſiſſimum, *Calcanei*
cui vniuerſum corpus nobis incedentibus innititur. Duas habet apophyſes ſuperiores, vnam magnam, *ſeu calcis*
alteram paruam. Magna excipitur apophyſi poſteriore & exteriore aſtragali: parua intrinſecus recipi- *deſcriptio.*
tur tertia apophyſi eiuſdem aſtragali, quam diximus, caput habere rotundum, oblõgę ceruici innixum.
Pręterea parte ſua poſteriore rotundũ eſt, & à tibia valde abſcedens, anteriore vero & productiore con-
nectitur per ſynarthroſim oſſi cuboidi, cuius partem inferiorem & interiorem videtur recipere: ſuper-
ficiem habet penitus inæqualem, & multis tuberculis aſſurgentem. Parte interna velut canaliculum
facit, vt viam præbeat tam vaſis, quam tendinibus ad plantam pedis & digitos pergentibus. Deni- *Cur calcis*
que conſideranda ſunt foramina, quibus nutritionis gratia in id os vaſa ſubeunt quorum vaſorum ra- *fractura*
tione huius calcis fractura valde periculoſa eſt propter vaſorum expreſſionem & contuſionem vt *adeo periculoſa.*
demonſtrat Hip. Quod ad calcis ſeu calcanei attinet ligamenta, talia ſunt, qualia aſtragali eſſe di- *Sect. 3. lib. de*
E ximus: nempe tendines, membranæ & ligamenta proprie dicta ab oſſe in os venientia. Tertium pedis *fract.*
os dicitur Scaphoides, à ſcaphæ ſimilitudine, qua enim parte aſtragali caput reſpicit, cauum eſt: qua ve- *Os ſcaphoides.*
ro tria oſſa innominata (quæ ſuſtinet & à quibus recipitur, quemadmodum cauitate ſua caput aſtragali
recipit) gibboſum eſt externæ carinæ inſtar. Connexiones eius ſuot per ſynarthroſim, confirman-
turque ſupra commemoratis ligamentis: idem hoc os parte ſuperiore in fornicem effictum eſt, inſe-
riore quodammodo reſimatur: parte interiore in mucronem deſinit, tanquam in nauis proram: ex-
terna vero obtuſum eſt tanquam puppis in naui. Quartum os nominatorum dicitur Cuboides, à cubi *Os cuboides.*
ſimilitudine: quanquam valde eſt obſcura illa ſimilitudo. Parte ſua anteriore digitos ſuſtinet, qui pro-
portione quadam ad eos, qui in manu ſunt, annularis dicuntur & auricularis: poſteriore vero ſuſtinetur

calcis parte poſteriore:interiore iungitur cum ſcaphoide & cum eo innominatorum,quod médium di- A
gitum ſuſtinet:externa vero eminentiam producit dorſi aſinini forma, quæ tranſuerſim extenditur per
ipſius longitudinem parte inferiori. Ad huius eminentiæ duo latera,duæ ſunt exiguæ cauitates canali-
culi forma:oſſium innominatorum primum & maius pollicem ſuſtinet:minus vero & ſecundum indi-
cem:tertium vero quantitate medium, medium fulcit digitum. Tria hæc oſſa ſuperiori ſua parte ſunt
fornicata:inferiori aũt quodámodo caua. Connectuntur cum tribus ſupradictis oſſibus per ſynarthro-
ſim,à quibus recipiuntur:poſteriori autem parte ſua cum ſcaphoide quod recipiunt. Veniendum nunc
ad oſſa ſecundi ordinis,pedii nempe.

Innominatorum oſſiũ deſcriptio.

Oſſa pedii.

Hæc quinque ſunt numero,quinque digitorum oſſa fulcientia. Parte ſuperiore quodammodo
gibba ſunt,inferiore vero caua. Habent ſingula duas in extremitate epiphyſes, quarum inferioribus &
primis recipiunt tria innominata oſſa & cuboidem, ſuperioribus vero in caput rotundum effictis reci-
piuntur à primis digitorum oſſibus. Ipſorum connexiones ſeu cum digitis, ſeu cum oſſibus Tarſi, ſunt
per ſynarthroſim. Ligamenta tam propria, quam communia ſunt talia, qualia de aliis diximus. Reſtant
nunc deſcribenda tertii ordinis oſſa, quæ diximus conſtituere digitos pedis:ſunt vero illa quatuorde-
cim:duo pollicis:tria vero cuiuſque aliorum digitorum. Prima oblonga ſunt, quæ inde ſequuntur, ſunt B
breuiſſima,excepto eo,quod eſt pollicis:omnia parte ſua ſuperiore ſunt rotunda & fornicata, inferiore
vero quodammodo caua & plana ſecundum longitudinem: vt qui ea flectunt tendines tutius & recti-
us ſine vlla in vllum latus inclinatione, deduci & peruenire queant vſque ad vltimas articulationes:
quanquam eiuſmodi ductus valde iuuetur ligamento membranoſo & communi, quod de laterib. ho-
rum oſſium exiliens eiuſmodi tendines inuoluit, vt de manus digitis diximus. Denique iſtorum oſſium
ſingula vltimis exceptis, duplicem habent connexionem per diarthroſim: omnia magnitudine inæ-
qualia ſunt, nempe initio craſſa (quo præcedentium caput recipiunt, ſuper quod tanquam ſuper cardi-
nem mouentur) indeque ad extremum vſque gracileſcentia: extremo vero ſuo excipiuntur à ſequenti-
bus oſſibus:ſuis extremitatibus in duas aſſurgunt laterales eminentias, interlita cauitate diſcretas, cuius
occaſione longe craſſiora ſunt extremis ſuis quam mediis ligamenta, quibus eorum firmantur conne-
xiones, talia ſunt, qualia procedentium. Seſamoidea manuum ſeſamoideis numero ſunt ſimilia & ſitu.
Id modo notandum venit, ea; quæ in prima ſunt articulatione, craſſiuſcula eſſe, rotunda & oblonga ex-
trinſecus, intrinſecus vero plana & caua, ſita inter duas cauitates, quas tres circumſtant prominentiæ,
quarum duæ ſunt laterales, & tertia media extremitatis primi oſſis pedii, pollicem præcipue & alios ful- C
cientis: denique priuſquam ad muſculos veniamus, notandum, pedem fuiſſe duarum vtilitatum cauſa
conditum. Prima eſt, vt reliquum totum corpus ſtabiliret, cum forte ſtandum eſſet. Qua de cauſa natu-
ra non ſic poſuit pollicem diuerſum reliquis, vt in manu. Altera eſt ad apprehenſionem, quare & pe-
dem natura molita eſt ex pluribus oſſibus digitorum mobilibus & articulatis, vt in manu. præterea quia
& in pedem incedendum erat, natura hunc voluit parte inferiore cauum locis quibuſdam: aliis vero
planum figura triangulari eſſe, vt per omne ſolum, planum, montuoſum, æquale, inæqualeque, in o-
mnes orbis partes, noſtri nos pedes ferre poſſent.


Oſſa digitorum pedis.

Seſamoidea pedum oſſa

Duplex pedum vſus.

Cur natura pedis pollicẽ ſitu & productione reliquis digitis ſimilem eſſe voluit.

Figura exterior ſeu ſuperior pedis.



a. *Calcem monſtrat.*

b. *Aſtragalum.*

c. *Scaphoidem.*

d. *Cubiformen.* D

e e e. *Tria innominata.*

f f f f f. *Quinque oſſa pedii, poſt quæ ſequuntur oſſa quatuordecim digitorum pedis, quorum vnum quodque tria habet oſſa, excepto pollice, cui tantum duo adſunt.*

g g g g g. *Primum ordinem eiuſmodi oſſium.* E

Figura

A



Figura interior & inferior pedis, quæ præſertim monſtrat oſſa Seſamoidea notata literis. hh.

B

De Muſculi pedem mouentibus. Cap. XXXIX.

Tibiæ muſculi pedem mouentes, nouem omnino exiſtunt, tres quidem in parte antica, ſex vero in *Numerus.*
poſtica. Trium anticorum duo flectunt pedem, dum ſimul agunt: at dum ſeorſum, in ſuum quod-
que latus ipſum adducunt: Tertius digitos præſertim extendit, alioqui enim videtur tendine ſuo te-
C nuiore & longiore (qui non excedit os id pedii, quod minimum digitum ſuſtinet) flectendo pedi etiam
auxilio eſſe: Primus dicitur Peronæus, quia ſecundum os perones deſcendit: alter Tibiæus anticus, qui *Muſculus*
deſcendit ſecundum os tibiæ proprie dictum. Tertius ab actione dicitur Digitum tenſor. Quod ad or- *peronæus.*
tum, peronæus, qui videtur duo habere capita, deſcendit ab epiphyſi ſuperiore perones primo ſuo ca-
pite, altero vero ex ipſius perones medio, ab antica parte in poſticam, vt oſtendit ſuperficies, quæ inter-
cedit lineam anteriorem & exteriorem eiuſdem oſſis: at poſtquam ad epiphyſim interiorem & poſteri-
orem oſſis eiuſdem peruenit, pone malleolum externum, duos tendines profert, qui ducib. ligamentis
tum propriis, tum communibus pergunt, craſſior quidem ſub plantam pedis, deſinens in cuboidem, &
id os pedii quod ſuſtinet pollicem: minor pergit extrinſecus ad cuboidem, & vltimum minimumq; os
pedii, quod minimum digitum ſuſtinet. Aliquando tenuis eius portio ꝑducitur in latus vſque minimi
digiti, ipſum extendens, & à reliquis abducens. Tibięus anticus prodiens ex epiphyſi ſuperiore & exte- *Tibiæus an-*
riore oſſis tibię, deſcendit ſupra ſuperficiẽ oſſis eiuſdem, quę eſt inter lineam anteriotem & exteriorem, *ticus.*
quibus adhęret, vt & illi ſuperficiei ad medium vſq;: ex quo loco vnicum tendinem profert, qui parte
antica & ima deſcendens, finit extrinſecus in duo oſſa innominata, nempe in primum craſſius & in me-
D dium: ac tenui præterea ſui portione in primum & maius os pedii, quod pollicem extendit, ipſum intro
ad alterum pedem adducens. Atque hic muſculus cum præcedente flectit pedem, ſi vna ambo agant:
At ſi ſeorſim, pedem in ſuum quique latus trahunt. Tertius digitum tenſor eſt duplex, vnus ortum du- *Digitum*
cit ex ſumma tibia, & ſecundum longitudinem peronæ inſertus ſub annulo, agit ſe in pedem, in quem *tenſor am-*
quinque definit tendinibus ad omnes digitorum articulos pergentibus, & ſexto quodam ad pedii id *plex.*
os, quod ſuſtinet minimum digitum, quo (vt prædiximus) iuuat pedis flexionem. Alter deſcendit in
medium perones, & ipſi aliquantulum inſertus, vnico tendine ſub annulum tranſeunte pergit ad pol-
licem. Notabis vero, hos omnes tendines fibras habere neruoſas, ligamentoſas & carnoſas ſic à ſe
inuicem diductas, vt ſeorſim, quod ſui muneris eſt, æque agere queant, ac ſi plures muſculi eſſent di-
ſtincti. Idemque ſentiendum de reliquis, qui ſtatim à parte ſua carnoſa tendines habent diſtinctos. *Poſtici ſex.*
Sequuntur ſex poſtici, quorum primi duo dicuntur Gemelli propter ſimilitudinem craſſitiei, ortus,
inſertionis & actionis. Tertius dicitur Plantaris, quod abſumatur in plantam pedis, vt palmaris in pal-
mam manus. Quartus Soleus à ſimilitudine, quam habet cum huius nominis piſce. Quintus Tibiæ-
us poſticus, qui deſcendit ſecundum partem poſticam oſſis tibiæ. Sextus & vltimus Digitumflexor,
E profundo manus æquipollens. Nonnulli ex hoc & ex Tibiæo poſtico vnicum muſculum faciunt,
qui tres tendines producat: Alii tres facere malunt, ſcilicet vt vnus ſit tibiæus, alter quatuor digitorum
flexor, tertius pollicis flexor. Quod ad duos gemellos attinet, vnus internus eſt, & alter externus: intern- *Duo gemelli*
nus egreditur ex radice condyli interni femoris, externus vero ab externo condylo. Atque ab illo or-
tu ſuo ſtatim carnoſi euadentes parte præſertim externa, coeunt paulo poſt partibus ſuis carnoſis, &
cum ſoleo conflant craſſum & magnum tendonem ad mediam tibiam, qui inde in poſticam calcis par- *Quod loco*
tem inſeritur. In hoc ipſo tendine perniones doloroſi excitantur. Actio eius eſt ingreſſum procurare in *perniones*
ſuum & extremum pedem, dum calcem contrahit verſus ſuam originem. Plantarias omnium mini- *excitentur.*
mus & tenuiſſimus, egreditur carnoſus ex condylo externo tibiæ, indeque quatuor fere digitorum *Plantaris.*

latitudinis interuallo, in validum & gracilem teodinem deſinit, quem tranſmittit inter gemellos & ſo- A
leum ad plantam pedis, vt illic excitet membranam, quæ plantam pedis integit, & muſculum, qui æqui-
Soleus. pollet flexori ſublimi manus. Soleus omnium craſſiſſimus ac ſub gemellis ſitus, deſcendit ex cõmiſſura
oſſis tibiæ & peronæ, atq; circa medium tibiæ, poſtquam tendinem ſuum gemellorũ tendini admiſcuit,
Tibiæus poſticus. tendit in locum prædictum, vt pedem extendat in vſum commemoratum. Tibiæus poſticus deſcendit
ex epiphyſi poſteriore tibiæ & perones, ipſiſq; fere quam longe patent adhærens, valido tendine ad ex-
tremum velut oſſeo, inſeritur in os ſcaphoides, & prima duo innominata, vt adiuuet obliquam pedis
Digitum flexor duplex. extenſionem. Vltimus digitum flexor duplex eſt, vnus enim oritur ex oſſe tibiæ, quo loco poplitæus de-
ſinit, atq; illi ipſi oſſi inſertus pergit aduſque malleolum internum retrorſum, indeque in quatuor digi-
torum articulos. Alter ortum ducit ex medio fere perones oſſe, & ei nonnihil inſertus per calcem & a-
ſtragalum pergit ad pollicem, mixtus cum præcedente, actio ipſorum eſt primam digitorum dearticu-
lationem flectere, magis vi ligamẽti communis, quam exiguæ alicuius portionis teodinis illic deſinen-
tis. Vltimam vero dearticulationem eorum inſuper muneris eſt propria inſertione flectere.

De Muſculis mouentibus digitos pedis. Cap. XL. B

Numerus. Digitorum abductor ſeu pedioſus. SEquuntur muſculi mouentes digitos pedis. Hi omnino ſunt octo: vnus in parte ſuperna, ſeptem ve-
ro in intern... Primus prodit ex aſtragalo, calce & cuboide infra malleolum exteroum, ſeu ligamen-
tum eiuſmodi oſſium cum tibia: atque oblique ad ſummum pedem attenſus, abſumitur in quinque
exiguos tendines ad latera quinque digitorum, vt ipſos extrinſecus adducat verſus ſuum principium,
Flexor ſuperior. ex quo digitorum abductor, & pedioſus, quod pedio attenſus ſit, appellatur. Septem partis infernæ,
primus flexor ſuperior dictus, oritur a calce, pediqne in lnngum attenſus ſub forti membrana (quæ à
calce arcte affigitur extremitati oſſium pedu, vt confirmet partes ſub ſe contentas) quatuor tendinibus
inſeritur ad ſecundas quatuor digitorum dearticulationes, quas flectit. Hic notandum, iuxta ſuam in-
ſertionem findere ſe hunc muſculum, inſtar muſculi manus, qui Sublimis dicitur, vt tranſitum aperiat
profundo, qui (vt diximus) per longitudioem digitorum deſcendit, cui ſe adiungit ligamentum quod-
dam commune membranoſum, quod ipſum inuoluit, & oſſi affigit per omnem longitudinem infernæ
Thenari æquipollens. partis digitorum, vſque ad vltimam dearticulationem Secundus ei manus muſculo, qui Thenar dici-
tur, æquipollens, ſitus in pedis parte interna, oritur ex parte interna & caua calcis & aſtragali, deſinitq; C
in partem lateralem & interiorem pollicis, quem abducit à reliquis verſus internam partem. Poteſt is
in duos aut tres muſculos diuidi, vt Thenar manus, ad adducendum pollicem ad alios digitos, quantũ
Hypothenari æquipollens opus eſt, plane quemadmodum in manu diximus. Tertius ei, qui in manu Hypothenar dicitur, æqui-
pollens, egreditur ex calcis parte externa & per pedis latera, aſcendens inſeritur pariter in latus minimi
digiti, vt ipſum abducat à reliquis: cui eidem actioni inſeruire poteſt caro quædam contenta ſub planta
Quatuor lumbrici. pedis, quæ aduſque illos digitos protenditur, vt & pedi incauando auxiliari poteſt. Sequuntur quatuor
lumbrici, qni ex membrana digitorum flexoris profundi inſeruntur in partem internam, & lateralem
quatuor digitorum, vt eos attrahant in partem interiorem, contrario motu ei, quem molitur pedioſus.
Interoſſium ſupernorum & infernorum deſcriptio. Reſtant Interoſſes pedii: hi octo ſunt nnmero, quatuor ſuperni, & inferni totidem, differentes ortu, in-
ſertione, & actione: ſuperni enim, quia adducunt pedem cum pedioſo extrorſum, oriuntur à parte an-
teriore & interiore oſſis eius pedii, quod minimum fulcit digitum (ſic enim & reliqui ſuo ſinguli ordi-
ne) inſeruntur que in partem exteriorem & anteriorẽ oſſis ſubſequentis. Inferni contra exeunt ex parte
anteriore & exteriore oſſis eius pedii, quod pollicem fulcit (ſic enim & reliqui ſuo quinque ordine) in-
ſeruntur vero in partem internam & ſuperiorem oſſis ſubſequentis, vt ipſum adducant cum lumbricis D
introrſum; vel vt pedem excauent, vt externi; vel vt pedem complanent, quemadmodum de manus
interoſſibus diximus.

Epilogus oſſium humani corporis. Cap. XLI.

CAput in ſe totum conſtat oſſibus ſexaginta, quod minus; quod vero maius, ſexaginta tribus: nempe
Cranii oſſa quatuordecim. cranii ſunt oſſa quatuordecim, faciei quatuordecim aut ſeptemdecim, dentes triginta duo, oſſium
cranii octo ſunt continentia & ſex contenta: continentia ſunt os frontis, occipitis, duo ſincipitis, duo
petroſa, Sphenoides ſeu Baſilare, & Ethmoides ſeu Spongoides. Contenta vero ſunt ſex, incluſa au-
Faciei humanæ oſſa quindecim. rium foramine, Incus, Malleus, Stapes. Quod ad faciei oſſa, ſex ſunt intra aut circa oculi orbitam, vtrin-
que nempe tria; duo naſi, duo maxillaria minora, & duo maiora, quæ ſemper quadrupedibus hoc &
manifeſto diſcrimine diſtincta cernuntur, in homine tam rarum id eſt, vt mihi nondum videre conti-
gerit: itaque manifeſto tantum diſcrimine diſtincta ſunt. Duo, quæ continent dentes omnes ſuperio-
res, duo interna palati: duo maxillæ inferioris in pueris. Vltimum denique os criſtæ, vnde intermedia
Dentes duo & triginta. cartilago & quaſi paries naſi oritur. Duo & triginta dentes ſurſum deorſumque æqualiter ſunt diſtri- E
Os hyoides. buti. Horum vero octo ſunt inciſorii, quatuor canini, & viginti molares. Eſt & aliud ad radicem lin-
Spinæ oſſa quatuor & triginta. guæ Hyoides dictum, ſemper ex tribus coaleſcens oſſibus: aliquando ex quatuor. Sequuntur oſſa ſpi-
næ, quæ omnino ſunt quatuor & triginta, nempe ſeptem ceruicis: duodecim Thoracis: quinque lum-
Duæ claues. borum, ſex oſſis ſacri, & quatuor coccygis. Duo præterea ſunt oſſa iuguli. Coſtæ quatuor & viginti,
Coſtæ 24. nempe quatuordecim veræ, & decem ſpuriæ. Sterni oſſa ſæpius ſunt tria: alias ſeptem, vt nonnunquam
Sterni oſſa 3. in iunioribus. Hinc ad brachia venientibus numerantur ſexaginta duo, ducto ab omoplata initio,
Brachii totius oſſa 62. nempe duæ ſunt omoplatæ. Duo brachii ſeu humeri. Quatuor ſunt cubiti oſſa, nempe duplex eſt cu-
bitus proprie: & ſpecialiter dictus & duplex radius. Sexdecim carpi, octo metacarpii, & digitorum
triginta.

triginta.In hunc etiam cenſum veniunt Seſamoidea: quorum alia ſunt interna, & hæc ſemper duodecim,quod minus eſt,quanquam aliquando plura reperiantur, quorum magna pars Cartilaginis potius,quam oſſis nomen meretur:alia externa,ſi Sylvio credimus.Reſtant oſſa cruris, quæ(ſi oſſa ilium vtrinque terna numeremus,vt in puellis numeranda ſunt,ſex ſunt & ſexaginta,præter Seſamoidea, nẽpe duo ilium oſſa,duo pubis,duo iſchii,duo femoris,duo patellæ genu, quatuor tibiæ, nempe duo tibię proprie dictę,&perones duo.Quatuordecim Tarſi,nempe calx duplex:duo aſtragali,duo ſcaphoides,duo cuboides,& ſex innominata. Decem pedii, quinque ſcilicet ſingulis pedibus, & digitorum octo & viginti.Seſamoidea tot pedibus,quot manibus contigerunt.Rem totam,quo facilius perciperes, placuit ſchemate depingere. *Cruris totius oſſa 60.*

Declaratio notarum primæ oſſium figuræ.

Prima oſſium generalis figura.

B




C

D

A. *Os frontis ſeu coronale.*
B. *Duo oſſa ſincipitis,vtrinq; vnum.*
Ç. *Duo petroſa,vtrinque vnum.*
D. *Zygoma.*
E. *Maxillæ inferior.*
F. *Clauicula dextra, cui oppoſita ex altero latere reſpondet.*
G. *Apophyſis ſuperior omoplatæ, acromion dicta.*
H. *Apophyſis anterior omoplatæ, coracoides nominata.*
I. *Sternon, quod ſeptem veras coſtas recipit.*
K. *Cartilago xyphoides ſeu furcula.*
L. *Coſtæ viginti quatuor, vtrinque duodecim, quarum ſeptem ſunt veræ & quinque notæ:omnes numeris 1. 2. 3. 4. &c. notata.*
M. *Brachium ſeu humerus, vulgo os adintoris.*
N. *Cubitus ſeu focile brachii maius.*
O. *Radius,vulgo focile minus brachii.*
P. *Carpus ex octo oſsiculis compaginatus.*
Q. *Metacarpium ex quatuor oſsibus conflatum.*
R. *Oſſa digitorum : tria nempe cuique digito vt quindecim ſint omnino.*
S. *Os femoris.*
T. *Patella ſeu rotula genu.*
V. *Os tibiæ,ſeu focile maius tibiæ.*
X. *Perone ſeu fibula,vulgo focile minus tibiæ.*
Y. *Aſtragalus.*
Z. *Scaphoides.*
a. *Quatuor oſſa tarſi.*
b. *Quinq; oſſa pedis.*
c. *Quatuordecim digitorum oſſa,nempe cuique tria & duo pollici.*

E



Declaratio notarum ſecundæ oſſium figuræ. A

Secunda oßium generalis figura.

A. *Sutura coronalis.* B. *Sutura ſagitalis.* D. *Sutura lambdoides.*
E. *Os occipitis.* F. *Omoplata.*
G. *Ceruix omoplatæ.*
H. *Caput brachij ſeu humeri.*
I. *Eminentia cubiti , Olecranum Græcis dicta.*
K. *Septem vertebræ ceruicis , quibus ad latus paulo infra, notantur coſtæ numeris* 1. 2. 3. *&c.* B
L. *Duodecim ſpondyli ſeu vertebræ metaphreni dorſive.*
M. *Quinq; lumborum vertebræ.*
N. *Os ſacrum.*
O. *Os caudæ ſeu coccygis.*
P. *Os amplum ſeu ilium , puerulis ex tribus oßibus conflatum : quibus ſingulis ſuum nomen. Nam pars ſuperior dicitur os ilium, quæ recipit caput femoris iſchion. Pars anterior os pubis nuncupatur.*
R. *Magnus Trochanter.*
T. *Paruus Trochanter.* C
V. *Calx ſeu calcaneum.*

Epilogus nominum & ſpecierum compoſitionis oßium. Cap. XLII.

Sceletos quid. Duobus in genere modis oſſa cõponuntur. Articuli duæ ſpecies. Quid diarthroſis & ſynarthroſis. Diarthroſis ſpecies tres. Quid enarthroſis. Quid arthrodia. Quid cephale & quid corone. Quid cotyle & glene. Ginglymos quid. Synarthroſis tres ſpecies. Sutura. Gomphoſis. Harmonia. Symphyſis quid. Et quot modis fiat. Synchondroſis. Syneuroſis Neruus nomẽ tria ſignificat.

QVia Chirurgo fractorum oſſium, reparandorum & reſtituendorum rationem noſſe tam neceſſarium eſt, quam eorundem, cum luxata & elocata fuerint, reponendorum, neutrum vero intelligi poſſit ignorata oſſium connexione natiua, operæpretium ipſi me facturum putaui, ſi compendioſe deſcriberem, quibus & quot modis oſſa inter ſe componantur. *Oßium corporis humani vniuerſa compoſitio & conſtructio*, Græcis Sceletos dicitur. Duobus vero modis oſſa illa omnia componuntur, nempe per Arthron, ſeu articulum, & per ſymphyſim, ſeu naturalem vnionem. Vtriuſque ſpeciei multæ ſunt aliæ ſpecies. Sunt enim articuli ſpecies duæ, nempe diarthroſis & ſynarthroſis: quibus hoc intereſt, quod diarthroſis *oßium compoſitio eſt cum motu manifeſto & oculis ſubiecto. Synarthroſis* vero *motum quidem oßium habet, ſed non adeo manifeſtum, verum obſcuriorem.* Iterum vero duæ hæ ſpecies ſubdiuiſionem in alias ſpecies admittunt. D Diarthroſis enim ſub ſe continet Enarthroſim , Arthrodiam , & Ginglymon. Eſt igitur Enarthroſis *diarthroſeos ſpecies, in qua profunda cauitas caput craſſum & longum recipit* , cuiuſmodi compoſitio eſt femoris cum iſchio. Arthrodia , *quando cauitas leuiter cauata caput exiguum & breue admittit* , cuiuſmodi connexio eſt brachii ſeu humeri cum omoplata, primæ vertebræ cum ſecunda. Græci propriis nominibus cauitatum & capitum duo hæc genera diſtinxere: nam *craſſum & longum caput* Cephale nuncupant, id eſt, caput abſolute: exiguum vero *Corone* vel *Coronen*, capitulum Latini dicunt. At *cauitas profunda* eiſdem Cotyle, *ſuperficiaria* vero Glene nuncupatur. Tertia ſpecies Ginglymos dicta, fit, *quando oſſa mutuo ſe recipiunt & recipiuntur*, nempe quando in oſſe cauitas eſt, quæ oppoſiti oſſis caput excipit, & ſimul in eodem caput exiſtit, quod oppoſiti oſſis cauitate excipiatur. Cuiuſmodi compoſitio eſt in cubito & genu, nempe in compoſitione femoris cum oſſe tibiæ. Atq; hæc de diarthroſi & tribus eius ſpeciebus. Synarthroſis altera articuli ſpecies tres etiam habet ſpecies Gal. *lib. de oßibus*, nempe Suturam, Gomphoſim & Harmoniam. Sutura *oßium compoſitio eſt in modum rerum conſutarum* , cuius exemplum in oſſibus cranii habetur. Gomphoſis *quando os oßi tanquam clauus infigitur* , quomodo dentes vtrique maxillæ in ſuis alueolis. Harmonia , *quando ſimplicis lineæ interuentu oſſa componuntur* , quomodo naſi & faciei multa oſſa coeunt. E Huc vſque de oſſium prima conſtructione per articulum & ſpeciebus eius dictum eſt: ſequitur, vt de Symphyſi dicamus. Symphyſis, vt iam admonuimus , nihil eſt aliud, quam *naturalis oßium vnio*. Eiuſmodi vnio fit duobus modis, nempe vel nullius rei interuentu, quo modo coeunt tandem ætatis ſucceſſu in vnum maxillæ inferioris oſſa , quæ antea puerulis manifeſte diſtincta erat; vel materiæ alicuius tanquã medii interuentu: id vero fit tribus modis, vtpote triplicis medii interuentu ; ſcil. cartilaginis, cuiuſmodi vnio Græcis dicitur Synchondroſis , quo modo coaleſcunt oſſa pubis, & quædam puellorum epiphyſes. Vel ligamenti , diciturq; Græcis Syneuroſis, nerui nomine latius vſurpato qui alias pro tendine vſurpatur, alias pro ligamento, alias pro neruo proprie dicto ſenſus & motus authore.

A Locum vero habet hæc ſymphyſis ſeu vnio per ſyneuroſim in ſterni quibuſdam oſſibus & ilium. Vel interuentu carnis oſſa in vnum coaleſcunt, euiuſmodi vnionem Græci Syſſarcoſim dicunt: ſic caro gingiuarum firmat dentes immobileſq; reddit. Quod ſi cui minus placet iſta diuiſio, propter obſcuritates, quibus implicita videri poſſit, hæc, quæ ſequitur mihi in mentem venit, ipſius primum à Germano Cortino Doctore Medico admonitus, quæ diligenter intuenti & facilior & extra omnem reprehenſionis aleam eſſe videbitur. *Syſſarcoſis.*

B

Oſſa, quo tanquam pali vniuerſam corporis humani molem ſuſtinent, ſunt, vel

- *Vnita ſibi inuicem per ſymphyſim ſeu vnionem: qua ſic ſibi mutuo quaſi conſita ſunt, vt inter ipſa nihil ſit diſſimile ſeu heterogeneum, quod ſaltem oculis notari poſſit. Talis vnio apparet in duobus oſſibus maxillæ inferioris ad mentum, in oſſibus ſterni, ilium cum coxendicibus, & pubis oſſibus inter ſe: huius vnionis non ſunt plures ſpecies: per hanc enim fit, vt oſſa, quæ plura & diſtincta erant, vnius tantum medii, cartilaginis nempe interuentu conueniant, quod iam reuera cartilago non eſt, ſed in os abiuit.*
- *Conſociata ſeu compoſita, per id, quod arthron ſeu articulationem nominant, nempe quando ſic concurrunt & colligantur, vt inter ipſa heterogeneum aliquid notari poſſit, ſic vero per arthron oſſa componuntur duob. modis.*
  - *Vel laxius, nempe per diarthroſim, id eſt, articulationis ſpeciem nõ admodum arctam, per quam ſcilicet opportunitatem ad varios motus edendos haberent: huius oſſium compoſitionis ſeu articulationis tres ſunt ſpecies.*
    - *Enarthroſis, quando oſſis caput, alterius cauitate totum excipitur, & conditur, quomodo os femoris cum oſſe coxendicis componitur.*
    - *Arthrodia, quando in leuiter cælata nec adeo depreſſa cauitate, alterius oſſis caput totum non conditur, ſed quadam tantum ſui parte recipitur: adeo vt niſi natura aliunde (vt ex ligamentis vicinorum muſculorum receptaculum ſufficiens) oſſis ei capiti ſubſtituiſſet, in perpetuo luxationis periculo extitiſſet. Sic humerus cum ſcapula connectitur.*
    - *Ginglymos, quando oſſa ſe mutuo excipiunt & excipiuntur, cuiuſmodi compoſitio eſt cubiti cum humero.*
  - *Vel ſtrictius, nempe per ſynarthroſim, quando arctiore nexu compoſita ſunt oſſa, quod illa nullos in corpore motus obire debebant. Huius articulationis tres quoque exiſtunt ſpecies.*
    - *Gomphoſis, quando os vnum altero ſic excipitur, quemadmodum clauus cardone ſuo foramine, vt dentes ſua maxilla.*
    - *Sutura, ſerratim nempe ſeu crenatim quomodo oſſa cranii ſibi mutuo: vel ſquammatim imbricatimve, quo pacto oſſa lapidoſa cum ſincipite coeunt.*
    - *Harmonia, qua fit ſimplicis lineæ interuentu, qua oſſa frontibus velut aduerſis concurrentia diſcriminat, quomodo oſſa naſi componuntur.*

C

Epilogus ſeu cenſus muſculorum omnium corporis humani.

Vt ante oſſa, ſic hic muſculos corporis humani recenſere decreui. Ergo in facie primus occurrit muſculus latus ſeu cutaceus, ex panniculo carnoſo ortus, totum collum & vniuerſam fere faciem con- *Muſculus latus ſeu cutaceus.*
D tegens. Sequuntur quatuor ad oculorum duas ſuperiores, palpebras peruenientes. In oculorum orbitis latent quatuordecim, ſeptem nempe in qualibet orbita: quorum quatuor recti dicuntur, duo obliqui, & vnus pyramidalis. Sequuntur quatuor naſi, nempe duo externi, vtrinq; vnus, & duo interni. Hi adducunt, illi diducunt nares. Poſt hos veniunt maxillæ inferioris decem muſculi: quorum duo crotaphitæ dicuntur ſeu temporales: duo maſſeteres ſeu manſores: duo rotundi (qui mihi videntur potius ad labra, quam ad maxillam attinere) duo parui in ore abditi ab apophyſibus pterygoidibus oſſis cuneiformis orti: duo oris diductores ſui medio neruoſi ſeu tendinoſi. Hinc ſe produnt octo labrorum muſculi, nempe quatuor ſuperni & totidem inferni, os adducentes ſeu claudentes, atque diducentes, quo nomine labrorum adductores, diductoreſque dici poſſunt. In oris velut antro condita eſt lingua cum decem ſuis muſculis. Quare totius faciei erunt muſculi vnus & quinquaginta: in parte antica ceruicis comperiuntur oſſis hyoidis muſculi, itemque laryngis. Os ergo hyoides tanquam in æquilibrio ſuſpenſum tenent octo muſculi: quorum duo ſunt ſuperni à mento orti: duo ad latus à Styloide apophyſi, perforati in medio, qua tranſeant duo oris diductores eo loco neruoſi: duo à ſterno orti: duo denique à coſta ſuperiore omoplatæ ad coracoidem, qui etiam in medio ſui ſunt neruoſi, quo loco duo ma- *Singulorum oculorum ſeptem muſculi. Duos, qui dicuntur rotundi, labrorum potius eſſe quam maxillæ. Totius faciei muſculi 51.*
E ſtoidei ipſis incubant. Larynx ex tribus cartilaginibus conflatus, octodecim vel viginti habet muſculos, quorum ſex vel octo ſunt communes, & duodecim proprii. Communium duo ſunt ſuperni, duo inferni, duo ad latus primæ cartilaginis: quibus duos illos addere poſſumus qui reſerando epiglotidi inſeruiunt, qui in magnis quadrupedibus ſemper reperiuntur ad deprimendum epiglotida. Proprii ſunt duodecim, qui fere omnes veniunt à ſecunda cartilagine, vt ſe in primam & tertiam inſerant, quorum quidam ſunt ante, alii poſt Thyroidem. Præter hos duo ſunt maſtoidei, qui flectunt caput. At in poſtica ceruicis parte duodecim ſunt muſculi eiuſdem capitis motui deſtinati, ſic vt capiti mouendo *Hyoidis octo muſculi. Laryngis 18. vel 20. muſculi.*

quatuor

Caput mouent muſculi 14. quatuordecim muſculi ſint addicti, duo maſtoidei antici, & duodecim poſtici: nempe duo ſplenii, duo A complexi, quatuor recti, & totidem obliqui, qui valde breues ſunt, adeo vt primam & ſecundam vertebram nõ excedant. *Ceruicis 8. muſculi.* Ceruix octo habet muſculos, quorum duo dicuntur longi antrorſum ſuper corpus vertebrarum: duo ſcaleni, qui ſunt ad latus: duo ſpinati, qui ſunt ſecundum longitudinẽ ſpinæ vertebratum: duo tranſuerſi, qui pergunt ad apophyſes tranſuerſas metaphreni. *Thoracis muſculi 81.* Thorax muſculos habet vnum & octoginta, quorum alii in parte eius ſunt antica, alii in poſtica, alii ad latus: omneſq; ſunt combinati, excepto diaphragmate. Horum ergo duo ſunt ſubclauii: duo ſerrati magni, qui a baſi veniunt omoplatæ: quatuor parui Rhomboides, duo nempe ſuperni & duo inferni: duo ſacrolumbi: duo intra pectus cartilaginum ſtrictores. Sunt prætera viginti duo intercoſtales externi & totidẽ interni: viginti quatuor intercartilaginei, nempe duodecim interni & totide externi: ſic vt intercoſtales & intercartilaginei ſint ſexaginta octo, qui cum duodecim commemoratis explent numerum octoginta muſculorum. His adde diaphragma Azygon, id eſt, ſine pari, habebis Thoracis muſculorum numerum ante deſignatum, nempe vnius & octoginta. *Epigaſtrii muſculi 8.* Quod ſi & his addere volueris epigaſtrii muſculos, non valde reluctabor, quia per accidens expirationi & inſpirationi auxiliantur. Octo igitur epigaſtrii muſculorum quatuor ſunt obliqui, quorum duo ſunt deſcendentes & totidem aſcendentes: duo recti, quibus addere poteris duos, qui ab oſſe pubis veniunt ſuccenturiatos, ſi placet eos a capite muſculorum rectorũ ſeparare: duo tranſuerſi. B


Lumborum 6. vel 8. muſculi. Lumborum ſex ſunt, vel octo muſculi, quorum duo lumbos flectunt, qui triangulares ſunt, duo ſemiſpinati: duo ſacri: duo in medio ſunt dorſo, quos ob id rachiras poſſumus nuncupare. Nunc, vt poſtea ſeorſim & diſtincte extremitatũ muſculos expediuimus, ad pudenda accedemus. *Teſtium 2. muſculi cremaſteres dicti.* Teſticulorum igitur gratia duo ſunt comparati muſculi, cremaſteres ſeu ſuſpenſorii dicti. Ad colis radicem ſeu perinæum quatuor cernuntur alii, partim vrinæ ſeminiſq; ductus gratia: partim colis engendi cauſa. Ad veſicæ ceruicem ſphincter ſedet. *Ani 3. muſculi.* Ad recti inteſtini extremitates viſuntur muſculi, duo leuatores ani, & vnus ſphincter. Iam extremitatum muſculos exequamur. Sat vero erit vnius tantum lateris muſculorum meminiſſe, quia cum corpus vbique geminum ſit, quæ de vno dicta erunt, eadem de altero intelligenda venient.

Brachii totius muſculi 43. Brachii igitur ducto ab omoplata initio, muſculi quod minus eſt, ſunt quadraginta duo: nã omoplatæ quatuor numerantur: brachii proprii & ſpecialiter dicti ſeptẽ vel octo: ac cubiti tres, quatuor aut quinq; proprii ſunt muſculi, cubiti nempe motionibus perficiendis deſtinati: in cubito vero interno ſeptem, in externo exiſtunt totidem: at manus tredecim, ꝙ minus eſt, numerantur. Quatuor omoplatæ exiſtũt, Trapezius cucullo monachali ſimilis, qui ipſam ſurſum & deorſum mouet, & retrorſum trahit. C Secundus Leuator. Tertius Rhomboides magnus Trapezio ſubiectus. Quartus Serratus minor, qui in coracoidem inſeritur. Brachium mouetur antrorſum, retrorſum, ſurſum, deorſum, & in gyrum. Pectoralis exortus à clauicula, ſterno, & coſtis vicinis antrorſum ipſum trahit, humilis ab ima omoplatæ coſta veniens retrorſum: deltoides ſurſum: latiſſimus deorſum, & nonnihil retrorſum. Tres v. circum omoplatam ſiti ipſum circumagunt, ſeu in gyrum mouent. Epomis ſeu Scapularis, ſurſum: Superſcapularis, qui duplex videri poteſt, retrorſum & deorſum: Subſcapularis, qui eſt in cauitate omoplatæ, antrorſum: adeo vt actionis quadam viciſſitudine & ſucceſſione ipſum circumagant: Cubitũ flectunt duo muſculi, vnus Biceps, alter Brachiæus dictus: extendunt vero vnus, vel aut tres muſculi: nam ſi ſpectes originem, muſculus ille duo vel tria habet capita, at vnicã habet inſertionem. In cubito interno ſeptem ſunt muſculi, vnus palmaris: duo carpi flexores: duo pronatores, vnus quadratus, alter rotundus quodammodo: duo digitum flexores, vnus ſupernus tendens ad ſecundum digitorum articulum, alter infernus, cũ quo comprehendimus pollicis flexorẽ. Cubiti externi muſculi ſunt, ſupinatores duo, carpi tenſores duo, digitũ tenſores duo, & abductor ſeu obliquator vnus: Quatuordecim illi interni externiq; cubiti muſculi, non quidẽ cubitum mouent, ſed tantum cum in cubito exiſtant, radium, & cum eo manum mouent. D Manus muſculi tredecim ſunt hi, Thenar, qui non in duos modo, ſed & in ſex diuidi poſſet, tam propter actiones diuerſas, quas edit, quam interſtitia hiatu manifeſto diſcreta: ſecundus dicitur Hypothenar, qui eſt minimi digiti, vt Thenar pollicis: tertius abductor pollicis: ſequuntur deinde quatuor lumbrici, & ſex interoſſes, quamuis octo notari poſſint.

Cruris totius muſculi 50. Crus integrum quinquaginta, ꝙ minus eſt, habet muſculos. Femoris enim muſculos numeramus quatuordecim: tibiæ gratia comparati ſunt vndecim: in tibia ſiti ſunt nouẽ, tres antici & ſex poſtici, qui pedi ſuam dicarunt operã & digitis: in pede ſiti ſunt ſexdecim. Ergo quatuordecim femori inſeruientiũ muſculorum duo ipſum flectunt, vnus lumbaris dictus, alter a cauitate oſſis ilium profectus: ipſum vero extendunt, tres natium authores, & Triceps, quem in tres, ſi placet, poteris diuidere. Præter hos circumagunt crus ſiue femur quadrigemini quatuor, & duo obturatores, quorum internus vnus, & externus alter. Tibiæ vndecim ſunt, longus, membranoſus, quatuor poſtici (quorum tres ab iſchio, alter vero à commiſſura oſſis pubis) Rectus duo Vaſti, Crureus, Poplitæus. Siti in tibia pedis gratia & digitorũ, ſunt tres antici & ſex poſtici: anticorum duo flectunt pedẽ, quorum vnus dicitur Tibiæus anticus, alter Peronæus, que in duos poſſis diuidere. Tertius digitum tenſor, quamuis ipſe quoq; partim pedẽ flectat, ad E quem etiã reuocatur pollicis tenſor. Poſticorũ vnus eſt digitum flexor, alii pedẽ extendunt, hocq; ſunt ordinẽ: duo gemelli, vnus plantaris, vnus ſoleus, vnus tibiæus poſticus & magnus digitum flexor, ad quẽ reuocatur pollicis flexor. Ex ſexdecim in pede ſitis vnus eſt ſupernus, ſitus ſupra pedion, quem digitum abductorẽ appellamus: alter in planta pedis, nempe paruus digitũ flexor, qui ad ſecundam pergit digitorum articulationẽ per internum pedem: alter pollici ſuã dicauit operam, quem pollicis abductorem ſeu abactorem appellare poſſis: foras alter cernitur minimi digiti gratia comparatus. His accedunt quatuor lumbrici, prætera octo interoſſes, vel deceni, ſi mauis. Et hæc ſufficiant de cenſu muſculorum.

Prima

A *Prima cenſus muſculorum figura, cuius latus ſiniſtrum hominem ſua cute tectum depingit: dextrum vero muſculos omnes ſeorſum à ſe inuicem ſecretos eodem, quo veuenti ſitu eſſe ſolent.*



B

C

a. *Muſculus, qui oculum claudit.*
b. *Qui oculum aperit.*
c. *Crotaphita ſeu temporalis.*
d. *Zygoma.*
e. *Muſculus maſſeter.*
f. *Muſculus supernus, in labrum infernum deſcendens.*
g *Muſculus, qui ad labrum ſuperius & naſi alas pergit.*
h. *Muſculus rotundus interna oris tunica abditus.*
I. *Muſculus infernus ad ſuperius labrū aſcendens.*
K. *Muſculus infernum labrum mouens.*
l. *Muſculus infernam maxillam diducens.*
m. *Muſculus maſtoideus.*
n. *Leuator omoplatæ.*
o. *Clauicula.*
p. *Muſculus ſubclauius.*
q. *Serratus minor anticus, ex quinque aut ſex coſtis supernis ad coracoidem omoplatæ conſcendens.*
r. *Origo muſculi pectoralis a ſterno.*
ſ. *Muſculus pectoralis.*
t. *Deltoides.*
V. *Biceps ſeu cubiti flexor.*
X. *Brachieus, cubiti etiam flexor.*
Y. *Appendix ſeu productio præcedentis muſculi, quæ & cubiti eiuſdem flexionem iuuat.*
Z. *Pronator manus.* &. *Longiſſimus ſeu manus ſupinator.*

A. *Carpi flexores.* B. *Digiti flexor ſupernus.* C. *Digiti flexor profundus.* D. *Palmaris.*

Octo ſequentes literarum notæ figuræ minoris manus ſeorſum à reliquo corpore exiſtentis, imaginem paulo exactius exprimunt:

E.F.G. *Muſculi pollicis, qui primum & ſecundum os flectunt.*
HH. *Lumbrici.* I *Muſculus, qui minimum digitum retrorſum à reliquis abducit.*
K. *Annulus carpi.* L. *Fiſſura quatuor tendinum muſculi digitum flexoris superni, qua tendines profundi aſcendunt ad tertiam digitorum articulationem.*

D

M. *Tendines profundi.* N. *Serratus maior ſecretus, dilatando Thoraci inſeruiens.*
O. *Obliquus deſcendens epigaſtrii.*
P. *Tranſuerſus.* Q. *Rectus.* R. *Vmbilicus cum linea alba,*
S. *Vnus ſuccenturiatorum muſculorum, qui ab oſſe pubis in recti caput aſcendit.*
T. *Obliquus aſcendens.* V. *Membranoſus femoris.* X. *Rectus femoris.*
YY. *Longiſſimus ſutorius dictus.* Z Z. *Duo vaſti.* 1. 2. 3. *Triceps deſcendens ab oſſe pubis intus in os femoris.* 4. *Patella genu.* 5. *Os tibiæ.* 6. *Portio muſculi gemelli.* 7. *Portio ſolei.* 8. *Tibiæus poſticus ſeu internus:* 9. 10. *Pedis flexores,* 11. *Digitum tenſores.*

Secunda

E

Secunda cenſm muſculorum figura, quæ latere ſiniſtro hominem depingit ſua item pelle tectum: dextra vero reliquos totius corporis muſculos exprimit. A



a. *Os occipitis nudum.*
b. *Splenius muſculus in latus ſiniſtrum reſupinatus.*
c. *Muſculus complexus.*
d. *Muſculus ſpinatus.*
e. *Muſculus obliquus aſcendens ex ſpina ſecundæ vertebræ ad apophyſim tranſuerſam primæ.*
f. *Muſculus obliquus aſcendens à commemorata apophyſi tranſuerſa ad occiput.*
g. *Muſculus rectus ſubiectum habens ſocium.*
h h *Exprimere deberet Trapezium; ſed ſculptoris inter cælandum excidit.* B
i. *Muſculus Rhomboides omoplatæ.*
K. *Leuator omoplatæ.*
l. *Exiguus muſculus inſtratus cauitati, quæ eſt ſupra omoplatæ ſpinam.*
m. *Muſculus deltoides ex ſpina omoplatæ.*
O. *Superſcapularis, quam fruſtra nonnulli duplicem faciunt.*
P. *Muſculus deprimens & retrorſum trahens brachium, veniens ab angulo inferiore omoplatæ.*
q. *Muſculus latiſſimus.* r. s. *Duo muſculi cubitum extendentes.*
t. *Portio brachiei cubitum flectentis.*
V. *Origo muſculi longiſſimi manus ſupinatoris.* C
u. *Olecranum ſeu tuber cubiti.*
X. *Os cubiti.* YY. *Portio duorum muſculorum carpiflexorum.* z. *Muſculus digitum tenſor.* & *Vnus ex carpi tenſoribus, biceps & bicaudatus.*
A. *Alter carpi tenſor priori ſocius.* BB. *Abductor pollicis.* C. *Pollicis tenſor.*
D. *Annulus ſeu ligamentum tendinum.* E. *Rhomboides, ſeu ſerratus ſuperius & poſticus.*
F. *Sacrolumbus duodecim habens tendines.* G.H. *Semiſpinatus.*
I. *Muſculus Rhomboides ſeu ſerratus poſticus & inferius.* K. *Muſculus lumbaris ſeu triangularis potius.* L. *Primus & craſſior natium muſculus reſupinatus in latus ſiniſtrum.*
M. *Secundus natium muſculus, ſitu & magnitudine.*
N. *Tertius & minimus natium.* OOOO. *Quadrigemini quatuor.* P. *Obturator internus.* Q. *Obturator externus.* R. *Magnus Trochanter.* S. *Vaſtus externus.*
T. *Primus tibiam flectentium, quem ampliatum ſeu auctum dicere poſſis.* V. *Secundus.* D
X. *Tertius, ambo interni.* Y. *Maxima pars tricipitis.* A A. *Gemelli.* B. *Soleus.*
1. *Thenar pedis.* 2. *Digitum flexor pedis parum.*

FINIS LIBRI QVINTI.

DE

A

DE TVMORIBVS CONTRA NATVRAM IN GENERE.

B

LIBER SEXTVS.

Quid Tumor contra naturam, vulgo Apoſtema dictus, & quæ illius ſint differentiæ. CAP. I.

Ἀπόστημα vulgo dictum, *affectus eſt contra naturam, ex triplici morborum genere, intemperie, mala conformatione & continui ſolutione, in actionis læſionem coeuntium, compoſitus & connexus.* Hunc facit humor ſeu materia alia quæuis humori proportione reſpondens, partis, corporiſve eius, cui inſidet, functionem abolens, debilitans, aut deprauans. Apoſtematum differentiæ è quinque potiſſimum rebus duci ſolent: quantitate, materia, accidentibus, partium, quas obſident, natura, cauſis denique efficientibus. Has viſum eſt facilioris doctrinæ gratia ſequenti ſchemate deſcribere.

Quid apoſtema vulgò dictum.

Apoſtematum ſeu tumorum contra naturã cauſa materialis.

C

De Tumorum differentiis Tabula.

Apoſtematum differentiæ ex quinque maxime rebus ducuntur.

- *Ex quantitate, ratione cuius apoſtemata dicuntur,*
  - *Magna, quæ Galeno libro de tumoribus contra naturam, & libro 2. ad Glauconem, phlegmonarum, quæ in partibus carnoſis contingunt, nomine generali comprehenduntur,*
  - *Mediocria, vt furunculi.*
  - *Parua, cuiuſmodi Auicennæ bothores & puſtulæ dicuntur, ſcabieique & lepræ genus omne, omnes denique exiguæ eruptiones.*
- *Ab accidentibus, vt*
  - *Colore; vnde dicuntur apoſtemata alba, rubra, citrina, flaua, liuida, nigra, & alterius coloris.*
  - *Dolore, duritia, mollitie, aliiſque ſimilibus; vnde apoſtemata dicuntur, dolentia, indolentia, dura, mollia, & ſic de reliquis:*
- *A materia, vt quæ gignuntur & fiunt: quæ eſt vel* (D)
  - *Naturalis.*
    - *Calida eaque, vel*
      - *Sanguinea, vnde vera phlegmone.*
      - *Biliosa, vnde verum eryſipelas.*
    - *Frigida eaque, vel*
      - *Pituitoſa, vnde verum ædema.*
      - *Melancholica, vnde ſcyrrhus legitimus.*
  - *Non naturalis, quæ bonitatis naturæ ſuæ limites exceſſit: vnde tumores illegitimi. ergo, ex*
    - *Sanguinea.* — *Carbunculi, anthraces, Gangræna, eſthiomenus, Sphacelus ſunt.*
    - *Biliosa* — *Craſſiore quidem Herpes exedens; Tenuiore vero Herpes miliaris.*
    - *Pituitoſa* — *Apoſtemata aquoſa & flatuoſa, ſcrophulæ, nodi, tumoreſque omnes & excreſcentiæ phlegmaticæ.*
    - *Melancholica.* — *Scyrrhus exquiſitus ſeu illegitimus, durities, & cancroſi tumoris genus omne.*
- *Ex partium, quas obſident, conditione & natura, vnde ophthalmia oculi phlegmone; Parotis iuxta aures tumor; parouychia ad vnguium radices, ſe ſimilibus idem eſto iudicium.* (E)
- *A cauſis efficientibus, ſeu potius efficiendi modo. Sic enim apoſtemata alia per fluxionem fieri dicuntur, alia per congeſtionem, illa fere calida ſunt, hæc fere frigida, vt ex ſequenti capite amplius innoteſcet.*

De cauſis generalibus Tumorum. Cap. II. A

Quibus maxime modis tumores contra naturam fiant. Caloris tres cauſæ. Doloris cauſæ quatuor.

APoſtematum cauſæ generales duæ exiſtunt, fluxio nempe & congeſtio. Fluxiones fiunt vel partis mittentis occaſione, vel recipentis: pars quidem mittens ideo à ſe humores amandat, quod quæ ipſi inſidet, excretrix facultas eorum vel copia, vel qualitate moleſta, irritetur ad expulſionem. Pars recipiens attrahit & excipit caloris, doloris, imbecillitatis (ſeu natiua illa, ſeu accidentaria ſit) laxitatis meatuum, & decliuioris ſitus occaſione. Caloris, in quacunque parte extiterit, cauſæ tres eſſe ſolent, nempe motus omnis immoderatus (ſub quo & frictiones continentur) calor externus, ſeu ab igne, ſeu à ſole, & medicamentorum alimentorumque acrium vſus. Doloris vero cauſæ quatuor exiſtunt, prima eſt intemperatæ rei ſubitus & rapidus incurſus, ab alicuius quatuor primarum qualitatum efficientia: Secunda eſt continui ſolutio à vulnere, luxatione, fractura, tortione, contuſione, diſtentione. Tertia eſt partis exquiſitus ſenſus, neq; enim ſi os diuidas vel frigori, ſoliue exponas, dolorem ſentias. Quarta eſt facultatis animalis velut attentio: alio enim conuerſus à doloris agente cauſa animus minus dolorem percipit.

Cauſa imbecillitatis duæ.

Pars imbecillis eſt natura vel caſu aliquo: natura quidem, vt glandulæ & viſcerum nobilium emunctoria: Caſu vero, vt ſi ipſam diu aliqua intemperies, acerbus dolor, fluxio ingens, exercuerit & fa- B tigarit; ſic enim robur minuitur & meatus dilatantur. Sed & ſitus decliuis humorum decubitui opportunitatem præbet.

Duæ cauſæ congeſtionis.

Cauſæ congeſtionis duæ ſunt præcipuæ, nempe virtutis concoquentis, quæ in parte reſidet, infirmitas: vnde fruſtratur affluentis alimenti in partis ſubſtantiam aſſimilatio: & excretricis facultatis ipſius debilitas: dum enim ſuperflua nequit pars excernere, creſcit ipſorum indies cumulus. Atq; hinc ſæpius frigidorum apoſtematum à craſſo & lento humore origo, vnde curandi difficultas maior. Denique quã multæ ſunt apoſtematum cauſæ, omnes ad tres reuocantur, nempe ad primitiuas ſeu externas, ad antecedentes ſeu internas: ad coniunctas ſeu continentes, vt fuſius dicemus poſtea.

De Apoſtematum ſeu tumorum ſignis in genere. Cap. III.

Præcipua tumorum ſigna duci ab eſſentia partis.

PRiusquam tumorum curationem aggrediaris, eorum ſpecies & differentias noſſe oportet, harum vero petenda notitia ex ſignis propriis, eadem, qua in aliis morbis, via. Sed quia propria & præcipua tumorum ſigna ducuntur ab eſſentia partis, quam occupant, habenda in primis partium notitia eſt, ſciendumque quæ ipſarum ſit eſſentia, quæ compoſitio. Vtrumque anatomes peritia, & læſæ functionis obſeruatione perfecte docemur, eum præſertim affecta pars ex earum eſt genere, quæ in intimo la- C tent corpore: nam partes externæ tumore præter naturam affectæ ſint, nec ne, cognoſcimus comparatione eius, quod ſecundum naturam eſt, ad id, quod contra naturam eſſe dicitur. Partem enim ſanam cum ægra comparantes, facile iudicabimus, num tumore præter naturam occupetur. Sed quia non ſatis eſt Chirurgo ſigna hæc vniuerſalia noſſe (nam & hæc vulgus nouit) attendere debet ad magis propria & propinqua. Hæc autem ex materiæ & humoris, quo conſtant tumores, diſcrimine petuntur. Sic enim docet Galenus, tumorum differentias omnes naſci ex influentis materiæ & tumorem creantis natura & conditione: noſcuntur etiam ex his, quæ ſuperueniunt accidentibus, vt colore, calore, duritie, mollitie, dolore, tenſione, renitentia.

Lib. 2. ad Gl. & 13. meth. Sanguinei tumoris ſigna propria. Melancholici. Bilioſi. Tumorum notitia ex motu & exacerbatione. Lib. 2. epid.

Ergo dolor, calor, rubor, & tenſio ſanguineum humorem indicant: Frigiditas, mollities, & dolor non ita acer, pituitoſum: tenſio, durities, partis liuiditas, & punctorius quidam per interualla dolor, melancholicum. Color citrinus & pallidus, dolor mordax ſine partis duritie, bilioſum. Sed & apoſtemata periodos & exacerbationes habent, humorum, ex quibus fiunt, naturam & motum ſequentes. Quare ex motu & paroxyſmo, non erit difficile humoris ſpeciem internoſcere: vt enim vere, ſic & matutinis horis ſanguinis incitatio eſt: vt æſtate, ſic & horis meridianis bilis flauę: vt autumno, ſic & horis veſpertinis humoris melancholici: vt hyeme, ſic & horis nocturnis humoris pi- D tuitoſi, exacerbationes vigent. Docent enim Hippocrates & Galenus, annum ipſum circuitus habere morborum, adeo, vt quæ eſt quatuor anni temporum, eadem ſit quatuor diei quartarum ad humorum impetus, & motus proportio.

Quid principium apoſtematis. Quid incrementum & ſtatus. Quid declinatio. Tumores quot modis terminētur.

Apuſtemata ſanabilia quatuor exigunt tempora; principium, incrementum, ſtatum & declinationem: atq; pro eiuſmodi temporum varietate variãda eſt remediorum ratio. Principium tumoris ex eo agnoſcimus, cum pars tumere incipit: Incrementum, cum tumor, dolor, & alia accidentia aperte creſcunt & promouentur: Statum, cum ſupradictorum ſymptomatum nulla fit accretio, ſed ſingula quæque, quod ad ſummum peruenerint, in ſuo ſtatu permanent, velut in mora, niſi ipſa tumoris materia degeneret, & in aliam ſe humoris ſpeciem induat: Declinationem, cum tumor, dolor, febris, inquietudo minuuntur. Hinc vero præſagiet Chirurgus, quis tandem tumoris futurus ſit terminus: nam tumores quatuor modis terminari ſolent, modo repercutientibus humorum ipſos efficientium motus non intercipiatur, vel ipſi ſine vlla occaſione manifeſta retro in corpus non refluant. Primo ergo terminantur inſenſibili tranſpiratione, ſeu reſolutione. Secundo ſuppuratione, cum materia coquitur, & in pus abit. Tertio induratione, cum in ſcyrrhum degenerat, humoris tenuiore parte reſoluta. Quarto, qui eſt E omnium teterrimus, partis corruptione & Gangræna, cum ſcilicet ipſa humoris impetu influentis vel copia vel qualitate, vel vtraque victa in eam intemperiem deuenit, vt propria ipſius depereat actio. Optimum eſt reſolutione tumorem terminari: peſſimum corruptione, velut ambigunt ſuppuratio & induratio: quanquam illa longe hac eſt melior.

Signa tumoris reſolutione terminandi. Suppurationis ſigna.

Signa quibus præſagiet Chirurgus apoſtema terminandum reſolutione, ſunt tumoris, doloris, pulſationis, tenſionis, caloris & aliorum accidentium remiſſio, membri inſolita alacritas & pruritus: atque hoc fere modo terminãtur apoſtemata calida, quod calidus humor tenuitate ſua reſoluatur facilius. Suppurationis ſigna ſunt doloris, caloris, tumoris, pulſationis & febris intenſio: nã Hippocratis ſentẽtia, *dũ pus fit, dolores & febres magis fiunt, quàm pure iã confecto.*

Atteri tum

A Attentum vero eſſe Chirurgum oportet ad ſuppurationis huius, dum fit, notitiam. *Sæpe* enim *pus latet, propter* (vt ait Hippocrates) *obiecta & obtenta partis craßitiem.* Signa apoſtematis in ſcyrrhoſam duritiem abeuntis, ſunt tumoris diminutio, & durities in parte derelicta. Cauſa non abeuntis cum tumore duritiei eſt naturæ infirmitas, humorum craſſities, ac leoror, & Chirurgi imperitia, qui nimium reſoluentibus diutius vſus, tenuiore humoris portione reſoluta, reliquæ portioni craſſiori, quo fæcis terrenæ inſtar concreta ſubſideret, occaſionem attulit. Sic enim figulina ad ſolis ardorem reſiccata indurantur. Sed & alia ratione Chirurgus imperitus, ſcyrrhoſæ duritiei anſam poteſt præbere: nimio nempe repercutientium vſu condenſata cute & incraſſatis humoribus. At apoſtema in gangrænam faceſſere ex eo intelliges, ſi caloris, ruboris, doloris, pulſationis & tenſionis accidentia fuerint intenſiora, quam in ſuppuratione eſſe ſoleant: ſi dolor ſtatim ſine cauſa manifeſta ceſſauerit, ſi pars liueſcat, nigreſcat ve, ſi denique fœteat. Sed fuſius de hac re poſtea cum de Gangræna & Sphacelo agemus. Subita & ſine cauſa manifeſta tumoris diminutio ſignum eſt relapſæ & conuerſæ intro in corpus materiæ, cui rei occaſionem præbent immodicus refrigerantium vſus. Aliquando & flatus multus ipſi materiæ permixtus, etſi in admotis nihil peccatum fuerit. Humoris hunc in corpus regreſſum ſequuntur febres, multaque alia

B ſymptomata maligna, vt Syncope & Conuulſio per tranſlationem ad partes nobiles.

Signa & cauſa tumoris in ſcyrrhum terminandi.

Gangrænæ imminentis ſigna.

Delitescentia vulgo dicta & ſigna.

De apoſtematum prognoſi. Cap. IV.

TVmores ab humore melancholico, phlegmatico, craſſo denique lento & viſcoſo ad ſui curationem longius tempus exquirunt, quam qui ſunt à ſanguine aut bile. Difficilius vero curantur, qui ab humoribus ſunt non naturalibus, quam qui ſunt ab humoribus, qui naturæ adhuc tenentur dominio. Nam quia natura deſciuerunt humores, magis qualitate, quam quantitate peccant, varias rerum à natura abhorrentium formas ſubeunt, quæ nulla cum humoribus naturalibus ſimilitudine & affinitate iunguntur, vt ſeui, pultis, mellis, amurcæ, fæcis vini, limo & corporum ſolidorum, vt lapidis, arenæ, carbonis, feſtucæ, non raro & animalium, vt vermium, ſerpentum, ſimiliumque monſtrorum. Tumores, qui partes internas, & viſcera nobilia obſident, periculoſiores ſunt & lethaliores, vt & illi, qui in articulis aut ad articulos exiſtunt. Periculoſi & illi tumores exiſtunt, qui m[illegible] a vaſa, vt venas, arterias, & neruos obſident, hæmorrhagiæ, ſpirituum reſolutionis & conuulſio[illegible] metu. Sic & enormi magnitudine apoſtemata ſæpe lethifera ſunt, ob magnam, quæ fit, ipſis aper[illegible], ſpirituum reſolutionem.

C Quæ in ſcyrrhum degenerarunt apoſtemata, diuturni omnia temporis, & operoſæ ſunt curationis: vt & hydropicorum, elephanticorum, lentiginoſorum & omnium cacochymorum: ſæpe enim in vlcera maligna & male morata abeunt.

Tumores frigidos diuturniores eſſe curationis.

Quia a materia non naturali ſiunt tumores, difficilius ſanari.

Hip. aphor. 8. ſect. 6.

De Tumorum contra naturam vniuerſali curatione. Cap. V.

IN apoſtematum curatione tria veniunt obſeruanda, Primum eſt eſſentia apoſtematis: ſecundum qualitas humoris apoſtema committentis: tertium partis obſeſſæ temperies. Prima indicatio ab eſſentia, id eſt, tumoris magnitudine aut exilitate ducta, curandi rationem euariat, nam pro tumoris magnitudine augenda, minuendaue ſunt remedia. Secunda ab humoris natura ducta curandi quoque conſilia immutat: aliter enim Phlegmone quam Eryſipelas, aliter Oedema, quam Scyrrhus; aliter ſimplex, quam compoſitus tumor curanda veniunt. Sed & tumorem ab humore non naturali aliter curaueris, quam eum, qui eſt ab humore naturali, & aliter eum, quem facit congeſtio, aliter eum, quem defluxio. Tertia indicatio a natura partis, in qua tumor reſidet, ſumitur. Per partis vero naturam, temperiem, conformationem, ſitum & facultatem, functionemq; intelligimus. Temperies indicat alia

D remedia partibus carnoſis, vtpote humidioribus: alia neruoſis, nempe ſiccioribus conuenire: alia enim oculo, alia gulæ admoueris, alia partibus, quę ſubſtantiæ raritate fluxionem facilius admittunt, alia his, quę denſitate eandem reſpuunt. Situs vero partis apprime venit conſiderandus, ſi nempe connexionem pars habeat cum magnis vaſis: ſi opportunitatem habeat humoris & puris concepti effundendi. Facultatis nomine vſum Galenus & ſenſum partis intelligit. Huic autem curandi multiplex indicatio. Partium enim aliæ ſunt principes, vt cerebrum, cor & iecur; harum namque virtus in vniuerſum corpus per neruos, arterias & venas peruadit: Aliæ principes quidem non ſunt, ſed tamen ita neceſſariæ, vt ſine his animal ſuperſtes eſſe nequeat, vt ventriculus: Aliæ ſenſu ſunt acerrimo præditæ, vt oculus, membranæ, nerui, tendines, itaque neque acria, neque mordicantia medicamenta ferre poſſunt. His indicationibus in mentem reuocatis, perficietur indicatio tribus ſequentibus intentionibus, ſi ſcilicet humorem ſpectemus influentem, vel qui eſt paratus influere; ſi materiam coniunctam ſeu humorem parti impactum; ſi accidentium correctionem: ſic tamen vt ſemper ordinis vrgentioris, & cauſæ ratio habeatur. Ergo initio ad materiam antecedentem apponenda ſunt repercutientia, fortia vel debilia ad tumorem, qui fit adhuc, attendentia, ſex tantum conditionibus tumorum exceptis. Prima eſt ſi

E materia tumoris ſit venenoſa; Secunda, ſi abſceſſus ſit criticus, Tertia, ſi iuxta viſcera nobilia fiat fluxio; Quarta, ſi craſſa ſit materia, lenta & viſcida; Quinta, quando in imo latet materia, id eſt, per profundas venas influit; Sexta, cum in adenoſa corpuſcula incumbit. Quod ſi plethora corpus vniuerſum occuper, diæta conuenienter inſtituenda eſt, vacuatio & phlebotomia, frictiones & balnea imperanda, cacochymiam emendabunt diæta & purgatio. Si fluxionem inuitarit partis recipientis imbecillitas, corroboranda illa erit. Si inferiore ſitu pars exiſtat, ita componatur æger, vt pars excipiens, quantum fieri poterit, ſuperiore ſit ſitu. Si dolor fluxioris in cauſa ſit, anodynis ipſum ſedabimus. Si leuitas humoris fluxionem faciat, medicamentis & alimentis erit inſpiſſandus. Quod vero ſpectat ad materiam parte contentam, quia ipſi contra naturã eſt, vacuari inde poſtulat reſoluentibus, vt cataplaſmatis, litu,

Quæ conſideranda in tumorum curatione aggredienda.

Quid per partis naturam intelligendum.

Quid per partis facultatem intelligendum ſit.

In curatione perficienda quæ conſideranda.

Quæ debentur nec ab vſu repercutientium.

fotu, cucurbitulis: vel vacuantibus vt ſcarificatu, vel ſuppurantibus procurata vomica. Quod denique A
ad coniuncta pertinet accidentia, febrem nempe, dolorem & ſimilia, mitiganda illa erunt medicamen-
tis anodynis, lenientibus, & relaxantibus, vt fuſius dicemus poſtea.

De quatuor primis & generalibus Tumoribus, aliiſque, quæ ad hos reuocantur, Apoſtematibus. CAP. VI.

Qui tumores ad phlegmonem reuocentur.

PRæcipui tumores & ſummi, quos humorum gignit congeries, quatuor ſunt, Phlegmone, Eryſipe-
las, Oedema, & ſcyrrhus. Ad hos innumeri alii reduci & reuocari poſſunt, diuerſis diſtincti nomini-
bus pro cauſarum efficientium & partium excipientium varia conditione. Ad phlegmonem ergo re-
uocantur Phygethlum, Phyma, Furunculus, Carbunculus ſeu Anthrax, Ophthalmia, Synanche, Bubo,
omnia denique calidorum & humidorum tumorum genera. Sub Eryſipelate continentur Herpes mi-

Qui ad eryſipelas. Qui ad Oedema. Qui ad ſcyrrhum.

liaris, Eſtiomenus, Formica, Impetigo: omnia denique quæ bilis parit, apoſtemata. Ad Oedema reuo-
cantur Atheromata, Steatomata, Meliceri des, Teſtudo, Talpa, Ganglion, Nodus, Scrophula, Lupia,
Hydroſcele, Aſcites, Leucophlegmatia: imo & flatuoſi omnes tumores, quos pituitæ corruptæ parit
prouentus. In Scyrrhi genere cenſentur, Cancer, Lepra, Elephãtiaſis, Verrucę, Myrmecia, Clauus, Thy- B
mus, Varix, Morphæa nigra & alba, omniaq; ab humore melancholico apoſtemata. Dicendum nunc
de his tumoribus in ſpecie, ducto à Phlegmone initio.

De Phlegmone. CAP. VII.

Quid vera phlegmone.

PHlegmones nomen generale eſt ad omnia apoſtemata, quæ ſanguinis inflammati congeries parit.
Vera Phlegmone illa dicitur, *quæ a ſanguine fit laudabili. ſola quantitate peccãte.* At illegitima Phlegmo-
ne, ſeu apoſtema phlegmonoſum, aliud ſibi & ſpeciale aſſumit nomen: nempe Carbonis, Furunculi,
Gangrænæ, Sphaceli, & ſimilium puſtularum malignarum. Sic dum variorum humorum, vna cum ſan-
guine, in vnum tumorem fit confluxus, variæ phlegmonoſi apoſtematis ſpecies, variis nominibus, pro
humoris exuperantis ratione, exurgunt: vt ſi parcior pituita ſanguinis maiori copiæ admixta fuerit, di-
cetur Phlegmone œdem[illegible]des: ſi contra pituitæ maior ſit copia, Oedema phlegmonodes, & ſic de cę-
teris: ita ſemper tumori [illegible] nomine indito, vt dicatur de eo id, quod exuperat. Notandum ergo, eiuſmodi
tumorum differentias [illegible] ex eo manare, quod tumorem efficiens ſanguis ſola quantitate peccet.
Si quantitate quidem ſanguis peccet, eum tumorem efficit, quem nos Phlegmonem proprie dicimus. C
Si qualitate, tumorem facit phlegmonoſum, quod nempe eius materia a ſanguinis bonitate multum
deſciuerit. Cæterum ſanguis qualitate peccare dicitur, vel admixtione alienæ materiæ, vt pituitæ, bilis,

Aliud phlegmone, aliud tumor phlegmonoſus.

aut humoris melancholici, vnde Phlegmone Oedematodes, Eryſipelatodes & Scyrrhodes: vel corru-
ptione propriæ ſubſtantiæ, vnde Carbunculi, Anthraces & Gangrænæ genus omne: vel concretione,
cum nempe natura, ſpetata & tentata ſuppuratione, fruſtratur vitio vel aeris vel ægri, vel Medici erro-
re: atque hinc non raro Atheromata, Steatomata & Meliceerides. Hæc de veræ Phlegmones materia
ſimplici, vnius generis & ſimilari, quanquam ſint a veteribus adnotata. Sciendum tamen eſt, re vera
nullum exiſtere Apoſtema, cuius materia vnius & ſimplicis humoris naturam exquiſite referat, citra
omnem alienæ materiæ admixtionem: nam vna cum ſanguine omnes pariter humores ſunt admixti, a
ſanguinis tamen copia prædominante, ſanguinei, quaſi ex ſolo ſanguine ſint, dicuntur. Itaque ſi vlli
tumores vnius & ſimplicis humoris naturam referunt, non illi quidem ab humore naturali ſunt tumo-
res, ſed ab humore corrupto, vitiato, & qualitate peccante: ſic enim ſanguis per aduſtionem in bilem
aut melancholicum humorem degenerat. Phlegmone igitur vera definitur Gal. *tumor contra naturam à
ſanguine laudabili, maiori copia in partem aliquam irruente.* Hic tumor etſi ſæpius carnem occupet, nonnun- D

Gal. li. de tumor. & 2. ad Glauc.

quam tamen & in oſſibus fit, teſtibus Hipp. & Gal. Fit vero & generatur hoc modo Phlegmone, cum
ſanguis maiore copia in partem aliquam influit: primum partis ipſius læſæ maiores venæ & arteriæ im-
plentur, indeque mediæ ad minimas vſque, & capillares venas. Ex his ita diſtentis, exudat ſanguis per
poros & oſcula roris inſtar: hoc primum implentur inania ſpatia, quæ partibus ſimilaribus ſunt inter-

Hipp. lib. de vul ca. Gal. li. de tumor. præter nat.

iecta. Hinc eodem illo ſanguine partes circumfuſæ omnes opplentur, maxime vero caro, vt quæ ſub-
ſtantiæ ſuæ ſpongioſa velut raritate ad excipiendas fluxiones ſit magis opportuna. Inde vero nerui, ten-
dines, membranæ & ligamenta pariter inferciuntur: ex quo neceſſario ſequitur tumor ob repletio-
nem, quæ naturæ modum excedit: hinc etiam tenſio & renixus: ſed & dolor vna inuadit, tum ratione

Pulſantis doloris cauſam phlegmone.

tenſionis, tum caloris præter naturam. Pulſus vero in ipſa inſuper parte ſentitur manifeſtus, præſertim
dum pus fit: quod venæ, arteriæ, & nerui maxime dolore afficiantur, dum non modo intus à feruidi
humoris influxu incaleſcunt, ſed & extus a circumſtantibus partibus comprimuntur. Ergo cum ad prę-
dictas omnes partes dolor perueniat, quod immoderatius incaleſcant & comprimantur, arteriæ, quæ
in perpetuo ſunt diaſtoles & ſyſtoles motu, dum dilatantur, ad partes reliquas inflammatas alliduntur,
ex quo dolor ille pulſatilis. Adde, quod arteriis tum copioſiore & feruidiore ſanguine oppletis, maior E
incumbit refrigerii, ex allecto ambiente aere, quærendi neceſſitas: quare cum partibus illis vicinis ten-

Comm. ad aph. 21. ſec. 7

ſis & dolentibus, ſæpius velut confligere neceſſe habent. Hinc ergo pulſus in phlegmone, qui Galeno
definitur arteriarum dolorifica & ipſi ægro ſenſibilis agitatio: alias enim quamdiu integra fruimur ſani-
rate, pulſum arteriarum non percipimus.

Itaq; valde notandæ ſunt duæ illę pulſus ſeu doloris pulſifici in phlegmone cauſæ, nẽpe feruor & co-
pia ſanguinis, vaſis arteriiſq; cõtentis (quę arterias ad motũ, i.e. diaſtolẽ & ſyſtolẽ ſolito frequẽtius & ve-
hemẽtius incitãt) & earundẽ arteriarum compreſſio atq; anguſtia, ob vicinarum partiũ repletionem &
diſtenſionem, cuius occaſione, vibrato & frequenti arteriarũ pulſu afflictæ & alliſæ dolent. Hinc vulgo
aiunt

A aiunt in parte phlegmone obſeſſa, ſe ferientis velut mallei ſenſum & ictus percipere. Sed & præter hunc arteriarum pulſum alter ab ipſis humoribus, dum putrefiunt & in pus abeunt, editur velut pulſus cum prutitu, ex vaporum ſuſcitatorum permixtione, impulſu & agitatione. Caloris in phlegmone cauſa eſt ſanguis, qui dum copioſius in partem influit, velut conculcatus cogitur, facitq; obſtructionem, ex quo tranſpirationem prohiberi, putreſcereq; ſanguinem neceſſe eſt à calore præter naturam. Rubet vero phlegmone à ſanguine concluſo: quia humoris in parte dominantis color in ſubtenſa cute relucet.

Alter pulſus in phlegmone.

De cauſis & ſignis Phlegmones. CAP. VIII.

PHlegmones cauſæ trium ſunt generum: nam aliæ primitiuæ exiſtunt, aliæ antecedentes, aliæ coniunctæ. Primitiuæ ſunt lapſus, contuſiones, exteoſiones, labores immodici, frictiones, vnguentorum acrium admotiones, vſtulationes, inſolationes, diæta inconſiderata, & multi ſanguinis procreatrix. Antecedentes cauſę ſunt, copioſiotis ſanguinis redundans in venis multitudo. Cõiunctę ſunt ſanguinis in parte aliqua impacti collectio.

Cauſa phlegmones primitiua. Antecedentes & coniuncta.

Phlegmones ſigna ſunt tumor, tenſio, tenixus, calor febrilis, dolor, pulſus (maxime dum pus fit) B rubor, & alia, quibus ſanguinis ſignificatur redundantia. Atq; exigua quædam phlegmone reſolutione ſæpius terminatur. Ingens vero ſuppuratione, aliquando etiam in ſcyrrhum & ſcirrho ſimilem tumorẽ deſinit: alias vero in Gangrænam, cum ſcilicet partis obſeſſæ facultas & natiuum robur fluxionis, vel magnitudine obruitur, vt eſt a Galeno proditum. Horum omnium contemplationem inire debet Chirurgus, vt remedia conuenientia pro morbi natura, tempore, & partis affectæ conditione apponere & variare poſſit.

Signa phlegmones.

Lib. de tum.

De vera Phlegmones curatione. CAP. IX.

CHirurgus in veræ Phlegmones curatione, quatuor ſcopos ſibi proponet. Primus erit de diæta. Hęc, quia phlegmone calidus affectus, febrem ciet, ex refrigerantibus & humectantibus inſtituenda erit, conuenienti rerum ſex non naturalium vſu, nempe aeris, cibi & potus, motus & quietis, ſomni & vigiliarum, repletionis & inanitionis, animi denique pathematum. Ergo purum & nitidum aerem deliget, non æquo humidiorem fluxionis metu, frigiduſculum tamen. Cibos imperabit, qui moderata ſint frigiditate & humiditate, vitatis illis, qui copioſiorem ſanguinẽ generant: huiuſmodi erunt iuſcula mirme pinguia, borraginis, lactucæ, oxalidis & cichorii decocto ſaporata: interdicet omnibus aro- C matibus, itemque allijs, cæpis, omnibuſque, quibus incaleſcit ſanguis, cuiuſmodi exiſtunt pinguia & dulcia omnia, vt quæ flammam facile concipiant. Vinum bibet æger tenue & valde dilutum: vel ſi vehemens febris adfuerit, aquam decoctionis glycyrrhizæ, hordei, amygdalarum dulcium aut hydroſaccharo: habita tamen ſemper ratione vitium, ætatis & conſuetudinis. Nam ſi ea ſit ætate, aut ita vitam inſtituerit, vt vini vſu carere nequeat, eo vtetur, ſed omnino moderato. Quies imperanda: motu enim corpora omnia incaleſcunt: cauebit vero in primis, ne partem phlegmone tentatam exerceat, metu nouæ fluxionis. Somni ſit moderati; nec, ſi plethoricum habuerit corpus, interdiu dormiat, præſertim ſtatim à paſtu. Cibi ſit parciſſimi. Aluo ſit ſemper molli, hanc mollitiem, ſi natura deſit, arte ſtudeat cõparare, frequenti nempe clyſterum & glandium vſu. Omnes animi perturbationes vehementiores, vt odia, iram, & rixas fugiat. A coitu penitus abſtineat.

Qualis diæta in phlegmone præſcribenda.

Hac viuendi præſcripta lege veniendum erit ad ſecundum ſcopum, nempe fluxionis diuerſionẽ, quæ fit ipſius ſublatis cauſis, plethora nempe & cacochymia. Vtrumq; id vitii genus caſtigabimus purgatione & phlebotomia, ſi vires & ætas permiſerint. Quod ſi pars excipiens imbecillis fuerit, roboranda veniet iis, quæ meatuum laxitatem adſtringunt, humoris impetu in contrarium reuocato cucurbi- D tulis, frictionibus, vinculis. Quod ſi partem diuexet dolor, vnde fluxionis ſæpe occaſio, leniendus erit medicamentis dolorem ſedantibus.

Fluxus humorum qui diuertatur.

Leniendus dolor.

Tertius ſcopus eſt de cauſa coniuncta expugnanda. Hunc ſcopum vt conſequamur, phlegmones rationem per ſua tempora inibimus, Principium nempe, Incremẽtum, Statum & Declinationem. Hinc enim petenda indicatio varietatis medicamentorum. In principio namq; repellentibus vtimur ad materiam phlegmones influentem arcendam, vt albumine oui, oxycrato, ſuccis vel aquis ſempervivi, plantaginis, roſarum, cataplaſmatis, ex hyoſcyamo, cortice granatorum, balauſtiis, bolo armeniæ, terra ſigillata, oleo roſaceo, Cydoniorum, myrtillorum, papauetinu. Ex his ſimplicibus compoſitorum medicamentorum emergit varietas. Cataplaſmatis hæc erit forma. *℞. far. hordei ℥ ij. ſucci ſemperuiui, plantag. an. ℥ iij. pulueris malicorii, balauſtiorum & roſar. an. ℥ ij. olei myrtill. & roſar. an. ℥ j. fiat cataplaſma.* Aliud *♃. plantag ſolani, hyoſc. an. m. ij. cauda equin. tapſi barb. centinodia an. m. j. coquantur perfecte in oxycrato, piſtentur, trancientur, addendo puluere myrtill. nucũ cupreſſi & roſar. rub. an. ℥ iij farin. fab. ℥ ij. olei roſar. & cydon. an. ℥ j. ß. miſce, & fiat cataplaſma ad formam pultis ſatis liquidæ.* Vti & licebit hoc linimento, quo imbuti panni parti imponentur. *♃. olei nymph. & roſar. an. ℥ iij. aquæ roſar. ſolani & plantag. an. ℥ ij. aceti ℥ iij. al-* E *bumin. ouor. n. iij. fiat linimentum.* Vtiliter etiam imponitur vnguentum roſatum & album Rhaſis camphoratum, nec minus emplaſtrum diachalciteos diſſolutum in aceto & oleo roſato, itemq; populeum erunt ex vſu. In incremento habenda erit ratio humoris influentis, & eius, qui iam impactus in parte, influxit. Sic itaq; repellentia admixtis reſoluentibus erunt temperanda, vt illa præponderent, vt *♃. fol. malu. abſynth. plantag. an. m. iij. coquantur in oxycrato, contundantur, traiectis, adde farina fabarum & hordei an. ℥ j. pulueris roſa. rub. & abſynth. an. ℥ ij. olei roſar. & chamæ. an. ℥ j. fiat cataplaſma ad formam pultis ſatis liquida.* Aliud *♃. farina hordei. ℥ iij. farina ſeminis lini & fœnugr. an. ℥ j. coquantur in aqua communi, addendo ſub finem pulueris myrtillorum, roſar. & chamam. an. ℥ ß. axungia anſeris & olei roſar. an. ℥ j. miſce, fiat cataplaſma.*

Quando & tendum repellentibus.

Cataplaſma repellens.

Aliud.

Linimentũ.

Quibus topicis vtendum in incremento.

Catapl.

In ſtatu vero repellentium & reſoluentiũ par eſſe debebit pondus, admixtis vna anodynis, ſi dolor

 inſeſtet.

Quibus in phlegmones ſtatu. infeſtet. vt, ℞. *rad. altheæ* ℥ iiij. *maluæ, pariet. an. m. ij. coquantur ſub cineribus, addendo farin. fabar. & lentium, an.* ℥ ij. *pulueris chamam. & meliloti an.* ℥ ß. *olei chamam. & roſar. an.* ℥ j. *axungiæ gall.* ℥ ij. *fiat cataplaſma.* Aliud ℞. *micæ panis tritcei aqua calida maceratæ,* ℔. ß. *pulueris roſar. rubr. & abſynth. an.* ʒ. vj. *olei aneth. & mellis comm. an.* ℥ ij. *miſce omnia ſimul, & fiat cataplaſma ad formam pultis ſatis liquidæ,* quo in dolore præſertim erit vſus. Cũ *Quibus in declinatione.* vero doloris aliorumque ſymptomatum inclementia deſæuierit, veriſimile eſt ad declinationem perueniſſe phlegmonem: quare tum vegetius & validius reſoluentibus, imo ſolis reſoluentibus eſt locus, initio à leuioribus ducto, ne humoris tenuiore parte reſoluta, craſſior io parte reſtitans coocreſcat: vt, ℞. *mal. biſmal. an. m. iij. coquantur addendo farinæ hordei* ℥ ij. *mellis comm.* ℥ j. *olei chama. & melil. an.* ℥ j ß. *fiat cataplaſma.* Vel ℞. *radic. brion. & cucumer. agreſt. an.* ℥ ij. *flor. chamam. & melilot. an. m. iij. coquantur in hydromelite, addendo farinæ ſeminis lini & fœnugr. an.* ℥ ij. *olei aneth. axungiæ anſer. & anat. an.* ℥ j. *fiat cataplaſma.* Sed & locus erit emplaſtro ſequenti. A

℞. *diachil. mag.* ℥ ij. *emplaſtri de melilot.* ℥ j. *olei aneth. & chamamel. an.* ℥ ß. *liqueſcant omnia ſimul, & fiat medicamentum ad vſum.* vel.

℞. *emplaſtr. de mucag. & oxycro. an.* ℥ ij. *emplaſtr. diach. ireat.* ℥ j. *olei lilior. & chamamel. quãtum erit ſatis, vt inde fiat emplaſtrum molle.* B

Correctio accidentiũ. Quartus ſcopus curandæ phlegmones poſitus eſt in correctione accidentium, quæ ipſam comitãtur; inter quæ dolor principatum obtinet. Itaq; io eo ſedando diligentem eſſe oportebit Chirurgum, qui præterquã quod vires proſternit, & functiones debilitat ac deprauat, tum vero fluxiones ciet tra- *Doloris in eum noda. Anodyna.* ctis in partem affectam ſanguine & ſpiritibus: varia vero erunt pro doloris varietate remedia: vt

℞. *micæ panis albi in lacte tepido maceratæ,* ℔. ß. *vitel. ouor. num. iij. olei roſa.* ℥. ij. *croci* ℈ ß. *fiat cataplaſma.*

Vel, ℞. *florum chamam. & melil. an. p. iij. farinæ ſeminis lini & fœnugr. an.* ℥ j. *fiat cataplaſma ad formam pultis ſatis liquidæ.* Vel, ℞. *mucaginis rad. altheæ & fœnugr. an.* ℥. iij. *olei roſar, & aneth. an.* ℥ j. *farinæ ſeminis lini, quantum ſatis, vt inde formetur cataplaſma ſatis molle.* Quod ſi dolor perſeueret, nec his cedat remediis, ad validiora confugiendum erit, vſurpatis etiam narcoticis, ea tamen cautione, ne inde parti inferatur necroſis. vt,

Narcotica. ℞. *fol. hyoſcyami & papauer. ſub cineribus coctorum an.* ℥ iij. *adipis ſuilli, & olei roſar. an.* ℥ j. *croci,* ℈ ij. *fiat cataplaſma.* Vel, ℞. *fol. cicutæ & ſolani furioſi, an.* ℥ iiij *coquantur ſub cineribus piſtentur, & traiiciantur, addendo vnguent. popul. & olei roſa. an.* ℥ j. *farinæ fœnugr. quantum ſatis erit, vt inde formetur cataplaſma ad formam pultis liquidæ.* C

De Phlegmones in abſceſſum degenerantis curatione. Cap. X.

Signa phlegmones in abſceſſum abituræ. SÆpe vero contingit, humorem ſic parti impactum eſſe, inde vt repelli nequeat, ſic craſſum, vt diſcuti & reſolui non poſſit: quod licebit intelligere ex caloris & tumoris magnitudine, ex doloris pungentis acerbitate, febre, pulſu & pondere. Itaque tum reſolutionis abiecta ſpe, ad ſuppurantia veniendum erit. In eam rem Galenus partem tumidam aqua vel oleo vel vtriſque tepidis fouet, modo cataplaſma ſequens admouet. *2. lib. ad Gl. cap. 7.*

℞. *farinæ tritic. vel micæ panis,* ℥ iiij. *olei commun.* ℥ iij. *aquæ commun, quantum ſufficiat, fiat cataplaſma.*


Suppurantia. Vel, ℞. *rad. lilior. albor. & altheæ,* ℥ iij. *fol. maluæ, pariet. & ſenec. an. m. j. coquantur in hydromelite, piſtentur, traiectis adde farin. ſeminis lini* ℥ ij. *axungiæ ſuillæ & olei liliorum, an.* ℥ j ß. *fiat cataplaſma.* Vel.

℞. *malu. biſmalu. violar. an. m. j. caricar. pingu. num. x paſſ.* ℥ ij. *coquantur in aqua commun. tuſis & traiectis adde mellis commun.* ℥ ij *vnguent. baſilico. & butyri recentis, an.* ℥ j *fiat cataplaſma.* Vtiliter & io eãdem rem vſur- *Signa puris facti.* pabis emplaſtrum diachylon magnum vel baſilicon. Vel, ℞. *emplaſtri diachyl. magni* ℥ iij. *vnguent. baſilic.* ℥ j. *olei lilior.* ℥ ß. *ex his mixtis fiat medicamentum ad vſum dictum.* Vbi calor, dolor, febris & alia accidentia D remiſerint, vbi in mucronem tumor attollitur, vbi appreſſu digitorum fluctuãtis velut humoris inundatio percipitur, tum intelligere licet, pus eſſe confectum. Quare ſine mora tumor aperiendus erit, ne materia diutius concluſa, partes vicinas arrodat, fiatque vlcus ſinuoſum & fiſtuloſum. Id enim contingere ſolet, cum præſertim materia venenoſa eſt, vel cũ ad articulos tumor exiſtit, aut ad anum aliaſve *Lib de fiſt.* eiuſmodi partes calidas & humidas. Imo Hippocratis decreto, in eiuſmodi aperiendis tumoribus maturationem decet præuertere. Apertio fiat vel ſcapello, vel cauterio, ſeu actuali, ſeu potentiali. Si enim æger minus confidens & cordatus extiterit, ſic vt ferri vim ſuſtinere vel nolit, vel nequeat, cauterio potentiali exitus materiæ erit procurandus. Id ipſum & alio aſtu perficias licet.

Scalpelli mucronem per æreum nummum ſic adigito, vt defixus ſtet in medio. Hunc tum ne ægro vel adſtantibus pareat dolus, emplaſtro vel cataplaſmate diligenter operito, quaſi medicamento impoſito, contento puri exitum eſſe patefacturus: vbi mucronem latentem eo loci applicaueris, quo tumorem aperiri expedit, calculum ſic digitis regito, vt tu derepente compellens, comprimensq; impreſſionem in tumorem faciat, quæ excludendo puri ſit ſatis. Eiuſmodi in machinularum tria hic appinxi ſchemata, vt his vel maiuſculis, vel miniſculis, vel mediocribus pro re nata vti poſſis. E

Calculi

A *Calculi cum exerto ſcalpelli mucrone.*



A A A. *Æneum vel argenteum calculum ſeu nummum oſtendit.*

B B B. *Scalpelli traiectum mucronem.*


B

Alia aperiendis abſceſſibus inſtrumenta.



Annuli, in quibus incluſi latent ſcalpelli abſceſſibus aperiendis idonei.

C



Sclopi, ſeu Teli, Manucla, ſeu Anteridii diſſultu vibratilis delineatio.

a. *Cannulam craßiorem monſtrat.*

b. *Aliam cannulam, qua maiorem ſubit cochleam.*

c. *Teli vibratilis exertum mucronem.*

d. *Manuclam, qua telum eutbrat.*

D

Cæterum in quouis vomicarum aperiendarum genere ſeptem ſunt, quæ diligenter veniunt conſideranda. Primum eſt, vt qua parte vomica mollior eſt, & digitorum cedit appreſſioni, quaque in conum aſſurgit, ea ſcalpellus adigatur. Secundum, vt ſectioni locus deligatur, qui imus erit, quo contenta eluuies promptius effluat, nec cunctetur in exitu. Tertium, vt fiat ſecundum rugas cutis, & ſubiectorum cuti muſculorum rectitudinem. Quartum, vt à vaſis amplis, neruiſque effatu dignis ferrum declinet. Quintum, vt materiæ non confertim effundantur, in magnis abſceſſibus, ne inde deiiciantur vires, multis vna cum humore inutili vacuatis ſpiritibus. Sextum, vt quam mitiſſime fieri poterit, pars dolens tractetur. Septimum, vt vacuata poſt ſectionem materia vomica detergeatur, carne impleatur, demumque conſolidetur & ad cicatricem perducatur. Cum vero poſt eiuſmodi ſectiones fere tumoris ſuperſit aliquid, haud penitus contempto omni humore ſupputato, animaduertet Chirurgus, ſubeſſe hic affectuum complicationem, tumoris nempe & vlceris. Curandi vero hic erit ordo, prius vt tumorem tollamus, quam vlcus: non enim vlcus ante ſaneſcere poteſt, quam pars naturæ ſuæ reſtituta fuerit. Ergo ſuppurantia ante præſcripta erunt vſurpanda, biduique aut tridui ſpatio vlcus ſequenti medicamine veniet curandum.

Quæ & quot in vomicarũ aperiendarum genere quouis ſint conſideranda.

E

Aperta vomica qua reliqua ſit curatio.

N 4 ℞. *vitellum*

ſeu ſymptomatum congerie, caloris nempe, pulſus & doloris. Eryſipelatis enim longe acrior calor eſt, A
quam phlegmones, ſed pulſus longe minor eſt: quod vt ſanguinis non eſt tantus feruor; quam bilis, ſic copia longe maior eſt & craſſities, quæ circumſtantium muſculorum compreſſionem faciat & obſtructionem. Nam & bilis tenuitate ſua diſſipabilis facile & prompte vaneſcit, nec diutius ſe muſculorum interſtitiis inanibus conſtrictā teneri patitur: ſed nec in doloris proprietate Eryſipelati cum phlegmone conuenit. Eſt enim Eryſipelatis pungens & mordicans ſine tenſione aut grauitate: cauſæ tamen vtriuſq; tumoris tum primitiuæ, tum antecedentes, tum coniunctæ ſunt ſimiles. Eryſipelas etſi omnem in partem incidere poſſit, præcipue tamen faciem inuolat, propter cutis eo loci raritatem, & humoris bilioſi ſumma appetentis leuitatem. *Eryſipelas ſi vulneribus vlceribuſque ſuperueniat, malum: ſed etſi ad ſuppurationem veniat, non eſt bonum*: ſubeſſe enim obſtructionem indicat ex humoris craſſi admixtione, vnde eroſionis in partibus ſubcutaneis periculum. *Eryſipelas intus foras conuerti bonum, malum vero foris intro recurrere.* Sed *& ſi vterum occupet Eryſipelas, eſt funeſtum: ſi pariter in faciem latius vagetur, malum*, propter membranarum crebri ſympathiam.

Gal. li. 2. ad Glauc. Aue.

Quæ partes Eryſipelate ſint maxime obnoxiæ.

Hipp. aph. 79 ſect. 7.

Hipp. aph. 25 ſect. 6.

Hipp. aph. 43 ſect. 5.

De cura Eryſipelatis. Cap. XIII. B

AD Eryſipelatis curationem duo ſunt nobis procurāda, nempe Vacuatio & Refrigeratio. Quia vero refrigerandi maior, quam in phlegmone vrget neceſſitas, præcipuus erit ſcopus refrigerandi. Quo facto, contenta materia mediocriter reſoluentibus erit tollenda & vacuanda. Has res vt conſequi poſſimus, quatuor nobis erunt præſtanda. Ante omnia diætæ rationem conuenientem inſtituemus, penes rerum ſex non naturalium vſum: nempe quantum morbi & ægri natura patietur, incraſſabimus, refrigerabimus, & humectabimus, longe amplius, quam in phlegmone: inde materiam antecedentem vacuabimus venæ ſectione & cholagogis. Venæ quidem cephalicæ ſectione, præſertim ſi bili ſanguinis fuerit admixta portio, ſi Eryſipelas faciem occupet, & ſi late graſſetur. Quod ſi aliam partem inuaſerit, etſi à ſincera bile fuerit, non tam neceſſaria erit phlebotomia: quod ſanguine, tanquam fræno bilis, detracto, periculum ſit, ne ipſa efferatior reddatur: quanquam ſi ſubſit plethora in corpore, expediet ſanguinem mittere, quod hæc, vt docet Galenus, ſæpe Eryſipelatis cauſa exiſtat. Illi venæ ſectioni clyſterem ex refrigerantibus & humectantibus præmittere, erit ſatius: at medicamenta cholagoga præſcribere docto & prudenti Medico ex officio incumbet. Tertia cura erit de medicamentis Topicis, quæ in principio & incremento frigida erunt & humida, citra vllam vel ſiccitatem vel adſtrictionē, quod adſtrin- C
gentium vſu materia acrior intro compulſa vicinas particulas vlceraret & arroderet. Galenus & Auicennas id remedii genus valde commendant. ℞ *aquæ frigid.* ℥ vj. *aceti optimi*, ℥ j. *fiat oxycratum*: ex quo imbuta linteamina parti affectæ & locis circumiacentibus apponentur, & ſæpius renouabuntur. Vel, ℞ *ſuccor. ſolani, plantagin. & ſemperuiui. an.* ℥ ij. *aceti* ℥ ß. *mucaginis ſeminis pſilii* ℥ ij. *ſucci hyoſcyami*, ℥ j. *miſce*: at ſi in facie ſit Eryſipelas, vtendum erit ſequenti remedio.

Gal. 14. met.

Quatuor in curando eryſipelate agenda.

In quo eryſipelate ſanguinem mittere magis minuſve neceſſarium ſit.

Lib. 3. meth. & 2. ad Gl.

Quæ topica eryſipelatū initio ſint idonea.

℞ *vnguent. roſa.* ℥ iij. *ſuccor. plantagin. & ſemperuiui, an.* ℥ j. *trochiſ. de camphora.* ʒ ß. *aceti parum: miſceantur ſimul, & fiat linimentum.* Quod ſi ardor dolorque ſit intolerabilis, ad narcotica erit veniendum. Vt, ℞ *ſuccor. hyoſcyami, ſolani, cicutæ, an.* ℥ j. *albu. ou. n.* ij. *aceti*, ℥ ß. *opii & campho. gr.* iiij. *croci*, ℈ ß. *mucaginis ſem. pſil. & fœnu. extracta in aqua roſ. & plant. an.* ℥ j. *olei de papa.* ℥ ij. *fiat linimentum, addendo vnguenti refrigerantis Gal. camphor quantum ſit ſatis.* Non erit tamen diutius illis vtendum, ne inde caloris natiui ſequatur extinctio & partis necroſis. Quare cum loci, temporis, & reliquarum circumſtantiarum delectu narcotica illa erunt vſurpanda. Quando igitur fuerit à narcoticis abſtinendum, tribus conſequemur indiciis: Primum eſt, cum æger in parte affecta tantum caloris, punctionis & doloris non ſentit, quantum antea: Secundum, cum ad tactus iudicium pars apparet tepidior, quam eſſet prius: Tertium, cum color rubeus & ci- D
trieus paulatim liueſcere & nigreſcere incipit: tum demum enim à narcoticis erit abſtinendum, & vtendum reſoluentibus & roborantibus, quò pars ipſa reuocato calore natiuo recreetur & roboretur, Vt ℞. *farinar. hordei & orobi an.* ℥ ij. *farinæ ſeminis lini* ℥ j. ß. *coquantur in hydromelite vel oxycrato, addendo pulueris roſar. & chame. an.* ʒ ß. *olei aneth. & chame. an.* ℥ j. *fiat cataplaſma* Vel vteris fotu ſequenti ℞. *rad. alth.* ℥ ij. *fol. maluæ, biſmal. pariet. abſynthii, ſaluiæ an. m.* j. *florum chamæ. melil. roſar. rub. an. m.* ij *coquantur in aquis partibus vini & aquæ & fiat fotus cum ſpongia.* Poſt fotum appones emplaſtrum ex diachylone, irreato aut diapalma diſſoluto in oleo chamæmeli & meliloti, aliiſve ſimilibus. Quartū caput, quod eſt de accidentium correctione, iiſdem illis explebimus modis, quos in phlegmone curanda diximus, variatis, pro eius, qui ægro aderit, ſententia, remediis.

Hipp. aph. 25 lib. 6.

Quæ cautio in narcoticorum vſu adhibenda.

Reſoluentia & roborantia.

De Herpete. Cap. XIIII.

HErpes *tumor* eſt *ex ſincera bile ſeorſum à reliquis humoribus ſecreta*: cum ſcilicet ipſa inſita leuitate & tenuitate ad vſque epidermida effertur, atque in eius ſuperficiem diffunditur. Huius tumoris Galenus tres facit ſpecies. Nam ſi ſincera bilis, ſubſtantia mediocris, id eſt, minime craſſa hunc tumo- E
rem committat, tum excitatur herpes ſimplex, generis nomen obtinens: at ſi non ita tenuis fuerit humor, ſed pituitæ admixtæ tantula portione infectus, veſiculas ad milii formam per cutem excitabit, quo factum eſt, vt à veteribus hic tumor herpetis miliaris nomen acceperit. Si vero melācholici humoris admixtum aliquid habeat, fiet herpes exedens, cutis nempe & ſubiectorum cuti muſculorum eroſione terrificus.

Herpes quid & quas habeat ſpecies. 2. ad Glauc.

Herpes miliaris quid exedens.

Curationis omnino tres erunt ſcopi. Primus de diæta inſtituenda, ei prorſum ſimili, quā in eryſipelatis curatione diximus. Secundus de cauſa antecedente vacuanda catharticis peccantem humorem fugantib⁹: in quam rē ſæpe clyſteres ſufficient, ſi præſertim alu⁹ natura fuerit mollior, & ſi vrinę fluāt ex

Tres curandorum herpetum ſcopi.

animi

A animi ſententia: per has enim humoris huius magna pars abripi in veſicam poteſt. Tertius erit de cauſa coniuncta tollenda topicis medicamentis ad tumorem & vlcus inſtitutis. Ergo ad duo Chirurgus reſpiciet, nempe ad tumoris reſolutionem, & vlceris deſiccationem: nam omne vlcus deſiccationem flagitat, quam niſi tumore ſublato nunquam conſequetur. Quia igitur tumoris tollendi præcipua debet eſſe cura, ſcilicet quo niſi ſublato, vlceris ſanandi nulla ſpes eſſe poteſt, id medicamenti genus ad reſolutionem & deſiccationem apponet. *℞. ceruſſæ & tuthiæ præpar. an. ℥ j. olei roſ. & adipis cap. an. ℥ ij. corticis pini vſti & loti ℥ ß. ceræ quantum ſatis, fiat vnguentum.* Vel *℞. farinar. hordei & lent. an. ℥ ij. coquantur in decocto corticis mali granati. balauſt. plantag. addendo pulueris roſar. rub. abſynth. an. ℥ ß. olei myrtillor. & mellis com. an. ℥ vj. fiat vnguentum vt artis eſt.* Sed ad herpetem miliarem hæc erunt præſertim vſurpanda. *℞. pulue. gall. malicor. balauſt. boli armeni an. ℥ j. aquæ roſar. ℥ iij aceti acerrimi. ℥ j. axungiæ anſeris & olei myrtillor. an ℥ j. ß. terebin. ℥ j. fiat vnguentum ad vſum.* Certiſſimam ſæpe in vnguento enulato cum mercurio opem ſum expertus: puſtulas enim tabefacit & humorem in parte contentum abſumit. Quanquam ſi ne ſic quidem cedat vlcus, quinimo in dies effundat ſe latius, eius margines & labra medicamento acri continges, vt aqua forti, oleo de vitriolo, vel alio ſimili; hoc enim præſidij genere ſæpe ad ſanitatem atrodentia vlcera B perduxi, quæ omnino inſanabilia videbantur.

Vlceris cum tumore coniuncti curandi regula.

Vng. enulato cum mercurio vti.

Vlceribus exedentibus & ſerpentib. cohibendis vtilia medicamenta.

De Febribus, quæ ſuperueniunt Tumoribus Eryſipelatoſis. CAP. XV.

VT inflammationibus, ita & eryſipelatis ſuperueniunt nonnunquam febres, quæ humoris, ex quo fiunt, nempe bilis, naturam redolēt. Bili igitur cum id proprium ſit, vt tertia quoq; die concitetur, mirum non eſt, ſi ingentia Eryſipelata febrium tertianarum, quæ tertio quoq; die paroxyſmos habent, conſecutionem adferant: definitur enim tertiana intermittens, *quæ alternis diebus repetit.* In genere cauſæ eius primiriuæ ſunt valida exercitia, præſertim ſole ſubardente, calefacientium & deſiccantium ſeu ciborum ſeu medicamentorum vſus, effrenes cum effreni labore inediæ, cura, triſtitia antecedentes ſunt biliosi humoris in corpore redundantia, intemperies, vel corporis totius, vel hepatis tantum, calida & ſicca: coniuncta cauſa eſt biliosi humoris extra maiora vaſa, & per habitum corporis congeſti, putredo. Signa horror, qualis cum hyeme à mictu vehementer toto corpore cohorreſcimus: Rigor validus & pungens tanquam adactis in vniuerſum corpus aciculis, propter acrimoniam biliosi humoris raptim & violenter in vniuerſum corpus, & ſenſiles particulas membranoſas & neruoſas ineunte paroxyſmo, propulſi: calor ſtatim acris, febre ſcilicet tanquam in ſicca ſtipula accenſa: pulſus magnus, citus C & æqualis: linguæ ſiccitas: vrina flaua, rubra, tenuis. Symptomata ſunt vigiliæ, ſitis, delirium, excandeſcentia, vel ob murmurillum & lenem ſuſurrum ac ſtrepitum inquietudo & corporis iactatio. Terminantur hæ febres magnis ſudoribus. Biliosis accidunt iuuenibus, macilentis & æſtate à paroxyſmo ſæpe vomitus biliosus, deiectiones flauæ ſequuntur. Poſt paroxyſmum exactum intermiſſio abſoluta ſequitur, nullas febris reliquias retinens, quouſque ſequens repetat paroxyſmus, quia biliosa materia tota paroxyſmi illius & naturæ impetu facile ob inſitam leuitatem & obſequentiam è corpore deiecta eſt: cum in quotidianis nihil contingat ſimile, vt quæ exacto paroxyſmo ſemper inæqualitatis cuiuſdam ſenſum & pondus in corpore relinquant, ob pituitoſi humoris contumaciam & ad motum inertiam. Paroxyſmus quatuor, quinque vel, ſex horas fere durare ſolet, quanquam & aliquando ad octodecim vſque extendatur. Septem circuitibus febris hæc abſoluitur, ac fere minime periculoſa exiſtit, niſi error à Medico, ægro, aut aſſidentibus cōmiſſus fuerit. Tertianæ æſtiuæ breues; hyemales longiores exiſtūt. Ergo paroxyſmi initium comitem habet rigorem: ſtatus ſudorem, a quo ſi vlcuſcula in naribus, ore, & labiis appareant, finientis febris indicium eſt, & potentis naturæ, quæ coniunctam morbi cauſam, à centro in corporis habitum depellere valeat: nec tamen in omnium tertianarum declinatione vniuer-D ſali vlcuſcula hæc apparent, ſed tum demum, cum vel biliosus humor febrem committens in ventriculo reſederit, vel in eum ex parte alia primæ regionis corporis, vt hepatis cauo, depulſus fuerit. Hinc enim tenuior eius portio per tunicæ interioris continuitatem delata, ad os & nares acrimonia ſua in illis locis vlcera facile excitat.

Plebeia febris tertianæ intermittentis deſcriptio.

Cauſæ tertianarum febrium.

Signa tertianæ intermittentis.

Symptomata.

Cur tertianæ deſinant in manifeſtam apyrexiam.

Vlcuſcula in fine tertianarum naribus, ore, & labiis quid portendant.

Curatio diæta & pharmacia abſoluitur. Diæta igitur ita inſtituatur ſecundum ſex res non naturales, vt ad refrigerantia & humectantia inclinet, quia bilis omnium humorum calidiſſimus & ſicciſſimus eſt, æger inſpiret aerem frigidum & humidum, veſcatur refrigerantibus & humectantibus, quantū concoctrix facultas permittet, vt lactucis, oxalide, cucurbita, cucumere, malua, hordeato, vino valde diluto, tenui, oligophoro, & præparco, nec antequam coctionis ſigna in vrinis apparuerint: nam per initia vino vti non licet, nec in declinatione, niſi cum his, quas præſcripſimus, conditionibus. Quod ad tempus cibandi ægri, quo die expectatur paroxyſmus, nō tardius ante ipſum cibabitur quam horarū trium ſpacio, ne calor febrilis in eiuſmodi crudos adhuc cibos incurrens eos corrumpat & putrefaciat: vnde materiæ febrilis amplificatio (quod eius caloris tam proprium ſit omnia corrumpere, quam natiui conſeruare, & à putredine vindicare) paroxyſmi productio, & naturæ à concoctione & excretione humo-E ris morbifici reuocatio: huius tamen legis ſeueritatem virium ægri æſtimatione licet temperare: nam debilem ægrum non ſolum ſub paroxyſmum, ſed & in ipſo paroxyſmo cibare oportebit, parce tamen tantum, ne concidant vires. Quod ad Pharmaciam attinet, conſiderandum erit, num vires ægri valeant, ſi humores turgeant: tum enim licebit præſcribere diaprunum ſimplex, caſſiam fiſtulam recenter mundatam, decoctum violatum, myrobalanorum citrearum, ſyrupum violaceum, roſaceum, de granatis & oxyſaccharum. Quod ſi vires infirmæ languent, non modo non purgandum, ſed ne quidem ſanguis ducendus copioſius, quod biliosi homines facile in ſyncopem incidant, ob facilem tenuium humorum & ſpirituum diſſipationem; adde, quod tertianis febribus obnoxii non fere ſanguine

Diæta tertiana laborantium.

Quando vino vti liceat tertiana correptis.

Tempus cibandi ægri.

Quando liceat purgare tertiana correptos.

Quādo non liceat ſanguinem mittere in tertiana.

Quæ euacuationes ſpeciat cōmodiores in tertiana.

Detergentia medicamẽta.

℞. *vitellum vnius oui, terebinth. Veneta, & olei roſar. an. ℥ ß. fiat medicamentum.* Hine deterſioni incumbes, hoc, quod ſequitur, medicamento. A

℞. *mellis roſar: ℥j. ſyrupi roſar. & tereb. Venet. an. ℥j. ß. far. hordei, ℥ ij. fiat medicamentum ad vſum.* Ad eundem hunc ſcopum ſingulare eſt deterſiuum ex apio, cuius hæc eſt deſcriptio.

Va... de ... 10.

℞. *ſuccor: apii plantag. beton. an ℥ j mellis communis ℥ v. terebint. Venet. ℥ iiij. farin. hordei & orobi, ℥ ij. pulueris aloes, radic. ireos flor. mirrha, an. ℥ j. coquatur mel cum ſuccis, quibus conſumptis addantur farinæ & pulueres, & miſceantur omnia ad formam vnguenti.* Quod ſi validius detergendi conſilium erit, veteris vnguento apoſtolorum, vel aureo & Ægyptiaco pro eo, quem animo concipis, ſcopo contemperatis. Vbi ſatis deterſum vlcus videbitur, carne opplebitur, & cicatrice obducetur, eo modo, quo proprio de vlcerum curatione dicemus tractatu.

De Febribus, febriumq́, quæ ad phlegmonas ſequuntur, curationibus.

Cap. XI.

Febris phlegmones. Quid febris.

INter ſymptomata, quæ phlegmonas frequentius comitantur, & ægros per vniuerſum corpus affligunt, febres habẽtur maxime: nempe *intemperies calida & ſicca in corde accenſa, indeque per arterias in totum corpus expanſa:* quę tamen proprie ad id tumorum genus ſequuntur, febres ſunt vel ephemeræ, vel ſynochi imputres vel ſynochi putres: de quarũ natura & curandi ratione, hic breuiter dicã, quæ à magiſtris, Doctorib⁹ nẽpe Medicis didici, dum in artis operib. cũ illis verſarer. Febris ephemera ſeu diaria, *intemperies eſt calida & ſicca, in ſpiritibus vitalibus accenſa.* Id nominis habuit quod ex ſe vltra diem ſeu viginti quatuor horarum ſpatium non protogetur: quod ſcilicet in materia tenui & facile diſſipabili ſit accenſa. Febris ephemeræ cauſæ efficientes ſunt laſſitudo, fames, ebrietas, ira, furor, triſtitia, vigiliæ, ingens & penetrabile frigus, aduſtio, balneæ, ad calidius inclinans vitæ ratio, applicatio, potiove medicamentorum acrium, vt venenorum, aut alimentorum calidorum: denique cauſæ omnes efficientes febribus omnibus communes, excepta putredine, quam febribus putridis propriam eſſe conſtat. Nam & bubo, id eſt, phlegmone glandularum excitat diariam, vt eſt ab Hippocrate proditum. *Ex glandularum tumoribus febres,* inquit, *omnes mala, præter diarias:* quem aphoriſmum caute & cum diſtinctione à Galeno *in commentario* tradita accipere decet, quo loco ait, de tumoribus tantum intelligendum eſſe, qui in glandulis oboriuntur ſine occaſione, id eſt, euidenti aliqua & manifeſta cauſa: alias enim febres inde ortę, etſi diariæ non fuerint, non ſunt omnes malę: vt intelligimus ex bubonibus, qui pueris contingunt, & ex bubonib. venereis, qui citra hepatis inflammationem aut corruptelam veniunt, tales enim fere malignam febrem adiunctam non habẽt, quę res Chirurgo valde notanda venit. Signa febris diariæ commũnia ſunt, calor, blandus, halituoſus, & ad manum mitis, pulſus celer & frequens aliquãdo magnus & validus, vt ſi diaria ſit ab ira: alias paruus, ſi à triſtitia ſit, fame, frigore, cruditate: cæterum æqualis & ordinatus. Signa certiſſima ſunt, ſi non ſenſim & paulatim, ſed derepente, inopinato, & à cauſa aliqua externa & euidente venerit febris, nullo præcedente ciborum faſtidio, nulla laſſitudine ſpontanea, nullo profundiore ſomno, oſcitatione, magno dolore, nulla corporis iactatione, nullo horrore & frigore, nullo deniq; moleſto aliquo ſymptomate præcurrente. Hic vrinarum nullam mentionem facimus, quod ſæpius ſanis ſimiles ſint: tam breui enim, quo durant diarię tempore, nequit ingens cieri in ſanguinis maſſa perturbatio, cuius ab vrina petuntur indicia, non autem accenſorum ſpirituum. Diaria vnica abſoluitur inuaſione: quæ ex propria febris huius natura diem vnum durat: quanquam alias etiam in triduum aut quatriduum extenditur: tumq; facile in putridam degenerat, concurrente præſertim ægri, Medici, aut adſtantium aliquo errore, vel ſi externa rite non fuerint comparata. Terminatur hæc febris vel per inſenſilem tranſpiratum, vel per madorem cutis, aut per ſudorem naturalem, blandum, ac minime fœtidum. Ad hanc ephemeram, ſynochum imputrem, ex ſanguine non putri, ſed tantum præter modum calefacto genitam reuocamus. Nam concalefacti immoderatius ſanguinis vi ingentem in totum corpus ardorem aſſurgere contingit; vnde venæ altiores cernuntur, facies flammea apparet, oculi rubentes & ardentes, exſpiratio calida, totus denique corporis tumentior habitus, propter ſanguinis illam ebullitionem & vaporum inde ſuſcitatorum in totum corpus diffuſionem: quo fit, vt ſynochi hæc ſpecies dicatur febris vaporoſa. Huic pueri ſunt obnoxii, vt & omnes ſanguinei homines citra cacochymiam. Huius curandæ eadem ratio eſt, quæ & ephemeræ, quod ab ephemera vix alio diſtare videatur, quã quod in tres vel quatuor dies prorogretur. Quare quę de ephemera curanda dicentur, ea in hanc Synochum cadent omnia, ſi phlebotomiam exceperis, quę in imputri ſynocho valde neceſſaria eſt. Ergo febris ephemerę cura conſiſtit in decenti & cauſæ febris contrariarum rerum non naturalium vſu. Quare in primis balnea aquę tepidę & naturalis erunt vtiliſſima: modo ęger non ſit plethoricus, nõ excrementis difertus, non catarrhis & defluxionib. obnoxius, quia fuſis & liquatis balnei tepore humorib. facile catarrhus prouocaretur: itaq; in eodem hoc caſu vitabuntur frictiones, & ex tepenti oleo litus, quæ tamen res in hac febris ſpecie valde ſalubres cenſentur, cum præſertim à labore improbo, ab adſtricta cute, à bubone ortum habuerit. Sit vero tibi hęc generalis regula, vt cuique cauſæ, vnde hæc febris initia, cauſaſque duxerit, contrarium ſuum opponas pro remedio: vt labori quietem, vigiliis ſomnum, iræ & triſtitiæ facetos amicorum cœtus, omniaque iucundæ voluptatis plena, buboni propriam bubonis curationem. Vinum mediocriter aqua temperatum pro febricitantis conſuetudine, vtile & ſalubre eſt in omnibus hui⁹ febris cauſis, niſi dolor capitis adfuerit, niſi ab ira aut bubone febris ortum habuerit: nam in poſtremo hoc prę ſertim caſu, vini potu penitus abſtinendum erit, quouſq; ſtatum decurrerit inflãmatio, & iam declinationem attigerit. Febris hoc genus ſæpe fatigat infantes: tum que nutricibus eadem imperanda remedia, ac ſi ipſæ febricitarent, vt lac ipſarum

Marginal notes: *Quid febris ephemera. Quibus ex cauſis fiat.* — *Aphor. 55. lib. 4.* — *Signa diariæ.* — *Cur in diaria vrinæ ſint ſanis ſimiles.* — *Synochus imputris.* — *Curatio ephemeræ.* — *Vini vſus in diaria.* — Section letters B, C, D, E in the right margin.

A rũm euadat hac arte medicamentoſum. Salubre quoque erit infantem ipſum in aquæ naturalis & tepentis balneum immergere, moxque à balneo oleo violaceo ſpinam dorſi, pectusque inungere.

Synochus putrida qui fiat.

Quod ſi phlegmone internam aliquam partem obſideat, vel alioqui ſua natura ingens exiſtat, vel principi alicui viſceri vicina ſit, ſic vt cõtinenter de ſe vel putridam materiam, vel exhalationem ad cor tranſmittere poſſit, non vero ſola qualitate ſeu contra naturam calore per partium continuitatẽ ipſum afficere, emerget inde ſynochus putrida, ſi ſanguis, qui contagione in maioribus vaſis puttet, conflatus eſt ex æquali quatuor humorum permixtione. Hoc maxime ſigno cognoſcitur hæc febris, quod nullas habeat exacerbationes aut remiſſiones, multo vero minus intermiſſiones: vltra viginti quatuor horas extenditur, nec tum deſinit vomitu, ſudore, madore, aut ſenſim inſenſili tranſpiratu, more febrium intermittentium, ſed conſtans durat, quouſque ægrum prorſus non reditura relinquat: non fere aduenit, niſi, his, qui bene compoſiti ſint in temperie & complexione, qui multo ſanguine abundauerint, eoque quatuor humorum æquali mixtione temperato. Haud diu durare ſolet, quod ſanguis putredinis propriæ vi in bilem aut melancholicum humorem degenerans, aliam mox febris ſpeciem ſuſcitat, tertianam nempe aut quartanam continuam.

Phlebotomia in putrida ſynocho neceſſaria.

B Huius febris curatio, quemadmodum ex doctiſſimis Medicis audiui, conſiſtit maxime in ſanguinis miſſione. Detracto enim ſanguine minuitur plenitudo, itaque & obſtructio tollitur, tandemq; putredo. Atque cum in huius generis febre non modo materiei vitium ſubſit ex puttente ſanguine, ſed etiam temperiei per caloris exceſſum, certe phlebotomia non eo tantum, quo diximus, modo putredini medetur, ſed etiam calidæ intemperiei: ſanguis enim, quo viuentis calor omnis continetur, dum detrahitur, vna cum illo exhalant & vaneſcunt excrementa acria & fuliginoſa, quæ cohibita febrilem ardorem augebant. Præterea in feruentis ſanguinis detracti locum, venæ, fuga vacui, quod natura abhorret, multo frigido aere replentur, ex quo habitus vniuerſi corporis ſequitur refrigerium: imo plurimis phlebotomiæ beneficio aluus ſoluitur, ſudores profluunt, quæ res in hoc febris genere valde ſunt expetendæ. Hæc ratio veteres medicos impulit, vt ſcriberent in hoc affectu ad lypothymiam vſque ſanguinem eſſe mittendum.

Qua ſit ſanguinis ad animi vſque deliquium miſſio vitãda.

Quia tamen ſic non pauci vna cum ſanguine vitam effuderunt, ſatius & ſalubrius erit, partiri vacuationes, atque ex interuallis tantum ſanguinis detrahere, quantum morbi magnitudo poſtulabit, & vires ægri ferre valebunt. Detracto ſanguine ſtatim clyſter ex emollientibus & refrigerantibus erit inii-

Cur a ducto ſanguine clyſter mox iniiciendus.

C ciendus, ne ſcilicet venæ phlebotomia exinanitæ, inteſtinorum impuritatem in ſe tranſſumant: cęterum qui clyſteres nimium refrigerant, aluum adſtringunt potius, quam ſoluant. Sequenti de leui medicamento, vt bolo ex caſſia, vel catholicone minuenda erit materia morbifica: inde imperandi ſyrupi quibus non modo vis inſit refrigerandi, ſed etiam putredinis arcendæ, cuiuſmodi ſunt Syrupi de limonib⁹, de berberis, de acetoſitate citri, de granatis, acetoſus, oxyſacchara ſimplex: victus omnino ſit refrigerans & humectans, vna & tenuis: calor enim natiuus multo ſanguine ducto valde debilitatus pleniori victui par eſſe nequit, Sufficiet igitur cibare ægrus iuſculis pullorum & carnis vitulinæ: herbis refrigerantibus, vt oxalide, lactuca, & portulaca ſaporatis. Potus ſit aqua hordei, ſyrupus violatus multa aqua cocta dilutus, Iulepus Alexandrinus, ſi præſertim alui profluuium infeſtauerit. Sed quartum maxime diem ſpeculari Medicus debet, nam ſi tum ſe prodant coctionis in excrementis ſigna, Criſis die ſeptima erit expectanda, eaque vel alui, vel vrinarum profluuio, vel vomitu, vel ſudoribus, vel hæmorrhagia; Tum igitur nihil erit tentandum, ſed totum negotium naturæ permittendum. Quod ad frigidæ potum, quem in hoc febris genere tantopere commendat Galenus, non erit ante permittendus, quam coctæ materiæ ſigna comparuerint: quin etiam in morbi declinatione vini vſus non erit inutilis ad ſudo-

D res promouendos.

Syrupi quales hic vtiles.

Victus cur in ſanguine multo debeat eſſe tenuis.

Quartus dies index.

Quando in ſynocho potus permittendus aquæ potus.

De Eryſipelate. CAP. XII.

EXpoſita Phlegmones, quæ à ſanguine fit laudabili, curatione, dicendum nunc de his tumoribus, qui bilem generationis ſuæ materialem cauſam agnoſcunt, propter eam, quæ bili cum ſanguine intercedit affinitatem. Tumores igitur, qui à bile naturali fiunt, dicuntur Eryſipelata, magnum hæc ardorem conceptum continent, qui cutem maxime occupat; ſed & carnis ſubiectæ portionem ſæpe aliquam. Fiunt enim ex ſanguine tenuiſſimo (qui incidente inflammationis occaſione aliqua facile bileſcit) vel ex ſanguine & bile, quam par eſt, calidioribus, nonnunquam & ex bile cum ſero acri permixta. Quod ex ſincera & pura bile fit Eryſipelas, verum & exquiſitum dicitur Galeno. Ex bilis vero cũ aliis tribus humorum ſpeciebus mixtione tres emergunt Eryſipelatum differentiæ. Si enim copioſior ſanguini admixta ſit, dicetur Eryſipelas plegmonodes; ſi pituitę, Eryſipelas œdematodes; ſi humori melancholico, Eryſipelas ſcyrrhodes. Sic vt præpoſitum & ſubſtantiuum nomen eum indicet humorem, qui in dominio eſt, alterum vero & adiectiuum eum, qui in mixtione eſt ſuppar. Quod ſi pari copia cõ-

Eryſipelatũ definitio.

Galen. 2. li. 14. meth. & 2. ad Glauc. Lib. 2. ad Glauc.

E currant, ſic inde Eryſipelas phlegmone, Eryſipelas œdema, Eryſipelas ſcyrrhus.

Eryſipelatũ duo genera.

Eryſipelatum duo genera agnouit Galenus, vnum ſimplex & ſine vlcere, vlceratum alterum. Diſtracta enim & ſeorſum à ſanguinis tepore bilis, tenuitate ſua & acrimonia in cutem incurrens eam vlcerat: at ſanguinis tepore tanquam freno coercita, prohibetur in ſummam vſque cutem penetrare facitque tumorem ſine vlcere. Ex bile vero non naturali multa alia tumorum bilioſorum fiunt genera, vt Herpes exedens, miliaris, omnes deniq; tumorum gradus, qui ab herpete ad cancrũ vſq; intercedũt.

Eryſipelatum ſigna.

Eryſipelata tribus maxime ſignis internoſcere licet: nempe colore, qui ex rubro flaueſcit, celeri in corpus ad leuiſſimam cutis compreſſionem relapſu. (Cuius rei cauſa eſt humoris tenuitas, & ſitus extimus ſubcutaneuſque, ex quo nonnullis Eryſipelas cutis affectio nuncupatur.) Deniq; accidentium

ſeu

Detergentia medicamẽta.

℞. *vitellum vnius oui, terebinth. Venetæ, & olei roſar. an.* ℥ ß. *fiat medicamentum.* Hinc deterſioni incum- A bes, hoc, quod ſequitur, medicamento.

℞ *mellis roſar:* ℥j. *ſyrupi roſar. & tereb. Venet. an.* ℥j. ß. *far. hordei,* ℥ ij. *fiat medicamentum ad vſum.* Ad eundem hunc ſcopum ſingulare eſt deterſiuum ex apio, cuius hæc eſt deſcriptio.

Va... de... to.

℞. *ſuccor: apii plantag. beton. an* ℥ j *mellis com-mun.* ℥ v. *terebent. Venet.* ℥ iiij. *farin. hordei & orobi,* ℥ ij. *pulueris aloes, radic. ireos flor. myrrha, an.* ℥ j. *coquatur mel cum ſuccis, quibus conſumptis addantur farina & pulueres, & miſceantur omnia ad formam vnguenti.* Quod ſi validius detergendi conſilium erit, veteris vnguento apoſtolorum, vel aureo & Ægyptiaco pro eo, quem animo concipis, ſcopo contemperatis. Vbi ſatis deterſum vlcus videbitur, carne opplebitur, & cicatrice obducetur, eo modo, quo proprio de vlcerum curatione dicemus tractatu.

De Febribus, febriumq́, quæ ad phlegmonas ſequuntur, curationibus.

Cap. XL.

Febris phlegmonen. Quid febris.

INter ſymptomata, quæ phlegmonas frequentius comitantur, & ægros per vniuerſum corpus affligunt, febres habẽtur maxime: nempe *intemperies calida & ſicca in corde accenſa, indeque per arterias in totum* B *corpus expanſa:* quę tamen proprie ad id tumorum genus ſequuntur, febres ſunt vel ephemeræ, vel ſynochi imputres vel ſynochũ putres: de quarũ natura & curandi ratione, hic breuiter dicã, quæ à magiſtris, Doctorib⁹ nẽpe Medicis didici, dum in artis operib. cũ illis verſarer. Febris ephemera ſeu diaria, *intemperies eſt calida & ſicca, in ſpiritibus vitalibus accenſa.* Id nominis habuit quod ex ſe vltra diem ſeu viginti quatuor horarum ſpatium non prorogetur: quod ſcilicet in materia tenui & facile diſſipabili ſit accenſa. Febris ephemeræ cauſæ efficientes ſunt laſſitudo, fames, ebrietas, ira, furor, triſtitia, vigiliæ, ingens & penetrabile frigus, aduſtio, balneæ, ad calidius inclinans vitæ ratio, applicatio, potiove medicamentorum acrium, vt venenorum, aut alimentorum calidorum: denique cauſæ omnes efficientes febribus omnibus communes, excepta putredine, quam febribus putridis propriam eſſe conſtat.

Quid febris ephemera. Quibus ex cauſis fiat.

Aphor. 55. lib. 4.

Nam & bubo, id eſt, phlegmone glandularum excitat diariam, vt eſt ab Hippocrate proditum. *Ex glandularum tumoribus febres,* inquit, *omnes mala, præter diarias:* quem aphoriſmum caute & cum diſtinctione à Galeno *in commentario* tradita accipere decet, quo loco ait, de tumoribus tantum intelligendum eſſe, qui in glandulis oboriuntur ſine occaſione, id eſt, euidenti aliqua & manifeſta cauſa: alias enim febres inde ortę, etſi diariæ non fuerint, non ſunt omnes malę: vt intelligimus ex bubonibus, qui pueris C contingunt, & ex bubonib. venereis, qui citra hepatis inflammationem aut corruptelam veniunt, tales enim fere malignam febrem adiunctam non habẽt, quę res Chirurgo valde notanda venit.

Signa diariæ.

Signa febris diariæ commũnia ſunt, calor, blandus, halituoſus, & ad manum mitis, pulſus celer & frequens aliquãdo magnus & validus, vt ſi diaria ſit ab ira: alias paruus, ſi à triſtitia ſit, fame, frigore, cruditate: cæterum æqualis & ordinatus. Signa certiſſima ſunt, ſi non ſenſim & paulatim, ſed derepente, inopinato, & à cauſa aliqua externa & euidente venerit febris, nullo præcedente ciborum faſtidio, nulla laſſitudine ſpontanea, nullo profundiore ſomno, oſcitatione, magno dolore, nulla corporis iactatione, nullo horrore & frigore, nullo deniq; moleſto aliquo ſymptomate præcurrente.

Cur in diaria vrina ſint ſanis ſimiles.

Hic vrinarum nullam mentionem facimus, quod ſæpius ſanis ſimiles ſint: tam breui enim, quo durant diarię tempore, nequit ingens cieri in ſanguinis maſſa perturbatio, cuius ab vrina petuntur indicia, non autem accenſorum ſpirituum. Diaria vnica abſoluitur inuaſione: quæ ex propria febris huius natura diem vnum durat: quanquam alias etiam in triduum aut quatriduum extenditur: tumq; facile in putridam degenerat, concurrente præſertim ægri, Medici, aut adſtantium aliquo errore, vel ſi externa rite non fuerint comparata. Terminatur hæc febris vel per inſenſilem tranſpiratum, vel per madorem cutis, aut per ſudorem naturalem, blan- D dum, ac minime fœtidum.

Synochus imputris.

Ad hanc ephemeram, ſynochum imputrem, ex ſanguine non putri, ſed tantum præter modum calefacto genitam reuocamus. Nam concalefacti immoderatius ſanguinis vi ingentem in totum corpus ardorem aſſurgere contingit; vnde venæ altiores cernuntur, facies flammea apparet, oculi rubentes & ardentes, exſpiratio calida, totus denique corporis tumentior habitus, propter ſanguinis illam ebullitionem & vaporum inde ſuſcitatorum in totum corpus diffuſionem: quo fit, vt ſynochi hæc ſpecies dicatur febris vaporoſa. Huic pueri ſunt obnoxii, vt & omnes ſanguinei homines citra cacochymiam. Huius curandæ eadem ratio eſt, quæ & ephemeræ, quod ab ephemera vix alio diſtare videatur, quã quod in tres vel quatuor dies prorogetur. Quare quę de ephemera curanda dicentur, ea in hanc Synochum cadent omnia, ſi phlebotomiam exceperis, quę in imputri ſynocho valde neceſſaria eſt.

Curatio ephemeræ.

Ergo febris ephemerę cura conſiſtit in decenti & cauſæ febris contrarianti rerum non naturalium vſu. Quare in primis balnea aquę tepidę & naturalis erunt vtiliſſima: modo ęger non ſit plethoricus, nõ excrementis difertus, non catarrhis & defluxionib. obnoxius, quia fuſis & liquatis balnei tepore humorib. facile catarrhus prouocaretur: itaq; in eodem hoc caſu vitabuntur frictiones, & ex repenti oleo litus, quæ tamen res in hac febris ſpecie valde ſalubres cenſentur, cum præ- E ſertim à labore improbo, ab adſtricta cute, à bubone ortum habuerit. Sit vero tibi hęc generalis regula, vt cuique cauſæ, vnde hæc febris initia, cauſaſque duxerit, contrarium ſuum opponas pro remedio: vt labori quietem, vigiliis ſomnum, iræ & triſtitiæ facetos amicorum cœtus, omniaque iucundæ voluptatis plena, buboni propriam bubonis curationem.

Vini vſus in diaria.

Vinum mediocriter aqua temperatum pro febricitantis conſuetudine, vtile & ſalubre eſt in omnibus hui⁹ febris cauſis, niſi dolor capitis adfuerit, niſi ab ira aut bubone febris ortum habuerit: nam in poſtremo hoc pręſertim caſu, vini potu penitus abſtinendum erit, quouſq; ſtatum decurrerit inflãmatio, & iam declinationem attigent. Febris hoc genus ſæpe fatigat infantes: tumque nutricibus eadem imperanda remedia, ac ſi ipſæ febricitarent, vt lac ipſarum

A rum euadat hac arte medicamentoſum. Salubre quoque erit infantem ipſum in aquæ naturalis & repentis balneum immergere, moxque à balneo oleo violaceo ſpinam dorſi, pectuſque inungere.

Synochus putris qui fiat.

Quod ſi phlegmone internam aliquam partem obſideat, vel alioqui ſua natura ingens exiſtat, vel principi alicui viſceri vicina ſit, ſic vt cõtinenter de ſe vel putridam materiam, vel exhalationem ad cor tranſmittere poſſit, non vero ſola qualitate ſeu contra naturam calore per partium continuitatẽ ipſum afficere, emerget inde ſynochus putrida, ſi ſanguis, qui contagione in maioribus vaſis putret, conflatus eſt ex æquali quatuor humorum permixtione. Hoc maxime ſigno cognoſcitur hæc febris, quod nullas habeat exacerbationes aut remiſſiones, multo vero minus intermiſſiones: vltra viginti quatuor horas extenditur, nec tum deſinit vomitu, ſudore, madore, aut ſenſim inſenſili tranſpiratu, more febrium intermittentium, ſed conſtans durat, quouſque ægrum prorſus non reditura relinquat: non fere aduenit, niſi, his, qui bene compoſiti ſint in temperie & complexione, qui multo ſanguine abundauerint, eoque quatuor humorum æquali mixtione temperato. Haud diu durare ſolet, quod ſanguis putredinis propriæ vi in bilem aut melancholicum humorem degenerans, aliam mox febris ſpeciem ſuſcitat, tertianam nempe aut quartanam continuam.

B Huius febris curatio, quemadmodum ex doctiſſimis Medicis audiui, conſiſtit maxime in ſanguinis miſſione. Detracto enim ſanguine minuitur plenitudo, itaque & obſtructio tollitur, tandemq; putredo. Atque cum in huius generis febre non modo materiei vitium ſubſit ex putrente ſanguine, ſed etiam temperiei per caloris exceſſum, certe phlebotomia non eo tantum, quo diximus, modo putredini medetur, ſed etiam calidæ intemperiei: ſanguis enim, quo viuentis calor omnis continetur, dum detrahitur, vna cum illo exhalant & vaneſcunt excrementa acria & fuliginoſa, quæ cohibita febrilem ardorem augebant. Præterea in feruentis ſanguinis detracti locum, venæ, fuga vacui, quod natura abhorret, multo frigido aere repleuntur, ex quo habitus vniuerſi corporis ſequitur refrigerium: imo plurimis phlebotomiæ beneficio aluus ſoluitur, ſudores profluunt, quæ res in hoc febris genere valde ſunt expetendæ. Hæc ratio veteres medicos impulit, vt ſcriberent in hoc affectu ad lypothymiam vſque ſanguinem eſſe mittendum.

Phlebotomia in putrida ſynocho neceſſaria.

Qua ſit ſanguinis ad animi vſque deliquium miſſio vitetur.

Quia tamen ſic non pauci vna cum ſanguine vitam effuderunt, ſatius & ſalubrius erit, partiri vacuationes, atque ex interuallis tantum ſanguinis detrahere, quantum morbi magnitudo poſtulabit, & vires ægri ferre valebunt. Detracto ſanguine ſtatim clyſter ex emollientibus & refrigerantibus erit inii-

C ciendus, ne ſcilicet venæ phlebotomia exinanitæ, inteſtinorum impuritatem in ſe tranſumant: cęterum qui clyſteres nimium refrigerant, aluum adſtringunt potius, quam ſoluant. Sequenti de leui medicamento, vt bolo ex caſſia, vel catholicone minuenda erit materia morbifica: inde imperandi ſyrupi quibus non modo vis inſit refrigerandi, ſed etiam putredinis arcendæ, cuiuſmodi ſunt Syrupi de limonib⁹, de berberis, de acetoſitate citri, de granatis, acetoſus, oxyſacchara ſimplex: victus omnino ſit refrigerans & humectans, vna & tenuis: calor enim natiuus multo ſanguine ducto valde debilitatus pleniori victui par eſſe nequit, Sufficiet igitur cibare ægros iuſculis pullorum & carnis vitulinæ: herbis refrigerantibus, vt oxalide, lactuca, & portulaca ſaporatis. Potus ſit aqua hordei, ſyrupus violatus multa aqua cocta dilutus, Iulepus Alexandrinus, ſi præſertim alui profluuium infeſtauerit. Sed quartum maxime diem ſpeculari Medicus debet, nam ſi tum ſe prodant coctionis in excrementis ſigna, Criſis die ſeptima erit expectanda, eaque vel alui, vel vrinarum profluuio, vel vomitu, vel ſudoribus, vel hæmorrhagia; Tum igitur nihil erit tentandum, ſed totum negotium naturæ permittendum. Quod ad frigidæ potum, quem in hoc febris genere tantopere commendat Galenus, non erit ante permittendus, quam coctæ materiæ ſigna comparuerint: quin etiam in morbi declinatione vini vſus non erit inutilis ad ſudo-

D res promouendos.

Cura ducto ſanguine clyſter mox iniiciendus.

Syrupi quales hic vtiles.

Victus cur in ſanguine multo debeat eſſe tenuis.

Quartum dies index.

Quando in ſynocho putris permittendus aquæ potus.

De Eryſipelate. Cap. XII.

Expoſita Phlegmones, quæ à ſanguine fit laudabili, curatione, dicendum nunc de his tumoribus, qui bilem generationis ſuæ materialem cauſam agnoſcunt, propter eam, quæ bili cum ſanguine intercedit affinitatem. Tumores igitur, qui à bile naturali fiunt, dicuntur Eryſipelata, magnum hæc ardorem conceptum continent, qui cutem maxime occupat, ſed & carnis ſubiectæ portionem ſæpe aliquam. Fiunt enim ex ſanguine tenuiſſimo (qui incidente inflammationis occaſione aliqua facile bileſcit) vel ex ſanguine & bile, quam par eſt, calidioribus, nonnunquam & ex bile cum ſero acri permixta. Quod ex ſincera & pura bile fit Eryſipelas, verum & exquiſitum dicitur Galeno. Ex bilis vero cũ aliis tribus humorum ſpeciebus mixtione tres emergunt Eryſipelatum differentiæ. Si enim copioſior ſanguini admixta ſit, dicetur Eryſipelas plegmonodes; ſi pituitę, Eryſipelas œdematodes; ſi humori melancholico, Eryſipelas ſcyrrhodes. Sic vt præpoſitum & ſubſtantiuum nomen eum indicet humorem, qui in dominio eſt, alterum vero & adiectiuum eum, qui in mixtione eſt ſuppar. Quod ſi pari copia cõ-

E currant, fiet inde Eryſipelas phlegmone, Eryſipelas œdema, Eryſipelas ſcyrrhus.

Eryſipelatũ definitio.

Galen. 2. li. 14. meth. & 2. ad Glauc. Lib. 2. ad Glauc.

Eryſipelatũ duo genera.

Eryſipelatum duo genera agnouit Galenus, vnum ſimplex & ſine vlcere, vlcerarum alterum. Diſtracta enim & ſeorſum à ſanguinis tepore bilis, tenuitate ſua & acrimonia in cutem incurrens eam vlcerat: at ſanguinis tepore tanquam freno coercita, prohibetur in ſummam vſque cutem penetrare facitque tumorem ſine vlcere. Ex bile vero non naturali multa alia tumorum bilioſorum fiunt genera, vt Herpes exedens, miliaris, omnes deniq; tumorum gradus, qui ab herpete ad cancrũ vſq; intercedũt.

Eryſipelata tribus maxime ſignis internoſcere licet: nempe colore, qui ex rubro flaueſcit, celeri in corpus ad leuiſſimam cutis compreſſionem relapſu. (Cuius rei cauſa eſt humoris tenuitas, & ſitus externus ſubcutaneuſque, ex quo nonnullis Eryſipelas cutis affectio nuncupatur.) Deniq; accidentium

Eryſipelatum ſigna.

ſeu

Digitized by Google

Detergentia medicamēta.

℞. vitellum vnius oui, terebinth. Venetæ, & olei roſar. an. ℥ ß. fiat medicamentum. Hinc deterſioni incumbes, hoc, quod ſequitur, medicamento. A

℞ mellis roſar: ℥j. ſyrupi roſar. & tereb. Venet. an. ℥j. ß. far. hordei, ℥ ij. fiat medicamentum ad vſum. Ad eundem hunc ſcopum ſingulare eſt deterſiuum ex apio, cuius hæc eſt deſcriptio.

Va... de...

℞. ſuccor: apii plantag. beton. an ℥ j mellis com mun. ℥ v. terebint. Venet. ℥ iiij. farin. hordei & orobi, ʒ ij. pulueris aloes, radic. ireos flor. mirrha, an. ʒ j. coquatur mel cum ſuccis, quibus conſumptis addantur farinæ & pulueres, & miſceantur omnia ad formam vnguenti. Quod ſi validius detergendi conſilium erit, vteris vnguento apoſtolorum, vel aureo & Ægyptiaco pro eo, quem animo concipis, ſcopo contemperatis. Vbi ſatis deterſum vlcus videbitur, carne opplebitur, & cicatrice obducetur, eo modo, quo proprio de vlcerum curatione dicemus tractatu.

De Febribus, febriumq́;, quæ ad phlegmonas ſequuntur, curationibus.

Cap. XL

Febris phlegmones. Quid febris.

INter ſymptomata, quæ phlegmonas frequentius comitantur, & ægros per vniuerſum corpus affligunt, febres habētur maxime: nempe *intemperies calida & ſicca in corde accenſa, indeque per arterias in totum corpus expanſa:* quę tamen proprie ad id tumorum genus ſequuntur, febres ſunt vel ephemeræ, vel ſynochi imputres vel ſynochi putres: de quarū natura & curandi ratione, hic breuiter dicā, quæ à magiſtris, B Doctorib^9 ſæpe Medicis didici, dum in artis operib. cū illis verſarer.

Quid febris ephemera. Quibus ex cauſis fiat.

Febris ephemera ſeu diaria, *intemperies eſt calida & ſicca, in ſpiritibus vitalibus accenſa.* Id nominis habuit quod ex ſe vltra diem ſeu viginti quatuor horarum ſpatium non protogetur: quod ſcilicet in materia tenui & facile diſſipabili ſit accenſa. Febris ephemeræ cauſæ efficientes ſunt laſſitudo, fames, ebrietas, ira, furor, triſtitia, vigiliæ, ingens & penetrabile frigus, aduſtio, balneæ, ad calidius inclinans vitæ ratio, applicatio, potiove medicamentorum acrium, vt venenorum, aut alimentorum calidorum: denique cauſæ omnes efficientes febribus omnibus communes, excepta putredine, quam febribus putridis propriam eſſe conſtat.

Aphor. 55. lib. 4.

Nam & bubo, id eſt, phlegmone glandularum excitat diariam, vt eſt ab Hippocrate proditum. *Ex glandularum tumoribus febres,* inquit, *omnes mala, præter diarias:* quem aphoriſmum caute & cum diſtinctione à Galeno *in commentario* tradita accipere decet, quo loco ait, de tumoribus tantum intelligendum eſſe, qui in glandulis oboriuntur ſine occaſione, id eſt, euidenti aliqua & manifeſta cauſa: alias enim febres inde ortę, etſi diariæ non fuerint, non ſunt omnes malę: vt intelligimus ex bubonibus, qui pueris C contingunt, & ex bubonib. venereis, qui citra hepatis inflammationem aut corruptelam veniunt, tales enim fere malignam febrem adiunctam non habēt, quę res Chirurgo valde notanda venit.

Signa diariæ.

Signa febris diariæ commūnia ſunt, calor, blandus, halituoſus, & ad manum mitis, pulſus celer & frequens aliquādo magnus & validus, vt ſi diaria ſit ab ira: alias paruus, ſi à triſtitia ſit, fame, frigore, cruditate: cæterum æqualis & ordinatus. Signa certiſſima ſunt, ſi non ſenſim & paulatim, ſed derepente, inopinato, & à cauſa aliqua externa & euidente venerit febris, nullo præcedente ciborum faſtidio, nulla laſſitudine ſpontanea, nullo profundiore ſomno, oſcitatione, magno dolore, nulla corporis iactatione, nullo horrore & frigore, nullo deniq; moleſto aliquo ſymptomate præcurrente.

Cur in diaria vrinæ ſint ſanis ſimiles.

Hic vrinarum nullam mentionem facimus, quod ſæpius ſanis ſimiles ſint: tam breui enim, quo durant diarię tempore, nequit ingens cieri in ſanguinis maſſa perturbatio, cuius ab vrina petuntur indicia, non autem accenſorum ſpirituum. Diaria vnica abſoluitur inuaſione: quæ ex propria febris huius natura diem vnum durat: quanquam alias etiam in triduum aut quatriduum extenditur: tumq; facile in putridam degenerat, concurrente præſertim ægri, Medici, aut adſtantium aliquo errore, vel ſi externa rite non fuerint comparata. Terminatur hæc febris vel per inſenſilem tranſpiratum, vel per madorem cutis, aut per ſudorem naturalem, blandum, ac minime fœtidum. D

Synochus imputris.

Ad hanc ephemeram, ſynochum imputrem, ex ſanguine non putri, ſed tantum præter modum calefacto genitam reuocamus. Nam concalefacti immoderatius ſanguinis vi ingentem in totum corpus ardorem aſſurgere contingit; vnde venæ altiores cernuntur, facies flammea apparet, oculi rubeores & ardentes, exſpiratio calida, totus denique corporis tumentior habitus, propter ſanguinis illam ebullitionem & vaporum inde ſuſcitatorum in totum corpus diffuſionem: quo fit, vt ſynochi hæc ſpecies dicatur febris vaporoſa. Huic pueri ſunt obnoxii, vt & omnes ſanguinei homines citra cacochymiam. Huius curandæ eadem ratio eſt, quæ & ephemeræ, quod ab ephemera vix alio diſtare videatur, quā quod in tres vel quatuor dies prorogetur. Quare quę de ephemera curanda dicentur, ea in hanc Synochum cadent omnia, ſi phlebotomiam exceperis, quę in imputri ſynocho valde neceſſaria eſt.

Curatio ephemeræ.

Ergo febris ephemerę cura conſiſtit in decenti & cauſæ febris contrariantium rerum non naturalium vſu. Quare in primis balnea aquę tepidę & naturalis erunt vtiliſſima: modo æger non ſit plethoricus, nū excrementis refertus, non catarrhis & defluxionib. obnoxius, quia fuſis & liquatis balnei tepore humorib. facile catarrhus prouocaretur: itaq; in eodem hoc caſu vitabuntur frictiones, & ex tepenti oleo litus, quæ tamen res in hac febris ſpecie valde ſalubres cenſentur, cum præſertim à labore improbo, ab adſtricta cute, à bubone ortum habuerit. E Sit vero tibi hęc generalis regula, vt cuique cauſæ, vnde hæc febris initia, cauſaſque duxerit, contrarium ſuum opponas pro remedio: vt labori quietem, vigiliis ſomnum, iræ & triſtitiæ facetos amicorum cœtus, omniaque iucundæ voluptatis plena, buboni propriam bubonis curationem.

Vini vſus in diaria.

Vinum mediocriter aqua temperatum pro febricitantis conſuetudine, vtile & ſalubre eſt in omnibus hui^9 febris cauſis, niſi dolor capitis adfuerit, niſi ab ira aut bubone febris ortum habuerit: nam in poſtremo hoc pręſertim caſu, vini potu penitus abſtinendum erit, quouſq; ſtatum decurrerit inflāmatio, & iam declinationem attigerit. Febris hoc genus ſæpe fatigat infantes: tumque nutricibus eadem imperanda remedia, ac ſi ipſæ febricitarent, vt lac ipſarum

A rum euadat hac arte medicamentoſum. Salubre quoque erit infantem ipſum in aquæ naturalis & repentis balneum immergere, moxque à balneo oleo violaceo ſpinam dorſi, pectusque iniungere.

Synochus putrida qui fiat.

Quod ſi phlegmone internam aliquam partem obſideat, vel alioqui ſua natura ingens exiſtat, vel principi alicui viſceri vicina ſit, ſic vt cõtinenter de ſe vel putridam materiam, vel exhalationem ad cor tranſmittere poſſit, non vero ſola qualitate ſeu contra naturam calore per partium continuitatẽ ipſum afficere, emerget inde ſynochus putrida, ſi ſanguis, qui contagione in maioribus vaſis putret, conflatus eſt ex æquali quatuor humorum permixtione. Hoc maxime ſigno cognoſcitur hæc febris, quod nullas habeat exacerbationes aut remiſſiones, multo vero minus intermiſſiones: vltra viginti quatuor horas extenditur, nec tum deſinit vomitu, ſudore, madore, aut ſenſim inſenſili tranſpiratu, more febrium intermittentium, ſed conſtans durat, quouſque ægrum prorſus non reditura relinquat: non ſere aduenit, niſi, his, qui bene compoſiti ſint in temperie & complexione, qui multo ſanguine abundauerint, eoque quatuor humorum æquali mixtione temperato. Haud diu durare ſolet, quod ſanguis putredinis propriæ vi in bilem aut melancholicum humorem degenerans, aliam mox febris ſpeciem ſuſcitat, tertianam nempe aut quartanam continuam.

B Huius febris curatio, quemadmodum ex doctiſſimis Medicis audiui, conſiſtit maxime in ſanguinis miſſione. Detracto enim ſanguine minuitur plenitudo, itaque & obſtructio tollitur, tandemq; putredo. Atque cum in huius generis febre non modo materiei vitium ſubſit ex putrente ſanguine, ſed etiam temperiei per caloris exceſſum, certe phlebotomia non eo tantum, quo diximus, modo putredini medetur, ſed etiam calidæ intemperiei: ſanguis enim, quo viuentis calor omnis continetur, dum detrahitur, vna cum illo exhalant & vaneſcunt excrementa acria & fuliginoſa, quæ cohibita febrilem ardorem augebant. Præterea in feruentis ſanguinis detracti locum, venæ, fuga vacui, quod natura abhorret, multo frigido aere replentur, ex quo habitus vniuerſi corporis ſequitur refrigerium: imo plurimis phlebotomiæ beneficio aluus ſoluitur, ſudores profluunt, quæ res in hoc febris genere valde ſunt expetendæ. Hæc ratio veteres medicos impulit, vt ſcriberent in hoc affectu ad lypothymiam vſque ſanguinem eſſe mittendum.

Phlebotomia in putrida ſynocho neceſſaria.

Quia tamen ſic non pauci vna cum ſanguine vitam effuderunt, ſatius & ſalubrius erit, partitis vacuationes, atque ex interuallis tantum ſanguinis detrahere, quantum morbi magnitudo poſtulabit, & vires ægri ferre valebunt. Detracto ſanguine ſtatim clyſter ex emollientibus & refrigerantibus erit iniiciendus, ne ſcilicet venæ phlebotomia exinanitæ, inteſtinorum impuritatem in ſe tranſumant: cęterum

Quatenus ſanguinis ad animi deliquium miſſio vitiletur.

C qui clyſteres nimium refrigerant, aluum adſtringunt potius, quam ſoluant. Sequenti de leui medicamento, vt bolo ex caſſia, vel catholicone minuenda erit materia morbifica: inde imperandi ſyrupi quibus non modo vis inſit refrigerandi, ſed etiam putredinis arcendæ, cuiuſmodi ſunt Syrupi de limonib⁹, de berberis, de aceroſitate citri, de granatis, acetoſus, oxyſacchara ſimplex: victus omnino ſit refrigerans & humectans, vna & tenuis: calor enim natiuus multo ſanguine ducto valde debilitatus pleniori victui par eſſe nequit. Sufficiet igitur cibare ægros iuſculis pullorum & carnis vitulinæ: herbis refrigerantibus, vt oxalide, lactuca, & portulaca ſaporatis. Potus ſit aqua hordei, ſyrupus violarus multa aqua coctą dilutus, Iulepus Alexandrinus, ſi præſertim alui profluuium infeſtauerit. Sed quartum maxime diem ſpeculari Medicus debet, nam ſi tum ſe prodant coctionis in excrementis ſigna, Criſis die ſeptima erit expectanda, eaque vel aluo, vel vrinarum profluuio, vel vomitu, vel ſudoribus, vel hæmorrhagia: Tum igitur nihil erit tentandum, ſed totum negotium naturæ permittendum. Quod ad frigidæ potum, quem in hoc febris genere tantopere commendat Galenus, non erit ante permittendus, quam coctæ materiæ ſigna comparuerint: quin etiam in morbi declinatione vini vſus non erit inutilis ad ſudo-

D res promouendos.

Cur a ducto ſanguine clyſter mox iniiciendus. Syrupi quales hic vtiles. Victus cur in ſanguine multo debeat eſſe tenuis. Quartus dies index. Quando in ſynocho putri permittendus aquæ potus.

De Eryſipelate. Cap. XII.

Expoſita Phlegmones, quæ à ſanguine fit laudabili, curatione, dicendum nunc de his tumoribus, qui bilem generationis ſuæ materialem cauſam agnoſcunt, propter eam, quæ bili cum ſanguine intercedit affinitatem. Tumores igitur, qui à bile naturali fiunt, dicuntur Eryſipelata, magnum hæc ardorem conceptum continent, qui cutem maxime occupat; ſed & carnis ſubiectæ portionem ſæpe aliquam. Fiunt enim ex ſanguine tenuiſſimo (qui incidente inflammationis occaſione aliqua facile bileſcit) vel ex ſanguine & bile, quam par eſt, calidioribus, nonnunquam & ex bile cum ſero acri permixta. Quod ex ſincera & pura bile ſit Eryſipelas, verum & exquiſitum dicitur Galeno. Ex bilis vero cũ aliis tribus humorum ſpeciebus mixtione tres emergunt Eryſipelatum differentiæ. Si enim copioſior ſanguini admixta ſit, dicetur Eryſipelas plegmonodes; ſi pituitę, Eryſipelas œdematodes; ſi humori melancholico, Eryſipelas ſcyrrhodes. Sic vt præpoſitum & ſubſtantiuum nomen eum indicet humorem, qui in dominio eſt, alterum vero & adiectiuum eum, qui in mixtione eſt ſuppar. Quod ſi pari copia cõ-

E currant, ſic inde Eryſipelas phlegmone, Eryſipelas œdema, Eryſipelas ſcyrrhus.

Eryſipelatũ definitio. Galen. 2. li. 14. meth. & 2. ad Glauc. Lib. 2. ad Glauc.

Eryſipelatũ duo genera.

Eryſipelatum duo genera agnouit Galenus, vnum ſimplex & ſine vlcere, vlceratum alterum. Diſtracta enim & ſeorſum à ſanguinis tepore bilis, tenuitate ſua & acrimonia in cutem incurrens eam vlcerat: at ſanguinis tepore tanquam freno coercita, prohibetur in ſummam vſque cutem penetrare facitque tumorem ſine vlcere. Ex bile vero non naturali multa alia tumorum bilioſorum fiunt genera, vt Herpes exedens, miliaris, omnes deniq; tumorum gradus, qui ab herpete ad cancrũ vſq; intercedũt.

Eryſipelata tribus maxime ſignis internoſcere licet: nempe colore, qui ex rubro flaueſcit, celeri in corpus ad leuiſſimam cutis compreſſionem relapſu. (Cuius rei cauſa eſt humoris tenuitas, & ſitus extimus ſubcutaneuſque, ex quo nonnullis Eryſipelas cutis affectio nuncupatur.) Deniq; accidentium

Eryſipelatum ſigna.

ſeu

Detergentia medicamẽta.

℞. vitellum vnius oui, terebinth. Veneta, & olei roſar. an. ℥ß. fiat medicamentum. Hinc deterſioni incum- A bes, hoc, quod ſequitur, medicamento.

℞ mellis roſar: ℥j. ſyrupi roſar. & tereb. Venet. an. ℥j.ß far. hordei, ℥ ij. fiat medicamentum ad vſum. Ad eundem hunc ſcopum ſingulare eſt deterſiuum ex apio, cuius hæc eſt deſcriptio.

Vn[illegible] de apio.

℞. ſuccor: apii plantag. beton. an ℥j mellis com mun. ℥ v. terebint. Venet. ℥ iiij. farin. hordei & orobi, ℥ ij. pulueris aloes, radic. ireos flor. mirrha, an. ℥j. coquatur mel cum ſuccis, quibus conſumptis addantur farina & pulueres, & miſceantur omnia ad formam vnguenti Quod ſi validius detergendi conſilium erit, veteris vnguenti apoſtolorum, vel aureo & Ægyptiaco pro eo, quem animo concipis, ſcopo contemperaris. Vbi ſatis deterſum vlcus videbitur, carne opplebitur, & cicatrice obducetur, eo modo, quo proprio de vlcerum curatione dicemus tractatu.

De Febribus, febriumq́; quæ ad phlegmonas ſequuntur, curationibus.

Cap. XI.

Febris phlegmones. Quid febris.

INter ſymptomata, quæ phlegmonas frequentius comitantur, & ægros per vniuerſum corpus affligunt, febres habẽtur maxime: nempe *intemperies calida & ſicca in corde accenſa, indeque per arterias in totum* B *corpus expanſa:* quę tamen proprie ad id tumorum genus ſequuntur, febres ſunt vel ephemeræ, vel ſynochi imputres vel ſynochũ putres: de quarũ natura & curandi ratione, hic breuiter dicã, quæ à magiſtris,

Quid febris ephemera. Quibus ex cauſis fiat.

Doctorib⁹ nẽpe Medicis didici, dum in artis operib. cũ illis verſarer. Febris ephemera ſeu diaria, *intemperies eſt calida & ſicca, in ſpiritibus vitalibus accenſa.* Id nominis habuit quod ex ſe vltra diem ſeu viginti quatuor horarum ſpatium non protogetur: quod ſcilicet in materia tenui & facile diſſipabili ſit accenſa. Febris ephemeræ cauſæ efficientes ſunt laſſitudo, fames, ebrietas, ira, furor, triſtitia, vigiliæ, ingens & penetrabile frigus, aduſtio, balneæ, ad calidius inclinans viræ ratio, applicatio, potio ve medicamentorum actium, vt venenorum, aut alimentorum calidorum: denique cauſæ omnes efficientes febribus omnibus communes, excepta putredine, quam febribus putridis propriam eſſe con-

Aphor. 55. lib. 4.

ſtat. Nam & bubo, id eſt, phlegmone glandularum excitat diariam, vt eſt ab Hippocrate proditum. *Ex glandularum tumoribus febres,* inquit, *omnes mala, præter diarias:* quem aphoriſmum caute & cum diſtinctione à Galeno *in commentario* tradita accipere decet, quo loco ait, de tumoribus tantum intelligendum eſſe, qui in glandulis oboriuntur ſine occaſione, id eſt, euidenti aliqua & manifeſta cauſa: alias enim febres inde ortę, etſi diariæ non fuerint, non ſunt omnes malę: vt intelligimus ex bubonibus, qui pueris C contingunt, & ex bubonib. venereis, qui citra hepatis inflammationem aut corruptelam veniunt, tales

Signa diaria.

enim fere malignam febrem adiunctam non habẽt, quę res Chirurgo valde notanda venit. Signa febris diariæ commũnia ſunt, calor, blandus, halituoſus, & ad manum mitis, pulſus celer & frequens aliquãdo magnus & validus, vt ſi diaria ſit ab ira: alias paruus, ſi à triſtitia ſit, fame, frigore, cruditate: cæterum æqualis & ordinatus. Signa certiſſima ſunt, ſi non ſenſim & paulatim, ſed derepente, inopinato, & à cauſa aliqua externa & euidente venerit febris, nullo præcedente ciborum faſtidio, nulla laſſitudine ſpontanea, nullo profundiore ſomno, oſcitatione, magno dolore, nulla corporis iactatione, nullo horrore

Cur in diaria vrina ſint ſanis ſimiles.

& frigore, nullo deniq; moleſto aliquo ſymptomate præcurrente. Hic vrinarum nullam mentionem facimus, quod ſæpius ſanis ſimiles ſint: tam breui enim, quo durant diarię tempore, nequit ingens cieri in ſanguinis maſſa perturbatio, cuius ab vrina petuntur indicia, non autem accenſorum ſpirituum. Diaria vnica abſoluitur inuaſione: quæ ex propria febris huius natura diem vnum durat: quanquam alias etiam in triduum aut quatriduum extenditur: tumq; facile in putridam degenerat, concurrente præſertim ægri, Medici, aut adſtantium aliquo errore, vel ſi externa rite non fuerint comparata. Terminatur hæc febris vel per inſenſilem tranſpiratum, vel per madorem cutis, aut per ſudorem naturalem, blan- D

Synochus imputris.

dum, ac minime fœtidum. Ad hanc ephemeram, ſynochum imputrem, ex ſanguine non putri, ſed tantum præter modum calefacto genitam reuocamus. Nam concalefacti immoderatius ſanguinis vi ingentem in totum corpus ardorem aſſurgere contingit; vnde venæ altiores cernuntur, facies flammea apparet, oculi rubentes & ardentes, exſpiratio calida, totus denique corporis tumentior habitus, propter ſanguinis illam ebullitionem & vaporum inde ſuſcitatorum in totum corpus diffuſionem: quo fit, vt ſynochi hæc ſpecies dicatur febris vaporoſa. Huic pueri ſunt obnoxii, vt & omnes ſanguinei homines citra cacochymiam. Huius curandæ eadem ratio eſt, quæ & ephemeræ, quod ab ephemera vix alio diſtare videatur, quã quod in tres vel quatuor dies prorogretur. Quare quę de ephemera curanda dicentur, ea in hanc Synochum cadent omnia, ſi phlebotomiam exceperis, quę in imputri ſynucho valde neceſſaria eſt. Ergo febris ephemerę cura conſiſtit in decenti & cauſæ febris contrari-

Curatio ephemeræ.

anti rerum non naturalium vſu. Quare in primis balnea aquę tepidę & naturalis erunt vtiliſſima: modo ęger non ſit plethoricus, nõ excrementis difertus, non catarrhis & defluxionib. obnoxius, quia fuſis & liquatis balnei tepore humorib. facile catarrhus prouocaretur: itaq; in eodem hoc caſu vitabuntur frictiones, & ex tepenti oleo litus, quæ tamen res in hac febris ſpecie valde ſalubres cenſentur, cum præ- E ſertim à labore improbo, ab adſtricta cute, à bubone ortum habuerit. Sit vero tibi hęc generalis regula, vt cuique cauſæ, vnde hæc febris initia, cauſasque duxerit, contrarium ſuum opponas pro remedio: vt labori quietem, vigiliis ſomnum, iræ & triſtitiæ facetos amicorum cœtus, omniaque iucundæ vo-

Vini vſus in diaria.

luptatis plena, buboni propriam bubonis curationem. Vinum mediocriter aqua temperatum pro febricitantis conſuetudine, vtile & ſalubre eſt in omnibus hui⁹ febris cauſis, niſi dolor capitis adfuerit, niſi ab ira aut bubone febris ortum habuerit: nam in poſtremo hoc pręſertim caſu, vini potu penitus abſtinendum erit, quouſq; ſtatum decurrerit inflãmatio, & iam declinationem attigerit. Febris hoc genus ſæpe fatigat infantes: tum que nutricibus eadem imperanda remedia, ac ſi ipſæ febricitarent, vt lac ipſarum

A rim euadat hac arte medicamentoſum. Salubre quoque erit infantem ipſum in aquæ naturalis & tepentis balneum immergere, moxque à balneo oleo violaceo ſpinam dorſi, pectuſque inungere.

Synochus putrida quid ſiat.

Quod ſi phlegmone internam aliquam partem obſideat, vel alioqui ſua natura ingens exiſtat, vel principi alicui viſceri vicina ſit, ſic vt cōtinenter de ſe vel putridam materiam, vel exhalationem ad cor tranſmittere poſſit, non vero ſola qualitate ſeu contra naturam calore per partium continuitatē ipſum afficere, emerget inde ſynochus putrida, ſi ſanguis, qui contagione in maioribus vaſis putret, conflatus eſt ex æquali quatuor humorum permixtione. Hoc maxime ſigno cognoſcitur hæc febris, quod nullas habeat exacerbationes aut remiſſiones, multo vero minus intermiſſiones: vltra viginti quatuor horas extenditur, nec tum deſinit vomitu, ſudore, madore, aut ſenſim inſenſili tranſpiratu, more febrium intermittentium, ſed conſtans durat, quouſque ægrum prorſus non reditura relinquat: non fere aduenit, niſi, his, qui bene compoſiti ſint in temperie & complexione, qui multo ſanguine abundauerint, eoque quatuor humorum æquali mixtione temperato. Haud diu durare ſolet, quod ſanguis putredinis propriæ vi in bilem aut melancholicum humorem degenerans, aliam mox febris ſpeciem ſuſcitat, tertianam nempe aut quartanam continuam.

B Huius febris curatio, quemadmodum ex doctiſſimis Medicis audiui, conſiſtit maxime in ſanguinis miſſione. Detracto enim ſanguine minuitur plenitudo, itaque & obſtructio tollitur, tandemq; putredo. Atque cum in huius generis febre non modo materiei vitium ſubſit ex putrente ſanguine, ſed etiam temperiei per caloris exceſſum, certe phlebotomia non eo tantum, quo diximus, modo putredini medetur, ſed etiam calidæ intemperiei: ſanguis enim, quo viuentis calor omnis continetur, dum detrahitur, vna cum illo exhalant & vaneſcunt excrementa acria & fuliginoſa, quæ cohibita febrilem ardorem augebant. Præterea in feruentis ſanguinis detracti locum, venæ, fuga vacui, quod natura abhorret, multo frigido aere replentur, ex quo habitus vniuerſi corporis ſequitur refrigerium: imo plurimis phlebotomiæ beneficio aluus ſoluitur, ſudores profluunt, quæ res in hoc febris genere valde ſunt expetendæ. Hæc ratio veteres medicos impulit, vt ſcriberent in hoc affectu ad lypothymiam vſque ſanguinem eſſe mittendum.

Phlebotomia in putrida ſynocho neceſſaria.

Quæ ſit ſanguinis ad animi vſque deliquium miſſi vtilitas.

Quia tamen ſic non pauci vna cum ſanguine vitam effuderunt, ſatius & ſalubrius erit, partiri vacuationes, atque ex interuallis tantum ſanguinis detrahere, quantum morbi magnitudo poſtulabit, & vires ægri ferre valebunt. Detracto ſanguine ſtatim clyſter ex emollientibus & refrigerantibus erit iniiciendus, ne ſcilicet venæ phlebotomia exinanitæ, inteſtinorum impuritatem in ſe tranſumant: cæterum
C qui clyſteres nimium refrigerant, aluum adſtringunt potius, quam ſoluant. Sequenti de leui medicamento, vt bolo ex caſſia, vel catholicone minuenda erit materia morbifica: inde imperandi ſyrupi quibus non modo vis inſit refrigerandi, ſed etiam putredinis arcendæ, cuiuſmodi ſunt Syrupi de limonib⁹, de berberis, de acetoſitate citri, de granatis, acetoſus, oxyſacchara ſimplex: victus omnino ſit refrigerans & humectans, vna & tenuis: calor enim natiuus multo ſanguine ducto valde debilitatus pleniori victui par eſſe nequit, Sufficiet igitur cibare ægros iuſculis pullorum & carnis vitulinæ: herbis refrigerantibus, vt oxalide, lactuca, & portulaca ſaporatis. Potus ſit aqua hordei, ſyrupus violatus multa aqua cocta dilutus, Iulepus Alexandrinus, ſi præſertim alui profluuium infeſtauerit. Sed quartum maxime diem ſpeculari Medicus debet, nam ſi tum ſe prodant coctionis in excrementis ſigna, Criſis die ſeptima erit expectanda, eaque vel alui, vel vrinarum profluuio, vel vomitu, vel ſudoribus, vel hæmorrhagia; Tum igitur nihil erit tentandum, ſed totum negotium naturæ permittendum. Quod ad frigidæ potum, quem in hoc febris genere tantopere commendat Galenus, non erit ante permittendus, quam coctæ materiæ ſigna comparuerint: quin etiam in morbi declinatione vini vſus non erit inutilis ad ſudo-
D res promouendos.

Cur à ducto ſanguine clyſter mox iniiciendus.

Syrupi quales hic vtiles.

Victus cur in ſanguine multo debeat eſſe tenuis.

Quartus dies index.

Quando in ſyn. hac potus permittendus aquæ potus.

De Eryſipelate. Cap. XII.

EXpoſita Phlegmones, quæ à ſanguine fit laudabili, curatione, dicendum nunc de his tumoribus, qui bilem generationis ſuæ materialem cauſam agnoſcunt, propter eam, quæ bili cum ſanguine intercedit affinitatem. Tumores igitur, qui à bile naturali fiunt, dicuntur Eryſipelata, magnum hæc ardorem conceptum continent, qui cutem maxime occupat, ſed & carnis ſubiectæ portionem ſæpe aliquam. Fiunt enim ex ſanguine tenuiſſimo (qui incidente inflammationis occaſione aliqua facile bileſcit;) vel ex ſanguine & bile, quam par eſt, calidioribus, nonnunquam & ex bile cum ſero acri permixta. Quod ex ſincera & pura bile fit Eryſipelas, verum & exquiſitum dicitur Galeno. Ex bilis vero cū aliis tribus humorum ſpeciebus mixtione tres emergunt Eryſipelatum differentiæ. Si enim copioſior ſanguini admixta ſit, dicetur Eryſipelas plegmonodes; ſi pituitę, Eryſipelas œdematodes; ſi humori melancholico, Eryſipelas ſcyrrhodes. Sic vt præpoſitum & ſubſtantiuum nomen eum indicet humorem, qui in dominio eſt, alterum vero & adiectiuum eum, qui in mixtione eſt ſuppar. Quod ſi pari copia cō-
E currant, fiet inde Eryſipelas phlegmone, Eryſipelas œdema, Eryſipelas ſcyrrhus.

Eryſipelatū deſcriptio.

Galen. 2. li. 14. meth. & 2. ad Glauc. Lib. 2. ad Glauc.

Eryſipelatū duo genera.

Eryſipelatum duo genera agnouit Galenus, vnum ſimplex & ſine vlcere, vlceratum alterum. Diſtracta enim & ſeorſum à ſanguinis tepore bilis, tenuitate ſua & acrimonia in cutem incurrens eam vlcerat: at ſanguinis tepore tanquam freno coercita, prohibetur in ſummam vſque cutem penetrare facitque tumorem ſine vlcere. Ex bile vero non naturali multa alia tumorum bilioſorum fiunt genera, vt Herpes exedens, miliaris, omnes deniq; tumorum gradus, qui ab herpete ad cancrū vſq; intercedūt.

Eryſipelata tribus maxime ſignis internoſcere licet: nempe colore, qui ex rubro flaueſcit, celeri in corpus ad leuiſſimam cutis compreſſionem relapſu. (Cuius rei cauſa eſt humoris tenuitas, & ſitus extimus ſubcutaneuſque, ex quo nonnullis Eryſipelas cutis affectio nuncupatur.) Deniq; accidentium

Eryſipelatum ſigna.

ſeu

Gal li. 2. ad Glauc. Auic.

Quæ partes Eryſipelati ſint maximæ obnoxiæ.

Hipp. aph. 79 ſect 7.

Hipp aph 25 ſect. 6.

Hipp. aph. 43 ſect 3.

ſeu ſymptomatum congerie, caloris nempe, pulſus & doloris. Eryſipelatis enim longe acrior calor eſt, A quam phlegmones,ſed pulſus longe minor eſt:quod vt ſanguinis non eſt tantus feruor; quam bilis, ſic copia longe maior eſt & craſſities,quæ circumſtantium muſculorum compreſſionem faciat & obſtructionem. Nam & bilis tenuitate ſua diſſipabilis facile & prompte vaneſcit, nec diutius ſe muſculorum interſtitiis inanibus conſtrictã teneri patitur:ſed nec in doloris proprietate Eryſipelati cum phlegmone conuenit.Eſt enim Eryſipelatis pungens & mordicans ſine tenſione aut grauitate: cauſæ tamen vtriuſq; tumoris tum primitiuæ,tum antecedentes, tum coniunctæ ſunt ſimiles. Eryſipelas etſi omnem in partem incidere poſſit,præcipue tamen faciem inuolat, propter cutis eo loci raritatem, & humoris biliosi ſumma appetentis leuitatem. *Eryſipelas ſi vulneribus vlceribuſque ſuperueniat, malum : ſed etſi ad ſuppurationem veniat,non eſt bonum*: ſubeſſe enim obſtructionem indicat ex humoris craſſi admixtione, vnde eroſionis in partibus ſubcutaneis periculum. *Eryſipelas intus foras conuerti bonum, malum vero foris intro recurrere.* Sed *& ſi vterum occupet Eryſipelas, eſt funeſtum : ſi pariter in faciem latius vagetur, malum*, propter membranarum cerebri ſympathiam.

De cura Eryſipelatis. CAP. XIII. B

Gal. 14 met.

Quatuor in curando eryſipelate agenda.

In quo eryſipelate ſanguinem mittere magis minusve neceſſariũ ſit.

Lib. 3. meth. & 2 ad Gl.

Quæ topica eryſipelatũ initio ſint idonea.

AD Eryſipelatis curationem duo ſunt nobis procurãda,nempe Vacuatio & Refrigeratio. Quia vero refrigerandi maior,quam in phlegmone vrget neceſſitas, præcipuus erit ſcopus refrigerandi. Quo facto, contenta materia mediocriter reſoluentibus erit tollenda & vacuanda. Has res vt conſequi poſſimus,quatuor nobis erunt præſtanda. Ante omnia diætæ rationem conuenientem inſtituemus,penes rerum ſex non naturalium vſum : nempe quantum morbi & ægri natura patietur, incraſſabimus,refrigerabimus,& humectabimus, longe amplius, quam in phlegmone: inde materiam antecedentem vacuabimus venæ ſectione & cholagogis. Venæ quidem cephalicæ ſectione, præſertim ſi bili ſanguinis fuerit admixta portio,ſi Eryſipelas faciem occupet, & ſi late graſſetur. Quod ſi aliam partem inuaſerit, etſi à ſincera bile fuerit,non tam neceſſaria erit phlebotomia:quod ſanguine, tanquam fræno bilis, detracto,periculum ſit, ne ipſa efferatior reddatur: quanquam ſi ſubſit plethora in corpore,expediet ſanguinem mittere,quod hæc,vt docet Galenus,ſæpe Eryſipelatis cauſa exiſtat.Illi venæ ſectioni clyſterem ex refrigerantibus & humectantibus præmittere, erit ſatius : at medicamenta cholagoga præſcribere docto & prudenti Medico ex officio incumbet. Tertia cura erit de medicamentis Topicis,quæ in principio & incremento frigida erunt & humida , citra vllam vel ſiccitatem vel adſtrictionẽ, quod adſtrin- C gentium vſu materia acrior intro compulſa vicinas particulas vlceraret & arroderet. Galenus & Auicennas id remedii genus valde commendant. ℞ *aquæ frigid ℥ vj. aceti optimi, ℥ j. fiat oxycratum* : ex quo imbuta linteamina parti affectæ & locis circumiacentibus apponentur, & ſæpius renouabuntur. Vel, ℞ *ſuccor. ſolani, plantagin. & ſemperuiui. an. ℥ ij. aceti ℥ ß. mucaginis ſeminũ pſilii ℥ ij. ſucci hyoſcyami, ℥ j. miſce*: at ſi in facie ſit Eryſipelas, vtendum erit ſequenti remedio.

Hipp. aph. 25 lib. 6.

Quæ cautio in narcoticorum vſu adhibenda.

Reſoluentia & roborantia.

℞ *vnguent. roſa. ℥ iij. ſuccor. plantagin. & ſemperuiui, an. ℥ j. trochiſ. de camphora. ʒ ß. aceti parum: miſceantur ſimul, & fiat linimentum.* Quod ſi ardor dolorque ſit intolerabilis, ad narcotica erit veniendum. Vt, ℞. *ſuccor. hyoſcyami, ſolani, cicutæ, an. ℥ j. albu. ou. n ij. aceti, ℥ ß. opii & campho. gr. iiij. croci, ℈ ß. mucaginis ſem. pſil. & fœn. extracta in aqua roſ. & plant. an. ℥ j. olei de papa. ℥ ij. fiat linimentum, addendo vnguenti refrigerantis Gal. camphor. quantum ſit ſatis.* Non erit tamen diutius illis vtendum, ne inde caloris natiui ſequatur extinctio & partis necroſis. Quare cum loci, temporis, & reliquarum circumſtantiarum delectu narcotica illa erunt vſurpanda. Quando igitur fuerit à narcoticis abſtinendum, tribus conſequemur indiciis: Primum eſt, cum æger in parte affecta tantum caloris, punctionis & doloris non ſentit, quantum antea : Secundum, cum ad tactus iudicium pars apparet tepidior, quam eſſet prius: Tertium, cum color rubeus & ci- D treus paulatim liueſcere & nigreſcere incipit: tum demum enim à narcoticis erit abſtinendum, & vtendum reſoluentibus & roborantibus, quò pars ipſa reuocato calore natiuo recreetur & roboretur, Vt ℞. *farinar. hordei & orobi an. ℥ ij. farinæ ſeminis lini ℥ j. ß. coquantur in hydromelite vel oxycrato, addendo pulueris roſar. & chama. an. ʒ ß. olei aneth. & chama. an. ℥ j. fiat cataplaſma* Vel vteris fotu ſequenti ℞. *rad. alth ℥ ij. fol. maluæ, biſmal. pariet. abſynthii. ſaluiæ an. m. j. florum chama. melil. roſar. rub. an. m. ij coquantur in aquis partibus vini & aqua & fiat fotus cum ſpongia.* Poſt fotum appones emplaſtrum ex diachylone, ireato aut diapalma diſſoluto in oleo chamęmeli & meliloti, aliiſve ſimilibus. Quartũ caput, quod eſt de accidentium correctione, iiſdem illis explebimus modis, quos in phlegmone curanda diximus, variatis, pro eius, qui ægro aderit, ſententia, remediis.

De Herpete. CAP. XIIII.

Herpes quid & quas habeat ſpecies.

2. ad Glauc.

Herpes miliaris quid exedens.

HErpes *tumor* eſt *ex ſincera bile ſeorſum à reliquis humoribus ſecreta* : cum ſcilicet ipſa inſita leuitate & tenuitate ad vſque epidermida effertur , atque in eius ſuperficiem diffunditur. Huius tumoris Galenus tres facit ſpecies. Nam ſi ſincera bilis, ſubſtantia mediocris, id eſt, minime craſſa hunc tumo- E rem committat, tum excitatur herpes ſimplex, generis nomen obtinens: at ſi non ita tenuis fuerit humor, ſed pituitæ admixtæ tantula portione infectus , veſiculas ad milii formam per cutem excitabit, quo factum eſt, vt à veteribus hic tumor herpetis miliaris nomen acceperit. Si vero melãcholici humoris admixtum aliquid habeat, fiet herpes exedens , cutis nempe & ſubiectorum cuti muſculorum eroſione terrificus.

Tres curandorum herpetum ſcopi.

Curationis omnino tres erunt ſcopi. Primus de diæta inſtituenda, ei prorſum ſimili, quã in eryſipelatis curatione diximus. Secundus de cauſa antecedente vacuanda catharticis peccantem humorem fugantib⁹: in quam rẽ ſępe clyſteres ſufficient, ſi pręſertim alu⁹ natura fuerit mollior, & ſi vrinę fluãt ex animi

A animi ſententia: per has enim humoris huius magna pars abripi in veſicam poteſt. Tertius erit de cauſa coniuncta tollenda topicis medicamentis ad tumorem & vlcus inſtitutis. Ergo ad duo Chirurgus reſpiciet, nempe ad tumoris reſolutionem, & vlceris deſiccationem: nam omne vlcus deſiccationem flagitat, quam niſi tumore ſublato nunquam conſequetur. Quia igitur tumoris tollendi præcipua debet eſſe cura, ſcilicet quo niſi ſublato, vlceris ſanandi nulla ſpes eſſe poteſt, id medicamenti genus ad reſolutionem & deſiccationem apponet. *℞. ceruſæ & tuthiæ præpar. an. ℥ j. olei roſ. & adipis cap. an. ℥ ij. corticis pini vſti & loti ℥ ß. ceræ quantum ſatis, fiat vnguentum.* Vel *℞. farinar. hordei & lent. an. ℥ ij. coquantur in decocto corticis mali granati. balauſt. plantag. addendo pulueris roſar. rub. abſynth. an. ℥ ß. olei myrtillor. & mellis rom. an. ℥ vj. fiat vnguentum vt artis eſt.* Sed ad herpetem miliarem hæc erunt præſertim vſurpanda. *℞. pulue. gall. malicor. balauſt. boli armeni an. ℥ j. aquæ roſar. ℥ iij aceti acerrimi. ℥ j. axungiæ anſeris & olei myrtillor. an ℥ j. ß. tereb. ℥ j. fiat vnguentum ad vſum.* Certiſſimam ſæpe in vnguento enulato cum mercurio opem ſum expertus: puſtulas enim tabefacit & humorem in parte contentum abſumit. Quanquam ſi ne ſic quidem cedat vlcus, quinimo in dies effundat ſe latius, eius margines & labra medicamento acri continges, vt aqua forti, oleo de vitriolo, vel alio ſimili; hoc enim præſidii genere ſæpe ad ſanitatem arrodentia vlcera
B perduxi, quæ omnino inſanabilia videbantur.

Vlceris cum tumore coniuncti curandi regula.

Vng. enulati cum mercurio vis.

Vlceribus exedentibus & ſerpentib. adhibenda Vtilia medicamenta.

De Febribus, quæ ſuperueniunt Tumoribus Eryſipelatoſis. CAP. XV.

VT inflammationibus, ita & eryſipelatis ſuperueniunt nonnunquam febres, quæ humoris, ex quo fiunt, nempe bilis, naturam redolẽt. Bili igitur cum id proprium ſit, vt tertia quoq; die concitetur, mirum non eſt, ſi ingentia Eryſipelata febrium tertianarum, quæ tertio quoq; die paroxyſmos habent, conſecutionem adferant: definitur enim tertiana intermittens, *quæ alternis diebus repetit.* In genere cauſæ eius primitiuæ ſunt valida exercitia, præſertim ſole ſubardente, calefacientium & deſiccantium ſeu ciborum ſeu medicamentorum vſus, effrenes cum effreni labore ineditæ, cura, triſtitia antecedentes ſunt bilioſi humoris in corpore redundantia, intemperies, vel corporis totius, vel hepatis tantum, calida & ſicca: coniuncta cauſa eſt bilioſi humoris extra maiora vaſa, & per habitum corporis congeſti, putredo. Signa horror, qualis cum hyeme à mictu vehementer toto corpore cohorreſcimus: Rigor validus & pungens tanquam adactis in vniuerſum corpus aciculis, propter acrimoniam bilioſi humoris raptim & violenter in vniuerſum corpus, & ſenſiles particulas membranoſas & neruoſas ineunte paroxyſmo, propulſi: calor ſtatim acris, febre ſcilicet tanquam in ſicca ſtipula accenſa: pulſus magnus, citus
C & æqualis: linguæ ſiccitas: vrina flaua, rubra, tenuis. Symptomata ſunt vigiliæ, ſitis, delirium, excandeſcentia, vel ob murmurillum & lenem ſuſurrum ac ſtrepitum inquietudo & corporis iactatio. Terminantur hæ febres magnis ſudoribus. Bilioſis accidunt iuuenibus, macilentis & æſtate à paroxyſmo ſæpe vomitus bilioſus, deiectiones flauæ ſequuntur. Poſt paroxyſmum exactum intermiſſio abſoluta ſequitur, nullas febris reliquias retinens, quouſque ſequens repetat paroxyſmus, quia bilioſa materia tota paroxyſmi illius & naturæ impetu facile ob inſitam leuitatem & obſequentiam è corpore deiecta eſt: cum in quotidianis nihil contingat ſimile, vt quæ exacto paroxyſmo ſemper inæqualitatis cuiuſdam ſenſum & pondus in corpore relinquant, ob pituitoſi humoris contumaciam & ad motum inertiam. Paroxyſmus quatuor, quinque vel, ſex horas fere durare ſolet, quanquam & aliquando ad octodecim vſque extendatur. Septem circuitibus febris hæc abſoluitur, ac fere minime periculoſa exiſtit, niſi error à Medico, ægro, aut aſſidentibus cõmiſſus fuerit. Tertianæ æſtiuæ breues; hyemales longiores exiſtũt. Ergo paroxyſmi initium comitem habet rigorem: ſtatus ſudorem, a quo ſi vlcuſcula in naribus, ore, & labris appareant, finientis febris indicium eſt, & potentis naturæ, quæ coniunctam morbi cauſam, à centro in corporis habitum depellere valeat: nec tamen in omnium tertianarum declinatione vniuer-
D ſali vlcuſcula hæc apparent, ſed tum demum, cum vel bilioſus humor febrem committens in ventriculo reſederit, vel in eum ex parte alia primæ regionis corporis, vt hepatis cauo, depulſus fuerit. Hinc enim tenuior eius portio per tunicæ interioris continuitatem delata, ad os & nares acrimonia ſua in illis locis vlcera facile excitat.

Plebeia febris tertiana intermittentis deſcriptio.

Cauſæ tertianarum febrium.

Signa tertiana intermittentis.

Symptomata.

Cur tertianæ deſinant in manifeſtam apyrexiam.

Vlcuſcula in febris ſtatu in naribus, ore, & labris quid portendant.

Curatio diæta & pharmacia abſoluitur. Diæta igitur ita inſtituatur ſecundum ſex res non naturales, vt ad refrigerantia & humectantia inclinet, quia bilis omnium humorum calidiſſimus & ſicciſſimus eſt, æger inſpiret aerem frigidum & humidum, veſcatur refrigerantibus & humectantibus, quantũ concoctrix facultas permittet, vt lactucis, oxalide, cucurbita, cucumere, malua, hordeato, vino valde diluto, tenui, oligophoro, & præparco, nec antequam coctionis ſigna in vrinis apparuerint: nam per initia vino vti non licet, nec in declinatione, niſi cum his, quas præſcripſimus, conditionibus. Quod ad tempus cibandi ægri, quo die expectatur paroxyſmus, nõ tardius ante ipſum cibabitur quam horarũ trium ſpacio, ne calor febrilis in eiuſmodi crudos adhuc cibos incurrens eos corrumpat & putrefaciat: vnde materiæ febrilis amplificatio (quod eius caloris tam proprium ſit omnia corrumpere, quam natiui conſeruare, & à putredine vindicare) paroxyſmi productio, & naturæ à concoctione & excretione humo-
E ris morbifici reuocatio: huius tamen legis ſeueritatem virium ægri æſtimatione licet temperare: nam debilem ægrum non ſolum ſub paroxyſmum, ſed & in ipſo paroxyſmo cibare oportebit, parce tamen tantum, ne concidant vires. Quod ad Pharmaciam attinet, conſiderandum erit, num vires ægri valeant, ſi humores turgeant: tum enim licebit præſcribere diaprunum ſimplex, caſſiam fiſtulam recenter mundatam, decoctum violarum, myrobalanorum citrearum, ſyrupum violaceum, roſaceum, de granatis & oxyſaccharum. Quod ſi vires infirmæ languent, non modo non purgandum, ſed ne quidem ſanguis ducendus copioſius, quod bilioſi homines facile in ſyncopem incidant, ob facilem tenuium humorum & ſpirituum diſſipationem; adde, quod tertianis febribus obnoxii non fere ſanguine

Diæta tertiana laborantium.

Quando vino vti liceat tertiana correptis.

Tempus cibandi ægri.

Quando liceat purgare tertiana correptos.

Quãdo non liceat ſanguinem mittere in tertiana.

Quæ ſeruationis ſpeciet cõmodiores in tertiana.

ſanguine abundant, niſi forte bilioſo: euiuſmodi ſanguis nouationem potius per refrigerantia & humectantia, quam vacuationem deſiderat. Imo incidente vacuandi & commoditate & neceſſitate, longe tutius id licebit tentare per ea, quæ inſenſibili tranſpiratione digerunt, quæ ſudores, vomitum, aut vrinas prouocant, ob humoris bilioſi tenuitatem, quam alia quacunque via. Prodent vero frequens clyſterum remollientium vſus, ex prunorum, iuiubarum, violarum, furfuris & hordei decocto: ſi ex capitis ardore & ſiccitate cum bilioſi humoris particulari plethora delirium ſuperueniat, capiti refrigerium procuretur temporibus ſincipitique impoſito, & naribus indito oleo violaceo, roſaceo, aut lacte muliebri. *Symptomatum correctio.* Lotio pedum & tibiarum in aqua dulci & tepida paretur, vngatur planta pedum ex violaceo & ſimilibus. In declinatione proderit balneum paratum ex vitium pampinis, foliis ſalicis, lactucæ, & aliis refrigerantibus in aqua dulci incoctis, tribus poſt cibum parcius adhibitum horis. *Balneo quando commodum vſus.* Declinationem vero ſic intelligi velim non paroxyſmi particularis, ſed generalem totius febris, vt iam cocti & mitificati humores balnei tepore in cutim allecti, promptius & facilius expirent: alias qui ineunte morbo balneum imperaret, conſtipationem in cute & habitu corporis procuraret, eo attractis humoribus forte lentis & craſſis, nulla præcedente vacuatione. *Sudorum in hac febre vtilitas.* Prodent quoque poſt purgationes generales ſudorem prouocare potu vini albi tenuis & diluti, vrinas vero decocto apii & anethi: certe ſudor in omni febre B *Sudorifica.* putrida laudabilis eſt, quia coniunctam morbi materiam euacuat: præſertim vero in tertiana, quia bilis inſita leuitate eam facile capeſſit viam: & tenuitate in ſudores facile reſoluitur. Cæterum vt ſudor ſit laudabilis, oportet, vt fiat die critico, & præſignificatus fuerit ſignis coctionis ad tempus & ſpeciem morbi. Promouentur vero ſudores ſegnius erumpentes, aſſumptis & admotis: aſſumptis quidem, vt vino albo cum decocto ficuum, paſſularum damaſcenarum mundatarum, radice graminis & ſimilibus aperientibus: admotis vero, vt ſpongiis imbutis decocto herbarum calidarum (vt roriſmarini, thymi, lauendulæ, ſampſuchi & ſimilium) inguinibus, alis & ſpinæ dorſi calide appoſitis. Licet in eandem rem dimidias veſicas ſuillas eodem implere decocto, aut teſtaceas lagenas, eaſque pedibus, lateribus & femorum interſtitio apponere. Tum proliciendi ſudoris terminus ſit, cum æger frigere incipit, id eſt, cum ſudor ipſe non iam calidus, ſed frigidus percipitur. *Quo tempore hic ſanguis mittendus.* Cæterum conſentientibus omnibus ſanguis debet ſecta vena educi, non poſt tertium demum paroxyſmum, ſed ſtatim à febris initio, ex Galeni ſententia & præſcripto: nam cum hæc febris ſeptenis vt plurimum circuitibus abſoluatur, ſi tertium paroxyſmũ exactum expectes, febris iam ad ſtatum peruenerit: at vetat Hippocrates quidquam in ſtatu mouere: *Aph. 29. ſec. 2.* ne natura, quæ tum in morbi coctionem incumbit, ab incœpto auocetur. C

De Oedemate. Cap. XVI.

DE tumoribus calidis huc vſque diximus, dicendum nunc de frigidis. Frigidi tumores omnino duo exiſtunt. Oedema & Scyrrhus. *Lib de tumo praeter nat.* Et quanquam à veteribus & Hippocrate œdematis nomen pro omni tumore in genere vſurpatum legatur: à Galeno tamen & qui ſecuti ſunt Medicis, ab ampla illa & generali ſignificatione ad anguſtum magis reuocatum eſt, vt tumoris tantum certam quandam ſpeciem deſignaret. *Quid oedema.* Eſt igitur Oedema *tumor mollis, laxus & indolens ex humoris pituitoſi collectione.* *Oedematũ differentia.* Veteres tumorum ex humore pituitoſo octo ſtatuerunt differentias. Primam verum & germanum œdema dixerunt ex pituita naturali: ex non naturali autem per alterius humoris admixtionem tres alias ſpecies emergere voluerunt, vt eſſet ab admixtione ſanguinis œdema phlegmonodes, & ſic de reliquis. Præterea cum cernerent, pituitam non naturalem vel flatu admixto turgere, vel aqua & ſero diffluere, œdemata alia flatuoſa, alia aquoſa nuncupauerunt: ſed & cum cernerent eandem pituitam ſæpe in gypſeam quandam ſubſtantiam concreſcere, hinc œdematis aliam ſpeciem prodire cenſuerunt, quam alias atheromatis, alias ſteatomatis, alias meliceridis nomine expreſſerunt: quemadmodũ D & eam demum œdematis ſpeciem, quæ à pituita fit putrente & corrupta ſcrophularum nomine donarunt. *Quot modis pituita fiat non naturalis.* Animaduertendum enim, pituitam alias naturalem eſſe atque ſola copia peccare, ex qua fit œdema verum: alias non naturalem fieri. Fit autem non naturalis, vel alienæ ſubſtantiæ admixtione, vt ſanguinis, bilis, aut humoris melancholici, vnde tria emergunt œdematis genera obiter notata. vel propriæ ſubſtantiæ putredine & corruptione, vnde ſtrumæ & ſcrophulæ: vel concretione, vnde glandulæ & luparum genera omnia, gangliorum atque nodorum: vel reſolutione, vnde flatuoſi tumores omnes & aquoſi, vt hydrocele, pneumatocele, atque hydropum genera omnia. *Cauſa.* Cauſæ omnium œdematum ſunt, fluxio humoris pituitoſi flatuoſive in partem aliquam, vel eiuſdem ſenſim facta in parte aliqua congeſtio, propter imbecillitatem in coquendo alimento & excernendo excremento: *Signa.* Signa ſunt color ſubalbidus, & cutis æmulus, tumor mollis, rarus & laxus à liquoris, quo diffluit, copia, & indolens, quod nullum feruoris, neque manifeſti frigoris ſenſum inferat humor hic appreſſo digito impreſſum manet veſtigium, ob humoris craſſitiem & ad motum tarditatem. *Prognoſis.* Hyeme potius, quã æſtate ſurgunt œdemata, quia congerendæ pituitæ hyems eſt accommodatior: partes neruoſas & glanduloſas maxime obſident, quod exangues ſint frigidæ, & ob laxitatem fluxioni excipiendæ magis opportunæ: eadem de cauſa, corpora cacochyma, ſenilia, & inexercitata hoc præſertim tu- E moris genere conflictantur. *Quibus modis terminentur œdemata.* Terminatur œdema nonnunquam reſolutione, ſed ſæpius concretione, rarius ſuppuratione, propter caloris in eo humore paucitatem. Oedema ſymptomaticum, vt quod ad hydropem aut tabem ſequitur, curationem non admittit, niſi ſublato prius morbo.

Scopi curandorum œdematum. Generalis curatio in duobus poſita eſt, nempe in vacatione materiæ coniunctæ, & prohibenda generatione antecedentis. Vtrumq; quatuor maxime ſcopis cõſequemur: Primum quidẽ idonea vitę inſtituta ratione, & mediocritate pręſcripta in ſex rerũ non naturalium vſu. *Diæta.* Deligend° ergo aer calid°, ſiccus & tenuis: vinum in potu imperandum, quod medię ſit naturę: panis ſit bene coctus: cibi pręſcribẽdi qui bo-

A qui bonum ſuccum generent, iique toſti potius, quam elixi. Interdicendum omnibus fructibus, iuſcu-
lis & lactantiis: ſaxatiles piſces erunt deligendi: in eſu mediocritatem, in potu, quam maxime poterit,
ſobrietatem æger ſeruabit, metu cruditatum: à paſtu vtetur pulniſculis concoquentibus vel trageta cō- *In Genere*
muni: aluum ſi natura ciere non poterit, ars ſollicitabit. Ante paſtum corpus æger exercebit, vt ſic hu- *qui modus.*
moris huius ſenſim diſſipationem faciat, & calorem natiuum excitet. Parcius dormiet, quod ſomnus
diuturnior humores frigidos accumulet: mœrorem & triſtitiam fugiet. Atque ſi corpore ſit imbecillo, à
venere abſtinebit, ne ad præſentem imbecillitatem aliam ex venereorum vſu adiungendo, corpus ad
inemendabilem frigiditatem deducat, vnde cruditatum amplior prouentus: alioqui ſi corpore ſit vege-
to & robuſto, tali exercitio, & venereorum vſu omnino moderato incaleſcet magis, & exiccabitur.
Sic enim intelligenda venit Hipp. ſententia. *Venerem à pituita morbu remedio eſſe*, vt monet Gal. *in com-* *6. epid ſect.*
ment: Secundum vero ſcopum attinget Medicus, ſua conſilia in eam partem, vnde humoris pituitoſi *5 ſen 23.*
origo eſt, conuertendo. Si enim à ventriculo, aut ſtomacho, aut aliunde eſt malum, roboranda pars erit
mandans: ſi à toto corporis habitu, præſcribentur medicamenta attenuantia, incidentia & aperientia.
Tertium ſcopum contingemus, humorem in parte impactum euacuando topicis medicamentis, pro *Lib. 2. ad Gl.*
B quatuor tumoris temporum varietate variatis. Nam in principio & augmento, Gal. imperat fotum ex *cap 3.*
oxycrato cum ſpongia. Quin etſi brachium vel tibiam occupet œdema, tum faſcia repellens valde ex
vſu erit, inferne nempe ſurſum verſus ducta. Sed & in eundem ſcopum ſequentia proficient medica- *Fomentum.*
mina. *℞. lixiuii ex cineribus ſarmentorum & caulium an. ℥ iiij. tartari & alumi. an. ʒ ß. aceti. ℥ ij. miſce omnia ſi-* *Cataplaſma.*
mul, & fiat decoctio in qua imbuta ſpongia fouebitur locus. Vti etiam poteris ſequenti cataplaſmate, *℞. farinæ*
hordei ℥ iiij. coquantur in lixiuio communi, addendo puluere nucu cupreſſi, corticum granat. balauſt. an ℥ j. myrrhæ, *Faſcia.*
aloes, alum. an. ʒ ß. olei myrtyll. ℥ ij. fiat cataplaſma. In ſtatu & declinatione vtendum erit medicamentis *Lixiuium.*
deſiccantibus & reſoluentibus. Vt *℞. nucum cupreſſi, grana. ſumach. balauſt. an. ℥ j. ſaluia, orig calament.*
hyſſopi, meliſſæ an. m. j. abſynthii, plantag. cauda equi. Tapſi barb centino. an. m. ß. alumi. tart. & ſalis com. an.
℥ j. coquantur cum lixiuio, fiat fotus ex ſpongia: à fotu apponetur ſequens cataplaſma: *℞. rad. bryoniæ.*
℥ ij. abſynth. plantag. centin chamæ. meliloti, puleg. an m. ß. coquantur in hydromelite, piſtentur, traiiciantur,
addendo pulueris roſ. rub. chamæ. melil. an. ℥ j. fiat cataplaſma. Denique emplaſtris & vnguentis reſoluen- *In empla-*
tibus hic ſalubriter poteris vti, prius tamen calefacta parte, frictione & fotu tum humido, tum ſic- *ſtris impo-*
co: alias non facile emplaſtra in actum ſuum erumpent, propter inſignem partis frigiditatem, quæ *nendis quæ*
C neque aſſimilandis ſuccis alibilibus, neque excernendis inutilibus ſufficiat. Fotus fiet, ex decocto *adhibenda*
ſaluiæ, roriſmarini, thymi, lauendulæ, florum chamæ. melil. roſarum. rub. tad. ireos, ſtœchados & ſi- *cautio.*
milium in vino albo, addito aceto pauco. In eodem decocto candentes lateres extinguentur, & linteis
inuoluti parti affectæ circumponentur, hinc enim erumpit vapor, cui vis ineſt attenuandi, incidendi,
reſoluendi & roborandi. Sed & laterum loco ſalubriter vti poterimus veſicis ſuillis aut bubulis, præ-
ſcripto decocto ſemi impletis & calentibus impoſitis. Frictiones fient ex linteis calentibus, ſic calor
natiuus vna cum ſanguine & ſpiritibus in partem euocatur: húmores fuliginoſi ſubcutanei reſoluuntur,
ex quo partis robur inualeſcit.

De Flatuoſis & aquoſis tumoribus. CAP. XVII.

MOnuimus antea, œdematis nomine non modo tumores flatuoſos & aquoſos comprehendi, ſed *Quibus in*
& eos, qui eſſent ex pituita concreſcente, vt atheromata, ſteatomata & meliceri des. Flatuoſi tu- *locis flatus*
mores fiunt ex vapore & flatu, alias ſub cute, alias ſub membranis, vt perioſtio & pericranio coercito, *colligantur.*
vnde ſæui dolores propter partium exquiſito ſenſu præditarum diſtentionem & diſtractionem: alias vi-
D ſcera, vt ventriculus & inteſtina, flatu diſtenta tument, vt in Tympanite. A vero & legitimo œdemate *Quibus di-*
hoc differunt, quod appreſſis digitis impreſſum non relinquunt veſtigium, quod vapore turgeant, non *ſtent flatuo-*
humore: vapor autem compulſus citiſſime redit, vt in Æolipilis cernere eſt. Cauſa eiuſmodi tumorū eſt *ſi tumores à*
caloris natiui imbecillitas, quę pituitam, ex qua facile ſuſcitantur flat⁹, reſoluere & diſſipare nequit. Sic *vero æde-*
enim ſol (qui portione quadam calori noſtro natiuo reſpōdet) matutinus nebulas per aerem ſparſas re- *mate.*
ſoluere nequit: quas idem meridianus facile in tenues & inaſpectabiles auras diſſipat. Hoc fere modo *Flatuoſi tu-*
calor noſter infirmior, ex pituita, quam exoluere non potuit, vapores ſuſcitat, inflationum materiam: *mores quam*
ſed ſæpe etſi natiuus calor ſit validus, quia tamen humor in profundo vel membranarum quarundam, *cauſam ha-*
aut tendonum, ligamentorumve denſitate coercitus tenetur, vapor ſuſcitatus expirare nequit, quo fit, *beant.*
vt cenſim accumulatus tumorem faciat. Eiuſmodi tumoris ſigna ſunt, quidam velut renix⁹, qui appreſ-
ſis digitis ſentitur: imo & tinnitus ex percuſſo velut tympano, ſi multus præſertim ſubſit flatus, qualis *Signa tu-*
in ventris capacitate & maiorum muſculorum inanibus interſtitiis ſæpe colligitur. Tumor nec rubet, *morum fla-*
nec calet, ſed friget potius, albetque vt in œdemate: articulos ſæpe occupat, & præſertim genua: ſolutu *tuoſorum.*
valde eſt contumax. Si inteſtinorum capacitate eiuſmodi colligitur flatus, colicam flatuoſam infert, à *Colica fla-*
E qua tanta ſæpe diſtentio eſt, vt inde ruptis & dilaniatis inteſtinorum tunicis mors conſequatur. *tuoſa quan-*
tum cruciat.

De curatione flatuoſi & aquoſi tumoris, CAP. XVIII.

FLatuoſos & aquoſos tumores tribus maxime rebus curabimus. Primum diæta eadem, quæ in œde- *Diæta.*
mare præſcripta: deinde roboratis partibus coctioni dicatis, vt ventriculo & hepate rerum præſer- *Viſcera ro-*
tim aromaticarum vſu temperato, vt diacumino, diacalamentho, aromatico caryophyllato, aromatico *borantia.*
roſato, & ſimilibus pro arbitrio eius, qui curationi præerit Medici, præſcribondis: denique ablatione
materię coniunctę, per calida ſiccantia & attenuantia medicamēta, quę carminatiua nominãt, vt rare- *Vacuantia*
facta parte humor flatusq; ſubiectus diſſipetur. Varianda tamen erunt huius generis præſidia pro par- *materiam*
coniunctam.

Digitized by Google

tium varietate: alia enim ventriculo, alia inteſtinis, alia articulis, alia partibus carnoſis erunt applicanda. A Ad colicam iniiciuntur clyſteres carminatiui, apponuntur reſoluentes ſacculi, & vmbilico affiguntur cucurbitulæ: ſi pars extima, vtimur fotu, linimentis, ſi præſertim diu vexet dolor. Item cataplaſmatis & emplaſtris. Vt ℞. *florum chama. melil. roriſmarini roſar. rub. an. p. j. abſynth. hyſſopi. an. m. ij coquantur in lixiuio, addendo aceti parum pro fotu cum ſpongia.* Galenus fouet partem oxyrrhodino addito ſale, ſpongiamq; inde imbutam in parte diutius hærere vult. ℞. *oleor chama. aneth. rut. & lilior. an. ℥j. olei laurini. ℥ ß. ceræ albæ ℥ vj. aquæ vitæ ℥j. liqueſiant omnia ſimul & fiat linimentum* quo liniantur partes, præmiſſo fotu: ℞. *farinar. fabar. orobi an. ℥ iij. coquantur in decocto pulegii, origani, calamenth. ſaluiæ, addita puluerum chamameli & meli. an. ℥ß. ſulphuris viui ſubtiliter puluerizati. ℥ ij oleor. aneth. & chama. ℥j. ß. fiat cataplaſma.* ℞. *ſtercoris caprini bene triturati ℥ iiij flor. chama. meli. an m ß furfur farinar fabar. & orobi an. ℥ ij. coquantur cum lixiuio communi, addendo terebint. ℥ iij. oleor. aneth. & rut an. ℥ ij. fiat emplaſtrum ad vſum dictum.* Emplaſtrum de vigo cum mercurio & ſine mercurio in eam rem valde prodeſt. Notandum vero, eiuſmodi medicamenta calida actu parti imponenda eſſe eumque calorem continendum & renouandum circumappoſitis linteis, lateribus, lagenis, ſimilibusque rebus calentibus.

Galeni fotum.

Digerentia topica.

Roborantia

Reſolutis humore flatuque qui in parte concluſi detinebantur, pars roboranda erit, ne ſubinde B ſimilem materiam vel excipiat, vel gignat. Id fiet fotu & cataplaſmate ſequentibus. ℞. *nucum cupreſſi, corticum granat. ſumach. berberis, balauſt. an. ℥ j. caudæ equi arnogl. tapſi bar. abſynt. ſaluiæ, roriſm. lauendulæ, an. m. ß. florum chama. melil. roſar. anthos an. p. j. alumi ſalis com. an. ℥j. bulliant omnia in aquæ partibus aqua fabrorum & vini auſteri, fiant ſacculi pro fotu, aut decoctio pro fotu cum ſpongia.* ℞. *farinar. fabar. hordei & lupi. an. ℥ ij. Terebint. com. ℥. iiij. puluer. radicis ireos, maſt. an. ℥ ß. mellis com. ℥ ij. ß. prædicta decoctionis quantum ſatis, fiat inde cataplaſma ad formam pultis ſatis liquida, applicetur parti affectæ calide præmiſſo fotu.*

Fotus.

Cataplaſma.

Aquoſi tumoris ſigna eadẽ ſunt, quæ & flatuoſi. ſed & inſuper ſplendet, & ad digiti impulſum ſemiplenæ velut veſicæ murmur ſubauditur. Tumor ergo aquoſus ſi non reſoluentibus ſupraſcriptis ceſſerit, via erit ſcalpello aperienda, eodem quo in phlegmone diximus, modo. Nam & ſæpe id remedii genus neceſſario venit vſurpandum, non tantum ob liquoris, qui reſoluentibus non cedit, contumaciam, ſed & quia cyſti propria concluditur, cuius denſitas reſoluentium medicamentorum vim eludit, nec intro ad humorem penetrare patitur. Quemadmodum ego ſuperiore anno ſum expertus in puella ſeptem annos nata; quæ cum hydrocele laboraret, ad eamque reſoluendam reſoluentia omnis generis temere eſſem progreſſus, tandem coactus ſum apertionem moliri ſcalpello, non eo tantum, vt liquorẽ C contentum effunderem, ſed & vt cyſtim inde reuellerem, qua niſi radicitus reſecta, relapſui locus eſt. Aduocauerat me, qui id operis peragerem, Ioannes Altinus Doctor Medicus. Curationi præerat Iacobus Guillemeau Regius Chirurgus.

Aquoſi tumoris ſigna.

Cur ſæpe aperiendus ferro tumor aquoſus.

Hiſtoria.

De Atheromate, Steatomate, & Meliceride. CAP. XIX.

Quid atheroma ſteatoma & meliceris differant.

Etſi hi tumores eodem genere cum reliquis œdematoſis tumoribus cenſeantur, hoc tamen differunt, quod earum materia ſua cyſti & proprio velut loculo coercita concludatur. At inter ſe hoc diſcrepant, quod ſteatomatis materia, vt nomen ipſum ſonat, Sebo ſimilis ſit, & ſi eadem non raro differta conſpiciatur corpuſculis multis duris, lapidoſis, alias oſſeis, & calloſis, vnguium gallinaceorum æmulis. Nam & tradit Philoxenus, muſcas ſe aperto ſteatomate aliquando conſpexiſſe, & ſimilia à communi tumorum materia abhorrentia corpora. Atheromatis materia polentæ, qua veſcuntur infantes, ſimilis eſt. Meliceris materiam continet colore & conſiſtentia melli affinem. Apparent aſſurguntque hi tumores nulla precedente inflammatione. Hos ſic erit dignoſcere, ſteatoma reliquis duobus durius eſt, nec digito prementi cedit, & vbi ſemel ceſſerit, non facile & prompte reuertitur, quod craſſior ſit D materia, eundemq; cum cute colorem ſeruat, indolens & figuræ oblongæ. Meliceris cedit tactui, tanquã corpus laxum & molle, ac facile diſperſa, diffuſaque in priorem locum tumoremq; facile remeat. Ab atheromate figura & ſubſtantia differt. Nam & globoſa magis eſt, & materia tenuiore ac ſublucente, ſed & plus, quam atheroma occupat ſpatii, & tactui magis eſt obſequens, cætera etiam indolens.

Signa.

Quod ad manus attinet operationem, non magnopere videtur intereſſe, cuiuſmodi ſit materia, ſebo ne, melli, an polentę ſimilis: vna & ſimplex operãdi ratio eſt, vt humorẽ contentum, ſimulq; ipſius conceptaculũ reuellas. Notandum tamen eiuſmodi tumorum alios in ſuperficie cutis velut pendulos huc illuc facile impelli, alios contra profundius defixos cum vicinis corporibus firmiter cohærere, hique manum ſolertem & induſtriam expoſcunt metu hæmorrhagiæ & conuulſionis ab exeſo neruo.

De chirurgia his tumoribus adhibenda.

Multa ſunt alia tumorum genera, vt Teſtudo, Nata, Glandula, Nodus, Botium, Lupia, quæ vt materia (ſunt n. omnia ab humore pituitoſo, craſſo, lento & viſcido) ſic ſpecie cum atheromate, ſteatomate & meliceride conueniunt. Quin & in his apertis plerumque cernas omnis generis, & à communi tumorum materia longe diſſita corpora, vt lapides, cretam, arenam, carbones, cochelas, ſpicas, fœnum, cornua, pilos, carnes tum duras, tum ſpongioſas, cartilagines, oſſa, integra etiam animalcula, tũ viua, tã mor- E tua. Quarum rerum generatio (per humorum corruptionem & alterationem) non nos admodum tenebit attonitos, ſi conſideremus, quod quemadmodum ex totius magni mundi ſeminibus & elementis omnibus, natura hominem microcoſmum concinnauit, vt illius magni mundi eſſet viua velut imago: ſic in illo omnes omnium motuum & actionum ſpecies elucere vult nunquam in nobis otioſa, quamdiu materia generationi non deeſt. Quia vero rara eſt, vel nulla potius de his tumorib9 apud veteres mẽtio, paucis aperiem9, quid de illis recentiores ſentiãt. Teſtudo igitur, inquiunt, *tumor eſt cõtra naturam, mollis, diffuſus, & ad teſtudinis formam concameratus: nonnunquam in capite ſurgit, forma talpæ, tuncq; Talparia dicitur. Nata, ingens tumor eſt & carnoſus, melonis vel etiam natium humanarum carnis figura non abſimilis*

Quæ cauſa ſit vt apertis hoc tumorũ genere animalcula cernantur.

Teſtudo & talparia quid.

Nata quid.

ex quo

A ex quo nomen adeptus videri poſſit, niſi eo referre malimus, quod ſepius in natibus oboriatur, quam in vlla alia corporis parte. Glandula, nomen habuit à glande querna, cui tumoris circũſcriptione eſt affinis: vel quod in humani corporis glandulis & emunctoriis frequenter excitetur. Nodus, *tumor eſt rotundus, durus & immobilis ab intorto in nodum fune dictus.* Guido Cauliacenſis aſſerit, nodos fere ſuboriri in corporibus neruoſis: at hodie non ita raro in oſſibus venenata lue affectis exurgunt.

Glandula.
Nodus.

De Lupiarum ſeu Gangliorum curatione. Cap. XX.

Lupia ſeu Ganglion, *tumor eſt alias durus, alias mollis, ſemper tamen rotundus, in partibus ſiccis, duris, & neruoſis exurgere ſolitus.* Cumque commemoratorum ſuperiori capite tumorum alii parti, cui adnaſcuntur immobiles hæreant, quod nulla cyſti coerceantur, alii mobiles ad digiti impulſum velut fluctuent, quod cyſti concludantur, fere fit, vt Lupiæ ſuam cyſtim habeant, qua contineantur, atque de illarum curatione eo libentius & ſpecialius nobis nunc agendum putamus, quod curatu ſint contumaciores, vbi præſertim inueterauerint. Harum cauſæ primitiuæ ſunt ictus obtuſi, lapſus ex alto, ſubluxationes &
B ſimiles aliæ occaſiones. Antecedentes vero & coniunctæ eædem ſunt cum atheromatum, melicetidũ, & ſteatomatum cauſis. Signa, quibus, cum adſunt, dignoſci queant, præmiſſa ipſarum deſcriptio ſuppeditabit: certe à paruis admodum initiis ſenſim in magnam molem ſex vel ſeptem annorum ſpatio aſſurgunt, harum aliæ valde tactui cedentes ſunt, omnes fere indolentes. Incipientes & nunc primum emergentes incremento prohibebis validiore & frequentiore digitorum attritu. Sic enim vna cum cute rareſcit ipſarum cyſtis, humorque contentus incaleſcit, attenuatur & reſoluitur. Quod ſi ſic nihil profeceris, tota manu aut aſſula lignea in eas, quam grauiſſime poteris, eſt incumbendum, quouſque ſub impreſſione cyſtis concrepans media findatur. Hinc ipſi lamellam plumbeam hydrargyro illitam fortiter apprimes & alligabis: hinc enim mirificam reſoluendi & abſumendi humoris ſubiecti vim ineſſe multoties ſum expertus. Quod ſi lupia eo ſit in loco, in quo validam impreſſionem facere non liceat, vt in facie, thorace, ventre & gula, apponetur emplaſtrum quod reſoluendi vim habeat, quale eſt, quod ſequitur. ℞. *gummi ammon. bdellii galba. an. ℥ iij. liqueſiant in aceto, & traiiciantur per ſetaceum, addendo olei lilior. & lauri. an. ℥ j. aquæ vitæ parum, pulueris ireos, ſalis armon. ſulphur. viui, vitrioli romani an. ʒ ß. incorporentur omnia ſimul, & fiat emplaſtrum ſecundum artem.* Quod ſi ne ſic quidem tumor reſolui poſſit, ſcapello vel cauterio aperiendus eſt. Eſcharæ poſtmodum lapſu procurato, & cyſti conſumpta cum ægyptiaco,
C mercuriali puluere & ſimilibus, vlcus erit detergendum, carne implendum & cicatrice obducendum. Aliquando in tantam molem creſcunt lupiæ, vt remediis deſcriptis ſanationẽ recipere nequeant, quare manu & ferro radicitus ſunt reuellendæ, modo nullum ex earum magnitudine periculum immineat, modo vicinis partibus non hæreant arctius, modo maioribus venis & arteriis nimium vicinæ non ſint: ſatius enim erit in tali cauſa eas ſinere. Amputandarum vero & reuellendarum ipſarum hæc ars fuerit. Parua inciſio ad cyſtim vſq; facienda eſt, qua ſpecillum demittatur dimidium digitum craſſum, in medio cauum, in extremo rotundum, quantum res exiget, longum: id inter cutem, cyſtimque ſæpius circumducere ad lupiæ vſque radicem oportet, quo ſic ſecundam ipſius longitudinem cutis diuidatur, iterum aliam inde inciſionem per tranſuerſum ſic facere oportet, vt decuſſatim ſe interſecent, mox à cyſti cutem diſtrahere ab angulis lupiæ radicem verſus conuenit, idq; digitis tenui linteo inuolutis, vel etiam nouacula, ſi ſit opus. Notandum vero, in lupiis quædam ſemper ineſſe vaſa, quæ initio parua, mox progreſſu temporis aucta ſunt, ad lupiæ incrementum, cuius ſunt velut radices: quare inter ſecandum, ſi quæ ſuboriatur hæmorrhagia, ea ſiſtetur vinctis ad ſua capita & radices vaſis, vel ſtricta ligatura ad radices lupiæ, fiet cum funiculo torto vel filo pluries duplicato, cuius extrema & veluti capita ex-
D trorſum pendeant, quouſq; nodus ſua ſponte decidat. Nec vero ſufficiet, totum hunc tumorem amputaſſe, ſed & cutis portionem, qua moles ipſius tegebatur, reſcindere oportebit, eiuſque tantum relinquere, quantũ tegendæ parti ſat erit, hinc acu filum ducente, inciſionis labra in vnum adducentur, interim vero ad perfectam vſq; deterſionem linamenta in vlceris fundum demittentur, & reliquum curationis ad obductam vſq; cicatricem complebitur. Hac Chirurgus Collo, & ego, methodo vſi, præſente domino Violano Doctore Medico lupiam amputauimus, Martiali Colardo, prætori Barbouenſi: pendebat illi ex ceruice, capitis humani magnitudine, ponderis octo librarum. Ex quo ſic ipſi oneroſa & moleſta erat, vt eam ex mantili tanquam pera reuinctam, humeris geſtare cogeretur. Certe ſi huius generis tumores baſim habeant tenuem & latum faſtigium, ligandi ſunt, & à radice amputandi. Omnino vero difficilis, & aleæ periculoſæ plena eſt lupiarum, quæ in iugulo iuxta iugulares venas, quæ in axillis, quæ in inguinibus, & quæ ſub poplite exurgunt, extirpatio, propter funeſtam eorum, quæ inde emergere poſſunt, accidentium vim. Coniicere tantum poſſumus, non certo prædicere, qualis ipſis contineatur materia. Scire tantum licet, qualis ſit, vbi exciſione facta oculis patet. In præduris tamen lupiis & tactui valde renitentibus, inuentæ ſunt ſæpius materiæ, quæ calculos exiguos conſiſtentia referrent.
E Ego aliquando ad nobiliſſimæ mulieris diſſecandum cadauer vocatus, reperi in altera eius mamma corpus, quod craſſitie gallinaceum ouum æquaret, durum & compactum aſperiuſculi calculi ad inſtar: pro cancro & Medicis & Chirurgis, dum ipſa viueret, habebatur, quod illi hæc duricies, dum vel leniter comprimeretur, eſſet valde dolorifica. Sed & paucis ab hinc annis, vocatus ad curam honeſtiſſimæ mulieris, quæ pari morbo laborabat, Medicis, Chirurgiſq; cancrum ſubeſſe affirmantibus, fortiter teſtiti: non enim profundius defixus hærebat tumor, non erat partis habitus à natiuo colore mutatus, non venæ in ambitu tumentes, non vlla alia aderant cancri ſyllogiſtica ſigna. Nam & illi mulieri ſtata & ſua periodo fluebant menſes, facie, totoq; corpore bene habita & colorata viſebatur, ab omni dolore im-

Quid ganglion.
Quod a ſuperiori capite expoſitis tumoribus differant ganglia.
Cauſa.
Signa.
Incipientiũ gangliorum curatio.
Lamina plumbea hydrargyro illita.
Emplaſtrũ reſoluens.
Cyſtim putrefacientia.
Amputandorum gangliorum ratio.
Hiſtoria.
Qua lupia ligatura curanda.
Quarum lupiarum periculoſa curationes.
Hiſtoria.
Lupiarum materia cancri ſpeciem aliquãdo imponit.
Hiſtoria.
Quib. ſignis lupiam a cãcro dignoſcere liceat.

munis,niſi cum pars affecta comprimeretur.Sed nec ex eo tempore vel tantillum accreuit tumor,nullũ A
alind malignum accidens ſuperuenit:imo etiam nunc alacris viuit, corpore & mente bene compoſita.

De Ganglio ſpecialius dicto. Cap XXI.

Ganglion ſpecialiter dictũ quid. Cauſa.

DE lupiarum etiam genere ſunt exigui quidam tumores, qui in reliquo quidem corpore, ſed & ſæpius in manuum carpis & pedum malleolis ſuboriuntur, Ganglia ſpeciali nomine dicuntur: In ſumma cute apparent,nec vnquam profundius deliteſcunt.Cauſa eſt vel nerui, vel tendinis imbecillitas ex contortione, extenſione,ictu,labore,& alia ſimili cauſa contracta.Cuius occaſione, alibilis, qui ad eas partes affluit.ſuccus,cum nec concoqui, nec in propriam ſubſtantiam aſſimilari poſſit, in humorem congenerem,craſſum frigidumque faceſſit:qui tandem circa fibras, & ipſam tendinis ſubſtantiam ſenſim ſe accumulans,in tumorem concreſcit.

Quæ ganglia ferro curare non liceat. Emplaſtrũ.

Gangliis,quę tendines,articuloſque occupant,ferrum admouere non conuenit,ſed tantum ammoniacum & galbanum in aceto & aqua vitæ diſſoluta admouere. Vt ℞. *Gummi ammon. & ſagapeni in aqua vitæ diſſolutorum. an.* ℥j. *coquantur ſub cineribus calidis, ad formam emplaſtri, ſub finem adde ſulphuris viui ſubtiliter puluerisati.* ℥ß. *fiat emplaſtrum ad vſum.* Conferet etiam in eundem finem emplaſtrum de Vigo cum mercurio duplicato.His remediis remollito tumore,attendendus tãtiſper veniet, quoad ſub digito
cyſtis contuſa findatur,quod ego non ſemel factitaui: mox laminam plumbeam argento viuo illitam B
fortiter ipſi apprimere & aduincire oportet,quę,quod ſupereſt tumoris,conſumat & tabefaciat. Viſuntur nonnunquam ganglia exigua ex radice valde tenui velut pendentia:illa ergo vinculo ac ipſa radice erunt comprehendenda, & indies fortius ſtringenda, quouſque decidant. Curationis reliquum facile erit ex artis communibus regulis perficere.

De Strumis ſiue Scrophulis. Cap. XXII.

Scrophula quid. Cauſa materialis. Quid ſcrophula a reliquis glanduloſis tumorib. differant. Quinam ſcrophulis ſint obnoxii.

SCrophulæ *tumores* ſunt *œdematoſi in partibus glanduloſis*, vt *mammis,axillis, inguinibus, colliſque præſertim glandulis oborti.* Singuli vel multi apparent pro materiæ,ex qua fiunt,copia,more atheromatum,ſteatomatum,& meliceridum propria fere cyſti coerciti.Fiunt ex humore craſſo,frigido & viſcido ac pituitoſo admixta portione melancholici.A reliquis glanduloſis tumoribus differunt. Primum quidem numero,apparent enim ſcrophulæ fere multæ coadunatæ,profundiori radice ſubnituntur, quam tumores glanduloſi:aliæ ſunt mobiles,aliæ immotæ manent cum vicinis neruis attextæ. Ganglia pauciore ſimul numero comparent, indolentia ſunt:at ſcrophulæ ſæpe ſunt dolorificæ,cum præſertim putredine incaleſcunt:ſic vt non raro in vlcera cancroſa degenerent,nec ferro nec acribus medicamentis contingenda.Pituitoſi,melancholici,guloſi, frigidis & humidioribus cibis veſci ſoliti, vt piſcibus & aquis C
frigidioribus,ſedentariique & torpidi,ſcrophulis ſunt obnoxii.

Quæ ſcrophulæ ſint dolorificæ. Curatio per diætam. Remollientia & reſoluentia.

Curantur victu tenuiſſimo, quo calor natiuus per alimenti penuriam in tumorum huiuſmodi materialem cauſam conuerſus ipſam abſumat. Curantur & humorum redundantium catharſi: topicorum pariter remollientium, reſoluentium & ſuppurantium appoſitione, in eum qui ſequitur, modum. ℞. *mucaginis, alth. fœnug. & ſicuum ping. an.* ℥ ij. *oleor. lilior. & chama. an.* ℥j. *pinguedinis anſeris & axungiæ porci* ℥ß. *Terebint. venetæ* ℥j. ß. *amoniaci & galb. in aceto diſſolutorum an.* ℥j. *ceræ nouæ quantum ſatis, fiat ceratum ſecundum artem ad modum diachyli magni.* Litus de morbo gallico,& emplaſtrum de vigo cum Mercurio in hanc rem excellunt,ſi præſertim eouſque continuemus litum,quoad ſpumoſa ſaliua ęgro prorumpat:ſic enim natura exonerabit ſe humore ſcrophulas generante, quod ego fœlici ſucceſſu aliquoties factitaui.℞. *emplaſtri diachy. albi. & mag. teroti. œſypi. deſcriptione philagrii. an.* ℥ij. *Terebint. claræ.* ℥j. *olei liliorum parum, fiat emplaſtrum ſatis molle.*

Suppurantia. Notandum in aperienda ſtrumarum vomica

Quod ſi ne ſic quidem ſcrophulæ reſolui queant,ſed,vt ſæpe fit,ad ſuppurationem vergant,ſuppurantibus erit vtendum. Vt ℞. *rad. alth. & lilior an.* ℥ iij. *coquantur in aqua communi, piſtentur, traiectis, adde capitum alliorum ſub cineribus coctorum* ℥ iij. *olei lilior & ping anſeris & anat, an.* ℥j.ß. *farinæ ſeminis lini quantum ſatis, formetur cataplaſma.* Monendus hoc loco Chirurgus, non ante ſcrophularum aperiendam vomicam, quam vniuerſus humor concluſus in pus plene & perfecte D
abierit;alias reliquum humoris crudum reſtabit,ac niſi vix & longo temporis tractu ad maturationem perduci poterit:quod præceptum in ſcrophulis præſertim,ſed & nonnunquam in aliis abſceſſibus, qui ad ſuppurationem veniunt, eſt obſeruandum. Non enim ſimul atque humoris contenti portio aliqua in pus conuerſa apparet,procuranda & præcipitanda apertio eſt. Nam ſuppurati humoris ea portio facit, vt quod reliquum eſt, promptius in pus abeat:quod in corporibus inanimatis licet animaduertere. Fructuum enim,qui putrere incipiunt,niſi putrentem portionem citiſſime reſcindamus, reliquum facile in putredinis contagionem rapitur: Subeſt & alia ratio.

Calor natiuus ſuppurationis author. Chirurgica ſtrumarum curandarum ratio.

Calor natiuus ſuppurati cauſa eſt efficiens: is ergo aperta vomica propter ſpirituum vna cum humore effuſorum diſſipationem imminutus, imbecilliorque redditus,reliquam humoris portionem ſuppurati expertem aut ęgre ſuppurabilem eſſe patietur; quanquam ſi pars tumore obſeſſa corruptioni & putredini obnoxia ex ſeſe eſt, vt podex, ſi materia contenta venenata eſt aut critica,apertionem præcipitare longe ſatius & vtilius erit. Eſt & alia curandarum ſcrophularum ratio, quæ manu perficitur. Nam quæ in collo ſunt,nec ita imis radicibus
hærent,cutis inciſione facta à partibus,quibus attextæ ſunt, diuelluntur ac denique amputantur. Sed E
hac in re perficienda cauendum diligenter,ne venas iugulares,carotides arterias, aut neruos recurrentes ferro violes. Si quando hæmorrhagiæ ſubſit periculum, poſtquam à cute diuulſæ fuerint, venient religandæ ad baſim, acu traiecta filum ducente,indeque filo arctius vtrinque reuincto, vt ſic ſenſim ex ſeſe ſine periculo decidant conſtringendæ.Quod ſupererit curationis ex communibus artis regulis veniet perficiendum.

De Fe-

A

De Febre, quæ œdematoſo tumori ſuperuenit.

Cap. XXIII.

Tumorum œdematoſorum differentiis omnibus expoſitis, reſtat, vt breuiter dicamus de febre Symptomatica, quæ ipſis nonnunquam ſuperuenire cernitur. Hæc igitur motum humoris, á quo excitatur, retinens, fere eſt ex earum genere, quas Intermittentes quotidianas nominant. Ergo quotidianæ paroxyſmus ſingulis diebus repetit: in illaque repetitione octodecim horarum ſpatium exigit: quod reliquum ſupereſt diei, intermiſſionem habet manifeſtam. Cauſæ huius febris primitiuæ ſunt, frigus & humiditas aeris ambientis, eſculentorum & poculentorum frigidorum, humidorumque vſus diuturnus, eorumque omnium, quæ facile corrumpuntur, vt fugacium fructuum, crudorumque piſcium, conſueti denique exercitii intermiſſio. Cauſæ antecedentes ſunt ingens humorum, præſertim pituitoſorum repletio. Coniuncta cauſa eſt pituita in habitu corporis, ac prima regione extra venas maiores computreſcens.

Qui quotidiana intermittens cũ morb. œdematoſo ſuperueniat.

Cauſa febris quotidianæ.

Signa huius febris ex tribus rebus ducuntur, naturalibus nempe: nam hæc febris eos adoritur ſæ- B pius, qui ſunt temperamento frigido & humido, vt ſenes, mulieres, pueros, eunuchos, quod pituitæ turgeant copia: ac per ſe quidem ſenes inuadit, quia calore natiuo debili exiſtente, cibos quamuis exigua quantitate ſumptos, in ſanguinem laudabilem, & partium ſubſtantium conuertere nequeunt: Pueros vero prehendit per accidens, non per ſe & ex natura ſua: ſunt enim pueri calidi & humidi: ſed propter voracitatem & á multo ingeſto cibo rapidum, inordinatum, & continuum motum, magnam congerunt crudorum humorum copiam, huius febris materiam idoneam; quo fit, vt præſertim præpingues pueri hoc febris genere tenrentur, quia meatus corporis anguſtos & infarctos habeant: vel quia vermibus obnoxii torminum cruciatibus ex ciborum corruptione infeſtētur: vnde intemperies calida ex putredine, vaporumque putridorum ſublatione: quibus cor conflictatum facile huiuſmodi febris corripitur. Ex rebus vero non naturalibus huius febris ſigna ſic petuntur: Hyeme enim potius & Vere prehendit in regione frigida & humida, in vita ſedentaria & otioſa, vſu ciborum non frigidorum modo & humidorum, ſed etiam calidorum & ſiccorum, ſi tanta copia ingerantur, vt calorem natiuum obruant. Sic enim vinum etſi facultate, naturaque calidum ſit & ſiccum, tamen immoderatius ſumptum pituitoſos C humores cumulat, frigidoſq; morbos acceſſit. Ergo ebrietas, crapula, cruditas, balnea, exercitiaq; ſtatim á cibo, dum cibos adhuc crudos in corpus venaſque trahunt, omnia denique, quæ prouentum pituitæ in nobis faciunt, febrem quotidianam gignere poſſunt. At ex rebus contra naturam, quia frigidos morbos hæc febris fere ſolet excipere, refrigeratis corporis centro, & circumferentia, habituque.

Signa.

Qui quotidianis febribus ſint obnoxii.

Pituitoſi humores quomodo ex calidis etiam & ſiccis cibis fiant.

Huius febris accidentia ſunt oris ventriculi dolor, quia pituita in hoc fere cumulari ſolet, vnde ſequitur vomitus pituitoſus; pallor faciem occupat, oris, etiam ſæpe per paroxyſmum, humiditas ſine ſiti: quia natante pituita ventriculo, eius aquoſa & tenuior portio continenter in os & linguam exudat, per tunicæ interioris ventriculi œſophago & ori communis continuitatem. Inuadit cum partium extremarum frigore, pulſu paruo & profundo, qui tamen in paroxyſmi vigore fortior, maior, plenior, & celerior cernitur. Eadem plane ratione, qua huius febris calor primo contactu apparet mitis, blandus, humidus & vaporoſus, tandem vero ſentitur acrior, haud ſecus, quam ignis in viridi ligno accenſus, exiguus per initia languens & fumoſus cernitur; tandem vero cum euicta humiditas eius actionem non iam temoratur ardens & flammans percipitur. Exoluuntur ægri paroxyſmo exiguis ſudoribus, qui per primas inuaſiones parca admodum manu erumpunt: at inſtante criſi copioſius funduntur: vrina per initia pallet D & craſſa eſt, aliquando etiam tenuis, vbi nempe ſubeſt obſtructio. At vbi materia cocta eſt, vt in ſtatu, rufa conſpicitur, ſi per initia vomitus apparet pituitoſus ineunte paroxyſmo, ac copioſo ſudore idem ille paroxyſmus terminetur, exigui temporis febrem portendit: arguit enim naturæ robur, obſequentiam & tenuitatem materiæ ſurſum erumpentis, coniunctæ denique cauſæ febris excretionem facit. Quotidiana febris vt plurimum longa eſt, quia frigidus, humiduſque natura cum ſit pituitoſus humor, grauis eſt, & ad motum iners: nec tamen eſt ſine maioris morbi metu, quia ſæpius in febrem ardontẽ aut quartanam mutationem habet, ſi præſertim ſit á ſalſa pituita: ſalſus enim ſapor amaro eſt affinis: itaque per aduſtionem in eum facile degenerat, vt certe videri mirum non debeat, ſi pituita ſalſa per aduſtionem in bilem flauam aut atram abeat. Qui ex quotidiana febre conualeſcunt, coctricem facultatum valde imbecillem habent: quare copioſis alimentis & coctu difficilibus non ſunt reficiendi. In quotidiana febre totum corpus crudis humoribus refertum eſt, quo fit, vt ſæpius ad ſexaginta dies hæc febris progetur. Cæterum caue ne fallaris, ac duplicem tertianam pro quotidiana ex eo vſurpes, quod ſingulis diebus inuadit, quotidianæ ritu. Certe vtrumque febris genus facile erit diſtinguere ex humoris ſpecie & ſymptomatum, accidentiumque proprietate: fere vero quotidianæ ſub veſperum, & aut etiam me- E dia de nocte inuadunt: cum ſcilicet per ſolis abſentiam aere refrigerato noſtrum pariter corpus refrigeratur. Quare & tum in nobis commouentur frigidi humores, qui paulo ante ſolis pręſentia & calore cohibebantur. At duplices tertianæ contra ſub meridiem inuadunt: Paroxyſmi breuitas & facilitas, copioſus ſudor, materia iam mitificata, erumpens, breuis & ſalutaris quotidianæ opinionem facit.

Symptomata quotidianarum.

Pulſus & caloris in quotidiana ratio.

Sudores critici.

Vrina.

Breuis futuræ febris ſignum.

Quotidiana cur fere longa.

In quos morbos quotidiana malam habeant mutationẽ.

Qui diſtinguatur tertiana duplex a quotidiana.

Curatio duobus inſtrumentis perficitur, nempe diæta & pharmacia. Diæta ſit tenuis & incidens: in aere ſereno, moderate calido & ſicco æger verſetur: alimenta ſint panis bene coctus, iuſcula ex gallinaceis carnibus, incoctis cum radicibus petroſelini, oxalidis, & ſimilibus. Nec inutilis erit aliquando calidiorum nempe ſpeciatorum & ſalitorum ciborum vſus, quibus pręſertim erunt ventriculus & iecur impenſe refrigetata. Pulli gallinacei, carnes veruecinæ, perdicum & auicularum, piſces fluuiatiles & ſaxatiles toſti, oua tremula & ſorbilia erunt ex vſu. Fructus hi vtiles, vuæ paſſæ, pruna cocta, amygdalę &

Diæta.

Speciatorũ & ſaltitorum ethorum Ṽ-ſus quando opportunus.

Quando ſomnus nocat.

Pharmaca.

Ratio habẽda ventriculi.

Vomitoria.

Theriaca vſus ad quotidianam inueteratam.

dactyli. Potus ſit vinum album, tenue, aqua cocta temperatum. Exercitia moderata ſalubria erunt; frictiones vniuerſi corporis: ſomnus hora debita initus, & vigiliis proportionatus: modo hora ſomni in paroxyſmi tempus non incurrat: tum enim valde nocet, quia dum calorem intus reuocat, febrilis caloris æſtum in viſceribus conduplicat. Quod ad animi perturbationes attinet, gaudere debet ac ſe breui futuræ ſanitatis ſpe conſolari æger. Quibuſdam haud videtur inutile, paroxyſmo ineunte, pedes, cruraq; in aquam tepidam immergere, in qua chamæmelum, anethum, melilotus, maiorana, ſaluia, & roſmarinus bullierint. Medicamenta erunt ſyrupi, quos digeſtiuos & aperitiuos vocant, vt abſynthinus, de mẽtha, de quinque radicibus, de oxymelite cum decoctis chamæmeli, calamenthi, meliloti, anethi, & ſimilibus, vel cum decoctis communibus. Purgantia erunt diaphœnicon, electuarium diacarthami, hiera picra, agaricus, turpethum, ex quibus concinnabuntur potiones cum aquis menthæ, meliſſæ, hyſſopo, ſaluia, fœniculo, ſcariola: pilulæ aureæ conueniunt. Dabuntur & aliquando boli forma cum ſaccharo hæc purgãria, prout præſenti Medico habita ægri naturæ ratione melius videbitur. Circa morbi ſtatum, proſpiciendum erit ventriculo, eiuſque præſertim orificio, quod ſit præcipua ſedes pituitæ. Quare ipſum alternis diebus inungere ex oleo chamæmelino, cum vini albi tantillo, ſalubre erit. Sed & ipſum exonerare vomitu procurato ex ſucco raphani, & multo oxymelite, aut decoctione ſeminum & radicum aſari, & chamæmeli, & ſyrupo acetoſo, erit vtiliſſimum, præſertim ineunte paroxyſmo, cum natura homoreſque commoueri incipiunt. Ad inueteratam quotidianam, quamque nullis aliis remediis curare potueris, putant nihil æque conferre, quam theriacæ veteris dragmam vnam, boli forma cum ſaccharo deuorare, vel in aqua vitæ diſſolutam haurire.

A B

De Scyrrho. CAP. XXIV.

Quid verus & legitimus ſcyrrhus.

Quid ſcyrrhus illegitimus.

Redundãtis humoris melancholici cauſa.

Signa

Prognoſis.

EXpoſita tumorum, qui ex ſanguine, bile, & pituita fiunt natura, reſtat vt de illis dicamus, qui ex melancholico gignuntur humore: horum quatuor eſſe dicuntur differentiæ. Prima eſt veri Scyrrhi & legitimi, id eſt, *tumoris duri & exiguo ſenſu praditi, adeoque fere indolentis, à melancholico humore naturali geniti.* Secunda eſt Scyrrhi illegitimi, id eſt, *tumoris duri, inſenſibilis, indolentiſque, ex humore melancholico nimia reſolutione aut refrigeratione concreto.* Tertia eſt Scyrrhi cancroſi, per melancholici humoris corruptionem & aduſtionem nati. Quarta Scyrrhi phlegmonodis, eryſipelatodis aut Oedematodis ab humore melancholico alieni humoris admixtione infecto, ſurgentis. Omnium huius generis tumorum cauſa eſt humor craſſus, lentus, & tenax in parte aliqua concretus. Humoris vero eiuſmodi in corpore generatio contingit, vel ex parua & irregulari diæta, vel ex iecoris aut lienis præter naturam affectibus, vt obſtructione, vel hęmorrhoidum aut menſtruorum ſuppreſſione. Signa ſunt durities, renixus, color nigricans, venarumque partis obſeſſæ cum liuore dilatatio, ab humoris craſſi plenitudine. Scyrrhus illegitimus indolens omnino & inſenſibilis, itemque cancroſus, nullam admittunt curationem: verus autem & legitimus vix vllam. Qui ad ſuppuratum perducuntur ſcyrrhi, facile in cancros & fiſtulas abeunt, ſcyrrhi etſi ab initio exigui apparent, progreſſu temporis tamen in magnam molem aſſurgunt.

C

De Scyrrhi curatione. CAP. XXV.

Diæta.

Li. 2. ad Gl.

Remollientia.

Suffitus

Lib. 2. ad Gl.

Emplaſtri de vigo efficacia.

TRibus maxime capitibus abſoluitur ſcyrrhi curatio. Primum diætam conuenientem præſcribet Medicus, nempe in victu ſobriam & moderatam, ad humiditatem & caloris mediocritatem tendentem: in vitæ autem inſtituto pacatam, & ab omni irarum, mœroris & triſtitiæ perturbatione, tranquillam, imo etiam à venereorum vſu abhorrentem. Secundum poſitum eſt in materiæ antecedentis vacatione: phlebotomia nempe, ſi opus ſit, & catharſi, prouocatis hæmorrhoidibus in viris, menſtruis autem in mulieribus. Purgationes ex catholicone, hiera, diaſenna, polypodo, epithymo docti Medici arbitrio pręſcribentur. Tertium caput conſiſtit in topicorum medicamentorum conuenienti vſu nempe emollientium per initia, mox etiam reſoluentium, vel potius eorum, quæ ex remolliendi & reſoluendi viribus mixta erunt, vt Galenus docet: nam ex ſolo remollientium putredinis & cancri, ex ſolo reſoluentium vſu, concretionis, reſoluta parte tenuiore & ſubſidente craſſiore, periculum imminet. Remollientia erunt eiuſmodi. ℞. *rad. alth.* ℔ ß. *rad. lilior.* ℥ *iij coquantur in aqua com. piſtentur, trancientur per ſetaceum, addendo olei chama. & lilior. an.* ℥ *ij. œſypi humidæ.* ℥ *ß. emplaſtri diachyli albi cum oleo liliorum diſſoluti.* ℥ *iij. ceræ albæ quantum ſit ſatis, fiat cerotum.* Vel. ℞. *gummi ammon. galba. bdellii, ſtyracis liquidæ in aceto diſſolutorum. an.* ℥ *j. diachy. mag.* ℥ *j. ß. olei lilior. & axungia anſeris an. vnc. j ceroti œſyp. deſcriptione philagr. vnc. ij. liqueſcant omnia ſimul, cera quantum ſit ſatis, vt inde fiat cerotum ſatis molle.* Vbi remollientibus ſufficienter vſus fueris, tumorem ſuffies ex aceto forti & aqua vitæ ſuper lapidem molarem, pyritem, aut laterem candentem affuſis, ſic enim humor remollitus incidetur, attenuabitur, reſoluetur: mox per interualla repetentur remollientia, hiſque etiam ſuccedent reſoluentia ad reliquam portionem, quæ ſimul & ſemel euacuari non potuit, abſumendam; ſic enim Cecilii filio ſcyrrhum ſanauit Galenus. Stercus caprinum diſcutiendis tumoribus ſcyrrhoſis eſt valde idoneum, ſed præ cæteris efficax emplaſtrum de vigo duplicato mercurio, vt quod remolliat, reſoluat, & liqueſaciat huius generis tumores omnes.

D E

De cancro iam genito. CAP. XXVI.

Cãcer quid.

CAncer *tumor* eſt *durus, aſper, & inæqualis, rotundus, immobilis, cineritii, aut liuidi coloris, vndique venis humore atro turgentibus, & in ambitum ſparſis; ad inſtar chelarum* Cancri *piſcis diuaricatis, horridus,* per primordia cognitu difficilis eſt tumor, vt qui vix ciceris, mox auellanæ æquet magnitudinem, niſi forte acrioribus remediis irritatus incrementis præproperis augeatur: auctior factus pro incrementi

modo


A modo dolore punctorio ægrum excruciat cum calore acri, incaleſcente, craſſo, qui in eius venis reſidet, ſanguine & pungentium velut acicularũ ſenſum inſerente, à quo tamen ſæpe vacationem habet æger. Quia vero tumoris id genus venis per ambitum tanquam chelis expanſis, liuente & cinereo colore cutiſque aſperitate, & humoris tenacitate, piſcis cancri dentata forcipibus velut brachia repræſentat, ideo cancri figuram hic appingendam duxi, quo nominis, reiq; ratio magis innoteſceret.

Doloris ſpecies.

Nominis ratio.

Figura Cancri piſcis.

B



De cauſis, ſpeciebus, & prognoſi Cancri. CAP. XXVII.

C DVas Cancri cauſas hic agnoſcimus, antecedentem & coniunctam. Cauſa antecedens ex diætæ irregularis vitio pendet, craſſum & limoſum ſanguinem generantis & cumulantis: ex iecoris ad eius ſanguinis generationem diſpoſin morboſa affectione: ex lienis in attrahendo & ſanguine repurgando infirmitate: ex menſium, aut hæmorrhoidum, ſolemniſve alicuius vacuationis ſuppreſſione. Cauſa cõiuncta eſt humor ille craſſus & melancholicus in parte obſeſſa, tanquam in anguſtiis hærens & concluſus. Qui mitior eſt ſanguis melancholicus minuſq; malignus, ſed tãtum gradu feruidioris caloris auctus, Cancrum gignit non vlceratum, at malignior & acrior Exulceratum. Ita enim humor, qui carbunculos excitat, vbi ingentem ardorem, acrimoniam, & malignitatem acquiſiuit, partem, cui inſidet, corrodit & exulcerat. Efferatur Cancer alimentis ſanguinem inflammantibus, animi perturbationibus, ira, æſtu, & acrioribus medicamentis, olcoſis & emplaſtricis nec iure, nec loco appoſitis.

Cauſa cancri.

Vnde Cancer non vlceratus.

Vnde vlceratus.

Inter Cancri ſpecies duæ inprimis excellunt, vlceratus nempe ſeu manifeſtus Cancer, & non vlceratus ſiue occultus. Sed & Cancrorum alii partes internas obſident, vt inteſtina, vterum, anum; alii externas, vt mammas. Eſt & Cancer recens, eſt & inueteratus. Paruus vnus, maior alter: efferus & malignus vnus, mitior alter. Omnis cancer cenſetur ferme incurabilis, vel curatu valde contumax: eſt enim morbus toto genere malignus, nempe Elephas particularis. Itaque non facile ſiſti Cancrum, ait Aetius,

Cancri ſpecies.

D quouſque partem, quam obſidet, ad intima vſq; arroſerit. Frequentius mulieres inuadit, quam viros, partes laxas, raras, fungoſas & glanduloſas, adeoq; craſſi humoris fluxioni excipiendæ opportunas, cuiuſmodi ſunt mammæ, & omnia partium nobilium emunctoria. Cum mammas occupat, ſæpe inflammationem ad axillas, & tumorem ad ipſarum vſque glandulas tranſmittit, ex quo doloris punctorium cruciatum ad cor vſque ſibi penetrare ægri conqueruntur: Sed & idem ille dolor ad claues vſque interioreſq; omoplatas & humeros peruadit. Vbi auctior factus eſt, & partibus nobilibus imminet, niſi manu curationem non admittit: in corporibus tamen effœtis, quorum languent vires, præſertim ſi inueterati fuerint cancri, neque ferro, neq; igne, neque acrioribus medicamentis, cuiuſmodi ſunt cauteria potentialia, tentanda curatio eſt: ſed tantum, ne efferentur, aut ſerpant longius, lenibus remediis & cura, quam palliatiuam dicunt, erit procurandum. Sic enim multi cancro laborantes ad extremam vſque ſenectutem peruenerunt. Itaque monet Hipp. *Cancros occultos non curare melius eſſe: nam curati* (inquit) *cito pereunt, non curati vero in longius tempus perdurant.*

Aetius lib. 16.

Quæ partes cancris obnoxiæ.

Cuiuſmodi cancros vera curatione curare aggredi non oporteat.

Aph 38 ſect. 6.

De curatione Cancri incipientis nec dum vlcerati. CAP. XXVIII.

E INcipiens Cancer ſæpe incrementis prohibetur, priuſquam radices agat: vbi vero ſemel increuerit, niſi ferro curationem non admittit, vt qui malignitate & contumacia ſua medicamentorum omnium vires aſpernetur. Galenus affirmat, ſe cancrum non vlceratum ad curationem perduxiſſe. Perficitur autem illa curatio medicamentis melanagogis, phlebotomia, cum vires & ætas ferre poſſunt, vitatis omnibus, quæ limoſum ſanguinem gignere poſſunt. Corrigenda vero in primis venit hepatis intemperies, lien roborandus, itemque pars obſeſſa, viris hæmorrhoides, mulieribus menſtrua ſunt prouocanda. Ergo vina craſſa, & fæculenta, acetum, panis ater, olera, caſeus vetus, carnes vetuſtæ & ſalitæ, bubula, ceruina, caprina, leporina, allia, cæpa, & ſinapi, omnia denique acria, acida & ſalſa, quæ quacunque ratione ſanguinem incraſſare, humoreſque incendere poſſunt, fugienda. Victus refrigerans & humectans præſcribendus: inedia vitanda, vigiliæ, effrenes labores, triſtitiæ, ſollicitudines, mœrores

Lib. 2. ad Gl.

Diæta.

ptiſana impetanda,& in iuſculis malua,ſpinacia,lactucæ,oxalis,portolaca, cichorium, lupolus, viola A
martia, borrago, quatuor ſemina frigida in vſu erunt. At in eſu caro veruecina,vitulina, hœdina, capi,
pulli,iuuenes lepores, perdices, piſces ſaxatiles, oua ſorbilia. Vinum vero album & fuluum,omnino
Pars cancroſa qualiter tractanda. moderatum in potu. Pars cancro obſeſſa molliter tractaoda eſt,minime vero rebus durioribus, grauioribus,emplaſtris ſolidioribus,aut pinguibus oneranda:contta medicamenta lenienna & mitigantia ex
vſu eruntiis etiam pet interualla vſurpatis, quæ natura ſua venenis aduerſantur, vt theriaca & mithri-
Theriacalia. Lac aſininum. datio. Lac aſininum leniendæ humoris cancroſi acrimoniæ eſt accommodatiſſimum. Itaqoe id nó modo aſſumendum in corpus,ſed & vlceri cancroſo admouendum,comparato inde fotu.

De curatione vlcerati Cancri. CAP. XXIX.

Signa. VLceratus Caocer multa habet cum Canero noo vlcerato ſigna communia, vt tumoris rotunditatem,inæqualitatem,aſperitatem, & dolorem:aſpectus iudicio tumor apparet mollis, ad tactum
Ex quo cernatur malignitas cãcri vlcerati. vero durus eſt:fœdo ſordet vlcere,labris craſſis,tumidis.duris,nodoſis,inuerſis,elatis;aſpectu horridis,
ſaniem eructaotibus ichoroſam, fœtidam & cadaueroſam,alias atram,alias tabo, alias ſanguine mul- B
ro conſperſam. Id vlceris genus malignum eſt,rebelle,intractabile, vt quod mitia remedia aſpernetur,
Qui cancer & in quo corpore reſcindi debeat. acribus autem & fortibus amplius efferatur,auctis inde dolore, febre, omnibuſque ſymptomatis: ex
quo virium contingit proſtratio,corporis marcor & conſumptio,tandemque mors. Si tamen exiguus
ſit,& in parte,quæ amputarionem ferre poſſit,perpurgato prius corpore & ſanguine detracto, ægri viribus haud diſſuadentibus,manum admouere conuenit,atque quicquid corruptum eſt,ad viuum vſq;
Quæ attendenda ſint circa amputationem cancri. comprebendere&amputare,ne vllus contagii metus relinquatur. Amputatione facta,ſanguinis fluxus
haud ſtatim compeſcendus,ſed ad certum modum fluere ſinendus,imo ex toto ambitu exprimendus,
quo ſic venæ cruore atro & melancholica fæce turgentes,deonerentur. Vbi ſatis exhauſtum eſt cruoris,
locus cauterio actuali eſt inureodus. Id enim partem affectam roborabit, venenatam qualitatem exhauriet,& vna fluxum ſiſtet. Tum demum anodyna remedia apponentur,eſchatæ lapſus procurabitur.
Appreſſi poſt amputationem cauteris vtilitas. Denique ad inſtar reliquorum vlcerum quod mali ſupereſt,profligabitur. Intelligemus autem, totum
cancrum amputatum eiusque omnem extinctam malignitatem,cum ſaniem fuodet vlcus laudabilem,
Signa feliciter amputati cancri. cum caro ſenſim ſuccreſcet proba ad inſtar granorum mali punici, dolore punctorio, omnibuſque ſedatis ſymptomatis. Fœlicius tamen & mitius Cancri vlcerati,qui labra occupanerit, curatio perfici poteſt,nullo adhibito cauſtico remedio poſt ſectionem,ſic etiam vt vix vlla deformitas cicatrice obducta C
relinquatur quam ego viam nouam & nunquam antea tentatam aut ſcriptam, quod equidem ſciam,
ioueni & factitaui in homine quinquagenario io conſilium aduocato, Ioanne Altioo Doctote Medico doctiſſimo, præſentibus Iacobo Guillemeau, & magiſtro Euſtachio Chirurgis regis, & Ioanne le
Ieune docis Guiſiani Chirurgo meritiſſimo. Ratio eſt eiuſmodi. Cancer ſuis vtrinque ſurſom ad deorſum labris acu filum ducente,tranſadigendus eſt,vt cum fili beneficio canctum tanquam in manu ſi-
Noua & notanda amputandi cancris,qui labra obſederit,ratio. niſtra regere & tenere liceat, (ne huius vlla portiuncula impune ferro elabatur) totum dextra manu
volſellis vnico ictu amputare poſſis,ita tameo,vt labri ipſius iotetior quædam, quæ dentes contingit,
reſtet ſubſtannia (modo non ad intima vſque cancer radices egetit) quæ regenerandæ mox carni & implendæ cauitati pro fundamento & baſi eſſe queat. Hinc ſanguioe ſufficienter effuſo, ſectionis ſeu vulneris oræ, dextra & ſiniſtra,interna & exteroa parte,ſcarificatu profundiore erunt nouacula pertundendæ,vt cum mox ſutura ex acu filum ducente,roſtris leporinis propria, in vnum adducere vulneris
oras ipſas & margines voluerimus,ipſam labri carnem magis ſequacem, & trahenti acui, filoque obſequentiorem babeamus. Reliquum curationis eſt eodem plane modo perſequendum, quo ſolemus in D
ruſtris leporinis,de quibus poſtea dicturi ſumus.

De topicis vlcerati,& non vlcerati Cancri remediis. CAP. XXX.

Repellentia. REpercutientibus initio vtemur remediis,cuiuſmodi ſunt ſucci ſolani,plantag.hyoſcya.lactuc.acet.
ſemperu.lenticulæ paluſt.ceotinod.burſæ paſto.granatorum,& ſimilium. Item oleum roſ. omph.
pulueres ſumach.berberis,lytharg.ceruſ,plumbum vſtum,pompbol.hydratg. & ſimilia. Ex quibus em-
Emplaſtrũ diachalcitheos. brochæ,linimenta,vnguenta,cataplaſmata,emplaſtra concinnabuntur. Emplaſtrum diachalcit. diſſolutum cum ſucco ſolani,& oleo roſar.cancris oon vlceratis eſt valde idoneum. Pompholix lota in ſuc-
Pompholix lota. co ſolani aut plantaginis vlceratis cancris vtilis eſt. Sed & ſequens vtile eſt remedium.

℞.lytharg.& ceruſ.an.℥ j.terantur in mortario plumb.cum oleo roſar. donec reducantur ad conſiſtentiam linimenti vel vnguenti: poteſt & eſſe vſus vnguenti reſoluentis & repercutientis: Vt, *℞.plumbi vſti loti, pompb. thuris,an.ʒ ij.ß.abſynth.pontici,℥ ß.olei roſar.℥ iij.ceræ ʒ vj.ſucci ſolani quantum ſufficit ad vnguenti craßitudinem.*
Theodorici emplaſtrum Valde commendát ad vlceratorum cancrorum dolorem leniendum Theodorici emplaſtrum.

℞.olei roſ.ceræ alb.an.℥ ij.ß.ſuccor.granat. & ſolani,an.℥ ij.ceruſæ lotæ,℥ j.plumbi vſti,loti,& tutb.prepa.an. ℥ ß.thuris,maſt.an.ʒ ij.fiat emplaſtrum molle. Quod ſequitur ſæpe & fœliciter eſt à me vſurpatum. E

℞.theriac.veter.℥ j.ſucci cancrorum,℥ ß.ſucci lactucæ,& olei roſ.an.℥ j.ß.vitell.ou.ſub ciner.coct.ij.campb. ʒ ß. piſtentur omnia in mort.plumb.& fiat vnguentum.

℞ ſpum.arg.axungiæ porci recentis,ceræ alb.an.℔.ß.olei boni.℥ viij.vitel.ouor.aſſat. iiij.fiat vnguentũ,ſeruetur
Hirudines. *vſui.* Et cum vti voles,admiſce cum pauco vnguento roſaceo. Sed & ſanguiſugarũ applicatione ad vlceratũ cancrũ,qua parte dolor punctorius acrius vrgebat,magnos cruciatus ſedaui,humoris maligni por-
Pulli & Catuli impoſiti tione partem deonerando: quod idem factitaui catulis canum vel felium recens natis, vel columbis aut
pullis in longum ſectis,& ſtatim vlceri appoſitis,ſubindeque, vbi ipſorum exolutus calor videretur,ſubſtitutis aliis;natiuus enim ille calor eſt anodynus. Ioan. Baptiſta Theodoſius *in epiſtolis*, ad cancrum non
vlce-

A vlceratum apponi vtiliter ſcribit cataplaſma ex Eryſimo trito. Quod ſi cancer fuerit vlceratus, eandem illam herbam in hydromelite coquit, indeq; iniectionibus & lotionibus comparatis, vlcus detergit & dolorem leuat.

Si vterum Cancer occupârit, æger doloris aculeos in inguinibus ſupra pectinem & renibus ſentit, ſæpe difficultate meiendi tentatur: at cum exulceratus eſt, ſaniem fœtidiſſimam & cadauerosam magna copia effundit, cuius vapor teter ad cor & cerebrum ſublatus ſyncopem crebram inducit. Sedandis tamen eiuſmodi partium doloribus, ſequentia ſunt ex vſu.

Epiſt. 21. Eryſimi efficacia. *Cancri in vtero ſigna.*

℞. mucag. ſemin. lin. fœnugr. extr. in aqua roſar. & plantag. quod ſatis eſt: ex his tepidis fiat fotus.

℞. rad. alth. ℔. ß. Coquatur in hydrom. piſtetur & trauciatur, addendo olei roſar. parum, fiat cataplaſma. *Anodyna.*


Parabuntur & peſſaria varia pro dolorum variis ſpeciebus: fient & iniectiones ex ſuccis plantag. centino. lactu. portul. ſimul mixtis, atq; in mortario plumbeo cum pauco oleo roſ. agitatis: hoc enim remedii genus commendatur à Galeno ad omnem cancri vlcerati ſpeciem. Eſt & perutilis atque à me multoties probata aqua ſequens. *Lib. 9. ſimpl.*

℞: ſtercoris bubuli, ℔. iiij. herbæ robert. plantag. ſemperuiui, hyoſcyami, portulac. lactuc. endiu. an. m. j. Cancros fluuiatiles, num. xij. piſtentur omnia ſimul & deſtillentur in alembico plumbeo, liquor ſeruetur vſui, atque de eo
B fiat iniectio frequens in partem: vel ſi partis ſitus permiſerit, inde cancroſa ipſius vlcera abluantur, & lina carpta inſuccata ſubinde renouanda apponantur: nam ſic inflammationis acrimonia & vis obtunditur, & dolor ſedatur. Galenus Cancros fluuiatiles vſtos in puluerem comminuit. Puluis vnguento roſaceo exceptus vtiliſſime ex carpto lino, vlceribus cancroſis apponitur. Longe vero eſt vtiliſſimum ſequentem machinulam, ex auro vel argento conflatam, colo vteri induere, qua eluuiei cancroſæ liber & tutus pateat exitus, exſpirentq; facilius tetri vapores & putredinoſi. Sic igitur illa toto ſuo corpore caua, & quinque vel ſex digitos longa, pollicem vero ſuperiore extremo, multis foraminibus quo ſaniei pateat effluxus pertuſo, craſſa. Externa vero ſeu inferior extremitas duorum digitorum ſuo ambitu æquet craſſitiem, ad eam affabre fiat manuela, cuius diſſultu magis vel minus pro Medici arbitrio, illa fiet extremitas, ad eandem duo adnectentur lora, quib. ad faſciam, qua mulier lumbos præcinget, antrorſum & retrorſum reuinctis, à lapſu aſſeratur machinula, vt in ſubiecta licet intueri imagine.

Libr. 4. de comp. med. ſecundum genera.

Emiſſarium peſſiforme ad vterum cancroſo vlcere obſeſſum.

C



D

A. *Extremum ſuperum quinque vel ſex foraminibus pertuſum oſtendit.*
B. *Extremitatem inferiorem.*
C. *Extremitatis partem illam, qua diducitur vi appoſita manucla, quam D. litera monſtrat.*
E. E. *Lora.*

Nec vero contemnendum auxilium cancris non vlceratis, venit ex lamina plumbea argento viuo oblita: nam & teſtatur Galenus, plumbum vlceribus malignis & inueteratis eſſe vtile remedium. Quin & eiuſmodi laminas plumbeas, hydrargyro oblitas malignis vlceribus, quæ reliquorum remediorum vires eludunt, velut quoddam alexipharmacum eſſe, quo ipſorũ cacoethia dometur & abſumatur, antiqua fide & doctrina teſtis eſt Cauliacenſis Guido. Id remedii genus cum domino Holerio Medico, nunquam ſatis laudato, imperante & me probante, aliquando præſcriptum eſſet dominæ de Montigni Reginæ matris aſſeclæ, cancro quod nucis iuglandis magnitudinem æquabat, in mamma ſiniſtra obſeſſæ, non quidem perſanauit, ſed tamen incremento malum prohibuit. Itaque eius tandem pertæſa, cum ſe Medico cuidam promptam ſanitatem audacter promittenti tradidiſſet, vitæ diſpendio experta eſt, quam eſſet damnoſa, quæ reliquorum vlcerum more cancri ſuſcipitur curatio: nam Medicus, cum
E procul abiecto noſtro illo remedio, remollientibus, calefacientibus & attrahentibus mali curationem eſſet adortus, irritatis dolore, inflammatione, ſymptomatiſque omnibus, in tantam molem accreuit tumor, vt cum attractus humor parte ipſa contineri non poſſet, mammam ita diſtenderit, vt inſtar mali granati maturitate exacta diſſilientis mediam ſe ruperit: vnde oborta hæmorrhagia effreni, ad eam compeſcendam coactus fuerit cauſticos pulueres inſpergere. Verum hinc ſæuius efferatis inflammatione & dolore, oborta que inſuper ſyncope, animam pro ſanitate promiſſa in Medici ſinum miſella depoſuit.

Lib. 9. ſimpl. *Lamina plumbea.* *Hiſtoria.*

De Fe-

De Febre, quæ ſcirrhoſis tumoribus ſuperuenit. Cap. XXXI.

A

Quartana cur ſcyrrhoſis tumorib. ſuperueniant.

Cauſa.

Eiuſmodi febris quartana eſt, vel certe, ad quartanæ naturam accedens, propter humoris, ex quo fit, melancholici naturam. Is enim certa ſede concluſus, in qua tumorem facit, vaporum putridorum communicatione cor ſupra modum calefacit, humoresque ipſo contẽtos accendit, vnde febris. Quartana igitur febris eſt, *quarto quoque die repetens, intermiſſionemque habens duorum dierum.* Cauſæ ipſius primitiuæ ſunt, quæ humoris melancholici prouentum in corpore faciunt: vt diuturnus leguminum eſus, panis atri & vſtulati, carnium ſalitarum & ſalſamentorum, craſſarum carnium vt bubularum caprinarum, ceruinarum, veterum leporum, caſei veteris, caulium, vinorum craſſorum, & eius generis aliorũ. Cauſæ antecedentes ſunt humorum melancholicorum per vniuerſum corpus redũdantium cumulatá copia. Coniunctę vero, melancholici humores extra maiora vaſa in corporis venulis & habitu putrẽtes.

Signa.

Cur autumno frequentes quartanæ.

Qualis horror in quartana.

Quartanę febris ſigna ex rebus, quas naturales dicunt, non naturales, & contra naturam petere licet. Ex rebus quidem naturalibus, quia tempeties frigida & ſicca, ſenilis ætas, frigidi & obeſuli homines, venis paruis & latentibus, liene tumido & imbecillo, febribus quartanis fere conflictantur. Ex rebus non naturalibus, quia Autumno frequens eſt hæc febris: non ob id modo, quod frigidus & ſiccus cum ſit, congerendis humoribus melancholicis eſt iduneus: ſed maxime quia præcedentis æſtatis ardoribus, humores facile in atram bilem conuertuntur, vnde quartanæ fiunt longe ſæuiores & periculoſiores, quam ex ſimplici melancholico humore: denique per quamlibet frigidam & ſiccam tempeſtatem, in regione frigida & ſicca, homines frigidi & ſicci in quartanas facile incidunt: ſi ad hęc præſertim vitę ratio acceſſerit laborioſa, periculi & ęrumnarum plena. Ex rebus contra naturam, quod paroxyſmi inuadunt cum horrore laborioſo, confractorum & conquaſſatorum oſſium velut ſenſum inſerente: quod quarto quoque die repetant, cum corporis totius pruritu, tenui ſæpe ſcabie & vlcuſculis, in cruribus præſertim. Pulſus initio paruus eſt, tardus & profundus inſtar ſenilis pulſus: vrina etiam per initia alba & aquoſa, ad liuiditatem inclinans. In declinatione materia iam cocta, nigra euadit vrina, nõ maligni alicuius ſymptomatis incurſu, non caloris præter naturam exceſſu, ſic enim funeſta eſſet, ſed pẽr excretionem materiæ coniunctæ.

B

Prognoſis.

A quibus morbis quartana liberant.

Quartanarum paroxyſmus eſt horarum quatuor & viginti, & intermiſſio vero horarum octo & quadraginta. Ortum ſæpe habet ab obſtructioue, dolore & ſcirrho lienis, & menſtruorum aut hæmorrhoidum ſuppreſſione. Æſtiuæ quartanæ magna ex parte breues, autumnales longæ, præſertim, quæ hyemen attingunt. Quæ hepatis, lienis, aut alicuius præcedentis morbi ſucceſſione veniunt, deteriores ſunt primigeniis, fereque in hydropem terminantur. Quæ vero citra viſceris alicuius vitium contingunt, & ægrum in diæta Medico obſequentem nactæ ſunt, nullum grauius damnum inferunt, imo à grauioribus morbis, fixis & diuturnis hominem liberant, vt melancholia, epilepſia, conuulſione, mania, quod humor melancholicus eiuſmodi morborum author, quarto quoque die quartanarii paroxyſmi impetu excernitur. Quartana febris, ſi nullus aliunde error accedat, annum fere non excedit, alioqui enim viſæ etiam quartana ſunt in annum duodecimum prorogari, Auicennę ſententia: Autumno orta quartana ſæpe Vere ſubſequente finitur: quæ quartana fit ab aduſto ſanguine, aut bile flaua, aut pituita ſalſa, facilioris eſt & breuioris curationis, quam quæ eſt ab humore melancholico aduſto: quia humor melancholicus natura ſua terreſtris, & diſcuti contumax præ aliis omnibus humoribus, rurſum aduſtione reſolutis partibus tenuioribus & ſubſidentibus craſſioribus cõtumacior, craſſior, malignior, & acrior redditur.

C

Diæta.

Curatio duobus omnino inſtrumentis abſoluitur, diæta nempe & pharmacia. Diæta ſic inſtitui debet, vt ſex rerum non naturalium vſu, quantum in nobis ſitum eſt, cauſæ febrili contrarieinur. Ergo æger vitabit carnes ſuillas, cibos flatuoſos, viſcidos, glutinoſos, aues aquaticas, ſalſamenta, & ferina, omniaque difficilis cõcoctionis. Salubris eſt illi vſus vini albi mediocriter calidi & tenuis ad craſſum humorem attenuandum, incidendum, & prouocandas vrinas ac ſudores: imo ineunte paroxyſmo hauſtũ eiuſmodi vinum vomitum ciet, cuius tantum eſt in febre quartana momentum, vt hoc vno remedio multi curationem recẽperint.

D

Quanta vis in vomitu ad curationem quartana

Tempus vomitus opportunum.

Quanquam ſi licet occaſionem opportunitatemque vomitui ciendo captare, nullum ad eam rem, magis idoneum tempus cenſendum eſt, quam id, quod ſtatim paſtum excipit: tum enim ventriculi fibris humectatis & relaxatis facilius concitatur, inuertiturque ventriculus ad vomitum: vnde copioſior pituitoſi & bilioſi humoris, fœliciorque & facilior, ac minus naturæ moleſta ſequitur excluſio, omniumque cruditatum, quibus in quartana orificium vẽtriculi natat, propter melancholici humoris copioſiorem affluxum, qui qualitatibus ſuis frigiditate & ſiccitate omnes actiones, facultatesque naturales intertũrbat, excretio. Sed & conferunt exercitia frictionesque ante paſtum. Animi perturbationibus, quæ cauſæ vnde ortum febris hæc habuerit aduerſantur, indulgere ægrum non erit inutile, vt riſui, facetiis, muſicis concentibus, ſimilibuſque omnibus iucundę voluptatis plenis.

Quæ medicamenta ineitu quartana idonea

Ab initio blande habendus & tractandus erit æger, abſtinendumq; à fortiorib. omnibus medicamentis, niſi cum morbus in longius tempus pręceſſerit. Initio enim hic humor cõtumax cum nihil adhuc natura tentauit, rurſum contumacior redditur, terreſtriorque & ſiccior acrium medicamentorum igneo fere calore. Si ſanguis in corpore abundet, detrahendus erit, aperta mediana aut baſilica brachii ſiniſtri, hac cautione adhibita, vt ſi craſſior & nigrior fundatur, fluere liberalius permittatur: ſi tenuis & laudabili colore rubro ſuffuſus, ſiſtatur quamprimum. Febris huius materia venit digerenda, coquenda & minuenda ſyrupis de epithymo, de ſcolopendrio, capillorum veneris, eupatorio, cum aquis lupuli, bugloſſi, borraginis, & ſimilibus. Sancte affirmo, me plurimis quartanariis ſecundum Deum, curationis authorem extitiſſe propinato poculo ex Theriacæ momento in aquæ vitæ vnciis circiter duabus diſſoluto: aliquando etiam moſchi granis duobus aut trib. in vino maluatico diſſolutis, ſub ina-

E

Theriaca.

A ſub initium paroxyſmi particularis ineunte morbi generali declinatione, præmiſſis purgationibus vniuerſalibus, apparato humore & corpore, viribuſq; valentibus: & certe quartana inueterata vix diſcuti vnquam poteſt, niſi corpus alimentis, medicamentiſq; valde concalefiat. Itaq; nec omnino improbandum, quod plerique aiunt, ſe propinato ſingulis diebus in egreſſu lecti vino, in quo per noctem ſaluiæ folia infuſa maduiſſent, quartanam fugaſſe. Vtile etiam eſt, paulo ante paroxyſmum vniuerſam dorſi ſpinam inungere oleis, neruoſum omne genus calefacientibus, cuiuſmodi ſunt oleum rutaceū, nucum de piperibus, admixto aquæ vitæ rarillo. Sed in hanc rem excellit oleum de caſtoreo, quod in colocynthidis malo, granis ſuis vacuo, ſuper accenſas prunas ad dimidiæ partis conſumptionem ebullietit, admixtis puluiſculis è pipere, pyrethro & euphorbio. Certe eiuſmodi inunctiones valent non tantum ad mitigandam horriferæ concuſſionis acerbitatem, ſed etiam ad ſudores promouendos, quod ſcilicet calore ſuo humido, humorem hunc inertem & facultati excretrici rebellem excutiunt. Eſt enim humor melancholicus velut fæx & limus ſanguinis. Itaq; ſi è contrario febris quartana materiam ex aduſto humore bilioſo habuerit à refrigerantibus & humectantibus remediis curationem ſperare & expectare licet: cuiuſmodi ſunt acetoſa, lactuca, portulaca: iuſcula ex cucumerum, citrullorum, melonum & pe-

Vnctio ſpinæ

Quæ quartana refrigerantibus curari velint.

B ponum decoctis. In hoc enim caſu, ſi quis calidis remediis vtatur, hunc humorem reddet obſtinatiorem, tenuiorum partium reſolutione. Sic gloriatur Trallianus, curaſſe ſe huius ſpeciei quartanas febres ſolo vſu epithematum refrigerantium, paulo ante paroxyſmi inſultum crebrius repetitorum. Atq; ſumma hæc eſt curatiuis febrium intermittentium verarum & legitimarum, id eſt, earum, quæ ab vno & ſincero humore materiam ſortiuntur, ex qua facile colligi & intelligi poteſt earum, quas nothas intermittentes appellant, curatio: quæ ſcilicet non vnius generis & purus humor gignit, ſed mixtus, ſeu alienæ materiæ admixtione infectus: nam pro variorum humorum pituitoſi & bilioſi, verbi gratia, miſcella erunt etiam permiſcenda remedia, vt ſi ſit confuſa velut febris ſpecies ex quotidiana & tertiana, confuſo etiam remedii genere ex phlegmagogis & cholagogis profligetur.

Quid ſpuriæ febres & qualibus remediis curanda.

De Aneuriſmate. Cap. XXXII.

ANeuriſma *tumor eſt mollis, tactui cedens, ex ſanguine & ſpiritu ſub carne & muſculis effuſis, per dilatationem ſeu relaxationem arteriæ.* Quanquam definitionum author quamcunque cuiuſcunque vaſis venoſi

Quid aneuriſma.

C dilatationem Aneuriſmatis nomine videtur donare: anaſtomoſi factam arteriæ reſerationem, Galenus Aneuriſma nominat. Fit etiam Aneuriſma, cum ex vulnere læſa arteria tardius coit, quæ ſupereminet ſubſtantia interim agglutinata, carne impleta, & cicatrice obducta: quod in arteriotomiis inſcienter celebratis & negligentius curatis non raro contingit. Omnino igitur Aneuriſmata fiunt arteriarum anaſtomoſi, diapedeſi, ruptione, eroſione & vulnere. Contingunt illa in omni quidem corporis parte, ſed frequentius in gutture, mulieribus præſertim a laborioſo partu. Nam cum ad validiorem enixum voluntaris imperio ſpiritū violentius contineant, fit vt arteria dilatetur & rumpatur: vnde ſanguinis & ſpiritus ſub cutem ſequitur effuſio. Signa ſunt tumor, nunc magnus, nunc exiguus cum pulſu, & colore à natiua cutis conſtitutione nō variante. Mollis eſt tumor, & digitorū impreſſioni ſic cedens, vt ſi is forte ſit exiguus, penitus diſpareat, ſanguine nempe arterioſo & ſpiritibus intro in arteriæ corpus refugientibus, ſed mox ſublatis digitis pari celeritate regredientibus. Quædam Aneuriſmata non modo cum comprimuntur, ſed etiam ex ſeſe ſibilum edunt, admota propius aure, ſenſibilem, propter ſpiritus vitalis per anguſta viarum magno impetu ruentis validum motum. Quare in Aneuriſmatibus, in quibus magna arteriæ ruptio eſt, tale murmur non ſubauditur, quod ampliore meatu ſpiritus feratur.

Quib. vulgo partibus fiant aneuriſmata.

Signa.

Sibili qui in aneuriſmate obaudiuntur ratio.

Ingentia in axillis, inguinibus, aliiſque in partibus Aneuriſmata, in quibus inſignia ſunt vaſa curationem non admittunt, quod ab inciſione tanta ſępius ſanguinis & ſpiritus ſequatur eruptio, vt mors artem & curationem præueniat.

Prognoſis.

D (position: beside "curationem non admittunt")

Quod à me paucis ab hinc annis animaduerſum eſt in ſacrificulo quodam S. Andreæ ab Arcubus, Magiſtro Ioanne Malleto apud primarium Præſidem Chriſtophorum de Thou commorante. Illi igitur ad humeri dearticulationem cum Aneuriſma ſubeſſet nucis iuglandis magnitudine, edixi, ne id ſibi aperiri curaret, alias vitam in manifeſto futurā diſcrimine: tutius ipſi futurum, ſi conduplicatis linteis in ſolani & aizoi ſucco maceratis, caſeo recenti & ſeroſo admixto, ſi vnguento de bolo, emplaſtro contra rupturam, aliiſq; refrigerantibus & adſtringentibus mali impetum retunderet, ſi laminam plumbeam imponeret, caligiſq; vteretur breuioribus, vt ad eam continendam eſſet illi thorax, ex quo caligas ſubnectebat faſciæ loco: interim vitet omnia, quæ ſanguinem attenuant, & incendunt, præſertim vero à vocis omni contentione ſibi temperet. Hac diæta etſi per annum eſſet vſus, efficere tamen nequiuit, quin tumor creſceret. Quo animaduerſo, tonſorem adiit, qui ratus tumorem illum ex genere eſſe vulgarium apoſtematum, pyroticum eſcharoticum, quo apertionem moliretur, ſub veſperum appoſuit: exacta nocte ſub auroram tanta ſanguinis rupto tumore prorumpebat copia, vt attonitus omnium opem imploraret, atque me vocari iuberet, qui ipſi hæmorrhagiam tantam ſiſterem, pœnitere, quod

Hiſtoria.

Haud temere aperienda aneuriſmata.

E monitis minus obſequens fuiſſet. Vocor igitur, ſed cum vix dum ædium limina attigiſſem, iam animam cum ſanguine reddiderat. Quare tyronem Chirurgum diligenter monitum velim, ne temere Aneuriſmata, niſi forte exigua ſint, & in parte ignobili, nec inſignibus vaſis prædita, aperiat: hac potius arte curationem aggrediatur. Cutis ſuperincidatur, dum patefiat arteria, patefacta ipſa ſcalpello vndique à circumſtantibus particulis diducatur, ipſi retuſa & in curua acus introrſum filum trahens ſubiciatur, ligetur, hinc abſcindatur, intorti fili lapſus ex ſeſe expectetur, dum natura abſciſſæ arteriæ

Quæ arte curanda aneuriſmata.

teriæ oras regenerata carne obducet: de hinc reliquum curationis ſimplicium vulnerum modo abſoluatur. A

Partium internarum aneuriſmata incurabilia.
Hiſtoria.

Quæ in partibus internis contingunt aneuriſmata, ſunt incurabilia, qualia frequenter accidunt his, qui litus & ſudores ad curationem luis veneræ multoties pertulerunt, quod ſanguis attenuatus & nimium inde incaleſcens, adeoque incandeſcens, nec iam arteriæ conceptaculis contineri potis, ipſam in eam diſtendit amplitudinem, vt manum in pugnum complicatam capere poſſit. Quod ego animaduerti in cadauere Veſtiarii cuiſdam, qui ex Aneuriſmate arteriæ venoſæ, repente dum pila palmaria luderet, rupto vaſe corruit, diſſecto cadauere magnam ſanguinis copiam in thoracis capacitatem effuſam inueni, arteriæ vero corpus in eam, quam dixi, amplitudinem dilatatum, internamque ipſius tunicam oſſeam: quo ego nomine eius paulo poſt cum magna aſtantium admiratione copiam in Scholis Medicorum feci, dum cadauer publice diſſecarem: ille dum viueret micantium impetu arteriarum omnium pulſum, ingentemque toto corpore calorem percipere ſe dicebat: cuius rei occaſione ſæpe animo linquebatur. Dominus Syluius Regius tum Medicinæ profeſſor, interdixit illi vino, aquam coctam pro potu, & pro cibo lac preſſum, caſeoſque recentes eſſe, atque cataplaſmatis forma imponi dolenti & tumenti loco voluit: veſperi ptiſana ex farina hordei & ſemine papaueris vtebatur: clyſtere vero ex refrigerantibus & remollientibus, aut caſſia ſola per interualla purgabatur, quibus remediis multo melius B ſibi eſſe dicebat.

Qui per aneuriſmata in oſſeam duritiem arteria degenerat.

Cauſa oſſeæ eiuſmodi arteriarum per aneuriſmata conſtitutionis eſt, quod ſanguis calidus & feruens primo tunicarum arteriæ facit dilatationem, inde ruptionem. Quod cum contigerit, mutuatur tum ex corporibus vicinis materiam idoneam, qua ſolutam ſui vnitatem reſtauret. Hæc materia dum ſenſim reſiccatur, & induratur, in cartilagineam, vel etiam oſſeam ſubſtantiam degenerat, earundem plane cauſarum materialium & efficientium vi, qua in renibus & veſica calculi generantur: ſanguinis enim portio magis terreſtris deſiccatur & denſatur, vi caloris contra naturam in parte aneuriſmate obſeſſa exiſtentis, quo fit, vt ad arteriæ dilatatæ & ruptæ ſubſtantiam addita in oſſeæ conſiſtentiæ corpus abeat. In quo naturæ Dei miniſtræ elucet ſingularis prouidentia, vt quæ nouo velut aggere comparato & oppoſito, furentis ſanguinis ſpirituum vitalium copia turgentis, impetus retardare velit, niſi quis malit eius duritiei cauſam referre ad continuam medicamentorum refrigerantium & adſtringentium, quibus denſandi & indurandi vis ineſt, appoſitionem: vt non omnino obſcure licet colligere ex Galeni ſcriptis.

Lib. 4. ca. VI. de praſ. ex pulſ.
Cautio circa dignotionẽ aneuriſmatũ.

Cæterum ne falleris ſignis ſupra commemoratis: nam nonnunquam in inſignibus Aneuriſmatis nec pulſum vllum percipere licet, nec digitorum appreſſione ſanguinem in arteriam compellere, vel quia ſanguis eiuſmodi effuſi maior ſubeſt copia, quam quæ priſtinis arteriæ C conceptaculis coerceri poſſit, vel quia in thrombos coit & concreſcit, ex quo mox putreſcit ventilationis à corde beneficio deſtitutus: vnde dolor ingens, Gangræna & partis necroſis, animantis denique ipſius interitus.

FINIS LIBRI SEXTI.

D

A

DE TVMORIBVS CONTRA NATVRAM PARTICVLARIBVS.

B

LIBER SEPTIMVS.

PRAEFATIO.

*Q*VIA *morborum curatio varianda venit pro varietate temperamenti, non uniuerſi modo corporis, ſed & ſingularum eius partium, in conſiderationem vocatis ipſarum viribus, figura, forma, ſitu & ſenſibilitate: operapretium videor facturus, ſi tumorum generali præmiſſa tractatione, de illis nunc in ſpecie egero, qui ſingulas corporis partes occupant, ab his initio ducto, qui in caput inuadunt. Tumor igitur vel totum caput adoritur, vel eius tantum aliquam particulam, vt oculos, aures, nares, gingiuas & ſimiles. Eorum igitur, qui totum caput occupant tumorum exempla ſunto Hydrocephalos & Phyſocephalos.* *Partium varietas facit remediorum varietatem.*

C

De Hydrocephalo, ſeu tumore aquoſo, qui infantium caput ſolet inuadere.

CAP. I.

HYdrocephalon capitis velut Hydropen Græci vocant, ab humore aquoſo: infantibus recens natis fere peculiare malum. *Quid hydrocephalus.* Cauſam habet externam, violentam capitis obſtetricia manu, vel aliunde in ipſo enixu compreſſionem, lapſum, contuſionem & ſimilia. *Cauſa.* Hinc enim venæ vel arteriæ ruptio, ſanguiniſque foras ſub cutem effuſio: qui dum corrumpitur, ſeroſus adhuc in aquoſum quid degenerat. Sed & cauſam internam habet, ſeroſi vel acris ſanguinis copiam, tenuitate ſua & feruore per vaſorum poros, alias inter cutem capitis muſculoſam & pericranium, alias inter pericranium & cranium, alias inter cranium & craſſam meningem, alias in cerebri ventriculos exudantis. *Differentia a loco.* Signa eius in cutis muſculoſæ pericranio ſubtenſæ ſpatium effuſi, ſunt tumor aſpectabilis, indolens, mollis, & ad digitorum impreſſionem facile reciprocus. *Signa.* Eiuſdem vero inter pericranium & cranium reſtitantis ſigna fere ea[illegible]erunt, niſi quod paulo durior eſt tumor, nec ob interiectas particulas adeo ad digitum ſequax, & [illegible]rea doloris ſenſus aliquis ſubeſt. At cum in eo ſpatio, quod cranio & craſſæ

D meningi interiacet, aut in cerebri ventriculis, vel tota ipſius ſubſtantia deliteſcit, ſenſuum, vt viſus & auditus, adeſt hebetudo: tumor non cedit tactui, niſi valida admodum fuerit impreſſio, tum enim ſubſidet, in infantibus præſertim recens natis, quibus cranium fere cereum eſt, & ſuturarū compages laxa, tum natura ipſa, tum ex euentu, ob humorem ſubiectum vicina omnia corpuſcula madefacientem & relaxantem: cranium altius attollit contentus hic humor, qua præſertim parte ſuturæ coeunt, quod vel ex eo licet cognoſcere, quod preſſo tumore, humor in cerebri refugit penetralia. Denique dolor vrget acrior, totum caput tumidius eſt, frons in exteriora proiectior eſt, oculus fixus eſt & immobilis, idemq; lachrymoſus ab exudante è cerebro ſeroſo humore. Scribit Veſalius, viſam à ſe puellam bimulam, cui ex hoc tumore caput craſſius erat quouis virili capite, craniumq; non oſſeum, ſed membranoſum, quale ſolet eſſe abortiuo fœtui, effuſamque inde aquam nouem librarum pondere. *Hiſtoria.* Narrat Albucaſis, viſum ſibi puerum, cui caput in dies ob aquoſum humorem contentum grandeſceret, tandemque in tantum tumorem ſublatum, vt ipſum nec ſtans, nec ſedens ceruice ſuſtinere poſſet, adeo vt paucis poſt diebus interierit. Memini, me quatuor pueros hoc morbo laborantes animaduertiſſe & curaſſe, quorum vni poſt mortem diſſecto, non erat cerebrum amplius pila palmaria. Cæterum ex tumore & humore

E intus ſub cranio contento, neminem conualuiſſe vidi: at ab externo tumore facile ſaneſcunt. Ergo ſiue ſub pericranio, ſiue ſub cute capitis muſculoſa lateat humor, reſoluentibus primo oppugnandus eſt. Quod ſi ſic expugnari nequeat, facienda eſt inciſio, temporum vitato muſculo, indeque exprimendus humor omnis, ſiue is carnium recens mactatarum loturam, ſiue nigricantem ſanguinem, ſiue ſanguinis thrombos, cum nempe tumori occaſionem dedit contuſio, referat: hinc vulnus lino carpto ſicco [illegible]endum, conduplicatis pannis contegendum, ac denique decenti ligatura vinciendum.

 A

De Polypo. Cap. II.

Polypus quid. Ratio & nominis. Lib. 6. ca. 8

POlypus *naſi tumor eſt contra naturam, ab oſſe ethmoide fere ortus.* Id nominis habet, quod Polypi marini pedem figura & carnem conſiſtentia referat. Nares obſtruit tumor hic, loquendi, ſpirandi, & mungendi libertatem intercipiens. Polypus Celſo caruncula eſt modo alba, modo ſubrubra, quæ narium oſſi inhæret, & modo ad labra pendens nares implet, modo retro per id foramen, quo ſpiritus à naribus ad fauces deſcendit, adeo increſcit, vti poſt vuam conſpici poſſit, ſtrangulatque ſæpe hominem intercepta inſpiratione & expiratione. Quinque ſunt eius ſpecies: prima, membrana eſt mollis, longa & tenuis relaxatæ & depreſſæ vuluæ ſimilis, à media narium cartilagine pendula, humore pituitoſo &

Differentia & ſpecies.

1. viſcido referta; hæc è naribus expirando prominet, inſpirando autem retracta latet, quaſſam vocem
2. efficit & inter dormiendum ſtertorem. Secunda, caro dura eſt, ex ſanguine melancholico citra adu-
3. ſtionem nata, quæ nares obſtruendo eam, quæ fit illa parte, reſpirationem intercipit. Tertia, caro eſt
4. ex cartilagine prominens, teres, mollis ſanguinis pituitoſi ſoboles. Quarta, tumor eſt durus, carni ſimilis, qui cum tangitur, ſonum ex ſeſe lapidis inſtar remittit: gignitur ex ſanguine melancholico
5. reſiccato, ſcyrrhi confirmati & indolentis naturam redolente. Quinta, ex cancroſis multis vlcuſculis velut coagmentata eſt per tranſuerſam cartilaginis ſuperficiem ſparſis. B

Qui polypi chirurgiam non patiantur.

Omnium eiuſmodi Polyporum alii non vlcerati ſunt, alii vlcerati, qui ſaniem ex ſe fœtidam & graueolentem remittunt. Non ſunt attingendi manu illi, qui doloroſi ſunt, qui duri, qui renitentes, quiq; liuido ſeu plumbeo viſuntur colore, quod Cancri naturam redoleant, vt in quem ſæpe degenerent: ratione tamen doloris, qui premit acrius, vti licebit anodynis antea in Cancro deſcriptis, cuiuſmodi eſt hoc.

Anodynum

℞ olei de vitel. ouo. ℥ ij. lythargyr. auri, & tuthiæ præp. an. ℥ j. ſucci plant. & ſolani an. ℥ j. ß. lapid. hæmat. & camphor. an. ʒ. ß. agitentur ſimul longo tempore in mortario plumbo, fiat medicamentum in nares demittendum. Qui molles ſunt, laxi & indolentes, curationem nonnunquam admittunt, reuulſi ferro ad id opus cõparato, vel conſumpti actualibus cauteriis per fiſtulam inditis, ne ſanas partes contingant; vel potentialibus, vt ægyptiaco ex omnium ſimplicium æquis ponderibus conſtito, cum calcantho, cui vis ineſt eiuſmodi carnis abſumendæ. Eadem vis ineſt aquæ forti Chymiſtarum, & oleo vitrioli. Hæc enim Polypum radicitus eximunt; nam ſi quid eius reſtet, reuertitur. Cæterum cauteria acriaque medicamenta in nares hac cautione adhibita demittantur, vt frigida interim, repellentia & adſtringentia naſo & circũſtantibus partibus, ad ſedandum dolorem & prohibendam inflammationem apponantur. Cuiuſmodi ſunt vnguentum de bolo, nutritum, oui albumen cum roſaceo agitatum, & pleraque eius generis alia. C

Polypus cur radicitus euellendus.

De Parotidibus. Cap. III.

Parotis quid. Differentia. Signa & ſymptomata horumq; cauſa.

PArotis *tumor eſt contra naturam, glandulas occupans, & partes eas, quæ pone & circum aures ſita, cerebri emunctoria dicuntur.* Hæ enim quia laxæ ſunt & raræ, opportunæ ſunt excipiendis eius excrementis. Ex his aliæ ſunt criticæ, morbi materia mitificata eo naturæ impetu depulſa. Aliæ ſymptomaticæ, cerebri excrementis, copia vel qualitate auctis, eo ſua ſponte irruentibus. Coniunctam ſæpe habent eiuſmodi abſceſſus ingentem inflammationem, quod humor ille, qui abſceſſit mordicans qualitate magis in vitio ſit, quam copia. Sed & dolorem ſæpe excitant acrem, propter diſtentionem partium exquiſitiſſimo ſenſu præditarum, tum ratione nerui quintæ coniugationis per eas partes expanſi, tum ratione vicinarum cerebri membranarum, quo fit, vt cephalalgia ægrum exerceat, [illegible] ies vniuerſa tumeat. Quanquam non raro ab humore lento, viſcido & craſſo id tumoris genus e[illegible] ſolet. Iuuenes affectus hic grauius exercet, quam ſenes: fere febrem inuehit & vigilias. Curatu contumax eſt, cum præſertim fit ab humore craſſo, lento & viſcido eo per criſes depoſito. D

Prognoſis. Curatio.

Curatio perficietur diæta, quæ humoris qualitati in ciborum qualitate & conſiſtentia contrarietur. Si ingens ſubſit inflammatio & robur, qui ſanguinis copiam indicet, ſanguinis miſſio erit vtilis, imo neceſſaria. Topicorum vero adhibendorum non debet hic ſimile eſſe iudicium, quod in reliquis tumoribus, vt Galenus monet: nempe initio non eſt locus repercutientibus, ſi præſertim criticus fuerit abſceſſus: ſic enim naturæ conatus ſeſe morbifica materia impetu expedičtis in eas partes, infrigeremus aut retardaremus. Multo vero minus repellẽdum eſt, ſi materia, quæ eo defluit, ſit venenata, inde enim eius funeſtus contingeret recurſus ad partes nobiles. Quare Chirurgus naturæ potius dabit operam in attrahendo & proliciendo humore illo. Quanquam ſi adeo immanis fuerit fluxio, ſi dolor adeo acris, vt inde metus ſit vigiliarum & febris, quæ vires proſternerent, ex vſu futurum cenſet Galenus, reſoluentibus multis, nonnihil admiſcere repellentium. Quare initio eiuſmodi imponetur cataplaſma.

Lib. 3. de cõ. med. ſecundum locos. cap. 2. Hipp. aph. 21. lib. 1.

Loco cit. lib. de com. med.

Blande reſoluentia.

℞ far. hord. & ſem. lin. an. ℥ ij. coquantur cum mulſa, aut decocto cham. addendo but. recen. & olei cham. an. ℥ j. fiat cataplaſma. Vtilis erit & qui ſequitur litus. E

℞. but. rec. ℥ ij. olei cham. & lilior. an. ℥ j vnguen. de alth. ℥ ß. ceræ parum, fiat linimentum cum lana ſuccida. Dolore miteſcente, ex vſu erunt diſcutientia & reſoluentia paulo validiora: vt,

Validius reſoluentia.

℞. rad. alth. & bryon. an. ℥ ij. fol. rutæ, pulег. orig. an. m. j. flo. chamæm. melil. an. p. j. coquantur in hydromelite, piſtentur, trancientur, addendo far. fœnug. orob. an. ℥ j. puluer. ireos, chamæ. melil. an. ℥ ij. olei aneth. rutac. an. ℥ j. fiat cataplaſma. Quod ſi amplius reſoluere fuerit conſilium, vti poteris emplaſtro oxycroceo, & de meliloto. Si concreſcat illic & induretur humor, conuertes te ad ea medicamenta, q[illegible] *nte de ſcyrrho* fuere præſcripta. Quod ſi ad ſuppurationem tendat, ſequens appones medicamentum

℞. rad.

A *℞. rad. lilio. & cepar. ſub cineribus coctarum. an. ℥ iij. vitel. ou. num. ij. axungia ſuilla, & vnguen. baſilico. an. ℥j. far. ſem. lin. ℥j. ß. fiat cataplaſma.* Quod ſi ita res poſtulet, reſcindetur tumor ea, quam ante præſcripſimus, arte. *Maturãtia.*

De Epulide, ſiue Gingiuarum hyperſarcoſi. CAP. IV.

EPulis *carnea eſt excreſcentia gingiuarum inter dentes*, quæ ſenſim ſæpe ad oui augetur magnitudinem, adeo vt & loquendi & mandendi adimat facultatem: ſaniem ſaliuoſam & fœtidam effundit, ac nõ raro in cancrum degenerat, quod ex caloris, doloris, & aliorum accidentium proprietate intelligere licebit: tum enim ipſam manu attingere nefas. At quæ ægrum dolore non excruciat, reuelli poterit: reuulſionis is erit modus. Filo duplici vincietur, & vincta conſtringetur quouſque decidat: vbi deciderit, locus inurẽdus cauſtico fiſtula incluſo, vel aqua forti, vel oleo de vitriolo, ea induſtria, vt ne vicinę partes ſanæ contingantur, alioqui ſi non inuſſeris, reuerti ſolet. *Epulis quid.* *Symptomata.*

Eius generis tumores, ſæpe ea arte amputaui tam amplos, vt non contemnenda magnitudine ex ore prominerent cum ingenti faciei turpitudine: hos cum nulli Chirurgi auderent attingere, quod liuida carne apparerent, tentaui tamen, quod indolentes eſſent, & reuulſione atque vſtione ad perfectã
B ſanationem perduxi: non quidem ſimul & ſemel, nam etſi à ſectione locum inurerem, repullulabant nihilominus, quod oſſis & alueoli portio quædam, in qua dentes defixi ſtant, carie correpta eſſet. Sæpe animaduerti eiuſmodi carnem in cartilagineam & oſſeam ſubſtantiam vetuſtate induruiſſe. Itaq; quam celerrime fieri poterit, aggredienda curatio: nam adhuc exilis, nec altis firmata radicibus, facilius reuellitur, humore viſcido tum ſolum referta, qui ſucceſſu induratur, & difficilem reddit reuulſionem. *Curatio chirurgica.* *Cur nõ differenda reuulſio.*


De Ranula. CAP. V.

TVmor ſæpe ſub lingua exiſtit, qui prolationis ſeu loquelæ adimit libertatem, ex quo Batrachium Græcis dicitur, Latinis Ranula, quod hoc linguæ vitio correpti, coaxando magis, quam eloquendo ſenſa mentis enuntiare videantur. Fit ex frigidæ, humidæ, craſſæ, lentæ & viſcidæ, pituitoſæque materiæ è cerebro in linguam prolapſu, colore & conſiſtentia oui albumen referentis: etſi nonnunquam colore citreo conſpiciatur. *Rei & nominis ratio.* *Cauſa.*

Curationem vt tuto perficias, eum tumorem ignito ferro potius, quam ſcalpello aperies, alias enim reuertitur. Ratio apertionis erit eiuſmodi. Laminam ferream incuruam, concameratã & foramine
C in ſui medio peruiam comparabis, eamque diducto ægri ore tumori ita aptabis, vt eius ei parti, qua aperiendus eſt, foramen reſpondeat. Hac candente ferro pertundes, ſic enim nullam oris partem, quæ ſana ſit, violabis: inuſturus vero, appreſſo ſub mento pollice, tumorem altius proferes, quo ſit certior ictus: apertione facta contentam materiam effundes, os ægro collues hordei decocto, melle & ſaccharo roſato: ſic enim tuto & cito vlcus ſanabitur. *Curatio chirurgica.*

Lamina ferrea & cauterii actualis vncinati typus.

D



De Glandularum, Pariſthmiarum, ſeu Amygdalarum tumore. CAP. VI.

AD fauces iuxta radices linguæ, natura duas oppoſitas appoſuit glandulas, figura & magnitudine amygdalinas, ex quo & nomen ipſis inditum: earum munus eſt ſaliuam è cerebro ſtillantem excipere, tum ne ille humoris vehementior lapſus linguæ in loquendo officeret, tum vt reconditum velut in penu humorem ſemper lingua haberet, ne aſſidue loquendo inareſcens rabeſceret. Sic enim per febriles ardores ſaliua illa conſumpta, fandi impotentes fiunt ægri, niſi prius multa oris collutione
E linguam madefecerint: glandulæ illæ, quia loco concluduntur calido & humido, ſunt inflammationi valde obnoxiæ, in has vna cum ſanguine ſæpe multus humor confluit pituitoſus, crudus & viſcoſus, vnde tumor: cuius occaſio non raro eſt ex multi & fumoſi meri potione, ex nimia ingluuie & mora ſub dio. Laborioſa & moleſta ægris eſt deglutitio, fereque febris adeſt. Sæpe adeo tument vna cum his glãdulis laryngis, circumſtantes ceruicis muſculi, vt (quod in angina fieri ſolet) via ſpiritui & aeri præcluſa, ſtranguletur æger. *Pariſthmia cur amygdala dicta.* *Earum vſus* *Cauſa tumorum amygdalinarum glandularum.* *Symptomata.*

Imminenti illi obuiã ibimus periculo, purgatione & phlebotomia, cucurbitularum ad ceruicẽ & ſcapulas appoſitione, extremorum frictionibus, ligaturis, & collutione ex gargariſmatis aſtringentib. Quod ſi ſuppuratũ concipiant, ſcalpello via erit puri aperienda: ſin contra his ex arte peractis, augeatur *Curatio.* *Extremum extremo morbo remedium.*

ſluxio, mortiſque præſens adſit diſcrimen, reſpiratione intercepta, ad præſentis & tanti periculi declinationem, ferro aperienda eſt ſumma aſpera arteria, qua maxime parte foras proiecta prominere ſolet, idque eo fit tutius, quod hinc iugulares venæ & arteriæ abſunt longius: quodque ſere ex carnis ſit pars eiuſmodi: atque quo commodius fiat inciſio, iubebitur æger capite eſſe in poſticum reclinato, quo magis ferro pateat arteria: tum eius in tranſuerſum ſcalpello incutio inter duos annulos (vitata penitus & inuiolata ſubſtantia cartilaginea) fiet inciſio, ſola nempe, quæ cartilagineos concatenat annulos, membrana vulnerata: tum vero quantum ſatis eſſe debet exciſum videbitur, cum primum ſpiritus per plagā percipietur eruptio: plaga tamdiu recluſa tenebitur, quoad ſuffocationis præterierit periculum: tum enim demum conſuenda erit intacta cartilagine. Quod ſi dura & calloſa ipſius labra extiterint, leniter ſcarificanda erunt, quo refricatum vulnus cruentetur ad faciliorem agglutinationem & vnionem, vt in fiſſorum labrorum curatione fuſius exponemus. Multos curaui, qui conualuere, quibus ingenti vulnere vna cum cartilagineis orbiculis arteria aſpera pertuſa erat, vt notabimus, cum ad vulnerum eius partis curationem venerimus. A

Qua ratione aperienda aſpera arteria.

De Vua ſeu Columella inflammatione & relaxatione. CAP. VII. B

Quid gargareon & quem vſum habeat.

Cauſa tumentis gargareonis.


Symptomata.

Curatio.

Chirurgica curatio.

VVa *corpus eſt exiguum, ſpongioſum, & ad mali pinei formam acuminatum*, ad perpendiculum ex ſummo & intimo palato pendulum, vt aeris inſpirati & in pulmones allecti, impetum infringeret, ac tanquam plectrum vocem efformaret & modularetur. Sæpe excepto ex cerebro liquore ſtillatitio ſupra modum increſcit, ex baſi latiore & tumentiore, corporeque productiore ſenſim faſtigiatum. Quæ res multorum ſymptomatum conſecutionem infert: nam ab aſſidua ſtillantis humoris irritatione, tuſſis excitatur, quæ & ſomnum adimit, & orationis libertatem intercipit: ſed & reſpiratione impedita niſi ore aperto ægri ſomnum capere nequeunt, boli tanquam in faucibus hærentis, fruſtraneo deglutiendi conatu exercentur, & à ſtrangulatu periclitantur. Id mali genus catharſi, phlebotomia, encurbitulis, clyſtere, adſtringente gargariſmate, diætaq; oppugnari debet: quod ſi ſic expugnari nequeat, pyrotico ex aqua forti tentanda curatio, quæ non raro mihi fœliciter ſucceſſit. Sed ſi ne ſic quidem perfici poſſit, manum admouere ſatius erit, quam per ſocordiam ſtrangulationis præſenti & lethali periculo, ægrum permittere: eſt tamen adhibenda in eo incœpto magna cautio: non enim columellam, quæ in exactum orbem tumet, quæ vel flammeo vel atro ſanguine cancrorum more turget, ſibi vel ferro, vel pyrotico contingendam putabit Medicus: at audacter manum admouebit, ſi oblonga ſit, & ſenſim gracileſcendo in acutum turbinem laxum, mollemque exeat: ſi neque intenſius rubeat, neq; nimio ſanguine tenſa turgeat, ſed ſubalbida ſit & indolens. Ergo vt eius, quod ſuperfluit, facilius, tutiuſq; amputes, ægrum luminoſo in loco ſedere iubebis, vtque hianti ſit ore, procurabis: Volſella vuæ mucronem comprehendes, eiuſque quantum inutile infra volſellam erit, præcides. Alias infra deſcripto inſtrumento id religabis: eius inſtrumenti inuentio accepta ferenda eſt Honorato Caſtellano homini ſolerti & docto, Regis ordinario Medico, & Reginæ matris primario: cuius etiam vſus eſſe poterit in Polypis & Vuluæ verrucis conſtringendis. C

Annuli conſtrictorii Columellæ ploxis funiculorum colligationibus conſtringendæ apti Typus.



A. *Annulum monſtrat, cuius poſtica pars nonnihil eſt excauata.*


B. *Filum duplex & ceratum, quod in annuli cauitatem inſeritur, & nodo ſequaci ſeu laxo ſtringitur.* D

C. *Virgulam ferream, in quam deſcriptum filum duplex init, conuenitque, tum ad conſtringendum cum relaxata columella tantum fuerit comprehenſum, quantum inutile eſt, & amputandum ſine vllo hæmorrhagiæ metu. Cum vero filum conſtringendum erit, ipſum iterum per virgulam ferream ducetur, atque pro arbitrio conſtringetur, ipſius capite ſeu extremo ex ore prominente & pendulo. Cæterum arctius ſingulis diebus ſtringendum, donec inutilis portio conſtrictionis vi deciderit: ſicque parte laboranti & ægro ſanitas reſtituta fuerit. Eiuſmodi inſtrumentorum tres tibi typos excudendos curaui, vt quo volueris, pro re nata vti poſſis.*

E

Figura


A *Figura ſpeculorum oris, quibus os hians & patulum eſſe cogitur, dum ſectioni, conſtrictionique operam nauat Chirurgus.*



B

Quod ſi ad vuæ hanc relaxationem vlcus depaſcens adiunctum fuerit cum hæmorrhagia, tum inurenda veniet & tabefacienda igne infeneſtratum tubulum, ea arte inſerto, vt ad nullam oris ſanam partem iniuria peruenire poſſit.

Tubulus feneſtratus cum inſerto immiſſoque ignito ſcapo.



C

De Angina. CAP. VIII.

ANgina *faucium tumor eſt, qui ambientem aerem ingreſſu in aſperam arteriam & fuliginem, ſpiritumque exitu,* *Quid angina.*
cibum quoque deglutione prohibet. Tres eius differentiæ. Prima ingenti dolore ægrum excruciat, nullo
extrinſecus apparente tumore, quod humor morbificus pone geminas amygdalinas glandulas lateat *Differentia.*
ad colli vertebras: itaque niſi lingua ſpatula vel oris ſpeculo appreſſa percipi nequit: tum enim de- *Prima ſpecies anginæ.*
liteſcentem illic ruborem, & tumorem licet intueri. Æger non ſpiritum ducere, non cibum, po- *Symptomata.*
tionemve deuorare poteſt: lingua illi venatico velut cani exerta prominet, os hiat, quo ſpiritum faci-
lius ducat: vox denique in faucibus & naribus eliſa infuſcatur: non ſupinus iacere æger poteſt, ſed iacens
ſedere cogitur, quo liberius ſpiret præcluſa via: potus per nares reſilit: flammei ſunt & tumentes oculi
D atque extra orbitam proiecti. Qui ſic ægrotant, repente ſæpe ſuffocantur, ſpuma circa os proſiliente. Se-
cunda differentia ea eſſe dicitur, in qua tumor intrinſecus apparet, minime vero vel minimum extrin- *Secunda anginæ ſpecies.*
ſecus: lingua, glandulæ, maxillæque ſubtumidæ cernuntur. Tertia minime omnium periculoſa tumo-
rem ingentem extrinſecus profert, intrinſecus autem exiguum. Cauſæ vel internæ ſunt vel externæ. *Tertia.*
Externæ quidem ſunt ictus, ariſtæ, ſimiliſve rei ad fauces adhæſus frigoris pruinoſi, vel caloris æſtuantis
exceſſus. Internæ ſunt humorum vel à toto corpore, vel à cerebro copioſior influxus, qui vel ſanguinis, *Cauſa.*
vel bilis, vel pituitæ naturam redoleant, raro autem melancholici humoris. Signa, quibus humoris ſpe-
cies, confuſioq; dignoſceretur, fuere in tumorem generali tractatione expoſita. Quo minus intus, foriſ-
que apparet tumor, eo angina periculoſior. Minus periculoſa illa eſt, quæ tumore ſe prodit extrinſeco,
quod talis nec cibi nec ſpiritus vias præcludat. Ab angina nonnulli intra duodecim horas, alii intra *Hipp ſect. 3. prognoſt.*
duos, quatuor, vel ſeptem dies moriuntur. *Qui anginam euadunt*, ait Hippocrates, *iis ad pulmonem malum*
tranſit, & intra ſeptem dies moriuntur: ſi vero hos dies euaſerint, ſuppurantur: ſed & ſæpe deliteſcentia termina- *Aph. 10. ſec. 5*
tur id mali genus, id eſt, humoris obſcuro in partem nobilem reflexu, vt in pulmones & pectus (vnde
Empyema) aliaſque partes principes, quarum læſio mortem infert ineuitabilem: nonnunquam reſolu-
tione; alias ſuppuratione. Reſolutionis optabilior eſt via: fit autẽ cum materia pauca ſubeſt, eaq; tenuis,
E ſi præſertim ſecta vena ſanguinem detraxerit Medicus, & idoneis gargariſmatis æger fuerit vſus. Cri- *Diæta.*
tica angina non raro lethalis viſitur, propter ingentem humoris in fauces decubitum, vnde repente
ſpirandi via præcluditur. Imperabuntur iuſcula ex gallinarum & vitulinæ carnis decocto, ſaporata *Angina morbus acutus.*
lactuca, portulaca, oxalide & ſeminibus frigidis. Si debilior fuerit æger oua illi ſorbilia in aqua ex-
hibebuntur: itemque quæ vocant expreſſa, hordeata, pruna cum paſſulis in aqua & ſaccharo elixa & alia
huius generis alimenta. Interdicetur vino, cuius loco hydromelite & hydroſacchara vtetur, itemque
ſyrupis roſarum ſiccarum, violaceo, acetoſo, de limonibus & aliis huius generis. Diuturniorem ſomnũ
fugiet. Interim vero intentum ad omnia Medicum eſſe oportet, quod hic morbus ex eorum ſit genere,

Curatio. qui nullas dant ægro inducias. Ergo ſtatim & qua parte tumor maior videtur, baſilica ſecabitur: mox ea- A
dem die ad materiæ coniunctæ vacuationem vena, quæ ſub lingua eſt, pertundetur. Cucurbitulæ alias
ſiccæ, alias cum ſcarificatu ceruici & ſcapulis affigentur; frictiones & dolorificæ extremitatum deliga-
turæ adhibebuntur. Deorſum vero parti impactus humor clyſtere, balano, & modulis acriorib. reuel-
letur. Dum fit fluxio, ſine mora os erit colluendum gargariſmatis adſtringentibus, ad humoris prohi-
bendum influxum, ne ſubito incurſu ægrum iuguler, vt ſæpe contingit eluſa omni Medici diligentia.
Gargariſmata repellentia. Frequentes ergo oris collutiones fient ex oxycrato, vel tali gargariſmate. *℞. pomor. ſylueſt. nu. iiij. ſumach.*
roſar. rub. an. m. ß. berber. ℥ ij. bulliant omnia cum aqua ſufficienti vſque ad conſumptionem medietatis, addendo
vini granat. acidorum ℥ iiij. diamor. ℥ ij. iterum bulliant modicum, fiat gargariſma, vt artis eſt. Poterunt & alia
gargariſmata fieri ex aquis plantag. ſolani, omphacio, iulepo roſato, & ſimilibus. Quod ſi fluxionis ma-
teria fuerit pituitoſa, tuto addi poterit alumen, malicorium, nux cupreſſi, & aceti tantillum. Contra
vero extrinſecus non ſunt admouenda repercutientia, ſed lenientia potius, quo relaxentur, rareſcantq;
partes externæ, ſicque humoris portioni vel diffundendæ vel reſoluendæ via ſit aperta. Reſolutum iri
humorem intelliges, ſi febris ægrum deſerat, ſi liberius deglutiat, loquatur, & reſpiret, ſi placide dor-
miat, & ſi dolor valde remiſſus fuerit. Tum itaque iuuandus naturæ conatus reſoluentium medica- B
Gargariſmata maturantia. mentorum appoſitione, aut etiam ſuppurantium intrinſecus extrinſecuſq; appoſitorum, ſi in pus verti
materia videatur. Fient itaque gargariſmata ex radice altheæ, ficubus, iuiubis, paſſulis damaſcenis, da-
ctylis in aqua elixis ad perfectam vſque coctionem. Par erit vtilitas gargariſmatis ex lacte vaccino cum
ſaccharo, ex oleo amygdalarum dulcium, vel violaceo tepidis, talia enim ſuppuratum promouent &
dolorem leniunt: ſuppurantia cataplaſmata extrinſecus ceruici & gulæ apponentur, inuoluenturque
partes hæ lana ſuccida liliorum oleo imbuta. Cum perfectam humoris in pus conuerſionem intelliget
Medicus, oris ſpeculo os ægri diducetur, curuoque ſeu falcato & longo ſcalpello aperietur abſceſſus,
Detergentia gargariſmata. hinc detergentibus gargariſmatis os ſubinde colluetur. *Vt ℞. aquæ hordei ℔. ß. mellis roſ. & ſyrupi roſar.*
ſiccarum an. ℥ j. fiat gargariſma. Erit & in hunc ſcopum idoneis œnomelitis vſus. Deterſo his artibus vl-
ceri cicatrix inducetur pauco alumine rochæ, ſuperioribus gargariſmatis addito.

Typus ſcalpelli, qui exertus manubrio ſuo prominet.


C


De Bronchocele. CAP. IX.

Nominis & ratio. QVod Galli, Goetram nominant, id Græci Bronchocelem, Latini vero Gutturis herniam. Etenim
gutturis tumor eſt rotundus, cuius materia intus foras prodiens, inter cutem & tracheam arteriam
concepta concluditur: mulieribus ex iiſdem cauſis oboritur, ex quib. Aneuriſma. Cæterum Broncho-
Differentia. celes nomen generale multas ſubit differentias, alias enim meliceridum, alias ſteatomatum, alias athe-
Curatio. romatum, alias aneuriſmatum naturam retinet, in quibuſdam carnea moles exigui doloris ſenſum in-
ferens inuenitur: quædam eiuſmodi affectionum exiguæ ſunt aliæ adeo magnæ, vt in totum ferme gut- D
tur expanſæ cernantur: quædã Cyſtim habent, aliæ nihil tale obtinent, omnes quotquot ſunt & quem
exitum habituræ ſint, propriis licet cognoſcere ſignis: quæ curabiles erunt, cauterio aperientur actuali
aut potentiali, vel ſcalpello. Hinc ſi fieri poſſit reuellentur confertim materiæ, ſi minus id poſſimus,
partitis viribus eximentur, & effundentur idoneis remediis: vlcus denique conſolidabitur & cicatrice
obducetur.

De Pleuritide. CAP. X.

Quid pleuritis. PLeuritis *inflammatio* eſt *membranæ coſtas ſuccingentis* à ſanguine tenui & bilioſo ſurſum magno impetu
ex vena caua in azygon, & inde in intercoſtales venas aſſiliente, tandemque in intercoſtalium mu-
ſculorum & ipſius membranæ ſpatia inania effuſo: eo loco concluſus ſi ſuppuratum concipit doloris
De pleuritidis in ſuppuratum mutatione. punctorii ſenſum, febrem & ſpirandi difficultatem ægro inuehere ſolet. Suppuratus ſanguis ille expu-
randum habet, alias per os ſuggentibus ipſum pulmonibus, & in aſperam arteriam, indeq; in os explo-
dentibus, alias per vrinas, alias per anum. Quod ſi natura imbecillior, purulentum ſanguinem in Tho-
racis ſpatium effuſum nequeat expectorare, in Empyema morbus tranſit: itaq; in ſubſidium aduocan-
dus venit Chirurgus, qui inferne ſurſum numerando, apertionem moliatur inter tertiam & quartam E
veras & legitimas coſtas. idque vel cauterio actuali, ſeu potentiali, vel nouacula ſuperne dorſum verſus
Demutatione in empyema. ducta, non autem inferne, ne violentur vaſa, quæ infra coſtam diſſeminantur. Tuto & facile perficietur
illa apertio actuali hoc cauterio: id quatuor foraminibus peruium eſt, quorum vnum ſuperius vel infe-
rius pro inciſionis depreſſione & modo, ſtylo traiicitur, tum eius mucro per ferri laminã media ſui parte
Ratio paracenteſis lateris in empyemate. foramine, etiam peruiam in deſignatum à Medico locum adigitur, ne forte titubans manus non attin-
gendas partes ignito ferro violet. Lamina eiuſmodi nonnihil incurua eſſe debet, quo lateri gibbo faci-
lius aptari poſſit, ſuiſque extremitatibus ex aduerſo latere quatuor loris vinciri. Eius ideo figuram hic
appingere placuit.

A *Cauterii actualis ad pleuritidem idonei cum ſua lamina Typus.*



B

Quod ſi corpore, thorace, & coſtis amplioribus, vaſtisque æger extiterit, licebit coſtas ipſas terebello diuidere & forare. Quomodocunque apertio facta fuerit, pus erit ſenſim & vicibus interpolatis effundendum: Thoracisque capacitas iniectione detergente ex *aqua hordei ℥ vj. & mellis roſ. ʒij.* aliisque ſimilibus in vulnerum curatione fuſe explicandis, purulenta eluuie eluenda. *De forandis coſtis.*

De Hydrope. CAP. XI.

HYdrops *tumor* eſt *contra naturam, ex aquoſi humoris, flatuum, aut pituitæ copia, alias in toto corporis habitu, alias in parte aliqua eaque præſertim alui capacitate, quæ peritonæo & inteſtinis interiacet, collecta.* Ex hac locorum & materierum diſtinctione variæ emergunt hydropum ſpecies. In primis enim, qui alui ſpatium illud replet hydrops, vel humidus eſt, vel ſiccus. Humidus Aſcites dicitur, ab vtris ſimilitudine, quod illa capacitate tanquam vtre aquoſus humor concludatur. Siccus vero Tympanites, quod venter flatu turgens, tympani modo tinniat. At cum vniuerſus corporis habitus humore turget pituitoſo, Anaſarca ſiue Leucophlegmatia nominatur. In vltima hac hydropis ſpecie tument primum infernæ partes, vt quæ ſitus vitio excipiendi fluxioni ſint magis obnoxiæ, & à fonte caloris natiui remotiores: itaque ſi comprimantur, impreſſum manet digiti veſtigium: turgidula ægro & pallida facies ſurgit, quo nomine à duabus aliis hydropum ſpeciebus diſtinguitur. In his enim primum venter, hinc quadam conſecutione crura & pedes intumeſcunt. Sunt præterea & particulares hydropes certorum locorum anguſtis terminis definiti, cuiuſmodi exiſtunt in capite Hydrocephalos: in gutture, Bronchocele: in pectore, Pleurocele: in ſcroto, Hydrocele, & ſic de reliquis. *Quid hydrops.* *Hydropum differentiæ.* C *Symptomata.*

Ab eadem tamen omnes cauſa naſcũtur, imbecillitate nempe vel impedimento facultatum alterantium & concoquentium, hepatis præſertim, quam ſcyrrhus, quam intemperiei magnæ genus omne inuexit, frigidæ præſertim, ſiue illa primario contigerit, ſiue ſucceſſione ad intemperiem calidam per caloris natiui & inſiti diſſipationem, cuiuſmodi hydrops eſt inſanabilis: ſiue ſympathia partis alterius ſupernæ vel infernæ venerit. Nam ſi in pulmonibus, diaphragmate, aut renibus intemperies, vitiumvè aliquod conceptum fuerit, id facile hepatis gibbis per venæ cauæ ramos qui eò pertingunt, communicatur. At ſi à liene, ventriculo, meſenterio, inteſtinis, ieiuno præſertim & ileo, malum venerit, in hepatis caua, per venas meſaraicas & alios venæ portæ ramos ſerpit. Sic enim aſthmatici, phthiſici, ſplenici, icterici, imo etiam phrenitici in hydropem incidunt. Omnes denique quibus ſanguis menſtruus aut hæmorrhoidalis præter conſuetudinem ſuppreſſus, vel immoderatius effuſus calorem natiuum vel obruit, vel imminuit, & extinxit: haud ſecus, quam ignis, vel nimia lignorum mole ſuffocatur, vel inopia marceſcit & extinguitur. Idem expectandum eſt ab alui aut veſicæ excrementis, vel ſuppreſſis, vel immoderatius effuſis: ex ciborum frigidorum & temere nulloque ordine ingeſtorum copia largiore: ab omni denique externarum cauſarum vitio, quarum occaſione error in victu, vel vitæ inſtituto contingere poteſt. *Cauſa hydropum.* D *Cur pleriq; morbi in hydropem mutentur.*

Aſcites à duabus aliis hydropum ſpeciebus diſtinguitur, tum cauſæ efficientis magnitudine, tum ſymptomatum, vt deiectę appetentiæ, ſitis & tumoris abdominis vehementia. Sed & commoto corpore vel in alterutrum latus inclinato, fluctuantis in vaſe ſemipleno velut aquæ ſonus exauditur. Deniq; pro corporis conuerſione, & abdominis compreſſione humor varie ſurſum, aut deorſum impellitur, atque partium, ad quas appellit, compreſſione, varia ſymptomata excitat. Diaphragmatis enim compreſſione Dyſpnoeam & Tuſſim: in thoracis capacitatem exudatione ſimilia Empyemati ſymptomata excitat. Sed & ſæpe ęgri aquoſi humoris illo veluti Eurypo, alias in cœlum rapi, alias in aquam demergi ſibi videntur, quod ego nullius ſcriptoris lectione, ſed ipſorum ægrorum narratione didici. Si vero aquoſi illi humores ad infernas partes deuoluantur, meatuum compreſſione & anguſtia inteſtinorum & veſicæ, excrementa ſupprimunt. Ægro reſupinato, tumor minor apparet, quia hac atque illac diffunditur: ſtante contra vel ſedente, maior cernitur, quod totus humor in aluum ſeu imum ventrẽ cogitur & compellitur: vnde & pondus in pectine percipitur. Partes corporis ſupernæ marceſcunt ſanguinis qualitate & conſiſtentia ad alendum idonei defectu: at infernæ intumeſcunt ſeroſi & aquoſi humoris ad illas influxu. Pulſus paruus eſt, celer & durus cum tenſione. *Signa aſcitis.* E *Symptomata.*

Morbus hic de Chronicorum eſt genere: itaq; vix vel nunquam ſanatur, in his præſertim, quibus A
ab aluo materno malum eſt congenitum, quibus eſt ventriculi deprauata actio, cachecticis, ſenibus, o-
Prognoſis. mnibus denique, quibus facultas naturalis languet, & in vitio eſt. Contra iuuenes & robuſti homines,
ſi præſertim febris expertes fuerint, omnes denique qui laborem & ea exercitia ferre poſſunt, quæ ſunt
huic morbo curando idonea, facile conualeſcunt, ſi maxime, antequam collecta aqua computruerit,
& ſua contagine viſcera infecerit, Medicum adiuerint.


De cura Hydropis. CAP. XII.

CVrationis initium a leuioribus & mitioribus remediis eſt ducendum: nec niſi his præmiſſis & ten-
tatis, ad paracenteſim veniendum. Medici igitur partes erunt, deſiccantem diætam & aquas du-
Lib. 4. de vict. acut. & lib. de intern. centia medicamenta, tum per anum, tum per veſicam, deſcribere. Certe Hippocrates hunc puluerem,
Hydropicis imperat. *℞. canthar. ablatis capitibus & alis ℥ ß. comburentur in furno & fiat puluis,* de quo grana
duo in vino albo propinentur, hoc enim & ſimilibus remediis natura adiuta, non raro hydropem ſa-
Diureticum naſſe viſa eſt. Sed quo ſanationem acceleremus, proderit partis natiuum calorem excitare, eorum me- B
Sacculi. dicamentorum appoſitione, quibus diſcutiēdi vis inſit, ſacculis nempe, balneis, litibus, & emplaſtris.
Balnea. Sacculi fient ex macris furfuribus, auena, ſale, ſulphure calidis, vel horum defectu ex arena & cineribus
ſæpius calefactis. Efficaciora balnea ſunt aquæ natura ſalſæ, nitroſæ & ſulphureæ, vel arte, id eſt, ſale ni-
tro & ſulphure liquatis præparatæ: quibus ſi addentur rutæ, maioranæ & fœniculi folia, floreſq; anethi
Litus. ſtæchados & ſimilium, res melius ſuccedet. Litus fient ex oleis rutaceo, anethino, laurino, & ſcillitico,
in quibus nonnihil euphorbii, pyretri, aut piperis bullierit: fiet emplaſtrum ex thure, myrrha, There-
binthina, coſto, baccis lauri, Cypero, melle, ſtercoribus bubulo, columbino, caprino, equino, & ſimi-
Emplaſtra. libus, quæ etiam per ſe imponi poterunt. Si malum perſeueret, ad ſynapiſmos & phœniginos tranſeun-
dum, id eſt, ad rubrificantia & veſicatoria medicamenta: excitatæ veſicæ erunt relinquendæ, vt ſic ſen-
Veſicatoria. ſim euſque aqua effluat, quoad humor omnis exhauſtus fuerit, & æger ſanitati reſtitutus. Galenus
ſcribit agricolas in Aſia cum triticum ex agro in oppidum in Carris comportant, vbi ſuffurari aliquid
Lib. de facu natur. 1. volunt, nec tamen deprehendi, fictilia quædam aquæ impleta in medium triticum condere: id enim
in ſe per fictilia humorem trahere, tum molem ſibi pondusque adiicere. Hoc cum pragmatici quidam
Medici legiſſent, arbitrati ſunt tritico vim ineſſe attrahendarum aquarum: ſic vt ſi quis hydrope labo- C
Variæ de paracenteſi opiniones. rantem in tritici aceruum defoderet, futurum, vt humor vniuerſus abſumatur. Certe ſi his remediis
nihil Medicus profecerit, ad ſummum exquiſite remedium, id eſt, ad paracenteſim veniendum, de qua
quia veterum Medicorum variæ fuere ſententiæ, illas in medium adducemus & explicabimus. Qui er-
go paracenteſim improbant, pernicioſam illam eſſe, tribus rationibus concludunt. Prima eſt quod a-
quam concluſam effundendo vna & ſpirituum, adeoq; facultatum naturalium, vitalium & animaliū
Contra paracenteſim rationes. diſſipationem & exolutionem facit. Altera quod hepar ſublato aquæ, cui ante innatabat, velut fulcro,
pendulum dehinc pondere ſuo diaphragma, totumque thoracem deprimat, & deorſum trahat, vnde
tuſſis ſicca & diſpnoea. Tertia, quod peritonæi ſubſtantia, vtpote neruoſa, haud citra periculum pun-
gi aut incidi poſſit, nec puncta aut inciſa facile agglutinari & vniri ob ſpermaticam & exanguem natu-
Eraſiſtrati rationes contra paracenteſim. ram. His rationibus adductus Eraſiſtratus, paracenteſim vt exitioſam damnabat: inutilem vero & ipſam
eſſe ſequentibus rationibus ſuadebat: nempe quod aqua effuſa non vna ſecum effundit & tollit hy-
dropis cauſam, hepatis nempe intemperiem, & duritiem, aliorumque viſcerum, quo fit, vt nouis aquis
ſuſcitatis, promptus ſit in hydropem relapſus. Deinde febris, ſitis, intemperieſq; viſceris calida & ſicca,
quæ concluſæ aquæ contactu mitigabantur, eiuſdem effuſæ abſentia exaggerātur: quæ res Auicennam, D
Gordoniumque mouiſſe videtur, vt hic nullos, ille admodum paucos à paracenteſi ſuperſtites fuiſſe
Pro paracenteſi rationes. diceret. Sed facilis omnium eiuſmodi rationum refutatio eſt. Quod enim ad primam attinet, Galenus
diſſipatorum ſpirituum & exolutarum facultatum noxam illam in paracenteſim minus diligenter &
artificioſe celebratam confert: nempe qua confertim aqua effunditur. Et profecto ſi illa ratio ponde-
ris aliquid obtinet, procul a ſalutarium remediorum numero, remouenda videri debebit phleboto-
mia, vt qua ſanguis effundatur, cuius ſunt longe puriores & tenuiores ſpiritus, quam qui per hydropi-
corum aquas diffuſi & permixti dicuntur. Quod vero ſecunda ratio minatur periculum, facile vitabi-
tur ægro reſupinato & in lecto decumbere iuſſo: ſic enim minime pendebit hepar. At quod ad tertiam
rationem attinet, puerilis ille timor eſt de punctura peritonæi: Nam quæ mala ad neruoſarum partium
vulnera ſequuntur, ea ob partis ſenſum exquiſitum contingunt, qui in peritonæo a ſero concluſo male
affecto & alterato, aut nullos aut exiguus ſupereſſe ſolet. Cæterum ratio & experientia docent, multas
partes neruoſas, etiam ipſas per ſe membranas, procul a carnea ſubſtantia ſemotas, vulnere violatas ſa-
nationem admittere: multo certe magis peritonæum, vt quod muſculis abdominis ita arcte adhæret, vt
Lib. 3 ca. 21. niſi magno conatu ipſum a carne diuellere queant diſſectores. Quæ vero ratio paracenteſeos inutilita- E
Lib. de morbis ch. cap. de hydrope. tem arguere videtur, Celſi authoritate refellitur: *non ignoro* inquit *paracenteſim Eraſiſtrato diſplicuiſſe, mor-
bum enim hunc iocineris putauit, ideoque ita illum eſſe ſanandum, fruſtraque aquam emitti, qua vitiato illo ſubinde
naſcatur.* Sed primum non huius viſceris vnius hoc vitium eſt: deinde vt inde cœperit, tamen aqua niſi
Varius in loco fieri paracenteſim pro viſceris peccantis varietate. emittitur, quæ contra naturam ibi ſubſiſtit, & iocineri, & cæteris interioribus partibus nocet, dum ipſa-
rum duritiem vel auget, vel ſaltem tuetur, conuenitq; corpus nihilominus eſſe curandum. Atque & ſi
non ſemel emiſſus humor, medicinæ tamen locum facit, quam intus incluſus impedit. Tantum vero
abeſt, vt ſeroſus ille, ſalſus & corruptus humor, febrem, ſitimq; lenire poſſit, vt contra augeat. Sed & vna
intemperiem frigidam auget, dum calorem natiuum copia obruit & extinguit. Auicennæ vero & Gor-
donio

A donio ſatisfaciet Cælii Aureliani Medici nobiliſſimi, etſi methodici authoritas: Qui(inquit) *proferre audent, omnes, quibus ventre ſecto aqua emiſſa eſt, mortuos, mentiuntur: Multos enim ipſi hoc remedii genere conualuiſſe vidimus: quod ſi qui perierunt, contigit id vel tardius, vel negligentius adminiſtrata paracenteſeos culpa.* Hoc vnum, quod controuerſiaturis errores omnes tollat, addam, parum prudenter de remedio ambigi, cum eo neceſſitatis æger redactus, vt eo ſolo ipſi ſuccurri poſſit. Nunc qua ratione incidi venter debeat, aperiendum.

Si iecoris vitio hydrops contingat, ſiniſtra in parte ſectio facienda eſt: ſi vero lienis, in dextra: nam ſi in latus ſectum decumberet æger, vulneris ipſum dolor continenter affligeret, aquaq; in eum locum deuoluta, qua ſectio eſt, continenter ſtillaret, vnde facultatum exolutio. Ternum digitorum infra vmbilicum ſpatio ſectio facienda eſt, ad latus nempe rectorum muſculorum, non autem ad lineam quam vocant, Albam, neq; ad reliquorum epigaſtrii muſculorum aponeuroſes, vt dolori, & vnionis difficultati obuiam eatur. Curandum igitur, vt æger in dextrum latus iaceat, ſi in ſiniſtro latere inciſio facienda eſt: aut in ſiniſtrum, ſi in dextro: huic Chirurgus tum ſua, tum adſtantis miniſtri manu, cutem abdominis cum ſubiecto panniculo carnoſo carpet, & ſeorſum abducet: ſeorſum abductam, per tranſuer- *Ratio facienda paracenteſis.*
B ſum ad ſubiectam vſq; carnem ſectione diuidet: quo perfecto, cutem diuiſam ſurſum, ſtomachum verſus, quam maxima poterit contentione compellet, vt cum vulnus, carni ſubiectæ mox infligendū, conſolidandum erit, cutis ſuo in illud relapſu, ei operi inſeruiat: tum ergo vulnere non ita magno carnem muſculoſam atque peritonæum diuidet, inuiolatis omento atque inteſtinis. In vulnus tubulum penniculi forma ſeu fiſtulam auream, aut argenteam incuruam, tubuli pennæ anſerinæ craſſitie & ſemidigiti longitudine immittet, quæ in ventris excidat capacitatem, capite erit latiore: eodemque duobus foraminulis peruio, per quæ traiecto funiculo ea arte ad medium corpus religabitur, vt dimoueri, niſi Chirurgi arbitrio nequeat: in fiſtulam indetur ſpongia, quæ ſtillantem excipiat humorem: eadem detrahetur, dum erit effundenda aqua: effundetur autem non confertim, ſed paulatim, metu diſſipationis ſpirituum & facultatum exolutionis, quod cuidam hydrope laboranti contigiſſe vidi. Hic cum *Hiſtoria.*
morbi & remediorum impatientia ipſe ſibi ventrem adacto ſtylo pupugiſſet, atque aquarum effuſione tanquam humoris adeoque morbi leuatione, mirum in modum geſtiret, intra paucas horas interiit, cum excurrentis aquæ impetus nulla arte ſiſti poſſet, quod non eſſet arte facta inciſio. Nec vero ſat erit, ea, quam diximus, arte, humori viam aperuiſſe, ſed & duplicatis pannis ac ligatura forti, externum
C fiſtulæ orificium obturandum & obſirmandum veniet, ne quidquam aquæ imprudentibus vel inuitis nobis effluat. Notandum vero eſt, non ante ex ipſo vulnere extrahendam fiſtulam, quam quantum volumus, & tumoris ratio expoſcit aquæ effluxerit: ſemel enim extracta, non facile poſtea reſtitui poteſt ac citra vim, doloremque vulneris labris aptari, quod cutis & panniculus carnoſus, ſuo in carnis ſeu muſculorum vulnus relapſu ipſum operiant. Cæterum interim dum effundetur aqua, cibando ægro & ipſius viribus diligenter erit prouidendum; nam ſi languere illæ & debilitari videantur, ſiſtenda erit ad aliquot dies aquarum effuſio, qua tandem ex voto perfecta, ita conſolidandum erit vulnus, vt caueat Chirurgus, ne in fiſtulam degeneret. *De extrahenda fiſtula cautio.*

Typus tubuli peniculi formis,

D


Alii alia ratione aquæ effluxum moliuntur. Nam inciſione facta vulneris labra acu filum ducente tranſadigunt. Multum autem carnoſæ ſubſtantiæ acu comprehendunt, ne contentionis in adducendis labris impetu dilacerentur, dilanienturq; quod eſt comprehenſum. Hinc filum ipſum ſurſum, deorſumque per adactæ in tranſuerſum acus ambo extrema obuoluitur quemadmodum dū in roſtro leporino fieri ſolet, quo ſic arctius vulneris labra cohęreant, nec aquæ vel guttula inuito Chirurgo elabi poſſit. Nonnunquam curati & ſanati hydropici, in icterum incidunt, quibus ego hac ratione mederi ſoleo. ℞. *ſterc. anſer.* ℥ij. *diſſolue in* ℥iij. *vini al. coquatur, fiat potio*, detur horis duabus ante paſtum. *Effundenda poſt paracenteſim aqua alia ratio.* *Contra icterum*

De vmbilici tumore & relaxatione. CAP. XIII. *Vmbilici tumoris cauſa varia.*

EXomphalos ſiue Vmbilici tumor, fit peritonæo vel laxato, vel rupto. Hac enim occaſione ſæpe inteſtina, ſæpe & omentum in vmbilici ſedem incidunt, nonnunquam & illic caro ſuperflua gignitur: alias á ſanguinis eo loco effuſi copia tumor ille eſt, vt in aneuriſmate: alias á flatu: alias ab aquoſo humore. Si ab omento tumor eſt, pars ipſa ſuum, id eſt, cutis colorem retinebit, mollis tumor erit & fere indolens, quique ſine murmure reſidet, vel ad appreſſum digitorum, vel ex ſeſe reſupi- *Signa tumentis vmbilici ab omento.*
E nato ægro. At ab inteſtinis tumor magis eſt inęqualis, atque cum appreſſione digitorum intro compellitur, tale murmur exauditur, quale in Enterocele. Si á carne ſuperflua tumor eſt, durior erit & magis contumax, nec ad regreſſum in corpus facilis & ſequax, quamtumuis æger ſupinus digitis comprimat. A flatu tumor mollior eſt, ſed nec remigrare in corpus habilis, & ſub vngui tinniens tympanuli inſtar. Si ab aquoſo humore tumor fit, omnia habet cum flatuoſo communia, niſi quod obſcurior eſt & ſine tinnitu. Si ab effuſione ſanguinis exiſtit, liuido colore eſt: ac ſi ſanguis effuſus, arterialis fuerit, ſigna adſunt aneuriſmatis. Quare cum ab inteſtinis, omento, flatu, aquoſoue humore tumor eſt, Chirurgia curationem admittit: minime vero ſi à carnea mole aut ecchymoſi extiterit. *Signa ab inteſtino.* *A carne.* *A Flatu.* *Ab humore aquoſo.* *Ab ecchymoſi.* *Qui vmbilici tumor Chirurgica curationē non admittat.*

Ab omento & inteſtinis vmbilici tumor, vt curetur, ſupinus iacere debet æger, indeq; omentū & inteſtina *Chirurgica curatio.*

inteſtina in ſuum locum digitis compelli, hinc cutis, qua tumor circumſcribebatur, ſurſum digitis eſt adducenda,&acu funiculum tortum ac validiuſculum ducente tranſuerberanda: in ambitu, ſcarificatu altiore concidenda, quo dehinc agglutinari facilius poſſit: Tum ter, quaterq; pro diſtentionis & tumoris modo acu iterum tranſadigenda,& validius funiculo conſtringenda, vt conſtricta cutis vna cum ligaturis tandem excidat. Sed & ſic diſtentam cutem amputare licet ligaturatenus, indeque cicatrice, vt decet, obducere. Flatuoſus vmbilici tumor iiſdem remediis curabitur, quibus Phyſocelen mox curari dicemus. Aquoſus vero leui inciſione facta effundetur, tamdiuque aperta inciſio tenebitur, quo ad aqua omnis exhauſta fuerit. A

De Inguinum & Scroti tumoribus, quos Hernias nominant.

Cap. XIV.

Tres tantũ herniæ ſpecies.

VEteres Medici Herniarum plures ſpecies conſtituere, reuera tamen tres tantum eo nomine ſunt donandæ: inteſtinalis, nempe, Zirbalis,& ex vtriſque mixta. Quæ Herniarum aliæ dicuntur ſpecies, ex ſimilitudine potius, quam rei veritate in hunc ordinem venere, non enim in illis loco excidũt inteſtina vel omentum: his omnibus nomen Græci indidere, tum ex tumoris ſede, tum ex materie. Sic B

Bubonocele.

enim quæ vltra inguina non deſcendit, nec in ſcrotum deuoluitur, incompletam herniam, Bubonocelem nominarunt: completam vero, quæ in ſcrotum penetrabat, ſi quidem ab inteſtino deuoluto exiſteret, Enterocelen; ſi ab omento, Epiplocelen; ſi ab vtroque ſimul, Enteroepiplocelen nuncuparunt; quod ſi ab aquoſo humore exiſtit tumor, Hydrocelen; ſi à flatu, Phyſocelen; ſi ab vtroque, Hydrophiſocelen dicunt. Si carnea moles circa teſticulum, vel in teſticuli ſubſtantia concreuerit, Sarcocele nominatur. Si venæ vario implexu intertextæ & diuaricatæ in ſcroto & teſtibus intumuerint, Cirſoceles nomen obtinet tumor. Si vero humores eo loci iocluſi vel tranſmiſſi fuerint, à prædominante humore tumori nomen inditur, quemadmodum *initio tractatus de Tumoribus* notauimus. Cauſæ multæ exiſtunt: nempe violentior omnis motus, ictus, caſus ex alto, vomitus, tuſſis, ſaltus, equitatio in equo ſuccuſſatorio, clamor tubarum,& litui incentus, grauis oneris geſtatio & ſublatio, tortura, ciborum etiam viſcidorum & flatuoſorum immoderatior vſus. Talia enim omnia vel laxare, vel rumpere peritonæum poſſunt, tenuem nempe & tenſam membranam.

Enterocele & Epiplocele. Phyſocele. Sarcocele. Cirſocele. Cauſa.

Signa.

Signa Bubonoceles ſunt tumor rotundus in inguine, qui preſſus iotro facile compellitur. Enteroceles ſigna ſunt, tumor durus in ſcroto, qui compulſus remeat & abſcedit cum murmurillo & dolore. Ab omnento vero tumor eſt laxus, & ad contractum velut laxius,& qui difficilius, quam qui ab inteſtino eſt, intro cõpellitur, ſine murmure tamen & dolore: nam inteſtinorum ſubſtantia cum vna ſit & ſibi continua, ipſa non modo ſibi inuicem ſuccedunt, ſed & conſecutione quadam tanquam in choro ſe mutuo trahunt, fuga diſtentionis, quæ in eorũ corpore membranoſo non poteſt non eſſe dolorifica, propter loci mutationem ab eo, qui ſecundum naturam eſt, in non naturalem: quorum omnium nihil cadere in omentum poteſt, cum ſit corpus ſtupidum ac fere inſenſibile, graue, iners & immobile. C

Cur inteſtina facilius remeant in ſuam ſedẽ, quam omentum.

Rupti peritonæi ſigna ſunt, tumoris ſubitum & repentinum incrementum, dolor acutus & lancinans: nam laxato tantum peritonæo ſenſim adeoq; exiguo cum dolore creſcit tumor: eiuſmodi tamen dolor toties repetit, quoties lapſo inteſtino, vel omento tumor renouatur: quod rupto peritonæo non contingit: nam ſemel aperta & patefacta iamiam lapſuro corpori via, renouatur tumor ſine vlla diſtentione, adeoq; ſine dolore effatu digno. Reliqua ſigna ſuis quæque dicentur locis.

Quæ cauſa ſit, cur aliquando compelli nequeant in ſuum locum inteſtina & omentum.

Nonnunquam contingit, vt inteſtina & omentum tenaciter ſic adhæreant peritonæi proceſſui, vt repelli in ſuam ſedem nequeant: contumax illa adhæſio contingit interuentu materiæ viſcidæ, vel excoriationis occaſione, quam ruſtica Chirurgi manus', violentiore inteſtini vel omenti in locum ſuum compulſione, excitarit. Sed & eidem adhæſioni occaſionem præbent diuturnior inteſtini in ſcroto mora,& ſubligaculi arte confecti contemptus. D

Quæ hernia incurabilis.

Hernia perfecta & inueterata ex rupto peritonæi proceſſu in conſtantis ætatis hominib. nunquã vel raro admodum curationem admittit. Notandum vero, quod per peritonæi magnas ruptiones, inteſtina ad capitis humani craſſitiem in ſcrotum dilabi poſſunt ſine magno dolore & vitæ periculo, quod per loci & rupturæ amplitudinem fæces, vt facile ſubire, ſic facile regredi poſſint.

Monſtroſa magnitudinis ſine periculo hernia.

De cura Herniarum. Cap. XV.

Quibus herniis pueri obnoxii.

QVia pueri ſunt valde obnoxii Herniis, non quidem carnoſis aut varicoſis, ſed aquoſis, ventoſis, maxime vero inteſtinalibus ex aſſiduo & laborioſo eiulatu & tuſſi; ideo de harum curatione primo loco dicemus.

Curatio Chirurgica.

Vocatus ergo Chirurgus ad inteſtini lapſi reſtitutionem, puerulum ſeu in menſa, ſeu in lecto eo ſitu collocabit, vt capite ſit depreſſiore, natibus vero & cruribus altioribus, tum ſenſim & blande manibus inteſtinum in ſuam ſedem compellet, compulſoque fouebit inguen fotu aſtringente, in vteri prolapſu deſcripto: inde id remedium apponet.

Adſtringens cataplaſma.

℞. præſcripta decoctionis quantum ſufficit, farinæ hordei & fabarum an. ℥j. puluer. aloes, maſtiches, myrtil. & ſarcoco. an. ℨß. boli armeni. ℨij. concorporentur, & fiat cataplaſma ſecundum artem. Eodem conſilio admoueri poterit emplaſtrum contra rupturam: ſed ſumma curationis in complicatis pannis & ſubligaculis affabre factis, faſciisque artificioſe concinnatis, vt inteſtinum reſtitutum loco ſuo contineatur, conſiſtit: in quam rem puerum in cunabulis ſuis ad triginta aut quadraginta dies, ita, vt prędiximus, ſitum continebit: atq; à clamore, eiulatu,& tuſſi prohibebit. E

Serm. 1. c. 24.

Aetius iubet papyrum in aqua triduo macerari, atque in globulum coactam inguini apponi, repoſito prius inteſtino. Nam triduana adhæſione remedium id à delapſu vindicare. Erit vero, vt reor, efficacius, ſi non in communi, ſed in aqua adſtringente in vteri prolapſu deſcripta, papyrus maceretur: profecto eiuſmodi remediorum ope multos ſanaui, & caſtratorum manib. teſticulorum puerilium auidis,

Caſtratorũ dolus & auaritia.

ob

A ob'vberem inde lucrum, eripui. Doloſo illi commento, parentibus perſuadent, immedicabilem eſſe inteſtini in ſcrotum prolapſum: quod tamen falſum eſſe conuincit experientia, ſi eo, quo diximus modo cura adminiſtretur, laxato præſertim, tantū ac non rupto peritonæo: nam eius proceſſus, quo tanquam decliui via inteſtino lapſus eſt, temporis & ætatis progreſſu arctatur & conſtringitur, dum interim inteſtina incraſſantur. Chirurgus quidā fide dignus narrauit mihi, multos à ſe hac arte curatos pueros: Magnetem in tenuiſſimum pollinem redigebat, & in polenta exhibebat. Inde vero inguen, qua præcipitabatur inteſtinum, melle inungebat, & ſubtili ferri limatura aſpergebat, id genus remedii per decem aut duodecim dies adminiſtrabat, parte de cætero faſcia & ſubligaculo, vt decet, conſtricta. Remedii illius efficacia ex eo pendere videtur, quod magnes inſita à natura ferri, quod inguini aſperſum eſt, attrahendi cupiditate, impetu quodam violento carnoſas & adipo[illegible] particulas interiectas ſibi adiungit: quę peritonæi laxitatem vndique comprimentes & conſtringentes, imo ex ſucceſſu temporis hæſu tenaci ipſi ſe adiungentes, viam lapſuro inteſtino vel omento intercipiunt: quod non magis à ratione abhorrens videri debet, quam quod intuemur, ipſum magnetem per interiecti tabulati craſſitiem ferrum poſt ſe hac illac diſtrahere. Aſſirmabat idem Chirurgus, ſequens remedium frequenter & fœliciter à ſe vſurpatum:

Alia ars ſanandarum herniarum.

Ratio nouiſſime deſcripti remedii.

Aliud remedium.

B limaces rubros fictili incluſos in furno cinefaciebat, collectumq; inde puluerem infantulis in polenta, prouectioribus in iuſculis exhibebat. Cæterum in hoc morbo nihil deſperandum eſſe, poſſeque etiam curationem conſtantis ætatis hominibus, vt quadragenariis, qui tres corporis dimenſiones impleuerint, fœliciter procedere, ſequens teſtatur hiſtoria. Erat ſacrificus quidam in ſancti Andreæ parœcia, Ioannes Moretus nomine, cui ex officio incumbebat epiſtolam, quoties rei & diei celebritas poſcebat, alta voce decantare. Cum igitur Enterocele laboraret, acceſſit ad me opem efflagitans: grauí enim ſe dolore premi, tum præſertim, cum epiſtolam contentius declamaret: Enteroceles animaduerſa magnitudine, ſuaſi, vt alium in ſuum locum ſufficeret. Itaq; impetrata à Curione Domino Clerico facultatis Theologiæ decano, cauſaria miſſione, ſe mihi commiſit, hominem ex arte tractaui, atq; vt nunquam ſine ſubligaculo eſſet imperaui: paruit meis conſiliis. Cū quinquennio vel ſexennio poſt obuiū ipſum habuiſſe[illegible], rogaui qui haberet, perbelle reſpondit: immunem enim ſe penitus ab eo, quo ante vexabatur, morbo [illegible]e. Quod ego mihi ante perſuadere non potui, qua diligenti genitalium ipſius obſeruatione, rei veritatem, vt ipſe narrauerat, oculis fidelibus ſum aſſecutus. Sed cum ſemeſtri ſpatio poſt ex pleuritide interiiſſet, Curionis domum, in qua ſacrificus ille cōmorabatur, adii: cadaueris copiam mihi fieri impetraui, vt ego animaduerterem, ecquid rei natura in via illa, qua inteſtina deuoluebātur, eſſet commolita.

Hiſtoria notatu digniſſima.

C Teſtem Deum appello, me circum foramen proceſſus peritonęi ſubſtantiam comperiſſe adipoſam, oui minoris magnitudine, eo loci ſic tenaciter adhærentem, vt vix ipſam ſine vicinarum partium diuulſione inde diſtrahere potuerim: atq; hoc illi ad ſanitatem compendium extiterat. Admiratione vero & obſeruatione digniſſimū eſt, quod natura vel paulū arte adiuta morbos ſanat, qui cenſentur immedicabiles. Caput curationis in eo conſiſtit, ſi ſubligaculis inteſtinum ſuo loco fideliter contineamus, eo quo ſequētes duæ figuræ monſtrant, modo.

Nihil in morbis natura duce & arte comite deſperandū.

Quanta ſit ſubligaculi.



D

Figura hominis vna parte rupti cum ſubligaculo, cuius ſcutum tribus prominere debet tuberculis, duobus quidem ſuperna, vno autē inferna parte, his interiecta in medio cauitas eſſe debet, ne arctius oſſa pubis premat, & dolorem inferat: à me non ita pridem inuenta eſt eiuſmodi ſubligaculi ratio, cæterisq; tutior viſa, ad inteſtini & omenti delapſum prohibendum.

E

A. *Faſciam ſcapularem monſtrat, quæ antica & poſtica parte ad cingulum ſubligaculi vincitur.*

B. *Subligaculum.*

C. *Cauitatem in tuberculorum medio relictam.*

 A



Alia figura hominis vtraque parte rupti, monſtrans qua arte, qua ſubligaculi ſpecie, & cuiuſmodi ſcapulari faſcia vinciri ex vtroque inguine debeat. B

A. *Monſtrat ſcapularem faſciam in medio fiſſam, qua caput prodeat.*

B B. *Subligaculum cum duobus [illegible] is, inter quæ foramen hiat tranſmittendo peni. Singulorum ſcutorum forma eadem eſſe debet cum ſuperiore.* C

Interim non eſt omittenda diæta: interdicendum omnibus, quæ vel laxare, & dilatare, vel rumpere poſſunt proceſſum peritonæi, de quibus abunde ante egimus. Nonnunquam, maxime vero ſenibus, inteſtina in ſuum locum reſtitui nequeunt, propter induratam in illis fæcum copiam: in hoc caſu violentius non erunt compellenda, ſed æger lecto continendus, ac illi capite depreſſiore & cruribus altioribus exiſtenti, cataplaſma ſequens apponetur.

Diæta.

Ad remolliendas faces cataplaſma.

℞. rad. alth. & lil. an. ℥ ij. ſeminis lini & fænug. an. ℥ ß. fol maluæ, viol. & pariet. an. m. ß. coquantur in aqua communi, poſtea tundantur & traiiciantur per ſetaceum, addendo butyri recentis ſine ſale, & olei liliorum quantum ſufficit. fiat cataplaſma ad formam pultis ſatis liquida, applicetur calide ſcroto & imo ventri. Huius remedii ope, vbi per noctem hæſiſſet, non raro inteſtina viſa ſunt ipſa per ſe ſine Chirurgi manu in ſuum locum remigraſſe, flatibus nempe reſolutis, quæ ſecum regreſſum in aliud inteſtinum, qua vacuari & excludi poſſent, intercipiebant. Quod ſi nec ſic quidem fæces regrediantur, flatibus adhuc obſiſtentibus & minime diſcuſſis, iniiciendus erit clyſter remolliens, & flatibus diſcutiendis idoneus, cum pauco oleo terebinthinę, anethino, iuniperino, aut fœniculaceo, per quintam eſſentiam extractis. Ad idem valent clyſteres ex vino maluatico, oleo nucum, & aquæ vitæ, vel alicuius oleorum prędictorum exigua quantitate. Sæpe contingit, vt ne ſic quidem inteſtina reſtitui poſſint, quod peritonæi proceſſus non ſatis pateat, nam delapſæ vna cum inteſtino ſenſim in ſcrotum fæces ibi partim indurantur, partim flatuum acceſſione per reſolutionem auctæ tantum tumorem excitant, vt remeare per id cauum nequeant, per quod paulo ante ſubiuerunt: Quo fit, vt à putredine concluſæ eluuiei, ſuccedat inflammatio, & noua ſubinde doloris acceſſio: tandemque fæcum egreſſu deorſum per anum prohibitarum ſurſum per os regreſſus & vomitus. Affectionem hanc vulgo Miſerere mei nominant. Huic vt occurratur ſymptomati, tentanda potius extrema remedia ſunt, quam vt ſinamus ægrum tam turpi & fœdo genere mortis è vita emigrare. Occurremus autem Chirurgia, hoc, qui ſequitur modo: Ægrum ſupinum in menſa vel ſcamno religabimus, mox in ſuperiore ſcroti parte inciſionem faciemus, intacta inteſtinorum ſubſtantia, habenda deinde cannula argentea craſſitie pennæ anſerinæ, vna ſui parte rotunda & gibba, altera autē caua, quemadmodum ſubiecta figura monſtratur. D E

Olea chymica.

Ileus epigenomenon herniæ ſymptoma.

Herniæ ileoſæ Chirurgica curatio.

Fiſtula

Fiſtulæ ſeu Cannulæ figura.



Illam inciſionis locum indemus, & peritonæi, vna cum ſcroto inciſi, productioni quam longa B producitur ductam ſubiiciemus, vt ſecundum eam cauitatem, peritonæi proceſſum, inſertæ cannulæ beneficio à contentis inteſtinis diuulſum, recto ductu illæſis inteſtinis, nouacula diuidere poſſimus. Inciſione mediocri facta ſenſim digitis in aluum compellentur inteſtina: hincque ſutura, tantum inciſi peritonæi comprehendetur, quantum ſatis eſſe videbitur, vt per ipſum anguſtiorem redditum, nihil dehinc cicatrice obducta in ſcrotum elabatur. Quod ſi induratarum, vel mora, vel inflammationis ardore, fæcum tanta ſubſit copia, vt inciſio illa non ſit ſufficiens compellendis in ſuum locum inteſtinis, longior inciſio, impulſa ſurſum ventrem verſus cannula, facienda eſt: adeo vt libero regreſſui inteſtinorum in aluum ſatis eſſe poſſit, tum Gaſtroraphia, vt decet celebrabitur, & ſutura anguſtiore reddito peritonæi proceſſu, lapſuris inteſtinis vel omento via intercludetur, de cætero vulnus, vt artis eſt, curabitur. Sed priuſquam te ad id opus accingas, expendendum diligenter, num ægro adſint, & valeant vires, nec niſi prognoſi inſtituta, & amicis ægri enunciata, tentandum quidquam. *Longior peritonæi inciſio.*

De ligatura aurea, ſeu Puncto, vt loquuntur, Aureo.

CAP. XVI.

C SI omnibus illis modis ſanationem Hernia non admiſerit, propter laxati aut rupti peritonæi ingentem continui ſolutionem, atque æger aſſidentium amicorum conſenſu paratus ſit ſanitatis ſpe aleam omnem ſubire, tentabitur curatio puncto, quod vocant Aureum: ad quam rem, ſolerti & ſtrenua manu Chirurgus aduocabitur. Faciet is inciſionē ſupra os pubis, in quam ſpecillum immittet, deſcriptæ paulo ante cannulæ ſimile, illudque ſub peritonęi proceſſu ſecundum ipſius longitudinem impellet, atque ſurrigendo à vicinis fibroſis & neruoſis corporibus, quibus adhæreſcit, diuellet, mox & vaſa ſpermatica cum cremaſtere teſticuli muſculo abſtrahet, quibus perfectis ipſum proceſſum ſeorſum abducet, eiusq; quantum laxius eſt, exiguis & laxis forcipibus, foraminibus in medio peruiis, comprehendet, atque acu quinque vel ſex fila, ducente tranſadiget, quam proxime vaſa ſpermatica & cremaſterem muſculum. Sed & iterum ducenda erit acus in eius, quod ex proceſſu reſtat, medium, vna comprehenſis vulneris labris: tum arcto nodo filum conſtringendum, & à ſectione tantum eius relinquendum, quantum ſatis ſit, vt extrorſum è vulnere pendeat. Id filum putredine ſenſim diſſoluetur ex ſeſe: nec vero ante abſtrahendum, quam natura in ligaturæ locum carnem regenerauerit & repoſuerit, alias fruſtra omnis conſumptus fuerit labor. Deinque vulnus detergetur, carne implebitur, & cicatrice obducetur, cuius callosa duriries, delapſuro iterum inteſtino vel omento obſtabit. D Viſi ſunt alij Chirurgi, qui alia arte punctum eiuſmodi aureum perficerent. Curem ſupra os pubis incidunt, qua parte delapſus fieri ſolet ad peritonæi vſque proceſſum, ſubque ipſum retectum tenuem virgulam auream ſemel atque iterum ducunt, ipſamque ductam tantum conſtringunt, quantū proceſſus eiuſmodi laxitati corrigendæ ſufficiat, liberis interim ab adſtrictione vaſis ſpermaticis. Hinc extrema virgulæ capita, bis & tertio exiguis forcipibus, ſibi mutuo intorquent & implicant, quod ſupereſt eius, reſecant: quod à ſectione reliquum extat id intortum obuoluunt, ne ſuperinductam carnem acumine ſuo pungat: mox relicta illic aurea virgula vulnus ad inſtar vulnerum ſimplicium curant; ægrum in lecto cruribus altioribus & capite depreſſiore per quindecim vel viginti dies continent. Hac arte multi ſanati ſunt: alij in morbum relapſi ſunt, virgulæ male complicatæ occaſione. Eſt & alia puncti aurei ratio, quam ego expeditiorem & tutiorem iudico, vel hoc nomine, quod nihil heterogeneum in parte poſt ſanationem relinquit. Ergo virgulæ anteæ loco plumbeam inducunt, quæ vno tantum circumactu proceſſum peritonæi complectatur, hinc quantum opus eſt, conſtringitur, non ſcilicet laxius, ne lapſuro corpori viam relinquat, neque arctius, ne interclusō ſpiritibus & nutritioni ingreſſu gangræna inuadat: reliqua eius extrema extrorſum E prominere & pendere ſinuntur: cum temporis mora callum contraxiſſe peritonæi illa contractura videtur, tum indocta euoluitur & molliter ſubducitur virgula, reliqua inde vulneris curatio arte perficitur. Cæterum non temere ſe & inconſulto Medico, ad id opus præcipitet Chirurgus: fit enim non raro, vt naturæ ignauia etiam in adultis, nondum in ſcrotum propulſi ſint teſticuli, ſed diu ſegniter in inguinibus reſtitent tumorem excitantes cum dolore, quæ res Chirurgo minime malo Enteroceles opinionem facit: itaque dum repellentibus & ſubligaculis tumorem illum compellere nititur, doloris incrementum facit, & deſcenſum teſticuli in ſcrotum remoratur. Id ego non ita pridem in puero, quem Chirurgus imperitus diu tanquam Herniosum fruſtra & miſere curauerat, animaduerti: nam cum vnicum in ſcroto teſtem ſubeſſe animaduertiſſem, ac nunquam caſtratum puerum reſciuiſſem. Procul dehinc ab ipſo emplaſtra & ſubligacula remoueri iuſſi, parentibusque edixi vt ipſum curſare & ſaltare permitterent, quo otioſe ceſſans promoueretur in ſcrotum teſticulus, quæ

Chirurgica curatio per punctum aureum.

Tertia puncti aurei faciendi ars.


Notanda cautio.

Hiſtoria.

res euentum, vt prædixeram, ſenſim & ſine dolore habuit. Affectionis eiuſmodi ratio vt intelligatur, A ſciendum eſt, marem à fœmina caloris tantum efficacia differre. Efficacis autem caloris eſt foras propellere, vt frigoris intro cohibere. Hinc fit, vt teſtes maribus foras ex ſcroto pendeant, fœminis autem imo ventre concluſi lateant. Contingit igitur, vt in maribus quibuſdam natura frigidioribus teſtes aliquandiu occluſi contineantur, donec iuuenili tandem ardore deorſum in ſcrotum propellantur. Sed vt ad inſtitutam de ſcroto tractationem redeamus, etſi ea curandarum herniarum via dolore & periculo non vacet, tutior tamen eſt, quam illa, quæ fit per caſtrationem, quæ ægros remedij crudelitate exectos, manifeſto mortis periculo exponit. Caſtratores enim, dum timent, ne curatione abſoluta, ſuperſtes ſit relaxatio, violento tractatu peritonæi proceſſum à partibus, quibus adhæret, diuellunt, vnaque neruum à ſexta coniugatione, qui ad teſtem pergit, eandem vim vaſis ſpermaticis inferunt: quibus ex rebus dolor excitatur, ingens conuulſio, hæmorrhagia, inflammatio, putredo, ac denique mors, vt ego in multis obſeruaui, quos paucis poſt diebus, quam execti fuerant mortuos diſſecui. Hæ pericula & damna etſi nonnulli euadant, illi tamen generandi facultate per omnem dehinc vitam priuantur, cuius gratia teſtes natura largita eſt, tanquam partes humanæ ſpeciei conſeruandæ in primis neceſſarias.

Lib. de arte medica. Quo nomine Galenus ipſos præferre cordi non eſt veritus, quod cor vitæ principium ſit, at teſtes melioris vitæ, longe autem nobilius eſt bene viuere, quam ſimpliciter & abſolute viuere: itaque caſtrati in fœmineam naturam degenerant, nam glabreſcunt, vox eneruatur, animus deficit, timidi euadunt, cumq; B

Lib. de ſem. 2. inhabiles ſint ad omnes fere humanas actiones, non poteſt ipſis vita non eſſe miſera. Quare nunquam exectioni teſtium ſubſcribam, niſi forte Sarcocele, aut Gangræna ipſos inuaſerit. Quo vero puncti aurei celebrandi ratio magis innoteſcat, placuit inſtrumentorum, quibus hæc operatio perficitur, imagines hic ſubiicere.



A. *Acum incuruam monſtrat, non longe à mucrone ſuo foramine apertam, quo virgula aurea traiiciatur.* C

BB. *Virgulam auream per acum traiectam.*

C. *Forcipem, qua, quod ſuperfluit, virgula abſcindit.*

D. *Manuclam forcipis.*

E. *Forficem, qua virgula aurea extrema capita obtorquet, & ſibi inuicem implicat.* D

Alia Inteſtini, Omentique reſtituendi facilior & tutior ratio.

Lib. 3. ca. 33. Aliam operationis huius perficiendæ rationem Theodoricus & Guido adinuenere. Inteſtinum E Omentumque delapſa, ſic collocato ægro, vt ſublatis cruribus capite ſit depreſſiore, in ſuam abdominis ſedem regerunt: inde laxiorem productionis peritonæi portionem, vnaque ſpermatica vaſa, & Cremaſterem muſculum ad Iſchium adducunt: tum reliquam apophyſeos eius partem, conuenienti pro ætate & morbo, pyrotico inurunt recta ad oſſis pubis perpendiculum, qua deuoluebatur inteſtinum, appreſſo. Hac obductam arte Eſcharam, ſcalpello ad viuum vſque diuellunt, hinc alterum, quod ad os vſque peruadat, pyroticum eodem loco apprimunt: tum eſcharæ ex apophyſi commemorata concretæ lapſum procurant. Relictum inde vlcus ad cicatricem perducunt, quæ mox contracto denſiore callo ſic inteſtinis omentoque obſtruat, vt omnem ipſis ad ſcrotum aditum deſcenſumque

A ſumque intercludat. Hæc reſtituendi inteſtini omentique via, quamuis tutior & facilior ſit, nequaquã tamen ſibi tentandam putabit Chirurgus, ſi ipſa ſic apophyſi peritonęi velut agglutinata adhæreſcant, vt diuelli inde & in ſuum locum compelli nequeant: (ab iniuſtis enim ſic & violatis inteſtinis grauiorum malorum fieret acceſſio) ſi rupta aut amplius dilatata apophyſi, prægrandem tumorem coercita peritonæo corpora prolapſu ſuo faciant: ſi teſtis adhuc pendulus ea in media velut Bubonochia, Enteroceles ſpecie, reſtitutus, nondum in ſcrotum deſcendent: ſi ægri nondum ea ſint ætate, qua ſe, cum fit operatio, vel immoti, vel excrementa ad arbitrium retinere poſſint.

De curatione reliquarum herniæ ſpecierum CAP. XVII.

EPiplocele *omenti in inguen, vel ſcrotum lapſus eſt*. Cauſas eaſdem obtinet cum Enterocele. Signa fuere expoſita. Haud ita periculoſa eſt, nec tot prauorum ſymptomatum infert conſecutionem, atq; Enterocele: cui tamen ſimilem obtinet curationem.

Hydrocele *aquoſus tumor eſt in ſcroto, qui ſenſim cogitur inter membranas teſtem obuoluentes, Darton præſertim & Erythroidẽ*, Hydrops particularis dici poteſt: fit enim iiſdem de cauſis, maxime vero ex caloris na- *Hydrocele quid.*
B tiui paupertate. Signa ſunt tumor ſenſim ſine magno dolore augeſcens, grauis ſeu ponderoſus, vitrea *Signa.* fere claritate pellucidus, quod oppoſito candelæ lumine cognoueris: preſſo ſcroto ſuperne deorſum, vel inferne ſurſum aqua ſubrigitur vel deprimitur, niſi forte nimia copia vniuerſam ſcroti capacitatem diſtendat & occupet: nunquam tamen in aluum compelli poteſt, more omenti vel inteſtini, nam & ſæpe cyſti concluſa coercetur, Leuore & æquali planitie à Sarcocele diſtinguitur. Curatio in primis tentabitur remediis reſoluentibus, deſiccantibus & diſcutientibus, ſæpe *antea & capite de Hydrope* inculcatis: *Curatio.* quod ſequitur, ſæpe & fœliciter à me expertum eſt.

℞. vngu. comitiſſæ & deſiccat. rub. an ℥ij. malaxentur ſimul, & fiat medicamentum ad vſum. Hoc remedij *Medicamentum aquam concluſam exhauriens. Cap. 16.* genere aqua digeritur & reſoluitur, vel abſorbetur potius, ſi præſertim non ita copioſa fuerit. Quod ſi tumor propter ingentem aquæ vim remediis illis non ceſſerit, chirurgia opus eſt, ſcroto & membranis, quibus aqua concluditur, ſeto traiectis, traducta nempe acu craſſiuſcula mucrone triangulari ſericum filum multiplex ducente. Celeriter autem per forcipis ſetis dicatæ foramina traduci debet, intacta teſtium ſubſtantia. Filum vero ibi relinquendum, atque bis, terue in die commouendum, vt ſenſim humor ſtillet & euacuetur. Quod ſi ſetæ occaſione dolor acerbior, & inflammatio ſuperueniant, quam-
C primum illa tollenda erunt, & morbi propria cura neglecta ſymptomatis occurrendum. Pragmaticorum nonnulli ſeta non vtuntur, ſed nouacula vel ſcalpello ſcroti partem imam, vulnere dimidium fere *Pneumatocele quid. Curatio.* digitum longo aperiunt, ad concluſam vſque aquam penetrantes, intacta ſemper teſtium & vaſorum ſubſtantia, recluſum autem lioamentis vulnus euſque teneot, quoad aqua omnis effluxiſſe videatur: hac profecto vna ratione Hydroceles, cuius materia cyſti concluſa tenetur, Curatio tuta eſt & ſperabilis, vt diximus *tractatu de tumoribus in genere*.

Pneumatocele *tumor eſt in ſcroto flatuoſus, ex caloris, qui in parte reſidet, imbecillitate genitus*. Rotunditate, lenitate, renixu, & ſplendore cognoſcitur. Curatur diæta conuenienter præſcripta, appoſitione remediorum reſoluentium & flatus diſcutientium, vt ſeminibus aniſi, fœniculi, fœnugræci, agni caſti, rutæ, origani, & aliis ab Auicenna deſcriptis *tractatu de Herniis*. In hanc rem ſæpe fœliciter ſum vſus emplaſtro de vigo cum mercurio, & emplaſtro diacbalciteos diſſoluto in vino generoſo, vt maluatico, cum oleo laurino.

Sarcocele *tumor eſt contra naturam, qui circum teſtes ex carne ſcirrhoſa gignitur*. Eius generis carnem *Sarcocele quid.* procreant humores craſſi & viſcidi, quos pars ipſa edomare, & ſibi aſſimilare non potuit, vnde illa velut hyperſarcoſis verrucarum inſtar. Hunc tumorem varices ſæpe comitantur, atque cum dolore creſ- *Signa & accidentia*
D cit. Duritie cognoſcitur, aſperitate, inæqualitate, & ſcabritie. Cura niſi amputatione perfici nequit: ſed *Prognoſis.* diligenter aduertendum, ne altius aſſurrexerit caro, ac iam inguen occupârit, ſic enim nihil citra periculum vitæ tentari poteſt. Quod ſi quis putet, ſe in tali caſu opem ægro allaturum, portionis alicuius carnis eiuſmodi mollis amputatione, fallitur. Nam ad relictam, vel tantillam eius portionem fungus adnaſcitur, malum longe peius priore: at ſi tumor vel exiguus, vel mediocris extiterit, Chirurgus com- *Curatio.* prehenſo toto tumore, id eſt, teſticulo, tota ſua ſubſtantia tumefacto, cum ipſi vndique circumpoſito & adhærente proceſſu, inciſionem vſque ad eum tumorem, ſuper ſcrotum molietur: mox totum id tumidum corpus, id eſt, teſticulum, à ſcroto abducet, hinc acum validum filum trahentem per medium proceſſum ſupra teſticuli tumefacti regionem, tranſadiget, mox que rurſum reuocatam acum per eandem proceſſus partem ſecundo intrudet, tum fili ambo extrema, nexu facto nodabuntur, altera peritonæi media portione eodem illo nexu & nodo comprehenſa: his peractis totum iam proceſſum cum concluſo teſticulo exſecare & reſcindere oportebit: fili vero, quo ſuperior proceſſus pars reuincta eſt, extrema longiuſcule è vulnere, ſeu inciſione ſcroti pendere ſinenda. Tum repercutiente medicamento vulneri, viciniſque partibus cum faſcia & ſplenio admotis, curatio ex arte ante tradita perficienda eſt.

Circoſcle tumor eſt venarum dilatatarum, & vario mutuoque implexu circum teſticulos & ſcrotum contextarũ *Circoſcle quid & vnde fiat.*
E *atque à ſanguine craſſo & melancholico turgentium*. Cauſæ eædem ſunt, quæ varicum. Signa vero manifeſta ſunt. Is vt ſanetur, tumor inſligenda ſcroto plaga eſt ad varicem, duorum digitorum magnitudine, hinc *Curatio.* ſub varicoſam venam acum, quæ filum duplex ducat, tranſmittere oportet, quam altiſſime fieri poterit, vt ſic eius radices vinculo comprehendantur: iterum ad partem imam eiuſdem venę pari modo acus ſubmittetur, relicto inter duo vincula digiti ſpatio. Sed priuſquam imæ huius ligaturæ filum conſtringas, aperienda varix eſt in medio illo ſpatio, quo fere modo fieri ſolet aperta ad ſanguinis miſſionem in cubito vena: vt ſic ſanguis ille craſſus in ſcroto tumorem excitans euacuetur, quemadmodum in cura

varicum fieri ſolet. Quod reliquum eſt vulnus, reliquorum vulnerum more ex artis regulis curabitur, relictis, quæ per ſe mox excident, filis. Denique inducto callo procuranda cicatrix, ſuperna præſertim parte, qua vinculo vena comprehenſa eſt: ſic enim per illam dehinc ſanguis ne tranſcolare quidem poterit. A

Hernia humoralis.

Hernia humoralis, *tumor eſt, ex plurium humorum confuſione in ſcroto, vel inter tunicas, quæ teſtes veſtiunt, ſæpe etiam in propria teſtium ſubſtantia genitus.* Cauſas, ſigna & curationem reliquis tumoribus ſimilem obtinet. Dum procedet curatio, quies, ſubligacula, & ſuſtinendis fulciendisque teſtibus, faſciæ idoneæ erunt imperandæ.

De Ani procidentia. Cap. XVIII.

Quid ani procidentia & quas cauſas habeat.

QVando qui Anum cingit muſculus, Sphincter dictus, relaxatur, tum fit, vt Rectum inteſtinum fulcire nequeat. Hic affectus frequens eſt pueris, à nimia alui humiditate, quæ in muſculum illum illabens, ipſum remollit & remittit, vel anum inſolito pondere grauat, vt muſculi ani leuatores ipſi leuando amplius non ſufficiant: huic eidem affectui occaſionem præbet ingens dyſentericus fluxus: fortis in excernendis fæcibus induratis contentio, hæmorrhoides, quæ ſuppreſſæ Rectum inteſtinum onerant, fluentes vero relaxant: frigus, vt in his, qui hyeme ſine ſubligaculis degunt, vel diu ſuper frigidum marmor ſedent; ictus, lapſus in os ſacrum: neruorum, qui ab oſſe ſacro ad muſculos ani leuatores B pergunt, paralyſis: lapidis in veſica exiſtentis pondus. Id vt ſanetur malum, nimio potu, frequentioribus

Curatio.
Diæta.
Pharmacia.

muſculis, fructuum crudorum eſu eſt interdicendum. Quod ad Topica attinet, fouebitur pars decocto adſtringente, ex cortice granatorum, galla, myrtillis, centinodia, burſa paſtoris, nuce cupreſſi, alumine & ſale communi, in aqua fabrorum vel vino nigro aut auſtero elixis. Poſt fotum inungetur inteſtinum oleo roſaceo vel myrtillorum, mox intro in ſuum locum ſenſim compelletur, iuſſo interim puero, ſi

Hipp. lib. de fiſtul.

modo eius rei ſenſum habeat, ſpiritum continere. Vbi reſtitutum fuerit inteſtinum, abſtergenda eſt diligenter pars ipſa, ne vnguinis lubricitate iterum relabatur inteſtinum: hinc quam penitiſſime fieri poterit immittendus in anum puluis ad vteri prolapſum præſcriptus: tum faſcia lumbi arcte cingendi, ad cuius medium poſtica parte alia adnectetur, quæ per perinæum ad pubem alligabitur, fulcierque ſpongiam decocto aſtringente imbutam, ano, quo ſuo contineatur loco ſubiectam. Æger ſi ea ætate ſit, qua ſibi cauere poſſit, iubebitur, vbi aluum erit exoneraturus, ſedere in duobus pollicem latum habẽtibus, & a ſe inuicem disiunctis aſſerulis, ne excernendi conatus vna cum fæcibus inteſtinum excludat: ſed & C rectus, ſtansque ſi aluum exonerare poſſit, nunquam egerendi contentione inteſtinum excludetur.

Hippocratica curatio.

Quod ſi præſcriptis ante artibus inteſtinum loco ſuo reſtitui nequeat, iubet Hippocrates, vt ex pedibus pendens æger concutiatur; futurum enim, vt illa concuſſione remigret inteſtinum: iubet vero idem Hipp. anum inungi ſpuma limacum rubrorum, quod illi ſiccandi facultate prædito remedio vis inſit reſoluendi ſine murſu humores flatuoſos, quibus turgens inteſtinum minus facile ſua ſede contineri poteſt.

De Paronychia. Cap. XIX.

Quid paronychia, & quæ ei a'ã communiter accidentia.

PAronychia ſeu Panaris in extremis digitis tumor eſt, cum ingenti inflammatione, ab humore maligno & venenato, qui ab oſſe initio ducto perioſtio, tendonibus & neruis partis eius, quam obſidet, communicatur: vnde crudelium ſymptomatum conſecutio, vt doloris pulſatilis, febris, iactationis, ſic vt ægri doloris impatientia extra ſe poſiti varie iactentur, inſtar eorum, qui carbunculis diuexantur. Ex

Prognoſis.
Curatio chirurgica.
Lib. 4. tra. 3. 8.

quo Guidoni & Ioanni de Vigo morbus hic cenſetur funeſtus. Ergo ad tanti morbi curationem aduocandum cenſeo peritum Medicum, qui de catharſi, phlebotomia, & diæta pro arbitrio ſuo ſtatuat: Chirurgus interim viam moliatur virulentæ & venenatæ materiæ, inciſione facta in parte digiti interna, ad os vſque ſecundum primæ dearticulationis longitudinem: nullum enim eſſe præſentius remedium, Vi- D gonius ait, modo celeriter & ante perfectam materiæ maturationem celebretur: nam digitum ab oſſis, neruorumque corruptione vindicat, & dolorem ſedat, quod ego pluries & fœliciter feci, ſtatim ab initio ante perfectam virulentiæ impreſſionem. Vulnere autem inflicto ſanguis multus debet effluere, mox immergendus digitus in forti & calenti aceto, in quo diſſoluta theriaca virulentiam foras euocet.

Anodyna.

Ad doloris autem ſedationem eadem remedia parti laboranti imponenda ſunt, quæ in carbunculis imponi ſolent, vt folia oxalidis, hyoſcyami, cicutæ, mandragoræ, ſub cineribus calidis cocta, & cum vnguento populeonis recenti, vel oleo roſaceo, butyroue recenti, & ſalis experti, in mortario contrita: nam eiuſmodi medicamenta etiam ſuppuratum promouent, dum frigiditate ſua calorem extraneum parti impreſſum obtundunt, ſicque natiuum calorem, ſuppurationis authorem, roborant: quæ ratio ve-

Cur frigida remedia promoueant.

teres mouit Medicos, vt talia remedia in anthrace & carbunculo vſurparent. Quod ſi propter ægri timiditatem, vel Chirurgi imperitiam inciſione non facta Gangræna & Sphacelus partem occuparint, reſtat, vt forcipibus inciſoriis tantum partis amputes & reſcindas, quantum corruptum extiterit, reliquumque curationis ex arte perficias. Non raro tamen contingit, vt extremæ eiuſmodi portionis digiti amputandæ, nulla ſit neceſſitas, quod ea cum oſſe corrupta ſenſim in purulentam vel ſanioſam putriam & inſignirer fœtidam eluuiem, liquata abeat. Sed & in hoc præter naturam affectu ſæpe putredinis ſi ca- E loris aduſtione Eſchara fit, & caro ſuperflua ſenſu exquiſitiſſimo prædita ſuccreſcit, quæ pariter volſellis reſcindenda eſt, vt à ſanguinis copioſo effluxu, dolori ſedato parti veniat ſolatium.

De tumore Genuum. Cap. XX.

Gal. com. ad ſent. 1. ſect. 4. lib. 6. epid.

POſt longos & difficiles morbos, ſæpe tumores in genubus ſuboriuntur: ſed & corporibus cacochymis & plethoricis poſt labores & exercitia. Id morbi genus frequens eſt, quod humor facile decum-

bat

A bat in partem, quæ à labore incaluit. Atque ſi ad morbos longos eiuſmodi tumores conſequuntur, periculoſi ſunt, & curatu difficiles, ub idque minime negligendi: nam hos acerbi dolorum cruciatus comitantur, quod eo decumbens humor, membranas, quæ illic multæ partem inuoluunt, diſtendat & diuellat: adde, quod virulentæ & malignæ cuiuſdam qualitatis humor ille, ſiue frigidus, ſiue calidus ſit, fit particeps, cum in illas partes decubuit, cuiuſmodi virulentiam cernimus in articulorum doloribus, & venenatarum beſtiarum morſibus. *Gal comm. ad ſen 67 ſe. 2 prog. Prognoſti.*

Quod ad curationem ſpectat, ſi à ſanguine tumor eſt, victus inſtituetur tenuis & refrigerans. Ad reuulſionem cauſæ antecedentis phlebotomia imperabitur. Topica pro temporum quatuor varietate, varia vſurpabuntur. Ad doloris vero leuamen, anodyna inſtituentur, de quibus omnibus ſatis multa dicta ſunt, *capite de curanda Phlegmone.* Et quoniam partes hæ ſunt exactiſſimi ſenſus, ſi aperiendi tumoris incidat neceſſitas, non temere aut inconſiderate id opus aggrediendum, metu doloris & malignorum accidentium. Non raro à flatu contento id tumoris genus excitatur: qua in re diligenter Chirurgo prouidendum eſt, ne fallatur, ac ſpecie inundationis, quam appreſſis digitis percipere videtur, quaſi contentæ ſaniei & humoris ad tumoris reſciſſionem adducatur. Nam pro humore flatus erumpens malorũ accidentium conſecutionem adfert, propter temere factam in parte ſenſibili ſectionem. Sed ſi aquoſi humores partem tumefecerint, phlegmagogis ante omnia purgandum erit corpus: inde topica incidentia, attenuantia, rarefacientia: diſcutientia, & valde deſiccantia erunt vſurpanda, de quibus abunde dictum eſt *capite de Oedemate.* Non raro tamen in profundo deliteſcit humor ille inter patellam & articulum: quo fit, vt diſcuti & reſolui nequeat propter partis infirmitatem, & caloris paupertatem; adeo vt humor aduena ſua ſæpe ſede oſſa dimoueat & excludat, vt multis contigiſſe animaduerti: quo in caſu irrigationes ex vino rubro, quo vis medicamenti ſubeat, penetretque promptius ab alto factæ, valde commendantur. *Curatio.*

B (beside "prouidendum eſt" in the paragraph above)

De Dracunculis. Cap. XXI.

NOn poſſum omittere, quin quæ de Tumoris contra naturam eo genere, cui à Veteribus Dracunculi nomen eſt impoſitum, dicenda videntur, hoc loco explicem. Dracunculorum res, ratioque varie à variis authoribus iactata fuit, ſic, vt hactenus de illis nihil ſcriptum habeamus, cui tanquam ſtabili eſſentiæ illorum fundamento inniti iure & cum ratione poſſimus. Primum enim, quod ad Galenum attinet, *lib. de loc. affect. Pilorum* (inquit) *qui per vrinas excernuntur, generatio non minori eſt admiratione digna, quam Dracunculorum, qui* (vt aiunt) *in quodam Arabia loco, in tibiis hominum naſcuntur, natura neruoſa, colore, craßitudineque lumbricis ſimilis: igitur cum multos audiuerim, qui ſe vidiſſe eos dicerent, ipſe vero nunquam viderim, idcirco neque de ortu, neque de eſſentia ipſorum quicquam exacte conicere poſſum.* *Non ſatis ſcitum haberi, quid ſint Dracunculi. Lib. 6. cap. 3.*

C (beside "à variis authoribus" in the paragraph above)

Paulus Ægineta ſcribit, Dracunculos generari in India & Ægypti partibus editioribus, vermium ſpecie, in corporis humani partibus muſculoſis, brachiis, inquam, femoribus & cruribus: quin & pueris per coſtarum ſubcutaneas partes repere cum motu manifeſto. Cæterum ſeu reuera animalia ſint, ſeu animalium tantum ſpeciem habeant, curari vtiliter fotu calido, quo in iuſtum tumorem ſublatus Dracunculus, foras exerat ſe, & digitis fruſtatim auelli queat, vtiliter etiam admoueri ſuppurantia cataplaſmata, ex aqua, melle, & farina frumentacea, hordeaceaque. Auicenna nihil certi habens, in quo conſiſtere poſſit, varius, modo in hanc, modo in illam propendet ſententiam. Nunc enim de Dracunculis tanquam de animalibus loquitur, mox tanquam de materia & humore certo loco concluſo. De cætero mali huius curam & eſſentiam recte complexus, vt dicemus poſtea. Aetius ait, Dracunculos lumbricis ſimiles eſſe, & aliquando magnos, aliquando paruos reperiri, nec diſſimilem lumbricis latis, qui in inteſtinis gignuntur, obtinere generationem. Sub cute enim moueri nihil moleſtiæ afferentes, verum temporis progreſſu circa Dracunculi extremitatem locum ſuppurari, cutim aperiri, ac Dracunculi caput exeri. Quod ſi Dracunculus attrahatur, vehementem dolorem inducere, præſertim ſi nimia tractus violentia fuerit ruptus: nam quod relinquitur, moleſtiſſimos dolores inferre: proinde vt ne recurrat animal valido filo brachium conſtringendum eſſe, & quotidie hoc faciendum, vt Dracunculus paulatim progrediens conſtrictione quidem intercludatur, nequaquam autem abrumpatur. Locum aqua mulſa & oleo, in quo abſynthium aut abrotonum coctum eſt, aut alio quodam ex his, quæ ad alui lumbricos deſcribuntur, irrigandum eſſe. Quod ſi Dracunculus ſponte progrediens facile extrahi poterit, nihil amplius faciendum eſſe: ſin ad ſuppurationem vertetur, à cataplaſmatis & aquæ mulſæ ac olei rigatione non eſſe diſcedendum: ſibi familiare eſſe poſt cataplaſmatum ablationem, emplaſtrum è baccis lauri imponere: facta vero ſuppuratione, cutim per longitudinem diſſecandam, ſicque Dracunculum denudatum auferendum, cutim vero linamentis indutia implendam, reliquamque curationem ſuppuratoriam adhibendam, ita vt animali ſuppurato & extracto vlcus incarnetur, & ad cicatricem perducatur. *Lib. 4. cap. 59. Curatio ex Æginetæ. Cap. 21 li. 4. ſen. 3. tract. 3. Lib. 14. cap. vlt. Curatio ex Aetio.*

D (beside "malı huius curam" in the paragraph above)

E (beside "tiam adhibendam" in the paragraph above)

Rhaſes ſcribit, quod quando pars in veſicam attollitur, ac vena maturat egreſſum, vtile eſſe ægrum aloes ſemidragmam prima die haurire: altera die dragmam integram: tertia dragmas duas: locumque item affectum ex alue fouendum, ſic enim quod latet, emerſurum: quod prodierit, fiſtula plumbea, quæ dragmæ pondus æquet, eſſe inuoluendum, ſic vt propendeat: pondere enim tacta vena producetur, foraſque prodibit magis, atque cum id, quod prodierit multum & longum fuerit, abſcindendum, non quidem radicitus, ſed ſic, vt eius reſtet & emineat portiuncula, ad quam fiſtula pendula alligari poſſit: futurum enim alias, vt in cutem & latibula ſua ſe ſubducat, putridique & maligni abſceſſus conſecutionem faciat. Itaque huic morbo blande occurrendum & ſenſim venam protrahendam è corpore, quouſque tota exciderit, vt nihil eius ſuperſit. Quod ſi caſu contigerit, vt quod venæ prodierit, radicitus fuerit exciſum, tum nouacula vlcus in longum reſcindendum, ſicque recludendum, vt quicquid reliquum *Tract. 7. ca. 14. Curatio ex Rhaſi.*

 fuerit,

fuerit, id vniuerſum tolli poſſit. Dehinc per aliquot dies partem botyro illinendam, quouſq; quicquid eiuſmodi ſubſtantiæ adhæſerit, putredine conſumptum defluat: inde vlcus ſarcoticis curandum: ſic igitur Rhaſis *in eodem textu* rem eandem diuerſis nominibus exprimit, & ferro, plumboque armatus ad eius curationem aggreditur, quaſi cum fera reliqua efferâ depugnaturus. A

Rhaſis de dracunculis opinio.

Sorani aperta ſententia.

Soranus Medicus, qui Galeni vixit temporibus, contrariæ omnino fuit ſententiæ, quemadmodum de eo refert Paulus Ægineta *loco citato*, vt qui neget Dracunculum animal eſſe, ſed neruis cuiuſdam nerui, qui Medicis, ægriſque motu quodam, cieri videtur, ſub cute condenſationem, quo nomine Soranus reliquis propius ad veritatem acceſſiſſe videri debet, non ſic tamen, vt perſpectam planeque cognitam habuerit mali huius eſſentiam, quemadmodum demonſtrabimus poſtea. Manardus ſcribit,

Epiſt. 2. li. 7.

Dracunculos generationem obtineri ex malo & illaudabili ſanguine, craſſo, calido & melancholico, aut ex pituita adusta valde reſiccata. Gotthæus, Medicus noſtri temporis doctiſſimus, *lib. de Definitionibus medic.* negat quemquam noſtrarum Medicorum, de Dracunculis poſſe quidquam dicere, quod malum noſtris his regionibus adeo ſit infrequens, vt vix vnquam in facienda medicina occurrat. Author Introductionis & Definitionum medicarum definit Dracunculum morbum varicibus valde ſimilem, magnum dolorem tum cientem, cum ſenſim augeſcens moueri incipit: itaque eodem modo, & eadem ſectionis, inciſioniſque methodo cum varicibus curari. Quæ maxime res Guidonem mouiſſe videtur, vt *tractatu de apoſtematibus* id mali genus ad varices referret, quod eandem cauſam cum varicib. obtineat, & eodem remedio ſaneſcat. Cum vero à varijs ſcriptoribus, varia huic morbo fuerint impoſita nomina, omnes tamen id Venæ nomine expreſſerunt: nam ab Auicenna & Guidone dictus eſt Vena Meden, quod in vrbe Medina frequens eſſet malum: Albucaſi Vena ciuilis: Haliabbas Venam famoſam dixit: alij Venam ctuis dixere. B

Quid Dracunculus.

Medici omnes dracuntia Venarũ morbum agnoſcunt.

Profecto tot opinionum, non inter ſe modo, ſed & ſibiipſis repugnantium contrarietas facile arguit, quam parum de huius morbi eſſentia apud eos conſtaret, qui nobis de eo ſua ſcripta prodiderunt: ad quæ mala & hoc acceſſit, quod recentium Medicorum nullus de eo quidquam commentus ſit. Quanquam enim Iacobus Dalechampius vir in omni parte medicinæ verſatiſſimus, de hac materia multa ſcripſerit *libro chirurgiæ gallicæ*, quem ſuperioribus annis edidit: induſtriæ tamen ſuæ nullum nobis amplius teſtimonium reliquit, quam quod diligens admodum extiterit in colligendis hac de re Veterum ſcriptis, nullo ſuo iudicio interpoſito, quo nobis de re adeo controuerſa conſtaret. C
Me vero pudor meus adeo continere non potuit, quin eligerem audacis, in aggrediendo potius, opinionem ſubire, quam quantum in me eſſet, permittere hanc de Dracunculis quæſtionem diutius ambiguã & indeciſam manere. Ergo in præſens ſic de ea ſtatuam, vt refutatis Veterum opinionibus, meam de huius morbi eſſentia & curatione, ſententiam, certis rationum momentis ſtabiliam. Primum enim quod Dracunculi, neque quid animatum exiſtant, neque lumbricis ſimiles ſint, vel ſimilem latis alui lumbricis generationem obtineant, quæ Aetij ſuit opinio, facile eſt tum ex eius ſcriptis, tum ex ipſa ratione conuincere. Scribit enim ille, latum vermem, quem Tæniam appellat, veluti metamorphoſim & permutationem eſſe tunicæ interioris gracilium inteſtinorum in corpus viuum, animatum & mobile: at nemo dixit, nec ipſe fatebitur Dracunculos ex tunica venæ, in qua latent, vel ex fibris neruoſi corporis, cui ſæpe aſſident, multo vero minus ex cute, ſub qua habitant, ortus ſui materiales cauſas ducere. Præterea nec vermium, neque aliorum animantium, quibus ex putredine ortus eſt, poteſt eſſe generatio, niſi per corruptionem materiæ alicuius, ex cuius parte meliore & benigniore natura, vi caloris vitalis animatum aliquid effingit, vt docet Ariſtoteles. Itaque ad hunc effectum proferendum oportet in materia eam ad putredinem adeſſe diſpoſitionem, quæ requiritur ad eiuſmodi animalis generationem, quale nobis Dracunculum depingunt: oportet cauſas adiuuantes concurrere, quæ principi cauſæ in agendo ſubſidio ſint: oportet & locum adeſſe opportunum. At nulla eiuſmodi cauſarum notari poteſt, quæ Dracunculis vitam & animam afferat. Nam omnium eorum, qui de his ſcripſerunt, ſuffragio, generatio ipſis eſt ab humore melancholico terreſtri & craſſo, cuiuſmodi qualitatibus ſuis tum primis frigiditate & ſiccitate, tum ſecundis, id eſt, aciditate, non modo ad putrendum omnium ineptiſſimus cenſetur, ſed & putredini reſiſtere creditur, vt cui cauſa ſit à calore & ſuperflua humiditate. Præterea ſi cauſa materialis huius morbi eſſet ab humore putrente & per putredinem in viuum aliquid abeunte, fœtorem vna adeſſe oporteret, accidens nempe putredinis inſeparabile: ſic enim fœtent in inteſtinis excrementa, ex quibus lumbricis generatio eſt. Itaque quod exhalat ex eorum corporibus, quos Dracunculi infeſtãt fœtens eſſe oporteret, quemadmodum accidit phthiriaſi laborantibus. Et nemo eorum, qui Dracunculorum accidentia perſecuti ſunt, huius meminiſſe legitur. Quod vero ſpectat ad cauſam efficientem, vnde calor tantus ſubcutaneis in locis excitari queat, cuius efficacia ex materia melancholica, & ad putrendum ineptiſſima tantum animal efformari queat, quale nobis Dracunculum effingunt, qui corpus monſtrum, monſtris fœtum eſſe comminiſcuntur: cum præſertim corporis ſuperficies, tum arteriolis ſub cutem ſparſis, tum inſenſibilis tranſpirationis beneficio continenter flabelletur, & aſpiretur ambientis aeris refrigerio. Iam vero deficientibus, vel certe admodum infirmis, quod ad operoſi eiuſmodi effectus generationem attinet, cauſis materiali & efficienti, quæ cauſa coadiuuans ſubſidio eſſe poteſt? an ciborum humiditas? Quæ enim cibis tepidis & humidis veſcuntur corpora, vt lacte, caſeo, horariis fructibus fœta vermibus eſſe ſolent, vt puerorum docemur experientia. At contra Auicenna *loco citato*, ſcribit, calidi & ſicci temperamenti cibos, id morbi genus maxime inuehere, nec tam frequens eſſe malum corporibus humidis, & balneo, humidiſque obſoniis, & vino moderate ſumpto, aſſuetis. An vero earum regionum, quibus veluti Endemius eſt hic morbus, aeris conditio aliquid conferre poteſt ad eiuſmodi animalium generationem? Certe in hanc rem confert aer nebuloſus, tepens & craſſus, qualis primo Vere eſſe ſolet, cum omnia ranis, bufonibuſque & ſimilibus ex putredine natis animalculis obſtrepunt.

Refellitur Aetij de dracunculis ſententia.

Tract. 3. ſer. 1. cap. 40.

Quæ ex putrente materia viuum aliquid fiat. 4. Meteo.

D

Humorem melancholicum natura ſua eſt ad putrendum ineptiſſimum.

Fœtor putredinis accidẽs inſeparabile.

E

Qualibus ex cibis gignantur vermes.

Cap. 83. chir. Gallic.

At con-

A At contra Iacobus Dalechampius, ex Medicorum omnium, qui de Dracunculis ſcripſerunt, ſententia, ſcribit, in Indiæ demum & Arabiæ aridis & aduſtis à Sole locis Dracunculorum morbum ſuboriri. Quod ſi ſaltem corporis noſtri ſubcutanea illa ſuperficies, opportunitatem aliquam haberet ad eiuſmodi animalium generationem & nutritionem, cum probabilitatis aliqua ſpecie ſcripſiſſe illi videri poſſent, Dracunculos animalia eſſe: at ſi loco illi nec opportunitas adeſt ad generationem, nec capacitas ad nutritionem eiuſmodi animalium, vt inteſtinis: ſi corporis illa regio nullo tepido & ſuffocante calore afflatur, ſi nulla craſſarum ſordium, ab vniuerſo corpore eluuie alluitur & inquinatur, vt inteſtina proluì ſolent, ſed tenuiorum modo exhalationum, quibus prompta & facilis, per cutis ſpiracula cæca tranſpiratio eſt, appulſu perfunditur; quæ cauſa ſatis iuſta videri poterit, tam monſtroſi & portentoſi effectus?

Cui regioni ſint familiares Dracunculi.

Sed rationem illis machinis parum profecerimus, niſi vna præſidia omnia, quibus vetus illa de dracunculis opinio niti & ſtare poteſt, deiecerimus. Primum enim, inquiunt, *cur veteres id morbi genus rei animatæ, id eſt, dracunculorum nomine expreſſiſſent*: Quia, inquam, in arte medica nomina morbis ſæpius imponuntur ex ſimilitudine, quam ex rei veritate, in cuius rei confirmationem ſufficient trium morbo-

Vnde nomina vulgo morbis imponantur.

B rum exempla Cancri, Polypi, & Elephantis. His enim illa ſunt impoſita nomina, non quod per eiuſmodi morbos Cancer aliquis, Polypus, aut Elephas viuens ſuboriatur in corpore, ſed quia ille ſua in vicina loca propagatione cancri brachia & chelas repræſentet: Alter ſubſtantia ſua polypi marini carnem adumbret: Tertius denique quod elephanticis, vt animatis Elephantis cutis ſit rugoſa, aſpera, & cruſtis, tuberculiſque horrida. Ita profecto morbus is, de quo nunc quærimus, Dracunculi nomen ex eo meruiſſe iure videtur, quod vniuerſa ſua cõformatione, colore, mole, in longum & rotundum productione Draconis imaginem exprimat. *Sed vnde*, inquient, *manifeſtus in illa materia motus, ſi inanimata exiſtit*: Dicimus, humorem huius morbi cauſam tenuem & feruidum eſſe, atque adeo cum impetu in partem decurrere, vnde moueri videri poſſit.

Cur Dracunculus ſit dicti.

At cum Dracunculi ſuppurantur, caput è ſuis tanquam latibulis exerunt? Reſpondemus, hac in re valde deceptos fuiſſe Veteres: quod ſcilicet poſt ſuppuratum apperta vomica neruoſum aliquod corpus renudatum ſe proferret, oculiſque ſubiiceret, quod conuulſiuo & vibrato ſuo motu Dracunculi ſinuoſas iactationes exprimeret. At dolor, dicent, non cadit, niſi in res ſenſu & vita præditas, Dracunculus vero is cum violentius trahitur, ſi præſertim tractus, violentia ruptus fuerit, extremos ciet dolores:

Vnde dolor in Dracunculis.

C Reſpondemus, haud ſequi & valere concluſionem. Non enim dolores illi cientur, niſi cum Chirurgus male cautus pro Dracunculo neruoſum ſeu membranoſum aliquod corpus humore aduſto turgidum & imbutum trahit & vellicat, vnde non poteſt non eſſe ſumma doloris acerbitas, ea parte vellicata, quæ ſenſus in nobis author eſt. Eſt vero puerile, ex eo Dracunculum ſentire dicere, quia corpori animato, cui ineſt, acres dolores inferat. Ergo vt tandem aliquid ſtatuamus de natura, eſſentia, & generatione Dracunculorum, affirmare auſim, Dracontion nihil eſſe aliud quam *tumorem & abſceſſum à feruore ſanguinis in genere venoſo genitum*.

Quid vere dracunculus.

Eiuſmodi ſanguis expultricis facultatis robore ad partes externas, artus præſertim, id eſt, brachia & crura per venas impulſus, tumorem excitat teretem & longum, ſæpe ab humeri articulo ad carpum vſque, vel ab inguine vſque ad malleolorum alterutrum protenſum cum tenſione, ardore, renixu, punctorio dolore & febre. Protenditur vero tumoris alias in rectum, alias in obliquum & anfractus varioſos, quæ cauſa extitit, cur plerique hoc morbi genere prehenſi, adeoque artus ſpiris velut ſerpentinis implexi, Dracunculo ſe teneri dicerent. Hæc habui, quæ de Dracunculis ſaltem noſtratibus dicerem.

Symptomata quæ dracunculos comitantur.

Quod ad curationem ſpectat, non eſt ea diſſimilis phlegmones à fluxione ortæ curationi. Nam & hic pariter varianda remedia pro temporum morbi totius quatuor varietate: diætæ vero, phlebotomiæ & catharſis eadem regula obſeruanda, quæ ante *capite de phlegmones curatione* eſt præſcripta.

Curatio.

D Dracunculorum mentio, aliud abſceſſus genus æque rarum mihi nunc in memoriam reuocat: Id Cridones, credo, à crinibus, noſtrates Galli nominant: pueros præſertim diuexat, ac quaſi ſpinnularum aculeis compungerentur dorſum, huc illuc ſe iactant, quietis impatientes: ab exiguis quidem, qui vix aciculæ longitudinem æquent, ſed craſſis & ſpiſſis pilis oritur id malum. Curatur fotu aquæ pluſquam tepentis, quem mox ſequatur litus ex melle & farina frumentacea: ſic enim pili illi ſub cutanei alliciuntur & euocantur foras, prolectique tenuibus volſellis auelluntur. Suſpicor id mali genus veteribus Medicis fuiſſe ignotum.

Cridones. Simile malum pilare, apud Ariſt. c. 31. li. 7. de hiſtor. animal.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

DE VVL-

 A

DE VVLNERIBVS INGENERE

LIBER OCTAVVS.

Quid Vulnus, quas habeat ſpecies, & differentias, & vnde ducantur. B

CAP. I.

Quid pro- prie Vulnus.

Varia Vul- nerum pro partium va- rietate no- mina.

VVLNVS, *recens* eſt, *cruenta, & ſine putredine completa, purulentane in mollibus præſertim particulis continui ſolutio ab ictu, lapſu aut morſu.* Id etiam vlcus recens vel ſimplex nominant: cadit enim in omnes corporis partes continui ſolutio, ſed pro partium diuerſitate varia apud Græcos nomina ſortitur. Nam in carne Helcos, in oſſe Catagma, in neruo Spaſma, in ligamento Thlaſma, in vaſis Apoſpaſma, in peuſculis Regma nominatur. Atque quæ in vaſis contingit Continui ſolutio, à mttis ipſorum oſculis, Anaſtomoſis, quæ per eroſionem, Aneuroſis; quæ per reſudationem & transcolationem, Diapedeſis nominatur. Id quo facilius intelligatur, ſequenti tabula deſcribere placuit.

Tabula de Vulnerum differentiis. C

Vulnerum differentiæ ducuntur,

- *Ex natura partium, in quibus fiunt & oriuntur. Sunt vero partes illæ*
  - *Vel ſimilares, & hæ*
    - *Vel molles, vt*
      - *Glandula,*
      - *Caro, Adeps,*
      - *Medulla.*
    - *Vel dura, vt*
      - *Os,*
      - *Cartilago.*
    - *Vel mediocris conſiſtentiæ, vt*
      - *Membrana,*
      - *Ligamenta,*
      - *Fibra,*
      - *Vaſa, Nerui, Vena,*
      - *Arteria.*
  - *Vel organica, hæq; vel*
    - *Principes*
      - *Cerebrum,*
      - *Cor,*
      - *Iecur: quibus nonnulli addunt vterum & teſtes.* D
    - *Miniſtrantes principibus.*
      - *Aſpera arteria,*
      - *Pulmones,*
      - *OEſophagus,*
      - *Ventriculus,*
      - *Inteſtina,*
      - *Veſica.*
    - *Nec principes nec principib. miniſtrantes.*
      - *Aures,*
      - *Nares,*
      - *Pedes,*
      - *Manus, & alia generis eiuſdem.*
- *Ex propria eſſentia: ſecundum quam vel*
  - *Simplicia dicuntur vulnera*
    - *Cum nullius morbi vel ſymptomatis præterea complicatio adeſt.*
  - *Vel compoſita*
    - *Cum alicuius contra naturam vel plurium affectionum adeſt complicatio, quibus niſi ſublatis, non eſt ſperanda vulneris curatio.* E
- *Ex quantitate: ſecundum quam dicuntur*
  - *Magna*
    - *Longa, lata, profunda.*
  - *Mediocria*
  - *Parua*
    - *Breuia, anguſta, ſuperficiaria.*
- *Ex figura, ſecundum quam dicuntur*
  - *Recta, obliqua, angularia.*

A

De Vulnerum cauſis CAP. II.

Variæ vulnerum ex cauſis denominationes.

VVlnerum, quæ recentia & proprie cruenta dicuntur, cauſæ habentur res omnes, quæ extrinſecus vi, & impetu in corpus incurrere poſſunt. Hæ animatæ ſunt, vel inanimatæ. Animatæ; vt morſus & puncturæ beſtiarum. Inanimatæ ſunt, vt teli, gladij, fuſtis, ſclopi igniuomi, lapidis, ſicæ & ſimilium omnium ictus. Ex eiuſmodi cauſarum varietate, varia ſunt indita nomina: quæ enim rerum acutarum & pungentium incurſu infliguntur, puncturæ dicuntur: quæ rerum incidentium, plagæ, ſeu vulnera inciſa: quæ grauium & obtuſarum, contuſiones ſeu vulnera contuſa nominantur.

De Signis & indiciis vulnerum. CAP. III.

In venundando vulnere cautio.

Circulator & impoſtor Chirurgus.

Lib. 4. meth. cap. 6.

Tribus modis dici magna vulnera.

VVlnera primum cognoſcuntur viſu. Inde petitis ſignis, ante omnia debet animaduertere Chirurgus
B quæ vulnera ſanabilia ſint, & quæ inſanabilia, quæ vix, quæ facile ſanationem recepturа. Non enim prudentis Chirurgi eſt in vulnere lethali, vel periculoſo & difficili ſanitatem ſpondere, ne videatur eum interemiſſe, quem non artis imperitia, ſed vulneris magnitudo interemit. Cum vero periculoſum exiſtit vulnus, ſine tamen deſperatione ſalutis, eos, qui ægro adſunt, amicos, de præſenti diſcrimine & ancipiti vulneris ſtatu admonere debet; vt ſi ars mali magnitudine victa fuerit, non ipſe artis inſcitia deceptus, aut adſtantes decepiſſe iudicetur. Sed vt id boni & prudentis Chirurgi munus eſt, ita circulatoris & impoſtoris eſt, exigua mala verbis extollere, quo plus præſtitiſſe videatur. Eſt vero rationi conſentaneum, vt dum facilis ſanationis morbum eſſe profitetur Chirurgus, famam ſuam eiuſmodi pollicitis & officio ſuo obſtrictam eſſe velit, putetque, quo ſic expediundæ ſanitatis vias omnes attentius circumſpiciat: ne quod malum per ſe exiguum eſt, negligentia in maius euadat. Ergo noſſe debet, quæ vulnera magna ſint habenda. Ea notitia tribus rebus comparatur, vt ait Galenus. Primum quidem partis obſeſſæ magnitudine & principatu: ſic enim cerebri, cordis, & magnorum vaſorum vulnera, etſi ex ſe exigua ſint, magna tamen cenſentur. Deinde ex ſolutionis continui magnitudine: quo modo vulnera magna putantur, quibus multum ſubſtantiæ partis eſt amiſſum in omnem dimenſionem, etſi pars ea in ancil-
C latium cenſu exiſtat. Deinde ex malignitate: quo nomine articulorum vulnera in magnis habentur, quod fere male morata cernantur.

De Vulnerum prognoſi. CAP. IV.

Quæ periculoſa vulnera.

Vulnera omnium minime periculoſa.

Quæ lethalia.

Hipp. aph. 19. lib. 6.

Cur contuſa vulnera difficilius ſanentur.

Cur rotunda difficilius coeant.

Iuuenum vulnera citius ſanantur.

Hippo. lib. de vlceribus.

Hipp. aph. 66. lib. 5.

ILla vulnera cenſentur periculoſa, in quibus inſignis aliquis neruus, vena aut arteria oblæſa ſunt. Illinc enim conuulſionis metus, hinc vero ſanguinis venoſi arterioſique profluuium, vnde virium collapſus mala etiam habentur illa, quæ axillis, inguinibus, feminibus vel inanibus locis, articulis & inter digitos inflicta ſunt. Item quæ muſculi caput aut caudam oblæſerunt. Minime omnium periculoſa exiſtunt, quæ carnoſam ſubſtantiam attingunt. At lethalia ſunt, quæ in veſica, cerebro, corde, iecore, pulmone, ſtomacho & tenuibus inteſtinis hærent. Quin ſi quod os, cartilago, neruus, genæ portio aut præputij abſciſſa fuerint, non reparantur. Contuſa vulnera operoſioris ſunt ſanationis, quam ea, quæ ſola & ſimplici continui ſolutione moleſta ſunt: nam antequam de vnione reſtituenda cogites, molienda ſuppuratio eſt & deterſio, quæ res niſi longo tempore perfici nequeunt. Quæ rotunda & in orbem ſunt vul-
D nera, hoc ipſo peiore ſunt conditione: non enim fit vnio niſi per angulum, id eſt, duarum linearum concurſum, quæ res in vulneribus circularibus locum habere nequit, quod circularis figura vnica linea obliqua abſoluatur. Præterea vulnera eo maiora cenſentur, quo extrema ipſorum & labra longius ſunt à ſeipſis diſſita: quod contingit ſphæricis vulneribus. Contraria ratio eſt vulnerum angularium vel fibrarum ductus ſequentium, vt pote quæ facilioris ſanationis exiſtant. Iuuenum vulnera facilius & promptius ſanantur, quam ſenum, quod in illis natura vegetior ſit & ſanguis pinguis copia maior, vnde carnis promptior & fœlicior reparatio, quæ in ſenili corpore tardior eſſe ſolet, quod ſenibus ſanguis exiſtat parcior & ſiccior, & naturæ virtus languidior. Quæ vernali conſtitutione infliguntur vulnera, non ſunt ſanatu æque difficilia, atque ea, quæ hyeme vel æſtate. Eſt enim omnis caloris & frigoris exceſſus vulneribus contrarius: *vulneri ſuperuenire conuulſionem malum eſt*, neruoſi enim corporis læſi ſignum hoc exiſtit, ipſi compatientis cerebri, quod neruorum principium exiſtit. *Tumor vulneribus magnus ſuperueniens bonus eſt*: Hinc enim ſignificatio fit virtutis naturæ ad noxiorum depulſionem & oblæſæ partis leuamen. Partes organicæ penitus diſſectæ vnionem admittere nequeunt: quod diſtracta ſemel & reuulſa à corporis trunco pars vitalis principij influxum à corde tanquam à radice recipere amplius nequeat, ſine quo vita
E nulla eſſe poteſt. Neruorum, venarum, arteriarum, itemque oſſium ſoluta continuitas aliquando reſtituitur: non vere & per primam, vt loquuntur, intentionem, ſed per ſecundam; id eſt, per ſimilis, non vero eiuſdem ſubſtantiæ repoſitionem. Prima intentio in partibus carnoſis per conuerſionem ſanguinis alimentarij in propriam vulneratæ partis conuerſionem, locum habet. Secunda vero in partibus ſpermaticis: in quibus deperdita ſubſtantia reparatur, heterogenei alicuius corporis interuentu, quod natura conſeruandi ſui diligens, in amiſſi locum molitur: ſic enim quod oſſa fracta reſtituit & agglutinat corpus, non os, ſed callus vel porus exiſtit, cuius origo & materia eſt ab humore paulo craſſiore, quam exiſtat ille vnde oſſibus ortus ſuppetit, & principium: hic humor cum ad fracturæ locum appulerit, oſſium extrema ſibi inuicem agglutinat, quæ alias ob duritiem coaleſcere nunquam poſſent. Hanc vnionem facilius & promptius admittunt oſſa puerorum, propter mollis & tenellæ ſubſtantiæ ſequacitatem. Deniq; admonendus hoc loco Chirurgus eſt, exigua vulnera, & quæ nemo artifex lethalia iudicet,

Porus & callus quid & vnde.

Exigua & contemptibilia vulnera ſæpe lethifera.

Aph. 2. ſect. 6.

non

non raro lethum inferre, propter occultam quandam læſuram, circumſtantiumque corporum cacoe- A thiam. Quo nomine notatum ab Hippocrate legimus, non ſatis eſſe, Medicum ſuum feciſſe officium, ſed externa rite præparata eſſe oportere.

De vulnerum Curatione in genere.

CAP. V.

Generalis vulnerum indicatio.

CHirurgus ad rectè inſtituendam vulnerum curationem, communem ſibi & generalem indicationem proponere debet, diuiſarum nempe partium vnionem: cuius indicationis plebeis etiam hominibus in tali caſu in mentem venit. Quod enim diuulſum eſt, vniri poſtulat, quod vnio diuiſioni contraria ſit. At quibus artibus eiuſmodi vnio procuranda ſit, ſoli artifici & perito notum eſt. Hanc igitur primam & præcipuam indicationem conſequimur naturæ principis velut agentis beneficio, & Chirurgi naturæ tanquam miniſtri opera: ac niſi natura robuſta extiterit, nunquam conceptum animo finem B Chirurgus adipiſci poterit. Ergo vt eius compos fiat, quinque illi præſtanda veniunt.

Quinque ad vnionem neceſſaria.

Primum eſt, vt ſi quæ peregrina corpora, cuiuſmodi ſunt ligni, ferri, oſſiū, contuſæ carnis, concreti ſanguinis & ſimilium rerum fragmēta, ſiue ea extrinſecus, ſiue intrinſecus è corpore venerīt, in vulnere forte defixa fuerint, ea eximat: non enim alias ſperabilis eſt vnio. Alterum eſt, vt vulneris labra ſibi inuicem adiungat: non enim aliter agglutinari & vniri queunt. Tertium eſt, vt adiuncta labra contineat. Quartum, vt partis læſæ temperiem conſeruet: nam ſuperſtite intemperie, impoſſibile eſt ipſam ſuæ vnitati reſtituere. Quintum eſt, vt accidentia, ſi quæ obrepſerint, corrigat, quod his vrgentibus ſæpe curationis ordinem inuertere neceſſe habeat Medicus. Peregrina corpuſcula omnia quamprimum ideo eximenda ſunt, quod ea naturæ, vnitatem molientis, actionem impediant, ſi præſertim neruoſum aliquod corpus aut tendinem comprimant, pungantue, vnde dolor, vel in partem aliquam principem, aut principi ſeruientem abſceſſus.

Quando nō ſtatim eximenda.

Quanquam ſi ex cita & prompta eiuſmodi corpuſculorum exemptione metus aliquis acerbi doloris vel hæmorrhagiæ immineat, longe ſatius erit, totum id negotium naturæ permittere, quam violenta feſtinatione vulnus exacerbare. Natura enim quicquid alienum parte læſa continebitur, ſenſim tanquā contrarium, vel etiam vna cum pure, excludet. At ſi in mora periculum fuerit, Chirurgum oportebit ci- C to, tuto, & quam iucundiſſime res patietur, operari, vulneribus enim inclementius tractatis hæmorrhagia, ſyncope, conuulſio & alia horrenda ſymptomata ſuperueniunt, ex quibus magis periclitatur æger, quam ex ipſo vulnere. Ergo peregrina corpora licet euellere digitis, vel inſtrumentis ad eam rem comparatis, alias vero facilis, alias difficilis eiuſmodi auulſio eſt, prout infixum corpuſculum inuentu vel tractu facile aut difficile extitent. Quod ipſum contingit pro figuræ corpuſculorum eiuſmodi varietate, pro partis ipſius mollis, duræ, aut profundæ conditione, cui ipſa corpuſcula arctius vel laxius infixa hærent: deinde pro metu inferendi grauioris alicuius damni, vt ruptionis vaſis alicuius. Cæterum qua arte primam illam intentionem complere poſſimus, ſimul & quis ſit inſtrumentorum ad eam rem neceſſariorum Typus, oſtendetur *tractatu particulari de Vulneribus, Sclopeto igniuomo, Sagitta, & Telo inflictis.*

Vincula & ſutura committendis, continendaque vulnerū labra inſeruientes.

At ſecundum & tertium curandorum vulnerum ſcopum, duobus atque iiſdem modis conſequetur Chirurgus, vinculis nempe & ſuturis: quæ tamen priuſquam adhibeat, animaduertet, num hæmorrhagia præſens adſit. Hanc enim, ſi effrenatior extiterit, cohibebit: ſi pigrior, promouebit (niſi forte ſi illa in ventrem aliquem effuderit) quo pars ſuperflua ſanguinis copia exonerata, inflammationi minus ſit obnoxia. Ergo vulnerum labra ſibi inuicem admouentur, & admota continentur ſutura & vinculis: D non quidem omnium, ſed eorum demum, quæ tum ſpecie ſua & magnitudine, tum partium, in quibus exiſtunt, conditione, vtriuſque remedij indigna ſunt & capacia.

Cur pigrum in vulnere ſanguinem profluentum incitandū.

Simplex enim & exigua continui ſolutio ſola eget ligatura, quam incarnatiuam nominant, ſi præſertim in brachiis ſit aut cruribus: quæ vero muſculos tranſuerſim diuidit, ſutura & ligatura opus habet, quo labra, quæ à ſe inuicem longius diſſiliunt, ac verſus principia ſua & fines quaſi conuelluntur, adiungantur. Si quæ carnoſæ ſubſtantiæ portio ab inſigni ſectione deorſum prolabitur, ſutura, neceſſario loco ſuo adiungenda & continenda erit: ſutura etiam egent partium omnium paulo inſigniora vulnera, quæ ligaturam propter partis, in quibus exiſtunt, figuram & ſitum non facile admittunt, vt auricularum, naſi, cranij, palpebrarum, labiorum, ventris & gutturis.

Quorum vulnerum labra ſola ligatura cōtinentur.

Quorum labra ſutura præterea cōtineri poſtulent.

Veterum omnium conſenſu ligaturæ tres exiſtunt ſpecies. Primam agglutinatiuam, ſeu incarnatiuam; ſecundam expulſiuam; tertiam retentricem vulgo nominant. Agglutinatiua ſeu incarnatiua vulneribus ſimplicibus, recentibus, & adhuc cruentis conuenit: duobus hæc capitibus conſtat, ſicque ducenda eſt, vt initio ex vulneris aduerſo ſumpto ſurſum ita procedamus, vt decoſſando & deorſum regrediendo labra ipſa ſibi mutuo committamus. Sit vero ligatura neque arctior, ne inflammationem vel E dolorem inferat: neque laxior, ne inutilis ſit & non probe contineat.

Ligaturæ ſpecies tres.

Quid incarnatiua.

Quid expultrix ligatura.

Expultrix ligatura vlceribus ſanioſis & fiſtuloſis quadrat ad exprimendam ſaniem contentam: abſoluitur hæc vna faſcia vno & ſimplici capite conſtante: eius ducendæ initium à fundo ſinus ipſius capi debet, ibique arctius ſtringi, paulatim ſurſum verſus de rigore illo remittendo ad vlceris vſque oſculum, quo (vt dictum eſt) ſanioſa materia foras exprimatur.

Quid retentrix.

Retentrix ligatura partibus, quæ arctius conſtringi ſe non patiuntur, eſt accomodata: cuiuſmodi ſunt guttur, venter, omneſque inſuper partes, quas dolor opprimet. Dolore enim pars affecta conſtrictionem horret: eius vſus eſt, vt Topica medicamenta contineat.

Faſciarum materia.

Faſcia abſoluitur, quæ alias vno, alias pluribus capitibus conſtat: faſciæ omnes linteæ eſſe debent, atque ex materia, quæ neque recentior ſit, neque vſu detrita nimis, neque craſſior, neque tenuior. Latæ erunt pro partium, quibus applicandæ venient, ratione: indicatione amplitudinis ſum-

A ſumpta, ab ipſarum magnitudine, figura, & ſitu, vt fuſius demonſtrabimus *tractatibus de Fracturis & Luxationibus.*

Cur & qui vulnerata partis temperies conſeruanda.

Quartum curandorum vulnerum ſcopum, qui eſt de partis læſæ ſeruanda temperie, conſequetur Chirurgus inſtituta ex Medici præſcripto optima victus ratione, remediis vniuerſalibus & topicis. Victus obſeruabitur tenuis, frigidus & humidus quouſque id effluxerit tempus, quo ab accidentibus, quæ in metu eſſe ſolent, æger tutus & immunis exiſtat. Parce ergo cibabitur, ſi præſertim plethoricus ſit, à carnibus ſalitis & ſpeciatis abſtinebit. Itemque à vino, ſi maxime natura bilioſus vel ſanguineus extiterit: vini loco aqua decoctionis hordei vtetur, aut glycyrrhizæ, aut hydroſaccharo. Quietus ſe continebit: eſt enim quies, Celſi ſententia, medicamentum longe optimum: Coitum, contentiones, rixas, iram, cæteraſque animi perturbationes vitabit. Vbi periculum effugiſſe videbitur, iam tempus erit, vt ſenſim redeat ad cõſuetam victus & vitæ rationem. Vniuerſalia remedia ſunt phlebotomia & purgatio, quibus vis ineſt diuertendæ & impediendæ fluxionis, à qua partis temperies mutationis noxam ſubiret. Quod ad phlebotomiam tamen attinet, non eſt illa ſemper neceſſaria, vt in exiguis vulneribus & corporibus, quæ neque cacochymia, neque plethora infeſtantur: at in illis demum deſideratur vulneribus, quæ magna ſunt, in quibus fluxionis metus eſt, doloris, delirij, & iactationis: corpore denique plethorico exiſtē-

B te, & articulis, tendonibus, aut neruis vulneratis. Purgationes blandæ inſtituendæ ſunt, quod à fortioribus commouentur & incandeſcunt humores, vnde fluxionis & inflammationis periculum, itaque nihil hac in re inconſulto Medico eſt tentandum. Topica & particularia medicamenta ſunt collectica, quæ ſiccandi vi & adſtringendi prædita eſſe debent, quo vulneris labra contineant, & fluxionem arceãt, habita ſemper ratione naturæ partis & morbi magnitudinis. Simplicia medicamenta ſunt, thus, aloe, ſarcocolla, bolus Armeniæ, terra ſigillata, ſanguis draconis, Terebinthina vulgaris & Veneta, gummi elemi, plantago, cauda equina, ſymphytum maius, farina volatilis molendinorum, & alia eius generis multa, quæ dicemus poſthac in antidotario.

In quibus vulneribus ſanguinem aperta vena detrahere non ſit neceſſe.

Cuiuſmodi purgatio cõueniat.

Collectica qualia cenſenda.

Quintus curandorum vulnerum ſcopus eſt de eorum, quæ vulneribus ſuperuenire ſolent, accidentium correctione, quæ certe res ſæpe Chirurgo multum negotij exhibet. Non raro etenim propriam morbi curationem miſſam facere cogitur, quo accidentibus & ſymptomatis occurrat, hæmorrhagiæ nempe, dolori, inflammationi, febri, conuulſioni, paralyſi, exolutioni, delirio, & ſimilibus: de quibus ſigillatim & breuiter dicemus, ſi ante de ſuturis, quæ dicenda hoc loco videntur, dixerimus.

C

De Suturis. Cap. VI.

Quibus in vulneribus ſutura carere liceat.

CVm vulnerà per crurum, tibiarum, & brachiorum protenduntur longitudinem, ſuturis facile carere licet, quia ligaturis vnio ſoluta facile reſtituitur: at cum tranſuerſim inflicta ſunt, ſuturam efflagitant, quod caro & ſimiles omnes partes diſſectæ verſus ſanas contrahuntur, quo fit, vt longius à ſe inuicem abſcedant. Quare vt adiungantur, & adiunctæ contineantur conſui debent. Atque ſi profundius ſit vulnus, multum carnis acu eſt comprehendendum: nam ſi extimam tantum ſubſtantiam comprehenderis, ſuperficie tenus vulnus agglutinatur: in imo vero & vulneris fundo collecta & concluſa ſanies abſceſſus faciet, & vlcera caua. Ergo de ſuturis faciendis nunc agendum.

Prima ſuturæ ratio.

Acus ratio.

Feneſtrati canaliculi ratio.

Suturarum quinque ſunt rationes. Prima, inter punctos, qui ducuntur, digiti relinquit interuallum; ideoque partium carnoſarum recentibus vulneribus, quæ faſcia curari nequeunt, in quibuſque heterogeneum & peregrinum nullum corpus hæret, idonea eſt: fit vero hoc modo. Acus habenda eſt lenis, quæ filum ducat, quæque mucrone ſit triangulari, quo facilius ſubeat in cutem, extremo vero capite nonnihil excauato, quo filum magis deliteſcat, ſic enim promptius penetrabit acus. Habendus eſt

D & canaliculus in extremo feneſtratus, cui oppoſito & obnitenti vulneris labrum innitetur, ne in hanc aut in illam partem, dum acus adigitur, commoueatur, atque vt per rimam illam ſeu feneſtram cernere poſſimus, quando penitus adacta ſit acus, eamque vna cum ſequente filo pertrahere, ſimul vero & vulneris labrum inconcuſſum tenere, ne ſequatur ad fili & acus pertractionem. Penetratis ſic vulneris labris, nodus fit, iuxta quem reſecandum filum eſt, ne ſi quid eius infra nodum reliquum ſit, ad emplaſtra ita adhæreat, vt citra dolorem ea ſuo tempore dimoueri, & ab illis tanquam tricis auelli nequeat. Notandum vero venit, quod primus punctus per mediam vulneris partem eſt adigendus, & ſecundus inde in eo ſpatio, quo medio & extremorum alterutri interſtabit: nec vero adactis pũctis vulneris labra ſibi penitus ſunt adiungenda, ſed hians aliquod inter ipſa ſpatium eſt reliquendum, quo puri effluxus liber pateat, & inflammationis doloriſque conſecutio vitetur, alias ſi proxime ſibi admota ſine interſtitio fuerint, ſuborto poſtea, quo tempore pus fiet, tumore, tanta labiorum fit diſtentio, vt fili rigore facile rumpantur. Sed carnis nec nimium, nec parum acu comprehendẽdũ eſt: parcior enim comprehenſio non continet; nimia vero dolorem infert & inflammationem, ac prætcrea cicatricis deformitatem inducit. Quanquã in profundis vulneribus, cuiuſmodi ſunt ea, quib. craſſioribus muſculis infliguntur, acus penitus adigenda eſt, quo plus carnoſæ ſubſtantiæ comprehendat, ne filum carnis haud compre-


E henſæ mole abductum, diſrumpatur. Cæterum his ſæpe locis vulnera inflicta cernuntur, vt canaliculum incuruum & acum incuruam Chirurgum habere ſit neceſſe: alias non ſit ſucceſſura ex voto ſutura. Quare vtriuſque typum hic ſubiicere libuit, vt vtrauis pro re nata vti poſſis.

In pũctis adigendis cautio.

Quantum carnis comprehendendum, dum ſuitur.

Cana-

Canaliculorum feneſtratorum & acuum ſuturis idonearum Typus. A



B

Secunda ſuturæ ratio, qua pellionũ dicitur. Tertia ſuturæ ratio. Quarta ſutura ſtogaſtroraphia. Quinta ſutura, quæ ſicca dicitur.

Secuudæ ſuturæ ſpècies eodem prorſus modo fit, quo pelliones ſolent pelles conſuere. Et hac ſuturæ ſpecie ſuenda ſunt inteſtina, ſi quando vulnerentur, ne fæces per vulnus exiliant. Tertia ſutura fit vna vel pluribus filum ducentibus per vulnus, traiectis, acubus varie ſurſum, deorſumque per acus extrema implicito & innexo filo, quomodo pueri ſolent acum in conuexa pilei parte, ne elabatur, traiicere: hoc luturæ genus roſtris leporinis curandis & ſanandis eſt idoneum, vt ſubiecto typo docebimus infra. Quarta ſuturæ ſpecies Gaſtroraphia dicitur, magnis epigaſtrij muſculis cum ſubiecto peritonæo ingenti vulnere ſectis, reſtituendis & vniendis adinuenta, cuius rationem ſuo exponemus loco. Quinta ſpecies vulgo ſutura ſieca dicitur, qua in ſolis faciei vulneribus vtimur, quam proprio deſcribemus capite. C

De Sanguinis fluxu, qui vulneribus ſuperuenire ſolet.

CAP. VII.

Sanguinis ab arteria fluentis ſigna. Prima ſiſtẽdi ſanguinis ratio per glutinantia & adſtringentia medicamenta. Situs vulneratæ partis. Altera ſiſtẽdi ſanguinis ratio per vulneris compreſſionem. Tertia ſiſtẽdi ſanguinis ratio per vaſorum, vnde fluit, deligationem.

SÆpe vulneribus propter diſſectum, ruptum, aut laniatum vas aliquod hæmorrhagia ſuperuenit, cui mederi & ſuccurrere diligenter opus eſt, quod ſanguis naturæ ſit theſaurus, ſine quo vita conſtare nequit. Qui ab arteria fluit ſanguis, eo cognoſcitur, quod ſubtilior eſt, quod cum quodam velut ſaltu exilit propter vitalem ſpiritum vna arteriis contentum. Contra qui à vena fluit, craſſior, nigrior, & pigrior eſt. Sunt vero ſanguinis ſiſtendi plures modi. Primus & vſitatior eſt is, quo vulneris labra ſibi adiunguntur, ac niſi profundius ſit vulnus, medicamentis, quibus adſtringendi, refrigerandi, deſiccandi, & glutinandi vis ineſt, continentur. Vt ℞. *terræ ſigill boli armen. an. ℥ ß. thuris, maſtiches, myrrhæ & aloes an. ʒij. farinæ volat. molend. ℥j. fiat puluis, qui albumine oui excipiatur.* Vel ℞. *thuris & aloes an. partes æquales excipiantur cum oui albumine, & pilis leporinis*: his medicamentis imbuantur, tum quæ in vulnus imponentur, tum quæ vulneri apponentur, penicilla: hinc duplicato panno & faſcia idonea vulnus contineatur, pars D vero eo ſitu collocetur, qui minime omnium laborioſus & maxime indolens videbitur. Quod ſi hoc modo ſanguis ſiſti nequeat, ſublatis omnibus integumentis, pollice vulnus, vaſiſque orificium eouſque comprimentur, quouſque circa illud in craſſiorem thrombum concreuerit ſanguis, qui viam intercludat. Quod ſi ne ſic quidem ſiſtatur, tum ſutura, ſi quæ facta fuerit, diſſuenda & vaſis ipſum oſculum originem ſeu radicem verſus, acu, filoque, cum carnis tanta portione quantum partis conditio permittet, comprehendendum, vinciendumque eſt. Sic enim ingentes hæmorrhagias etiam in actu um amputatione cohibui, vt ſuo dicam loco.

Ad id opus perficiendum, non raro cogimur cutem ipſam, quæ vas vulneratum contegit, diuidere.

Nam ſi vena arteriaue iugularis diſſecta, ſurſum, deorſumque ſe contraxerit & ſubduxerit, tum cute ipſa, ſub qua latet, denudanda erit, & acu filum ducente ſubtus immiſſa, deliganda, vt pluries à me factum memini: at priuſquam vinculum reſoluas, oportet carnem ſuccreuiſſe, quæ vaſis oſculum obturet, ne denuo ſanguis fluat. E

Admonitio. Quarta ſiſtẽdi ſanguinis ratio per eſcharotica.

Quod ſi partis ea fuerit conditio, quæ vaſis illam comprehenſionem & conſtrictionem deneget, ad eſcharotica veniendum, eiuſmodi ſunt puluis vitrioli cinefactus, puluis mercurij cum pari aluminis vſti portione, pyrotica, quæ eſcharam inducunt, cuius lapſum naturæ permittere, non arte procurare decebit, ne ante cadat, quam vaſis orificium carne vel thrombo fuerit interclusum. Sed accidit nonnunquam, vt cogatur Chirurgus vas ipſum penitus reſcindere,

vt ſic

A vt ſic ſubtrahentibus ſeſe, & ſurſum deorſumque ſubducentibus vaſis abſciſſi extremitatibus, vicinarumque & circumſtantium partium mole abditis, minori labore ſanguinis antea effrenis fluxus, cohiberi poſſit. Eſt tamen id extremum remedium, ac niſi ſuperioribus fruſtra tentatis vſurpandum.

Quintus ſiſtendi ſanguinis ratio per vaſis reſciſſionem.

De Dolore, qui vulneribus ſuperuenit. Cap. VIII.

PRompta debet eſſe doloris, qui vulneribus ſuperuenit, ſedatio, quod nihil æque proſternat vires, ſed & ſemper fluxionem accerſit dolor, quantumlibet corpus ipſum bene habitum, beneque temperatum ſit natura enim afflictæ parti ſuppetias latura, ſemper ad ipſam plus humoris tranſmittit, quam alendo neceſſe ſit, quo fit, vt eius vel copia, vel qualitate, vel vtroque fluxio facile proritetur. Ergo ad dolorem illum fluxionis authorem attendum, circumponantur parti medicamenta, quibus & repellendi & leniendi vis inſit: vt ℞. *olei myrth. & roſar. an.* ℥ij. *ceræ albæ* ℥j. *farinæ hordei* ℥ß. *boli armeni. & terræ ſigill. an.* ʒvj. *liquefacta cera cum oleis concorporentur omnia. & fiat medicamentum, vt artis eſt*, parti circumponendum. Vel ℞. *Emplaſtri dialchalcit.* ℥iiij. *olei roſar. & aceti an* ℥ß. *liqueſiant ſimul, & fiat medicamentum ad*
B *eum, quem præſcripſimus, vſum.* Leniendo ſufficient irrigationes ex oleo roſ. & myrth. addito oui albumine vel ouo integro, ſi haud magna ſubeſt inflammatio, huc & facient faſciæ & duplicati panni in oxicrato madefacti. Sæpius vero remediorum eiuſmodi vis renouanda eſt, reſiccata enim dolorē augent. Quod ſi his non cedit dolor, ad narcotica veniendum erit, cuiuſmodi ſunt oleum de papauere, de mandragora, cataplaſma ex hyoſciamo & oxalide, additis malua & biſmalua, de quo in *tractatu de Phlegmone* diximus. Denique ad cauſam doloris, ad humoris, qui influit, ſpeciem, & ad viam, quam natura affectat, erit attendendum: nam pro illarum rerum varietate medicamentorum varietas eſt inſtituenda, vt ſi dolorem calor pariat, refrigerantibus admotis erit ſedandus, parque contrariarum cauſarum erit ratio: ſi natura ſuppurationem moliatur, ſuppurantibus remediis ipſius conatus iuuandi venient.

Dolor vires deiicit & fluxiones ciet.
Amodynā varia.

De Conuulſione à vulnere. Cap. IX.

COnuulſio eſt *muſculorum ſeu partium, quæ voluntate noſtra mouentur, inuita verſus ſuum principium, cerebrum nempe & ſpinalem medullam, contractio.* Per hanc enim non potis eſt membrum conuulſum, vel corpus vniuerſum (ſi vniuerſalis ſit conuulſio) pro arbitrio mouere. Non eſt tamen in conuulſione
C motus deperditus, vt in paralyſi, ſed tantum deprauatus: & quia alias corpus vniuerſum, alias partem vnam occupat conuulſio, notandum, conuulſionis generalis tres eſſe ſpecies. Prima Tetanos Græcis dicitur, cum vniuerſum corpus ſic tanquam ſtipes obrigeſcit, vt nullam in partem inclinetur. Secunda dicitur Opiſthotonos, cum in poſticam partem vniuerſum corpus contrahitur. Tertia Emproſthotonos, cum in anticam totum inflectitur & incuruatur. Conuulſio particularis eſt, cum oculi, linguæ, & ſimilium partium muſculus neruo inſtructus, vitium conuulſificum concepit.

Quid conuulſio.
Conuulſionis vniuerſalis tres ſpecies.

Conuulſionem facit repletio vel inanitio, vel ſympathia, ſeu condolentia Repletionem creant humorum copia, corpus grauans ab immoderato cibo & potu, exercitij intermiſſione, vacuationis alicuius ſolemnis, vt hæmorrhagiæ, hæmorrhoidum, & menſium ſuppreſſione: hinc enim excrementitiorū eiuſmodi humorum deriuatio in neruos, quibus repleti & imbuti dilatantur plus æquo, vnde neceſſario breuiores facti contrahuntur. Cuius rei exempla in coriis & fidibus apparent, quæ vdo cœlo humore turgentes diſrumpuntur à repletione. Inanitionem pariunt effrenes vomitus, diarrhoeæ, hæmorrhagiæ, quo nomine *à vulnere conuulſio eſt lethalis*: febres ardentes, his enim & ſimilibus ex cauſis inſita & primigenia neruorum humiditate abſumpta fit, vt contrahantur coriorum inſtar, quæ ignibus propius ad-
D mota corrugantur, & fidium, quæ ſudæ æſtatis ardoribus reſiccatæ, impetu diſrumpuntur: eiuſmodi conuulſionis genus eſt incurabile: *febrem enim conuulſioni ſuperuenire melius eſt, quam febri conuulſionem*, vt docemur Hippocratis decreto: dummodo eiuſmodi febris cauſæ conuulſificæ viribus ſit proportionata, & conuulſio illa ſit à repletione: febrili enim ardore humor multus & craſſus conuulſionem committens digeritur & abſumitur. Conuulſionis à dolore cauſæ ſunt, vt punctura nerui: ſiue à re animata, vt morſu venenatæ beſtiæ: ſiue ab inanimata, vt acus, ſpinæ, aut ſcalpelli ictu illa contingat: ingens & penetrabile *frigus*, quod *vulneribus*, neruoſarum præſertim partium, eſt *inimicum*, quo fit, vt ſummo & acerbo dolore in neruis excitato, contrahantur illi verſus ſuum principium, id eſt, cerebrum, opem afflictis rebus tanquam à parente petituri Sed & à putredine vapor teter ad cerebrum elatus, cerebrum adeo vellicat, vt in ſeſe corrugatum, vna neruos omnes & muſculos conuellat, vt contingere cernimus in epilepticis, ex quo apparet, non ſolum cerebrum ipſum neruis, ſed & neruos ipſi cerebro compati.

Tres cauſæ conuulſionum.
Cauſa repletionis.
Cauſa inanitionis.
Aph. 26. ſe. 2o.
Cur conuulſioni & cur febrem ſuperuenire melius ſit.
Conuulſionis per condolentiam cauſa.

Conuulſionis ſigna ſunt difficiles, laborioſi, & deprauati motus, ſiue partis alicuius, ſiue corporis vniuerſi, oculorum, & totius faciei peruerſio, labrorum contractio, quaſi ridentis genarum adſtrictio, & ſudor vniuerſalis.

Signa conuulſionis.

E

De Conuulſionis curatione. Cap. X.

COnuulſionis curatio, pro cauſæ conuulſificæ varietate, varia eſt: aliter enim, quæ à repletione, aliter, quæ ab inanitione; aliter, quæ à dolore eſt, curanda venit: nam quæ à repletione fit, remediis curatur depellentibus & inanientibus: Diæta nempe conuenienter inſtituta, purgatione, phlebotomia, digerentibus topicis, exercitio, frixionibus, balneis ſulphureis, & aliis, ex docti, qui præerit, Medici præſcripto inſtitutis, quæ humores ſuperfluos & excrementitios conſumant, qui neruorum ſubſtantiam &

Conuulſionis à repletione curatio.

Topica ad conuulſionem cauſam a repletione.

corporis habitum occupant. Topica remedia ſunt olea, vnguenta, litus, ex quibus ceruix, ſpina dorſi, & partes contractæ omnes oblinentur. Olea ſunt vulpinum, laurinum, chamæmelinum, lumbricorum, de therebinthina, de coſto, de caſtoreo, vnguenta ſunt Aregon, Agryppæ, de althea, martiatum. Litus hæc erit forma. ℞ *olei chame. & laurin. an. ℥ij. olei vulp. ℥j. vnguenti de althea & marti. an. ℥ß. axungiæ vulpis. ℥j. aquæ vitæ ℥j. ß ceræ quantum ſufficit, fiat linimentum ad vſum.* Vel ℞ *olei lumbr. de ſpica & de caſtoreo. an. ℥iij. axungiæ hum. ℥j. ſulphuris viui ʒß ceræ quantum ſufficit, fiat linimentum.* Vel ℞ *vnguenti martiati & Agripp. an. ℥iij olei de terebinth. ℥ij olei ſaluiæ ℥ß. aquæ vitæ. ℥j ceræ. ℥j. ß fiat linimentum.* Sed & victu tenui, & ſudationibus ex Guaiaci decocto hic morbus curationem recipit, quod illis remediis excrementa craſſa lenta & viſcida, quæ in vitio ſunt, digeruntur. A

Curatio conuulſionis ab inanitione.

Conuulſionem ab inanitione curabis eorum vſu, quæ ſalubriter & moderate replent: victus igitur imperandus ex cibis ſucci alibilis plenis, vt decoctis, & iuſculis colatitiis caponum, columborum, vitulinæ & veruecinæ carnis, additis foliis violarum & maluarum: inſtituendæ conſeruæ, quæ vires debilitatas confirment, & corporis habitum humectent, cuiuſmodi ſunt, conſeruę bugloſſi, violar. florum borrag. & nenuphari. Sequens iuſculum valde ex vſu erit. ℞ *lactuca, bugloſ. & portul. an m. j. quatuor ſeminum frigid. maiorum an ℥ß. ſeminis berberis. ʒj decoquantur omnia cum pullo gallinaceo,* capiat ius ſingulis matutinis, vrgente ſiti iulepium ſequens erit vtile. ℞ *aquæ roſar. ℥iiij. aquæ viol ℔. ß. ſacchari albiſſimi. ℥vj. fiat iulepus vſurp.* in ſiti. Si pigra ſit aluo æger, imperandi erunt clyſteres emollientes & humectantes, ex decocto capitis & pedum veruecinorum, maluæ, biſmaluæ, parietariæ, violariæ & aliis ſimilis facultatis vel, quo promptius parabilius ſit remedium, ex oleo & lacte clyſteres inſtituendi. Topica remedia erunt litus & balnea. Litus exemplum erit tale. ℞ *olei viol & amygdal. dul. an. ℥ij. olei lilior. & lumbr. an. ℥j. axungiæ porci recentis ℥iij. ceræ nouæ quantum ſufficit, fiat linimentum*, cum quo vngatur tota ſpina & pars affecta: balnei vero remollientis & humectantis hæc erit forma, ℞ *fol. maluæ, biſmaluæ, pariet. an. m. vj. ſeminis lini & fœnug. an. ℔ ß. coquantur in aqua communi, addendo olei liliorum ℔. viij. fiat balneum*, in quod tepidum ingrediatur æger. Cum è balneo prodit, detergeatur linteis calentibus, & in lecto quieſcat, vitato ſudore. At ſi æger ſumptus ferre poſſit, erit ex vſu balneum inſtituere ex ſolo lacte, vel oleo ſolo, vel ex lacte & oleo pariter æqualiterque commixtis. B

Iuſculum medicatum.

Iulepus.

Litus remolliens ad vngendum conuulſum.

Balneum remolliens & humectans.

De cura conuulſionis per ſympathiam & dolorem.

Cap. XI.

C

Conuulſionis à punctura ... medicamenta.


Conuulſio, quę fit per conſenſum & doloris affectionisque communicationē, curatur remediis dolorificæ cauſæ contrariantibus. Sic enim ſi à pũctura vel morſu venenato exiſtat, dilatandum vulnus, & inciſa cute amplificandum, quo materiæ venenatæ liberior ſit effluxus, in quam etiam remaffundentur medicamenta, quæ conſiſtentia tenui ſint & liquida, facultate autem deſiccantia & digerentia, ad foras euocandam & reſoluendam virulentiam, vt Theriaca & Mithridatium in aqua vitæ diſſoluta cum pauco mercuriali puluere: eſt enim id nobile alexipharmacum. Proderunt & cucurbitulæ & ſcarificatus: denique cauſarum dolorificarum conditio, contrariorum remediorum oppoſitione ſemper erit oppugnanda, vt ſi conuulſionem excitauerit dolor à compuncto neruo vel tendine, remediis propriis ſtatim occurrendum erit, vt oleo de Terebinthina, de euphorbio, cum aqua vitæ mixtis: itemque aliis neruorum puncturæ dicatis remediis. Si à frigoris exceſſu dolor exiſtat, quia frigus cerebro, ſpinali medullæ & neruis eſt inimicum, æger in aere calido collocabitur, cuiuſmodi eſt aer laconicis, libus calidis ſupra commemoratis tota ipſi ſpina dorſi & partes conuulſæ oblinentur: id longe ſatius eſt, quam derepente à concepta cauſa conuulſifica ipſum igni ardentiſſimo, vel tepenti balneo exponere. Interim Chirurgo diligenter curandum eſt, vt dum prima futuræ conuulſionis & iam primum præſentis vel imminentis ſigna ſe produnt, bacillum ægri dentibus interponat, ne pertinaci genarum contractione ipſi conſtringantur, & ſibi adhæreſcant penitus: multi enim in tali caſu linguam ipſi ſibi amputarunt, in quam rem ad manum habebit oris ſpeculum, quod ſcapi cochleari beneficio ex animi ſententia dilatatur & contrahitur, quemadmodum ſubiectæ figuræ docent, vna quidem ipſius aperti & explicati, altera eiuſdem contracti. D

Dentium & genarum compreſſio impedienda.

Figura

A

Figura Speculi oris, ad conſtrictos dentes reſerandos & diducendos.



B

De Paralyſi. CAP. XII.

Paralyſis quid propriè ſit. *Paralyſis differentiæ.* *Quid à conuulſione differat.*

C PAralyſis *neruorum reſolutio, ſeu mollificatio eſt, cum ſenſus & motus priuatione, non quidem vniuerſi corporis, ſed alterutrius partis, lateris nempe dextri vel ſiniſtri.* Talíſque propriè paralyſis nominatur: alias enim & minus propriè paralyſis etiam dicitur vnius alicuius membri reſolutio: nam cum vniuerſum corpus reſoluitur, apoplexia eſt. Ergo paralyſis alias dimidium corpus occupat, alias artus ſupernos, qui ſunt ab vmbilico ad caput, alias infernos, qui ab eodem vmbilico ad pedes exiſtunt, alias linguam, œſophagum, veſicam, penem, oculos, ſingulas denique corporis particulas. Differt toto genere à conuulſione: in hac enim partis contentio & contractio eſt, in illa reſolutio & relaxatio: quin in paralyſi fere fit, vt ſenſus vel abolitus ſit, vel valde obtuſus, qui in conuulſione fere integer eſſe ſolet. Viſuntur nonnulli, quibus dolor pungens & velut ingens in parte ſentitur. Cauſæ internæ ſunt, vel externæ: internæ ſunt humores alterum ventriculorum cerebri obſtruentes, vel ſpinalis medullæ latus alterutrum irrigantes, ſic, vt per neruos animalis facultas ſenſus & motus opifex ad partem, à qua editur, actio peruenire nequeat. Cauſæ externæ ſunt lapſus, ictus, & ſimiles iniuriæ, ex quibus ſæpe artuum luxationes, ſpinæ dorſi contorſiones, vertebrarum conſtrictiones & compreſſiones oboriuntur: quæ cauſæ exiſtunt, cur ſpiritus animalis tota ſubſtantia ad organa peruenire nequeat. Omnino vero ex parte reſoluta, facile eſt intelligere cauſæ morbificæ ſedem, per anatomes corporis humani peritiam: nam cum paralyſis ſubeſt propriè

Cauſa.

Vnde ſit quærenda materia reſoluentis ſedes.

D dicta, id eſt, cum dextrum aut ſiniſtrum latus totum occupatur, tum ſcire licet obſtructionem in cerebro vel ſpinali medulla exiſtere: ſi capitis partibus illæſis latus alterutrum totum reſolutum eſt, in ſpinalis medullæ origine vitium ſubeſſe: ſi brachia reſoluta iaceant, pro certo habendum, in quinta, ſexta, & ſeptima ceruicis vertebra mali materiam deliteſcere. Quod ſi inferiores artus langueant, lumborum & oſſis ſacri vertebras paralyticam cauſam continere, eſt exiſtimandum. Quæ res Chirurgo diligenter notanda eſt, vt ſemper ad mali originem recurrat. Quæ paralyſis venit à ſecto neruo vel vehementer contuſo, incurabilis eſt, quod ſic intercluſa ſit ſpiritui animali ad partem via. Vix à paralyſi aut nunquã conualeſcunt ſenes, quod calor natiuus illis langueat & excrementitiorum humorum mole obruantur. Nec ſperabiliorem ſalutem facit inueterata & quæ iam dudum partem occupat, paralyſis, vt nec illa, quæ apoplexiæ ſuccedit. *Febrem paralyſi ſuperuenire, bonum eſt, ſperabilem enim* facit humoris reſoluentis & relaxantis diſſipationem. Cum membrum paralyticum multum emarcuit, & oppoſitum contra magnam acceſſionem fecit molis, caloris & coloris, malum eſt; ſignum enim hoc exiſtit extremæ partis affectæ infirmitatis, quæ ſe ſuo genio fraudati patiatur, omni ad ſanam ſeu oppoſitam partem commeatu confluente.

Prognoſis.

Bonum paralyſi ſuperuenire febrē.

E

De Paralyſeos curatione. CAP. XIII.

Guaiaci decoctum paralyticis vtile. *Calida actu paralyticis membris vtiliter apponi.*

IN Paralyſeos curatione non niſi præmiſſis generalibus remediis, diæta & purgatione, quidquam tentandum: quæ cura omnis docto & prudenti Medico incumbit. Decoctum ligni indici eſt in hanc rem valde opportunum: nam ſudores prouocat, humorem omnem, qui neruos relaxat vel attenuat, vel digerit, & abſorbet. Dum vero ſudor non profluit, non erit inutile candentes ab igne lateres in decocto vini & aceti, atque herbarum reſoluentium extinctos reſoluto membro circumponere, vel etiam teſtaceas lagenas aut veſicas bubulas, ſtillaſue eodem decocto ſemiplenas: nam eiuſmodi calor, qui actu eſt, calorem partis exuſcitat & roborat, qui in hoc morbo valde languidus eſſe ſolet: hinc æger in cuppam deſcendet, velamine ſeu papilione ſubtenſo obductam, plane quemadmodum deſcripſimus *tractatu de balneis*, vt ſequentis decocti vaporem excipiat.

℞. fol. ſaluiæ, lauend. lauri, maior. abſynth. thymi, angelicæ, rutæ an. m. ß. florum chamæ. melil. anethi. anthos an. p. ij. baccarum lauri & iuniperi conquaſſatarum an. ℥j. caryophyl. ʒij. aquæ fontanæ & vini albi. an. ℔. iiij. ponantur omnia in vaſe, citato nuper tractatu deſcripto, ad vſum. In ea cuppa continebitur æger tamdiu, quamdiu per vires licebit: hinc lecto tradetur bene coopertus, in eoque iterum ſudabit, detergebitur & quieſcet. Mox ſequenti vnguento inungetur, quod Leonellus Fauentinus valde commendat. *℞. oleor: laurini & de Terebinth. an. ℥iij. oleor: nardini & petrolei an. ℥j. vini maluatici. ℥iiij. aquæ vitæ ℥ij. pyrethri, piperis, ſynap. granorum iunip. gummi, hederæ, anacard. ladani puri an. ʒj. ß. terantur & miſceantur omnia cum oleis & vino: bulliant in vaſe duplici vſque ad vini conſumptionem. facta forti expreſſione adde galbani, bdellii, euphorbi, myrrhæ, caſtorei, adipis vrſi, anatis, ciconiæ an. ʒij. fiat vnguentum ad formam linimenti, addendo ceræ parum, ſi opus fuerit.* Vel ſequens remedium vſurpabis à multis Medicis probatum. *℞. myrrhæ, aloes, ſpicæ nardi, ſanguinis draconis, thuris, opopanacis, bdellii, carpobalſami, amomi, ſarcocollæ, croci, maſtic. gummi arabici, ſtyracis liquidæ, ladani, caſtorei an. ʒij. moſchi ʒj. aquæ vitæ ℥j. terebinthinæ venetæ ad pondus omnium, puluerabuntur puluериſanda & gummi eliquabuntur cum aqua vitæ & aceti tantillo, & vaſis idoneis omnia includentur, vt in balneo mariæ deſtillentur,* atque ex manante liquore, vniuerſa dorſi ſpina & artus paralytici inungentur. Sequentis remedij vis ſæpius à me experimento comprobata eſt. *℞. rad. angel. ireos flor. genti. cyperi, an. ℥j. calami aromat. cinam. caryophill. nucis moſch. macis an. ʒij ſaluiæ maior. iuæ arthriticæ, lauend. roriſm. ſatureiæ, puleg. calament. mentaſtri an. m. ß florum chame. melil. hyperi. anthos, ſtœchad. an p. j. conciſa omnia contundantur & in aquæ vitæ & vini maluatici an. ℔. ij. infundantur, atque in balneo mariæ eo, qui ſupradictus eſt, modo deſtillentur:* cum manante liquore partes affectæ imbuantur, de quo eodem exhiberi poterit cochlear vnum mane cum ſaccharo ægro ſorbendum. Sic enim incaleſcet ventriculus, & pituita multa in eo contenta, huius mali fomes, abſumetur. Imperanda inſuper partium affectarum exercitia, & cum linteis calidis multæ & aſperæ frictiones, vt reuocetur calor natiuus & excrementa partibus contenta digerantur, vti etiam licebit oleis roriſmarini, Thymi, lauendulæ, caryophillorum, nucis moſchatæ, omnium denique aromatum: de quorum eliciendorum ratione proprio tractatu dicemus poſtea.

Vnguentum Leonelli.

Probatum ad paralyſim vnguentum.

Stillatitius liquor paralyticis irrigandis & perungendis vtilis.

Exercitia & frictiones.

Olea chymica.

De Syncope & animi defectu. CAP. XIV.

Quid ſyncope.

SYncope eſt *præceps & contumax virium omnium lapſus, ſed vitalium præſertim*: in hac ſine motu & ſenſu iacent ægri, ſic, vt à morte ſola magnitudine & temporis diuturnitate differre veteribus creditum ſit. Syncopes, quæ vulneribus interuenit, cauſa fere eſt hæmorrhagia, quæ ſpirituum diſſipationem facit: vel metus, qui ſubitam & confertam facit ſpirituum ad cor reuocationem, vnde cogitur à proprio munere, dum ſic interturbatur feriari, ex quo etiam reliquarum facultatum ſequitur intermiſſio. A vapore etiam putrido & venenato per arterias, ad cor, & per neruos, ad cerebrum elato contingit ſyncope. Ex quo intelligere licet, ſyncopem omnem tribus de cauſis contingere: Primum ſpirituum & caloris natiui diſſipatione, vt in ingenti hæmorrhagia: Deinde eorundem ſpirituum oppreſſione, obſtructione aut compreſſione, vt in timore & tumultu; ſic enim ſpiritus à corporis ſuperficie & habitu confeſtim in cor & centrum remaneant: Denique corruptione, vt in corporibus cacochymis & vulneribus venenaris. Signa ſyncopes ſunt pallor, mador & ſudariuncula repente oborta, aſphygmia, præceps in terram corporis lapſus ſine ſenſu, & motu, frigus vniuerſum corpus occupans, ſic vt mortuo, quam viuo propior videatur æger. Multi enim eorum, qui in ſyncopem incidunt, moriuntur, niſi promptum adſit auxilium. Ergo ſuccurretur, ſi illis iamiā lapſuris, frigida multa aqua facies aſpergatur, ſi quidem a diſſipatione ſyncope fuerit, ſi ſupini in lecto aut in terra quam molliſſime fieri poterit collocentur, ſi panis in vino intinctus ore verſandus & mandendus offeratur. Quod ſi a vapore putrido & venenata aura ſyncope fuerit, propinabitur Mithridatij aut Theriaces tantillum, in aqua vitæ ex cochleari diſſolutum, quemadmodum ego peſte correptis & gangræna aut ſphacelo partem aliquam detentis ſoleo exhibere. Quod ſi propter contumacem ſpirituum circa cor oppreſſionem & compreſſionem ad ſe redire, & a ſyncope exurgere ægri nequeant, ea omnia illis erunt offerenda, quibus diffundendorum & ex alto euocandorum, exſuſcitandorumque ſpirituum vis ineſt; cuiuſmodi ſunt vinum generoſum propinatum, odorata naribus admota: nomine proprio in aurem inclamabuntur altius, pili temporum & ceruicis violentius vellentur, frictiones temporum, narium, carporum, & volæ manuum fient ex aqua vitæ, in qua caryophylli, nux moſchata & zinziber maduerint.

Tres omnis ſyncopes cauſæ.

Signa ſyncopes.

Syncopes à diſſipatione curatio.

Syncopes à corruptione & aura venenata curatio.

Syncopes ab oppreſſione & obſtructione curatio.

De Delirio. CAP. XV.

Quid delirium ſymptomaticum.

Quas cauſas habeat.

Cur cerebrū diaphragmati condoleat.

DElirium hic pro ſymptomate vſurpatur, quod fere febribus, a vulnere & inflammatione excitatis, ſuperuenire ſolet: eſtque *phantaſiæ & functionum mentis perturbatio minime diuturna*. Tale ergo delirium vulneribus ſuperuenit ex vehementi dolore & febre, cum partes neruoſæ, vt articuli, ſtomachus, & diaphragma violatæ fuerint. Nam ſeptum tranſuerſum ideo Veteres phrenas dixerunt, quod hoc læſo, tanquam mente læſa phrenitis quædam conſequatur, id eſt, facultatis animalis, quæ in ratiocinando verſatur, perturbatio: propter communicationem, quam habet diaphragma cum cerebro per neruos a ſexta coniugatione productos, qui iidem ad ſtomachum proferuntur. Contingit ergo delirium ex nimio ſanguinis fluxu, qui ſpirituum facit diſſipationem, quo fit, vt mentis motus & conuerſiones aberrent, vt videre eſt in his, quibus ab amputato membro multa contingit hæmorrhagia: contingit & deliriū ex punctura feræ venenatæ, aut a ſemine retento aut corrupto in vtero, vel a gangræna aut ſphaceli aura venenata & putrida ad cerebrum elata, vel a repentino tumultu & timore. Denique quæcunque intemperie aliqua, præſertim calida, humorum, qui maxime bilioſi ſunt, affluxu, ſpirituum diſſipa-

A diſſipatione, oppreſſione, aut corruptione, mentem lædunt & debilitant, ea delirium inferre poſſunt. Ergo ſi à cerebri & meningum inflammatione extiterit, præmiſſis purgatione & phlebotomia ex Medici præſcripto, raſo vel reſecto capillitio caput oxyrrhodino fouebitur, ſuperimpoſito inde emplaſtro diachalciteos in oleo roſaceo & aceto diſſoluto. Prouocabitur ſomnus hordeatis, in quibus papaueris albi ſemina nodulo incluſa bullierint, iuſculis ex decocto ſeminum frigidiorum, lactucæ, portulacæ, acetoſæ, & aliorum ſimilium paratis, frigida naribus admouebuntur, vt ſemina papaueris, leniter trita cum aqua roſarum & aceti tantillo. Accedant etiam congerrones faceti & lepidi, qui animum à rerum triſtium cogitatione diuertant, curas leniant & eximant, ipſum denique ſibi ægrum blandis cohortationibus reſtituant. Quod ſi ſpirituum vitio contingat malum, curatio petenda veniet ex his, quæ *capite de ſyncope* notata fuere.

Curatio.

Quatenus verba leniãt dolores.

Finis Libri Octavi.

B

DE RECENTIBVS ET CRVENTIS SINGVLARVM PARTIVM VVLNERIBVS.

C

LIBER NONVS.

De fracti cranii ſpeciebus ſeu differentiis.

Cap. I.

POSTQVAM breuiter de Vulneribus in genere, id eſt, de vulnerum differentiis, ſignis, cauſis, prognoſi & curatione dictum à nobis eſt, ſimulque expoſita ratio accidentium & ſymptomatũ, quæ illis ſuperuenire ſolent, reſtat, vt de his agamus, quatenus in ſingulas partes incurrunt, quod pro partiũ varietate, varie inſtituatur vulnerum curatio. Initium autẽ à vulneribus capitis ducemus. Ergo caput alias leuiter iuxta capillatam cutẽ contunditur ſine vulnere, alias vulneratur ſine cõtuſione, alias complicatis affectionibus vna contunditur & vulneratur. At capiti ſeu cranio illata fractura, alias ſuperficiaria eſt, aliquando ad vſq; diploen deſcendit, alias pertuſis duabus laminis cũ meningibus in ipſam etiã cerebri ſubſtantiã penetrat: quin etiam, non ita raro nullo apparente in capite vulneris veſtigio, cerebrũ cõmouetur & concutitur, cum vaſorum internorũ ruptione & variis ſymptomatis: de quibus ſingulis ordine dicemus, ſingulorũ affectuum præſcripta curatione, ex diuini præſertim Hippocratis ſententia. Is *libro de capitis vulneribus*, quatuor, vel etiam quinque fracti cranij ſpecies feciſſe viſus eſt. Prima dicitur Fiſſura, ſeu Fractura. Secunda Contuſio ſeu Colliſio. Tertia Effractura. Quarta Sedes. Quintam, ſi adijcere libet, Contrafiſſuram nominare poſſis, ſeu Reſonitum (vt loquitur Pauli interpres) cum ſcilicet altera parte os fiſſum eſt, quam ictum fuerit. Harum quinque fracti cranij ſpecierum multæ ſunt differentiæ. Nam fracturarum aliæ magnæ ſunt, paruæ, & mediocres: aliæ longius aut latius excurrunt: aliæ breuius contrahuntur: Quædam in ſuperficie inſident: aliæ ad diploen deſcendunt, vel etiam ambas cranij laminas peruadunt: aliæ recta linea feruntur, aliæ obliqua & circulari: quædam complicatæ ſunt inter ſe, vt fiſſura neceſſario & ſemper cum colliſione ſeu contuſione: aliæ cum variis accidentibus, vt dolore, calore, tumore, hæmorrhagia & ſimilibus.
E Aliquando ita fracta calua eſt, vt oſſis quiſquilijs, tanquam pungentibus aculeis, ſubiecta membrana comprimatur, alias nihil oſſis ipſius excidit. Quæ differentiæ omnes, quia varie curationem inſtituere cogunt, diligenter notandæ ſunt, ideoq; memoriæ ſubleuandæ gratia, placuit illas ſubiecta tabula deſcribere.

Fracti capitis differentia.

Fracti cranij ſpecies ex Hippocrate.

Differentiæ à quantitate.

A figura.

A complicatione.

Fracturarum Cranii Tabula.

- *Fractura, ſeu continui ſolutio in cranio fit, vel per*
  - *Contuſionem, id eſt, colliſionem à re contundente, dura, graui, & obtuſa, quæ in cranium illapſa impulſaue fuerit, vel ad quam cranium alliſerit, ſic vt fracti oſsis partes diuiſa vel*
    - *Figuram & ſitum ſeruēt naturalem contiguitate manente, vnde emergit fracturæ cranii ea ſpecies, quæ fiſſura dicitur: hæc vero*
      - *Vel eſt manifeſta, & apparens, id eſt,*
        - *Viſu.*
        - *Tactu.*
        - *Scalpro.*
      - *Vel obſcura, & cæca cū non quæ ictū excepit pars ſed ipſi oppoſita frangitur: id vero contingit vel*
        - *In eodem oſſe idque duobus modis.*
          - *Lateraliter, cum verbi gratia, oſsis frontis dextra parte icta, ſiniſtra finditur.*
          - *Superna deorſum, cum non prima, quæ ictum excepit, ſed ſecūda lamina finditur.*
        - *In diuerſis oſsibus, his nempe hominibus qui ſuturis caret, vel eas admodum compreſſas & conſtrictas habent vel ſecus, quam oportet diſpoſitas, oppoſitio vero illa ſpectatur vel* B
          - *A parte dextra in ſiniſtram, & contra, vt cum icto bregmate dextro, ſiniſtrum finditur.*
          - *Ab antica in poſticam, & contra vt cum icto fronte occiput finditur.*
      - *Vel medio inter obſcuram & manifeſtam ſe habet modo, cuiuſmodi fiſſura capillaris nominatur, & inducto oleo & atramēto ſutorio manifeſtatur*
    - *Aut eundem ſitum amittant: idque vel*
      - *Penitus: ſic vt oſsis icti particula ſua ſede emota & depreſſa membranam comprimant, vnde emergit effractura ea ſpecies, quæ attritionis ſpeciem retinet, cum in multa velut fragmenta, ſchidia & teſtulas, apparentes vel oſſe ſano abditas, os ictum adeo eſt, vt depreſſum concidat.* C
      - *Quadamtenus: cum ſcilicet os fractum, parte quadam diuulſum eſt: alia vero ſano oſsi hæret, vnde effractura alia ſpecies ſuboritur: concameratam poſsis dicere, cum ita ſurſum os turget vt inane ſpatium ſubtus relinquat.*
  - *Vel per inciſionem, à re acuta & incidente: fit vero inciſio illa vel per*
    - *Succiſionem, cum ita inciſum eſt os, vt hæreat adhuc parte aliqua oſsi ſano.*
    - *Reſciſsionem, cum penitus exemptum oſſis fragmentum decidit.*
    - *Sedem, cum impreſſum in vulnere manet teli veſtigium, ſic vt nec longius nec latius excurrat vulnus, quam telum ipſum inſederit.*

Alia de fracturarum cranii differentiis Tabula.

- *Fracturarum differentiæ, omnibus omnium partium fracturis communes ducuntur, vel à*
  - *Natura, ſecundum quam dicuntur fractura,*
    - *Simplices, cum ſolitaria & ſeorſim per ſe reperiuntur.* D
    - *Compoſita, idque vel*
      - *Mutuo ſecum, vt contuſio ſeu colliſio, cum inciſione, fiſſura cum effractura.*
      - *Cum aliis ſymptomatis, vt tumore, dolore, ardore, hæmorrhagia, conuulſione, & cæteris.*
  - *Quantitate, vnde dicuntur magna, mediocres, & parua, ſecundum trinam longitudinis, latitudinis, profunditatis dimenſionem.*
  - *Figura, à qua dicuntur* E
    - *Recta,*
    - *Obliqua,*
    - *Tranſuerſa,*
    - *Rotunda,*
    - *Triangulares.*
  - *Situ, vnde antica poſtica, dextra, ſiniſtra, alta & ima dicuntur ſeu ſuperficiaria & profunda.*
  - *Parte, vnde fractura frontis, occipitis, bregmatis, & petroſorum oſſium nominatur, & hinc qualis ſit lethalis, aut ſalutis ſperabilis, curatu facilis aut difficilis, indicatur.*

De cauſis

A

De cauſis & ſignis. CAP. II.

FRacti cranij cauſæ externæ ſunt, vt lapſus, ictus à quouis teli genere, acuto, obtuſo, graui, duro, beſtiarum morſus, & alia eiuſdem generis multa. Signa vero, quibus in notitiam venimus fracti cranij, duorum ſunt generum: alia enim ratione & diſcurſu mentis comprehenduntur; alia ſenſu, quæ nempe digito & oculis malum ipſum ſubiiciunt. Rationalia ſigna ex his quæ ſuperuenerunt, rem ipſam an ſit, & cuiuſmodi ſit, denuntiant. Fractum enim cranium intelligere licet ſi ex ictu æger conciderit, vel ſi ex alto in rem duram præceps deciderit. Si ad aliquod ab ictu tempus ſine voce, viſu & auditu iacuerit, ſi multum perdoluerit & perdoleat, adeo, vt ſæpe manum vulneri admouere cogatur. Sed & teli ratio eſt incunda, nempe ſi graue ſit, ſi obtuſum, ſi pungens, ſi acutum. Conſiderandum etiam, quibus & quantis viribus impreſſum fuerit, & quanto iræ ardore ex alto & ad perpendiculum impulſum. Aduertendum etiam, num æger inermi & nudo capite ictum exceperit: ſi in ſyncopen ſtatim ab ictu inciderit,

Cauſa externa.

Signa rationalia.

B

num à ſyncope excitatus mente aberrant, oculi occæcati fuerint, vertigine tentatus fuerit, per nares, os, aures, oculoſue ſanguis ipſi fluxerit, ſi denique vomuerit. Scripſit enim Hippocrates, *Quibus præciſum cerebrum eſt, iis neceſſe eſſe febrem, & bilis vomitum ſuperuenire.* Quod Galenus *in commentario* confirmans ait, id etiam ipſum contingere, cum ad cerebri membranas vulnus peruenerit. Sed & ſi à cranio, cute capillata, & pericranio denudato & ſpecillo ferreo leuiter pulſato, obtuſus tanquam à vaſe fiſſo dimanet ſonitus, fracti cranij ſignum eſſe aiunt, vt eſt à Paulo Ægineta memoriæ proditum. Profecto ſigna hæc omnia magnam coniecturam vel fidem potius faciunt vulnerati cranij & cerebri læſi: vt quæ niſi fracto oſſe non eueniant, vt Celſus literis mandauit. Quanquam multis, quibus tale nihil ſtatim ab ictu ſuperuenit, cranium fractum compertum eſt. Sed rarum admodũ id exiſtit: nec vero inter tot ſigna id, quod à Guidone commemoratum eſt, hoc loco prætermittendum videtur. *Si quis (inquit) ſcire velit, qua parte cranium fractum eſt, ægro contentione valida, funiculum dentibus primoribus altero extremo continendum præbeat, & altero Chirurgus eundem manu contendat, contentum ſic funiculum digitis leuiter impellat: nam in ipſo impulſu & tinnitu funiculi articulo, æger certo admonebitur, partis cranii fractæ, & hanc doloris ſenſu, quaſi victus & coactus, ſublata manu demonſtrabit.* Eius tamen ſigni veritatem nondum potui experientia comprobare, etſi

Aph. 50. ſec. 4.

Lib. 8. cap. 4.

Lib. 8. ca. 4.

Hippocratis & Guidonis coniecturalia fracti cranij ſigna.

C

in multis tentauerim. Quare de eo ſigno nihil certi habeo, quod pronuntiem, vt nec de eo, quod *in Coacis* ab Hippocrate commemoratur. *De quibus (inquit) ambiguum eſt, ruptane ſint, an non cranii oſſa, iudicare oportet exhibito ad manducandum in vtramque maxillam aſphodeli caule aut ferula, ita vt animaduertere iubeas, an os aliquod ipſi ſtrepere videatur, nam fracta ſtrepere videntur.* Sed his miſſis, nunc ad ea ſigna tranſeamus, quæ in ſenſum cadunt.

De fracti cranii ſignis ſenſui ſubiectis. CAP. III.

SEnſui ſubiecta ſigna hic dicuntur ea, quæ oculis, digitis & ſcalpro vulnus ipſum denudato oſſe ſubiiciunt. Sed *ſi arrecti in vulnere ſtent, & viſantur capilli*, os fractum eſſe intelligitur, quod vix incidi poſſe videatur capillus, qui violento teli incurſui cedit, haud violato oſſe, quod reſiſtit, vt eſt ab Hippocrate adnotatum: itaque huius vnius rei inſpectione, ante vulneris ipſius inſpectionem, in fracti cranij ſuſpicionem venire & ad ſtantes inducere coniectura probabili poſſumus. Quin & nondum cutis decuſſatione, oſſe renudato, fracti cranij cõiecturam tactu inire poſſumus, ſi appreſſis ictui digitis extare os vel

Senſibilia fracti cranij ante diuiſam cutem ſigna.

Lib. de cap. vulner.

D

deprimi præter naturam perceperimus. Diſcuſſa decuſſatim cute & oſſe renudato, ſi fractura oculis nõ pateat percontandum eſt ſpecillo, quod neque nimis tenue, neque acutum: ne cum in quoſdam ſinus naturales inciderit, opinionem fracti oſſis fruſtra faciat: neque nimis plenum ſit, ne paruulæ rimulæ fallant. Si vbi ſpecillum ad os venit, nihil niſi lene & lubricum occurrit, integrum id videri poteſt. At contra ſi quid aſperi occurrat, vtique qua ſuturæ non ſint, fractum eſſe os teſtatur. Cogitet vero Chirurgus, fracturas non ita raro, qua ſuturæ ſunt, infligi; ipſas vero ſuturas non eodem ſemper & naturali ſitu exiſtere. Sed & ſæpe fit, vt colliſum os, fiſſum aut ſciſſum, neque oculis, neque ſpecillo deprehendi poſſit: itaque ſi ex ſignis rationalibus ſupra commemoratis, eius rei coniectura ſubſit, inducendum eſt ſuper atramentum ſutorium & oleum, & eo, quo poſtea dicemus, artificio, rima peruestiganda. Vbi de fractura conſtabit, tum morbi magnitudo diligenter expendenda eſt, & prompte adhibendã remedia. Certe cum in ſuturæ alicuius ſedem fractura incidit, cognitu difficile malum eſt, niſi ingens admodum fractura extiterit, quod ſuturæ rimoſa ſua aſperitate, fracturas adumbrent: itaque ab his deceptum ſe fuiſſe Hippoc. teſtatur. Expoſitis breuiter fracti cranij differentiis & ſignis, nunc tempeſtiuum eſt, ad ſingulas ſeorſim ſpecies accedere, initio à fiſſura ducto.

Quale ſpecillum quod ad explorandum os adhibetur, eſſe debeat.

Lib. 5. epid. hiſt. Autonomi Omilo à futuris deceptus Hipp.

E

De fiſſura fracti cranii prima ſpecie. CAP. IV.

EX præmiſſis ſignis ſi cranium fractum fiſſumue cognouerit Chirurgus, ac inflictum cuti muſculoſæ vulnus: fiſſuræ tractandæ haud ex animo ſatisfaciat, tum radendus pilus eſt, mox cutis muſculoſa cum ſubiecto pericranio, trigona vel tetragona figura magnitudinis debitæ nouacula reſcindenda eſt, vitatis ſemper, quantum fieri poteſt, ſuturis & temporibus: nec vero quicquam inde mali metuendum: eſt enim longe ſatius inciſa cute os renudare, quam fracturæ ſpeciem & naturam, religioſius ſeruata cute, ignotam & obſcuram eſſe permittere: nam haud magno negotio cutis ſaneſcit, etiamſi fruſtra deſecta eſt. Multo vero magis expedit Hippocra. ſententia, morbos non ita breui tempore, ſed tamen tuto, & ſecure curare, quam breuiori tempore & cum relapſus aut grauiorum

Quo caſu cutis capillata incidenda.

Celſus. Hippocrat.

 malo-

malorum metu. Fiet igitur cutis illa diſſectio nouacula, ac ſi ex teli impreſſione plaga cuti inflicta fuerit, ea redet in alterutram moliendarum inciſionum. A

Nouacula inciſoria.



Ratio diuellendæ cutis capillatæ à fracto cranio.

Ergo bene ſecante nouacula, validius & ponderoſa manu impreſſa, vna cum cute muſculoſa pericranium diuidendum & diſcindendum eſt, mox ipſum à ſubiecto cranio ita reuellendum, vt ne quid ipſius ſuper os relinquatur: dehinc enim terebris laceratum vehementes febres cum inflammationibus excitaret: initium vero reuulſionis ab angulis orthogonaliter ſe decuſſantium linearum ducendum eſt cultro, cuius hic ſubiectam vides figuram:

Culter reuellendo ſeu diducendo à calua pericranio idoneus. B



Deligandi vaſis in hæmorrhagia modo ratio.

Hinc puluillis linteis molliſſime carptis, totum vulnus eſt complendum, quo labra à ſe inuicem diductiora ſint. Supra autem imponenda remedia ſanguinis fluxum reprimentia. Quod ſi tanto impetu manare ſanguinem contingat, vt nullis adſtringentibus ſiſti poſſit, vas ipſum deligandum erit, adacta primum acu filum ducente per cutis muſculoſæ partem externam, indeque reuocata & reducta ipſa per partem internam: tum nodo forinſecus ſubnectendum filum, impoſito prius & eodem nodo, vna cum tota cute muſculoſa, comprehenſo penicillo linteo magnitudinis pennæ anſerinæ, ne fili arctior conſtrictio, quæ cohibendo ſanguini ſufficiat, vel cutem diſſeret & dilaniet, vel dolorem inferat: tum demum caput altiuſcule excitandum.

Hiſtoria.

Id ego nuper tentaui & perfeci in auriga quodam, qui ex curru pronus in caput ſuper quadrato lapide ſtratum pauimentum deuolutus bregmatis partem posteriorẽ C vehementer ſibi contudit, quo nomine decuſſato vulnere fuit illi cutis muſculoſa incidenda, tum vt ſanguis concretus exprimeretur, tum vt vitium, ſi quod in cranio eſſet, animaduerteretur. Sed diuiſa in illo opere faciundo arteria, cum qui aderat Chirurgus ſanguinem impetu ſalientem reprimere non poſſet, ac tantam eius copiam auriga ille iam amiſiſſet, vt præ virium exolutione non in lecto ſe commouere, vix vero loqui poſſet. Vocatus ego facto ipſo docui, cum ante fruſtra adſtringentia remedia tentauerit, ſatius eſſe vinculo ſanguinem comprehenſo vaſe cohibere, quam ægrum puerili puncturæ metu, virinæ morti prodere.

Ars præuidendæ fracturæ cranij cum ſe primo obtutu non offert.

Sed vt ad inſtitutum ſermonem redeamus, poſtera die animaduerteret Chirurgus, qua fracturæ ſpecie os læſum ſit, ac læſionis ſi nulla oculis, ſi nulla digitis & ſcalpro ſe ſigna ſubiciant, ſubeſſe tamen opinionem & coniecturam faciet ſignorum rationalium aliquod, inducendum, vt ſupra monuimus, eſt ſuper os tenuatum atramentum ſcriptorium cum olei roſacei tantillo, vt eo penetret & imbuatur rima, ſi qua ſubeſt. Sequenti inde apparatu os ipſum linteo exuccandum, ſcalpriſque ſeu radulis id atramentum detrahendum, ſi quid eius in os ſubierit, nigritiem enim continet, ſi quid fiſſum eſt. Quare in radendo perſeuerare oportet, donec fiſſuræ ſignum obſcuretur, aut ad meningem vſque ventum fuerit.

Indicium laminæ vtriuſque cranij pertuſæ.

Quo vero ſit certius, num laminas caluæ geminas fiſſura penetret, imperandum ægro, vt obturatis naribus & ore magna contentione expiret. D Tum enim per fiſſuram exudabit ſanies cruenta: aer enim thorace expulſus, exitumque prohibitus, cerebri & meningum ſubſtantiam tumefacit & attollit, vnde ſpumoſæ illius humiditatis & ſaniei exudatio: tum ergo exſcidendum os eſt ad craſſam vſque meningem, ipſa tamen intacta radulis & aliis inſtrumentis ad eam rem idoneis. Quod ſi longior fuerit fiſſura, non debet eam ad vltimum vſque terminum perſequi: natura enim quod fiſſuræ reliquum eſt, id callo genito reponet & reſtituet. Adde, quod Celſi ſententia, Chirurgus quam minimum poteſt oſſis ipſius eximere debet, quod tegendo cerebro nullum ſit operculum aptius calua. Itaque exitum ſanguini & saniei, quo tranſpiret exhalaturque, moliri ſufficiet: ne materia illa ſuppreſſa os corrumpat, & inflammationem in cerebro faciat. Ceterum intra triduum, ſi fieri poteſt, os fractum eximendum eſt, æſtate præſertim, metu inflammationis. Terebrata ſunt tamen à me multoties, & ſcalpris exempta capitis oſſa, poſt ſeptimum & decimū diem hyeme & æſtate, fœlici ſucceſſu.


Licet etiam poſt decimū diem terebrare.

Quod eo ego libentius dictum velim, ne quis vnquam ægros, ſine remedio derelictos eſſe patiatur: præſtat enim remedium aliquod anceps experiri, quam nullum: de periculo tamen ante adſtantes erunt monendi, longe enim plures intereunt, quibus fracta capitis oſſa exempta non fuere, quam quibus fuere. E ræterum inſtrumenta, quibus cæſim vulnerata ſeu fiſſa capitis oſſa eximuntur, Scalpri ſeu Radulæ nominantur, quorum hic varias formas depingendas curaui, vt delectui eſſet locus, pro cuiuſque arbitrio & inſtituto. Poterunt vero omnia ſigillatim in manubrium cochleatum inſeri & aptari, cuius etiam figuram ſubieci.

Radulæ


Radula, ſeu Scalpri.

B



Alterius forma Radulæ, ad oſſa maiora penitius exſcindenda.

C



Denique cum calua ſimplici fiſſura vulnerata', fractaue fuerit, ſatisfactum ægro & arti Chirurgus putare debebit, ſi deſcriptis ſcalpris os diuiſerit & fiſſuram dilatauerit, haud adhibita terebra, etiãſi fiſſura geminas laminas penetret. Quod ſi primam laminam non excedat in primo ſecundæ occurſu, erit ſcalpro conſiſtendum, Pauli ſententia. At ſi contuſum & in multa fragmenta colliſum os fuerit, inſtrumentis idoneis eximenda illa erunt, adhibita etiam terebra, ſi opus ſit, eo, quo mox dicturi ſumus, modo.

In ſimplici fiſſura ſuffi- cere ſcalpro fiſſuram dilatare nec eſſe neceſſe terebrare.

D

De Contuſione, quæ ſecunda fracturæ ſpecies eſt. CAP. V.

Contuſionis impetu ſæpe fit Ecchymoſis, id eſt, ſanguinis mox concreſcentis effuſio ſub cute muſculoſa ſine vulnere. Hæc contuſio ingens ſi fuerit, ſic vt à cranio cutis abſceſſerit, ſectionem moliri oportet, qua ſanguis exire & expurgari poſſit. Hic enim abſtinendum protſus à ſuppurãtibus remediis, quæ alias in parte carnoſa locum haberent, quod humida omnia oſſibus ſint inimica, vt demonſtrabitur poſtea. Contuſiones eiuſmodi ſæpius in pueris contingunt, contuſæ partis mollitie & inundatione conſpicuæ, quibus à me ſæpe ſcalpello apertis manauit ſanguis ſetoſus, concretus, & nigricans. Reliquumque curationis partis compreſſione moderata, & deſiccantibus remediis perfectum eſt. Sed & ingenti contuſione puerorum cranium intrinſecus deprimi poteſt, quemadmodum in vaſis ex tenui æris lamina contextis, plumbeis & ſtanneis contingere videmus: nam appreſſione digiti ſæpe ita deprimuntur, vt cauitatis ſubſit veſtigium: aliquando etiam ipſa per ſe reſiliunt, reſurguntque priſtinæ æquabilitati reſtituta, quod aliquando puerorum, fœminarum, molliorum, humidiorum, ac pituitoſarum E oſſibus contingit. Quod ſi ipſa per ſe oſſa non reſiliant, admouenda cucurbitula eſt, cum magna flamma, & imperandum ægro, vt ore, naribusque compreſſis, ſpiritum magna contentione ſurſum exprimat: ſic enim impetu ſurſum ad cerebrum & caluam compulſi ſpiritus, & cucurbitulæ attrahentis vi, ſpes eſt reuocandi in ſuum locum depreſſi oſſis. Quod ſi ne ſic quidem reſtitui os poſſit, tum inciſio in cute facienda erit, & terebellum ſimile illi, quod hic appictum vides, in oſſis depreſſam partem impellendum, indeque eo prorſum modo os ipſum ſurſum retrahendum, quo vietores ſolent ſcandulum ſeu aſſulam depreſſam intus foras attollere & reuocare.

Ecchymoſis quid.

Qui curanda crany contuſio.

Cranÿ depreſſi curatio varia.


Quod



Quod ſi robuſtius & craſſius, denſiuſque os fuerit, vt id inſtrumentum retrahédo oſſi non ſufficiat, forandum cranium erit in ipſius depreſſionis centro, & per apertum foramen vecte hoc Tripode, ſubnixum os, attollendum & erigendum ad perpendiculum: ineſt enim huic inſtrumento ad eam rem ſatis virium. Ideo effictum eſt triangulare, vt omni capitis, quod rotundum eſt, parti, applicari poſſet: ipſius vero extremis variæ cuſpides pro rei gerendæ opportunitate aptari poterunt; vt ſubiecta docet deformatio. A

B


Eleuatorium ſeu Vectis tripes ſubrectorius.



C

D

Aliorum Vectium deformatio.



E

A A A. *Monſtrat vectis cuſpidem ſeu linguam, qua obtuſa eſſe debet, quo facilius & ſuauius ſeſe in cranii fracturam ad craſſam meningem inſinuet: tantum hæc capite ſeu manubrio comprehenſa ſurrigitur, quantum pro præſentis operis neceſsitate ſatis eſſe videtur.*

B. *Vectis corpus, quod quadratum eſſe debet, ne qua in ipſum inſeritur lingua, ſeu cuſpis non bene ſtabilis nutet. Corporis vero illius extremitas oſsi ſano inniti debet, vt hoc tanquam ſtabili fundamento firmius ſtet. Vſus eius eſt, vt dum cuſpis fractum os ſubiit ſurſum manu ſurrigatur manubrium, quo ſic os depreſſum erigatur.*


C. *Monſtrat primum brachium alterius vectis, cuius adunca extremitas ſub os depreſſum ſenſim inditur.*

D. *Secundum brachium, quod oſsi ſano inniti debet, vt conſtanti illo ſuo nixu, depreſſum os ſurſum attollat.*

Eo ita vtaris, licet, vt manubrium deprimas: tali enim depreſſione primum eius brachium, depreſſum erigit os.

Si quando vero contingat, vt os non quidem totum: ſed altera tantum ex parte fractum & depreſſum fuerit, operæpretium eſt, quo ipſum attollas, & vna concluſis materiis exitum aperias, ſerris his ſimilibus, quas hic depictas vides, cranium diuidere, ſic ſine compreſſione tantum oſſis exciditur, quantum opus eſſe videtur, nec vllum ſubeſt compellendi oſſis fracti in membranas aut cerebrum peri-
B culum.

Serrarum effigies cranio diuidendo idonearum.




C

Quod ſi ex ſignis, quæ erunt, quæque apparebunt, intelligamus, contuſionem in ſecunda lamina ſubſiſtere, ac ne vſque ad ipſam quidem peruenire, oſſis renudatio, iiſdem illis finibus, quibus contuſio terminanda erit, id enim inflammationi & quibuſuis aliis ſymptomatis vitandis & auertendis, ſufficiet: hoc vero fiet Trypano exfoliatiuo (vt loquuntur) ſeu deſquamatorio, quo facile tantum oſſis eximas licet, quantum videbitur. Eius ideo hic imaginem ſubiunxi.

Trypanon Deſquamatorium, ſeu Exfoliatiuum.

D



De Effractura, ſeu Oſsis depreſsione, tertia fracturæ cranii ſpecie.


CAP. VI.

ANtequam de Effractura dicam, venia mihi à beneuolo & idoneo Lectore petenda videtur, vel hoc maxime, quod vt *ſuperiore capite*, cum de Contuſione dicere inſtituiſſem, multa de Depreſſione inſerui, ne & hoc quid de Effractura eſt ſermone, nonnulla de Contuſione ſum inſerturus: non rei ipſius ignorantia occæcati hoc facimus: quippe ſcientes, Contuſionem dici, quando opprimitur & colliditur os, ſed non labat. Effracturam vero eſſe, quando vehementiſſimo ictu labat os, & intro effringitur. Verum vix fieri poteſt, quin res ipſæ, vt dum aguntur, ſic & dum dicuntur, confundantur, & permiſceantur: adeo vt Contuſionem ſine Effractura, & hanc ſine illa cernere poſſis. Ergo validis obtuſiſque fuſtium, grauiumque telorum, ſeu rotunda illa, ſeu quadrata fuerint, irruentibus aut inflictis ictibus, lapſibus etiam ex alto, ſuperne deorſum, ad perpendiculum, ſæpe intro effringuntur & comprimuntur oſſa, magis minuſue, pro ictus vehementia, teli ſpecie, & partis ſuſcipientis conditione: vnde remediorum & inſtrumentorum quibus periculo occurratur, diuerſitas. Demus ergo, os depreſſum eſſe, vnaque in multas teſtas diſtractum: eiuſmodi teſtæ, quia Trypano, quo auellantur, facile carere poſſunt, id opeis vectibus ad eam rem comparatis & affabre factis erit perficiendum. Cuiuſmodi illi ſunt, quos hic depictos vides.

Quid Contuſio. *Quid Effractura.* E *Cauſa Effracturarum.* *Curatio.*

Vectis.


Vectes.



Cauendum vero diligenter eſt, ne dum eiuſmodi oſſium teſtas & ſpinas auellimus, membranas lædamus. Teſtulæ illæ multis nonnunquam horrent aſperitatibus & aculeis, ad quas meninges offendere citra læſionem non poſſunt: nonnunquam vero ſic impedita res eſt, vt auelli illæ niſi amplificata fractura non queant. Quare in eo caſu ſi liberum aliquod ſubſit ſpatium, in quod depictarum hic forcipum extremitas ſubire poſſit, facile tantum oſſis exſcindere licebit, quantum erit neceſſe auellendarum eiuſmodi teſtarum libertati, haud in ſubſidium aduocato Trypano. Quod ego pluries & fœliciter factitaui: celerior enim & ſecurior eſt, quæ per has forcipes fit operatio, quam quæ Trypano: in omni autem opere faciundo prima ſecuritatis & celeritatis cura eſſe debet. B

Forcipes excisoria cranio affabre facta, vulgo Roſtra Pſittaci dicta.

C




D

Sed & ſcalprorum, & volſellarum, cum plumbeo malleo figuras hic ſubiicere operępretium viſum eſt, quod non modo eximendis oſſium teſtis, ſed & complanandis relictorum oſſium aſperitatibus, eiuſmodi inſtrumenta in primis neceſſaria ſint.

E

Scalpro-

A *Scalprorum & Volſellarum, cum malleo plumbeo effigies.*



B

Notandum vero hoc loco eſt, nunquam Trypanon, nunquam Vectem oſſi penitus fracto, applicanda eſſe, ne ipſius compreſſione ſubiectæ lædantur membranæ. Ergo oſſi quidem ſano applicabuntur illa, ſed quam fieri poterit proxime fracturam, vt cranii quam minimum eximatur, ne cerebrum oſſeo ſuo operculo denudatum noxam contrahat: nec vero effracturas, vt nec fiſſuras ſi longius proceſſerint, perſequeris vſque ad extremum; contentus exitum ſaniei aperuiſſe, & id oſſis auulſiſſe, quod mēbranas pungebat. Callo enim genito & ſuppoſito cranii, vt & reliquorum oſſium, fracturas natura reſarcire ſolet: quemadmodum ab Hippo. & Gal. teſtatum legimus: in quem finem illa ſingulari prouidentia geminas cranii laminas alimentaria quadam & ſanguinea materia ſuffercit, vt hac tanquam medulla oſſis iacturas repararet. Ergo eius rei nuper patuit veritas in ſeruo D. Grolo graui mulini pedis calcitratu effracturam in coronali oſſe paſſo: id ipſe cum intelligerem, trigona ſectione cutem muſculoſam eo conſilio parte illa diuiſi, vt terebram liceret admouere. Sequenti die ergo terebrato oſſe, cum de illo extrahendo cogitarem, imo ipſum iam terebra diuiſum auellere conarer, enormem effracturæ productionem, ex oſſis ſub manu vacillantis mobilitate, cognoui: à media enim fronte vſque ad minorem oculi canthum protendebatur. Itaque extrahendi & conſilio & conatu miſſo ęgro ſatiſfactum putaui, ſi os ipſum depreſſum erigerem altius: ſic enim non iam craſſæ meningi comprimendo moleſtum erat, & concluſis materiebus per diuiſionem ſerra factam exitus patebat. Quo factum eſt, vt tandem conualuerit, niſi quod inde altero lumine, quod ad fracturam erat, orbatus fuerit.

Lib. de vuln. cap. *Lib. 6. met. cap. vlt.* *Hiſtoria*

De Sede, quarta fracti cranii ſpecie. CAP. VII.

SEdem Hippocrates appellat fracturæ cranii eam ſpeciem, in qua telum cranio ſic inſedit, vt impreſ- *Quid ſedes.*
C ſum ipſius veſtigium fractura retinens, nec protendatur longius, nec contrahatur breuius. Ac ſedis cum multæ ſint formę, omnes, ſiue ſuperficiales fuerint, ſeu ad diploen vſq; peruaſerint, aut etiam ambas laminas penetrauerint, ſeu cum deperditione oſſeę ſubſtantię extiterint, ſeu in longum excurrant, *Curatio.* ſeu in breue cogantur, ſeu in latum effuſæ ſint, ſeu in anguſtum contractę; ſeu cæſim, ſeu punctim, ſica, ſtylo, haſtili alioue teli genere inflictę fuerint, ſeu hoc, ſeu illud accidens cōiunctum habuerint, omnes, inquam, quam multæ & quam variæ ſunt, aliquo ſupra deſcriptorum inſtrumentorum & modorum curari & ſaneſcere debent. Notandum id tamen eſt, cuius nondum meminimus, quod ſi cōtingat ictu valido & ingenti vulnere oſſis portionem ſic penitus exciſam eſſe, vt à reliquo cranio omnino diſtracta, pericranio tantum & cuti muſculoſæ pendula hæreat, haud à pericranio euellendam eſſe, & tanquam inutilem abiiciendam, ſed ipſam ſuo loco & ſtatui reſtituendam, callo mox genito, oſſis velut cicatrice naturæ vi glutinandam, vt eſt à Celſo adnotatum. Huius rei veritatem certa experientia in Capitaneo Hydron non ita pridem comprobaui: Illi oſſis coronalis portio media tres digitos longa, lataque enſe valido ſic exciſa erat, vt iam viciniæ oſſeæ non cohæreret, ſed vix pericranio & cuti muſculoſæ adhærens in faciem inuerſa procumberet, ac craſſam meningem oculis ſubiiceret: itaq; ipſam à ſua cute *Lib. 8. cap. 4.* *Hiſtoria.*
D reuulſam parabam abiicere, ni Hippocraticum illud præceptum in mentem veniſſet, quo cautum eſt, cerebrum operculo ſuo exarmare, & nudum relinquere. Quare ſanguinem qui in craſſam meningem, cuius motum oculis erat percipere, exciderat, primo quoq; tempore abſterſi, oſſis prouolutam portionem ſuo loco reddidi, & ex ſuperna parte ſutura, tribus punctibus adacta acu, ſtabiliui: atq; quo reliquę ſaniei pareret effluxus, interiectas vulneris rimas linamentis compleui: hac arte factum eſt, vt etſi eodē illo tempore multis aliis & ingentibus vulneribus corpus confoſſum haberet, per Dei tamen miſericordiam conualuerit: exemplo certiſſimo, nihil neq; cranii, neque pericranii, ac ne muſculoſæ quidem cutis quidquam niſi poſcente neceſſitate abiiciendum, multo vero minus, vt cerebrum ſuis operculis nudum maneat committendum. *Præceptum Hippocraticum.*

De Reſonitu, ſeu Contrafiſſura, quinta fracturæ ſpecie. CAP. VIII.

FIt nonnunquam fractura in parte illi oppoſita, quæ ictum exceperit: vt ſi ictum pars dextra exceperit, & ſiniſtra findatur: hoc fracturæ genus eſt valde periculoſum, quod id nullo certo ſigno deprehendere valeas: vt eſt ab Hippocrate proditum, *libr. de Vulneribus capitis.* Quare ſi quando ex eiuſmodi fractura mors conſecuta fuerit, venia dignus cenſendus eſt Chirurgus. Et quamuis hanc fracturæ ſpeciem riſu excipiat Paulus Ægineta, nec in capite humano duro nempe & pleno, vt in vaſis vitreis vacuis dari *Quid reſonitum.* *Lib. 6. cap. 90.*
E poſſe putet, à me tamen aliquando viſa & obſeruata eſt. Nec valet eorum ratio, qui ideo putant, naturā, ex multis oſſibus ſuturarum compage contextis, caput conflauiſſe, ne vnius partis fractura in oppoſitā protenderetur. Locum enim id forte habere poteſt in his, quibus ſuturæ ſunt expreſſæ, & naturaliter ſitæ ac conſtitutę. At non in his, quibus vel deſunt, vel è natura ſitæ non ſunt, vel ſunt admodum conterſæ: atq; ita obliteratę, vt vnum veluti os ex multis colauiſſe videatur: id fiet ſequentis hiſtoriæ commemoratione manifeſtum: Maſſi diſpoſitorum equorum cuſtodis, ſeruo cuidam grauis lapidis ictus in bregmate dextro eſt inflictus, vnde vulnus quidem exiguum, ſed grandis contuſio tumorque extitit: quare quo certius pateret, ſi quæ noxa oſſi inflicta eſſet, quoque facilius concretus ſanguis exprimere- *In quibus hac fractura locum habere poſſit in diuerſis cranii oſſibus.* *Hiſtoria.*

A ex ſenrentia Hippocr. *in capitis ictu obſtupeſcentia & deſipientia malum*. Quod ſi ad hæc mala cerebri ſuccedat ſphacelus & cortuptio, cum ingenti ſpirandi difficultate propter impeditam facultatem animalem, quæ à cerebro mouendi vim, muſculis thoracicis, reſpirationis inſtrumeotis impertit, mors ſequatur neceſſum eſt. Horum accidentium magna pars apparuit in fœlicis memoriæ Henrico Rege, paulo antequam è viuis excederet. *Hiſtoria.* Is compoſitis Galliæ reb⁹, & pace cum finitimis parta, dum filiæ & ſororis nuptias celebri & feſtiuo haſtiludiorum exercitio feſtiuiores reddere conaretur, procurrens & ipſe in catadromo pyxidata lancea adeo grauem ictum pectore excepit, vt ictus violentiâ, lamina ductilis, qua è galea proſpicitur, ſurrigeretur, & diſſultantis in fruſta lanceæ truncus ſupra dextrum ſupercilium impingeretur, cutiſq; muſculoſa frontis ad minorem vſq; oculi ſiniſtri canthum laniaretur, multis eiuſdē trunci fruſtulis in commemorati oculi ſubſtantiam depactis, penitus tamen intactis & illibatis oſſibus: fuit vero commoti inde & concuſſi cerebri tanta vis, vt vodecimo ab ictu die, interierit. Poſt obitum diſſecto cranio in parte ictui oppoſita ad mediam occipitis ſuturam effuſi inter craſſam & tenuem meningem ſanguinis copia comperta eſt, & corruptæ cerebri ſubſtantiæ quantum pollice tegi poſſet, indicia ex coloris natiui in flauum mutatione, apparuere. *Quæ res morendi ab ictu neceſſitatem Regi Henrico attulerit.* Quæ cauſæ Regi Chriſtianiſſimo mortis conſe-

B cutionem attulerunt, non ſola vulnerati oculi læſio, vt pleriſque falſo ſunt ſuſpicati. Pleroſque enim alios vidimus, qui ex longe grauioribus in oculo vulneribus non interiere.

Hiſtoria. Recentis eſt Memoriæ domini à Sancto-Ioanne hiſtoria. Is in catadromo, ante ædes Guiſianas pro tempore poſito, confractæ lanceæ fruſto digiti longitudinem & craſſitiem æquante, per ductilem laminam, qua è galea prouiſitur, ſub oculo in orbitam ſubeunte, & trium digitorum latitudine in caput penetrante vulneratus, mea opera præſentibus Medicis Regis, Valerano & Dureto, adiuuante Iacobo Regio Chirurgo curatus, Dei beneficio coeualuit.

Hiſtoria. Quid ingens illud, & plane memorabile Franciſci Lotharingi ducis Guiſiani vulnus memorem? Is in Bononiæ vrbis proſpectu, lancea ita caput tranſuerberatus eſt, vt ſub oculo dextro ad naſum cuſpis penetrans, per ceruices inter aurem, vertebraſque exiliret, abrupto violenti ictus impetu, & intro relicto ferro, tanta contumacia illic hærente, vt niſi teoaculis veterinariis extralu inde & auelli nequiuerit. Quanquam vero ea fuerit ictus rapiditas & violentia, vt contingere noo potuerit ſine oſſium fractura, neruorum, venarum, arteriarum, aliarumque partium laniatu & attritu: coeualuit tamen Dei fauore generoſus princeps. Ex quo intelligere licet, multos ab exiguis vulneribus mortem oppetere, alios ex ingentibus & penitus magnis deſperatiſque conualeſcere. *Cur ex paruis vulneribus pleriq; intereant, alii ex magnis minime.* Quorum cauſa euentuum, in Deum qui-

C dem humanæ vitæ authorem & propagatorem præcipue & primario eſt conferenda: ſecundario autem in temperamentorum varietatem & conditionem. Atque hæc de cerebri commotione ſeu concuſſione: qua euenit vt oſſe quidem toto integro manente, intus ex ictu venaaliqua in cerebri membrana rupta aliquid ſaoguinis emittat, qui ibi concretus magnos dolores moueat, quibus oculos obcæcet, ita tamen, vt contra id dolor exiſtat, adeo, vt eo loco cute inciſa pallidum os, mox ideo excidendum, reperiatur, quemadmodum eſt à Celſo proditum. *Lib. 8. ca. 4.* Sequitur, vt dicamus, qua ratiooe in commemoratis cranii fracturis omnibus, prognoſim ioſtituere oporteat.

De prognoſi in cranii fracturis inſtituenda. CAP. X.

Hip. de vuln. cap. NVlla capitis vulnera ſunt negligenda, ac ne ea quidem, quæ inciſione vel contuſione ſolam cutem muſculoſam attingunt: multo certe minus cum fractura cranium attingit: nam ſæpe ad illa omnia horrenda ſequuntur ſymptomata, adeoque ipſa mors, in corporibus præſertim cacochymis & cachecticis, cuiuſmodi ſunt illa, quæ lue venerea, elephantiaſi, hydrope, phthiſi, & marasmo detinentur: talibus enim vulnera ſimplicia haud facile ac ſæpe nunquam ſanantur: vulnerum enim curatio vnio eſt,

D hæc vero niſi naturæ robore ex præexiſtente laudabili ſanguine non fit: at hecticis & maraſmo obſeſſis, ſanguinis deeſt comeatus: cacochymis vero & cachecticis eiuſdem laudabilis affluxus & prouentus, vtriſque vero naturæ robur, conualeſcentium & à morbo reſurgentium eadem ferme ratio eſt. *Cur hecticorum & cachecticorum vulnera nō facile ſaneſcant.* Quæ contundendo, quam quæ incidendo facta ſunt vulnera, longe difficilius ſanantur. Fracto cranio, ſuperinductæ carnis continuitatem lædi ac ſolui neceſſe eſt, niſi in Reſonitu. Oſſa puerorum molliora, ſunt, tenuiora, & ſanguineo rore humentia magis, quam ſenum, ideoque putredini magis obnoxia: propterea quæ puerorum oſſibus contingunt vulnera, etſi ex ſeſe & natura ſua facilius ſanentur (quia molliora ſunt, quo fit, vt facilius agglutinentur, nec agglutinationi materia deeſt idonea, ex ſanguinis conſiſtentia & qualitate laudabilis copia) quam ſenum, quorum oſſa ſicciora & duriora ſunt, adeoque vnioni, quæ mixtione fit, rebellia, ſanguis vero ſeroſus adeoque minus aptum vnionis & agglutinationis vinculum: *Puerorum an ſenum vulnera facilius ſaneſcant.* ſuperuenientium tamen ſæpe ſymptomatum occaſione, putredinis nempe & corruptionis, quæ in calido humidoque corpore facilius oboritur, & in molli teneroque citius propagatur, ſuſpecta magis eſſe ſolent & ſanationi rebellia. Ex cranii fractura lethali, diutius æger vitam trahit hyeme, quam æſtate, quod illa, quam hac tempeſtate natiuus calor ſit vegetior:

E ſed & æſtate citius humores putrent, quia tum calor contra naturam facile accenditur & magis exultat, vt ex Hippocrate notatum à pleriſque eſt. Cerebri & meningum vulnera ſæpius lethifera ſunt, quod hinc muſculorum thoracicorum & aliorum reſpirationi inſeruientium actio non raro interturbetur & intercipiatur, vnde mortis conſecutio. *Aph. 15. ſe. 1.* *Si capitis vulneri tumor ſuperueniens ſtatim euaneſcat, malum ſignum eſt, niſi forte euaneſcentiæ illius iuſta ſubſit aliqua ratio*, vt phlebotomia, purgatio, aut reſoluentium topicorum vſus, vt ex Hippocrate in Aphoriſmis intelligere eſt. *Aph. 65. ſe. 5.* *Si per vulnerum capitis initia febris oboriatur, nempe quarto aut ſeptimo die, quod ſæpius contingit, eius occaſionem à puris generatione exiſtere putandum eſt*, vt eſt ab Hippocrate commemoratum. Nec vero tam ſuſpecta eſſe debet eiuſmodi febris, quam ea, quæ *Aph. 47. ſect. 2.*

poſt ſeptimum diem incidit, quo nempe tempore terminari debet: at ſi decimo, aut decimo quarto die A cum frigore aut horrore incidat, periculoſa eſt, quia opinionem facit putredinis conceptæ in cerebro, meningibus, aut cranio, cuius occaſione oboriatur, ſi maxime alia vna adfueriot ſigna, quæ putrediné ſubeſſe teſtentur, vt ſi pallidus & ſubflauus fuerit vulneris color, qualis carnium lutarum eſſe ſolet. Nã vt eſt apud Hippocratem, *Aphoriſ.2.ſectio.7. in oſſe ægrotante, caro liuida malum*: id enim caloris extinctionem portendit, cuius occaſione viuidus, vel moderato rubore ſuffuſus partis color, emoritur & languet, & eliquata circumſtante carne pus viſcidum adhæret. Hanc fere diſpoſitionem excipit peior alia, qua vulnus aridum & ſiccum, ſalitarum carnium inſtar apparet, nihil ſaniei remittens, liuidum & atrũ, vnde oſſis corruptionem ominari licet, ſi præſertim exaſperetur, cum antea lene eſſet & æquabile: exaſperatur enim, cum caries ipſum inuadit: ſed & procedente amplius carne liueſcit & denigratur, reſudante inſuper ex ipſa diploe ſanie, vt in multis obſeruaui, quæ omnia extincti iam caloris, adeoq; propinquæ mortis indicia ſunt: at ſi eiuſmodi febri occaſio ſit ab eryſipelate, quod iam adiit, vel in propinquo exiſtat, minus terrifica eſſe ſolet. His vero indiciis intelliges, ab eryſipelate & biliosæ materiæ confluxu febrem eſſe, nempe ſi tertianarum typum ſeruet, ſi cum rigore inuadat, atque ſudore terminetur paroxyſmus, ſi non ante terminetur, quam in pus verſa aut reſoluta ſit materia biliosa, ſi vulneris labra B ſubtumida exiſtant, vnaque tota facies, ſi oculi flammei ſint, ſi ceruix & maxillæ adeo rigeant, vt vix caput contorqueri, vel os diduci poſſit, ſi mordicantis aut pungentis doloris, ſi caloris ſumma ſint omnia, & longe, quam in phlegmone maiora.

Vulnera arida, aſpera, liuida, & nigra mala.
Febris ab eryſipelate indicia.

Eryſipelatoſa autem eiuſmodi diſpoſitio, à tenui & feruido ſanguine genita, in faciem potiſſimum inuolat, duabus de cauſis: Prima quidem propter inſitam humori bilioſo leuitatem, altera propter cutis earum partium raritatem. Eiuſmodi affectionis curatio duo ſibi proponit, euacuationem, & cum humectatione refrigerationem. Si ſola bilis tumorem hunc committat, haud facile mittendus ſanguis, ſed cholagogis agendum. Si eryſipelas ſit phlegmonodes, è cephalica partis magis affectæ, phlebotomia peragenda, adhibito in conſilium ſemper Medico. Vniuerſalibus peractis, refrigerantia & humectantia admouenda, cuiuſmodi ſunt ſolani ſuccus, ſemperuiui, portulacæ, lactucæ, vmbilici veneris, lenticulæ paluſtris, cucurbitæ: proderit & litus ex acetoſa in aqua communi ad manipulos duos cocta, tritaque, & per ſetaceum traiecta, addendo vnguenti roſacei, vel populeonis portionem aliquam: eiuſmodi & alia remedia ſæpius & tamdiu erunt renouanda, quouſque calor contra naturam extinctus fuerit. Abſtinendum vero diligenter erit ab vnctuoſis & oleoſis omnibus, quia facile inflammantur, vnde mali incrementum. Hinc ad reſoluentia veniendum erit. Cæterum *humorem intus foras propelli bonum eſt: contra vero foris intro remigrare, peſſimum*, vt experientia, C & Hippocratis authoritas teſtantur. Si quando os purulentum euaſerit, puſtulæ per linguam extuberant ex acris ſaniei per palati foramina in ſubiectam linguam ſtillicidio, & mora: hocque apparente ſymptomate pauci euadunt. Lethale etiam eſt, à capitis ictu mutum & ſtupidum, id eſt, apoplecticum fieri: id enim non oſſis modo, ſed etiam cerebri læſi indicium eſt. Sæpe vero eouſque cerebri peruadit læſio, vt ex corruptione, ſphacelum ipſi inducat, quo in caſu, præterquam quod omnibus lingua puſtulis exurgit, aliis cum ſtupore & aphonia mors aduenit, aliis cum partis oppoſitæ conuulſione, nec quenquam cum eiuſmodi ſymptomatum alterutro ex capitis vulnere mortuum animaduerti, qui diducto à morte cranio cerebri ſubſtantiam ſphacelo obſeſſam non habuerit.

Cur eryſipelas faciem præſertim occupet.
Curatio eryſipelatis in facie orti.
Cur oleoſa vitanda in eryſipelate faciei.
aph.25. ſe.6
Signa lethalia in capitis vulneribus.

Cur ex capitis vulnere, cerebro læſo partis oppoſitæ ſequatur conuulſio.

CAP. XI.

QVæſitum huc vſque à multis eſt, nondum tamen, quod ſciam, ſatis explicatum, cur conuulſio in capitis vulneribus, ſuperueniat parti, quæ eſt ictui oppoſita. Itaque viſum mihi eſt ſeorſim hoc loco controuerſiam illam definire. Mea ſic ratio eſt, in parte ſana id ſuperuenire ſymptomatis genus per inanitionem & ſiccitatem: inanitionis autem & ſiccitatis partis ſanæ ſeu oppoſitæ cauſa D duplex eſt, eaque omnis in parte vulnerata: dolor nempe, occaſione inflicti vulneris, & ſpirituum, humorumque eo loci concurſus, tum ratione doloris attrahentis, tum naturæ, præſidia ſua, ad afflictam partem, impetu ſuo, tranſmittentis. His ex cauſis pars ſana exhauſta ſpiritu & humore facile conuellitur. Sic enim Galenus ſcribit, naturę opificem Deum triplicem corporum noſtrorum ſubſtantiam ſpirituoſam eo concordiæ nexu & fœdere, per meatuum productiones colligaſſe, venas nempe, neruos, & arterias, vt ſi vna ex his partem aliquam deſerat, reliquæ mox illam negligant: quo fit, vt ipſa langueat, & ſenſim nutritionis defectu emoriatur. Quod ſi quis obiciat, naturam corpus geminum effeciſſe, eo conſilio, vt vna parte læſa, altera ſuperſtes & incolumis vitæ ſufficeret & neceſſitati, negabo id in vaſis & ductibus corporis veritatem habere axioma. Non enim vaſa vbique geminauit: vnica enim vena cerebri & membranarum eius nutritioni eſt deſtinata, ea nempe, quam torcular nominant, per quam ſcilicet pars ſiniſtra læſa, dextræ & ſanæ partis alimentum poteſt exhaurire, illaque occaſione conuulſioné à ſiccitate ipſi inferre: verum quidem eſt, quod quando in oppoſitis partib. muſculi congeneres ſunt pares magnitudine, robore, & oumero, vnius partis reſolutio, ex euentu conuulſionem facit alterius: at in cerebro oon ita fit. Cerebri enim geminæ partes, dextra & ſiniſtra ipſæ per ſe, quod ſui E muneris eſt, ſine oppoſitæ conſenſo, conſpiratione aut commercio exequitur: alias enim ſequeretur, vt paralyſis proprie dicta, id eſt, dimidii totius corporis, quæ fit reſolutionis cauſa, nempe mollificatione vel obſtructione, in cerebri parte alterutra exiſtente, inferret vna ſecum coouulſionem partis oppoſitæ. Cuius tamen rei falſitatem quotidiana experientia coouincit. Ratum ergo illud eſſe debet, in vulneribus capitis, quæ cerebro læſionem inferunt, cauſam, cur pars ſana ſeu oppoſita conuellatur, eſſe inanitionem, ſeu exhauſtum, & atrophiam. Franciſcus Dalecbampius *in Chirurgia gallica* aliam huius quæſtiunis rationem reddit, *vt*, inquit, *veritas propoſitionis illius ſtet & retineatur, ſupponendũ eſt*, *conuulſionem illam*

Conuulſio a ſiccitate.
Siccitatis conuulſificæ cauſa duplex.
Li. 4. de vſu part.
Qui intelligendum, corpus eſſe geminum.
Axioma medicum.
Ratio ex authoris mente.
Dalechãpii ſententia.

A *illam partis oppoſitæ ab Hippocrate commemoratam, tum demum & ſolum contingere, cum propter inflammationis in parte cerebri læſa magnitudinem, quæ iam corruptionem, gangrænamque cerebro intulit, ac meningibus, moxque ſphacelum cranio ſtatim adeſt, ad mortem morbus terminari debet: in hoc enim, & his conditionibus definito morbi ſtatu, neceſſe eſt ſenſum motumque in parte cerebri læſa perire, quemadmodum ex aliis gangrænis contingere cernimus, per natiui caloris extinctionem. Nec ſolum, ſuper eſt, eiuſdem inflammationis ſeu phlegmones magnitudine ſpiritus animalis canales ita obſtrui, vt inde ad eiuſdem lateris ſubiectas & cerebro vicinas partes influere ipſe nequeat: ac etſi illabatur, ſit inutilis ſentiendi & mouendi viribus ac facultati deferendæ: nempe putridorum & gangrænoſorum vaporum admixtione infectus & alienatus. Quo fit, vt pars vulnerata, ſenſu orbata, minime irritetur ad eum, quod moleſtum ipſi eſſet, ſi ſenſus conſtaret, excretionem, quare nec nerui inde orti conuulſione tententur & contrahantur. Efficitur inſuper, vt quoniam iidem illi nerui ſpiritus animalis præſentia & fulgore priuantur, paralyſi pariter partes eiuſdem lateris motum & ſenſum inde haurientes detineantur; fit enim paralyſis, vel ſecto neruo, vel obſtructo, vel tenui & aquoſo humore madefacto & mollificato, vel aliqua vehementi intemperie, ita affecto, vt ſpiritum animalem excipere nequeat.* Cauſa quare paralyſis.

Quod vero ſpectat ad partem oppoſitam & eius conuulſionem, ſcitum illud & ratum eſt apud omnes conuulſionem fieri, vel a repletione quæ neruos in latitudinem diſtendens decurtat; vel ab inanitione, cum natiuo & primigenio ipſorum Conuulſionis cauſa.

B *neruorum humido conſumpto, propria eorundem ſubſtantia reſiccata corrugatur & contrahitur; vel à vaporis alicuius aut ſanioſi & mordacis humoris vellicatu & acrimonia aut doloris vehementia. Ita enim epilepſiam inuadere ſcimus ab exhalatione venenata, à pede ad cerebrum elata. Scimus etiam in punctura neruorum oboriri conuulſionem, cum punctura obſerato orificio ſuppreſſus illic hæret acris & ſanioſus humor; in neruorum vero vulneribus neruo aliquo ex dimidio ſecto, doloris acerbitate conuulſio accidit. At vero in parte oppoſita duæ eiuſmodi conuulſionis cauſæ inſunt inſigniter: Putridus ſcilicet & cadauerοſus vapor, à parte cerebri læſa & gangræna obſeſſa, exhalans: & inſuper ab eadem parte affecta & gangrænoſa virulenta acris & mordax ſanies, in oppoſitam ſanam exudans, cuius ſaniei, vt cacoethiam Hipp. deſignaret, in ſignorum vulnerati capitis lethalium commemoratione, Ichoris nomine expreſſit: & libro de Fracturis Dacryodes, & non Pyon id humoris genus nominauit. Nihil igitur mirum eſt, ſi pars oppoſita, ſana ſenſu exquiſito & integro prædita, offenſaque vtriuſque materia tum vaporoſa, tum ſanioſa appulſu, viribus vſa ſuis, quantum poteſt contendat & concutiatur ad expulſionem rei moleſtæ: hanc concuſſionem, vt quæ fruſtra ſuſcipiatur, morte iam propinqua exiſtente, & natura morbi dominatu detenta, ſequitur conuulſio, quemadmodum in epilepſia cernimus. Sic* (inquit, Dalecamphius) *de Hippocratis & Auicennæ illa propoſitione, meo iudicio eſt ſtatuendum.* At ſubiungit idẽ; *in capitis vulneribus haud lethalibus, adnotant pragmatici alias paralyſi partem læſam detineri, conuulſione vero ſa-* In capitis vulneribus minime lethalibus qualiter paralyſis & conuulſio ſuperueniant.

C *nam; alias contra læſam conuulſione, ſanam vero paralyſi: alias vtramque vel conuulſione vel paralyſi: alias alterutram vel conuulſione vel paralyſi occupari, altera ab vtroque vitio immunis: quorum omnium cauſas exponere non eſt huius loci.* Hucvſque Dalechampius.

De Signorum in capitis vulneribus lethalium epilogo. CAP. XII.

ERgo vt ad inſtitutum ſermonem redeamos; certo moriturum ægrum prædicere licebit, cum rationis & iudicii vi peruerſa deſipit, cum memoria aboletur, cum lingua fit incontinens, cum caligant & obſcurantur oculi, cum aures obſurdeſcunt, cum vel à lecto præcipitem ſe dare vult, vel in eo iacet immobilis, cum febris continua eſt cum delirio, cum puſtulis lingua extuberat, cum ipſa præ ſiccitate finditur & denigratur, cum vulnus inareſcit & nihil aut parum admodum remittit, cum color vulneris ante floridus ſalitæ carnis colori ſimilis, fuluus iam & ſubliuidus emoritur, cum vrina & alia excrementa ſupprimuntur, cum paralyſis, conuulſio, apoplexia denique & crebra contumaxque cum pulſu formicante ſyncope inuadit. Eiuſmodi ſigna omnia alias ſtatim à vulnere inflicto apparent, alias aliquot demum diebus poſtea: cum igitur cerebrum ipſius inciſionis ſeu fiſſuræ, contuſionis, compreſſionis, A functionibus læſis [illegible] ſigna. Ab habitu corporis. A tempore quo talia ſigna appareant.

D puncturæ, concuſſionis aut cuiuſuis alterius fracturæ impetu læditur & vulneratur, commemorata ſigna primis ſtatim diebus apparent: at cum niſi multis poſt ictum diebus non comparent, à cerebri inflammatione & phlegmone putreſcentis ſanguinis in ipſum effuſi occaſione orta eſſe & apparere illa licet intelligere. Id vero obiter adnotandum, quod etiam ad prognoſim ſpectat, carnem in omnibus capitis partibus facile regenerari & induci, excepta frontis ea parte, quæ paulum ſuper id exiſtit, quod inter ſupercilia eſt, vt per omnem ætatem ſit exulceratio, quæ linteolo medicamentum habente contegenda ſit. Credo, quod eo loci interna ſubſit in oſſe cauitas, quæ ad naſi cribroſa oſſa pertingit aeris plena, à quo carnis inductio impediatur, vel quod eo loci os valde denſum ſit, vt vix inde ſatis ſucci alibilis exudare poſſit, qui regenerandæ carni ſufficiat: adde, quod in id vlcus magnus fit excrementorũ, quæ alioqui per oculos & nares efferrentur, confluxus, qui vlceris exſiccationem, adeoque ſanationem intercipit. Hinc certe contingit, vt ſi ſic affectum ægrum iubeas ore & naribus interclusis expirare, aer ſpiritusve ab vlcere tanta vi erumpat, vt accenſam admotamque craſſiuſculam candelam facile extinguat. Quod ſancte affirmo me obſeruaſſe in quodam, quem ob os frontis fractum & depreſſum eo loci terebrare neceſſe habueram. Celſus lib. 8. cap. 4.

E

De ſignis ſecundi iudicii in capitis vulneribus. CAP. XIII.

COntra vero ſalutaria ſigna ſunt, non febrire ęgrum, mente conſtare, ad oblata bene habere, ſomnũ iucundum inire, vẽtre molli exiſtere, vulnus colore florido & natiuo renidere, pus coctum ac laudabile deponere, & craſſę meningis motum liberum eſſe. Notandum tamen, quod à veterib. eſt proditum, & experientia confirmatũ, in cranii fractura neminem extra aleã & periculum poſitũ cẽſeri debere, niſi poſt exactum diem centeſimum. Quare Medicum de ęgro eouſque ſollicitum eſſe decet, nempe vt qualiter ſe habeat in cibo, potu, ſomno, & venere, rebuſque aliis conſideret. Diligenter vero æger à Quando tuto ſit a traumate æger. Frigus cauendum.

frigore ſibi caueat: multi enim ex vulneribus capitis ſanati, frigore imprudenter admiſſo, in vitæ diſcri- A
men adducti ſunt. Aduertendum autem, callum, quo cranii oſſa ferruminantur, fere quadraginta aut
Quanto tempore occalleſcat capitis vulnus. quinquaginta dierum ſpatium ad ſui perfectam coagmentationem & concretionem requirere. Quan-
quam reuera certus dierum numerus præfiniri non poſſit, propter corporum aut temperamentorum
varietatem. Iuuenibus enim citius, ſenibus tardius abſoluitur, atq; hæc de prognoſi ſufficiant. Nunc de
cura tum vniuerſali, tum particulari, quam breuiſſime & dilucidiſſime fieri poterit, agendum. Itaque à
generali ducto initio, diætam in primis conuenientem ex rerum ſex non naturalium moderato vſu præ-
ſcribemus.

De Fracti cranii & ſymptomatum, quæ ipſi fracto ſuperuenire ſolent, cura vniuerſali.

Cap. XIV.

Aer qualis eſſe debeat. PRima cura ſit, vt æger in aere temperato contineatur: ac ſi quidem is ex ſeſe & natura ſua talis non
fuerit, arte corrigendus erit. Nempe hyeme ignis in conclaui excitabitur, iſq; luculentus, ne fumus
ſternutationem & alia accidentia prouocet, feneſtris & ianuis diligenter obſeratis, aditus ventis inter-
cludetur: quandiu curationis ergo recluſum vulnus eſſe oportebit, præſto ſeruus aderit, qui labrum æ-
neum prunis ardentibus plenum, vel candentem ferream laminam ea altitudine vulneri ſuperpoſitam B
continebit, vt caloris vis moderata ad vulnus perueniat, & aeris ambientis frigus, effuſi inde caloris a-
Aph.18.ſec 5. ſpiratione corrigatur. Eſt enim Hippocratis ſententia, *frigus inimicum cerebro, oſſibus, neruis, & ſpinali me-
dulla*: inimicum etiam vlceribus exiſtit, dum ipſorum excrementa ſupprimit, quæ ſuppreſſa non modo
Lib. 8. de vſu part. cap. 2. ſuppurationem remorantur, ſed etiam exedendo ſinuoſa ipſa reddunt. Itaque recte Galenus admonet,
arcendum eſſe frigus a cerebro, non modo in, ſed etiam à terebratione. Non enim aliunde maius &
certius damnum fracto cranio contingere, quam ab imprudentibus, admiſſo aere. Nam ſi aer cerebro
Aer etiam æſtiuus cerebro frigidior. calidior eſſet, haud inde cerebrum refrigeraretur, atqui æſtate media ſi cerebrum ad aerem, qui tum
calidiſſimus eſt, renudetur, refrigeratur: ac niſi calidis ſuccurratur, noxam contrahit: hæc Galeni ſen-
tentia eſt, ex qua licet intelligere multos fracto cranio imprudentis curationis vitio potius, quam fra-
cturæ magnitudine interire. Cæterum (ſuis linamentis, pannis, ſplenis, faſciiſque tecto vulnere) ſi quæ
ſubſit in aere maior caliditas, quam vt ipſam æger, alioqui moroſus, ferre poſſit, corrigetur, conclaui,
aqua frigida, oxycrato, ſalicis, & vitium ramalibus, conſperſo. Nec ſat eſt, aerem frigidiorem vitauiſſe,
niſi & lumine plus æquo illuſtratum vitaueris, quoniam maxime maligna & metuenda in hoc morbo
Maioris luminis incommoda. accidentia excesserint. Maius enim lumen ſpiritus diſſipat, dolorem auget, febris & aliorum ſympto- C
matum exacerbationem infert. Vino penitus interdicit Hippocrates, itaque eius loco ægro potus erit
aqua decoctionis hordei, aqua ſimplex, cocta, iulepo roſaceo, ſyrupo violaceo, acetoſo & ſimilibus
temperata: aqua, in qua mica panis maduerit, hydroſacchara, ſucco limonum, & mali citrei addito, a-
Potus qualis eſſe debeat. liiſque ſimilibus, prout dabunt ſe ægri facultas, & palatum. In eiuſmodi potu conſiſter, quoad à prauis
Amygdala cephalalgica. ſymptomatis ſecurus fuerit, quod fere contingit intra decimum quartum diem. Cibus erit panatella,
ptiſana, vitato amygdalato: dicuntur enim amygdala vapore caput implere & dolorem inferre: pruna
damaſcena elixa, vuæ paſſæ, vuæ damaſcenæ cum ſaccharo & pauco cinamomo (quod conſolando
ſtomacho & exhilarandis ſpiritibus mirificam vim habet) conditæ: pulli gallinacei, columbacei, caro
vitulina, hœdina, lepuſculorum, auicularum campeſtrium, phaſianorum, merularum, turturum, per-
dicum, turdorum, alaudarum, & eiuſmodi euchimorum animalium cum lactuca, portulaca, oxalide,
borragine, bugloſſo, cichorio, endiuia, & ſimilibus elixa valde vtilia in hoc caſu alimenta eſſe cenſen-
tur. Si quando carnibus illis aſſis vti volet, poterit, modo inſuccentur omphacio, malorum arancio-
Piſces ſalubres in eſum. rum, citreorum, limonum, granatorum & acetoſis ſuccis, nunc his, nunc illis, pro palati & faculta-
rum ratione. Si quis eſt, qui piſcibus delectetur, ipſi trutta, cobites fluuiatilis, lucius & ſimiles in aqua D
viua & pura haud cœnoſa enutriti, erunt deligendi: oleta vitabit, & legumina omnia, quod caput ten-
tent & impleant. A paſtu vtile erit tragetam communem mandere, vel aniſum, fœniculum, & corian-
Apho. 13. & 14. ſect. 1. drum condita: conſeruam etiam roſarum aut cydoniatum ad conſtringendum ventriculi orificium,
ne vaporibus inde ſurſum elatis lædatur caput. Puerile corpus crebrius, ſed parcius erit cibandum. Non
Aph. 15 ſec. 1. enim pueri, vt ætate prouecti ferre poſſunt inediam, quia plus habent calidi innati: quocirca pluribus
egent alimentis: ſic *& hyeme*, quia *ventres quam æſtate ſunt calidiores*, copioſiora alimenta adhibenda erũt
cuiuſuis ætatis hominibus. Poſt decimum quartum diem ſi neque febris, neque quicquam aliud pro-
hibeat, vinum modicum exhiberi poterit, ſenſimque cibus augeri: ad cuiuſque tamen naturam, robur
Cur inflammato cerebro ſomnus diurnus proſit. & conſuetudinem accommodare. Somnum diurnum quam maxime poterit, vitabit, niſi forte phle-
gmone cerebrum aut meninges inuaſerit. In hoc enim caſu ſomnum interdiu, præſertim ab aurora ad
meridiem inire præſtabit, hac namque diei tempeſtate, vt & Vere ſanguis in corpore dominatur, Hip-
pocratis ſententia: Eſt vero notius, quam vt dici debeat, ſanguinem per vigilias, in habitum & ſuperfi-
Lib. 2. epid. ciem corporis effundi: ſomno contra intro ad partes nobiles, cor & hepar reuocari. Quare ſi cum hoc,
quod ſolis exortu ſuo radios in terrã effundentis vi ſanguis in corporis habitũ effunditur, rurſum vigi- E
liarũ impetu & motu magis magiſq; effunderetur, multa fieret inflammationis in cerebro & meningi-
bus acceſſio. Ergo ſatius erit tum maxime ſanguinis in corporis habitum excurrentis impetum ſomno
Immoderatarum vigiliarum incommoda. ſiſtere, cum furere & viam illam effrenatius affectare videbitur. Vigiliæ pariter moderatæ eſſe debent:
nimiæ enim cerebri & habitus vniuerſi corporis temperiem vitiant, cruditates, dolores, & capitis gra-
uitates inuehunt, vulneraque arida & maligna reddunt. Quod ſi ſomnum inire nequeat æger propter
13. meth. inflammationis cerebri & meningum vehementiam, iubet Galenus perfundi, oblini, inungi caput,
nares, tempora, & aures ex refrigerantibus & humectantibus, talia enim cerebrum & eius membranas
Hypnotica. plus æquo incaleſcentes ſtupefaciunt & ſoporant. In hanc igitur rem inungentur tempora vnguento
popu-

A pópuleone, vel roſato, cum oxyrrhodino aut oxycrato: naribus ſubinde admouebitur ſpongia madefacta in decocto ſeminis papaueris albi aut nigri, corticis mandragoræ, ſeminis hyoſcyami, lactucæ, portulacæ, plantaginis, ſolani, & ſimilium. Parari etiam poterit iuſculum vel hordeatum, in quo inſundetur emulſio ſeminis papaueris albi: vel parabitur potus ex ℥j. vel ℥j. ß. ſyrupi papauerini, cum ℥ij. aquæ lactucæ, his vtetur æger horis quatuor á paſtu, vt prouocetur ſomnus. Somnus enim coctionem magnopere adiuuat, triplicis ſubſtantiæ effluuium, per vigilias factum, reſarcit, dolores lenit, laſſos reficit, iras & mœrores mitigat, rationem ſede motam reſtituit, vt his de cauſis omnino neceſſe ſit, ægro ſomnum prouocare. Si plethoricus fuerit æger, minuatur plethora ſanguinis detractione, purgatione, aut tenui diæta, pro eius, qui præerit, Medici arbitrio. Cæterum fortes purgationes in huius generis vulneribus, præſertim per initia, ſunt vitandæ, ne concitatis humoribus, febris, Inflammatio, dolor, & alia eiuſmodi ſymptomata exacerbentur. Phlebotomia vero non modo pro ratione copiæ ſanguinis, Galeni iudicio, facienda eſt, ſed etiam pro ratione magnitudinis morbi præſentis, aut impendentis, ad diuertendum & reuellendum eum, qui influit, humorem per contraria: ad eum, qui iam impactus eſt, per ipſam partem vacuandum, aut per proximam deriuandum. Ergo exempli gratia,

Somnus commoda.

Lib 4. meth.

B ſi pars capitis dextra vulnerata eſt, ſecabitur cephalica dextri brachii, niſi ingens plethora Baſilicam aperiri imperet, vel Medianam, quanquam ſi neutra commode diuidi poſſit, Baſilica etiam minime plethorico corpore erit aperienda. Eadem ratio eſt vulneris ſiniſtro cranio inflicti: id enim longe ſatius eſt propter fibrarum rectitudinem, quam ex oppoſita parte ſanguinem detrahere: in quo opere faciundo diligenter erit virium ægri habenda ratio, admota manu pulſui, niſi præſens adſit Medicus, penes quem huius rei iudicium omne eſſe debet. Pulſus enim virium certiſſimus eſt iudex, Galeni ſententia. Quare mutationes eius & inæqualitates ſunt conſiderandæ. Nam vbi primum paruus & tardior apparuerit; vbi tenuis ſudor frontem imbuerit, vbi cardialgia oboriri cœperit, cum vomendi aut etiam exonerandæ alui deſiderio & oſcitationibus, colorisque mutatione & labiorum pallore, quam primum ſiſtendus erit ſanguinis curſus, obſerata vena: alias vna cum ſanguine ne vita vaneſcat, periculum eſt: hinc æger pane in vino intincto & ore ingeſto, narium & temporum ex forti aceto litu, ſupinoque decubitu eſt reficiendus. Impacti vero & coniuncti humoris portione pars exonerabitur leui labrorum vulneris ſcarificatu, vel admotis hirudinibus. At deriuabitur apertis venis illis, quæ ſunt vulneratæ parti proximæ, nempe vena pubis, vel frontis media, vel temporum, vel iis, quæ

Lib de cur. per ſanguinis miſſionem.

Friſtionum vſus.

C ſunt ſub lingua: ſed & cucurbitulæ alias cum ſcarificatu, alias ſine ſcarificatu ſcapulis erunt affigendæ, nec toto curationis tempore totius corporis, capite excepto, frictiones diuturnæ & fortes cum linteis aſperiuſculis erunt omittendæ: hæ enim vel hoc nomine proficient, quod materias, quæ per halitum ſurſum ad caput alioqui efferrentur, deorſum reuellent: cuiuſmodi certe materiæ in corpore iacente & conſuetæ exercitationis vſu ac beneficio orbato cumulari maxime ſolent. Quantum vero ſanguinis detractio ad minuendam & mitigandam cerebri vel meningum in capitis vulneribus inflammationem valeat, ſequenti & notando exemplo fiet manifeſtum. Nuper fui vocatus ad ſuburbia diui Germani, qui illic iuuenem octo & viginti annos natum in ædibus Ioannis Martialis ad diui Michaelis inſigne inuiſerem: Erat iuuenis ille ex domeſticis Doraduri Oeconomi Thalaſſiarchæ á Brionio; Pronus in bregma ſiniſtrum ſuper durum marmor deciderat: inde illi vulnus contuſum ſine vlla cranii fractura: cumque ſanguineo eſſet temperamento, vulneris occaſione, ſeptima die febris inuaſit cum delirio continuo & inflammatione, ſeu phlegmonoſo tumore læſi pericranii: Idem ille tumor partium continuatione & ſympathia vniuerſum caput & ceruices occupans, in tantam ſe molem ſuſtulerat, vt obliteratis faciei lineamentis, nec á familiaribus agnoſci, nec loqui, nec audire, nec denique

Hiſtoria.

D deglutire quidquam, niſi valde liquidum, poſſet: Quibus animaduerſis etſi ſcirem, pridie, qui erat morbi dies octauus, á Germano Agace eiuſdem ſuburbii Chirurgo detractum ipſi fuiſſe ad quatuor vaſcula ſanguinem, experta tamen ægri ipſius virium integritate & conſtantia, phlebotomiam repetere viſum eſt: itaque ſanguinem ad quatuordecim vaſcula ipſi vna illa vice detraxi: ſequenti die cum rediiſſem, neque febrem vllumve commemoratorum ſymptomatum remiſiſſe quidquam intuerer, imo potius exacerbata omnia, repetita phlebotomia, quatuor illi ſanguinis vaſcula ex tempore detraho, quæ duorum & viginti vaſculorum numerum conficerent: die ſequenti cum ne adhuc quidem quidquam minuiſſe accidentia animaduerterem, non ſum ipſe auſus, quam quarto meditabar ſanguinis detractionem, priuato conſilio exequi; Itaque Violanium Doctorem Medicum famatiſſimum ad ipſum deduco, is vbi primum pulſum admota arteriæ manu attigit, certus ex illius vehementia de ægri viribus, experta inſuper, quæ ſe oculis videndam obtrudebat inflammationis & tumoris magnitudine, ex templo ſcalpellum expediri, & venam aperiri imperauit. Cum vero de induſtria cunctarer, ediceremque iam illi duo & viginti ſanguinis ſubducta vaſcula fuiſſe, tum ille, eſto, plura detracta fuerint licet, non propterea tamen ab incœpto deſiſtendum: cum præſertim mittendi ſanguinis duæ, quæ ſum-

Duæ principes mittendi ſanguinis indicationes.

E mæ habentur indicationes, adhuc ſuperſint, nempe morbi magnitudo, & virium conſtans robur. Lætus igitur tria ipſo præſente ſanguinis vaſcula detraho, plura detracturus, niſi id conſilium in horas pomeridianas remiſiſſet: reuerſus ergo á meridie duo denuo ſanguinis vaſcula impleo, omnino vt ſeptem & viginti vaſcula quinque vicibus quatuor dierum ſpatio iuuenis illius ſanguine redundarint, nec id ſine ſummo eius commodo. Nam quæ ſubſecuta eſt nox, fuit illi valde placida, ſub meridiem febris dimiſit, tumor inſigniter reſedit, inflammationis ardor reſtinctus eſt in omnibus partibus, niſi forte in ſuperioribus palpebris & auricularum lobis, in quibus abſceſſus factus magnam effudit puris copiã. Hanc ego hiſtoriam eo conſilio recitaui, vt puerilem permultis metum demittendo ſanguine in virium conſtanti robore tollerem, vtq; innoteſceret, quam ſit promptũ & certum id capitis cerebriq; in-

Veneris capite vulnerato incommoda.

flammationum remedium. Itaque ad rem, de qua instituta eſt diſputatio, redeuntes, notandum, nihil æquè vitandum eſſe in fractura cranii, quam venerem non modo quo adhuc tempore morbus præſens eſt, ſed etiam diu poſt ipſum exactum. Nam in exiguo ſeminis corpore multi ſpiritus continentur, & maxima ſeminis portio à cerebro defluit: hinc ergo facultatum quidem omniū, ſed animalis præſertim exolutio, vnde factam mortis conſecutionem in exiguis capitis vulneribus, etiam abſoluta agglutinatione & vnione, aliquoties animaduerti. Vitanda inſuper animi pathemata omnia, quia ſpirituum cōtractione aut diſſipatione maximas in animis, corporibuſq; turbas excitent. Locus ægro deligendus eſt ab omni, quantum fieri poteſt, ſtrepitu remotus, nolarum nempe & tintinabulorum, fabri ferrarii, vietoris, capſularii, viarum, per quas curribus quadrigis actus eſſe ſolet: ſtrepitus enim dolorem auget, febrem accendit, & alia multa ſymptomata inuehit. Memini cum eſſem Hiſdini, quo tempore hoſtilibus Caroli Quinti copiis cinctum teneretur, quod interim cum tormentis æneis murus pulſaretur, fragor ex bombardis bellicis ſublatus, tātum doloris cruciatum ægris quidem omnibus, ſed præſertim capite ſauciatis excitabat, vt dictitarent, videri ſibi ad ſingulas machinarum igniuomarum diſploſiones, verberibus ſe & fuſtibus crudeliter, qua parte vulnera inflicta erant, cædi: & certe hinc adeo recandeſcebant vulnera, vt multus per ipſa tum ſanguis ſtillaret, & dolore febreque exacerbatis multo cum gemitu expirare cogerentur. Hæc de cura vniuerſali ſufficiant; nunc ex veterum monumentis de particulari agendum. A B

Quantum noceat ſtrepitus fracto cranio. *Hiſtoria.*

De Vulnerum capitis & cutis muſculoſa cura particulari. Cap. XV.

Vlceris in carne & cute ſimplicis indicatio.

INitium ducamus à vulnere ſimplici; ad eius curationem ſcopus vnicus propoſitus Chirurgo eſſe debet, nempe vnio: niſi enim vulnus ad cranium peruenerit, eodem cum reliquis partium corporis noſtri carnoſarum vulneribus, curatur modo. At ſi compoſitum fuerit, quot erunt complicationes, tot ſuggerunt ſe indicationes. In his habenda ratio ordinis vrgentioris & cauſæ. Ergo ſi vulnus ſimplex fuerit & ſuperficiarium, primum circumradendus capillus, inde apponendum medicamentum ex oui albumine, bolo armenio & aloe: Sequenti die emplaſtrum de ianua vel de gratia dei applicandum, quouſque perfecte coierit vulnus. At ſi profundius ſit, & vſque ad pericranium peruenerit, non errauerit Chirurgus, qui ſecundo apparatu, digeſtiuum, quod vocant, medicamentum in ipſum immiſerit, quod fit ex terebinthina veneta, vitellis ouorum, oleo roſaceo, & croci pauxillo, tam diu id vſurpabitur, quoad ſaniem vulnus reddiderit: tum enim digeſtiuo illi addendum mel roſaceum & farina hordei. Hinc ad ea medicamenta tranſeundum, quorum compoſitionem nihil oleoſum, nihil vnctuoſum ſubit, quale eſt hoc, *℞. terebinth. venetæ ℥ ij. ſyrupi roſ. ℥ j pulner. aloes, myrrhæ & maſtich. an. ʒ ß. concorporentur omnia & fiat vnguentum.* Cuius vſus erit vſque ad integram carnis regenerationem. Hinc inducenda veniet cicatrix puluere ſequenti. C

Digeſtiuum vnguentum.

Epuloticum.

℞. aluminis combuſti, corticis granatorum combuſtorum an. ʒ j. miſceantur ſimul & fiat puluis: quod ſi adeo vaſtum vulnus extiterit, vt ſuturam deſideret, tot punctus acu erunt inducendi, quot neceſſitas poſtulare videbitur. Dum ego Hiſdini eſſem, militi cuidā ex proruta terra dum ſuffoderet, muſculoſa capitis cutis vſq; ad pericranium depreſſa eſt, & tota ab occipitis initio in frontem vſque ſic diuulſa, vt in faciem propenderet. Huius curationem hoc ſum ordine aggreſſus. Primum totum vulnus vino tepido laui, vt concretum ſanguinem fœce terrena permixtum eluerem, inde molli linteo deterſi, toti vulneri terebinthinam venetam mixtam cum pauca aqua vitæ, in qua ſanguinis draconis, maſtiches, & aloes aliquid diſſolueram, impoſui: hinc pendulam cutem ſedi ſuæ reſtitui, ſtabiliui ductis acu punctis, nec plus, quam par eſſet, preſſis, nec denſioribus, metu doloris & inflammationis, quæ duo, dum pus fit, potiſſimum contingunt, ſed quantum ſatis eſſet ipſi vndique continendæ, & aeri arcendo, qui ſuo ingreſſu vulnerib. plurimum nocet: quæ deorſum vergebant, vulneris oras penicillis longioribus, latioribuſque inditis compleui, quo ſaniei pateret effluxus. Toti vero capiti, quod ſequitur, cataplaſma impoſui. *℞. farinæ hordei & fabarum an. ℥ vj. olei roſati ℥ iij. aceti quantum ſufficit, fiat cataplaſma ad formam pultis;* huic deſiccandi vis ineſt, refrigerandi, repellendi, doloris ſedandi, inflammationes mitigandi, & ſanguinem ſiſtendi. Ægro ſanguinem non detraxi, quod multus illi fluxiſſet ruptis maxime arteriis quibuſdam, quæ ſunt ad tempora, hac arte curatus breui conualuit. At ſi morſu feræ illatum eſſet vulnus, alia arte veniret tractandum, vt ſequenti patebit hiſtoria. Cum aliquando multa plebs leones regios, qui Lutetiæ in Catradromo ad regis Henrici ſecundi delitias, regis ſumptibus alebantur, inſpectaret, contigit, vt vnus ferocior, vincula, quibus tenebatur, abrumperet, & in turbam inſiliens, virginem duodecim circiter annos natam vnguibus in terram ſterneret, & hiantibus faucibus caput comprehenſum, dente impreſſo multis locis muſculoſæ cutis laniaret, intacto tamen cranio: vix tandem ab ipſo leonum magiſtro erepta & leonis faucibus erepta, curanda tradita eſt Rolando Clareto Tonſori Chirurgo, qui tum ibi forte aderat: paucis poſt diebus vocatus ſum, qui ipſam inuiſerem, febricitabat, tumore & inflammatione totum caput, omoplatæ, thorax, parteſque omnes, quas dente, vnguibuſque leo defixerat, turgebant: vulnerum oræ liuebant & ſanie aquoſa, acri, virulenta, cadaueroſa, nigra virente, fœtidaq; adeo, vt vix fœtor ferri poſſet, manabant. Dolores vero punctorii, mordaces & omnino magni premebant, quibus animaduerſis ſtatim mentem meam placitum vetus ſubiit, quo dicuntur ferarum, imo etiam hominum morſu inflicta vulnera omnia veneni eſſe participia. Itaque impreſſionis venenatæ in ipſis vulneribus, vngue, dentibuſq; relictæ, magnam eſſe inprimis habendam rationem, ideoq; applicanda ea, quibus vis ineſſet obtundendi veneni. Multis ergo locis vulnerum labra ſcalpello à me exciſa ſunt, ſanguiſugæ appoſitæ, quæ venenatam ſaniem foras in ſe elicerent, & inflammationem partium leuarent, hinc lotio facta ex ægyptiaco, theriaca & mithridatio in ſequentem modum. D E

Hiſtoria.

Quid attendendum in ſuendo.

Quando in vulnere ſanguis non mittendus. *Hiſtoria.*

Ferarum hominumq; morſus venenati.

℞. mithri.

A *℞. mithri. ℥ j theriac. ℥ ij ægyptiac. ℥ ß. diſſoluantur, omnia cū aqua vitæ & cardui benedicti, foueantur, lauenturq́ vulnera calide:* ſed & medicamentis omnib. quibus ſeu implebātur, ſeu obliuebantur vulnera, theriaca & mithridatiū admiſcebātur, quin & ex iiſdē cum conſectuis roſarum & buglosſę in aqua oxalidis minoris, & cardui benedicti diſſolutis potiones paratæ, quæ cor corroborarent, & à malignis vaporibus vindicarent. In quam etiam rem regioni cordis hoc epithema eſt appoſitum. *℞. aquæ roſar. & nenuphar. an. ℥ iiij. aceti ſcilitici ℥ j. corallorum, ſantalorum alborum & rubrorum, roſar. rub. puluer. ſpodii an. ʒ j. mithridatii, theriacæ an. ʒ ij florum cord. puluériſatorum p. ij. croci ʒ j. diſſolue omnia ſimul, fiat epithema;* ſuperponatur cordi cum panno coccineo, aut ſpongia, repetatur ſæpius. Certe hac arte curata, & ſemel commemoratis remediis vſurpatis, dolor, inflammatio, malignaque omnia ſymptomata multum remiſſa ſunt: denique conualuit, niſi quod toto biennio poſt macreſcebat in dies, tandem tamen ſibi & naturæ ſuæ omnino reſtituta eſt. Ex quibus licet intelligere, alia arte ſimplicia vulnera, alia, quæ veneni naturam redolent, eſſe tractanda. Nunc vero vt reliquas cutis capillatæ vulneratæ noxas perſequamur, ſit obtuſo ictu ſine vulnere contuſa: quod ante omnia & ſemper faciendum eſt, quo ſcilicet malum innoteſcat magis, & appoſita remedia proficiant amplius, pilus eſt circumradendus ac primo apparatu repellentia admouenda, quale eſt oxyrrhodinum ſequens. *℞. olei roſ. ℥ iij. album. ouorum nu. ij puluer. nucu cupreſſi balauſt. aluminis rochæ, roſar. rub. an. ʒ j. concorporentur omnia, fiat medicamentum ad vſum dictum*, vel eius loco apponi poteſt cataplaſma ex farina hordei fabarum, aceto & oleo roſaceo ſupra præſcriptum. Debent vero ſæpius renouari eiuſmodi remedia. Dolore, fluxioneque ſedatis, diſcutientia erunt vſurpanda ad eius, qui parti impactus hæret, humoris diſſipationem: vt *℞. emplaſtri de mucilag. ʒ ij. oxycrocei, & emplaſtri de meliloto an. ʒ j. olei chamæl, & anethi. an. ℥ ß. malaxentur ſimul & fiat emplaſtrum ad vſum dictum.* Huc facient etiam fotus hac formula. *℞. vin. rub. ℔. iiij lixiuii com. ℔. ij. nuces cupreſſi contuſas nu. x. puluer. myrtillorum ℥ j. roſar. rub. abſynth. ſol. ſaluiæ, maioranæ, ſtœchados, florum chamæ. melil. an. m. ß. aluminis rochæ, radicis cyperi, calami aromat. an. ʒ ß. bulliant omnia ſimul, & fiat decoctio pro fotu partis dolentis:* à fotu eiuſmodi paulo diuturniore, quo diſcutiat magis, & concretum humorem exiccet exhauriatque extergendum, deſiccandumque eſt caput, rurſumque magis diſcutientia apponenda, cuiuſmodi eſt ceratum à Vigonio deſcriptum, de Minio nuncupatum, cui vis ineſt remolliendi & digerendi, hac forma. *℞. oleor. chamæ. lilior. an. ℥ x. olei maſtich. ℥ ij. pinguedinis vernecis ℔. litharg. auri ℥ viij. minii ℥ ij. vini boni cyathum vnum, bulliant omnia ſimul baculo agitando, primum quidem lento igni, mox vero lucalentiore, donec tota maſſa colorem nigrum vel ſubnigrum contrahat; adde in fine coctura Terebinth. ℔. ß. puluer. maſtich. ℥ ij. gummi elemi ℥ j. ceræ quantum ſufficit,*
C *bulliant rurſus vna ebullitione, & fiat emplaſtrum molle.* Quod ſi ſic haud diſcutiatur humor, ſed tantū molleſcat, ocius aperiendus eſt tumor: nam cum humoris contenti occaſione caro inflammatur & putret, os ſubiectum vna putrefacit, inflammationis videlicet contagione, & ſtillantis in os ipſum ſaniei acrimonia. Apertione facta ſequenti deterſorio eluendæ erunt vlceris ſordes. *℞. ſyrupi roſ. & abſynth. an. ℥ j. terebinth. ʒ j. ß. puluer. ireos, aloes, maſtiches, myrrhæ, farinæ hordei. an. ʒ ß. eius loco*, ſi magna ſubiit putredo, ægyptiacum, vel ſolum per ſe, vel cum æquali portione vnguenti apoſtolorū mixtum immitti in vlcus poterit. Emundato vlcere locus erit ſarcoticis & epuloticis.

Topica theriacalia.

Epithema cardiacum.

Contuſa capillata cutis curatio.

Repellens medicamentum.

Digerens.

Fotus diſcutiens.

Ceratum de minio.

Ad carnis corruptionem ſequitur ſubiecti oſſis corruptio.

Deterſorium.

De Cranii fracti cura particulari. CAP. XVI.

SI cranium fractum eſt, adeo vt ipſum terebrare ſit neceſſe, vel excitare, & erigere; vel circumradere, inciſa, vt ante notauimus, cute muſculoſa, reuellendum erit à cranio pericranium, eo, quo diximus, modo: quod quia vix ſine magno dolore perfici poteſt, propter ſenſum ipſius exquiſitum, & cum cerebri membranis connexionem, in dolore mitigando incumbendum erit, metu inflammationis & alio-
D rum accidentium. Primo igitur apparatu completo, & vulneris ſeorſum abductis angulis; ſecundo apparatu digeſtiuum, quod vocant, in vulnus immittetur, ex oui vitello & oleo roſaceo. Oſſi vero, quod ſanum & integrum conſeruare volnetimus, nihil humidum eſt imponendū. Galeni enim ſententia eſt, oſſa renudata rebus vnctuoſis nō eſſe contingenda, contra potius ſicca omnia illis eſſe admouenda, quę ſuperfluam humiditatem conſumant. Oſſi ergo illi quod conſeruare nobis eſt animus, carptum linum ſiccum & pulueres Cephalicos, quos deſcribemus poſtea, imponemus, atq; ſummopere cauebimus, ne vel aeris, vel medicamentorum humidorum contactu lædatur. Terebratione vero celebrata cura diligens de craſſa meninge habenda eſt: Sæpe enim animaduerti, magnam ſanguinis copiam vaſe aliquo rupto, quod ſecundæ laminæ adhærebat, profluxiſſe, neq; tamen ſtatim eiuſmodi ſiſtendus aut compeſcendus ſanguis eſt, ſed pro plethora & ægri viribus fluere ſinendus: ſic enim febris vnaq; ſymptomata reliqua minuuntur. Nam Hippocratis ſententia, omni recenti vlceri, præterquam in ventre, conducit frequenter ſanguinis defluxum procurare: ſic enim doloris, inflammationis, & aliorum accidentium vehementia minus moleſtum futurum eſt: pręterea etiam vlcera ſanguine multo manare eſt ſaluberrimum, ſic enim humorum ipſis impactorum ſarcina leuātur. Vbi ſatis fluxiſſe ſanguis videbitur, ſequen-
E ti medicamento à Galeno deſcripto, ſiſtetur.

Pericranium cur exquiſito ſentiat.

6. Meth. Humidorū appulſu oſſa offendi.

Lib. de Vlce.

6. Meth.

℞. puluer. aloes ʒ ij. thuris, maſtiches, an. ʒ j. ß. albumina ouorum nu. ij. agitentur ſimul cum pilis leporinis minutim inciſis, fiat medicamentum. Sanguinis fluxu cohibito, ſedandi doloris ergo inſtillabitur in meningem ſanguis columbinus ex aperta ſub alis vena adhuc calens, hinc ſequenti puluere veniet aſpergenda.

℞. aloes, thuris, myrrhæ, ſanguinis Draconis an. ʒ j. miſce, fiat puluis ſubtilis. Poterit & irrigatio fieri ex oxyrrhodino, vel alio repellēte. Cuiuſmodi eſt cataplaſma ex farinis, aceto, & oleo roſaceo, quod leniendo, & dolori ſedando ad quartum vſq; diem apponitur. Huic vtilis erit vſus cerati de vigo, quod fracturis

Ceratum de Vigo fracto cranio vtile.

cranii mihi videtur eſſe commodiſſimum, quia ex alto in ſuperficiem attrahit, reſoluit, deſiccatq; mo- A derate, & odoris gratia ſpiritus animales reficit, ac cerebrum, membranaſq; roborat: vt ex his, quę ipſius compoſitionem ſubeunt, medicamentis facile licet intelligere.

℞. olei roſ. omphacini, reſinæ pini, gummi elem. an. ℥ ij. maſticis ℥ j. ß. pinguedinis veruecis caſtrati ℥ ij. ß. folior. beton. caprifol. anthos. an. m. j. ammoniaci. ℥ ß. granorum tinctorum ℥ x. liquata pinguedine, terenda terantur, & ammoniacum ſimul cum aceto ſcillitico eliquetur: deinde bulliant omnia ſimul in ℔. ij. vini boni, lento igne vſq; ad conſumptionem vini, deinde exprimantur; expreſſioni, addantur terebinth. venetæ ℥ iiij. ceræ albæ quantum ſufficit. fiat cerotum molle ad vſum prædictum. Ceruix inſuper, toraq; ſpina dorſi illinentur linimento, cui vis inſit remolliendorum neruorum, ne conuulſione tententur, cuiuſmodi eſt illud.

Litus in metu conuulſionis.

℞. rutæ, marrubrii, roriſmar. ebulor. ſaluiæ, herbæ paraly. an. m. ß. radicis ireos, cyperi, baccarum lauri an. ℥ j. florum chamæ. melil. hyperico. an. m. j. piſtentur, & macerentur omnia in vino albo per noctem, deinde coquantur in vaſe duplici cum oleor. lumbricorum, lilior. de terebinthina, axung. anſeris & humanæ an. ℥ ij. vſque ad conſumptionem vini, poſtea colentur, & colaturæ adde terebinthinæ venetæ ℥ iij. aquæ vitæ ℥ ß. ceræ quantum ſufficit. fiat linimentum ſecundum artem. At ſedato dolore ab eiuſmodi vnctuoſis omnibus abſtinendum, ne vulnus ſordidum & malignum reddant, neque vicinæ partes, tandemque craſſa meninx & cránium putreſcant; B partium enim omnium integritas conſeruatur ſimilibus, cuiuſmodi ſunt in fractura cranii ſicca.

Quatenus humida fracto cranio conueniant. 4. Meth. Ne vino quidem fractū cranium cōtingendum.

Quare humida, oleoſaque omnia à curatione fracturarum cranii ſunt arcenda, niſi forte doloris mitigandi & humoris ad ſuppuratum perducendi inciderit neceſſitas. Nam Galeni ſententia, *ſæpe propriam curam ad tempus intermittere cogimur, quo accidentibus occurramus*: quin ne vino quidem foueri cranium fractum vult Hippocrates, vel certe eo admodum pauco. *Paucum* vero id interpretatur Vidius, cum ſubeſt metus inflammationis: vino enim, ſi nigrum ſit, acerbum & adſtringens, vis ineſt reprimendi, refrigerandi, & reſiccandi. Alioqui omne vinum etſi facultate ſiccet & calefaciat, actu tamen humectat & refrigerat: quæ duo in capitis, ſeu cranii fracti vulneribus, valde nocent, cum præſertim os nudum eſt: ex nimia enim cerebri refrigeratione metus conuulſionis aut alterius alicuius mali ſymptomatis. Sit ergo hoc ratum, *non eſſe vtendum in capitis vulneribus medicamentis humidis & vnctuoſis, niſi ad arcendam inflammationem & doloris ab inflammatione excitati mitigationem.*

Cephalici ſeu catagmatici pulueres cur ſalubres. Quando cephalicis puluerib. vtendum. Qui temperandi cum affundendi erunt meningi.

Affundentur igitur cranio denudato catagmatici & cephalici pulueres, ita veteribus dicti, quod cranii & reliquorum oſſium fracturis ſint idonei & ſalubres: nam ſiccitate ſua, humorem ſuperfluum conſumunt, ſicque naturam adiuuant in fractis oſſibus ſeparandis & carnis regeneratione. Eiuſmodi puluerum materia eſt thus, farina hordei, puluis aloes hepaticæ, ſanguis Draconis, maſtiche, myrrha, radix ariſtolochiæ, gentiana, & in genere ſimplicia omnia, C quæ deſiccandi & abſtergendi vi pollent, ſine morſu, quibus non ante vti licebit, quam doloris abſceſſus & inflammationis notæ prætetierint: tum ſcilicet cum abſtergendæ erunt membranæ, oſſa deſquamanda & caro his inducenda. Nam os cranii, quo ſiccius eſt, eo validiora & ſicciora medicamenta poſtular, & perfert, quam craſſa meninx, aut pericranium, vt quibus ſenſus acumine cedat. Quocirca cum commemorati cephalici pulueres meningibus admouebuntur, melli, ſyrupo roſato, vel de abſynthio & aliis ſimilibus adiungendi & admiſcendi erunt, vt ſic deſiccandi vis illa paulo triſtior diluatur & temperetur.

Cur Terebratio locum habeat in fracturis cranii. Cap. XVII.

QVatuor ſunt huius remedii cauſæ. Prima eſt, vt oſſa depreſſa exciteutur, & ipſorum fragméta, quæ meninges vel etiam cerebri ſubſtantiam comprimunt, eximantur. Secunda, vt euacuari, elui, & abſumi ſiccarique ſanies poſſit, quæ rupto vaſe aliquo effuſa eſt in membranas, vnde ipſis, imo etiam cerebro, non leue imminet periculum corruptionis. Tertia, quo ſit opportunitas maior applicandorum remediorum ad vulnus & fracturam neceſſariorum.

Cur faſcia repellens in cranii fracturis locum habere nequeat.

Quarta, vt ſit aliquid, quo ſupplere poſſimus faſciæ D repellentis, & fluxiones cohibentis defectum: talis enim deligatura hic, vt in aliis corporis partibus, locum habere nequit: Impedimento eſt capitis ſphærica figura, quæ haud facile conſtrictionem admittit: deinde interiecti cranii denſitas & durities: impedimento eſt, quo minus ſubiecta vaſa, per quæ cohibenda fluxio fieri ſolet, faſcia conſtringi queant, quantum ſit ſatis currenti ſanguini repellendo. Externa vero vaſa, ad quæ deligaturæ vis peruenire poteſt, ſine ſummo dolore & inflammationis periculo, conſtringi nequeunt. Tali enim cōpreſſione interciperetur arteriarum pulſatio, ſupprimeretur fuliginoſorum excrementorum, quibus per cranii ſuturas exitus eſſe ſolet, effluuium, propter ſuturarum cōſtrictionem. Sed & ſic compelleretur ſanguis à loco vulnerato foris intro, in membranas & cerebrum, vnde dolor, inflammatio, febris, abſceſſus, conuulſio, paralyſis, apoplexia, ac mors denique. Hæc potiſſima exiſtit cauſa, cur in cranii, non item aliorum oſſium fracturis terebratio ſit neceſſaria.

Qui collocandus æger terebrādus.


Sed antequā terebram admoueas, æger apte collocandus eſt, & ipſius capiti, multis obuolutionib. complicatus pannus eſt ſupponendus, atq; ita puluinar comprimendum, vt cum ad operationem ventum erit, deprimi amplius nequeat, ſed ſub ipſo caput inconcuſſum perſtare poſſit.

Quæ præmittenda terebræ appreſſioni.

Hinc ægro aures bombace ſunt obſtruendæ, ne terebræ, alteriuſve cephalicæ machinæ motu citatum ſtrepitum exaudiat. Antequam vero E terebra adigatur, os ipſum forandum eſt inſtrumento, cui cuſpis inſit trigona, quo celerius & certius forare queat. Cuſpis eiuſmodi non debet eſſe craſſior clauo terebræ, quo mox adigenda terebra ſtet firmius, nec in foramine ampliori titubet. Inſtrumēti illius figura à terebello doliari non eſt valde aliena, niſi forte cuſpide trigona, non autem ſtriis, ſtrigibuſq; clauiculatim ſpiratimque obuolutis cochleata: Quemadmodum Typo ſubiecto docemur.

Terebellum

A *Terebellum forando cranio idoneum ante terebræ admotionem.*



B

A. *Manubrium ſeu capulum oſtendit.*
B. *Cuſpides, quæ in ipſum cochleatim immittuntur, aptanturve.*


Terebrarum deſcriptio. CAP. XVIII.


TErebræ *ferræ ſunt rotundæ, quibus os circulari ambitu exciditur*, magis minuſve, pro ipſarum magnitudine, medius per ipſas clauus demitti, & paulum eminere ſerratis denticulis debet, vt hoc tanquam centro axe aut cardine, dum circumaguntur, ſtent in ea, quam ſemel attiuerint, ſede defixæ, non autem deerrantes incerto & titubante nixu vacillent. Vbi primam cranii laminam multiplici & ſecante conuerſione exciderint & exceſſerint, clauus demendus eſt, ne ſi penitus ſubeat, exciſo tandem toto oſſe craſſam meningem compungat. Ergo dempto illo clauo, licet ſecure circumagendo, vel ambas laminas reſcindere: terebras præterea capitium cingere & circumcurrere debet, ne illæ nullo obice cohibitæ plus iuſſis, quam volumus, excindant, & tandem in meningem demergantur. Oleo inſuper inungendæ ſunt, quo expeditius & mitius ſecent. Sic enim qui fabrilia opera tractant, ſerras ſuas vnguine illinire ſolent. Inter agendum vero ſæpius in frigidam immergendæ ſunt, ne os attritu nimium incaleſcat, dura enim ſolida omnia ſi rapidius circumferantur, incaleſcunt: calidius vero & ſiccius redditum os, alteratur, & propriæ naturæ mutationem ſubit, quo fit, vt ab exciſione plus ipſius ſeparetur & excidat. Non eſt autem ignorandũ, quod os, quod terebra attigerit, vel aer afflarit, ſquamas ſemper remittit, ad quam deſquamationem celerius promouendam, aſpergendi erunt puluiſculi ex eruca, bryonia, cucumere ſylueſtri, & ariſtolochia. Deſquamato, quod ſatis eſt, oſſe, ſequens affundetur puluis, cui vis ineſt carnis oſſi inducendæ, & conuenienti ſuæ ſpeciei ſiccitate indurandæ. *Terebra quid.* *Ratio Terebrandi.* C *Terebra capitium.* *Incaleſcentia a terebra oſsis damna.*

℞. *pulue. ireos illyricæ, aloes, mannæ thuris, myrrhæ, ariſtolochiæ an.* ℨ j. *miſce.* Inducta ſic carne cicatrix procuretur aſperſo puluere corticis granatorum & aluminis vſtorum. Nec vero vi ſquamas illas detrahet Chirurgus, ſed totum id negotium naturæ permittet, quæ non ante ſquamas depellere ſolet, quam ipſis carnem ſubiecerit. Alias ſi præcipitet quidquam oſſi nouam corruptionem accerſet, vt fuſius dicemus, cum de oſſium carie agemus. Qui terebrat, conſiderare hoc debet, capitis ſphæricam figurã eſſe, pariterque terebram rotundo eſſe ambitu, vt impoſſibile ſit os ipſum qualibet ſui parte æqualiter ita excidere, ac ſi in plano res ageretur. Adde, quod cranii non eſt vbique eadem craſſities: quare ſæpius illi inſpiciendum, num parte vna, quam alia, altius terebram demergat, quod fiet, ſi ſubinde acicula metiatur, & exploret circuitus & demerſionis terebræ profunditatem. Atque ſi vna, quam alia parte, vs altius ampliuſque exciſum compertat, in oppoſitam partem comprimenda & deprimenda terebra erit. Cum vero à multis multæ terebrarum deformationes ſint inuentæ & expreſſæ, expenſis tamen riteque ſubductis omnibus, nullam tutiorem comperies illa a me excogitata, quam hic deformatam vides. Nam ne hilum quidem in cranium, ſupra verſantis arbitrium, demergi poteſt, nec proinde meninges aut cranium oblædere. Eius enim altiorem, quam animo propoſuerimus, demerſionem obductum ter eum capitium, tanquam obiectus obex cohibet. Id capitium ductile eſt: ita vt pro vtentis arbitrio altius excitetur, aut deprimatur, ſicque terebram remoratur, ne vel lineam latum fines a nobis præſcriptos excedat: vt dehinc Chirurgus nullus futurus ſit, quantumuis in artis operibus rudis, qui terebræ eiuſmodi beneficio ſine vllo attingendæ meningis, id eſt, vitæ periculo, vel periculi metu, terebrare nequeat. *Quæ oſsis deſquamationem accelerent.* *Non eſſe præcipitandam oſsis deſquamationem.* D *Notanda cautio.* *Tuta & expedita terebra.*

E

Diſſoluta Terebra noſtra deformatio. | *Coagmentata eiuſdem Terebra deformatio.* A





B

A. *Monſtrat integrum terebra manubrium.*

B. *Capitium.*

C. *Carchebum.*

D D. *Cochleas, qua carchebum & terebram continent & ſtabiliunt.*

E. *Terebram ſua cuſpide vacuam.*

F. *Terebram ſua cuſpide inſtructam.*

A. *Manubrium monſtrat & terebram partib. ſuis omnibus coagmentatam.*

B. *Sedem, in quam inditur, aptaturq; terebra.*

C C C. *Terebra extrema, qua in manubrium induntur & aptantur.*

D. *Terebram capitio ſuo adductam.*

E. *Carchebum.*


F. *Cochleam ſeu cochleatim tortilem ſcapum, cuius conuerſione terebra in manubrium firmatur inſertio.*


G. *Alteram cochleam, qua carchebum arctius alligat Terebra.*

H. *Cuſpidem trigonam.*

C

Alterius terebra diſſoluta deformatio. | *Alterius terebra coagmentata deformatio.*





D

E

A. *Manubrium monſtrat.*

B *Ter[illegible]ram.*

C. *Cochleam, qua terebram manubrio obfirmat.*

D. *Capitium, quo ſ altius, quam par eſt, terebram demergi prohibet.*

E. *Carchebum, qui quantum neceſſe eſt, excitatur ſurſum, quo terebra ingreſſum aperiat.*

F. *Alteram cochleam, qua Carchebum arctius continet.*


G. *Cuſpidem*

A G. *Cuſpidem trigonam, quæ per mediam omnino terebram inducta, ſerratis ipſius denticulis paulum eminere debet, quo terebræ converſionem inconcuſſam regat. Eius cuſpidis alterum, id eſt, ſuperius extremum, cochleatum eſſe debet, vt hic effictum eſt, quo in ipſum aptetur exiguus ille Carchebus, quem litera H. notatum vides, quo ſic detrahi commodius cuſpis illa poſſit, cum ad diploen terebrando peruentum fuerit.*

Omnes illæ terebræ partes diſſolutæ altera deformatione in vnam terebram coagmentatæ cernuntur. Atque vbi os terebræ circumactu exciſum extrahi eadem opera non poterit, deformato hic terebello vt detrahas licebit: defixo ſemper cochleato ipſius extremo, ſeu mucrone in foramen, quod clauus ſeu cuſpis trigona terebræ in cranio forauerit, cuius etiam brachia vectium munus & vicem ſubire poſſunt.

Terebellum tribus brachiis conſtans.

B



Exciſa terebræ circumactu cranii pars, vbi terebello dempta & extracta fuerit, ſi quæ in ſecunda lamina aculeatæ ſubſint aſperitates, quæ meningem, dum ad cerebri motum attollitur, lædere & pungere poſſint, detrahendæ illæ & complanandæ ſunt lenticulato ſcalpro, ita dicto, quod cuſpidatam partem ad finem prominentem obtuſam ac lenem lentis inſtar habeat, ne complanando membranam acuto contactu oblæderet. *Gal. 6 meth.*

C

Lenticulatum exciſorium ſcalprum.




Quod ſi propter craſſitiem, lenticulatum ſcalprum excidere cranium nequeat, exciſoriis ſcalpris vti licebit, malleolo impellente adactis. Is malleolus plumbeus erit, vt quam minimum cerebrum concutiat: Volſellis vero oſſium aculeata fragmenta eximentur induſtria. Quod ſi cranii pars fracta eiuſmodi ſit, vt ſectionem renudato oſſi neceſſariam non admittat, vt cum fractura ad temporalem muſculum, vel ad ſuturas exiſtit, tum pro vna terebra duæ vel tres, ſi ita neceſſitas præſentis caſus exigat, exiguo admodum ambitu, non quidem fractæ parti, ſed ſecus ipſam apprimendæ erunt, vt *capite ſequenti* fuſius dicetur. Sibi vero proxime adeo terebræ admoueantur, vt ſecundæ ambitus, primæ & tertiæ oras *Plumbei malleoli vſus.*
D contingat & prehendat. Quod ſi in ſuturam fractura inciderit, ne quidem terebra ipſi apprimenda erit, ſed hinc & hinc ad ipſius latera duplex erit admouenda: aliter qui fecerit fibras neruoſas membranoſasque, & venas atque arterias, quibus craſſa meninx cranio appenſa adhæret, & pericranio materiam ſuppeditat, dilacerauerit. Qui vero vnam modo terebram, ſcilicet ex vno tantum ſuturæ latere admouerit, haud vniuerſam ſaniem, quæ in hanc & in illam ſe partem effudit, exhaurire poterit, propter interiectæ & ſurrectæ ſurſum per cranii ſuturas craſſæ meningis diſſepimentum. Deinque ſi quando quacunque ex cauſa terebrare non liceat, poterimus hoc inſtrumento vti, modo os, quantum ſatis eſt, renudatum ſit, ad circini effigiem efformatum id eſt, atque pro arbitrio magis minuſve diuaricatur beneficio cochleæ. Eius pro incidente neceſſitate mutare licet cuſpides, aliasque pro aliis ſubſtituere, circini enim ſcapo aptantur cochlearum nexibus. *Cur ſuturis haud apprimenda terebra. Cur fracta ſutura duplex terebra admouenda*

E

T *Circinus*


Circinus exciſorius ad excidendum cranium. A




A. *Monſtrat exciſorii circini crus, quod dum circumagitur cranium reſcindit.*
B. *Cochleam, quæ cuſpidem, circini ſcapo ſeu cruri aptat, arctatque.*
CC. *Duas cuſpides diſsimiles, quæ circini cruri cochleæ nexu aptari poſſunt pro incidente neceſsitate.*
D. *Magnam cochleam, quæ virgam ferream continet, per cuius ſpatia alterum circini crus excurrens latiores aut arctiores efficit ipſius diuaricationes.* B

Eſt porro neceſſe, eiuſmodi exciſorii circini, vnum crus immotum perſtare certa in ſede defixum, interim dum alterum excidendi gratia circumcurrit. Quare expedit laminam ferream exiguis foraminibus compunctam habere, in quæ crus illud circini ſtabile defigetur, ne contra voluntatem titubet: incuruam autem laminam illam eſſe oportet, vt quia caput ſphæricum eſt, cuilibet ipſius parti aptari poſſit.

Lamina ferrea incurua fulciendo & ſtabiliendo circini cruri ſupra cranium apta. C



Alius eiuſdem ingenii & vſus Circinus, qui amplius arctiuſve diuaricatur cochleæ nexu. D



E

De Cranii locis, quibus terebram admouere non licet. Cap. XIX.

Os ferè à cranio deuulſum non eſſe terebrãdum.

Cauitas notanda in oſſe frontis.

IN primis oſſi ita fracto, vt omnino aut magna parte à cranio ictus violentia diuiſum ſit, terebra non eſt imponenda, ni eius appreſſæ pondere & innixu in membranas deprimatur. Secundo, fractis ſuturis propter cauſas *ſuperiore capite* commemoratas. Tertio, frontis illi regioni, quæ paulum ſupra ſupercilia eſt, ob eas, quas ante *capite duodecimo* expoſuimus, rationes. Nam eo loci ſub ipſius oſſis prima lamina cauitas ampla exiſtit humoris cuiuſdam albi & lenti, ſimulque ſpirituoſæ cuiuſdam & aereæ ſubſtantiæ differta, illic à natura collocatæ, vt aerem, qui per nares ad cerebrum aſcendit, præpararet: hoc niſi animaduertat & cogitet Chirurgus, decipi poterit, ratus, illam cauitatem oſſis effractionem, depreſſionemque

A nemque eſſe, quæ terebram efflagitet. Quarto, imis cranii ſeu capitis partibus, ne per apertum terebra cranium, cerebri ſubſtantia medulloſa ſuo pondere delabatur. Quinto, puerorum ſincipitis oſſibus, vt quibus nondum iuſta adſit ſoliditas ad ferendam terebræ impreſſionem. Sexto, temporibus, propter temporalem muſculum, cuius ſectio Hippocratis ſententia oppoſitæ partis conuulſionem facit. Tranſuerſum enim ſectus propriæ actionis iacturam facit, nempe mouendi, & ſurſum adducendi maxillã inferiorem: tum vero oppoſitus temporalis muſculus integer, viribus ſuis vſus feriente, & haud repugnãte, aut contranitente antagoniſta eandem ad ſe adducet maxillam, vnde oris & omnium faciei partium tortura, ac verſus ſanam partem conuulſio, reſoluta altera per Hippocratis regulam: quod quoties muſculi congeneres in oppoſitis partibus ſunt pares numero, magnitudine & robore vnius partis reſolutio, conuulſionem facit alterius. Nec vero ex ſectione temporalis muſculi hoc ſolum manat periculum, ſed & aliud, quod ſcilicet is muſculus in mandendo & loquendo in perpetuo eſt motu, quò fit vt ſemel ſectus vix vnquam vnionem admittat: adde, quod ſub ipſa petroſorum oſſium commiſſura latet. At in ſuturis terebrare ſecunda cautione prohibemur: ſed & per eius ſubſtantiam multæ venæ, arteriæ, & nerui ſparguntur, vt his ſectis multorum & malignorum ſymptomatum metus immineat, doloris nempe,

Lib. de cap. Vulner.

Regula Hippocratica.

Quot ex ſectio temporali muſculo incom moda.

B inflammationis, febris, conuulſionis non modo partis ipſius, ſed & corporis totius, vnde tandem mors. Ne quis ergo Chirurgus eo temeritatis veniat, vt muſculi illius ſectionem aggredi auſit ad ſubiectum os terebrandum: ſupra potius aut ad latus, ac quam proxime partem affectam fieri poterit ſibi terebrandum putet. Quod ego feci in nobili Bretechio. Is in triumphali Regis Henrici ſecundi in vrbem ingreſſu, lapide ita ſauciatus eſt, vt ictus impetu os petroſum fractum, & vehementer contuſus temporalis muſculus, ſine vulnere tamen extiterit. Sequenti die aduocatus perſpecta læſionis ſpecie, & læſæ partis conditione, Medicorum & aliorum mecum Chirurgorum conſilium cogendum cenſui, ex quibus cum quidam cenſerent diuidendum quamprimum temporalem muſculum, vt renudato oſſe terebrare liceret, ſicque fracta oſſa eximere. Ego contra acriter reſiſtere cœpi, citata Hippocratis ſententia ex *libro de Vulneribus capitis*, qua interdicitur Chirurgis eiuſmodi muſculorum ſectione, metu commemoratorum ſymptomatum: citata etiam experientia, qua cerebro animaduerteram, cunctos, quibus is ſectus fuiſſet muſculus, conuulſos interiiſſe: ſatius multo futurum, ſi proxime ſupra fracturam, os terebra aperiretur intacto quam minimum temporali muſculo. In eam ſententiam cum tandem omnes deſcendiſſent: ipſe ex tempore ſectione trigona cutem muſculoſam, quæ ſupernæ fracturæ immineret,

Hiſtoria.

C diuiſi. Poſtero die, qui tertius erat morbi, terebraui, ac terebratione peracta, diebus aliquot poſt quatuor aculeata fracti oſſis fragmenta exemi, tubulumque plumbeum planum immiſi, per quem iuſſo ægro, quoties curaretur caput deprimere, & ore naribusq; obturatis contentius expirare, multa manabat ſanies inter cranium & craſſam meningem collecta. Reliquæ ſordes, ſi quæ contumacius adhærerent, rerum detergentium decocto Syringe hic deformata iniecto, elui: tantumque, Deo conatus meos fortunante, perfeci, vt tandem conualuerit.

Tubulus plumbeus planus ad exitum ſaniei ſub cranio collectæ muniendum.



Syrinx ſeu Siphunculus liquoribus exprimendis vtilis.



D

Par caſus & ſimilis fortuna in Metarum obſidione contigit Pienarum domino. Is enim cum ad dirutam muri partem propugnaret, fracto temporum oſſe læſus eſt lapidis ictu ex adſtante muro eliſi, æneo tormento ab Imperatoriis caſtris diploſo: ab ictu ſtatim concidit, ſanguinem ore, naribus & auribus cum multo vomitu reddidit, ac totos fere quatuordecim dies mutus & attonitus ſic extitit, vt neminem adſtantium agnoſceret: Crebræ palpitationes ac ſubſultus conuulſorii illum exercebant, facies tumida erat. Terebratum autem fuit illi os frontis ad latus temporalis muſculi, manu Petri Auberti Chirurgi Regii: ac quamuis die quinto & viceſimo caro mollis & exquiſito ſenſu prædita, per foramen terebra factum emerſiſſet, cuius ortum cathæretici pulueres prohibere non potuerunt, tandem tamen conualuit. Emergentis hanc carnis ſpeciem veteres Fungum nominarunt, quod mollis ſit & radice ſubnixa fungi inſtar ſuperne latior, inferne tenuior: augetur vero & decreſcit pro materiæ affluentis copia, & Chirurgi arte incrementum intercipientis induſtria. Fœtet valde hæc caro: vulgo *Ficum ſancti Fiacrii* nũcupant. Ortum habet id mali genus hoc fere modo: Quemadmodum in arborum tunicis ab ali-

Hiſtoria.

Fungi generatio.

E menti excrementis humor quidam ſemiputris, craſſus & glutinoſus per corticem exudat, ſenſimque accumulatus cogitur in fungum, ſic ex craſſæ meningis & cranii vaſis ruptis ſanguis exilit, temperie & conſiſtentia melancholicus, quem etiam aliquando natura ad carnis illis locis neceſſariæ reparationem tranſmittit, vnde concreſcit quidam veluti fungus, qui Galeni ſententia partium, quibus adnaſcitur, naturam & conditionem redolet: quanquam in genere de natura verrucarum malignarum. Cæterum ad eiuſmodi fungorum profligationem admouenda ſunt remedia, quibus ſpecifica facultas inſit abſumendæ carnis ſuperfluæ, qualia ſunt, quæ validius exſiccant, & blandius atterunt, & exedunt: quale eſt quod ſequitur.

℞.ſabinæ ʒ ij.ocræ ʒ j.pulueriſentur ſimul,aſpergatur caro excreſcens Vel *℞.hermodact.lorum combuſtorum* A
ʒ ß.fiat puluis in eundem vſum. Quod ſi eiuſmodi caro fungoſa, eo, vt ſæpe fit,incrementi veniat, vt oui
magnitudinem æquet,quam proxime radicem ſerico filo liganda eſt & conſtringenda arctius,cumque
vi conſtrictionis deciderit,commemoratis puluiſculis eſt aſpergenda: ſic enim certius,quam acrioribus
catharreticis,profligabitur.

De oſsium capitis corruptione & carie. CAP. XX.

Cur fracto cranio oſſa aliquando cariem trahant.

NOnnunquam ad vulnera capitis corruptio ſequitur, & Sphacelus oſſium cranii fractorum: quod
contingit,vel quia ab aere,cuius appulſum nũquam ſenſere, tacta ſunt:vel quia putreſcens & ſup-
preſſa ſub illis ſanies in putredinis ſuæ contagionem ipſa rapuit: vel quia curatione perperam inſtituta
ſuppurantium & oleoginoſorum medicamentorum remeraria applicatione, humidiora reddita, pro-
priæ complexionis & natiuæ temperiei mutationem contra naturam paſſa ſunt, quemadmodum plu-

Signa cariei

ribus docebimus cum in *tractatu de Carie*, nodorum luis venereæ rationem exponemus. Hanc contra
naturam mutationem,corruptionemque cognoſcemus partim viſu,cum ſcilicet ex candidis ſubflaua,
liuida,& nigra euadunt:partim ſpecillo,demiſſo,cum ipſi nihil fere lene,aut lubricum, ſed aſpera mul- B
ta occurrunt,& cum præterea in ipſorum ſubſtantiam tanquam fungoſam facile & leui impulſu ſubit,
penetratque. Eſt tamen poſtremum hoc ſignum ſæpe fallax:nam non raro animaduerti, oſſa carioſa,
quæ hoc ipſo quod renudata aeris appulſum diu pertulerant, adeo dura euaſerant, vt ipſa vix terebra
ſubire poſſet:nam quod mollia & fungoſa reddit oſſa putrida humiditas eſt:hanc autem humiditatem

Oſſa carioſa nonnunquã dura eſſe.

ſiccitate inducta exhaurit,abſorbetq; tandem aer, vnde contumax durities. Longe certius id ſignum e-
rit,ſi quæ oſſi ſuperinducitur,caro mollior eſt,diffluens & exiguo aut nullo prope ſenſu prædita. Hanc
corruptionem oſſis corrigere & emendare licet cauteriis,tum his,quæ actu talia ſunt,tum quæ faculta-
te:vel puluetibus aloes,gentianæ,ariſtolochiæ,centaurii,corticis pini: vt,
℞.radic.ireos,flor.ariſtolochiæ an. ʒ j. centaur. ʒ ij. corticis pini ʒ ß. miſce, & fiat puluis ſubtiliſsimus oſſi in-
ſpergendus. Quod ſi maior fuetit corruptio,ſcalpris eradenda illa erit. Corrupti vero oſſis caſum,& ab
integro ſeceſſum expectare oportet,non vi procurare: alias enim quod ſubeſſet os integrum,nulla ad-
huc carne ſuperinducta tectum,aeris appulſu corrumperetur. Senſim tamen carioſa oſſa commoue-
buntur,& ſpecillo exagitabuntur,quo facilius & naturæ minore moleſtia poſtea ſecedant. Obiter ve-
ro notandum, oſſis,quod terebra circumcurrerit,deſquamationem & ſeceſſum fere intra quadraginta C
aut quinquaginta dies fieri. Par eius ratio eſt,eam quam aeris inſuetus appulſus,aut appoſitum cauteri-
um, aut pulueris cephalici aſperſio fecerit:ſed & pari fere dierum numero oſſa fracta callo genito,qui i-

Vulneraria potionis vtilitas.

pſis eſt veluti cicatrix,glutinantur & vniuntur. Alias tamen citius, alias tardius pro ætatum, tempera-
mentorum, & habituum variorum hominum varietate. Quod ſi remediis commemoratis neque
caries vinci & emendari, neque ſoluta continuitas agglutinari & vniri poteſt, vulneraria potio ægris
eſt adhibenda, hinc enim fœlicem ſucceſſum in multis expertus ſum. Nonnunquam vero non ſolum
oſſis portio quædam carie corrumpitur,ſed & totum ſæpe ſphacelo prehenditur,hocq; totum excidit.
Nam Hippocratis ſententia, *lib. de Vulnerib. cap.* os cranii fractum à ſano plus minuſve abſcedit pro ictus

Hiſtoria.

vehementia. Cui ſententiæ & ſuffragatur experientia. In quam rem placet hoc loco hiſtoriam, cuius
ipſe teſtis oculatus extiti, dum apud Subalpinos chirurgiam ſtipendiis Polemarchi Monteiani Regis,
Gallorum proregis facerem, commemorare. Contigit, vt curãdum ſe mihi traderet nobilis Golanni pe-
diſſequus: fractum illi os bregmatis enſe fuerat, parte ſiniſtra, nec tamen fractura ad ſecundam lami-
nam pertingebat: paucis poſtquam diebus oſſe agglutinato & vnito conualuiſſet, contigit, vt Va-
ſconum militum conterraneorum ſuorum turma Taurinum appelleret,eum quibus ſe & mero gene- D
roſo,& defrixorum inteſtinorum & cepis ſpeciebuſque ſaporatorum plenis patinis,repleuit largius: Ex
quo mox in febrem continuam incidit, voce & mente priuabatur caput intumuit,oculi flammei, & è
capite velut prominuli rubore ſuffuſi ſunt. Quibus animaduerſis,ex Medicorum conſilio iniecto cly-
ſtere ſanguinem detraxi,& capiti,quæ conueniebant,appoſitis medicamentis,frictionibus,& vinculis
artuum extremitatibus iniectis humores deorſum reuellere ſtudui: nihilominus pars ſincipitis ante af-
fecta,ſupputatum concepit,quo aperto ingens ſaniei vis erupit,tandemque ſubſidente cute muſculoſa
cum pericranio, ambæ cranii laminæ putredine & carie tentatæ ſunt, vt ex ipſarum nigrore & fœtore
erat intelligere: Hanc ego labem vt emendarem, vtque quod oſſis vitium inemendabile contra-
xerat, abſcederet, cauteria. quæ actu talia ſunt, ex interuallis admoui: ſed ecce poſt exactum men-
ſem,vermium vis,per cariei foramina,ex locis,quæ ſub putrente cranio erant,emerſit: quæ res impulit
me,vt oſſis nutantis abſceſſum lapſumq; accelerarem. Quo facto,ſupra ipſam craſſam meningem,quod
eſt admirabili˚,quo loco natura carnẽ induxerat,tres animaduerti cauitates pollicari amplitudine, ver-
mib. capite nigris adſtrictoriæ ligulę ferrum æquantibus & vario ſe implexu obnoluentibus, differtas,

Ingens carioſi oſſis abſceſſus. Aph. 45. ſect. 6.

Erat vero oſſis,quod natura abſcedere fecerat,magnitudo palmaris,vt non videretur tam inſigni cranii
portione vi naturæ abacta,non æger ipſe interiturus: conualuit tamen contra ſpem omnium, ſed poſt E
vulneris agglutinationem cicatrix admodum caua extitit iuxta Hippocratis decretum. Non enim caro
facile callo ſuperinducitur,quia callus naturæ quid eſt alienum & ſuppoſititium: adde, quod vt cica-
trix cute,ſic callus oſſe eſt aliquid denſius, vt per compactiorem ipſius ſubſtantiam nec libere, nec li-
beraliter ſanguis in carnis inducendæ materiam,poſſit exudare. Hinc fit,vt vndecunque cranii portio
aliqua integra exceſſit, illac admota manu cerebri pulſatio pcipiatur. Ex quo neceſſe eſt,infirmius mul-
to illa parte cranium exiſtere. Huic ego infirmitati vt cõſulerem,iuſſi pediſſequũ illum pileũ geſtare ex
denſo

A denſo corio præparato, quo facilius externis iniuriis obſiſteret, & certe inde multo melius illi fuit. Placet vero hoc loco quorundam impoſtorum Chirurgi titulo falſo gloriantium fraudem recludere. Hi vbi ad curanda capitis vulnera vocantur, quæ cum oſſis deperditione coniuncta ſunt, perſuadent ægro & aſſidentibus in locum deperditi oſſis laminam auream eſſe ſubſtituendam. Itaq; coram ægro illam cudunt, atque vt conuenientis figuræ ſit, varie verſant, parti apponunt, ſed paulo poſt ipſam furtim crumenam ſubducunt, atque hac arte deluſum ægrum deſerunt. Alii gloriantur, ſe ſua induſtria perficere, vt in locum amiſſi oſſis cucurbitæ reſiccatus cortex, ſuperſtiti cranio inſeratur, & tanquam ſcutica emplaſtretur, atq; hoc eſt artis ignaris nimium pueriliter illudere. Nam tantum abeſt, vt hoc fieri poſſit, vt natura ne pilum quidem aut minutulum quoduis aliud corpuſculum cicatrice incluſum tollerare aut pati poſſit: nec vero par ratio eſt, globuli plumbei, qui in corpus impulſus illic ad multos annos cunctari cernimus ſine ægri noxa: nam & familiaritas quędam plumbo cum humano corpore intercedit, & tamen id tantum niſi oppoſitæ carnis, aut ligamenti, aut tendinis, aut ſimilis alterius ſubſtantiæ denſitas impediat, à natura, peregrini omnis corporis impatiente, foras protruditur. Atque hæc de fractorum oſſium carie: nunc de vitiis, quæ per capitis fracti vulnera meningibus contingunt, dicendum vi-
B detur.

Impoſtorum fraus aurea.

De vitiis, quæ craſſam meningem inuadunt per cranii fracti vulnera.

Cap. XXI.

MVlta, craſſam præſertim meningem, ex cranii fractura & terebratione temeraria, manant incommoda: aliquando enim ipſam incidi & dilacerari contingit. Huic morbo remedio eſt agglutinatio, quam Hippocrates procurari iubet nepetæ ſucco cum farina hordei mixto. In cuius remedii locum, ſequens etiam puluis pari facultate præditus, ſuccedere poteſt.

℞. coloph. ℥ iij. *myrrhæ, aloes, maſtiches, ſanguinis Dracon. an.* ℥ j. *croci* ℈ ß. *ſarcocollæ an.* ℥ ß. *miſceantur, & fiat puluis ſubtilis.* Expurgandæ vero ſaniei ergo, quæ collecta craſſam meningem, craniumque interiacet, penicillum ex quadruplicato, aut quintuplicato tenui linteo intortum, ſyrupo roſaceo aut abſynthii, & pauca aqua vitæ infuccatum, intus demerges, inſereſque: ſic enim & craſſam meningem deprimes, ne ad cranii oras à recenti adhuc terebratione aculeatis oſſiculorum ſpinis horrentes cerebri ſolita & natiua pulſatione impulſu, offendat, & liberiorem exitum allectis materiebus aperies. Quoties
C vero ægrum curabis, toties commemoratum penicillum renouabis, quoad vniuerſa ſanies expurgata fuerit. Toties ſubſcripto inſtrumento craſſam meningem, quæ dilaniata intumuit, ſeq; ſurſum extulit, deprimes, imperabiſque ægro, vt contento ſpiritu, ore, naribuſque occluſis contentius expiret, vt ſic collectam ſaniem extundat promptius. Inſtrumentum illud, quo craſſa meninx deprimetur, extremo ſuo debet eſſe rotundum, latum, expolitum & leue, cuiuſmodi hic depictum eſt.

Ad laniatam meningem remedia.

Decuſſorium, ad decutiendam & deprimendam craſſam meningem, quo liberior pateat collectæ ſub cranio ſaniei exitus.



D Craſſæ meningi commemorato puluere conſperſæ, imponetur ſpongia decocto ſiccante & roborante ex aromaticis & cephalicis imbuta atq; expreſſa, cuiuſmodi eſt, quod ſequitur.

℞. fol. ſalu. maior. beton. roſar. rub. abſynth. myrtillorum, florum chamel. melil. ſtœchad. vtriuſq; an. m. iij. ß. rad. cyperi, cala. aromat. ireos, caryophyllatæ, angelicæ an. ℥ ß. *bulliant omnia ſecundum artem cum aqua fabrorum & vino rubro, fiat decoctio ad vſum dictum:* Eius loco imbui poterit ſpongia vino fuluo cum aquæ vitæ parte aliqua, vt ſic contentæ materiæ foras euocentur & exſiccentur. Erit ad eam rem magis idonea ſpongia, quam linteum aut quiduis aliud ſimile: tum quia ex ſeſe ad exhauriēdos humores valet, tum quia mollitie propria pulſanti cerebro cedit. Toti vero deinc vulneri & vicinis partibus apponetur emplaſtrum diachalciteos, cum aceto vel vino & roſa liquefactum, vt minus caloris habeat, pluſquam mollitiei. Nam Hipp. ſententia nihil paulo grauius vel durius vulneribus capitis eſt imponendum, nec vllā id validiore, preſſiore, arctioreve ligatura ſtringendum doloris & inflammationis metu. Refert enim Galenus ex authoritate Mantiæ, cuidam ex inflammatione & abſceſſu aborto procidiſſe oculos, quod ipſius capiti & faciei Pharmacopola validius adſtringentem faſciam adhibuiſſet: nam talis tamq; arcta deligatura comprimebat ſuturas, adeo vt fuliginoſi vapores, quibus per eas & cranii poros exitus eſſe ſolet, exitu prohiberentur: præterea arteriarum pulſandi libertas intercipiebatur: quibus ex cauſis eo incre-
E mento dolor atque inflammatio venere, vt oculi nimis diſtinderentur, & creparent, atque ex ſua orbita exciderent.

Spongia ad fouendum cōmodior.

Lib. de Vul. capitis.

Lib. de fiſtul.

Arctiorum capitis deligatura incommoda.

Quare iure mediocrem deligaturam laudat Hipp. iure item iubet mollia vt ſint emplaſtra, quæ capiti imponuntur, itemque ſplenia ex molli & tenui linteo, vel ex goſſipio, aut ſtuppis, aut lana. Curatus æger, ſiquidem multum ſaniei per vulnus remittat, iubeo dum, vt in ipſum vulnus, ſi fieri poſſit, cubet, atque ex interuallis ore, naribuſq; obſeratis expiret contentius, quo ſic ſublato, & ſurſum tumefacto cerebro, ſanies excernatur promptius: alias permittendum, vt eum ſibi ſitum in lecto deligat,

Splenia qualia eſſe debeant.

Ægri decubitus.

qui gratior erit & minus moleſtus. Effundetur vero in craſſam meningem vtiliter oleum de terebinthina, cum aquæ vitæ aloes atque croci tenuiſſime puluerатorum tantillo, ad ſaniem detergendam & exhauriendam. Vel, A

℞. mellis roſar. ℥ ij. far. hord. pulu. aloes, maſtich. & ireos florentiæ, an. ʒ ß. aquæ vitæ parum, incorporentur ſimul. fiat deterſorium medicamentum ad vſum dictum.

Paulus lib. 6. cap. 90.

Aliquando etiam à terebratione craſſa meninx inflammatur, atque ex phlegmone intumeſcit, adeo vt loci ſui impatiens, per foramen exciſum exiliat, & ſupra cranii oras multum ſe attollat, vnde grauia conſequuntur ſymptomata. Ergo vt morti, cuius inde metus eſſe debet, occurratur, cranii foramen ipſum amplificandum eſt forcipibus noſtris exciſoriis, vt materiæ ſub cranio contentæ, quarum mole intumeſcit membrana, expirent, effundanturque liberius: tumq; ex Medici præſcripto de ſanguinis repetenda detractione, de purgatione & diæta tenui ineunda ratio: inflammatio contrariis remediis appoſitis oppugnanda erit, vt fotu ſequenti. ℞. ſem. lini. alth. fœn. pſil. roſ. rub. an. ʒ j. fol. plant. an. m. j. bulliant in aqua tepida communi, ex qua fiat fotus. Inſtillanda erunt aures anodyna remedia & repellentia: cum vehementius intumuerit, quo reſidat tumor, affundenda erit farina lentium, vel vitis folia cum adipe anſerino intrita.

Craſſæ meningis inflammatæ remedium.

Ratio aperiendæ craſſæ meningis quando vomicam fecerit.

Quibus remediis omnibus ſi tumor non vaneſcat, atque coniectura ſit puris concluſi, aperienda ipſa craſſa meninx veniet ſcalpello, obuerſo ipſius ſurſum & extrorſum mucrone: ſic enim illibata & illæſa cerebri ſubſtantia effundetur ſanies. B Hoc plerique alii Chirurgi, hoc nos ipſi in multis ægris, varia fortuna, factitauimus. Præſtat enim in morbis deſperatis anceps remedium experiri, quam nullum: non raro etiam contingit, vt ſeu contuſionis & ictus vehementia, ſeu ſanguinis effuſi concretione & thrombo, ſeu aeris frigidi appulſu, ſeu remediorum meningis craſſæ nec complexioni, nec temperiei reſpondentium temeraria appoſitione, aut etiam propriæ ſubſtantiæ putredine, vt ipſa craſſa meninx denigretur. Cuius ſymptomatis magna & diligens cura Chirurgo habenda eſt. Ergo vt nigrorem contuſionis vehementia impreſſum eluas, affundendum erit oleum de vitellis ouorum cum aquæ vitæ tantillo, & croci, atque radicis ireos puluerаtorum portiuncula: fotus inſtituendus ex diſcutientibus & aromaticis in aqua & vino decoctis, applicabitur & ceratum de Vigo antea deſcriptum. Quod ſi à ſanguine concreto malum eſt, id erit ſequenti remedio oppugnandum.

Contuſæ & denigratæ meningis craſſæ cauſa & remedia.

Ad ſanguinis grumos remedium.

℞. aquæ vitæ ℥ ij. granor. ſandalorum in tenuem puluerem tritorum, ʒ ij. ß. croci ℈ j. mellis roſat. ℥ j. ß. ſarcocol. ʒ iij. leniter & ſimul bulliant omnia, & de colatura infundatur, quouſque nigrities fuerit obliterata. Si ab aeris contactu malum venerit, ſequenti remedio profligetur. C

℞. terebinth. ven. ℥ iij. mellis roſ. ℥ ij. vitellum oui vnum. far. hord. ʒ iij. croci ℈ j. ſarcocol. ʒ ij. aquæ vitæ ℥ iiſ. incorporentur ſimul, & bulliant paululum. Tamdiu id remedium applicetur, quoad nigrities ſublata fuerit, & ſuus meningi color redditus. At ſi id mali genus temere vſurpatorum remediorum vſus inuexerit, contrariorum oppoſitione erit delendum & oppugnandum. Sic enim ab humidiorũ & oleaginoſorum diuturniore vſu relicta eluuies, deſiccantium, vt puluerum catagmaticorum & cephalicorum vſu eluetur: acrium autem calor & morſus, lenientium vſu contrario mitigabitur: vtraque enim & humida & acria, nigrorem parti, inferunt diutius vſurpata: illa quidem genitis & congeſtis ſordibus, hæc vero aſſante & deurente calore. Cum vero à putredine eiuſmodi labes venit, Ioannes de Vigo ſequens commendat remedium.

Quæ medicamenta nigrorem craſſæ meningi inferant.

Aduerſus meningis putredinem remedium.

℞. aquæ vitæ ℥ ij. mellis roſat. ℥ ß. Miſce. Quod ſi leuiori illo remedio contumacius malum corrigi nequeat, ſequens conueniet.

℞. aquæ vitæ ℥ iij. mellis roſ. ℥ j. puluer. mercur. ʒ ij. vnica ebullitione bulliant ſimul ad vſum dictum. Vel, ℞. aquæ vitæ ℥ j. ß. ſyrup. abſynth. & mellis roſ. an. ʒ ij. vnguenti ægyptiac. ʒ ij. ß. ſarcocol. myrrh. aloes an. ʒ j. vini albi boni & odoriferi ℥ j. bulliant leniter omnia ſimul, colentur ad vſum dictum. Quod ſi putredinis vis tam contumax ſit, vt illis remediis non cedat, ægyptiaco (in aqua plantaginis aceti loco compoſito) ſolo & per ſe appoſito, profligabitur: vel ſolo per ſe mercurii puluere, vel cum aluminis puluere mixto. D Nec vero in extremo, præſertim craſſæ meningis, illo morbo verenda ſunt talia remedia: nã Galeni ſententia, craſſa meninx acrioribus, id eſt, vehementibus, & valde ſiccantibus poſt forationes, ſi maxime non occupetur phlegmone, gaudet medicamentis. Idque duabus de cauſis: Prior, quod dura & ſicca corpora, qualia ſunt membranoſa, non facile niſi à vehementibus afficiantur: altera quod præcipua ſemper & prima Medico cura eſſe debet, vt natiuam partis temperiem ſimilibus conſeruet & reſtituat. Quod ſi auditorius meatus non ſolum vſq; ad cerebri duram membranam pertinens, ſed etiam neruum contingens, qui in ipſum à cerebro deſcendit, vehementiſſima tolleret medicamenta, etſi ita in vicino poſitus ſit; certe longe facilius & ſine noxa illa tolerabit craſſa meninx. Quod ſi his artibus putredo non coerceatur tumorque in tantum augetur, vt alte admodum craſſa meninx ſupra cranium aſſurgat, immota manens, nigra & arida, ægri vero flammei ſint oculi, prominentes & vagi cum iactatione, & phrenitide, minimeq; fugacia, ſed conſtantia ſint illa tot & tanta mala ſcito, mortem eſſe in propinquo, tum propter partis nobilis corruptelam & gangrænam, tum caloris natiui extinctionem.

Cur acria facile toleret medicamenta craſſa meninx.

Mortis à craſſa meninge inflammata ſigna.

De perculſi, ſeu concuſſi, & commoti cerebri curatione. Cap. XXII.

Quid cerebri commotio.

Cur Galenici adſiſtentia vocanda.

COmmotionis cerebri, quam cerebri percuſſionem eſſe diximus ſine vulnere in cute muſculoſa, & fractura in oſſe, cum ſigna cauſasque ante perſecuti fuerimus, nunc tempeſtiuum eſt, eiuſdem curationem aggredi. E Ergo in hoc caſu, quia rupti ſub cranio alicuius vaſis metus eſt, ſtatim detrahere ſanguinem ſecta cephalica expedit. Detrahetur autem liberaliter ſanguis pro ægri viribus, tum præſentis morbi ratione; tum eius, qui imminet, & metu grauiore terret, aduocato in conſilium Medico. Hinc deraſo pilo, cataplaſma commemoratum ex farinis, oleo roſaceo & oxymelite, aliiſve ſimilibus repellentibus frigidis & humidis toti cranio erit imponendum, & ſæpius renouan-

A nouandum. Sicca vero & validius adſtringentia vitanda ſunt, qualia ſunt vnguentum de bolo & ſimilia: obſtruunt enim vehementius, fuliginemque tranſitu & exitu, tum per ſuturas, tum per cæca cranii ſpiracula, prohibent. Quare non modo nõ inflãmationem arcent, ſed & abſentẽ accerſunt, aut præſentem augent. Clyſtere ſollicitanda erit aluus, & à capite vapores acres reuocandi: quam etiam in reni vtile erit frictiones ſuperne, deorſum inſtituere, vincula extremis artub. inijcere, cucurbitulas magnas cũ magna flamma ſcapulis & origini ſpinalis medullæ affigere, quo maior ſit ſanguinis ſurſum ad cerebrũ impetu ruentis, phlegmonemque illaturi reuulſio. Die ſequenti venam puppis, quæ ſupra lamboidem futuram ſita eſt, propterea, quæ illi eſt cum cerebri venis, communionem aperire vtile erit, obturatiſque ore & naribus, ſpiritum magna contentione eliſere. Sic enim intumeſcunt membranæ, ſanguiſq; inter ipſas & cranium collectus extunditur, at non ille, qui cerebro membraniſque includitur: cuius ſi maior fuerit copia, prope deſperata res eſt, niſi natura viribus validioribus fulta, eum in pus verſum exputato excludat. Sed & paucis poſt diebus vena frontis aperiri poteſt, arteriæ temporum & venæ ſub lingua: vt tot apertis ductibus, coniuncta materia foras elici poſſit. Interim diæta tenuis ægro imperanda eſt, & vini abſtinentia maxime aduſque quartum & decimum diem, quod ad id vſque tem-

Sectio venæ puppis.

B pus ſæua ſymptomata fere vigere ſolent. Repellentia vero vſurpanda ſunt ad vſque quartum exactum diem: hinc ad diſcutientia veniendum, initio à mitioribus ducto, quale eſt ſequens decoctum.

℞ rad. alth. ℥ vj. ireos, cyperi, calami aromat. an. ℥ij. fol. ſalu. maior. bet. flol. cham. melil. roſ. rubr. ſtœchad. an. m. ß. ſal. commu. ℥iij bulliant, omnia ſimul ſecundum artem cum vino rub. & aqua fabrorum. fiat decoctio. qua foueatur caput bis in die cum ſpongia. Sed tamen dum hæc fiunt, vide ne eiuſmodi fotu vel re alia ſimili caput vehementius incaleſcat, metu doloris & inflammationis. Huic applicabis ceratum de Vigo, cui vis ineſt diſcutiendi mediocriter, deſiccandi, & humores, qui ſub cranio ſunt, euocandi, ac vi aromatica cerebri roborandi: eius eſt deſcriptio huiuſmodi.

Fotus capitis deſtutorum.

Cautio in fouendo capite.

℞ furfuris bene triturati ℥ iij. far. lentiũ ℥ij. roſ. myrtillor. fol. & granor. eius an. ℥j. calã. aromat. ℥j. ʒ. chamemel. melil. an. m. ß. nuces cypreſſi nu. vj. olei roſac. & chamẽ. an. ℥iij. ceræ albæ ℥ij. ß. thuris, maſtich. an. ʒiij. myrrh. ʒij. in puluerem, quæ redigi debent, redactis, & liquefactis oleo cũ cera, omnia miſceantur ſimul, & fiat mixtura, quæ erit inter formam emplaſtri & cerati. Huius virtutem magno ſuo commodo expertum Ducis Vrbini nobilem quendam refert Vigonius. Is ex equo in marmor duriſſimum capite prono deciderat, iacuerat mortuo ſimilis, ſanguis ipſi naribus, ore & auribus erupexat, caput facieſque tota intumuerant colore liuido

Deſcriptio vnguenti de Vigo.

Hiſtoria.

C ſuffuſa, mutus viginti totos dies manſerat, nullo cibo ſumpto: niſi gelatina eliquata, & pullorum, caponumque iuſculis cum ſaccharo, conualuit tamen, quanquam memoria captus & balbus in reliquum vitæ tempus manſit. In quam rem extat Hippocratis aphoriſmus: *Quibuſcunque quacunque ex cauſa cerebrum concuſſum eſt, hos neceſſe eſt mutos fieri*: imo etiam, vt notat Galenus *in commentario*, mõtum, ſenſumque amittere: non eſt minimæ hoc virtutis, ſed multum prædicandæ & admirandæ, ceratum illud, abſceſſum, qui ex illo lapſu cerebro, imminebat, prohibuiſſe. Permulti tamen exiſtant peruicaci ingenio homines, pertinaciter hoc negantes, in cerebri ſubſtantia abſceſſum fieri poſſe, erroremque hunc alio errore cumulantes, negant, quenquam cerebri portione diſſecta poſſe conualeſcere aut reſurgere: ſed rationum, quibus nituntur, vanitatem veterum ſcriptorum authoritas & experientia abunde refellunt. Nam quod ad primum attinet, Hipp. ſententia, *caput dolenti pus vel aqua, vel ſanguis effluens per nares, os, aut aures morbum ſoluit*. Galenus vero, Rhaſes, & Auicennas, affirmant naturam ſanie in cerebro genita ſeſe per nares, os & aures exonerare: multos vero ipſe obſeruaui, quibus talia contigiſſent. Auditum habeo ex Prothaſio Colono, nobilis Langæi Chirurgo, vidiſſe ſe in Cœnomanorum oppidó adoleſcentem quendam, qui ſæpius concitandæ & ſonandæ craſſiori nolæ operam præſtaret: is aliquando ludibun-

38 ſect. 7.

Quod in cerebro abſceſſus fieri poſſit.

Aph 50. ſect. 6.

Li. de inaeq. intemp. cap. 4. cõment. cap. de extr. ſen. 3 lib. 4. cap. 20.

D dus ex fune cum penderet perpendicularis in altum ſublatus, in caput ſuper ſilicem pronus deuolutus, aphonus factus, ſenſibus omnibus & mente captus eſt, ſuppreſſa inſuper penitus aluo. Mox igitur febre & delirio, aliiſque horrendis ſymptomatis ſuperuenientibus cum minime terebratus fuiſſet, quod nulla in cranio fracturæ ſpecies appareret, die ſeptimo oborto ingenti ſudore cum frequenti ſternutatione, cuius impetu magna illi materierum vis & puris, per aures, os, & nares effluxit, ſecuta eſt ſymptomatum omnium leuatio atque ſanitatis reſtitutio. Quod vero ad ſecundum ſpectat, aſſerit Galenus, vidiſſe ſe puerum in Smirna Ioniæ, qui ex inſigni cerebri vulnere, haud tamen ad aliquem eius ventriculorum penetrante conualuerit. Narrat vero Guido à Cauliaco, viſum ſibi ægrum, qui ſuperſtes vixerit, cum ei ex vulnere in poſtica capitis parte illato, magna cerebri portio excidiſſet.

Hiſtoria.

Li. 8. de vſu part. & comment. ad aph 18 ſect. 6.

Anno Domini 1538. dum ego Polemarchi Monte-iani Chirurgus Taurini eſſem, quendam ex Prætextatis eius aſſeclis curaui, cui diſco ludenti inflictum lapide fuerat vulnus in dextro bregmate cũ fractura & effractura oſſis tanta, vt per eam, cerebri ſubſtantia dimidiæ nucis auellanæ craſſitie exiliret. Quo animaduerſo ſtatim pronuntiaui vulnus eſſe lethale: obtrectabat huic meæ opinioni, qui tum aderat Medicus, aſſerens eiuſmodi ſubſtantiam haud cerebri eſſe portionem, ſed adipoſum quoddam

E corpuſculum. At ego hominis pertinaciam ratione & experientia adſtante multorum nobilium corona conuici: ratione quidem, quod ſub cranio adeps gigni nequeat: nam etſi conceptæ illic partes frigidæ ſint, tamen quia ſpirituum animalium calidiſſimorum & prætenuium copia, quia vaporum è toto corpore eo ſuſcitatorum calore feruent, adipem circum ſe concreſcere non patiuntur. Experientia vero, quod per cadauerum diſſectiones nunquam eo loci animaduerſus eſſet adeps: iam vero adeps, aquæ eminet & innatat: hæc vero ſubſtantia, vtpote medulloſa, in aquam iniecta fundum ſtatim merſa petiuit. Denique adeps igni admotus funditur & liquitur; at hæc candenti laminæ impoſita ſubſtantia, reſiccabatur quidem & inareſcebat, contrahebaturque in ſeſe lori inſtar, quod omni

Cur ſub cranio adeps gigni nequeat.

Signa adipoſa ſubſtantia.

medullæ familiare eſt, minime vero liquabatur. Ex quo omnium, qui aderant, clara voce intellectum eſt, quam verum eſſet meum de illa ſubſtantia, quæ cranio eminebat, iudicium. Reſciſſa tamen ea, cõualuit nobilis adoleſcens, cætera ſanus, niſi quod in vitæ reliquum ſurdus manſit. A

De Vulneribus faciei. CAP. XXIII.

Cur de faciei vulneribus particulariter tractatus inſtitutus.

EXpoſitis capitis vulneribus per ſuas cauſas, ſigna, & curationem: ſequitur, vt dè faciei vulneribus dicamus, vel eo ſaltem nomine, quod negligentius tractata, cicatrices fœdas in parte corporis ſpecioſiſſima & ſpectatiſſima relinquunt. Cauſæ eædem, quæ in cranium incidere poſſunt, externæ ſcilicet. Ad ſpecies vero & vulnerum differentias hæc adiungenda eſt, quod ſuperſtite vita, faciei pars vna aliqua integra, vt auricula, oculus, naſus, labrum vulnere tolli & amputari poteſt, capitis autem ſeu cranii minime: ergo à ſuperciliorum vulneribus ducto initio, reliquarum faciei partium vulnera ordine perſequemur. In vulneratis ſupercilus id maxime nutandum venit, quod ipſa per tranſuerſum ſic ſæpe ceduntur, vt qui illa mouent, ſurriguntque muſculi, & panniculus carnoſus penitus laceri ſint & laniati. Quo in caſu palpebræ ſurrigi nequeunt, & oculi recti, palpebrarumque tanquam vagina clauſi, manẽt: ſic vt etiam poſt vulneris agglutinationem ſi aciem in rem aliquam intendere velit æger, cogatur manu palpebram erigere: quo infortunio multos laborantes animaduerti: ſæpe tamen id non tam vulneris inflicti vehementia, quam Chirurgi, à quo curati fuerant, imperitia: nempe diplomatum linteorum appoſitione neglecta, inepta faſcia, & ineptiore ſutura. Hoc in caſu tantum cutis & panniculi carnoſi, peritus, qui ſuperuenerit, Chirurgus, amputabit, quantum ſatis eſt palpebris, quo ipſæ iuſta contentione ſuo ſe rigore ſurſum erigere & continere queant citra manus ſubſidium. Hinc pellionum ſutura vulnus, vt decet, conſuet: ſupra vero balſamum à me deſcriptum affundet, vicinis vero partibus tale medicamentum. B

Notandus caſus in ſuperciliis vulneratis.

Caſus illius remedium.

℞. olei roſar. ℥ ß. albumina ouor. nu. ij. boli armen. ſanguinis Draconis, maſt. an. ʒj agitentur ſimul, fiat medicamentum: hinc deceuri vinculo pars conſtringatur. His peractis in vſum veniet emplaſtrum de gratia Dei, de betonica, diachalciteos, vel ſimile aliud, vſque quo cicatrice obductum fuerit vulnus. Cæterum eiuſmodi & alia omnia faciei vulnera facile ſanantur, niſi vel vna adfuerint maligna ſymptomata, vel ægri corpus valde cacochymum extiterit.

Lagophthalmia procidentia palpebrarũ affectio contraria.

Illi caſui alius plane contrarius in ſuperciliorum vulneribus, aliquando contingit: cum nempe palpebra ſurſum ſurrecta perſtat ſic vt oculis apertis dormire cogantur ægri, ex quo Lagophthalmi Græcis dicuntur. Affectus illius cauſa ſæpe interna eſt, vt carbunculus, aliudve abſceſſus genus, ſæpe externa, vt ictus. Curabitur, ſanabiturque falcata ſeu ſemicirculi in modum ſupra palpebras facta inciſione, ita vt ſemicirculi extrema vergant deorſum, vt quantum neceſſe eſt, rigori palpebræ corrigendo, tantum deprimatur adiungaturque. Cæterum haud ferro violanda cartilago: ſic enim deſperata eſſet ſurrectio: reliquum curationis, vt decet, perficietur. C

De vulneribus oculorum. CAP. XXIV.

OCulorum vulnera fiunt rerum pungentium, incidentium, contundentium, vel vnitatem alioqui ſoluentium, violento incurſu. Semper vero pro cauſarum & differentiarum varietate varie curatio eſt inſtruenda. Primum caput curationis eſt, vt ſi quid peregrinum, heterogeneumque in oculos inciderit, id quam primum auellatur, ſpatulæ extremo inuerſa & reſupinata palpebra. Quod ſi Medici aſpectum fugiat peregrinum id corpuſculum, tria, quatuorve Ormini grana erunt in dolentem oculum immittenda. Ormino enim purgandorum oculorum & eliminandorum ab ipſis tenuium eiuſmodi corpuſculorum, vis ineſſe creditur, quæ modo non altius defixa ſint, & contumacius ad membranas adhærentia. Nam in hoc caſu, infra deſcripto inſtrumento erit vtendum, hoc enim palpebris ſuppoſito, & ipſi oculo applicito palpebras longius à ſe inuicem abducimus, oculumque molliter compreſſum immotum eſſe cogimus, quo ſic Volſellis corpus extraneum liceat auellere: inſtrumenti eiuſmodi hic eſt Typus. D

Ormini vis in purgando oculo, & eliminandis peregrinis corpuſculis.

Deformatio ſpeculi oculi dilatandis, & ſeorſim longius abducendis palpebris, oculoq; immoto continendo idonei, id ea arte contextum eſt, vt dilatari & contrahi, pro magnitudine oculorum poſſit.



E

Repercutiẽs in oculum inſtillandũ. Varia repercutientia oculo apponenda.

Peregrinis omnibus auulſis corpuſculis id in oculum immittetur medicamentum. *℞. germina oui num. xij. agitentur in mortario plumbeo cum tantillo aqua roſacea, immittentur in oculum*: at ſupra oculum, parteſque vicinas id ponatur repercutiens *℞. album. ouor. num. iij. pulueris aluminis rocha combuſti ʒ ij. ſanguinis Draconis ʒj aqua roſ. & plant. an. ℥ ij. agitentur ſimul, fiat repercuſſiuum*, cuius vſus erit frequens. Vel caſeum

A ſeum recenter glaciatum, cremore diligenter caſtratum cum aquæ roſaceæ oui albuminis, & acaciæ quod ſatis eſt appone. Quod ſequitur, fluentem humorem validius ſiſtit. *℞ gum. arab. & tragac. an. ʒ ij. pſilij cydon. ſemi. portul. plant. ſumach an. ʒ ij. fiat mucag. cum aqua plantag. ſolan. & roſar. continetur collyrium.* de quo inſtillare licebit cum intra, tum circum oculum. Notandum vero, eiuſmodi remedia omnia tepida eſſe applicanda, tum vt calore moderato penetrent facilius, tum quod omnia actu frigida oculis & viſui ſint inimica, quia viſiuos ſpiritus incraſſando viſum hebetant. Itaq; multos noui, qui actu frigidorū oculis admotorum vſu crebriore in hebetudinem inciderunt, non paucos contra ipſe vidi, qui acu vel ſtylo oculi quamlibet partem, modo ne pupillam, ſic compuncti, vt multum humoris aquei efflueret: eiuſmodi remediorum vſu opportuno conualuerunt. Dolorem vero lenit & deterget lac mulieris virginem lactantis, id enim frigidius creditur, in oculos è mamma expreſſum: in quam etiam rem conferet ſanguis turturum, columborum, aut pullorum inciſa, quæ ſub alis eſt, vena in oculum inſtillatus: dolorem etiā ſedat, inflammationemq; & fluxionē arcet ſequens cataplaſma, oculo viciniſq; partib. admotū.

Frigida actu oculis inimica.

Anodyna ocularia.

℞. carnis pomorum ſub cinere calido decoctorum ℥ v. vitellos ouorum num. iij. caßia fiſtul. recenter extracta ℥ ß. mucaginis pſilij. althe, & cydon. an. ʒ j. farin. hordei parum, incorporentur omnia ſimul, fiat cataplaſma. Sedando

B præterea dolori conferent pulmones veruecini in lacte elixi, & calide appoſiti, ſubindeque, vbi refrixerint, renouati. Quod ſi ardor dolorq; vehementior talia remedia aſpernentur, ac vehementiora poſtulent, folio hyoſc. m. j. ſub cineribus coquatur, atq; in mortario cum mucagine ſeminis pſilii & cydoniorum, extracta in aquis ſolani & plantaginis, piſtetur id remedium linteo inuolutum oculis & temporibus imponatur. In eundem vſum ſumuntur mucagines pſilij & cydoniorum, extractæq; in decocto papaueris, & cum pauco opio & aqua roſacea miſcentur.

Narcotica ocularia.

Cum vero detergentibus & ſarcoticis erit opus. *℞. ſyrup. roſar. ſiccar. ʒ j. aquar. fænic. & rutæ an. ʒ ij. aloes lotæ, olibani an. ʒ ß. miſce ad vſum dictum.* Fella raiæ, leporis & perdicis in aqua euphraſiæ & fœniculi diſſoluta detergendis eiuſmodi vulneribus ſunt idonea: vt & quod ſequitur collyrium; *℞. aqua hordei ℥ j. mellis deſpumati ʒ iij. aloes ter lotæ in aqua plantaginis & ſacchari cand. ʒ j. fiat collyrium.* Sed & quod ſequitur valde ſarcoticum eſt.

Detergentia.

℞. mucag. gummi olibani, arabici, tragacanth. & ſarcocol. in aqua hordei extract. an. ʒ iij. aloes ter lotæ in aqua roſarum ʒ j. ceruſ. vſta & ablutæ, tuthi. præparat. an. ʒ ß. fiat collyrium. Cæterum hic notandum venit, vulneris vel ſimilis alterius iniuriæ occaſione. Adnatam tunicam ſæpe adeo intumeſcere, humorumq; de-

Sarcoticum oculare.

C curſu, & flatuum incurſu ac permixtione adeo turgere, vt totam pupillam contegat, foraſq; è palpebris promineat, ſuccreſcentis præter naturam carnis inſtar, & colorem natiuum amittat, multumq; rubeat, nec claudi, nec diduci oculus queat. Qua ſpecie deceptus aliquando iunior quidam Chirurgus, parabat hanc Adnatæ protuberantiam, tanquam ſuperfluam quandam carnem amputare, & cathæreticis puluiſculis conſumere, niſi ego prænuntiato cæcitatis inde ægro imprudentis certo periculo prohibuiſſem. Itaque præſcripſi fotum ex decoctis in lacte, chamemelo, meliloto, roſis, abſynthio, ruta, fœniculo, aniſo: radice ireos & calendulæ; mox ſequentem fotum validiorem & ſiccandi vi maiore præditum ſubieci.

Digerentes & deſiccantes fotus.

℞. nucis cupreßi, gallar. balauſt. an. ʒ j. plantag. abſynth. hippuris, flor. chamemel. roſar. rubr. an. m. ß. bulliant ſimul cum aqua fabrorum, & fiat decoctum pro fotu cum ſpongia. Sed & cataplaſma imponi poteſt ex farina hordei, fabarum, pulueris maſtic. myrrh. aloes & deſcripto nuper decocto. Ad declinationem properante tumore ſequentem liquorem in oculum inſtillaui, cui maxima vis ineſt adſtringendi, deſiccandi & roborandi. Ouum recenter excluſum ad prunas induretur, ſtatimque teſtacea concha ſpolietur, vitellus detrahatur, inque eius locum vitrioli romani puluerifati ſcrupulus vnus ſubſtituatur, totum id

Aqua vitreola.

D linteo inuolutum exprimatur, liquor mundo vaſculo excipiatur, atque cum aqua fabrorum ſumach & roſæ rubeæ incoxerit, in oculum per aliquot dies inſtilletur. Huius remedii vim certam ſum expertus: quod ſi tamen hyperſarcoſis in Adnata tunica reuera fiat, ſequenti puluere conſumi poterit. *℞. oßis ſepiæ & teſtæ oui calcinata an. ʒ j. fiat puluis ſubtilis.* Vtilis etiam in eam rem vſus eſſe poteſt vitrioli calcinati & aluminis vſti, aliorumque ſimilium. Caute tamen eiuſmodi omnibus eſt vtendum, ſemperque repercutientibus circa oculum admotis, ne quid inde mali contingat. Nam non raro tanto impetu humorum acrium in oculum ruit influxus, vt inde diſrumpatur, crepetq; cornea tunica, ex quo oculi humorum ſequitur effuſio. Aduertendum etiam, quod in morbis oculorum ſemper ægri caput altius eſt excitandum, ac non modo dolens, ſed & ſanus oculus claudendus, quia parti dolenti quies eſt ſemper neceſſaria. At oculus vnus altero immoto moueri nequit, propter eam, quæ ipſis ineſt per neruos opticos & motorios, vtramque meningem, pericranium, venas, & arterias, connexionē: quæ cauſa exiſtit, cur patienti vni, alter condoleat. Quod ſi omnibus illis ſupraſcriptis remediis fluxioni ſiſtendæ idoneis nihil profecerimus, reſtat, vt pyrotico ſeu ignito ferro ceruices inuramus, & ſetone transfuerberemus; eſt enim ſingulare inueteratarum in oculos fluxionum remedium. Quotidiana namque experientia

Ad hyperſarcoſis conſumptionem citra morſum.

Seto remedium ad inueteratas in oculos fluxiones.

E ſcimus, permultis, quibus ex aſſidua & multa defluxione viſus hebes caligabat, adeo vt iam fere cæcutirent, priſtino ſplendori & acumini oculos, ac videndi aciem reſtitui paulatim, vbi primum ab vlcere, cauterio appreſſo, pus manare cœperit. Cuius rei patuit veritas in Paulo Aurario Fabro Italo, qui ad Auguſtinianum ſodalitium habitabat. Is enim, multis multorū & Medicorum & Chirurgorum fruſtra vſurpatis remediis, cū fere conclamatæ eſſet viſionis, appreſſo, me conſultore, pyrotico, ſenſim pro puris manantis ratione, acutius cernere cœpit, donec tandē acutiſſime cerneret. Tum igitur, etſi ſemper pure vlcus manaret, ſetonis, quam annum integrum circumtulerat, pertæſus ipſum detraxit atque vlcus cicatrice ſibi obduci voluit: verum illo fluxionis ſublato diuerticulo, cum humor in oculos iterum ſe inferret, ac iam cæcitatis periculū immineret, me vocato vlcus cauterio aperiri, & ſetonem denuo immitti

Hiſtoria.

ſibi


Seto remedium ad epilepſiam.

Ratio ſetonis inducendi.

Fibrarum rectitudo quantum valeat ad vacuationes.

ſibi curauit. Ex quo priſtinæ oculorum & viſionis integritati teſtitutus, etiam nunc ſetonem illum circumfert. Sed & alias hoc remedii genere Hollerii Medici vndequaq; doctiſſimi decreto, adoleſcentem quendam viginti annos natum morbo caduco, cuius inſultibus ante crebro prehendebatur, liberaui, deriuatis, vt credere pareſt, illa arte ichoribus mali fomitibus. Quare cum ſetonis tanta ſit vtilitas, viſum eſt, eius inducendi rationem hoc loco in tyronum gratiam ſcripto & figura ſubiicere. Ægro vt ſcabello inſideat, & caput deorſum ita inclinet imperandum, vt cutis panniculuſque carnoſus laxentur: hinc cutem digitis ſeorſum à muſculis & ſurſum abducere, eiuſque quam plurimum fieri poteſt, tenaculis comprehendere conuenit, intactis ceruicis muſculis, conuulſionis, & aliorum ſymptomatũ metu: cum per forcipum foramina, quæ in ipſarum medio peruia eſſe debent, ignitũ ferrum Chirurgus tranſadiget, comprehenſam ipſis cutem arctius conſtringet: quo ſic vna conſtrictis neruis, pyrotici dolorificus ſenſus minus ad partem perueniat, vulnus in longum & non in tranſuerſum infligi & inuri debet, vt ea arte, per fibrarum rectitudinem, materiæ vacuentur promptius. Ignitum vero ferrum, quo facilius & citius penetret, extremo acutum & triangulare vel quadrangulare effingendum eſt. Hinc forcipibus immotis eadem illa igniti ferri via, acum, quæ bombacinum filum triplicatum vel quadruplicatum, atque oui albumine & roſaſi imbutum, trahat, immittere oportebit: denique diplomatis eodem medicamento imbutis & impoſitis, pars conuenienti vinculo eſt deliganda. Sequenti die irrigabuntur ceruices oleo roſaceo, atque ad aliquot dies diplomata, quo diximus medicamento, imbuta, apponentur. Setonem vero digeſtiuũ, quod vocant, ex oui vitello & roſas compoſito imbuere conueniet, quouſque vlcus multo pure manat: tum vero bombacinus ille funiculus ſequenti remedio erit oblinendus ℞ *terebinthinæ ven.* ℥ iiij. *ſyrupi roſati & abſynthini an* ℥ ß. *pulueris ireos, diacrydii, agarici, trochiſcati & rhei an.* ʒ ß. *incorporentur omnia ſimul & fiat medicamentum,* quo tamdiu vtendum erit, quamdiu vlcus apertum tenere animus fuerit. Illi enim euocandorum ex alto humorum & ſine morſu extergendorum vis ineſt. A B

Forcipum ſeu Tenacularum igniti ferri & acus bombacinum funiculum trahentis deformatio.



C

De Genarum vulneribus. CAP. XXV.

Vſus ſutura ſicca.

Modus ſuturæ ſiccæ.

CVm vultus genis inflictum ſutura egere videbitur, ſiccam illam, vt loquuntur, eſſe oportet, ne cicatrices deformes relinquantur: multis enim vt mulierculis, quibus formoſitas valde cordi eſt, ea deformitas grauiſſima eſſe ſolet. Ergo recentis telæ, cuius mediocris ſit conſiſtentia, fruſta duo debitæ magnitudinis ſequenti medicamento oblines. ℞. *puluerum maſtich. ſanguinis draconis, thuris, farinæ volatilis, tragacanthæ contuſa, gypſi, picis, ſarcocollæ an.* ʒ ij. *picis nigra* ʒ j. *cũ albumina ouorum, quæ ſufficiant, fiat medicamentum,* quo oblita telę fruſta hinc inde ad vulneris latera, digitum latum diſſita, applicabis, illique, quoad inaruerint, carni firmiter affixa eſſe ſines: Tum ipſorum extrema violenta, & quæ acu contracta ſit ſutura, ſic ſibi admouebis, vt vna ipſis adhærentes tenaciter carnes ſequentur, & mutuo ſibi adiungantur, quemadmodum depicta hic intuemur imagine. Hac arte, tum præterea idoneis medicamentis, diplomatis, vinculis, vulnus agglutinabitur. Cæterum vincula, faſciæque omnes, quæ eius rei gratia parabuntur, ex pileolo nocturno, quo æger opertum caput habebit, reuincta eſſe debebunt. D


E

Quanquam

A



B



C Qu inquam cum vulnus magnum eſt & profundum, multumq; a ſe diſtant vulneris labra, huiuſmodi ſuturæ ſiccæ nullus vſus eſſe poteſt. Quare vtendum eſt acubus quadrangularibus, vel triangularibus, quo in carnem promptius ſubeant & facilius, ceratum filum ducentibus, hiſque vulneris labra tranſuerberare, & acum in vulnere relinquere oportet, atque per illius duo extrema filum ſequens hinc inde ſurſum deorſumque, quinquies vel decies obducere, eo plane modo, quo mulierculæ ſolent, cum acum, quæ filum ducit, ad manice brachiale, vel ſutores ad pileum adnectunt, ne excidat: Sic impacta acus relinquenda erit, quoad vulnus perfecte agglutinatum fuerit: hoc ſuturæ genus locum habet in labiorum vulneribus. Tum etiam in labris leporinis: ita enim vocant noſtrates, labra, a prima in vtero conformatione vitio formatricis facultatis fiſſa. Cæterum nullum agglutinationis fructum factura eſt eiuſmodi ſutura, ſi quid cutis inter vulneris labra interiacuerit. Quare quicquid eius intererit, excidendum eſt: alias vnio non eſt ſperabilis. Alia ſuturæ genera in harum partium vulneribus haud magnopere proſunt, nam propter mandendi & loquendi neceſſitatem, in perpetuo ſunt motu, quare filum carnem reſcinderet: quo etiam nomine eiuſmodi acubus, in nouiſſime deſcripto Suturæ genere, multum carnis eſt comprehendendum, vt ſubiecta figura docet.

Sutura labris leporinis idonea.

Eius modus.

Quid ſint labra leporina.

D

Suturarum labris fiſſis idonearum figura, itemque deformatio acus, circum cuius extrema filum ſuperne & inferne obuoluitur.



E

Hac arte Vaſco, cui prælio Laurentiano Gallis funeſto gena ſuperna enſe tranſuerſim inflicto ad os vſque reſciſſa fuerat, curatus eſt. Illi in vulnere magna vis vermium cum ingenti fœtore ſuccreuerat, quod

Hiſtoria.

Decoctum eluenda putredinis aptũ.

quod niſi triduo poſt acceptum vulnus, opportunitatem Chirurgi nactus non erat. Quare decocto ab- A
ſynthii, aloes, & pauco ægyptiaco id laui, tum vt exciderent vermes, tum vt putrida omnis ſubſtantia inde elueretur, tumores fotu & cataplaſmate reſoluente diſcuſſi, vulneris labra ſutura nouiſſime deſcripta ſibi adiunxi. Toti vero parti ſequens medicamentum impoſui.

Curatio magnus vulneribus exiguũ foramen ſuperſtes.

℞. terebinth. venetæ, ℥ vj. gummi elemi. ℥ ij. pulucrum boli armeni, ſanguinis draconis, maſtiches, myrrhæ, aloes an. ʒ ß. incorporentur ſimul, fiat medicamentum. Intra paucos dies vulnus agglutinatum eſt, niſi quod ad genæ inferioris cum ſuperiore commiſſuram exiguum quoddam foramen reſtabat, quod vix aciculę caput admitteret: ex quo nihilominus multa ſeroſa & tenuis humiditas, illi præſertim loquenti vel mandenti, manabat: quod ego & in multis aliis obſeruaui. Sed ſiſtendæ illius aquoſæ humiditatis ergo, aquam fortem chymiſtarum in vlceris profundum inſtillaui, aliquotieſque vitrioli combuſti puluiſculum immiſi; hac cura Dei beneficio conualuit.

De naſi vulneribus. Cap. XXVI.

Quot modis naſi vnitas violetur.

MVltis modis naſus continui ſolutionem patitur: nempe vulnere, fractura, & contuſione, ac parte quidem ſuperna colliditur & frangitur; quod cum contigerit, immiſſa in nares ſpatulæ cauda, vel bacillo idoneo, ſtuppis, bombace, vel linteo inuoluto, depreſſa oſſa ſedi natiuæ & figuræ ſunt reſtituen- B
da.

Fracti naſi curatio.

Hinc diplomatis, reſtringente medicamento ex oui albumine, maſtiche, bolo armeno, ſanguine draconis, & vſto alumine compoſito imbutis, & ad naſi latera appoſitis, reſtitutis oſſibus ſtabilitatem parare oportet, & conuenienti mox deligatura conſtringere, quæ non nimium premat, ne reſimæ reddantur nares, vt multis contigit per Chirurgorum imperitiam. Hinc tubuli in nares immittendi, non illi quidem exacte rotundi, ſed quadantenus lati & depreſſi, filo vtrinque ex nocturno pileolo, ne excidant, reuincti.


Tubulorum in fractis naribus vſus.

Horum tubulorum beneficio oſſa naſi ſitu ſuo continebuntur, & exitus ſaniei, inſpirationique & expirationi via patebit.

Quod ſi integer naſus vel naſi portio penitus exciſa fuerit, non eſt ſperabilis reſtitutio. At ſiquadantenus exciſæ nares multæ adhuc circumpoſitæ carni hæreant, à qua vitam & alimoniam excipere queant, ſuendæ erunt. Narium enim pars illa ima, cum ſit cartilaginea, quaſſari quidem, deprimi & contorqueri poteſt: at non frangi, vt ſuperior, quæ natura oſſea conſtat.

Tubulorum in nares immittendorum deformatio.

C



De Vulneribus linguæ. Cap. XXVII.

D

Quib. modis lingua continuitas violetur.

LIngua ita vulneratur, vt vel reſcindatur penitus, & portione aliqua ſubſtantiæ ſuæ mutiletur, vel findatur tantum ſeu in longum, ſeu in tranſuerſum. Subſtantiæ iactura reſarciri nequit, quia pars omnis, a corpore viuente, a quo vitam, ſpiritus, ſanguinemque ducebat, diſtracta & reuulſa, vitam ſtatim amittit. Philoſophorum vero ſententia, *à priuatione ad habitum non eſt regreſſus*. At fiſſa in longum aut latum ſeu tranſuerſum, facile ſutura reſtituitur, modo fiſſa pars ſuo corpori adhuc viuenti hæreat, à quo vitæ materiam & formam mutare queat. Ergo corpus linguæ, linteo molli & mundo, ne lubricitate ſua

Fiſſa linguæ curatio.

elabatur, miniſter ſedulus arcte tenebit, interimdum Chirurgus inferne ſuperneque adactis punctis conſuet, vbi, quod ſatis eſt, fuiſſe viſus fuerit, filum quam proxime nodum exſecabit, ne ſi longius ſit in dentium ſuperſtitus inter mandendum implicetur: & conſutarum partium pernicialem dilacerationē inferat. Hordeatis interim amygdalatis, gelatina, colatitiis & expreſſis iuſculis, ouorumque vitellis æger nutriendus erit: ore ſaccharum roſarum, ſyrupum cydoniorum, verſabit ſæpius: talia enim præterquam quod nutriunt, detergentis medicamenti & agglutinantis vicem ſubeunt. Hæc ego de linguæ vulnerum curatione neque ex magiſtris, quos audiui ſedulo, neque ex libris didici: ita tamen ſunt, vt à me proſpero ſucceſſu experientia fuerint comprobata.

Hiſtoria.

In multis quidem, vt in Marigniani inquiſi- E
tionum præſidis filio, in Ioanne Piero lignario fabro, ad ſancti Germani ſuburbia commoranti: luculentiſſime vero in Coeti cauſarum Patroni famatiſſimi trimo puerulo. Is in mentum ſuper ſaxum deciderat, ipſeque ſibi interiectæ forte dentibus inſignem extremæ linguæ portionem exciderat, vix è tenui

Natura ſæpe velut miracula facere in morborũ curatione.

carnis fibra pendebat illa, ſic vt agglutinandæ & vniendæ ipſius exigua admodum ſpes eſſet, quæ me cogitatio fere impulit, vt ipſam penitus reuellerem: auertit me tamen ab iſto conſilio actionis nobiliſſimæ, loquendi ſcilicet inde conſecutura abolitio, & naturæ miranda ſæpe, & quæ Medicorum expectationem ſuperent in morbis patrantis expenſa prouidentia: Hoc inſuper cogitabam, linguæ carnem

mollem,

A mollem, laxam, fungioſam eſſe & ſpongioſam; nec præterea aëris externis iniuriis omnino obuiam, itaque cum ſemel atque iterum, ſurſum deorſumque acum, quæ filum trahebat adegiſſem, atque de cætero puerum, quo nuper dixi, modo curari & nutriri iuſſiſſem, intra paucos dies conualuit, valetq; adhuc diſerte & diſtincte loquens.

De vulneribus aurium. CAP. XXVIII.

AVriculæ aliquando totæ amputantur, aliquando parte ſui aliqua penitus reſciſſa mutilantur, aliàs ita modo ſinduntur, vt diſſiſa portio ſuo adhuc toti hærens vitæ communione cum ipſo coniuncta ſit. In hoc demum poſtremo caſu ſuturam adhibere conuenit: ita tamen, ne cartilaginem attingas acu: hinc enim promptum gangrenæ periculum, quod multis ſtolidâ curatione contingit: ergo acu cutem ſolam & exiguum id carnis, quod cartilaginem ambit, tranſfigides & comprehendes: curationis reliquum diplomatis linteis & vinculis artificioſe ductis perficies, atque medicamẽtis idoneis inflammationem & alia ſymptomata arcebis. Diligenter vero cauebis, ne in meatu auditorio ſuperflua caro, quæ audiendo obſtruat, gignatur, qua de cauſa meatus illius libertatem ſpongiæ immiſſo fruſtulo diligenter tueberis. B Partis vero cartilagínoſæ, adeoque poſt oſſa ſicciſſimæ habita ratione, medicamentis ſiccis agglutinationem, conſolidationemque procurabis. Quibus vero auricula tota penitus exciſa eſt, iis nihil aliud reſtat, niſi vt infortunii ſui defotmitatem pileolo, tomento bombacino parte illa farcto, obuelent.

Quibus modis auricularum vnio violetur.

Ratio conſuenda auricula vulnerata.

De Ceruicis & Iuguli vulneribus. CAP. XXIX.

CEruicis & Iuguli vulnera alias ſimplicia ſunt, quæ ſcilicet muſculorum tantum continuitatem ſoluunt. Alias compoſita, cuiuſmodi ea exiſtunt, quæ oſſium, vt vertebrarum fracturam, quæ venarũ iugulariũ internarũ externarũque; aut etiam carotidũ læſionem coniunctam habent: aliquando Trachea arteria & œſophagus ferro violantur, aliquando penitus exſecantur, vnde prompta mors. Quare talia vulnera niſi mortis aut motus alicuius deperdendi prænuntiato adſtantibus periculo, Chirurgus non attinget. Nam per ceruicis vulnera ſæpe inſignem aliquem neruum aut tendinem violari contingit, vnde paralyſis: omnino illa quidem incurabilis, ſi ad ſpinalem vſque medullam, inde etiam oblæſam, vulnus penetrauerit. Oeſophagi & aſperæ arteriæ vulnera difficulter ſanantur, propterea quod in C perpetuo exiſtunt motu: huius quidem maxime, quod inſuper cartilaginea ſit & exanguis. Oeſophagi vulnera cognoſcuntur, ſanguinis per os ſcreando reiectione, & cibi, potuſque per vulnus eruptione; ac ſiquidem œſophagus penitus reſciſſus fuerit, deglutiendi beneficio æger priuabitur. Nam reſciſſi illius partes ambæ in ſeſe contrahuntur, ſurſum quidem vna, altera vero deorſum. Aſpera vero arteria læſa cognoſcitur, ſanguinis per os cum aſſidua tuſſi, excluſione, & flatus ſpirituſque per vulnus eruptione. Venarum iugularium & carotidum arteriarum vulnera, ſi magna fuerint, lethalia eſſe ſolent, quod vinculis conſtringi nequeant, iugulum enim citra ſtrangulatus & ſuffocationis diſcrimen arctari nequit. At non arctæ in hoc caſu deligaturæ defectu ſanguinis lethiferum contingit profluuium. Neruus recurrens ſi alterutra parte vulneratus fuerit, vocem raucam facit: ſi vtraque, fandi potentiam adimit, læſis illis inſtrumentis, quæ laryngis muſculis motum impertiuntur.

Differentia vulnerum ceruicis & iuguli.

Ad ceruicis vulnera ſequitur paralyſis.

Cur aſpera arteria vulnera difficulter ſanentur.

Signa œſophagi vulnerati.

Iugularium & carotidum vaſorum vulnera extra lethalia.

Neruo recurrente læſo vox vna læditur.

Quod ad curationem attinet, ſi exiguum ſit vulnus, quodque nullius inſignis vaſis, non arteriæ aſperæ aut œſophagi læſionem coniunctam habeat, facile illa & breui abſoluitur, atque ſi res poſtulet, ſutura adhibebitur: hinc terebinthinæ venetæ cum bolo armeno quantum ſatis erit, inſtillabitur, vel balſamum noſtrum, cuius talis eſt confectio, affundetur.

D *℞. terebinthina veneta ℔ ß. gum. elemi ℥ iiij. olei hypericonis ℥ iij. boli armeni & ſanguinis draconis an ℥ j. aquæ vitæ ℥ ij. liqueſiant ſimul omnia lento igne, & fiat balſamũ vt artis eſt, addendo pulueris ireos florentiæ, aloës, maſtiches, myrrhæ an.* ʒ j. hoc balſamo mira in vulnerum ſimplicium, quæque nullum peregrinum corpus obſideret agglutinatione præſtiti. Affuſo ergo eo inducetur emplaſtrum diachalciteos in oleo roſaceo & aceto diſſolutum, vt cui vis inſit reprimendi affluxus humorum & arcendæ inflammationis, vel illius loco emplaſtrum de gratia dei, aut de ianua, apponetur. Quod ſi cæſæ fuerint venæ iugulares, & carotides arteriæ, ſanguinis profluuium ea arte, quam capite hac de re inſtituto expoſuimus, ſiſtetur. Aſpera arteria & œſophago vulneratis ſuturam quam artificioſiſſime poterit Chirurgus adhibebit: æger nihil eorum, quæ deglutitu difficilia ſunt, deuorare tentabit, iuſculis & gelatina contentus: vbi gargariſmate fuerit opus, quod ſequitur, valde ex vſu erit.

℞. hordei m. j. florum roſar. p. j. paſſul. mund. iuiubarum an. ʒ ß. *glycyrrh.* ʒ j. *bulliant omnia ſimul, addendo mellis roſ. & iulep. roſ. an ℥ ij. fiat. gargariſma, vt artis eſt,* cum quo tepido æger os & fauces irrigabit; parti lenitatẽ inducit, dolorem mitigat, detergit, & agglutinat, reſpirationiſque libertatem promouet. Cæterum ne quid in huiuſmodi vulneribus deſperet, aut intentatum relinquat Chirurgus, placet aliquot exemplis, quam mira ſint naturæ arte adiutæ opera, patefacere. Seruo cuidam domini de Campagne, E nobilis Andegauẽſis enſe vulnus ad iugulum inflictum eſt, ex quo iugularium venarum alterutra cum aſpera arteria exciſa erat; ſanguinis aderat ingens profluuium, & fandi impotentia, eaque ſymptomata euſque perſeuerarunt, quoad ſutum vulnus eſſet, & medicamentis obductum. Medicamenta vero ſi quando liquidiora eſſent, ea per vulnus & ſuturæ interſtitia, tanquam ſugebat, & ſucta allectaque ore mox reddebat æger. Itaque exactius mecum vulneris magnitudinem, partium affectarum, præſertim vero aſperæ arteriæ & iugularis venæ, ſpermaticam, adeoque ſiccam & exanguem naturam agglutinationi rebellem expendens, tum etiam quod trachea arteria iis motibus, quæ inter deglutiendum œſophagus obit, obnoxia ſit, propter tunicam internam, quæ œſophagi tunicæ continua eſt, cuius occaſione partes illę mutuo ſibi obſequioſe motu reciproco inſeruiunt, quemadmodum ductarius funis dire-

Balſami authoris deſcriptio.

Vis emplaſtri diachalciteos.

Curatio ad aſperam arteriam & gulam vulneratam.

Gargariſmatum multiplex vſus.

Hiſtoria.

ctis ductionibus per trochleæ orbiculos circumactus:preterea arteriæ vſum reſpirationi & cordis calori A
temperando neceſſarium cogitans, quemadmodum venæ iugularis ad nutritionem partium ſuperna-
rum:expenſa porro apud me ſanguinis,in quo naturæ theſaurus eſt,magna vi,quæ ipſi profluxerat,pro-
pinquam & certam apud adſtantes illi inſtare mortem præſagiebam; & tamen præter expectationem
diuino potius fauore, quam noſtris artibus ſuperſtes conualuit. Æque admirabilis eſt, quæ ſequitur hi-
Hiſtoria mirabilis. ſtoria. Angli duo ad Vincenarum ſyluam animi gratia obambulabant:Sed vnus comitis ſui nummis &
torqui aureo, quem ponderoſum circumferebat, inhians, ipſum incautum oppreſſit, iugulatumque &
ſpoliatum in illis, quæ ob iter ſunt, vitibus dimiſit, interfeciſſe ratus, trachea arteria & œſophago pugio-
ne confoſſis. Sicarius prædo in vrbem ſe recepit. Alter ſemianimis cum vix tandem hinc in ruſtici cuiuſ-
dam caſam ſe ſubſtraxiſſet, præſentibus & quæ ad manum erant, remediis curatus in vrbem perductus,
mihi, qui curam eius agerem à familiaribus ſuis traditus eſt. Ego primo quoq; tempore exciſam penitus
tracheam arteriam ſutura quam ſedulo potui, comprehendi, atque vulneris labra ſibi quam proxime li-
cuit, admoui, œſophagum comprehendere non potui, quod totus ſe in ſtomachum ſubduxerat: hinc
totum vulnus medicamentis, diplomatis linteis, & faſciis idoneis obduxi. Sic curatus loqui cœpit, & ſi-
carium prædonem facinoris authorem nomine proprio exprimere, adeo vt ille deprehenſus rotæque B
affixus, confractis membris vitam miſerrimam pro innocentis anima, qui quarto à vulnere die obierat,
Hiſtoria. reddiderit. Par vulneris caſus Germano cuidam contigit, qui in vico Nucum apud Perotum trapezitam
commorabatur, ille diris furialibus percitus de nocte gladio ipſe ſibi iugulum confodit, mane ab ami-
cis, qui ipſum inuiſebant, vocatus, hominem, iiſdem prorſus, quibus Anglum, artibus curaui. Itaque re-
pente locutus, qui ante ne mutire quidē poterat, ſeruum, qui in eodem cum ipſo cubiculo dormiebat,
tanquam ſceleris authorem in vincula coniectum criminis ſuſpicione atq; carcere liberauit: remque, vt
geſta erat, profeſſus, quatriduum à vulnere ſuperuixit, iuſculorum per anum clyſteris inſtar infuſorum
& ſuccorum alendo idoneorum, vt panis recenter à clibano extracti, & vino generoſo macerati ſuaui
vapore ſuſtentatus. Id profecto arte Chirurgica conſecutus, vt ex aphono loquens per quatriduum
fieret.

De Vulneribus thoracis. Cap. XXX.

Differentia vulnerum thoracis. VVlnerum thoracis alia auerſa ſunt, alia aduerſa, quædam altius penetrant, alia in eius capacitatem
hand deſcendunt, nonnulla in partes vſque contentas peruadunt, mediaſtinum nempe, pulmo- C
nes, cor, diaphragma, venam cauam, aſcendentem arteriam: alia corpus totum tranſuerberant: quo
Signa. fit, vt alia lethalia ſint, alia minime. Penetrare in capacitatem vulnus hinc intelliges, ſi ægri ore na-
buſque obturatis, ſpiritus per hoc cum ſtrepitu erumpat, adeo vt oppoſitum candelæ lumen diſſipet
ant extinguat. Si vix æger ſpiritum ducat reddatque, quod etiam ſanguinis in diaphragma effuſi ſignum
Cordis vulnerati ſigna. eſt. Cor vulneratum eſſe, his ſignis cognoſcemus; Si ingens ſanguinis vis erumpat, ſi tremor vniuerſi
corporis membra quatiat; ſi pulſus paruus ſit & langueat; ſi color pallidus, ſi ſudor frigidus, ſi crebra
Hiſtoria. ſyncope oboriatur, extremiſque partibus frigidis, matura mors ſequitur. Vidi tamen, dum apud Tau-
rinos agerem, nobilem quendā, qui ſingulari certamine cum alio decertans, accepto ſub ſiniſtra mam-
ma vulnere in cordis ſubſtantiam penetrante, vibratis in aduerſarium aliquot enſe ictibus, ipſum fugi-
tantem ad ducentos paſſus eſt proſecutus, donec in terram mortuus caderet: diſſecto cadauere vulnus
comperi in cordis ſubſtantia, amplitudine, quæ digitum capere poſſet; ingentem præterea ſanguinis in
Vulnerati pulmonis ſigna. diaphragma effuſi copiam. Vulneratis pulmonibus ſigna hæc ſuperueniunt; ſanguis ſpumans ex vul-
nere prodit, tuſſis ægrum exercet, ingens ſpirandi difficultas & lateris dolor, qui ante non erat, oppri-
Vulnerati pulmonis ſigna. mit; facilior eſt ægro in vulnus decubitus, itque aliquando vt ita decumbens, facilius, liberiuſque lo- D
quatur, in oppoſitum vero latus prouolutus, ſtatim fandi fiat impotens. Cum diaphragma vulnera-
tum eſt, ponderis ſenſus eo loci moleſtus eſt, delirium inuadit per neruorum, qui à ſexta coniugatio-
Diaphragmatis vulnerati ſigna. ne in diaphragma effunduntur, ſympathiam, dyſpnoea, tuſſis & dolor acutus ægrum male habent, ſur-
ſum illa conuelluntur, adeo vt inſpirationis vehementia contingat aliquando ventriculum & inteſtina
per vulnus in thoracis capacitatem pertrahi: quod ego in duobus obſeruaui. Horum vnus latomus
medium diaphragma, qua parte neruoſum eſt, transfixus, triduo poſt interiit: Diſſecto ventre infe-
riore ventriculum cum non reperirem, rem monſtri ſimilem arbitrabar. Sed tandem anxie perquirens,
Hiſtoria. raptum ipſum in thoracem animaduerti, etſi vulnus pollicem vix eſſet latum. Erat vero ventriculus
flatu multo, pauco admodum humore diſtentus. Alter Franciſcus Dalon dicebatur, Capitaneus San-
Hiſtoria. to. Huic ad Rupellam glans manuario tormento emiſſa, per ſterni fines iuxta xyphoidem cartilagi-
nem ſubiens, diaphragmatis partem carneam transfodit: atque per interſtitium, quod quintæ & ſextæ
coſtæ nothis interiacet, exceſſit: vulnere parte externa cicatrice obducto, reſtabat ipſi nihilominus ven-
triculi debilitas, ex quo inteſtinorum dolor colico ſimilis ſub veſperum & de nocte præſertim exurge-
bat: qua de cauſa cœnare ipſe niſi admodum parce non audebat. Sed octauo demum menſe acrius ſo- E
lito ſæuiente per imum ventrem dolore, è viuis exceſſit, etſi ad minuendam doloris acerbitatem nul-
lum remedii genus à Simone Malmediano & Antonio Vallenſi Medicis, in omni medicinæ parte ver-
ſatiſſimis, qui ipſi aderant, eſſet prætermiſſum. Mortui cadauer Iacobi Guillemeau Chirurgi peritiſſi-
mi manu diſſectum eſt, animaduerſumque, magnam coli inteſtini partem flatu multo turgidam, ipſi
Sanguinis in thoracis capacitatem effuſi ſigna. per diaphragmatis vulnus in thoracem irrupiſſe, vulneris tamen amplitudo vix minime digiti capax
erat. Nunc ab eiuſmodi rerum commemoratione ad inſtitutum ſermonem redeamus. Sanguinem
in thoracis capacitatem effuſum, intelligimus ex ſpirandi difficultate, febris increſcentis vehemen-
tia, anhelitus fœtore, ſanguinis per os reiectione, & aliis ſymptomatis, quæ illis contingere ſolent,
quibus

A quibus ſanguis ex vaſis in ventrem effuſus computruit, vel in thrombos concreuit, ſubſtantiæ corruptæ tetro vapore partes, ad quas peruenerit, inficiens. Sed & niſi io dorſum æger decumbere nequit, nauſea infeſtatur, & exurgere ſubinde geſtit, vnde frequens ſyncope, vitali facultate, quæ corpus fulcit, fracta & debilitata, tum vulneris, tum ſanguinis thromboſi tatione: ſic enim veneni qualitatem induens cordis robur inſigniter diſſipat & exoluit. Spinalem medullam vulneratam teſtantur oborta conuulſio aut paralyſis, id eſt, ſenſus, motusq; in ſubiectis partibus ſubita deperditio, vrinæ & fœcum citra voluntatem excretio, aut omnimoda ſuppreſſio. Vena caua & arteria magna vulneratis, breui moritur æger propter ſubitam & affatim factam ſanguinis & ſpirituum effuſionem, quæ pulmonum & cordis motũ intercipit, vnde mors à ſuffocatio.

Spina vulnerata ſigna.

De Vulnerum thoracis cura. Cap. XXXI.

Tract. de Vulner. thoracis cap. 10.

SCriptis proditum apud Ioannem de Vigo legimus, controuerſum inter Chirurgos eſſe de vulnerum in thoracis capacitatem ſubeuntium conſolidatione. Quibuſdam enim videri eiuſmodi vulnera quam primum claudenda, & cicatrice quam fieri poterit ociſſime obducenda eſſe, ne frigidus aer in B cor ſubeat, & vitales ſpiritus exiliant, ac diſſipentur. Alii contra ſentiunt; talia vulnera diutius aperta eſſe debere: imo ſi per ſe non ſatis pateant, Chirurgia amplificanda, quo ſanguini in thoracis ſpatium effuſo exitus pateat, alioqui cunctandu putredinem contracturo, ex quo febris incrementum, ſinus fiſtuloſus, & alia accidentia perniciaha. Prior quidem ſententia, ratione, & veritate nititur, modo nihil aut parum ſanguinis in illam capacitatem effuſum ſit: poſterior vero locum habet, cum magna vis ſanguinis in illa ſe effudit thoracis ſpatia. Quod ne temere ſtatuere videar, placet vtramque ſententiam conſentiente hiſtoriam comprobare. Dum ego Taurini Domini Monteiani protegis Gallorum Chirurgum agerem, militem Leutetianum, cui nomen erat Leneſque, quique ſub Capitaneo Renouart ſtipendia merebat, curandum ſuſcepi: tribus erat confoſſus vulneribus, ſed vnum reliquis grauius ſub dextra mamma altius in thoracis ſpatium penetrabat, ex quo ingens ſanguinis in diaphragma effuſio facta eſt, quæ diſpnoeam tantam inferebat, vt etiam ſermonis libertatem interciperet: Hinc præterea febris vehemens, tuſſis cruenta, dolor in latere vulnerato acutus. Qui primo apparatu ipſum curauerat Chirurgus, vulnus ſutura adeo arcta denſaque ſtrinxerat, vt nihil inde dimanare poſſet. Ego vero ſequenti die vocatus, expenſis præſentibus ſymptomatis, quę promptã C mortem intentabant, ſoluendam quamprimum vulneris ſuturam cenſui, & certe ad eius orificium ſanguinis craſſior thrombus ſtatim apparuit: quæ me res admonuit, vt ægrum reliquo corpore ex lecto pendulum pronum in caput eſſe iuberem, interimque manu ex ſcabello, quod lecto eſſet depreſſius, inniti, hocque in ſtatu exiſtentem os nareſque comprimere, quo pulmones intumeſcerent, diaphragma ſurrigeretur intercoſtales atque abdominis muſculi comprimerentur, vt ſanguis in thoracem effuſus per vulnus, exprimeretur, quin etiam, vt ea excretio fœlicius ſuccederet, digitum altiuſcule in vulnus immergebam, vt ea ſanguinis coagulati infarctu, vulneris orificium plenius liberarem, & certe eius iam fœtentis vncias ſeptem vel octo hac arte extraxi: vbi lecto reſtitutus eſt, iniectiones frequentius in vulnus, ex decocto hordei, melle roſaceo & ſaccharo rubro, fieri procuraui, quibus exceptis vt ſe modo in hoc, modo in illud latus obuerteret, ſuaſi: hinc ipſum ex lecto pendulum iterum ſtatui. Sic enim exiguos illos quidem, ſed multos ſanguinis thrombos vna cum facta paulo ante iniectione reddidit: quibus exactis ſymptomata minuerunt, ſenſimque tandem dimiſerunt. Poſtera luce aliam iniectionem validius detergentem paraui addito abſynthio, centaurio, aloe. Sed tantus amaror in eius os ſurrexit cum nauſea, vt diutius ſuſtinere non poſſet. Tum ſubiit in mentem, quod D olim paris remedii parem fortunam in quodam, cui fiſtuloſus erat ad thoracem ſinus in Noſocomio Pariſienſi obſeruaueram. Itaque cum animo repeterem, res eiuſmodi amaras facile tranſumi in pulmonem, indeque in aſperam arteriam, fauces atque os aſſurgere profeſſus ſum, me nunquam eiuſmodi amara ægris exhibiturum: hinc enim multo plus moleſtiarum accedit, quam fructus & emolumenti. Cæterum hac & ſimili arte tandem æger ille præter meam expectationem conualuit. At contra aliquando vocatus à nobili quodam Germano, cui enſe vulnus in thoracis capacitatem impactum fuerat, quod vicinus Chirurgus primo apparatu craſſius peniculum in eiuſmodi vulnus immiſerat, detrahi iuſſi: cum certo intelligerem, nihil ſanguinis in thoracis capacitatem effuſum eſſe, quod æger febris erat expers, quod pondus nullum diaphragma premeret, quod ſanguinem non expuiſſet. Itaque ſolo balſamo meo inſtillato, atque emplaſtro diachalciteos impoſito, intra paucos dies ſanatus eſt. Par mihi curatio in multis aliis fœliciter ſucceſſit: denique hoc profiteri audeo, diuturniore peniculorum vſu thoracis vulnera in fiſtulam degenerare. Ergo ſi quando curandum ſuſceperis vulnus, quod in thoracis penetret capacitatem, haud quidem primo ſtatim apparatu id obturabis, ſed ad duos vel tres dies apertum patenſque tenebis: at cum animaduertens ægrum nul- E lo aut exiguo dolore diuexari, nullo pondere diaphragma premi, ſpirandique libertatem adeſſe, detrahetur peniculum, atque quam citiſſime fieri poterit ad cicatricem vulnus perducetur, impoſito linteo ampliore, quam vulnus ſit, & balſamo, cui glutinandi vis inſit, obducto: linamenta huic vulnerum generi nunquam imponentur, ne ipſa æger inter ſpirandum in thoracis capacitatem abſorbeat. Quare & curandum, vt quę his vulneribus induntur penicula, ad diplomata lintea adhęreant, & capite pręterea ſint craſſiore, ne in eam, quam diximus, thoracis capacitatem incidant: ſemel enim illapſa putredinem, mortemq; inferrent. Vulneri imponetur emplaſtrum diachalciteos vel aliud ſimile. At ſi contra propriis & certis ſignis innoteſcat, multum ſanguinis in thoracis ſpatia illapſum eſſe, peniculis craſſioribus vulneris orificium patens tenendum, quouſque vniuerſa ſanies, in quam ſanguis degene-

Cõtrouerſia compoſito.

Hiſtoria.

Cur amara minime in thoracem exprimenda.

Mary ſ. me mograph. hiſtoriam lege apud G. l. 7. de anat. adminiſtrat.

Peniculorũ diuturnior vſus quid afferat mali.


Linamentorum in thoracis vulnerib. nullum eſſe debet vſum.

Qualia penicula eſſe debeant.

Thoracis vulnera facile in fiſtulam abire.
Cur thoracis fiſtula vix ſanentur.
Cur ex thoracis vulneribus tanta ſaniei copia effundatur.
Fiſtula thoracis curatio.
AEgyptiacũ quando admiſcendum iniectionibus, quæ in thorace fiũt.

rauit,exhauſta fuerit. Quod ſi quando contingat,vt certe contingit aliquando, quicquid contra arte & A
ratione moliantur Medici,vt vulnus in fiſtulam faceſſat,deterioris mali longe grauior fit acceſſio. Thoracis enim fiſtulæ vix vnquam curationem admittunt,multis ex cauſis. Prima,quod thoracis muſculi in perpetuo ſint motu. Altera;quod interna parte ſua membrana coſtas ſuccingente, quæ exanguis eſt, obducantur. Tertia,quod nullum adſit vulneri adminiculum, ad quod admittatur, vt comprimi, fui, & vinciri poſſit,quibus artibus labris commiſſis vulnus tandem carne repletur, & cicatrice obducitur. Cur vero thoracis vulnera tantam quotidie ſaniei copiam accumulent & effundant,cauſa eſſe videtur, quod cordi vicina ſunt:quod cum ſanguinis fons exiſtat, ab ipſo ad partem affectam perpetuus fit ſanguinis affluxus. Hoc enim eſt naturæ in conſeruandis partibus afflictis ſtudium, vt ad eas indeſinenter & affuſe ſine menſura & modo omnia ſua præſidia,ſanguiné nempe & ſpiritus tranſmittat. Adde,quod multum eiuſmodi ſanguinis in ſeſe partes afflictæ dolore, calore, & continuo motu, quo pulmones & diaphragma cientur,alliciũt & tranſmittunt. Eiuſmodi ſanguis vlceris illic exiſtentis malignitate & ſordibus inquinatus, citiſſime corrumpitur: quo fit,vt ex perpetuo ſanguinis affluxu perpetuo ſit ſaniei effluxus, qui tandem hominem in tabem & maraſmum deducit: quod vlcere pars obſita, tanquam vorax lupus plus ſanguinis abſumat dolore,calore,& motu, quam ipſi à corde ſubminiſtrari queat. Si tamen curandæ,& ſanandę fiſtulæ ſpes aliqua adſit,ea,diæta,phlebotomia,& pharmacia,eius,qui aderit, B
Medici præſcripto præmiſſis,præſcietur potione vulneraria,deſcribenda *tractatu de oſſium carie.* Itaque ex ea iniectiones crebræ in fiſtulam fient addito & vna permixto ſyrupo de roſis ſiccis & melle roſato, Neque vero ego ſi quando ingens quędam ſubſit putredo,vereor ægyptiacum immiſcere. Cæterum iniecti liquoris quantitas animo & memoria cõprehendenda eſt,vt deterſionis munere, poſtquã functa fuerit,intelligamus,num omnis reddita & excluſa fuerit. Nam ſi quid eius in ſinu & anfractibus reſiterit,parti ipſi nocet, vtpote cuius contagione corrumpatur.


Siphonis iniectionibus faciendis apti, cum liquoris magna copia in partem quamlibet effundenda & exprimenda eſt, deformatio.

 C

Immiſſus,acceptuſq; liquor,poſtquam fuerit redditus, tubulus aureus, argenteus aut plumbeus in ſinum fiſtuloſum immittetur. Erit vero ille multis foraminibus peruius, vt his ſanies ſubire & exire poſſit. Loris reuincietur arctius, ne in thoracis excidat capacitatem. Ad ipſius orificium ſpongia magna vino & aqua vitæ macerata atq; expreſſa,calens imponetur. tum vt aeri aditum in ſinum fiſtuloſum intercludat,tum vt ſordes vlceris foras ſuo illo calore alliciat,cui muneri ſedulam operam pręſtabit æger, ſi interdiu,noctuq; ſæpius obturatis ore & naribus ſpiritum comprimat, in latus affectum prouolutus, quo maiore impetu excludatur illa ſanies. Nec vero ante à tubulo immittendo deſiſtendum, quam fiſtuloſus ille ſinus ſicco,id eſt,ſano,finitimus factus fuerit,nempe cum quod ſordium remittet,id omnino paucum erit: tum vero cicatrix inducenda. Quod ſi orificium fiſtuloſi ſinus in ſuperna parte exiſtens ſaniationem remoretur, tum Chirurgica ſectione via fundo aperienda, quemadmodum ſupra in em- D
pyemate diximus.

Tubulorum cum vinculis ſeu loris ſuis & ſpongiis deformatio.

Notet lector, tubulorum ad hoc opus neceſſariorum non debere tot eſſe foramina, quot hic conſpiciuntur: ſed tantum in extremo bina, ternave: nam in reliqua caro ſe demergens & immittens, cauſa eſt, cur ſine magno dolore tubuli detrahi nequeant.

 E

Quæ pulmonũ vulnera ſanabilia.
Tuſſis incommoda in pulmonũ vulnerib.

Vulnus pulmonibus inflictum ſanationem admittit, niſi plus æquo magnũ fuerit, ſi inflammatione vacet, ſi extremas pulmonum oras attingat, ac non ſupernam partem, ſi ceſſationem ſibi à tuſſi, multo & contentioſo ſermone, magnaq; ſpiratione concedat æger. Tuſſi enim vulnus dilatatur, ſuperuenit inde inflammatio, cuius pus & ſaniem dum pulmones tuſſi, qua ſola ſibi inutilium excretionem moliri

A moliri poſſunt, conantur excludere, rurſus vlcus dilatatur, inflammatio denuo augetur, tabes ægrum occupat, fitque malum iocurabile. De tergendo vlceri Eclegmata multa á Medicis fuere comparata: quibus dum vterur æger, ſupinus iacebit, eaque diutius ore verſabit, laryngis muſculos relaxando: ſic enim ſecundum tracheæ arteriæ tunicas ſenſim medicamentum ſtillabit: nam & ne affatim deſtilar, cauendum, ne tuſſim excitet. Lac vaccinum, aſininum, aut caprinum cum pauco melle, ne in ventriculo corrumpatur, huic inſtituto valde ſunt opportuna remedia. Sed inter cætera excellit lac muliebre. Cæteris tamen medicamentis ſaccharum roſatum præfertur, Auicennæ ſenteotia, quod huic detergendi ſimul & adſtringendi, roborandi que vis inſit, quo nihil optabilius in curandis vlceribus contingere poteſt. Deterſum vlcus vbi agglutinandum videbitur, alimenta medicamentaque emplaſtica auſtera & adſtringentia erunt ægro imperanda, cuiuſmodi exiſtunt terra ſigillata, bolus armenus, hypocyſtis, balauſtia, plantago, polygonum; ſumach, acacia & ſimilia, quorum vſus ægro præſcribetur in iuſculis & eclegmatis, admixto melle roſaceo, quod ipſis pro vehiculo exiſtens, impactas etiam ſordes & agglutinatiooem remorantes, eluat. Verum cum huius vulnerum generis thoracisque & pulmonum affectibus omnibus febris hectica facile ſuperueniat, non erit inutile hic de febris hecticæ curatione nonnul-
B la ſubiicere, vt habeat Chirurgus, vnde aliquid opis ægris adſerre poſſit, interim dum accerſitur Medicus, qui maioribus & certioribus remediis totum hunc morbum cooficiat.

Qui eclegmata deglutienda.

Saccharum roſatum vlcerato aut vulnerato pulmone quanta vtilitas.

De Febris hectica differentiis, cauſis, ſignis, & curatione. Cap, XXXII.

FEbris Hectica id nominis ſortita eſt, vel quod ſtabilis ſit & curatu ſoluruque difficilis, tanquam res, quæ habitum contraxerunt, Hexis enim Græcis habitum ſignificat, vel quod partes corporis noſtri ſolidas occupat, quas Hexeis Græci dicunt, nam & nomen Habitus Latinis vtrumque ſignificat. Tres huius febris ſpecies, vel potius gradus conſtituuntur. Primus gradus eſt, quando calor hecticus partium ſolidarum humiditatem abſumit. Secundus, quando earundem carnoſam ſubſtantiam depaſcitur. Tertius & incurabilis, quando partes ipſas ſolidas depopulatur. Ita enim lucernæ flamma abſumit primo oleum, inde ellychnii propriam humiditatem, denique ipſum ellychnii corpus. Quo verum cum fuerit, rurſum eius accendendi nulla ſpes eſſe poteſt, affuſo copioſo quantumuis oleo. Hæc febris niſi raro admodum ex ſe incipere poteſt, ſed fere alterius conſectaria eſt. Quare
C febris hecticæ cauſæ ſunt, febres acutæ & ardentes male curatæ, ſi præſertim earum ardor appoſitus cordi & hypochondriis epithematis refrigerantibus repreſſus non fuerit: Si frigida opportune oon fuerit propinata. Poteſt etiam diariæ febri ſuccedere, quæ initia cauſaſque duxerit ex longa aliqua forti & vehementi triſtitia, vel ira, aut ex effreni aliquo labore, quem quis corpore tenui & exangui ſole ſubardenti ſuſceperit. Sæpe etiam ortum habet ex vlcere & inflammatione pulmonum, thoracis empyemate, ex ingenti aliqua & diu perſeuerante hepatis, ventriculi, meſeoterii, vteri, renum, veſicæ, inteſtinorum ieiuni, & coli phlegmone: imo & aliorum inteſtinorum, ſi longam diarrhoeam, lienteriam, aut dyſenteriam exceperit horum phlegmone: vnde corporis totius marcor, tandemq; hectica febris, quod corporis abſumpta humiditate calor reddatur acrior.

Nominis ratio.

Differentia.

Cauſa.

Hoc febris genus vt eſt cognitu facillimum, ita curatu exiſtit difficilimum: pulſus ergo in hac febre eſt durus, propter arteriæ, quæ pars eſt ſolida, ſiccitatem: eſt & debilis, propter vitalis facultatis infirmitatem, cordis obſeſſa ſubſtantia. Cęterum paruus & frequens, ob intemperiem & cordis ardorem, quod cum nequeat ad ſui refrigerium magnum pulſum edere ob imbecillitatem, conatur id frequẽtia, quod deeſt, ſupplere. Propriũ vero, quod ad pulſum attinet, hui⁹ febris ſignũ eſt, quod vna vel duab. á ci
D bo horis pulſus ſolito maior & celerior apparet: quin & tunc calor toto ægri corpore acrior percipitur. Hic excitatæ velut flammæ impetus tamdiu perſiſtit, quamdiu alimenti in omne corpus diſtributio fit: quo ſcilicet tempore ſiccitate cordis quodammodo temperata, & appulſu humidi alimenti diluta & recreata augeſcit calor haud aliter, quam calx paulo ante ad tactum frigida euſque incaleſcit, vt effumet & ebulliat, cum aqua aſpergitur. Reliquo tempore perpetua adeſt caloris, pulſusque æqualitas, in paruitate, languore, obſcuritate, frequentia, & duritate, ſine vlla exacerbatione, vt ne quidem æger febricitare ſe putet, imo nihil habeat, de quo conqueratur, nullum dolorem perſentiſcat, quod eſt proprium febris hecticæ aliud ſignum. Cauſa eſt, quod non ſe calor prodit, vt qui corporis ſuperficiem, ſpiritus nempe & humores haud occupet, ſed velut ſepultus latitet in terreno partium ſolidarum craſſamento. Quanquam ſi diutius appoſitam manum continueris, calor tandem percipitur acrior & mordacior, aperta illi per cutem rarefactam blaodo temperatæ manus contactu, via. Itaq; ſi quando per has febres æger dolorem percipit, calorisque inæqualitate & exacerbatione febricitare ſe ſentiat, ſignum eſt hecticæ febris non ſimplicis, ſed cum putrida complicatæ, quæ eiuſmodi inuehat inæqualitatem, prout materiam putredini obnoxiam calor magis minuſve corripuerit, alias febris hectica ex ſeſe o-
E mnis eſt expers inæqualitatis, niſi aliunde aduenerit extrinſecus, vt á cibo: cęterum ſi vllo in morbo facies hippocratica, certe in febre hectica locum habet propter ſubſtantiæ triplicis colliquationem.

Signa.

Cur a paſtu hecticus calor acrior.

Cur hecticorum calor reliquo tempore ſit obſcurus.

Signum hecticæ cum putrida febre complicata.

Ad febris huius curationem attendendum diligenter, quibus fuerit affectibus implicita, quib. ex cauſis fuerit excitata. In primis ergo ſciendum, ſitne hæc febris morbus, an ſymptoma. Si n. ſit ſymptomatica, curari non poterit morbo, cuius occaſione nata fuerit, perſiſtente, vt ſi hanc excitauerit vlcus inteſtinorum dyſentericum, vel vlcus in thorace fiſtuloſum, natum occaſiooe vulneris ea in parte accepti, curationem nunquam admittet, niſi prius fiſtuloſo aut dyſenterico vlcere curatis: quod morbus ſymptomata fouerit, vt cauſa effectum. At ſi ſimplex ſit & eſſentialis hectica febris, quia eſſentiã habet in intemperie calida & ſicca poſitam, quę defixa ſit non in humoribus, ſed in partibus ſolidis, omne

Curatio.

Hectica ſymptomatica.

Hectica eſſentialis.

Aſſumēda.

Medici conſilium ad corporis nouationē, minime vero ad purgationem eſt conferendum, ſoli enim humores purgationē poſtulant, non partium ſolidarū vitia. Partes ergo ſolidæ refrigerandæ veniūt & humectandæ. A

Alimentorum medicamentorum vtilitas.

Id conſequemur intro in corpus aſſumptis & appoſitis medicamentis. Quæ res intro in corpus fœliciter aſſumi in eam rem poſſunt, ſunt alimēta medicamentoſa. Hinc enim longe certior & manifeſtior fructus, quam ex medicamentis alterantibus, id eſt, omnino refrigerantibus & humectantibus citra alendi vim vllam. Nam propter admixtam alendo idoneam portionem auidius à partibus attrahuntur & apponuntur, atque in ipſarum ſubſtantiam conuertuntur: quo fit, vt ipſas non leuiter & ſuperficietenus humectent & refrigerent, inſtar medicamentorum, quibus alterandi ſeu nouandi corporis vis ſola ineſt, ſed & penitus in intimam vſque ſubſtantiam qualitates ſuas deferant. Eiuſmodi rerum aliæ cenſu herbarum numerantur viola, portulaca, bugloſſum, endiuia, lenticula paluſtris, malua, cum præſertim venter fuerit adſtrictior. In cenſu fructuum habentur, cucurbita, cucumer, poma, pruna, vua paſſa, amygdalæ dulces, & nuclei pinei recentes. In ſeminum numero exiſtunt quatuor ſemina frigida, maiora & minora, eaque recentia ob coniunctam humiditatem, ſemina papaueris, oxyacanthæ, cydoniorum. Flores celebrantur bugloſſi, violarum, nenupharis, quibus omnibus ex rebus cum carne pulli incoctis fiunt iuſcula mane, prima coctione peracta, per octo vel nouem dies ſumenda. B

Ciborum delectus.

Quod ad cibos attinet, morbi initio, cum nondum facultates vehementius debilitatæ ſunt, imperentur cibi, qui etſi difficilis ſint concoctionis, plurimum tamen & diu nutriant: cuiuſmodi ſunt animantium extremæ partes, vt pedes vitulorum, porcellorum non ſalitorum, caro teſtudinis, quæ diu ante in hortis enutrita fuerit, quod ſit ſatis excrementitiæ ſuæ humiditati deſpumandæ: caro limacum alborum & vineaticorum, ranarum, cancrorum fluuiatilium, anguillarum puræ aquæ incolarum, & probe conditarum, oua dura cum ſucco oxalidis ſine aromatibus ſumpta, aſellorum & omnium piſcium, quorum caro, ſiccata aſſulis verberata tenereſcit. Eiuſmodi enim omnia cum ſuccum lentum & glutinoſum habeant, facile apponuntur, & agglutinantur corporis noſtri partibus, nec tam facile ab ardore febrili diſſipantur: at cum à diuturna hectica homo elanguerit, facilis coctionis cibi erunt offerendi, iique elixi potius, quam aſſi: elixa enim humectant magis, aſſa vero facilius bileſcunt.

Elixa magis humectare.

Ergo ex vſu erunt carnes vitulinæ, hœdinæ, caponum, pullorum cum herbis refrigerantibus & humectantibus incoctæ. Ex vſu quoque erunt hordeata, amygdalata, vt & panis infriatus, aqua roſacea aſperſus, & in decocto quatuor ſeminum frigidorum elixus cum ſaccharo roſato: ex eiuſmodi enim panatella refrigerium hepati & totius corporis habitui, alimentumque accedit. Valde etiam nutriunt teſticuli, alæ & iecora pullaſtrorum, itemque ficus & vuæ dameſcenæ: C

Aſſis qui vtendum in hectica.

Quod ſi tandem æger elixa faſtidire cœperit: ita vtatur aſſis, vt vſtulatam ſuperficiem vitet, interiore tantum carne veſcatur, eaque aqua roſacea ſucco citreorum, malorum aranciorum, aut granatorum temperata. Salitis & duris piſcibus abſtineat, ſaxatiles eligat propter exercitia, quæ illis, fluctibus ad rupes vexatis & alliſis ſunt obeunda. Lac aſininum recens mulctum & pauco ſale, ſaccharo, melle aut feniculo, ne in ventriculo corrumpatur aut aceſcat, conditum, vel humanum è papillis ab ęgro ſuctum valde commendatur ad ſelibram ſumptum: humanum certe ſalubrius exiſtit, quia dulcius & ſubſtantiæ noſtræ magis familiare, dummodo nutrix bene temperata, beneque habita ſit.

Humanum lac ſalubrius aſinino.

Sic enim & ad eroſiones ſtomachi, & ad vlcera pulmonum, vnde frequentius tabes contingit, valde eſt ſalubre. Aſina ad mulctram deligatur, enutrita hordeo, auena, & foliis quercus, quod ſi ventris oboriatur interim profluuium, aſtringendi vis lacti comparabitur lenta ebullitione, & extinctis in eo candentibus calculis:

Quibus ab aſinino lacte abſtinendū.

quoniam vero vſum lactis aſinini omnes naturæ ferre non poſſunt, ab eo illis erit abſtinendum, quibus ructus acidos mouet, difficultatem ſpirandi, æſtum & fluctuationem ventriculi hypochondriorumque infert & capitis dolorem. Temperet vinum æger pauca aqua lactucæ, portulacæ, & nenupharis, multa autem bugloſſi; tum quod inſigniter humectet, tum quod vim habet ſpecificam recreandi cordis, cuius ſubſtantia ſolida in hoc morbi genere grauiter affligitur: atque hactenus de introſumendis. D

Admouēda.

Quæ extrinſecus veniunt applicanda, ſunt, inunctiones, balnea, epithemata, clyſteres. Inunctiones variæ ſunt, pro varia partium, quibus applicandæ ſunt, indicatione. Totam enim ſpinam Gal. inungit rebus refrigerantibus & adſtringentibus moderate, quæ ſcilicet ſufficiant roborandis partibus & illarum colliquationi cohibendæ, minimeque intercludendæ perſpirationi; hac enim intercluſa calor acrior, ſuppreſſa fuligine redderetur. Ad hanc rem faciunt oleum roſaceum, nenupharinum, cydoniorum, mucagines gummi tragacanthæ, arabici, in aqua ſolani extractæ, pauca camphora admixta, & pauca cera, ſi res poſtulet: at contra partes thoracicæ inungi debent rebus refrigerantibus & relaxantibus: refrigerantes res intelligo, quæ moderate refrigerent, *eſt enim frigidum thoraci inimicum*. Adſtringentes vero res muſculorum thoracis motum præpedirent & diſpnoeam inferrent.

Cautio in delectu oleorum.

Eiuſmodi inunctiones fiunt ex oleo violaceo, de ſalice, de ſemine lactucæ, papaueris, de nenuphare, admixto oleo amygdalarum dulcium, ad temperandam ex frigiditate adſtrictionem, quam habere poſſent. Cauendum vero in primis, ne Pharmacopola per auaritiam loco eiuſmodi oleorum recentium vetera ſupponat, rancida & ſalita, ſic enim pro refrigeratione calorem parti inferremus: quandoquidem vinum, mel & oleum ætate caloris acrimoniam acquirunt: in oleorum conuenientium inopia, butyrum diligenter lotum in aquis violarum & ſolani vſurpabimus. E

Eiuſmodi inunctionum vſus eſt refrigerare, humectare & conſolari partes, quibus adhibentur, adhiberi vero mane & veſperi debent præſertim à balneo.

Balneorum differentia.

Quod ad balnea ſpectat, ea præſcribimus vel ad humectandū tantum, tumq; aqua tepida, ſimplex ſufficiet, incoctis vna violarū & nenupharis floribus, foliis ſalicis & hordeo mundato: vel ad non modo humectādum, ſed inſuper ad relaxandas partes ſiccitate & ariditate hectica prętentas, conciliandumq;

vna

A vtra illis lætiorem quendam & pinguiorem habitum: tumque balneo admiſceri poteſt decoctum capitis & interaneorum vervecinorum cum butyro. Non debebit vero in labrum demitti æger ieiunus, ſed peracta prima ventriculi concoctione, vt ſic balnei tepore in omnem corporis habitum alimentum attrahatur, qui contra tabidus balneum ingredietur vacuo ſtomacho, balnei calore maiorem patietur triplicis ſubſtantiæ diſſipationem, quam eius vires ferre poſſint. Ergo ſic præparare corpora decet, priuſquam ea in balneum demergas. Pridie mane iniicietur clyſter emolliens, ad extrahendas fæces, quæ ſiccitate hectica in inteſtinis induratæ reſtitant: dehinc ſub horam nonam prandeat cibos ſolidos: cœnet ſub quartam paulo parcius, & cibos coctu faciles. Paulo poſt mediam noctem, vel pulli decoctum, vel hordeatum ſorbeat, vel oua duo ſorbilia pauca aqua roſacea & ſaccharo roſato, ſalis loco aſperſa, condita. Quatuor inde vel quinque exactis horis in balneum deſcendat, his, quæ prædixi, obſeruatis. Egreſſus è balneo detergeatur, friceturque molliter mollibus linteis: inde vngatur illo, quo ante expoſui, modo: hinc, ſi fieri poſſit, duas vel tres horas in lecto dormiat. Experrectus priſanam, vel eiuſdem ſpeciei cibum ſumat, deinde repetat balneum modo prædicto. Erit hoc balneum ſingulis decem diebus vſurpandum per triduum: quod ſi ventriculi cruditatibus ſit æger obnoxius, ſic vt balneum

Cur tabidi deſcendere in balneum haud debeant ieiuni.

Corporum ad balnea præparatio.

B ferre nequeat ſine metu ſyncopes & eiuſmodi ſymptomatum, erit illi corroborandus ventriculus oleo cydoniorum, abſynthino, & maſtichino, vel panis roſti cruſta vino generoſo & odorifero macerata, aſperſaque pulueribus roſarum ſantalorum, caryophyllorum, ipſi ſtomacho impoſita aut à tergo ad decimamtertiam dorſi vertebram, quo loco docet anatomia, orificium ventriculi ſubeſſe. Epithemata hepati & cordi erunt apponenda, ad earum partium acriorem calorem temperandum, & ſiccitatem immoderatam moderata humiditate corrigendam. Parabuntur vero illa ex rebus refrigerantibus & humectantibus, præſertim tamen humectantibus: nam maior frigiditas humiditati in ſubiectum viſcus penetraturæ viam præcluderet. Huc ſpectant aquæ bugloſſi & violatum vſque ad quartarium vnum cum tantillo vini albi. Quod vero paratur ex hordei mundati, ſeminis cucurbitæ, peponum, aut cucumeris ſingulorum in ſingula decocta dragmis tribus, admixto forti agitatione oleo violaceo, vel amygdalarum dulcium, omnibus epithematis refrigerandi & humectandi virtute excellit. In eiuſmodi epithemata immerguntur panni, & inſuccati parti imponuntur, ſæpiuſque ſubinde, vbi partis contactu incaluerunt, mutantur. Et quia in hecticis ob coctricis facultatis imbecillitatem multa excrementa colligi, & in inteſtinis ob ſiccitatem cunctari ſolent, vtile erit toto morbi decurſu frequenti vti clyſtere

Roborantia ventriculũ.

Epithemata

C parato ex herbarum, florum, & ſeminum refrigerantium & humectantium decocto, in quo diſſoluetur caſſia cum ſaccharo & oleo violaceo, vel nenupharino. Sed tamen quia in febrem hecticam confirmatam ſæpe alui incidunt profluuia valde pernicioſa, quæ indicio ſunt facultatum omnium corporis vniuerſi collabentium, & colliquationis ſubſtantiæ corporeæ, illis occurrendum erit remedijs refrigerantibus & adſtringentibus, craſſioris ſucci alimentis, vt oryza, cicere, & appoſitis adſtringentibus, roborantibuſque, aqua decoctionis auenæ vel hordei toſti in potu vſurpata. In quiete & ſomno quam maxime fieri poterit æger contineatur, ſi præſertim puer ſit. Nam & pueros ab iracundia, vel metu graui & diuturno, aut feruidiore nutricis lacte, inſolatione, vini vſu, & ſimilium cauſarum incurſu hoc genus febris ſæpe inuadit: continendi erunt in aere calido & humido, nutrix alia deligenda, inungendi violaceo: denique contrariorum remediorum vis cauſarum morbificarum incurſui erit opponenda.

Alui profluuium hecticæ febri ſuperueniens quid indicet. Pueri tabidi quo curandi.

De Epigaſtrii & ventris totius inferioris vulneribus. CAP. XXXIII.

D VEntris inferioris vulnerum alia antica ſunt alia poſtica; alia ſuperficiem modo attingunt, alia intro penetrant; alia totum corpus tranſuerberant, ſic vt ſæpe etiam ferrum in eo relinquant; alia ſine contentarum partium læſione contingunt, alia contentas partes, iecur, lienem, ventriculum, inteſtina, renes, vterum, veſicam, vreteres, magna vaſa grauiter offendunt, adeo, vt non raro etiam omenti portio inſignis foras excidat. Vulneratum iecur intelligimus, cum ſanguinis magna copia per vulnus effunditur, cum dolor pungens ad xiphoidem vſque cartilaginem protenditur, cui adhæret hepar. Sæpe fomitu mera bilis excluditur, & pronus in ventrem decubitus facilior & gratior eſt. Ventriculo vel tenuium inteſtinorum aliquo vulneratis, cibus potuſque per vulnus erumpunt, ilia intumeſcunt & indurantur, ſingultus ægrum exercet, ſæpe & bilis meræ vomitus adeſt, ſæuus doloris cruciatus ventrem, aluumque torquet, frigidæ ſudatiunculæ obrepunt, extrema refrigerantur. Si craſſorum inteſtinorum aliquod læſum extiterit, fœces per vulnus exeunt. Liene vulnerato, ſanguis emanat craſſus & niger, ægrum ſitis premit, reliquaque ſigna adſunt, quæ iecore vulnerato adeſſe diximus. Renibus vulneratis meiendi difficultas ægrum habet, cum vrina ſanguis excernitur, dolorque ad inguina, & veſicæ, ac teſtium regiones protenditur. Veſica aut vreteribus vulneratis dolor ilia habet, pectinis tenſio adeſt, pro vrina ſanguis meiendo redditur vel certe vrina valde cruenta eſt, quæ ipſa non

Differentiæ.

Hepatis vulnerati ſigna

Ventriculi & tenuium inteſtinorũ vulneratorum ſigna.

Craſſorum inteſtinorũ vulneratorum ſigna.

Renum vulneratorum ſigna.

E raro etiam per vulnus prodit. Vtero vulnerato ſanguis per pudenda erumpit, atque ſimilia, quæ veſica vulnerata exercent ſymptomata.

Veſica vulneratæ ſigna

Vteri vulnerati ſigna.

Iecoris vulnera lethalia ſunt: eſt enim hæc pars ſanguinis officina, quare ad vitam neceſſaria: adde quod per hepatis vulnera Venę portę vel Cauæ rami exſcindũtur, vnde ingens ſanguinis non modo intro, ſed & foris profluuium, adeoq; ſpirituum & virium diſſipatio: Sanguis vero, qui intro in viſcera effuſus eſt, putreſcit vel corrumpitur: vnde dolor, febris, inflammatio, ac tandẽ mors. Scribit tamen Paulus Ægineta, hepatis lobum reſcindi poſſe ſine mortis neceſſaria conſecutione. Ventriculi etiam, gracilium inteſtinorum ac præcipue ieiuni, vulnera lethalia exiſtunt: nam in ieiunum multa vaſa pertinẽt, ſubſtantia vero admodum tenuis & neruoſa eſt, & præterea biliosũ humorem á cyſti fellea excipit.

Prognoſtica.

Lib. 6. ca. 88.

A Sic lienis, renum, vreterum, veſicæ, vteri, & cyſtis felleæ vulnera fere lethalia, ſemper vero mala exiſtunt, quod eiuſmodi partium actiones ſint ad vitam neceſſariæ, quin & multæ ex his exangues ſunt & neruoſæ: aliæ totius corporis excrementa humida excipiunt, & in intimo latent corpore, vt remedia non facile admittant. Quinimo omnia, quæ in ventrium capacitates penetrant, vulnera, valde periculoſa cenſentur, etſi contenta viſcera non attingant: aer enim ambiens cruduſque in viſcera ſubiens, ipſis eius contactum nunquam expertis, inſigniter nocet: adde & ſpirituum diſſipationem, quæ vires maxime exoluit. Sed nec eiuſmodi vlcerum ſordes ex Medici voto elui poſſunt, quo fit, vt non raro in fiſtulas degenerent: quemadmodum in Thoracicis vulneribus diximus, tandemque collectione materiæ mortem inferant. *Hiſtoria.* Multos tamen curaui, qui ex vulneribus medium corpus tranſuerberantibus, Dei beneficio conualuerunt. Teſtem proferre poſſum Legati Portulagenſis diſpenſatorem, quem ego Meloduni curaui ex vulnere enſe inflicto, & totum corpus ſic transfodiente, vt vulneratis inteſtinis magna fæcum copia dum curaretur, per vulnus erumperet, conualuit tamen. *Hiſtoria.* Non ita pridem Ægidio le Maiſtre nobili Luteriano enſe medium corpus transfixum fuerat, ſic vt per multos dies ſanguis multus ei per os & anum manaret, ex quo erat intelligere, vulnerata eſſe inteſtina, & tamen intra viginti dies ſanatus eſt. B

De Ventris inferioris vulnerum curatione. Cap. XXXIV.

IN his curandis vulneribus prima cogitatio eſſe debet, penetrentne in capacitatem vulnera: nam quæ peritonæum non excedunt, vulnerum ſimplicium inſtar, quę ſolam vnionem poſtulant, curabuntur. *Cura inteſtini vulnerati.* At quæ in capacitatem ſubeunt, alia via curanda ſunt. Nam ſæpe per illa omentum vel inteſtina aut vtraque excidunt. Inteſtiuum vulneratum ſutura pellionum ſui debet, vt ante admonuimus, ſuperque dehinc affundendus puluiſculus ex maſtiche, myrrha, aloe, & bolo. Conſutum non affatim, non ſimul & ſemel vno impetu, ſed ſenſim in ſuum locum reſtitui debet, in oppoſitum vulneri latus decumbente ægro, Nam verbi gratia, dextra inteſtinorum parte vulnerata & per vulnus procidente in ſiniſtrum latus ad faciliorem lapſi inteſtini repoſitionem erit ægro decumbendum, & contra: ſi inteſtinorum pars inferna vulnerata, per vulnus elabatur, depreſſo iacebit capite, altius excitatis ſubmiſſo puluinarinatibus: ſi ſuperna, decubitus contrarius eſt deligendus, vt inteſtina eiuſmodi ſitu deorſum ruentia, locum cedant his, quæ per vulnus elapſa ſunt, reſtituendis. *Ad flatuoſum inteſtinorum tumorem curatio.* Sæpe vero in hoc caſu ab aere ambiente frigus paſſa inteſtina intumeſcunt, & flatibus diſtenduntur, quos, antequam inteſtinorum reſtitutio- C nem tentes, diſcutere oportebit fotu ex decocto chamemeli, meliloti, aniſi & fœniculi cum ſpongia admoto, vel veſica concluſo: vel pullis gallinaceis, catuliſve viuis medium corpus ſectis, & tumori impoſitis: ſic enim non modo flatus diſcutiuntur, ſed & parti afflictæ ſolatium adfertur. Quod ſi ne ſic quidem diſcuti inflatio queat, dilatandum erit vulnus, quo liberior ſit inteſtinis in ſuum locum regreſſus. Si omentum exciderit, quam citiſſime reponi debet, eſt enim putredini valde obnoxium, quod adeps, quo multo conſtat, aeri expoſitis facile inſiti caloris, quem exiguum & debilem habet extinctionem ferat, vnde necroſis. *Ad omentū per vulnus elapſum. Aph. 58. ſect. 6.* Hinc illud Hippocratis; *Si omentum excidat, neceſſario putreſcit*: putruerit autem necne, intelliget Chirurgus ex liuore, nigredine, & ea, quæ contactu percipitur, frigiditate: nec vero cum putruerit ſtatim reſtituendum ſuo loco, ſic enim putredinis contagium in reliquas partes ſerperet: ſed quicquid computruit, torto funiculo comprehendet & ligabit, indeque reſcindet, reliquum natiuæ ſedi reſtituet. Vtile vero eſt poſt eam exciſionem filum adhuc pendulum relinquere, vt ſic liceat foras reuocare & extrahere, quidquid filo arctius conſtrictum excidere in alui capacitatem poſſet. Nonnulli ſatius eſſe putant, Omentum ſic funiculo conſtrictum foras pendulum eſſe ſinere, donec quæ eius computruit portio per ſe excidat, ac non ferro reſcindere. Sed longe falluntur, ſic enim pendulum nec inteſtinis incubans diuulſionem facit, vnde ſæui in alno torminum cruciatus. Inteſtino, omentoque D repoſitis, ſi vulnus magnum & effatu dignum fuerit, Gaſtrotaphia ſui debet. *Gaſtrotaphia.* Fit vero ſuturæ id genus hoc modo. Acus quia primum parte tranſmittetur, ſolum peritonæum comprehendere debet: oppoſita deinde parte, ſeu aduerſo illi vulneris labro ſolam carnem prætérito peritonæo, ſicque deinceps alterius nunc foris intro, nunc intus foras acu tranſmiſſa, modo ſolam carnem muſculoſam cum ſupertenſa cute comprehendes, modo ſolum peritonæum tranſmittes, quoad totum vulnus ſimiliter conſueris. Qui ſecus facit, hoc ſubibit damnum, quod cum peritonæos tunica ex ſe ſit exanguis, diuiſa vulnerataque, cohæreſcere ipſa per ſe ſibique adiungi nequit: itaq; carnis interuentum efflagitat: alias niſi ſic ſibi vnita carnis intertextæ beneficio fuerit, poſt cicatrice obductum parte externa vulnus, tumor reſtabit incurabilis. *Lib. 6. meth. cap. 4.* Cæterum quod ante ex Galeni mente diximus, totum vulnus ſimiliter eſſe conſuendum, non eſt ſic accipiendum, quaſi ad extremum vſque ſutura ſit perſequendum vulnus: nam in decliuiori vulneris parte, exiguum quoddam orificium relinquendum eſt, per quod ſaniei ſit exitus, ſanie omni deterſa & exhauſta, tum demum cicatrix vulneri toti inducetur. Vulnera vero, quæ in hepatis, lienis, ventriculi, & aliorum viſcerum ſubſtantiam penetrabunt, haud tanquam deplorata, remediis deſerta eſſe patietur Chirurgus, imo in ipſis ſedulo curandis, nec labori, nec induſtriæ parcet. *Dubia enim ſpes certa deſperatione eſt potior*: Veſica, vtero & recto inteſtino vulneratis iniectiones detergentes & agglu- E tinantes propriis affundentur ductibus. De vulneribus adipis nihil adhuc apud quemquam ſcriptorem legi: omnes enim eorum curandorum methodum ad muſculorum vulnera relegant. *Vulnerati adipis curatio.* Id tamen obiter dicam, adipis vulnera quantumlibet profunda, modo ſimplicia exiſtant, nullo immiſſo peniculo, ſed ſolo balſamo noſtro inſtillato, indeq; emplaſtro de gratia Dei, aut alio ſimili impoſito curanda eſſe, ſic enim breui ſaneſcunt.

A. *De Bubonum, Penis, & Teſtium vulneribus.* CAP. XXXV.

CVm Bubones, vicinæque partes vulnus acceperint, attendendum inprimis eſt, num intro penetret: & ſi penetret, ad quas demum internas partes peruenerit, veſicam ne, vterum, inteſtinum rectum: hæ enim partes adeo ſunt in vicino poſitæ, vt non raro eodem ſimul ictu vulnerentur.

Quod vero ad teſtium & partium genitalium vulnera, quia conſeruandæ ſpeciei per generationẽ ſeu indiuiduorum ſucceſſionem, & ad res domeſticas concordi pace ligandas inſtrumenta hæc ſunt neceſſaria, circa illorum conſeruationem diligentem atque attentum valde eſſe Chirurgum decet. Itaque ſi quando vulnerentur, iis, quas ante diximus, artibus curabuntur, variatis pro vulneris temporibus, & apparentibus, ſuperuenientibusque ſymptomatis remediis, nam ſigillatim omnia perſequi immenſi eſſet laboris.

Ad genitalium vulnera curanda tur attentũ chirurgum eſſe oporteat

De Femorum & Crurum vulneribus. CAP. XXXVI.

VVlnera, quæ interna in femorum parte infliguntur, repentinæ ſæpe mortis cauſas attulere, ſi ad ſapheiam venam, aut magnam arteriam, neruosque eiuſmodi vaſorum comites perueniant. At cum
B ſimplicia ſunt, nihil eſt, quod curationis ordinem peruertat. Cæterum de decubitu in lecto ſtudioſum ægrum eſſe decet. Eſt enim verum id Italis vernaculum prouerbium, *La mano al petto, la gamma al letto.* Cum vero altius in ſubſtantiam partis penetrant, grauia ſymptomata horrendaque inferunt, vt inflãmationem, abſceſſum, quo tanta ſæpe puris erumpit copia, vt in atrophiam & tabem æger incurrat. Quare vulnera vlceraue eiuſmodi attentum & induſtrium poſtulant Chirurgum, qui inciſiones corruptis partibus, obductiſque intrinſecus ſinuoſos callis, neceſſarias opportune moliatur. Poplitis tendines, alioſve aliarum artium ſimiles, quidam Chirurgi aliquando auſi ſunt cum penitus ſecti eſſent, extremis admotis, conſuere ad vnionem. Id tamen ego tentare nunquam ſum auſus, doloris, conuulſionis, & ſimilium horrendorum ſymptomatum metu. Quod ad craſſi illius tendinis, qui in cruris ſura ex tribus muſculorum concurſu conflatur, atque ad calcem pertingit, vulnera, animaduerti, illum enſe reſectum, vulnera relinquere diuturnæ & difficilis conſolidationis, quin etiam cicatrice tandem obducta, cum primum è lecto ſurgens in viam ſe daret æger & incedere conaretur, recrudeſcere illa, iterumque dehiſcere. Quare in eiuſmodi vulneribus caueat æger, ne ante progredi incipiat, aut crure afflicto ad incedendum vti, quam cicatrix inducta perfectiſſime occalluerit & obduruerit. Itaque quo res
C ægri tutiore ſint loco, omnino neceſſarium eſſe puto, vt diu etiam poſt cicatricem inductam nitatur ad incedendum fulcimentis ſubalaribus.

Cur femorum interna vulnera lethalia.

Tendinis extrema ſura operoſa conſolidatio

De Neruorum & partium neruoſarum vulneribus. CAP. XXXVII.

PArtium neruoſarum continuitas, externarum rerum violento incurſu, multis modis ſoluitur. Contundentium nempe, collidentium, & atterentium, vt lapidis, teli, fuſtis, mallei, haſtæ, glandis tormentariæ, & tragulæ ictu, craſſiorum dentium morſu: aut pungentium, vt acus, ſtyli, ſcalpelli, ſagittæ ariſtæ mucrone: aut feræ, vt Draconis marini punctura. Vel incidentium, vt enſis & gladii acie: aut diſtendentium, quæ rapida contentione neruoſa corpora dilacerant. Hinc igitur fit, vt eiuſmodi vulnerum alia ſimplicia ſint, alia compoſita, & ex compoſitis alia aliis compoſitiora. Nam ex his quædam ſunt ſuperficiaria, & breuia, alia profunda & oblonga: alia per neruoſi corporis longitudinem extenduntur, alia per latitudinem diffunduntur, alia partem omnino reſcindunt, alia eius modo portionem exſecant. Eiuſmodi vulneribus, quæ ſuperueniunt ſymptomata, ſunt, dolor vehemens, fluxio, inflammatio, abſceſſus, febris, delirium, ſyncope, conuulſio, gangræna, ſphacelus, à quo ſæpe mors, propter eam, quæ toti neruoſo generi cum cerebro intercedit, ſympathiam. Inter omnia partium neruoſarum
D vulnera, nullum eſt formidabilius, punctura, nullum, quod ſæuiora & magis pernicialia inducat ſymptomata. Nam cum anguſtum ſit vulnus eiuſmodi, vix ſubituris medicamentis, vix exituris materiebus ſanioſis eſt peruium: Sanioſa autem materia longiore mora virulentiam acquirit, qua imbuta neruoſa corpora ac turgida dolent, inflammantur, conuelluntur, aliaque infinita ſubeunt ſymptomata. Ab illis periculoſa maxime ea exiſtunt vulnera, quibus niſi ex dimidio ſecta ſunt neruoſa & membranoſa corpora: Quæ enim continua manet portio, ſui versus principium contractione, ingentem dolorem & conuulſionem per ſympathiam inducit. Eius rei veritas ex capitis vulneribus apparet, cum pericranium ex dimidio ſectum eſt, vel cum inciditur affigendæ terebræ cauſa. Nam dum ſcinditur, longe maiorem dolorem inducit, quam vbi ſectio perfecta eſt. Quare tutius eſt totum neruoſum corpus penitus eſſe reſciſſum: ex inde enim ſupernis partibus nihil communicat aut conſentit, nec ipſi ſeſe contrahenti quicquam obnititur, aut reluctatur. Contrarietas autem illa, & quaſi pugna doloris cauſa exiſtit: aliud tamen ex vulnere emergit damnum, pars, in quam reſectus omnino neruus inſeritur, actione ſua exinde orbatur.

Differentia petita a reb. vulnerantibus.

Symptomata.

Punctura nerui cur lethifera.

De vulnerum partium neruoſarum curatione. CAP. XXXVIII.

E VEtus veterum Medicorum doctrina eſt, vt neruoſarum partium vulnera non (quod tamen poſcit generalis & prima indicatio à continui ſolutione duci ſolita) ſtatim agglutinentur, ſed potius, ſi præſertim anguſtiora ſint, vt punctutæ dilatentur, eius, quod ſuperinductum eſt, inciſione, atq; diu cõtineantur, quo ſit liber exitus ſaniei & ingreſſus medicamento. Quanquam ego in multis eiuſmodi doctrinã non ſum ſecutus, imo id potius, quod communis illa dictitat indicatio. Recẽs eſt adhuc domini Galli, in Pontificia iuriſdictione Procuratoris, in vico, quo itur ad baſilicã D. Mariæ commorantis memoria.

Vulnus partium neruoſarum contra indicare generali vulnerum curationi.

Hiſtoria.

moria. Is dum quoſdam papyraceos codicillos colligeret & conſtringeret, latente in ipſis cultro pennatio manum ſibi transfixit. Recens item memoria vicini cuiuſdam mei, qui carnis bubulæ congelatum fruſtum impalaturus, veru mediam ſibi manum transfodit: atqui ego ſuum vtrique vulnus ſtatim agglutinaui, inſtillato in primo ſtatim apparatu balſamo meo calente ſine periculo, circumpoſito præterea repellente & adſtringente medicamento, hacq; arte breui vterq; ſanatus eſt, nullo ſuperueniente ſymptomate. Nolim tamen tyronem Chirurgum hanc aleam ſubire: prius multo vſu exercitatum eſſe decet, in hominum temperaturis habitibusq; dignoſcendis: non enim illa curandi ratio fœliciter ſuccederet in corpore plethorico, cacochymo, vel ſenſu exquiſitiſſimo prædito. Itaque in tali caſu tutius erit hanc, quam mox dicturus ſum, artem ſequi. Nec vero ſolum ab aliis, ſed etiam à ſeipſis differunt in curandi ratione neruorum vulnera. Etſi enim medicamenta omnia, quæ ex alto trahunt & conſumunt ſanioſos humores, neruorum vulneribus vtilia cenſeantur, quæ tamen puncturis, quæ haud penitus recluſis, & nequaquam nudis neruis adhibentur, longe validiora, acutiora & magis ſiccantia eſſe debent, ſic tamen, vt ſine morſu ſint, quo altius ſubeuntia ſaniem allicere & euocare poſſint, aut etiam conſumere & diſcutere, quæ vel neruis circumpoſita eſt, vel ipſorum ſubſtantiam irrigat. Contra cum carne & circumpoſitis particulis denudati ſunt, mitioribus medicamentis, quæ modo ſiccent, opus eſt. **B** Eiuſmodi omnium medicamentorum neruis quomodocunque punctis ſalubrium copiam hinc potes nanciſci.

Neruorum vulneribus idonea medicamenta.

℞. terebinth. venet. & olei veteris, an. ℥ j. *aquæ vitæ parum.* Vel.

℞. olei terebinth. ℥ j. *aquæ vitæ* ʒ j. *euphorb.* ʒ ß. Vel.

℞. radices draconteæ, bryoniæ, valerianæ & gentianæ exſiccatas, & in puluerem redactas, miſce cum decocto centaurii aut oleo, aut axungia veteri: inſtilletur inde in vulnus calide, quod ſufficit: vel *galbano, reſinæ puri, opopanaci in aqua vitæ & aceto acerrimo liquatis, admiſce axungiam porci, anſeris, gallinæ, capi, vrſi, oleum vetus, oleum liliorum,* & ſimilia. Vel,

℞. oleor. hypericonis, ſampſuchi. & de euphorbio an. ℥ j. *ſulphuris viui ſubtiliter puluerati* ℥ ß. *gummi ammoniaci, bdellii, an.* ʒ ij. *aceti boni* ℥ ij. *vermium terreſtrium præparatorum* ℥ j. *bulliant omnia ſimul ad conſumptionem aceti,* inſtilletur in vulnus quantum ſufficit, inde admoueatur ſequens ceratum, cui vis ineſt ex alto trahendi.

℞. olei ſupraſcripti ℥ j. *terebinthinæ venet.* ℥ ß. *diachylonis albi cum gummis,* ʒ x. *ammoniac. bdellii in aceto diſſolutorum: an.* ʒ ij. *reſin. pini, gummi elemii, picis naualis an.* ʒ v. *ceræ quod ſufficit, fiat ceratum ſatis molle;* nunc **C** his, nunc illis remediis in punctura neruorum, cum delectu & iudicio varie vtendum, pro ipſorum conditione, more, altitudine, atque læſorum corporum temperamento & habitu. Quodſi præſidiis eiuſmodi non miteſcat dolor, ſed exacerbetur potius, cum partis affectæ inflammatione, labrorum vulneris tumore, & ſeroſæ, tenuis atque virulentæ ſaniei exudatione, oleum feruens affundendum eſt, eoque imbuto linteo ſpatulæ extremo alligato ter aut quater contingenda non modo vulneris ſuperficies, ſed & imum eius fundum. Hoc enim tanquam cauterio inuſtis, neruo, tendine aut membrana ſenſus, adimitur, proindeq; dolor lenatur: ſic in acutiſſimis dentium carie perforatorum, dolorib. certiſſimum anodynum eſt, ferri candentis ad radicum ima depreſſio, vel olei de vitriolo ſeu calchanto, vel aquæ vitæ affuſio ex bombace: exuſto enim, qui in radicem inſeritur, neruo, ſenſus, vnaq; doloris ſenſus tollitur. Sic etiam malignis exedentibus, arrodentibus phagædenicis atq; obambulantibus vlceribus, quæ ſemper ingens comitatur dolor, admoto eſcharotico, vt aluminis aut mercurii puluere, vel ægyptiaco viribus aucto, dolor ceſſat. Ad hanc praxim ſuperiorumque remediorum vſum quo ſit inſtructior tyro Chirurgus, viſum eſt ſequentem hiſtoriam propter recentem adhuc rei geſtæ, & laudatiſſimi principis iucundam mihi memoriam attexere. **D**

Quæ neruorum vulnera inuranda.

Anodynum certum ad dentium dolores.

Eſcharotica ſerpentibus vlceribus cur apprimenda.

Hiſtoria celebris.

Carolo nono Gallorum Regi febricitanti, ſanguinis detractio de domini Capellani & Caſtellani Medicorum regiorum ſententia, præſcripta eſt, ad quam celebrandam vocatus eſt Chirurgus eius operis gloria famatiſſimus: ſed is cum forte fortuna neruum pro vena pupugiſſet, exclamauit Rex, dolorem ſe eo loci ingentem percipere. Tum ego edixi, vt extemplo vincula ſoluerentur, alias breui in altum tumorem actum iri brachium: Sed cum id ſegnius fieret, ecce tumor inuaſit brachium, cum contractione tanta, vt flectendi aut exporrigendi non eſſet libertas, dolor vero ſæuus non punctam modo particulam, ſed & totum membrum habebat. Ego vero pro tempore & re nata, ſtatim vulneri emplaſtrum ex baſilicone, quod ipſius agglutinationem remoraretur, impoſui: hincque toti brachio diplomata lintea oxycrato imbuta, inſuper inducta faſcia expulſiua, quæ à carpo initio ducto in ſummum humeri articulum deſinens, ſanguinem, ſpiritusq; fluxionis & inflammationis metu compelleret. His factis ſeceſſimus, prouiſuri, quid facto eſſet opus, tum ad dolorem ſedandum, tum ad reliqua ſymptomata auertenda, quæ neruis punctis ſuperuenire ſolent. Rogatus, ſententiam dixi, meo iudicio melius nihil fieri poſſe, quam ſi illico oleum de terebinthina calens cum aqua vitæ in vulnus affunderetur. Toti vero brachio emplaſtrum diachalciteos in aceto & oleo roſaceo diſſolutum induceretur, obuoluta **E** inſuper faſcia, cuius iam meminimus, expulſiua. Oleo enim & aquæ vitæ vim ineſſe, in vulneris fundum penetrandi, ſeroſique humoris ac virulenti, qui ex nerui puncti ſubſtantia exudabat, exhauriendi & reſiccãdi: doloris præterea ſedandi, calore illo, qui ipſis actu inerat: Emplaſtro vero diachalciteos facultatem adeſſe eius, qui iam in brachium influxiſſet, humoris reſoluendi, & noui aduenæ aditu & influxu prohibendi. Faſciam eiuſmodi eſſe, quæ roborandis moderata conſtrictione muſculis, exprimendisque & repellendis in partes ſupernas, qui iam influxerant, humoribus, his vero, qui influxuri erant aditu & ingreſſu arcendis ſufficeret. Probato à Medicis verbo & opere, conſilio, dolor mitior factus eſt. Reſtabat in parte humor, cui reſoluendo & deſiccando adhibitum eſt ſequens remedium.

℞. ſar.

A ℞. *far. hord. & orobi an. ℥ ij. flor. chamom. & melilot. an. p. ij. butyr. recentis ſine ſale ℥ j. ß. lixiuii barbitonſoris, quod ſufficit, fiat cataplaſma ad formam pultis.* His remediis generoſiſſimus Rex tandem poſt trimeſtre ſpatium ſanatus eſt, ſic vt vitiatæ actionis in parte læſa veſtigia nulla ſupereſſent. At ſi quando doloris tanta fuerit contumacia, vt ne ſic quidem miteſcat, imo etiam conuulſionis impendentis metus adſit, ſatius erit ſeu neruum ſeu tendinem, ſeu membranam penitus reſcindere, quam lethiferæ conuulſionis periculo ægrum exponere: ſic quidem parti actio propria deperit, ac toti corpori vita conſeruatur: ita enim & communi conſilio ſtatueramus, ſi qui Regem affligebat dolor præſcriptis remediis non cederet, vel oleum feruens affundere, vel neruum ipſum in totum reſcindere. Nomarchæ enim Cortinæ, in ſanctæ Crucis vico commorantis, recens ad huc & triſtis memoria verſabatur ante oculos, quæ ex maleſecta vena in brachii gangrænam ſphacelumque incidit, vnde tandem è vita exceſſit, quod ſuprascriptis auxiliis illi prouiſum non eſſet. Abſtinendum tamen à validioribus illis remediis, quando puncturs neruus nudus extiterit: hinc enim doloris incrementum & grauiorum ſymptomatum acceſſio fieret. Quare, vt ante admonui, mitiora erunt admouenda, quæ humorem ſeroſum delectare poſſint citra morſum, quorum hic refricare memoriam propoſitis exemplis non pigebit.

Cataplaſma diſcutiens & deſiccans.

Hiſtoria.

B ℞. *terebint. venet. in aqua roſ. lota. ℥ ij. boli armen. ſubtiliter puluериſati, ℥ ij. incorporentur ſimul.* In hoc etiam caſu excellit balſamum noſtrum, & quod ſequitur Vigonii.

Balſamum anodynum & ſacromicum.

℞. *olei roſar. omphacini. ℥ j. ß olei de terebinth. ℥ iij. ſucci plantag. ℥ ß ſemin. hypericonis aliquantulum contriti. m. ß. tuthiæ præparata ℥ iij. calcis decies lota cum aqua plantagin. ℥ ij. antimonii. ℥ j. ſepi hircini & vitulini, an. ℥ v. vermium terreſtrium cum vino lotorum ℥ j. ß. bulliant omnia ſimul, dempta tuthia in cyatho decoctionis hordei ad conſumptionem aquæ & vini, colentur, rurſumque, igni admoueantur, addendo tuthiam, & fiat linimentum cum cera alba. & ℥ ß. croci.* Hoc linimentum dolorem demulcet, nudatiſque neruis carnem inducit. Hæc punctorum neruorum curatio, cum delectu & iudicio partium ſeruata proportione, ad tendines membranaſque compunctas transferri poteſt. Generale vero & commune omnibus erit, vt neruoſa omnia corpora, quacunque ratione affligantur, conſoleris litu ex oleis calidis, cuiuſmodi eſt laurinum, liliaceum, de vermibus, de ſaluia, aliove ſimili remedio admoto, ipſorum originibus & aditibus inſignioribus, vt origini ſpinalis medullæ, alis & inguinibus. Nec vero prætereundum huc loco arbitror eſſe affectum, qui in craſſum illum calcis tendinem, de quo ante diximus, cadere ſolet. Is enim leui ſæpe occaſione, vt leuiculo ſaltu, incerti & vacillantis pedis ingreſſu aſcenſu in equum vel fruſtrato vel rapi-
C diore, dilaniatur & dilaceratur, ſine iniuriæ vel ſolutionis continui vllo in ſupertexta cute iudicio. Cum is caſus contingit, ſtrepitus tanquam verberati flagello aeris exauditur, ſupra calcem, qua parte dilaceratus eſt tendo, depreſſa cauitas tactu percipitur, dolor in parte ingens diuexat, incedendi facultas adimitur. Sanatur id malum longa in lecto mora & quiete, repellentibus per morbi initia admotis parti affectæ, metu grauiorum ſymptomatum. Hinc emplaſtro nigro vel diachalciteos, vel alio ſimili, prout poſcet neceſſitas: nec tamen hunc certam ſalutem, vel ſanitatem perfectam nobis, vel ægris polliceri debemus. Contra ab initio morbi prædicendum, nunquam futurum, quin mali reliquiæ ſuperſint, nempe depreſſio partis affectæ, & actionis inceſſuſque deprauatio: non enim tendinis illius rupti vel laxati propter craſſitiem & contumaciam extrema facile ſibi adiungi, aut adiuncta vniri poſſunt.

Generalis regula ad omnia vulnera omnium neruoſarum partium.

Signa.

Curatio.

De vulneribus Articulorum. CAP. XXXIX.

QVia Articulorum vulnera proprium aliquid habent & peculiare, ſupra communem vulnerũ neruorum naturam, propterea particularis tractatus de ipſis ſunt inſtituendus. Sunt vero hæc ſemper periculoſa: vt plurimum vero lethalia, propter apoueuroſes & tendines membraneos, quibus vinciun-
D tur & cinguntur, quibuſque nerui inſeruntur: quo fit, vt eiuſmodi partium exquiſitus ſenſus maligna ſymptomata facile inuehat, præſertim vero ſi vulnus internam, & vt loquuntur, domeſticam ipſorum partem occupet, vt alas, flexum cubiti, carpum interiorem, & poplitem, propter inſignes eo loco venas, arterias & neruos, quorum omnium ſoluta continuitas hæmorrhagiam, dolorem acutum, & alia maligna accidentia inuehit: quorum ſingulis pro cuiuſque natura & conditione eſt occurrendum, vt hæmorrhagiæ his, quæ ſanguinem ſiſtunt, dolori anodynis. Si vulnere facta diuiſio fuerit inſignis, futura diſtractæ partes ſibi admoueantur, relicto in parte decliuiore orificio, per quod ſaniei ſit effluxus. Huic ſequens ſuturæ affundatur puluiſculus á Vigonio præſcriptus.

Cur maligna ſunt articulorum vulnera.

Curatio.

℞. *thur. ſanguin. dr. tron. bol. armen. & terra ſigillata an. ℥ ij. aloes, maſtich. an. ℥ j. fiat puluis ſubtilis.* Inde repellens medicamentum articulo circumponendum ex ouorum albuminibus, pauco oleo roſato, bolo, maſtiche, & farina hordei. Penicilli ſi necceſſarius videbitur vſus, breue admodum id ſit, & pro vulneris ratione craſſum, ne dolorem inducat, ac præterea inunctum digeſtiuo ex oui vitello, roſa, terebinthina lota, & pauco croco. Quod ſi breuius, ſtrictiuſque fuerit vulnus, dilatabitur, ſi præſens id poſcat neceſſitas, quo liber adſit humoribus effluxus, quos dolor in partẽ attraxit. Quies parti imperanda eſt,
E & à frigore, relaxantium, emollientium, humectantium, oleoſorumque medicamentorum vſu cauendum, niſi forte doloris acrioris ſedandi cogat neceſſitas: nam è contrario adſtringentia & deſiccantia conueniunt cuiuſmodi eſt cataplaſma ſequens.

℞. *furfur macri, farin. hordei & fabar. an. ℥ iiij florum chamæ. & melil. an. m. ß. terebinth. ℥ iiij. mollis commũ. ℥ ij. olei myrtin. ℥ j. oxymelitis vel oxycrati. vel lixiuii communis quantum ſufficit, fiat cataplaſma ad formam pultis:* vel ex fæce vini, furfure frumentaceo, puluere corticis querni, nucibus cupreſſi, gallarum & terebinthina concinnabitur, aliiſque ſimilibus, quibus vis ineſt adſtringendi, roborandi & deſiccandi, atq; adeo doloris ſedandi, & arcendorum influxu humorum. Quod ſequitur medicamentum, adſtringens eſt & agglutinatiuum.

Cataplaſma adſtringens & deſiccans.

℞. *terebinth.*

A ℞. *terebinth. venet.* ℥ ij. *aquæ vitæ parum, pulnerum maſtichis, aloes, myrrh. boli armen. an.* ℈ ij. *Miſce. Salubris* & hic etiam erit vſus balſami noſtri, ſi tantum deſiccantis ſine morſu pulueris addas, quantum res feret. A frigore diligenter cauendum edixi, & nunc iterum edico: nam omnibus quidem, maxime vero partium neruoſarum vulneribus atq; vlceribus eſt inimicum: hinc eſt, quod multi ab exiguis vulnerib. hyeme intereunt, qui ex iiſdem maioribus æſtate conualeſcerent. *Frigidum* enim Hippocratis ſententia *vlceribus mordax*, cutem obdurat, dolorem inſuperabilem, caloris natiui extinctionem facit, liuorem obducit, rigores febriles, conuulſiones & diſtentiones. Cæterum varia ab articulorum vulneribus fundunrur excrementa, maxime vero albuginea & mucoſa, alias etiam liquida, quæ omnia humoris eiuſmodi partium alimentatij naturam redolent. Nam cuique parti ſuum veluti balſamum eſt nutriendæ & tuendæ ipſi idoneum: quod ab eadem per vulnera effluit, quemadmodum ex vitium ſarmentis cum putantur, radicalis illa ſaliua ſeu ſtacte, ex quo etiam callus fracturis obducitur. Arguit vero mucoſus eiuſmodi & albugineus, ac tanquam glacie lentus, piger, ab articulis vulneratis dimanans humor, partis frigidam intemperiem, quæ dolorem parit, remediis potentia tantum calidis indomabilem. Quare ad eam corrigendam actu calida admouenda ſunt, vt bubulæ aut ſuillæ veſicæ decocto diſcutiente ſemiplenæ, candentes lateres in vino extincti: B Calor eiuſmodi actu exiſtens, naturam promouet ad coquendum & diſcutiendum humorem illum excrementitium, qui articulis impactus eſt, ipſorumq; habitum roborat: quæ omnia hic valde neceſſaria ſunt, quia articulorum calor natiuus adeo debilis eſt, vt vix poſſit medicamentorum vim in actum proferre, niſi aliunde à medicamentis actu calidis auxilium venerit. Neque vero figuræ ſitusq; partis poſtrema Chirurgo cura eſſe debet, vitioſus enim ſitus prauorum ſympromatum incrementum facit, & parti ipſi, ſanato vulnere, obliquitatem, rigiditatem, & contractionem inemendabilem, inferre ſolet: in quod vitium ne incurrat, quæ nunc dicturi ſumus, obſeruabit, & vſurpabit diligenter. Si anticam humeri partem vulnus obſideat, Alæ diploma craſſius ſubiiciendum eſt, & mitella brachium inuoluendum, ſic, vt ea cubitum ſuſtineat, ſuſtenteтq; maxime: atque ita caput humeri ſurſum altius excitetur, ex quo fœlicior & velocior agglutinatio & conſolidatio conſequatur. Si ima pars vulnerata fuerit, cum primum natura carnem reponet, & vulneris oras committet, imperandum ægro, vt brachium ex interuallis in varias partes commoueat & exagitet: nam id ſi omiſſum aut negligentius factum fuerit, cicatrice inducta rigidius & minus ad omnem motum ſequax, habileque brachium fiet: imo etiam periculum non leue imminet, ne anchiloſis conſequatur. Si vulnus C cubiti articulum occupet, media figura, ea nempe, quæ neque arctius ſtringit, & inflectit, neque rigidius exporrigit, brachium collocabitur & colligabitur: alias cicatrice obducta vitium erit, vel in contractione, vel in extenſione, cum vulnus carpo, vel articulis digitorum, ſeu interna ſeu externa parte impactum eſt, ſemiflecta manus continenda eſt, vola ipſius pila aſſidue circumlata. Si enim recti & rigidius exporrecti digiti contineantur, cicatrice inducta ad capiendum, quod ipſorum peculiare munus eſt, inhabiles fient. At etſi poſt inductam cicatricem ſemiflexa maneat, haud magnum inde ægrum manet incommodum: nam & ſic manu vti ad diuerſa inſtrumenta capienda & tractanda, vt enſem, haſtam, freni equini lora, & multa alia poterit. Si coxæ articulus vulneratus fuerit, ita collocandus erit æger, vt os femoris in iſchii cauitate ſemper contineatur, ac ne vnguem latum inde commoueatur: quod fiet diplomatis linteis & faſciis, vt decet, circumpoſitis, atq; decubitu in ſpinam dorſi. Cum vulnus cicatrice obduci incipiet, variis motibus femur concitabit æger, ne per anchiloſim femoris caput ad iſchii cauitatē adhæreſcat, quemadmodū in brachio diximus. In vulnere articuli genu, crus figura recta collocandum, ſi modo claudicatis periculum vitare velit æger. Pedis & digitorum articulis vulneratis, partes illæ neq; curuo neque inflexo ſitu collocabuntur: alias haud facilis futurus eſt ægro ingreſſus. Denique pedis & cruris decubitus, brachij & manus decubitui eſt plane contrarius. D

Aphor. 20. ſect. 5.

Qualia excrementa manent ab vlceribus articulorum.

Cur actu calida admouenda articulis vulneratis.

De artuum vulneratorum ſitu & figura.

Anchiloſis.

De totius cruris vulnerati ſitu.

De Ligamentorum vulneribus. Cap. XL.

Ligamentorum vulnera, præter communem neruorum curandorum rationem & regulam, nihil habent peculiare, niſi quod ad ſui agglutinationem, deſiccationem, & cōſolidationem validiora medicamenta flagitant, tum quia ligamentales partes duriores exiſtunt, & ſicciores, tum quia ſenſu careāt. Ergo neruorum, articulorumq; deſcripta ante curatio in hæc vulnera transferenda venit: ſunt enim vtrobique medicamenta eadem ſpecie: ſed hic gradu & viribus ſiccandi auctiora eſſe debent. Symptomatum omnium ſuperuenientium contemplatio & curatio, *capite de neruoſarum partium vulneribus curandis* confecta eſt: vt hic nihil ſit neceſſe de illis quicquam dicere: illinc enim haurias licet ad ſatietatem. Quare hoc tandem loco tractatui de vulneribus finem imponemus, atque Deo bonorum omnium authori & largitori immortales gratias, pro fœlici laborum noſtrorum curſu, habebimus, precabimurq; , vt quæ ſuperſunt reliqua, pari fauore proſequi, & ad optatum, vtilemque mortalium ſaluti & incolumitati exitum perducere velit.

Ligamenta neruis ſicciora, porro inſenſibilia.

R

FINIS LIBRI NONI.

A

DE VVLNERIBVS, SCLOPO, ALIISQVE IGNIARIIS MACHINIS, ET TElorum omni genere illiſis.

B

LIBER DECIMVS.

PRAEFATIO.

DE machinarum igniuomarum ortu, incremento, & pernicie quid ſentirem, viſum eſt hic proloqui, quod hinc multum ornamenti toti meo operi acceſſurum ſperarem: tum vt Lectorem his tanquam præmiſſis cupedus, ad ſequentes pulueris bombardici nidore defrictas epulas ineſcarem. Sic enim vnde bellicis tormentis initium fuerit, quam varios habitus cultuſque ab humilibus admodum & obſcuris initiis orta acceperint, & quam pernicioſus humano generi horum exiſtat vſus, omnibus conſtabit.

Polydorus Vergilius tradit, nouitii inuenti, quæ Bombardam vocant, inuentorem extitiſſe Germanici ſanguinis ignobilem alioqui hominem, hac inductum occaſione. Aſſernabat ille alios quoſdam & certos in vſus in mortario puluerem, qui inde à principe & nouo inuenete Bombardicus eſt cognominatus, operculo lapideo tegebatur puluis: cõtigit ergo, vt dum ſemina flam- *Lib. 2. de inuent. rer.*

C mæ abſtruſa in venis ſilicis chalybe igniario excuderet, forte ſcintilla in mortarium inſiliret, extemplo puluis igneſcens lapideum illud corpus in altum excuſſit: obſtupuit ille rei & effectus nouitate: ſimulq; ignotas antea pulueris vires annotauit, adeo vt earum in exigua canna ferrea ad conceptũ animo finem affabrefacta periculum faceret. Cum omnia votis reſponderent, machinæ vſum Venetis in illo bello primum oſtendit, quod circa foſſam Clodiam eſt cum Genuenſibus geſtum, anno à natali Salutatoris octogeſimo ſupra milleſimum & trecenteſimum. Quanquam Petri Meſſiæ ſententia deber huius inuentionis antiquior eſſe origo: nam in Alphonſi vndecimi Caſtellæ Regis, qui Argeziras inſulas ſubegit, chronicis legitur, ipſo Metropolim obſidente anno Domini 1343. Mauros obſeſſos quædam velut tonitrua in oppugnatores ex mortariis ferreis contorſiſſe. Sed & multo ante quadringentis ſcilicet annis ac plus eo, in eius Alphonſi, qui Toletum ſubegit, Chronicis a Petro Legionenſi Epiſcupo exaratis legimus, in pugna quadam nauali, quæ fuit Tuniciorum Regi aduerſus Maurum Regem Iſpalis, cuius partes Alphonſus rex tuebatur, Tunicios ex doliaribus quibuſdam machinis, ſeu cannis ferreis ignita fulmina in hoſtes cum multo bombo detonuiſſe: quod ipſum non aliud quicquam eſſe potuit, quam bombarda noſtra bellica, etſi eo artificii, operis, atq; perfectionis, quæ nunc viſitur, nondũ peruenisſet. *Cap. 8. prim. par Var. lect.*

D Tam lethiferæ machinæ repertor pro mercede, opinor, accepit, vt nomen ſuum perpetuæ ignorantiæ tenebris occultaretur, tanquam indigniſſimus, vel hoc vno pernicioſiſſimo inuento, omni poſteritatis memoria. Quanquam Andreas Theuetus, in ea, quã ſuperioribus annis edidit, Coſmographia, vbi de Sueuis Germaniæ populis loquitur, profert ex authoritate & fide veteris cuiuſdam manuſcripti Codicis, Germanum huius tormenti bellici inuentorem, profeſſione Monachum & Philoſophum ſeu Chymiſtam extitiſſe, Friburgo natum, nomine Conſtantini Anclzem. Quicquid ſit, id machinæ genus bombardæ appellatione donatum eſt, à ſonoro, quod edit, murmure, quod Græci & Latini per onomatopœiam *Bombum* vocant, ſubſequentibus inde ſeculis, rudi illi & impolito inuento multum tempus, multumque ars, ſed multa inprimis hominum addidit malitia. Primum enim quod ad materiã ſpectat ferro, æs, cuprum & orichalcum ſucceſſere, metalla longe tractabiliora, magis fuſilia, & rubigini minus obnoxia. Hinc quod ad formam attinet, rudis illa, indigeſtaque, ſeu doliaris, ſeu mortaria moles, mille prope artes accepit, in mille figuras artificioſe mutata eſt, eouſque, vt etiam fatalis illa machina in totas ſcanderet, vt ſic nõ ſolum ex editiore loco, ſed & rapidiore quaſi impetu in humani generis ruinã curreret: cum prima illa & rudia mortaria, nec arbitraria agilitate tractabilia, nec ſolo ferri & ignis in noſtram *Author bombardæ bellicæ.* *Ratio nominis.* *Materia tormentorum bellicorum.* *Figura varia.*

E perniciem vomitu ſatis crudelia viderentur. Hinc manarunt Muralium cannarum horribilia illa monſtra, Diploidum, Adulterinarum, Pegaſearum, Campeſtrium: hinc ferales & furiatæ feræ Colubrinæ, Serpentinæ, Baſiliſci, Hyeraces, Accipitres, Falconelli: hinc præſentis mortis Occentrices, illæ Tibiæ & Organa: omnia & bellica tormenta, & gallica nomina, non modo à figura & operis conformat[illegible]e, ſed multo magis à crudelitate & effectus ſimilitudine ducta. In quo certe maiorũ noſtrorum, qui [illegible]modi rebus nomina accommodate ad ipſorum naturam impoſuerunt, ſatis nequeo mirari ſapientiã: vt qui ea duxerint, non modo à feris omnium rapidiſſimis, cuiuſmodi ſunt Hyerax & Accipiter, ſed & humano generi infenſiſſimis, quales ſunt Serpens, Coluber & Baſiliſcus. Plane vt intelligeremus, nõ in aliũ vſum *Species.*

deſtinatas,non alio conſilio inuentas fuiſſe eiuſmodi machinas,niſi vt illarum pernicie ad humani ge- A
neris citam & crudelem internecionem abuti liceret, vt vel ſolo audito nomine, tam capitalem vitæ
noſtræ peſtem deteſtaremur & abhorreremus. Mitto alias huius generis machinas mole quidem mi-
nores,at viribus & atrocitate eo pernicioſiores, quod vitam noſtram propius inuadunt, & cominus,
ac proditorie,nihil hoſtile cogitantes& metuentes occupare poſſunt:ſic vt vix vlla ictus declinandi ad-
ſit facultas:cuiuſmodi exiſtunt Lacertæ,Scorpii,& alia huius generis manuaria tormenta,quæ propter
breuitatem femoralium loculis recondere licet, quo clanculũ & momento deprompta oſcitantes &
ſecuros opprimant.Medium inter eiuſmodi machinas tenent manuales ſclopi, qui vulgo humeris cir-
cumferuntur.Sclopi vncinati,quos niſi ad fuſtem præligatos diſplodere non licet. Sclopi pectorales,
quos non è gena,ſed tantum è pectore torquere fas eſt,propter machinæ pondus & breuitatem. Quæ
omnia ad Ferentariorum peditum & Hippoſclopiſtarum,omninoque leuis armaturæ militum, com-
moditatem ſunt inuenta,vt his ferales,plumbeaſque glandes & ſimilis materiæ lethifera tragemata e-
uibrare.Hanc mediæ machinæ ſpeciem Latini generali nomine Sclopum dixerunt,nomine efficto per
imitationem,tum ſoni,tum ſermonis Italici,Sclopeterium enim dicunt: Gallis Arcus buzius dicta eſt,
nomine pariter ab Italis mutuato:propter foramen,quo ignis in illecebra ellychnio excitatus, penitus B
in cannam ſubit. Nam foramen Italis Bazio dicitur, arcus vero nominatur,quod eum hodie locum
in re militari hæc machina obtineat,quem olim arcus:& certe vt tum ſagittarii, ſic hodie ſclopetarii in
aciei fronte collocantur. Ex eadem illa carnificina nobis prodierunt Cuniculi,tum recti,quibus ado-
rimur,tum tranſuerſi,quibus hoſtium cuniculos excipimus: ſuffoſſiones, vrceoli, pyrophori, ſagittæ,
lanceæ,& arcubaliſtæ igniariæ,internecina & igniuoma dolia,folliculi, ductus ignis illecebris clancu-
lum conſperſi,ignes miſſiles,faſciculi ardentes,circuli,mala punica, granata, ſimileſque omnes pyro-
thecæ,&igniariæ machinæ quæ ignis fomitibus&ſuccendiculis furtim farctæ à propugnatoribus in op-
pugnatorum caſtra & corpora immiſſæ,ipſo vibrationis impetu facile igneſcunt. Miſerrimum omni-
no & pernicioſiſſimũ inuenti genus,quo ſæpe male cautorum hominum myriadas ſub defoſſis à ſe cu-
niculis & hypogæis pyrii, ſeu bombardici pulueris & ſimilium ignis fomitum incenſione defrictas,
deflendo ſpectaculo intuemur:alias in ipſo conflictus ardore fortiſſimos milites eiuſmodi igniariarum
machinarum aliqua afflatos,lorica implicitos vri & conflagare, aquis neutiquam eiuſmodi ignis furẽ-
te,& populabundo impetu crudeliſſime per corpora & viſcera graſſantis, ardorem compeſcere & re-
ſtringere valentibus.Adeo non ſatis erat & ferrum & ignes in hominum perniciem armaſſe, niſi quo C
celerior eſſet ictus,velut pennis & pinnulis arma illa inſtruxiſſemus,quo rapidius in vitam noſtram in-
uolarent,alis falcatæ iam morti additis,quo ocius hominem,cuius conſeruandi gratia, omnia, quæ or-
be tenentur,condita à Deo ſunt,opprimeret. Profecto cum apud me repeto machinarum bellicarum
genera omnia,quibus Veteres vtebantur,ſeu in conflictu & acie ad pugnam inſtructa,vt arcus,tela ar-
cubaliſtas,fundas; ſeu in vrbibus oppugnandis & muris quatiendis, vt arietes, equos, vineas, te-
ſtudines,baliſtas, pueriles quoſdam ludos, iocoſque ad ea, quæ commemorata ſunt, conten-
tione facta,videre videor.Sunt enim eiuſmodi hodierna hæc,vt omnia, quæ dici vel fingi poſſunt, in-
ſtructiſſima, & crudeliſſima operis ſpecie, apparatu & crudelitate facile ſuperent. Quid enim in toto
orbe,fulgure,tonitru & fulmine horrendum magis & formidoloſum cogitari poteſt? Et tamen fulmi-
nis pernicies ad hanc feralium machinarum diritatem, vix quicquam æſtimanda eſt, quod compara-
tione facta effectuum vtriuſque,facile innoteſcet: vnum animal hominem non ſemper extinguit ful-
men:cætera,quæ modo fulmini obnoxia ſint, illico. Hunc videlicet natura tribuente honorem, cum
tot belluæ viribus præſtent.Omnia enim contrarias incubant in partes: homo niſi conuertatur vi per-
cuſſus non expirat.At igniuomæ hæ machinæ nõ magis homini, quam cęteris animantibus obuiis par- D
cunt, atque ſine diſcrimine vndecunque venitur,quacunque impulſæ ferantur,quomodocunque at-
tingant,necant.Multa ſunt,plura feruntur aduerſus fulmina remedia:nam pręter carmina, quibus in-
cantari & auerti illa poſſe veteres rebantur Romani,nunquam quinque altius pedibus deſcendunt in
terram:ideo pauiti,altiores ſpecus tutiſſimas putant.Ex his, quæ terra gignuntur, lauri fruticem non i-
cium,idque ipſum eſt,cur olim,& etiamnum hodie victoriæ index, & argumentum habetur. Quare
Tiberius Cæſar, Deorum alioqui & religionum contemptor, vt qui fato omnia ferri Mathematicis
diſciplinis impenſe imbutus crederet, tonitrua tamen cũ præter modũ expaueſceret, turbatiore cœlo
nunquam coronam lauream ceruice geſtauit,quod fulmine afflari negetur id frontis genus.Narrantur
nonnulli tabernacula à pellibus belluarum,quas Vitulos appellant, ſibi excitaſſe,quoniam hoc ſolum
animal ex marinis non percutiat,ſicut nec ex volucribus Aquilam,quæ ab hoc armiger Iouis fingitur.
At contra catapultarum igniariarum impetus nihil concepta verba,nihil carmina,nihil victrix laurus,
nihil vitulus marinus, nihil aquila, nihil quicquam prodeſt: imo ne oppoſitus quidem decempedalis
murus.Denique tormentorum æneorum ſupra tonitrua vim indomabilem hoc arguit, quod hæc uo-
larum & tintinabulorum ſono & ſtrepitu, tubarum clangore, lebetum æreorum tinnitu: imo etiam i-
pſo tormentorum eiuſmodi æneorum murmure,diſpergi & vaneſcere poſſunt: nempe nubibus, qua- E
tũ colliſione & pugna tonitru excitatur vehemẽti illa aeris agitatione diſſipatis, aut longius in remo-
tiſſimas cœli regiones depulſis. At illorum ſemel citatus furor nullo molimine ſiſtitur, nullo remedio
leni. Vt autem quædam tempeſtates,ſic & terræ quędam exiſtunt regiones,per quas vel raro,vel haud
omnino tonitrua exaudiuntur.Hyeme enim & æſtate rara ſunt fulmina,contrariis de cauſis:quoniam
hyeme denſatus aer nubium craſſiore corio ſpiſſatur, omniſque terrarum exhalatio rigens ac gelida,
quicquid accipit ignei vaporis extinguit.Quæ ratio immunem Scythiam,& circa rigentia à fulminum
caſu præſtat:& è diuerſo nimius ardor Ægyptum. Siquidem calidi ſiccique halitus terræ raras admodũ
tenueſque

Manuariorum tormentorum pernicies.

Sclopi manuarii deſcriptio.

De cuniculis ſeu ſuffoſſionibus.

De miſſilibus igniariis machinis.

Comparatio veterum machinarum bellicarum cum hodiernis.

Plin. lib. 2. cap. 54.

Remedia aduerſum fulmina.

Plin. lib. 2. cap. 55.

Tranquil. in Tiber.

Catenarum muralium vis indomabilis.

Plin. lib. 2. cap. 50.

A tenueſq; & infimas denſantur in nubes. At vt inuentum, ſic & pernicies tempeſtaſq; cannarum muralium, tanquam peſtifera quædam lues in omnes orbis plagas hodie effuſa bacchatur, nulloq; non tempore cœlum eorum queſtibus reſonat, quos huius tormenti vis perculerit, vel etiam afflarit. Tonitru vnicum ferè habet ictum, fulmen vnicum: illoq; fere ictu vnum ex infinita hominum turba attingit: at igniuoma machina vna vnius globi diploſione centum homines atterere & opprimere poteſt. Fulmen vt res eſt naturalis, caſu illabitur, nunc in præcelſam quercum, nunc in altum montis cacumen, nunc in cœlo æquatam turrim, raro in hominem: at feralis hæc canna hominis malitia & ductu temperata, vnicum hominem appetit, vnicum hunc ſcopum ſibi proponit, in vnum hunc è multis rerũ millibus collimat, & miſſiles globos dirigit. Fulmen tonitru ſui fragore, tanquã quodam prodromo aliquo ante temporis ſpatio futuram tempeſtatem prænuntiat: at, quod caput mali eſt, phlegethontea hæc machina obmurmurando ferit, & feriendo obmurmurat, vno eodemq; momento globum lethiferum in pectus & horrendum murmur in aurem immittens. Iure ergo omnes tam perniciалis machinæ authorem execramur: contra laudibus in cœlum eos tollimus, qui vel verbis & ſanctis cohortationibus reges ab eius vſu reuocare conantur, vel ſcriptis & opere idonea remedia vulneribus hac machina inflictis adhibere co-

Fragor muralis cannæ & ictus ſimul fiunt tempore.

B nantur. Quæ me res impulit, vt de hac materia fere inter Gallos primus ſcriberem. Sed antequam id faciam, commodum viſum eſt, quo facilior velut ſternatur via, illi, quem paro de vulneribus ſclopo illiſis, tractatui, duos velut apologiſmos præmittere, quibus erroneas quaſdam opiniones, quæ multorum animis inſederũt, arguã & euellam: quod niſi his reuulſis, mali totius eſſentia & natura intelligi nequeat, nec ignoto ipſi malo remediũ, quod ſaltem ſanitatis fructus, adferat, apponi. Primus apologiſmus, qui lectori dicatus, rationibus & exemplis, curandi rationem à Ioanne Vigonio præſcriptam, qua is vulnera ſclopis illiſa cauſticis inurebat, ratus venenata eſſe, refellit & damnat: eam contra, quæ ſuppurantibus inſtituitur, tam ſalubrem & mitem eſſe conuincit, quam quæ à Vigonio inſtituta eſt, erroris & crudelitatis plena exiſtit. Secundus Regi conſecratus, docet eadem illa vulnera, omnis ex ſe veneni eſſe expertia: itaq; omnem ipſorum cacoethiam ex vitio aeris & corporum patientium cacochymia pendere.

Sequentium apologiſmorum argumenta.

C

APOLOGISMVS PRIMVS, QVO SCLOPIS ILLISA VVLNERA AMbuſtionis opinione liberantur.

ANNO Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſexto, Franciſcus Galliarum Rex, à rerum bello & pace geſtarum magnitudine Magnus dictus, ingentem exercitum trans Alpes miſit, Annæ Mommorantii equitum & prætorii ma-
D giſtri ductu & auſpiciis: tum vt Taurinum annona, præſidio & omni commeatu firmaret, tum vt eius prouinciæ vrbes, à Marchione Guaſto imperatoriarum copiarũ legato, captas reciperet: eram ego in regio exercitu Chirurgus Monte-iani peditatus ductoris, Cæſariani, armato milite, Suſarum anguſtias, caſtrum Villanum, omneſque alios aditus completos, occupauerant: vt niſi ſumma vi, ex illis propugnaculis deturbari, niſi ferro viam ſibi aperire regius exercitus, non potuerit. In illo animorum ardore & armorum tanta contentione, multa vtrinque omni quidem telorum genere, ſed ſclopis præſertim accepta & inflicta vulnera fuere: verum fatebor, quod nondum animum meum rerum Chirurgicarum notitia admodum condiueram: nec dum in vulnerũ ſclopo illiſorum curatione verſatus eram. Legeram quidem apud Ioannem Vigonium, vulnera igniariis machinis inflicta propter pyrium puluerem venenata eſſe: itaq; vt ſanentur, oleo ſambucino calentiſſimo, cui nonnihil theriacæ admixtum ſit, inurenda eſſe. Sed cum nec authori, nec remedio magnopere fiderem, quod ſcirem cauſtica vulneribus ſine ſummo doloris cruciatu, affundi non poſſe, ipſe antequam me illi aleæ committerem, obſeruare volui & oculorum fide addiſcere, nunquid aliud, qui caſtra mecum ſequebantur Chirurgi, ſuper
E eiuſmodi vulneribus molirentur. Animaduerti omnes eandem illam à Vigonio præſcriptam curandi viam tenere, ac quã maxime poſſent peniculis atq; ſetonibus oleo illo quã feruentiſſimo vulnera ſclopis illiſa, primo quoq; apparatu complere: quæ mihi res animum addidit, vt ipſe quoq; idem in his, qui ſe mihi tradiderant, tentarem. Contigit aliquando, vt propter vulneratorum, qui tum aderant, multitudinem, mihi oleũ illud deficeret: Itaq; cum aliquot adhuc alii reſtarent curandi, coactus, fui, ne nihil videre egiſſe, ac remedio deſertos reliquiſſe, digeſtiuum, quod vocant medicamentum, ex oui vitello, oleo roſaceo & terebinthina paratum, apponere; Inſomnem noctem duxi; ſi quidem angebar animo, meque ſuperioris diei curatio, quam perperam factam putabam, remordebat; veritus, ne ſequenti die vulneris veneno mortuos eos vel moribundos comperirem, quos cauſtico oleo nõ inuſſiſſem. Summo

Lib. 1. de Vul. cap. 8.

Fortuna quid poſſit in inuentione remediorum.

igitur mane ſurgo, ægros inuiſo, atq; præter ſpem animaduerto eos, quo ſolo digeſtiuo curaueram, doloris vehementia immunes, placidam noctem traduxiſſe, vulneraq; inflammationis & tumoris expertia habere, reliquos contra, quos feruente oleo inuſſeram, febricitare, dolore atroci cruciari, & circum vulnera tumore. A Idem ego cum multoties in pluribus aliis expertus eſſem, in animum induxi meum, nunquam vt mihi vel alteri cuiquam ſclopo vulneratos inurendos putarem. Taurini, cum primum eo venimus, Chirurgus erat, gloria artificioſe & fœliciter curandorum ſclopo illiſorum vulnerum cæteris eminens: eius ideo gratiam per duos annos omni arte demereri ſtudui: quo tandem ex eo ediſcerem, cuiuſmodi id eſſet remedii genus, quod balſami inſigni titulo ornabat, quod ipſi tam glorioſum, ægris vero tam fœlix & fauſtum erat: non potui tamen impetrare. Contigit paulo poſt, vt Monte-ianus, eius tum prouinciæ prorex, fatis concederet: Chirurgum ergo illum adeo. Edico vitam in illis regionibus mihi acerbam eſſe, illo ſtudiorum meorum tanquã fautore & Mœcenate ſublato; animum eſſe quamprimum Lutetiam redire, ipſi nec damno dehinc, nec dedecori futurum, ſi me tanta locorum intercapedine diſtractum, remedium illud edoceret. His ille auditis, nihil tum cunctatus eſt.

Olei catellorum deſcriptio.
Cur lauandi vermes.

Iuſſit ergo me *caninos duos catulos, vermium terreſtrium libram vnam, olei liliacei libras duas, terebinthinæ venetæ vncias ſex, & aquæ vitæ vnciam vnam parare.* B *Me præſente catulos viuos in oleum illud coniectos incoxit, quouſque carnem oſſa deſererent, mox vermes, quos antea in vino albo ſuffocauerat, vt illic, fæces terrenas, quas multas in inteſtinis habere ſolent, deponerent, in eodem oleo eouſque feruefecit, quoad elixationis vehementia arefacti, ſuccum omnem ſuum in illo decocto remitterent: mox totum id mantili tranſmiſit non admodum arcta facta expreſſione. Colato ſucco terebinthinam addidit, denique & aquam vitæ:* Deum obteſtatus, non aliud ſibi eſſe balſamum, quo vulnera ſclopis inflicta curaret, & ad ſuppurationem perduceret. Hoc me tanquam pretioſiſſimo munere donatum dimiſit, rogans vt id ſecreti magni loco haberem, neque cuiquam patefacerem. Lutetiam reuerſus ſaluto Syluium medicinæ profeſſorem Regium doctis omnibus eruditionis raræ, nomine apprime notum: detinet me ille diutius ſecum, vt pranderem, ſciſcitaturque diligentius, ſi quam ego curandorum vulnerum ſclopo inflictorum, & combuſtionum pyrii pulueris occaſione natorum, methodum nouam apud Alpinos obſeruaſſem.

Puluis bombardicus minime venenoſus.

Tum ego bombardicum illum puluerem veneni nullatenus participem eſſe adſtruo, quod nihil eorum, quæ ipſius ingrediuntur compoſitionem venenatum exiſtat: quæ ratio totum compoſitum veneni ſuſpicione liberare debet: quod rationi illi ſuffragaretur experientia, multos enim viſos à me milites, qui eius pulueris inſignem copiam cum vino haurirent, quod eo potu liberari ſe à malignis ſymptomatibus, cum eſſent vulnerati, perſuaſum haberent, etſi ei perſuationi fidem C non habeam, quod denique plærique eo puluere vlcera rebellia innoxie aſpergerent.

Glandes ſclopo eliſas cauſtica vi carere.

Quod ad glandes attinet, illas tantum calorem concipere non poſſe aſſero, vt vim cauſticam nanciſcantur. Ipſas enim ſclopo contra durum ſaxum exploſas, innoxie manibus ſtatim ab ictu tractari poſſe: quanquam ſaxi alliſione, magis incaluiſſe debuiſſent. Quod ad combuſtiones pyrio puluere impreſſas ſpectat, nullum me remedii genus ſpeciale & proprium obſeruaſſe, quod harum curandarum rationem ab aliis combuſtionibus diuerſam faceret.

Hiſtoria.

In quam rem hanc illi narraui hiſtoriam. Coquinarius quidam ex familia Monte-iani ſeruus, deciderat caſu in caldarium oleo feruente plenum, vocatus ego, qui ipſum curarem, in proximi pharmacopolæ ædes me confero, medicamenta refrigerantia, in his malis vſurpari ſolita, elaturus; aderat ibi forte vetula quædam vicana mulier, quæ audito, quod remedia combuſtioni quærerem, ſuaſit, vt primo quoque apparatu, cæpas crudas cum pauco ſale intritas apponerem.

Remedium prohibens ampullas in combuſtionibus.

Sic enim ampullarum ſeu puſtularum eruptionem certo & probato ſibi pluries experimento impediri. Placuit ergo in ſordiculo illo culinario ſeruo remedii vim experiri. Comperio ſequenti die corporis loca, quæ cæpæ attigiſſent, ampullarum expertia, reliqua vero, quæ non attigiſſent, iiſdem extuberantia. D

Hiſtoria.

Contigit paulo poſt, vt Germano cuidam ex Monte-iani ſtipatoribus, ignis in laguncula m puluere pyrio plenam inſiliret: ex quo ille manus, faciemque miſere vſtulatus eſt, vocatus ego, cæpas, vt dixi, intritas, mediæ faciei appoſui, reliquæ parti remediis ad ambuſta vulgaribus conſului. Secundo apparatu partem cæpis obductam ampullis & excoriatione omnino vacuam animaduerti, altera iiſdem protuberante: ex quo mihi remedii conſtitit fides. Addidi præterea & hoc poſtremo, obſeruaſſe me, eam demum viam, glandibus in corpus impulſis extrahendis eſſe compendiariam, quæ ægrum eodem in ſtatu ac ſitu, quo erat, cum vulneratus eſt, collocaret. Quæ ego & multa alia hoc opuſculo fuſius expoſita, cum enarraſſem, rogauit me bonus ſenex vt meas ea de re cogitationes literis & typis mandarem: quo Vigonii falſa & damnoſa opinio, hominum mentibus eximeretur. Cuius precibus obnixis cum eſſem aſſenſus, inſtrumenta multa glandibus, aliiſque peregrinis corpuſculis extrahendis idonea, ſculpenda & efformanda arte omnia curaui. Inde mox typis excuſſum hoc opuſculum anno Domini 1545. primum euulgaui. Id cum populare & gratum multis eſſe intelligerem, placuit ipſum recognitum ſecundo typis mandare, anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo. Tertio denique multis partibus auctum anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto. Multa enim ipſe denuo bella omnia ſecutus, in vrbibus obſeſſis, vt Metis & Hiſdini detentus Chirurgus, E multa ſub quinque regibus, quibus ſedulam, diligentem & iucundam operam nauaui, notaueram, multa ab experientiſſimis Chirurgis, plura à doctis omnibus Medicis didiceram, quorum eo nomine familiaritatem & gratiam omni ſemper obſequio & honeſtis artibus ambiui: quo ipſorum conſuetudine & colloquiis fierem doctior & peritior, ſi quid, in hac præſertim materia & vulnerũ ſpecie eſſet, quod me lateret, vel de quo non omnino mihi conſtaret. Ex quo numero, paucos admodum noui, qui modo quid ſtudio & bellorum experientia in hoc genere operis conſecuti eſſent, qui non cenſerent vulnera ſclopis & igniariis machinis illiſa, ſuppurantibus remediis per initia eſſe curanda minime vero

feruente

A feruente & cauſtico oleo. Hoc enim affirmo, quod & illi bono viro tum teſtatus ſum, me permulta vulnera carnoſis partib. ſclopo illiſa, tam curatu facilia animaduertiſſe, quam ſunt reliqua, quæ à rebus cæteris contundentibus fiunt. At quibus in corporis partibus glans obuiam habet oſſa, & neruoſa corpora, tum quia ipſa obnitentia atterit, lacerat, & in minutas partes diffringit, non modo qua parte attingit ſed longius propagato ictus impetu, propterea grauia & multa ſymptomata inuehit, quorum eſt contumax & difficilis, imo ſæpe deſperata ſanatio, in corporibus præſertim cacochymis, & tempeſtate cœli & aeris maligna, cuiuſmodi eſt calida & humida ac præfocans adeoq; putredini obnoxia, itemq; ſæuo gelu ac frigore rigens, qualis morticinio partium oblæſarum infamis eſſe ſolet, quod ipſum contingit non modo in vulneribus ſclopo, ſed & quouis alio inſtrumento bellico illiſis, nec modo in oſſeis aut neruoſis particulis, ſed etiam in muſculoſis. Ex quo licet intelligere, curandi illam difficultatem non à vulnerum venenoſa qualitate, aut combuſtione puluere bombardico appreſſa, ſed à corporum patientium malitia, & aeris, cœliq; inclementia exiſtere. Cuius rei ampliorem fidem faciet, quod non ita pridem animaduerti in nobili Scoto Comite de Cordon, Domino Dachindon, quem ego iuſſu Reginæ Regis matris curaui. Illi, ſclopo manuario vtrumq; femur, illæſo & intacto oſſe, tranſuerberatum fuerat: & tamen

Vulnera ſclopo illiſa ſuppurantibus curāda. Quid faciat difficilem vulnerum ſclopo illiſorum ſanationem.

Hiſtoria.

B men trigeſimo ſecundo à vulnere die perfecte ſanatus conualuit; ſic, vt nec à vulnere febris, nec vllum aliud ſymptoma ſuperuenerit. Cuius rei teſtes locupletiſſimi ſunt, Archiepiſcopus de Glaſco Scotorum legatus, & qui curæ præerant Franciſcus Brigargus, & Ioannes Altinus, Medici Doctores: ac præterea Iacobus Guillemeau Regius & Pariſienſis Chirurgus, & Egidius Buzeſcotus Chirurgus, qui omnes tam breui tempore conualuiſſe nobilem illum virum mirabantur, nullo remedio, quod acrius eſſet, appoſito. Quæ eo recitata & præmiſſa volui, vt intelligerent lectores, me triginta ab hinc annis viam inueniſſe, qua vulnera ſclopo inflicta, ſine oleo feruenti aut acriore vllo alio medicaméto curarem: niſi forte patientium corporum cacochymia, aeris & cœli inclementia maligna ſymptomata ſuperuenerint, quæ id remedii genus præter curandi rationem regularem & ordinariam expoſcerent, quod ipſum, ſequenti Apologiſmo, fuſius demonſtrabitur.

Quid cogat Chirurgum nonnunquā vti cauſticis in vulnerum ſclopo illiſorum curatione.

C

APOLOGISMVS ALTER DE HIS, QVÆ A ROTHOMAGENSI EXPEDITIONE ET EXPVGNATIONE REVERSVS REX CAROLVS Nonus, ex me ſuper vulneribus ſclopo inflictis, quæſiuit.

Ad Fœlicis memoria Carolum nonum, Galliarum Regem Chriſtianiſſimum.

QVIA Regiæ maieſtati, Reginæ matri, principi à Rupeſurionenſi, multiſque aliis, qui tum aderant, principibus, & nobilibus viris viſum eſt, aliquando ex me quæ-

D rere, quid cauſæ eſſet, cur nobilium & gregariorum militum ſclopo, aliiſque machinis bellicis vulneratorũ pars longe maxima, fruſtra omnino adhibitis remediis, vel interirent, vel vix & multo labore ex vulnerib. reſurgerent, etſi illa non admodum magna viderentur, nihilq; ex arte agendorum vocati Chirurgi omitterent: auſus ſum, & hunc velut Apologiſmum opuſculo illi, quod de vulnerum ſclopo inflictorum curatione meditor, præmittere, vt principum multorumque nobilium deſideriis, tum vt expectationi de me, & primarii Chirurgi Regii muneri, quod mihi ab Henrico ſecundo collatum, Carolus Nonus, tanto patre digniſſimus filius, cõfirmauerat, ſatisfacerem. Nec dubito, quin plerique, qui ſuis nimium fidunt iudiciis, neq; res ipſas penitus explorant, mirentur, & ab omni ratione procul remotum putent, quod ego à maiorum veſtigiis, penitusq; olim infixis opinionib. diſcedens, ab ea ſententia longe abſim, quæ vulnerum ſclopo illiſorum cacoethiæ cauſam in venenum puluere pyrio in corpus illatum, vel glandibus dum temperantur & concinnantur admixtum conferendum cenſet. Tamẽ ſi, quod fere hominis eſt, rationes meas diligẽtius expendere velint, vna id, quod ſentio, probabunt, vel ſaltẽ id meum incœptum, quod communis vtilitatis cauſa à me ſuſcipitur, neutiquam

Occaſio hendi apologiſmi.

E condemnandum vel condemnendum putabunt. Faciam enim rationib. firmiſſimis ex veterũ & Philoſophorum & Medicorum cõmentariis depromptis, ac certis præterea meis aliorumq; Chirurgorum experimentis, vt omnes intelligant, illam, quam ſæpe experimur in vulneribus ſcloporũ curandis cacoethiam & contumaciã, neq; ad venenũ puluere bombardico aut glande in corpus intruſum, neq; ad combuſtionem, quam puluis ille pyrius in læſa parte imprimat, eſſe conferendam. Ergo vt exordiar, ea primum ſententia expugnanda eſt, quæ vulnera ſclopo inflicta veneni accuſat, docendũque, neq; in puluere bombardico venenatã vllam ſubſtantiam aut qualitatẽ latere, neque, ſi adſit, corpora patientia ſuo illo veneno inficere poſſe. Quod quo facilius fiat, eiuſmodi pulueris examinanda compoſitio eſt,

Quod vulnera ſclopo inflicta videri poſſint venenoſa. Argumentum huius apologiſmi. Puluerem bombardicum non eſſe venenatum.

 inqui-

A inquirendumq; in ſingula (ex quib. cōponitur) ſimplicia corpora, quam eſſentiam habeant, quas vires & qualitates, quouſq; demum effectus producant. Sic enim ſimplicib. cognitis, compoſiti, quod ex his conflatur, ratio omnis innoteſcet.

Ex quibus componatur pyrius puluis.

Simplicia, quæ in pyrii pulueris veniunt cōpoſitionem, ſunt omnino tria, carbo ſalicis, vel ſcapi cannabini, ſulphur, ſal petræ, & nonnunquā aqua vitæ. Hæc ſingula ſi per ſe conſideres, veneni & venenatæ omnis qualitatis expertia comperies. Primū enim in carbone nihil notare poſſis præter ſiccitatem, & ſubſtantiæ quandam tenuitatem, cuius vi tam prompte igneſcit, quam fomes ſeu lintea illecebra igniarii ſcintillas admittit. Sulphur calidum & ſiccum in gradu non ſummo, ſubſtantiæ eſt oleoſæ & viſcidæ, ſic tamen, vt non tam facile igneſcat, quam carbo, etſi ignem, quem ſemel concepit, tenacius retineat, nec tam facile extinguatur.

Lib. 5. ca. 73. Lib. 9. ſimp. cap 36.

Sal petræ eiuſmodi eſt, vt eo multi pro ſale vtantur, ex quibus patet, ſimplicium eiuſmodi naturā omnis veneni eſſe expertem, præſertim vero ſulphuris, quod tamē reliquis ſuſpectum magis eſt. Nam Dioſcorides ſulphur potandū exhibet, vel ex ouo ſorbendum aſthmaticis, tuſſiculoſis, purulenta expuentibus & ictericis. Galenus vero id ipſum à venenata beſtia demorſis, & ad pſoras, licheņas & lepras apponit. Quod ad aquā vitæ ſpectat, tam tenuis illa eſt ſubſtantiæ, vt in aerem exploſa vaneſcat, ſed & multis potanda præſcribitur, & in corporis partium frictiones innoxie adhibetur. Vnde intelligere licet, totū illum puluerem veneno omni vacare, cum ea, B ex quibus exſurgit & componitur, omni veneni ſuſpicione careant. Itaq; Germani equites ſclopo vulnerati, non dubitant pulueris bombardici ſemunciam in vino diſſolutā alacriter haurire: hinc ſibi à malignis ſymptomatibus, quæ vulneribus eiuſmodi ſuperuenire ſolent, immunitatē pollicentes, quod iure, an iniuria faciant, non ſtatuo, id ipſum & Galli pleriq; milites nulla neceſſitate coacti, tantum quo alacriores videantur, innoxie factitant, à pleriſq; vero, ſubortis vlceribus deſiccandis fœlici ſucceſſu aſpergitur.

Quod glans tormentaria veneno infici nequeat.

Quod autē ad eos ſpectat, qui venenatā vulnerum ſclopo inflictorum qualitatē, non quidem ex puluere dimanare, ſed ex glande, cui veneni aliquid immixtum, affuſum aut adiectum ſit, vel quæ in venenato aliquo ſucco temperata aut macerata fuerit, exiſtimant: hoc nunc reponere ſufficiet, igni ſatis ſuperq; vinum eſſe ad veneni vim omnē diſſipandam, ſi quod glandi affuſum aut adiectum fuerit. Sententiam meam hoc valde confirmat, quod nemo non nouit, in Rothomagenſi obſidione glandes à regiis militibus explodi in oppidanos ſolitas, omnis veneni fuiſſe expertes, & tamē oppidani, cum intuerentur immedicabilia & lethalia inde inflígi vulnera, eas omnes veneno infectas perſuaſum habebant. Eiuſdē criminis falſa ſuſpicione, illi ipſi oppidani, in regio exercitu laborabant, cum cernerent omnes, Chirurgorū fere omnē operam vulnerū ſclopis Rothomagenſibus inflictorū, contumacia & cacoethia C eludi, vtriſq; nempe cauſæ vulneris magnitudinē & malitiam ex infauſto ſucceſſu reputantibus.

Vt not. Gal. ad ſent. 20. & 21 ſect. 3. lib. 3. epid.

Profecto quemadmodum apud Medicos ex Hippocratis ſententia, morbi omnes peſtilentes dicuntur, qui ex cauſis communibus cuiuſcunq; generis ſunt excitati, multos paſſim occidunt: ſic & vulnera ſclopis inflicta, quodammodo venenata dici poterunt, quod reliquis ſint curatu contumaciora & magis rebellia: non quidem, quod vllius veneni ſint participantia, ſed vitio communis alicuius cauſæ ſcilicet affectorum corporum cacochymia, cœli & aeris infectione, eſculentorum & poculentorum corruptione:

Quibus ex cauſis male morata euadant vulnera.

His enim ex cauſis male morata, & medicamentis haud obſequentia fiunt vulnera. His rationibus erroris conuicta ea ſententia, quæ veneni crimine vulnera ſclopo inflicta damnabat, ad eam nunc expugnandam accedamus, quæ combuſtionis nititur argumento.

Quod vulnera ſclopo inflicta combuſtionis ſint experta.

Primum enim intelligi vix poteſt, qui glandes, quæ vulgo ex plumbo conflantur, tantum calorem concipere poſſint, quin inde liquentur, & tamen tantum abſunt ab eliquatione, vt vi igneſcentis pulueris canna ænea exploſæ, loricas chalybeas, integrumque corpus integræ ipſæ vel minimam ſubſtantiæ ſuæ fuſionem paſſæ, tranſadigant. Sed & illas ſi contra ſaxum diſploſeris, ſtatim ab ictu nonmodo innoxie manibus tractare licet, ſed & citra manifeſti caloris ſenſum: etſi ſaxi illiſu intendi illatum calor deberet, ſi vllus ſubeſſet. Præterea glande D in vas bombardico puluere plenum exploſa, igneſcere ſtatim puluerem oporteret, ſiquidem cauſticam vim glans ab ipſa exploſione conciperet. Atqui id non fit.

Mirum experimentū.

Nam ſi quando inde igneſcat puluis, non vi glandis ignem ſecum deferentis id fieri putandum eſt, ſed ipſius contra ferrum aliquod aut ſaxum obuium attritu & colliſione. Vnde igneis ſcintillis tanquam ab igniario excuſſis, mox ignis totum puluerem momento corripiat & abſorbeat.

Vnde nigredo vulnerū ſclopo inflictorum.

Par eſt de tectis culmineis ſeu ſtramineis iudicium: non enim ipſa glandis exploſæ ardore flammam concipiunt, ſed vi potius ſcruti alicuius & veteramenti ignis fomitis, quod glandibus alligare incendiarii ſolent & vaſtatores. Aliud eſt, quod me magis in hac ſententia retinet. Nam ſi quis glandem ceream, quæ nullum tantum ardorem concipere poteſt, alias enim eliquaretur, tormento manuario exploſerit in oppoſitum lignum duos digitos altum, ipſum tranſadiget: ex quo eſt intelligere, glandes exploſione, calorem nullum tantum poſſe concipere, vt cauterii inſtar inurant. At nigræ cernuntur eiuſmodi vulnerum omnium oræ?

Quæ cauſa frequentis gangrenæ in vulneribus ſclopo inflictis.

Certe id quidem, ſed is haud ignis glande illati, verum contuſionis eſt effectus: contuſio vero eo maxima exiſtit, quod & glans globoſa eſt figura, & incredibili impetu in corpus impellitur. Cuius rei fidem abunde facient vulnerati ipſi, nemo enim eorum eſt, qui ſtatim ab ictu non putet, ſibi in affectum membrum velut trabem, & ſimilis ponderis corpus, procubuiſſe, ex quo grauis dolor & ſtupor membrum occupat: quibus ex cauſis E ſæpe caloris natiui, & ſpirituum tanta exiſtit diſſipatio, vt gangræna conſequatur. Quod vero ad eſcharam attinet, quam ab ictu excitari & poſtmodum prolabi aſſerunt, falluntur; imponunt ipſis membranarum & carnium contuſæ quædam & laniatæ glandis impetu portiunculæ, quæ mox putreſcentes naturæ & caloris ſecernentis vi à ſanis partibus ſegregantur, quod in omnibus magnis contuſionibus plerumque fieri & apparere ſolet.

Ratio aduerſariorū refellitur.

Quamuis vero hæ tot & tam multæ rationes, puluerem pyrium omnis veneni, glandem vero omnis combuſtionis, ſuſpicione liberent: exiſtunt tamen plerique, qui phyſicis principiis nixi, noua prælia tentant. Cannarum enim muralium ictus, inquiunt, tonitruo, fulgori,

& ful-

A &fulmini, quæ ruptæ & diffractæ in media aeris regione nubes in terras præcipitant, eſt omnino ſimilis: quare venenatam, cauſticamque eſſe oportet glandem ſeu ferreum tormentarium globum, qui inde exploditur. Non equidem ignoro fulmen ab exhalatione craſſa & viſcoſa genitum, diffiſa, quæ inuoluitur, nube, nunquam in terras ruere, quin vna ſecum ignem importet, nunc tenuiorem, nunc craſſiorem pro materiæ, ex qua ſurgit exhalatiu varia, conditione. Scribit enim Seneca tria fulminum eſſe genera à ſe mutuo diſſita, inflammatione, ſpecie, & copia. Vnum eſſe, quod materiæ tenuitate in ea, quæ attingit, obiecta, tanquam perforando penetret. Alterum, quod violento impetu illa eadem diffringat & diſſipet, quod materiam habeat denſiorem, compactiorem & rapidam magis, cuiuſmodi eſt turbo. Tertium, quod ex materia magis terreſtri conflatum, contracta adurit, impreſſa relinquens ardoris veſtigia. Nec me præterea latet, fulmen naturæ eſſe peſtilentis & fœtidę, propter materiæ, ex qua fit, craſſitiem & viſciditatem, quæ incendio concepto adeo fœtidum odorem exhalat, vt eum ne ipſæ quidem feræ ſuſtinere valeant, propriaq; cubilia & ſpelæa relinquant, ſi forte eiuſmodi fulmine tacta fuerint. Nam & in hiſtoria Septentrionali notatum ab Olao Magno legimus, quibuſdam in locis poſt fulminis lapſum, planitiem late conſperſam ſulphure compertam, quod tamẽ extinctum inutile & euanidũ fit. Sed

Quæſt. nat. li. 2. cap. 49.

Fœtus fulminum odor.

B hęc quamuis ita ſint, non tamen propterea colligendum, cannarum muralium ictus, venenum atque ignem ſecum in vulnera inferre. Nam etſi permulta exiſtant fulmini cum bombardarum ictib. ſimilia, non tamen materiæ & ſubſtantię ipſis intercedit ſimilitudo: ſed tantum affectuum quibus obiecta corpora quatiunt, diffringunt, atterunt, & diſſipant: nempe fulmina id ipſum pręſtant vi ignis ac ſæpe lapidis, quẽ inde tonitrualẽ dicunt, in ipſis geniti: at cannarum muralium ictus vi aeris rapidius agitati, obuium & obnitentem orbem ferreum rapidiore impetu impellentis. Nec vero ſi quis validiorib. rationibus à me extorſerit, ſimilem fulminũ & bombardalium ictuum eſſe materiã non tamen cogar propterea fateri, bombardales ictus ignitos eſſe. Nã Plinii ſententia inter fulmina quędam habentur, quæ ex ſiccißima materia conflata, ita atterunt obuia omnia, vt ne tantillum quidẽ adurant: alia, quæ naturæ humentioris nihilo magis adurant, ſed tantũ contracta denigrent, alia denique ex tenuiore magis materia, quorũ naturam, vt ait Seneca, diuinam eſſe, non eſt dubitandum, vel hoc argumẽto, quod aurum & argentum illęſis loculis, enſem illęſa vagina, haſtę cuſpidẽ, illęſo haſtili eliquent, vinũ denique dolijs illibatis effundant. Ex cuius ſententię preſcripto, poſſum ego fateri, fulmina illa, quę atterũt, franguntq;, fundunt & diſſipant, aliosq; effectus admirationis plenos ſine cõbuſtione vlla moliuntur, cannarũ mu-

Quod ſimile & diſſimile ſit fulmini cum ictu bombardico.

Lapis tonitrualis.

Lib. 2. ca. 51.

Fulminum quorundam diuina naturæ.

C ralium ictib. ſubſtantia ſimilia eſſe. at nunc ea, quę ſecum ignẽ, flammamq; deferunt. In cuius rei fidẽ occurrit animo meo militis cuiuſdã hiſtoria: ex cuius femore memini me olim glãdẽ extraxiſſe, femoralium multitio integro, nullaq; dilacerationis aut vſtionis ſigna prę ſe ferente, inuolutã. Multos præterea vidi, qui nullo modo icti, ac ne attacti quidẽ, prętervolantis tantum vertici vel aurib. bombardici ictus fragore & impetu, ſic attoniti procubuere, vt liuentib. & deatratis mẽbris gangręna mox inuadente interierint. Hęc & ſimilia alia effecta fulminum paulo ante commemoratorũ effectis ſimilia ſunt, & tamen neque veneni impreſſa, vlla relinquunt veſtigia. Ex quib. auſim nunc cõcludere, veneno omni & combuſtione vacare bombardarũ vulnera. At cum eiuſmodi vulnerum tanta fuerit ſuperiorib. bellis ciuilibus, & omnib. communis, totq; heroib. & fortiſſimis viris lethifera pernicies, quę tandem illius cauſa aſsignari poteſt, ſi ea neq; in combuſtionẽ, neque in venenatam vulneris conditionem conferri poteſt? Ea hoc tandem loco nobis expedienda & plurib. explicanda eſt. Qui omne ſuum tempus philoſophiæ naturalis myſterijs, addiſcendis & peruestigandis tranſmiſerunt, ratum illud & perſuaſum omnibus eſſe voluerunt: eam elementis quatuor eſſe inter ſe ſympathiam, vt in ſe inuicem tranſmutari poſſint, ſic vt non modo qualitatum primarum caloris, frigoris, ſiccitatis & humiditatis ſubeant alterationes, ſed & propriarum ſubſtantiarum mutationes per rarefactionem & condenſationem. Sic enim ignis in

Historia.

Cur tam lethalia fuerint ſuperioribus annis ſclopetorum infliEta vulnera.

D aerem frequens eſt tranſmutatio, aeris in aquam, aquæ in aerem & aquæ in terram contraque terræ in aquam, aquæ in aerem, aeris in ignem: quod quatuor prima illa corporum materia communi contrarias & pugnantes ſint ſortita primas qualitates omnium efficaciſſimas. Cuius rei exemplum habemus in Æolopylis Germanicis, quæ æreæ, cauæ, & in orbem actæ punctum habent anguſtiſſimum, quo aqua infunditur atque ad ignem collocatæ, ignis actione aqua in aerem flatumque mutata, ſpiritum ſeu aerem, quem ante nullum habebant, magno murmure & ſtrepitu remittunt, efficiuntque, vbi primum feruere cœperint. ad ignem, vehementem flatum. Id ipſum & experiri licet in caſtaneis, quæ integræ, indiuiſæq; in ignem iniectæ, mox ſonoro cum ſtrepitu crepant mediæ: quod aquoſa & inſita humiditas vi ignis in flatum verſa, vi rumpat ſibi exitum. Aer enim ſeu flatus, ex aqua rarefactione ſuſcitatus, maiorem locum quærit, nec iam anguſtis, quibus antea concludebatur caſtaneę inuolucris, cõtineri poteſt. Eodem plane modo puluis bombardicus igneſcens, in multo maiorem faceſſit aeris copiam; per ratam propoſitionis phyſicæ veritatem, quæ ait, *ex vna parte terra decem fieri aqua, ex vna aqua, decem aeris, & ex vna aeris fieri decem ignis.* Is igitur aer, cum iam anguſtis illis, quibus antea puluis bombardicus, cannæ conceptaculis coerceri nequeat, impetu violento exitum inde ſibi molitur, atque obuiam ſibi bombardicam pilam vna expellit, exploditque: ſic tamen, vt ſtatim in auras vaneſcat, neque

Cauſa tranſmutationis elementorũ in ſe inuicem.

Æolopylis. Æolopyla.

Bombardici murmuris & ictus cauſa.

E ipſam, vſque ad obiecta corpora, quæ qualiacunque illa ſint, rumpit, atterit, & caſſat, comitetur. Quanquam pila illa bombardica obuium aerem tanto impetu propellat, vt ſæpe eo prius; quam ipſa pila occupentur, attritisque & fractis oſſibus abſque vlla carnis prætenſæ noxa homines intereant: quod ipſi cum fulmine commune eſſe antea notauimus. Idem experimur in ſuffoſſionibus; cum cuniculis incluſus puluis hic bombardicus admoto igne inflatum conuerſus, æquas montibus terræ moles, à ſedibus reuellit. Anno domini milleſimo, quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, non ita ingens huius pulueris copia, concepto forte in publico Armamentario igne tantum fragorẽ excitauit, vt

Cur pleriq; bombardico ictu intereant nulla corporis parte violata.

tota inde vrbs contremuerit, vicinas vero ædes non paucas ſolo æquatit, alias remotiores vehementer A
Hiſtoria. concuſſas tegulis, feneſtriſque ſpoliarit: denique procelloſi fulminis inſtar multos ſemianimes hac illac
proſtrauerit, aliis oculorum, aliis aurium ſenſum ademerit, alios membris laceratos tam miſere mulctauerit,
nerit, quam ſi furiis equorum diſtracti fuiſſent, idque ſola aeris agitatione in quem pyrius puluis igne-
Terræ motus cauſa. ſcens conuertitur. Eodem plane modo, quo venti ſubterraneis locis ſpiraculo carentibus concluſi. Nã
dum exitum quærunt, vehementius terræ latera quatiunt, & magno murmure circum clauſtra fremen-
tes totam ipſam tremefaciunt: ſic vt varia agitatione nunc in altum, nunc in imum, concuſſam demo-
liatur, & alio deportent. Ita ènim Megaram Æginamque, Græciæ vrbes olim celeberrimas, terræ mo-
tu abſorptas & ſolo æquatas legimus: mitto luctantium in ſubterraneis ſpecubus ventorum tempeſta-
tes ſonoras, quæ vrbium frementes oppugnationes, taurorum mugitus, & leonum horrendos rugitus
ſubaudientibus repræſentant, nec à muralium cantarum ſeu æneorum tormentorum fragore longe
Aeris ad vitam neceſſitas. abſunt; his poſitis & præmiſſis, ad rem, de qua agitur, veniamus. Inter res ad vitam neceſſarias, nul-
la eſt, quæ maiores in nobis faciat mutationes, quam aer: quem continenter per ductus à natura deſti-
natos in viſcera vigilantes, dormientes, nihilque non agentes allicere inſperatu & tranſpiratu cogimur.
In præf. prognoſt. Quo nomine diuini titulo aerem expreſſit Hippocrates, quod per mundanum hunc orbem ſpirans, o- B
mnia mundo concluſa ambit, alit, tuetur, & concordi pace ligat, amice cum aſtris, quibus diuina virtus
infuſa eſt, conſpirans: aer enim ab aſtris varie mutatus, varias pariter edit in his inferioribus mutatio-
nes. Hinc eſt, quod Medici & Philoſophi tam religioſe iubent cultus habitusque locorum, aeriſque
conſtitutionem inſpici, cum de ſanitate tuenda vel arcendis morbis agitur. In hæc enim inſignis appa-
ret aeris dominatus, vt ex quatuor anni tempeſtatibus licet intelligere: nam æſtate aer calidus & ſiccus
corpora calefacit & exſiccat: hyeme vero hyemaliũ qualitatum, frigoris nempe & humiditatis, parit in
nobis effectus; eo tamẽ ordine & naturæ prouidentia, vt etſi pro tempeſtatũ varietate, varie noſtra cor-
pora immutentur, nullam tamen hinc noxam ferant, modo tempeſtates ipſæ ſuas ſeruent tempeſtiui-
tates, à quibus ſi ipſas contingat diſcedere, magnæ non modo in corporibus, ſed & in animis noſtris ci-
entur perturbationes, quarum noxam fugere vix poſſumus, quod nos vndique ambiant, & naturæ
Qui aer nobis noxius euadat. lege in corporis penetralia vna cum aere cæcis apertiſque ſpiraculis hoſpites ſuccedant. Nam quis
eſt, qui ventorum, quibus aer confluus agitatur, effectus varios pro variis mundi regionibus, à qui-
bus & per quas ſpirant, ſanitatis commodo aut incommodo non experiatur? Cum igitur Auſter
Aph. 1. ſect. 3 calidus ſit & humidus; qui vero à Septentrione flat ventus, frigidus & ſiccus; qui ab Oriente, ſerenus C
& nitidus, qui ad Occidente nubilus; non eſt dubium, quin aer, quem inſpirando ducimus, eius,
Aph. 17. ſe. 3 qui tum dominatur regnatque, mutationes vna ſecum in viſcera deferat. Itaque ab Hippocrate no-
tatum legimus, mutationes temporum, ſiue illæ ventorum vario afflatu ſiue tempeſtatum viciſſitu-
dine contingant, potiſſimum parere morbos: nam Aquiloniæ conſtitutiones corpora denſant, con-
firmant, & bene mobilia, coloratiora, ac melius audientia, ſuſcitato, vegetatoque calore natiuo,
faciunt. Auſtrinæ vero diſſoluunt corpora & humectant, capita aggrauant, auditum obtundunt,
vertigines faciunt, oculis atque corporibus difficilem motum præſtant, quemadmodum magno ſuo
Aph. 15. ſect. 3 damno Narbonenſes, alioqui inter alacriores Galliarum populos ſiti, experiuntur. Si vero tem-
Carnes facile putreſcere in locis maritimis. peſtatum & conſtitutionum anni contentio facienda eſt, eiuſdem decreto ſiccitates in totum imbri-
bus ſunt ſalubriores, & minus mortiferæ: Credo, quod nimia humiditas putredinis mater eſt, vt
eſt intelligere ex his regionibus, quæ marino vento afflantur: In his enim carnes, quæ in vſum huma-
num aſſeruantur, intra horam putredine tentantur, & quæ vlcera alibi facile & momento ſanantur, il-
lic à ſordium confluxu ac collectione, annua, & remediis contumacia eſſe ſolent. Vt igitur cum anni
tempeſtatum viciſſitudo naturæ lege aduenit, & in his tempeſtiua omnia tempeſtiue redduntur, vel
non omnino morbis corpus tentatur, vel certe minus periculoſis, ſi contra corporum noſtrorum ſym- D
Ab aere cacoethia vulnerum ſclopo inflictorum. metria, & ſanitas in deterius labitur, cum anni tempeſtates in tempore & temperie peruertuntur. Cum
igitur multis ab his annis tempeſtates anni quatuor ſuis caruerint tempeſtiuitatibus, & æſtati ſuus ca-
lor, hyemi vero ſuum frigus defuerit, humiditatibus vero & Auſtri dominatu omnia maduerint &
languerint, neminem puto futurum tam parum in phyſicis, tam parum in Aſtrologia verſatum, qui
ab aere & cœlo morborum malitiæ & contumaciæ, quibus iam dudum tota Gallia affligitur, cau-
ſas non cenſeat repetendas, alioqui vnde nobis tot morbi peſtilentes & contagioſi, per omnis ætatis
& ſexus ac conditionis homines graſſati ſunt? vnde tot grauedines & raucedines? tot pleuritides tu-
mores, variolæ, & ſcabies coctionem & remedia arte præſcripta non admittentes? Vnde tot vene-
natæ beſtiæ, buffones, locuſtæ, bruchi, aranei, veſpæ, crabrones, ſcarabei, limaces, viperæ, colubri,
lacerti, ſcorpii, atque aſpides, niſi ab ingenti putredine, quam aeris humiditas cum calore languido
& ſopito excitauit in nobis, totoque orbe Gallico? Hinc caloris natiui infirmitas & ſanguinis humo-
Auſter cum æſtu ſuffocãs. rumque, ex quibus conſtamus, corruptio, quam pluuioſus Auſter cum æſtu ſuffocante inuexit. I-
taque ſuperioribus illis annis, paucis admodum detractus eſt ſanguis, qui non ſtatim propriæ ſub- E
ſtantiæ corruptionem liuore, aut virore prætulerit? quemadmodum ſtudioſe in illis omnibus ob-
ſeruaui, quibus ex Medicorum præſcripto ſeu ad futuri præcautionem, ſeu ad præſentis morbi cu-
rationem venam aperui. Ex quibus efficitur, vt carnea corporum noſtrorum moles, non potuerit non
eſſe & temperie, & conſiſtentia, in vitio, cum ſanguis, ex quo carni generatio eſt, corruptionis ſemina
ab inquinato aere contraxiſſet. Vnde accidit, vt vulnera, quæ ſubſtantiæ deperditionem coniunctam
Cacochymorum & cachecticorum vlcera. haberent, vix coaleſcere: & ad vnionem redire potuerint, propter ſanguinis cacochymiam. Ita enim
hydropicorum, quibus ſanguis frigidior, vel omnino aquoſior eſt: ita Elephanticorum, quibus
ſanguis corruptus eſt, nec omnino omnium cacochymia & cachexia laborãtium vulnera & vlcera facile
ſanan-

A ſanantur. Imo ne ſi quidem pars ipſa læſa de temperie naturali, vel ſola deceſſerit, vulnus facile ſanabile exiſtit. Cum igitur hæc omnia, & aeris iniquitati labes, & corporum cacochymia, & partium affectarum intemperies in vulneratorum perniciem coniurarent, quid mirum, ſi ſuperioribus bellis ciuilibus, vulnera, quæ vel mole & amplitudine, vel partium obſeſſarum conditione exigua erant, tot & tam grauia accidentia, mortem denique ipſam inuexerint? Cum præſertim, qui nos ambit, aer putredinis inquinamentis conſperſus inſpiratu & tranſpiratu vulnera putrefaciat & labefactet, accedente maxime corporum & humorum præparatione & cacochymia. Profecto ab eiuſmodi vulneribus dum curarentur, tantus fœtor, putredinis certiſſimus index emanabat, vt eum vix aſtantes ferre valerent. Nec curationis vitio, vel Chirurgorum negligentiæ eius fœtoris culpa tribui poterat: nam ex principum heroumque & ex gregariorum militum vulneribus, ſimilis fœtor manabat. Et vero corruptio tanta erat, vt ſi cui propter vulneratorum multitudinem dies vnus abſque curatione elaberetur, ſequenti vermes è vulnere pullularent. Quinetiam, quod ingentem humorum putredinem amplius arguit, multis in partibus vulneri oppoſitis abſceſſus emergebant, vt in genu ſiniſtro, ſi dextra omoplata vulnerata eſſet, in brachio læuo, ſi dextrum crus vulnus occuparet. Quod contigiſſe memini Nauarræ Regi, duci Niq-
B uernenſi, & domino Rendano multiſque aliis; omnibus enim tum hominibus, tam graui vitioſorum humorum ſarcina natura oppreſſa erat, vt eius portionem, ſi non in habitum abſceſſu excerneret, certè alio in partem aliquam in corpore latentem deponeret, diſſectis enim cadaueribus lien, hepar, pulmones, & reliqua viſcera purulenta videbantur. Hinc vaporibus elatis ad cor, febribus continuis diuexabantur ægri. Iecore verò & toto venoſo genere inquinato, laudabilis ſanguinis intercepta generatione, atrophia languebant. At cerebro, vaporum commercio in ſympathiam rapto, deliriis & conuulſionibus iactabantur. Si quid igitur in tanta vulnerum malitia infœliciter ſucceſſerit, haud in Chirurgum culpa conferenda, quod contra Deum aeternumque, in quo diuinæ iuſtitiæ latent verbera, nephas ſit pugnare. Ergo ſi ex diuini Hippocratis ſententia, quæ iubet, omne contuſum vulnus ad ſuppurationem perducere, quo ſaneſcat, conati, ſumus vulnera igniariis machinis inflicta, adeoque contuſa, ſuppurantibus ad ſanitatem promouere quis nobis iure ſuccenſeat, ſi id minus obtinuimus, propter eas, quæ ab aere corrupto interuenerunt, putredines, gangrænas & ſphacelos, quanquam haud ſolis ſuppurantibus vſi ſumus, ſed aliis ſæpe remediis pugnare coacti ſumus, à morbi cura reuocati tantiſper, dum illis ſymptomatibus, quæ eiuſmodi & aliis enſe, aut alio quouis teli genere inflictis vulneribus ſuperuenire
C ſolent, atque ægrum in vitæ diſcrimen adducere, mederemur? Quemadmodum ſequenti tractatu planum fiet, ad quem nos aggredi nunc videtur opportunum.

ra cur non facile ſanentur.

Putrentium humorum indicia.

Argumentum multa in humoribus putredinis.

Contuſa omnia in pus verti oportere.

Vulnerum ex læſarum partium, & glandium tormentariarum lædentium varietate ducta diuiſio. CAP. I.

VVlnera omnia, quæ igniariis machinis in corpore humano fiunt, ſeu ſimplicia illa ſint, ſeu compoſita, ſcilicet cum contuſione, dilaceratione, intemperie, tumore: omnia, in quam, illa, vel partes nobiles occupant, vel ignobiles, carnoſas, neruoſas aut oſſeas, alias ruptis & laniatis, alias illæſis inſignioribus vaſis. Eadem vel corporis ſuperficiei inſident, vel altius penetrantia, totum ipſum transfodiũt. Eſt vero & alia vulnerum eiuſmodi diuiſio, à glandium, quibus vulnera infliguntur, varietate ducta. Glandium enim tormentariarum aliæ craſſiores cernuntur, aliæ mediocres, aliæ minimæ, tragemarum blando nomine donatæ, vulgo ex plumbo conflantur, nonnunquam tamen ex chalybe, ferro, ære, ſtãno, vix ex argento, multò minus ex auro. A figura diſtinctio nulla petitur. Si quidem rotunda fere omnia huius generis vulnera eſſe ſolent. Ex his differentiis Chirurgo ducendæ ſunt agendorum indi-
D cationes, & remediorum varietas inſtituenda. Primum caput eſt, ne horrenda & maligna ſymptomata, quæ huic vulnerum generi ſuperuenire ſolent, à combuſtione, vel veneno in partem affectam glande illato, diminare putes: propter eas quas fuſius ante expoſuimus, rationes. Sed potius à contuſionis, dilacerationis, & fracturæ vehementia, quam violentiore impetu in neruoſa, oſſeaque corpora ſe intrudẽs glans facit. Nam ſi quando in partes tantum carnoſas glans inciderit, vulnera exurgunt tam remediis obſequentia & curatu facilia, quam ea eſſe ſolent, quæ ab alio quouis teli genere contundente & in orbem acto infliguntur: vt certa experientia pluries à me deprehenſum eſt, dum ego caſtra ſecutus, & variis bellorum caſibus exercitatus, vulneratis principibus ac gregariis militibus Chirurgiam facerem, ex eorum, qui præerant, Medicorum conſilio.

A partium vulneratarum varietate vulnerum diuiſio.

A glandium vulnerantium varietate vulnerum diuiſio.

Sclopetorum vulnera omnia fere rotunda.

Vnde ſclopetorum vulneribus maligna ſuperueniant accidentia.

De Signis vulnerum ſclopis inflictorum. CAP. II.

SClopo inflicta vulnera cognoſcuntur figura, quæ fere orbicularis eſt: colore, cum ſcilicet, qui parti natiuus eſt, deperit, ac pro eo liuidus, ex cæruleo virens, violaceus alterve ſuccedit: Ictus ſenſu, cum in ipſo inflicti vulneris articulo, velut illapſi lapidis, trabis, ſimiliſve alterius grauis ponderis ſenſus extitit: pauci ſanguinis eruptione, nam cum contuſæ partes ſint, non ita multo poſt, ab ictu intume-
E ſcunt, adeo, vt neque penicullum, neque ſeronem admittant, quo fit, vt ſanguis ſupprimatur, qui alioqui vulneris orificia exiliret: calore, qui accidit, vel motus rapiditate, vel vehementi aeris impulſione, vel contuſarum partium, vt carnium & neruorum attritu: Coniectura etiam eſt, ſclopo inflicta fuiſſe vulnera, ſi oſſa fracta fuerint, & aculei vicina corpora pungendo, fluxionem, inflammationemque excitent. Ideo vero glans ingentem facit contuſionem, quod non angulis, ſed rotundo & ſphærico corpore ſito, in corpus ſubeat, niſi magna vi penetrare nequit: quo fit, vt denigretur vulnus, liueant vero vicina vulneri loca. Hinc tot grauium ſymptomatum, doloris, fluxionis, inflãmationis, abſceſſus, conuulſionis, phrenitidis, paralyſeos, gangrænæ & ſphaceli acceſſio, vnde tandem mors. Virulentam vero & valde

A figura.

A colore.

Ab ictus per nos ſenſum conditione.

Ab hæmorrhagia.

Ab ardore loci vulnerati.

Vnde tanta contuſio a glande ſclopo eliſa.

Putentis ſanies cauſa.

A

valde fœteotem ſæpe ſaniem vulnus ideo eructat, quod propter inſignem cootuſionem, & circumſtanrium particularum laniatum & attritionem, humorum è toto corpore magna vis confluat, ruatque in locum affectum, quam dum calor parti natiuus imminutus, deſerit, ſtatim calor præter naturam occupat. Huc facit vniuerſalis, particularisque cacochymia, ſi maxime partes oeruoſas, vt articulos, vulnus teoeat, certe nec ceruus impacto cornu, nec funda cootorto ſilice, tam inſignem ictum, tamque grande vulnus infligere poſſunt, quam machinæ bellicæ hoe genere glans plumbea, ferreave diſploſa: vt quæ violento vibrata impetu fulminis modo penetret in corpus.

Quo primum apparatu, hæc curanda veniant vulnera.

Cap. III.

Peregrina corpora primum auellenda.

VVlnus ſtatim, niſi partis repugnet conditio, amplificandum eſt, qoo liber ſit exitus tum ſaniei, tum intruſis, aut alioqui contentis corpuſculis, cuiuſmodi ſunt veſtimenrorum fragmenta, tomentum, panni lintei, papyrus, ferreæ loricæ fruſtulum, ſquamæ, glandes, tragemata, oſſium aculei, carnes contritæ, & ſimilia, quæ omnia quamprimum & quam citiſſime fieri poterit, veniunt auellenda. Nam per prima vulnerum initia, doloris & inflammationis non ſunt æque magna omnia, atque ſubſequentibus

B

Ars extrahendorum corporum peregrinorum.

poſtea temporibus. Huius operis primum hoc caput eſt, vt eodem ſitu collocetur æger, quo erat, dum vulnus accepit, alias enim muſculorum alia conuerſio, contentis corpuſculis viam exitumque vel intercludit, vel anguſtiorem facit. Sunt vero, ſi fieri poteſt, corpuſcula illa digito exploranda, quod ſic certior & exactior ſit ſenſus. Quanquam ſi altius glans impulſa ſubiuerit, tum ſpecillo obrotundo & obtuſo veſtiganda venit, ne dolor ioferatur, quanquam & hanc ſæpe induſtriam fugiat glans, nec ſpecillo comperiri poſſit.

Hiſtoria.

Vt contigit polemarcho Briſſacio, cui in Parpinienſi obſidione ad dextram omoplatam glande vulnerato, putabatur illa ab his, qui aderant, Chirurgis, io corporis capacitatem ſubiuiſſe. At ego eodem in corporis ſtatu, ægro eſſe iuſſo, quo erat, dum vulnus accepit, digitis vicinas vulneris partes, & alias, de quibus ſuſpicabar, blande comprimendo, tandem glandis latibulum comperi, partis tumore, duritie, dolore, & liuidirate in carne. Id autem erat in parte inferna omoplatæ, ad ſeptimam & octauam dorſi vertebram. Eo igitur loco facta incisione educta glans, facilem & breuem mihi curationem, nobili viro & generoſo ægro ſanationem parauit. Notanda igitur hæc ars, & digiti potius, quam ſpecilli credendum iudicio.

C

Inſtrumentorum glandibus, aliiſq; peregrinis corporibus extrahendis idoneorum deſcriptio.

Cap. IV.

INſtrumentorum glandibus aliiſque peregrinis corporibus extrahendis idoneorũ, varia eſt, pro incideotium occaſiooum varietate, & magnitudo, & figura. Alia enim ſunt dentata, alia leuia, alia alterius figuræ & magnitudinis, quorum omniũ varia genera Chirurgo ad manum eſſe debent, vt ea corporibus, vulneribusque aptare poſſit, non autem corpora vulneraque inſtrumentis.


Inſtrumentorum eiuſmodi ſequitur deformatio.

Roſtrum coruinum dentatum.



D

Roſtrum gruinum in ancoem actum, & ſerratum, ſeu dentatum.



E

Roſtrum

A *Roſtrum gruinum rectum, pariterq; dentatum, tragematis, ſquamis, oſsiumq; aculeis altius inſidentibus, extrahendis idoneum.*

Roſtrum anatinum.



B



Roſtrum id anatinum cauitatem in extremo exciſam habet latam, rotundam, & dentatam. Sic enim glandem facilius comprehendit, cum præſertim illa carnoſis corporibus intertexta eſt.


Aliud extrahendis glandibus idoneum organum, quod glandium illex nuncupare poſſumus.

Roſtrum lacertinum glandium etiam illex, glandi nempe, quæ alliſu ad os obtuſior & planior euaſit illicienda affabrefactum.

C



D




E

A. *Monſtrat eius cannulam.* B. *Virgulam, qua cardo obſeratur & reſeratur.* C. *Cardinem.*

Extrahendis vero & auellendis loricarum ſquammis & fruſtulis in carnes vel oſſa intruſis, comparatum eſt roſtrum pſitacinum: cuius hæc eſt figura.

Roſtrum


Roſtrum pſitacinum. A



A. *Menſtrat cochlea maru manubrium.* B. *Foramen ſeu cochleam fœminam, in quam inſeritur, receptaque verſatur & torquetur cochlea mas.* C. *Scapus ductilis, qui cochlea maris verſatione ſurrigitur & deprimitur.* DD. *Cataracta, qua duplex in ſclopo immobili & hamato ſcapi ductilis curſus regit.* B

Roſtrum olorinum cochlea opera diducitur, hoc in vulnera indito, immiſſoque ipſa dilatantur, vt mox inſerto gruino, quod paulo ante rectum diximus, tanquam volſella, peregrina corpora extrahantur.


Roſtrum olorinum, cum roſtro gruino recto.



C

Quod ſi peregrina illa corpora, præſertim glandes & tragemata, non ita alte demerſa in vulnus fuerint, Vectium leui, aut etiam Terebellorum opera auelli poterunt. Terebella hæc cochleatim in ſua cannula torquentur, atque auellendam glandem, modo plumbea vel ſtannea ſit, non durioris alterius metalli, mucrone cochleato magna vi defigunt, moxque vna ſecum efferunt.

Canna in qua latet Terebellum. *Terebellorum deformatio.* D




E

Præter olorinum, de quo paulo ante diximus, roſtrum, habentur & dilatandis vulneribus dicata organa: Dilatatoria inde dicta, quibus ſcilicet ductis amplius & hiante vulnere extrahenda & latentia corpora, in conſpectum veniunt. Nam eiuſmodi organi duobus compreſſis extremis reliqua duo diuaricantur. Poteſt & eius vſus eſſe in partibus pleriſque corporis, vt naribus, ano, & aliis ſimilibus dilatandis,

Dilatatoria

A

Dilatatoria.




B

Quæ ſequuntur organa, aenum ſetam trahentium nomine ſunt donata; quorum vſus eſt, cum ſetam traiicere per medium vulnus volumus, vt ipſo diducto manente, oculis & inſtrumentis via pateat ad infixam & latentem glandem. Sed & iiſdem acubus vtimur, ad explorandam & veluti percontandã vulnerum profunditatem, glandeſque peruestigandas: non enim dolorem inferre poſſunt, quod leui & rotundato ſint extremo. Sic certe vulnerum omnia ſpecilla, quibus glandem latentem peruestigamus, craſſiuſculo, leui, & rotundo extremo eſſe debent. Nam cum vulneris oræ ab ictu ſtatim coeant, ſi tenuiora Specilla fuerint, hærebunt in carnis tanquam ſalebra, neque ad glandem vſque peruenire valebunt. Iam ſi acuto & mucronato, ſi aſpero fuerint extremo, obuiam carnem pungendo, dolorem inferent & renouabunt: ſicque inceptum veſtigandæ glandis opus interturbabitur. Cæterum longitudo acuum eiuſmodi varia pro partium craſſitie comparanda erit: nam niſi longioribus femur traiici non poterit. *Specilla quãlia eſſe debeant percontando apta.*

Specilla traiiciendis per vulnus ſetis, ſeu vinculis idonea.

C



D

Reuulſis & extractis peregrinis e vulnere corporibus, quæ primum curatio adhibenda ſit. CAP. V.

PEregrinis corporibus, his, quas diximus, artibus pellectis & euulſis, præcipuum curationis erit contuſioni mederi, & aeris intemperiem, ſi quæ calida & humida, id eſt, putredini obnoxia ſubſit, emẽdare Id fiet remediis tum per os aſſumptis, tum adhibitis, tum vulneri inditis. Aſſumenda, faciendaque tum in diæta, tum in pharmacia relinquo doctorum Medicorum iudicio. Quod ad particularia & topica remedia ſpectat, niſi ab aeris præſenti conſtitutione, partis affectæ conditione, aut aliunde, gangrænæ immineat periculum, ſuppurantibus erit vtendum, quemadmodum in contuſionibus fieri ſolet: cuiuſmodi ſunt oleum catellorum, & quod vocant digeſtiuum: præſertim vero tum ſuppurantibus veniet parcendum, cum pars læſa ex his erit, quæ ſunt de genere neruoſo. Neruoſa enim omnia ſiccioribus curari poſtulant, quam carnoſa, vt *tractatu de Articulorum vulneribus* diximus: ergo in articulorum & neruoſorum corporum vulneribus plus terebinthinæ venetæ, quam olei adhibebitur. Laurentius Ioubertus Regius Medicus, & Academiæ Monſpelienſis Cancellarius, *opuſculo* quod *de ſcloporum vulneribus* edidit, in his, ſi ſimplicia fuerint, eſcharoticis ſeu actu, ſeu facultate talia extiterint, interdicit: quod *Quæ cautiõne ſuppurantia vſurpanda ſint in hoc vulnerũ genere curãdo.*

E dolorem, inflammationem, febrem, gangrænam, & alia lethalia inducant ſymptomata. Adde, quod eſchara inducta ſuppurationem prohibet, quæ tamen in hoc vulnerum genere expetitur, quo fiat contuſæ carnis à ſana ſecretio, ne ipſa in putredinem contagio trahatur. Quod ipſum facile contingit, cum eſchara obducta, tanquam obice oppoſito, excrementitius humor diutius in parte reſtitat, & vapores putredinoſi exitu prohibiti multiplicantur, & à vaſis minoribus in maiora, indeque in vniuerſum corpus diffunduntur. Ergo vbi putredinis inciderit ſuſpicio, miſſis ſuppurantibus remediis, ea, quæ putredini reſiſtunt, venient primo quoque tempore vſurpanda, cuiuſmodi eſt, quod ſequitur vnguentum. *Cur eſcharotica in hoc vulnerum genere fugiẽda, ſi ſimplicia vulnera fuerint.* *Quò eſchara putredinem inuehat.*

Y ℞. pul-

Ægyptiaci deſcriptio.

℞. *puluer. alumin. rocha. viridis æris, vitrioli romani, mellis roſat. an. ℥ij. aceti boni quantum ſufficit, bulliant omnia ſimul ſecundum artem, & fiat medicamentum ad formam mellis.* Huic à calore & ſubſtantiæ tenuitate facultas ineſt incidendorum humorum & attenuandorum, ac reuocandi caloris natiui intro conuulſi diſſipatique, violento & rapido glandis in corpus impulſu: ſed & virulenti humoris viroſa contagia corrigit. Vſurpabimus igitur hoc medicamentum in aceto aut aqua vitæ diſſolutum, indeturque vulneribus, letis ex eo peniculiſque oblitis. Erunt vero primo apparatu penicola paulo longiora & craſſiora, vt dilatato vulnere, immittendis aliis remediis ingreſſus pateat, alioqui ſiphunculo iniectiones ex eo facere licebit, quo ſubeat penitus. Cæterum Ægyptiaci hæc deſcriptio pro partium obſeſſarum conditione temperabitur, ocioſæ enim illo tanquam acriori offendentur, temperabitur vero admixto oleo de terebinthina & hypericone. Quin & ægyptiaco facile carere licebit, cum nulla talis ſuberit in aere peſtilens conſtitutio, qualis ſuperiorum bellorum ciuilium tempeſtatibus viſa eſt. Poſt ægyptiaci vſum remollientibus & lenientibus eſcharæ lapſus erit procurandus, cuiuſmodi eſt oleum ſequens, plus, quam tepidum admotum.

Qui & quando temperandum Ægyptiacum.

Oleum catellorum peptonum, anodynum, & eſcharam deturbans.

℞. *olei violati ℔ iiij. in quibus coquantur catelli duo nuper nati, vſque ad diſſolutionem oſſium, addendo vermium terreſtrium, vt decet, præparatorum ℔ j. coquantur ſimul lento igne, deinde fiat expreſſio ad vſum, addendo terebinthina veneta ℥iij. aqua vitæ ℥j.* Eſt illi oleo vis mirifica tum ſedandi doloris, tum puris in vulnere maturandi & eſcharæ deturbandæ. Quod ſequitur oleum, parabilius eſt. B

℞. *oleor. ſemin. lini, & liliorum an. ℥iiij. vnguent. baſilic. ℥j. liqueſiant ſimul, & fiat medicamentum,* de quo vulneri indatur quantum ſufficit: huic enim mediocriter calenti appoſito leniendi doloris vis ineſt, vulneris oras remolliendi & humectandi, omninoque vulnera ad ſuppurationem promouendi: quæ germana exiſtit huius generis vulnerum curandorum ratio, per Hippocratis regulam, qua omne contuſum vulnus ſtatim eſt ad ſuppurationem perducendum, ſic enim minus phlegmone tentabitur: & præterea caro omnis contrita & contuſa putreſcere debet, liquari, & in pus conuerti, vt in eius locum alia noua recensque reponi & ſubſtitui poſſit. Laurentius Ioubertus valde commendat ſequens remedium cuius tamen vires, mihi nondum experiri contigit.

Lil. de Vlce.

Pulueris mercurij dotes.

℞. *puluer. mercur. bis calcinati, ℥j. adipis porci recentis, vel butyri recentis, ℥viij. camphoræ in aqua vitæ diſſolutæ, ℥ij. miſce omnia ſimul, addendo tantillum olei liliorum, aut lini.* Docuit illum experientia, docet & ratio, id remedij genus eſſe valde commodabile: nam pulnis mercurij ſi quando materiæ craſſæ & humectæ admiſceatur, breui tempore contuſam carnem in pus vertit, nullo inſigni dolore citato. Quod ad camphoram attinet, ſeu calida illa ſit, ſeu frigida, multum ad eam rem confert, propter partium, quibus conſtat, tenuitatem. Huius enim qualitatis opera, medicamenta promptius ſubeunt in patientia corpora, & quod ſui muneris eſt, perficiunt: adde, quod corruptioni reſiſtit camphora. Nonnulli in vulnus inſtillant aquam vitæ, in qua calcanthum calcinatum diſſolutum fuerit. Quod remedij genus haud equidem eſt ſuppuratorium, ſed tamen corruptioni valde reluctatur, ſic vt eo vtiliter vti poſſimus, cum cœlum calidum eſt, vnaque humidum & ſuffocans. Cum vero ictus infligitur cominus, non poteſt non ambuſtum eſſe vulnus, ab incenſi pytij pulueris flamma: quo in caſo remedia ad ambuſta vſurpari ſolita, erunt ex vſu, non neglectis illis, quæ contuſioni debent adhiberi. Quod vero ad partes vulneri contiguas, & in propinquo poſitas ſpectat, haud equidem, niſi forte primo apparatu, refrigerantia & adſtringentia, ſed remollientia & ſuppurantia adhibentur. Nam quæ refrigerantis ſunt facultatis, partem debilitant, & ſuppurationem remorantur. Adſtringentia vero cutem conſtipant, quæ cauſa exiſtit, cur concluſis ac tranſpiratu exituque prohibitis putridis vaporibus, gangræna, & tandem ſphacelus facile partem occupent. Quod ſi contuſio inſignis fuerit, & ſe latius diffundat in carnem, multiplici ſcarificatu pars erit incidenda: quo contuſo, vt ſic loquar, & concreto ſanguine, adeoq; in putredinem prono, pars deoneretur. At quod ad eas ſpectat partes, quæ à vulnere remotiores, contuſam carnem ambiunt, refrigerantia & corroborantia illæ poſtulant remedia, vt humorum in partem decubitum & fluxionem compeſcant, cuiuſmodi eſt ſequens remedium. C D

Vitrioli cum faciis vſu.

Quæ ſcloporum vulneri cõbuſtionis coniuncta eſſe poſſint.

Scarificatio.

Adſtringens & repellens medicamentum.

℞. *puluer. boli armen. ſanguin. Dracon. puluer. myrrhæ an. ℥j ſuccor. ſolani. ſemperuiui, portulac. an. ℥j. ß. albu. iiij ouor. oxyrrhodini quantum ſufficit, fiat linimentum,* vt decet. Hoc & ſimilibus vti licebit, quoad accidentia ſuſpecta, non iam in metu ſint. Nec vero ligandi, & faſcia inuoluendi membri minor, quam remediorum cura eſſe debet: non enim parum ad ſanationem refert, ſi apto, conuenienti & in dolenti ſitu collocatum fuerit. Per initia non eſt niſi ſemel in die, id eſt, viginti quatuor horarum ſpatio vulnus curandum, quoad ſcilicet pure vulnus manare incipiat: at cum pus fieri incipiet, adeoque dolor & febris magis vrgebunt, bis in die, id eſt, ſingulis duodecim horis ſemel curandum veniet. Cum vero pus maiore ſolito copia effluet, ſic vt eius collectio ægro valde moleſta ſit, ſingulis quibuſque octo horis, id eſt, ter in die, curatio renouanda erit. At vbi puris ille copioſior effluxus ſubſiſtere, & ſenſim minui incipiet, bis in die curaſſe ſufficiet. Cum vero vlcus carne impletur, adeoque pauco admodum pure manat, ſat erit ſemel in die curationis apparatum, quemadmodum per prima initia fiebat, repetere. E

Deligatio.

Quoties in die vulnus curandum.

A

Quæ ſecundo apparatu curatio adhibenda.

CAP. VI.

APparatu ſecundo & ſequentibus, niſi putredinis & gangrænæ adſit ſuſpicio, ſolum aliquod ex ſupradictis oleum, vulneri affundendum eſt, additis ouorum vitellis & pauco croco, eiuſque remedij vſus erit, quouſque vulneris excrementum coctum appareat, & in pus verſum. In quo notandum illud venit, puris in hoc vulnerum genere longe tardiorem eſſe, quam in reliquis vulnerum generibus, alio quouis telo illatis, generationem: quod tum glans, tum aer, quem rapido glans præ ſe pellit impetu late contuſa carne, natiuum calorem diſſipant, & partis ſpiritus exhauriunt. Quæ res pepaſmi tarditatem infert, ac ſæpe ſaniei fœtorem & aliorum pernicialium ſymptomatum conſecutionem. Sæpius tamen intra tertium vel quartum diem apparet pus, citius, tardiuſue pro varia corporum patiẽtium complexione & temperamento, aeriſque ambientis in calore & frigore conditione: hinc ad deterſionem paulatim vertiendum, addita illi medicamento terebinthina, in aqua roſarum, vel hordei, aut alia simi-
B li lota ad eluendam eius mordacitatem. Si aer ambiens frigore rigeat, ſalubriter addi poterit aqua vitæ: nam ex Galeni præſcripto, hyeme calentiora, æſtate vero minus calida medicamenta vſurpanda ſunt: hinc detergentibus locus erit: vt,

Cur ſcloporũ vulnera tardius ſuppurentur.

Cur lauanda terebinthina.

Lib. 3. meth.

℞. aquæ decoctionis hordei quantum ſufficit, ſuccor: plantaginis, apij, agrimo. centauri minoris, an. ℥j. bulliant omnia ſimul, in fine decoctionis adde terebinthinæ venetæ ℥iij. mellis roſ. ℥ij. far. hord. ℥iij. croci ℈j. miſceantur omnia ſimul bene agitando, fiat mundificatiuum mediocris conſiſtentiæ. Vel,

Detergentia medicamentum.

℞. ſuccor: clymeni, plantag. abſynth. apij, an. ℥ij. tereb. venet. ℥iiij. ſyrup. abſynth. & mellis roſ. an. ℥ij. bulliant omnia ſecundum artem, poſtea colentur, in colatura adde puluer. aloes, maſtich, ireos florent. far. hord. an. ℥j fiat mundificatiuum ad vſum dictum. Vel,

℞. terebinth. venet. lotæ in aqua roſ. ℥v. olei roſ. ℥j. mellis roſ. ℥iij. myrrhæ, aloes, maſtich. ariſtoloch. rotundæ, an. ʒj. ß far. hord ℥iij miſce, fiat mundificatiuum, quod peniculis in vulnus immittetur, neque longioribus, neque craſſioribus, ne ſaniei & vaporibus ſuſcitatis exitus præcludatur, vnde vulneratæ partis eroſio, dolor, fluxio, inflammatio, abſceſſus, putredo, quæ omnia tum ipſa per ſe, tum contagione partium nobilium, & membro læſo, & toti corpori moleſta ſunt. Penicula igitur niſi gracilia, & mediocris conſiſtẽtiæ,
C in vulnus haud erunt immittenda, ne materiebus, vt dixi, intercludatur exitus, ne contractu preſſiore dolorifica ſint, ſicque maligna ſymptomata inferant. Cum vero peniculorum ſetarumq; is ſit vſus, tum vt vulnera aperta tamdiu teneant, quoad peregrina corpora excluſa fuerint, tum vt medicamenta, quibus oblinuntur, vſque ad ima vulnerum deferant. Certe ſi ſinuoſum & profundius vulnus extiterit, ſic, vt ne ſic quidem ad omnes vulneris partes medicamentum peruenire queat, iniectionibus ex ſequenti decocto res agenda erit.

Cur penicula neque longiora neque craſſiora eſſe deceat.

℞. aquæ hord. ℔ iiij. agrimon. centaur. minor. pimpinellæ, abſynth. plantag. an. m. ß. rad. ariſtoloch. rotun. ʒß. fiat decoctio ad ℔ j. in colatura expreſſa, diſſolue aloes hepaticæ ℥iij. mellis roſ. ℥ij. bulliant modicum. Ex eo decocto ter, quaterue in vulnus fiat iniectio, quoties æger curabitur: atque ſi id remediũ non ſufficiat detergendæ ſaniei, & carni ſpongioſæ, putrenti, atque emortuæ conſumendæ, addendum decocto erit Ægyptiacum diſſolutum, quantum præſens neceſſitas poſcere videbitur: fere autem in decocti libra vna diſſoluitur Ægyptiaci vncia vna: mirifica certe Ægyptiaco vis ineſt ſpongioſæ carnis, quæ vulnerum cauis inſederit, exedendæ: quin & ſolum increſcentem carnem compeſcit. In quam rem & ipſe expertus ſum
D pulueri mercurij atque aluminis vſto pari portione mixtis inſignes eſſe vires, & pares ſublimato aut arſenico, niſi quod haud tantum dolorem illa, quantum hæc inferunt: certe ipſe miratus ſum eſcharæ, quæ his aſperſis ſurgebat, amplitudinem. Pragmaticorum permulti iniectę decoctionis magnam portionem in vulnerum ſinuoſorum cauis relinqui volunt, quod mihi nunquam probari potuit. Nam & illis partibus tenſionem præter naturam humor ille concluſus infert, & humiditate ſuperflua imbuit, ex quo carnis regeneratio retardatur: quoniam omne vlcus, qua vlcus eſt, ſiccari poſtulat, Hippocratis ſententia. Multi etiam frequentiore ſetarum vſu aberrant: has enim dum ad ſingulas horas immutant, ad vulneris parietes allidunt, dolorem refricant, & alia maligna ſymptomata renouant: quare quæ vlcera copioſiore pure manant, malim curare fiſtulatis peniculis, cuiuſmodi ea exiſtunt, quæ confoſſo thoraci indũtur. Sunt inſuper diplomata lintea fundo vulneris apprimenda, quo partes [illegible] ſibi inuicem illa compreſſione addẽſentur, ſanieſque foras protrudatur: nec vero fuerit inutile [illegible] ploma amplo foramine eſſe peruium ad ſinuoſi vulneris orificium, & fiſtulata penicula, quo ap[illegible] illic & adiuncta ſpongia manantem ſaniem liceat excipere, ſic enim puris longe celerior futura e[illegible] excluſio & abſumptio, ſi præſertim faſcia à fundo ſinuoſi vlceris initio ducto, ad orificium obuoluatur. Faſciæ & diplomata, quæ huic vulnerum generi adhibebuntur, omnia oxycrato vel auſtero vino imbuentur, vt ſic parti robur ad-
E datur, & fluxio intercipiatur. Verendum vero, ne arctius partem ſtringas, hinc enim doloris ab intercepto putredinoſis vaporibus & excrementis, quæ contuſæ carnes de ſe effundunt, exitu, & atrophiæ metus, ſuccis alimentariis ad partem occluſo aditu.

Liquorum in vulnera expreſſionibus quando vtendum.

Ægyptiaci quantitas in expreſſionibus.

Cur expreſſi liquoris nihil in vulnerum ſinubus hærere debeat.

De ſetarum vſu.

Peniculi fiſtulati.

Diplomatũ & faſciarũ ratio.

Quibus remediis peregrina corpora, ſi quæ forte à primo apparatu remanſerint, veniunt extrahenda.

CAP. VII.

NOn raro contingit, vt attritorum & colliſorum ictus vehementia, oſſium quædam reſtulæ primo apparatu auelli nequeant, quod vel non cedant, vel non ſedent deſcriptis ante inſtrumentis. Quo in caſu magna eſt & probata ſequentis remedij ad reliquum id, quicquid eſt, eliminandum, vtilitas.

Cur peregrina corpora difficilius auellantur, cauſa dua.

℞.radic.ireos florent.panac.& cappar.an ℥ j.ariſtoloch.rotund.manna thuris,an ʒj.in pollinem redacta con- A
*corporentur cum mell.roſar.& terebinthin.venet.an. ℥ij.*Vel,

℞.reſin.pini.ſiccæ,℥iij pumicis combuſti & extincti in vino albo,radic.ireos,ariſtoloch.an ʒß.thuris, ʒj. ſqua-
ma æris ʒij.in pollinem redigantur diligenter,incorporentur cum melle roſato,fiat medicamentum.

De indicationibus in hoc vulnerum genere obſeruandis.

Cap. VIII.

DEterſo & purgato vlcere,peregriniſque omnibus corpuſculis reuulſis,naturæ conatus,in carne regeneranda,& cicatrice inducenda,iuuandus remediis conuenientibus, tũ aſſumptis, tũ admotis. In quam rem facile & tuto deducemur indicationibus,ſumptis primum ab eſſentia morbi,tum à cauſa, ſi adhuc præſens morbum foueat. Nam quod ait Galenus, à cauſa primitiua, & tempore nullam ſumi indicationem,id intelligendum venit de tempore præterito & cauſa abſente.

3.meth.

Iam vero & à temporibus morbi vniuerſalibus principio,incremento,ſtatu,& declinatione ſumenda indicatio eſt.Hæc enim ſingula quæuot ſua petunt remedia:alia etiam ab ægri temperie ſumitur, vt nemo Chirurgus debeat dubitare alia bilioſo,alia pituitoſo conuenire remedia. B Huc referenda indicatio, quæ ab ætate duci ſolet: ducitur etiam ab ægri diæta:nam ei, cui ſit omnium horarum ventriculus, nemo tenuiſſimum victum præſcripſerit,vel æque tenuem atque ei,qui ſemel, vel bis tantum in die cibari ſit ſolitus.Hinc eſt,quod diætæ,quæ pro omni victu panatella ſunt contentæ,non tam Gallis, quam Italis conueniunt: dandum enim eſt aliquid conſuetudini,quæ altera velut natura eſt.

Italicus victus.

Ad diætam referuntur vitæ inſtitutum, & exercitia familiaria: nam ruſticis, quibus eſt denſa caro, & à multo labore calloſa cutis alia conueniunt, quam feriatis & delicatis hominibus. Sed præ cæteris eius indicationis,quæ à viribus ægri ſumitur, habenda ratio eſt: nam viribus vel deficientibus, vel debilibus, ſtatim omnibus poſthabitis eſt ſuccurrendum:itaque reſcindendi membri,quod computruit,incidente neceſſitate differenda operatio eſt,ſi ægri vires adeo fuerint deiectæ, vt eam ferre citra vitæ euidens periculum nequeat.

Quæ à viribus ægri ſumitur indicatio præcipuam eſſe.

Ab ambiente præterea aere ſumenda indicatio eſt,ſub qua illa etiam cõprehenditur,quæ ab anni tẽpeſtate,regione,ac cœli & ſoli,quod incolumis ſtatu temporiſque præſentis particulari conditione petitur. Hinc eſt, quod à Guidone ſcriptum legimus, capitis vulnera ſanatu eſſe longe contumaciora Lutetiæ, quam apud Auenionenſes, apud quos contra tibiarum vulnera difficilius ſanantur, quam Lutetiæ, quod Lutetiæ aer C frigidus ſit & humidus, quæ conſtitutio cum cerebro & capiti inimica ſit, non poteſt non eſſe infenſa earum partium vulneribus.At apud Auenionenſes,qui eſt ambientis aeris feruor humores liquefacit,& ſuperna deorſum decurrere facit. Quod ſi quis huic Guidonis decreto contrariam experientiam obiiciat, atque ſæpius lethalia eſſe & animaduerti in calidis regionibus capitis vulnera dicat, is intelligat, non eſſe eum caſum acceptum ferendum aeris manifeſto calori, ſed maligno cuidam & venenato humori vel vapori per aerem ſparſo & à mari ſuſcitato:vt obſeruare in his demum locis Narbonenſis Galliæ & Italiæ licet,quæ mari Mediterraneo ſunt vicina.

Cur capitis Lutetiæ lethaliora,crurum autem vulnera Auenione ſanatu ſint difficiliora.

Petenda præterea curandi indicatio eſt ex partium vulneratarum propria & priuata temperie:nam alia muſculoſis, alia oſſeis partibus debetur curatio. Hanc eandem remediorum varietatem indicat, & peritè partium ſenſibilitas: non enim tam acria neruis & tendinibus, quam ſenſus expertibus ligamentis apposueris. Par ratio eſt dignitatis & muneris partium ad vitam tuendam neceſſarij: ſæpe enim vulnera cerebri, vel alicuius naturalium, & vitalium partium,hoc ipſo, quod in illis ſunt partibus defixa, totam peruertunt curandi rationem, quæ vulneribus communis & generalis eſſe ſolet,nec immerito:nam ſæpe ex partis conditione de toto morbi euentu certo pronuntiamus: nam vulnera, quæ in cerebri ventriculos penetrant,in cor,magna vaſa, thora- D cem,partem diaphragmatis neruoſam, iecur, ventriculum, inteſtina tenuia, veſicam, ſi paulo maiora fuerint,lethalia exiſtunt,quemadmodum & illa,quæ articulos occupant in corpore cacochymo,vt ſupra notauimus.

A partium læſarum actu aut hebete ſenſu petẽda curandi indicatio.

Nec vero negligenda ea indicatio, quæ à partis ſitu,& cum vicinis commercio, vel à figura ducitur:cum ne Galenus quidem eam negligendam duxerit. In ſumendis vero commemoratis indicationibus conſiderandum eſt, num morborum adſit compoſitio ſeu complicatio : nam vt vnius & ſimplicis morbi vna & ſimplex indicatio eſt,ſic compoſiti & complicati multiplex eſſe debet.

7.meth.& 2.ad Glau.

Affectuũ vero præter naturam r[illegible] notatur compoſitio : nam vel morbus morbo componitur, vt vulnus, aut phlegmone,fracturæ [illegible] el morbus cauſæ,vt vlcus,fluxioni:vel morbus ſymptomati, vt vulnus cum dolore aut hæmorrh[illegible] Incidit nonnunquam, vt tria hæc in vnum caſum & affectum concurrant, morbus,cauſa,& ſymptoma.In his artificioſe tractandis, ſequendum eſt Galeni conſilium, qui iubet in complicatis & compoſitis affectibus, vt vrgentiori occurratur: tum cauſæ morbi occurramus, denique ei affectui,ſine quo reliqui affectus ſanari nequeunt.

Quot modis affectus componantur.

Lib.7.meth.

Quod conſilium apprime notandum venit:nam in illa affectuum compoſitione cum incertus empyricorum vagetur animus, contra habet rationalis Medicus,paucis & plane aureis verbis,præſcriptam viam,quam ordine in curando ſi ſequatur,à ſanitate aberrare non poſſit. E Symptomata equidem,qua ſunt ſymptomata, nullam faciunt agendorum indicationem,nec ordinem curandi immutant:nam ſanato morbo, vna & ſymptoma, quod morbum tanquam vmbra corpus ſequitur,tollitur. At ſæpe adeo vrgent, premũtque ſymptomata,vt peruerſa omni curandi œconomia,ipſis occurrere primum cogamur,quod tum cauſæ incrementi morbi rationem obtineant.

Qui & quãdo à ſymptomate curandi ducatur indicatio.

Cæterum omnes notatæ indicationes duo ſpectant. Primum eſt, vt pars natiuæ ſuæ temperiei reſtituatur: Alterum, vt neque quantitate,neque qualitate ſanguis in vitio ſit:hæc enim duo cum adſunt,nihil eſt,quod regenerationem ſeu repoſitionem,nihil,quod vnionem vulnerum,vlcerumue remorari poſſit.

Quo ſpectent omnes in curatione vulnerum.

Qua

Quæ reſtent Chirurgo agenda in hoc vulnerum genere.

Cap. IX.

AB initio Chirurgum in dolore ſedando operatum eſſe decet, fluxiones reprimendo, diætam in ſex illis rebus, quæ non naturalium nomine intelliguntur, præſcribendo, calidorum & acrium, vini etiam vſu interdicto: talia enim humores attenuant, & ad influxum paratiores reddunt. Sit igitur initio victus tenuis, quo à parte affecta reuellatur humorum curſus: vacuus enim nec ſatis plenus ventriculus vndique ex circumſtantibus corporis partibus attrahit: quo fit, vt conſecutione quadam, tandem extimæ & extremæ corporis partes inaniantur: quæ cauſa exiſtit, cur primis diebus, parcius ſint cibandi vulnerati. Coitus eſt pernicioſus, quod ſpiritus, humoresque præ cæteris motibus inflammat: quo fit, vt humores incaleſcentes in partem vulneratam & incaleſcentem plus æquo cieantur. Sanguinis fluxus non eſt ſtatim accepto vulnere ſiſtendus: eius enim copioſiore effluxu pars inflammationis & plethoræ periculis liberatur. Itaque ſi non ſatis ſanguinis fuſum inflicto fuerit vulnere, ſecta vena ſanguis ſequenti die pro viribus & plenitudine ægri erit reuellendus: nam per huius generis vulnera non multus ſanguis manare ſolet: quod contuſionis magnitudine, & aeris agitati vehementia, ſpiritus intro compelluntur, quemadmodum in his etiam obſeruaui, quibus ferreus globus craſſior, integrum aliquod membrum abſtulerat. Nam in ipſo accepto vulneris articulo, haud multus effluit ſanguis, etſi eo inſignes venæ & arteriæ ruptæ & attritæ ſint. At quarto, quinto, ſexto, pluribuſue aliquot diebus poſt, ſanguis maiore copia & impetu diffluit, calore nempe natiuo, & ſpiritibus in partem remigrantibus. Aluus libera eſſe debet, nempe vt ſaltem ſemel in die deſcendat, ſeu natura, ſeu arte: idque clyſtere potius, quam catharticis, quod humorum agitatio, primis præſertim diebus ſuſpecta ſit, ne maior cieatur in partem affectam fluxio. Quanquam Galenus ſcribit vtramque vacuationem, tum quæ ſecta vena, tum quæ cathartis inſtituitur, hic eſſe neceſſariam, etſi à plethora & cacochymia immunis ſit æger: ſed eius rei cura omnis Doctorum Medicorum arbitrio permittenda eſt. Dolor, ſiquidem inflammationi ſit iunctus, ſedabitur litu partium vulneri vicinarum ex vnguento nutrito cum ſucco plantaginis, ſemperuiui, ſolani & ſimilium compoſito. Vnguentum diachalciteos, à Galeno deſcriptum, diſſolutum cum aceto, oleo papauerino, & roſaceo non minoris eſt efficaciæ, nec vnguentum de bolo, nec multa alia eiuſdem facultatis, etſi proprie anodyna non ſint, vt quæ calida & humida in primo gradu non exiſtant, ſed potius frigida, non adeo tamen, vt narcoticam vim habeant. Ergo illa commemorata dolores leniunt, quod intemperiem calidam corrigant, & fluxiones acres ac bilioſas, quibus, quam frigidis, maior eſt impetus, ſiſtant. Poſt vſum repercutientium vtilis erit vſus ſequentis cataplaſmatis.

Cur tenuis diæta vulneratis præſcribenda.

B

Cur à vulnere ſclopetario ſanguis ſecta vena detrahendus.

Lib. 4. meth. cap. 6.

C

Lib. 1. de cõpoſ. med. ſecundum gẽ. cap. 6.

℞. micæ panis infuſæ in lacte vaccino ℔. j. ß. bulliant parum, addendo oleor: violat. & roſat. an. ℥iij. vitellos ouorum, iiij. puluer. roſar. rubr. flor. chamæmel. & melilot. an. ℥ij. far. fabar. & hord. an. ℥j. miſce, fiat cataplaſma ſecundum artem. Paratu etiam facile in ſimili affectu erit remedium ex mica panis cum oxycrato & oleo roſaceo cocta. Tumorum, ſi qui vulneri coniuncti ſint, curatio, ex proprio tractatu repetenda eſt. Naturæ vero motus, ſeu ſuppuratum, ſeu aliud quiduis moliatur, Medico & Chirurgo naturæ miniſtris, ſemper ſpectandus eſt & iuuandus.

Cataplaſma anodynum & digerens.

De glandibus, quæ tempore multo poſt vulneris ſanationem, in parte & corpore reſident.

D

Cap. X.

HÆrent infixæ ſeptem, nonnunquam octo, pluribuſue annis in parte corporis plumbeæ glandes, ſic vt nec inde vulneris agglutinatio retardetur, nec vllum aliquod ſymptoma ſuperueniat, vt à me pluries obſeruatum eſt: quouſque tandem naturæ excernentis robore, & propria grauitate deorſum pulſæ, in parte aliqua inferna, ſuo ſe tumore prodant, Chirurgi manu eximendæ. Aiunt enim plumbo occultam quandam eſſe cum humani corporis, carnoſa præſertim mole, ſympathiam, & familiaritatem. Ideo in corpore nec putreſcere, nec putrefacere. Itaque inſignem eius in antiquis vlceribus cicatrice obducendis eſſe vim: aliam vero rationem eſſe glandium lapidearum, ferrearum, aut alterius metalli: non poſſe enim diutius perſtare illas in corporibus citra perniciem, rubiginem enim ferrum contrahere, vnde vicinorum corporum ſequatur eroſio, & aliorum malorum ſymptomatum conſecutio: quanquam ne diutius quidem in neruoſis, vel nobilibus partibus cunctari poſſit plumbea glans, citra perniciem.

Cur tot annos plumbea glandes innoxie in corpore maneãt.

Quibus artibus aeris vitia corrigenda ſint, ſic, vt inde partes nobiles & corpus totum corroboretur.

E

Cap. XI.

QVia vero, vt ante monuimus, contingunt nonnunquam tempora, in quibus vel leuia ſclopetorum vulnera, non ſuo, ſed aeris vitio lethalia ſint, ideo & hæc quoque Chirurgo cura incumbit, vt omni arte aerem corrigat, & ad quandam qualitatem, & ſubſtantiæ moderationem reducat, parteſque nobiles & totum corpus confirmet, quod fiet ſequentibus præſidiis, tum aſſumptis, tum admotis. Mane tribus horis ante paſtum deglutiet æger electuarij diarrhodon abbatis, aut aromatici roſati, triaſantali, diamoſci, vel lætificantis Galeni, alteriuſue ſimilis, certum, quod Medico videbitur pondus. Epithemata cordi & iecori admouebuntur hoc, qui fere ſequitur, modo.

Cardiaca ad viſcerum robur.

℞. aquæ roſ. ℥iiij. aquæ bugloſ. acet. boni an. ℥ij. coriandri præparati ʒß. carioph. cortic. citri an. ʒj. ſant. rub. ʒß. coralli vtriuſque ʒß. camphoræ ℈j. croci ℈ß. pulueris diarrhodon abbatis ʒij. theriacæ & mithridatij an. ʒß. pulu. flo. cham. & mel an. ʒiij. miſce, fiat epithema, admoueatur tepide, coccino panno inde intincto.

Epithema cardiacum.

Odorata & refrigerantia naribus ægri ſæpe ſunt admouenda ad facultatis animalis confirmationem: Vt, A

Suauiter olentia.

℞ aquæ roſ. & acet. boni an. ℥iij. caryophyl. nucis moſch. cinamomi conquaſſatorum, & theriacæ Galeni an. ʒj. imbutum eo medicamento linteum ægri naribus ſubinde admoueatur. In eundem vſum malum odoratum ſæpius olfaciendum geſtabit æger: Vt,

℞ roſ. rub. vio. an. ℥iij. baccarum myr. iunip. ſantal. rub. an. ʒij. ß. ſtyracis cala. ʒij. aquæ roſar. quantum ſatis eſt: liqueſiant ſimul cum cera alba, quod ſufficit, fiat ceratum ad comprehendos ſupradictos pulueres cum piſtillo calido, & ducatur in pomum. Vel,

℞ rad. ireos florent. maiora. calam. aromat. ladan. benioini, rad. cype. caryoph. an. ʒij. moſchi gr. iiij. fiat puluis cum gummi tragacanthæ, quod ſufficit: Vel,

℞ ladan. puri ℥j. benioni ʒb. ſtyracis calami. ʒvj. ireos floren. ʒß. caryophyl. ʒiij. maioran. roſ. rub. calami arom. an. ʒß in pollinem redigantur omnia, & bulliant cum aqua roſ. quantum ſufficit: colentur, colata liqueſiant cum iuſta cera alba quantitate, ſtyracis liquid. ʒj fiat ad modum cerati, & cum piſtillo fiat pomum addita moſchi ʒj. Pitaciis B etiam fronti admotis, poterit facultas animalis roborari, ſomnus prouocari, & dolor capitis leniri: Vt,

Pitacia ſomnifera & facultatem animalem roborantia.

℞ aquæ roſ. ℥ij. olei roſ. & papau. an ℥j. ß. acet. boni ℥j. trochiſcorum de camphor. ʒß. fiat frontale. Lintei panni hoc medicamento imbuti temporibus & fronti admoueantur, & ſubinde renouentur, alias calore, ſiccitate, & duritia, vigilias pro ſomno inducent. Nec vero arctius interim conſtringendum caput, ne libera arteriarum temporalium pulſatione intercepta, capitis dolor ingraueſcat. Ignis excitandus in ægri cubiculo, ex lignis odoratis, vt iuniperino, laurino, ſarmentis vitium, roriſmarino, & radice ireos. Eodem conſilio aquæ odoratæ in pauimentum effunduntur, ſi æger eos ſumptus ferre poſſit: Vt.

Aqua odorata.

℞ maiorana, menthæ radic. cyper calam aromatic. ſaluia, lauendulæ, fœniculi, thymi, ſtœchados, flor. chamem. melil. ſaturcia, baccarum lauri & iuniperi an m. iij. pulu. caryoph. nucis moſchat. an. ℥j. aquæ roſ. & vitæ an. ℔ ij. vini albi boni & odoriſici ℔ x. bulliant omnia in balneo Mariæ ad vſum dictum. Poſſunt & ſuffumigia componi, forma, vt loquuntur, auicularum cypriarum.

Auicula cypria.

℞ carbonis ſalicis ℥viij. ladani puri ℥ij. thuris maſculi, ligni, & baccarum iuniperi, an. ℥j. xyloaloes, benioini, ſtyracis calamitæ, aa. ℥b. nucis moſchatæ, ſantali lutei, au. ʒiij. caryoph. ſtyracis liquidæ, an. ʒij. zedoariæ, calam. arom. au. ʒj. gummi tragacant. aqua roſarum ſoluti, quod ſit ſatis, fiant auiculæ cypriæ, ſeu ſuffitus, qua forma libebit. C Quod vero ad caries & oſſium corruptiones ſpectat, quæ de his videbuntur dicenda, dicentur poſtea.

Hiſtoriæ memorabiles. CAP. XII.

CVrandorum ſclopo inflictorum vulnerum deſcriptas leges, placet nunc in Tyronum gratiam appoſitis exemplis illuſtrare. Clariſſimus & bellicoſiſſimus Comes Mansfeldtanus, Auguſtæ Romanduorum Protex, Burgundiani ordinis eques torquatus, inter auxiliares copias Gallorum Regi ad Moncontortium prælium aderat. Ibi in conflictu manuario tormento comminus tam grande vulnus ad ſiniſtri cubiti articulum accepit, vt fractis inſigniter oſſibus, multa quaſi à malleo ſupra incudem, contrita & comminuta cernerentur. Hinc maligna pleraque ſymptomata emerſere, dolorum nempe acerbi & immanes cruciatus, inflammatio, febris, brachij totius ad extremos vſque digitos tumor œdematoſus & flatulentus, ac quædam ad gangrænam diſpoſitio. Huic vt occurrerent, Nicolaus Lambertus & Richardus Hubertus Regij Chirurgi, multas & profundas ſcarificationes inflixerant. Ego vero ad eum, qui inuiſerem & curarem Regis iuſſu cum veniſſem, ingentemque fœtorem & putredinem animaduerterem, inaui, vt lotiones ex ægyptiaco vinibus aucto, & aceto ac aqua vitæ diſſoluto, inſtituerentur, aliaque fierent, quæ *capite de Gangræna* fuſius explicantur. Nam & diarrhœa ægro ſuperuenerat, quæ purulentam & fœtidam ſaniem à brachio & vulnere manantem reddebat. Quod quo modo fieret, abunde dicetur *tractatu De ſuppreſſa vrina*: permultis enim abſurdum id videbatur, quod vt è brachio purulentus ille humor in aluum deflueret, neceſſe haberet in venas remeare, ſanguini miſceri, ſuoque perniciali & contagioſo per cor & hepar tranſitu, peſſima omnium ſymptomata, tandemque mortem inferre. Certe crebræ nobilem ægrum syncopæ inuadebant, tetrorum vaporum ab vlceribus ſuſcitatorum, ad partes nobiles translatione: quibus vt occurrerem, deglutire ipſum iubebam aquæ vitæ, in qua theriacæ parum diſſoluetam cochlear vnum. Tumorem œdematoſum & flatulentum, brachium totum occupantem, reprimere conabar ſplenijs oxycrato imbutis, cui ſalis momentum & aquæ vitæ parum affuſum eſſet. Eiuſmodi ſplenia duplatis linteis, quam arctiſſime poſſem couſutis, continebam & ſtabiliebam. Talis compreſſio oſſa fracta ſua ſede continebat, ſaniem ab vlceribus exprimebat, affluentes in partem humores retro in corporis centrum compellebat. Hanc compreſſionem ſi quando intermitterem, adeo augebatur tumor, vt non leuis me metus haberet, ne partis natiuus calor inde ſuffocaretur. Nec vero alia faſciandi erat commoditas aut facultas propter doloris acerbum cruciatum, quo habebatur æger, ſi E quando vel leniter brachium commoueretur. Multi inſuper abſceſſus ad cubiti articulum, perque totum brachium paſſim eruperunt. Quorum materiebus vt exitum aperirem, nouas moliri inciſiones coactus ſui quas ille vt omnia forti & intrepido animo tollerabat, detergendorum vlcerum & putredinis corrigendæ ab ægyptiaco in vino vel melle roſato diſſoluto, & vlceribus infuſo, ſpongiolæ carnis luxuriantis caſtigandæ, à puluere aluminis, deſiccationis poſt deterſionem completam à linamentis, ſanitatis denique à potione vulneraria compendium illi comparaui. Vere hoc affirmare & profiteri poſſum, me pendeore curatione, illi è brachio pluſquam ſexaginta oſſium teſtulas exemiſſe, & eximere neceſſe habuiſſe, inter quas vna viſebatur digiti longitudine: Dei tamen fauore ſuperſtes & incolumis euaſit, cætera ſanus, niſi quod contrahendi aut explicandi brachij ſit illi non libertas.

Symptomata maligna, quæ vulneri ſclopo inflicto fere ſuperueniunt.

Remedia ad gangrænam incipientem.

Pus a læſis artubus in aluum confluere poteſt.

Compendia ſanitatis in vulnere recuperanda.

Non

A Non ita multo poſt iuſſu Regis inuiſi hand longe à Monte, vrbe Hannoniæ, Carolum Philippum de Croy, Haureti dominum, Aſchotij ducis fratrem. Is à ſeptem menſibus lecto afflictus iacebat, ex ſclopi vulnere trium digitorum interſtitio ſupra genu accepto. Eum hæc tum ſymptomata babebant: dolores intolerabiles, febris continua, ſudores frigidi, vigiliæ, coccigis excoriationes ob diuturnum in illam partem decubitum, deiecta ciborum appetentia, cum multa ſiti. Cadebat ſæpe epileptico ſimilis, cum nauſea & continuo tremore, vt ne manum quidem ori, citra alterius auxilium admouere poſſet: crebra à vaporum translatione ad partes nobiles Leipothymia prehendebatur. Nam os femoris fractũ erat in longum & tranſuerſum cum multis teſtulis oſſium, quarum nonnullæ iam exciderant diuulſæ à viuente oſſe, aliæ tenacius adhuc hærebant. Erat inſuper ei vlcus ad bubones, quod in medium ſemur deſinebat: ſed & alia ipſi iuxta genu erant vlcera ſinuoſa. Muſculi omnes femoris, cruriſque inſigniter tumebant, humore pituitoſo, frigido, & flatuoſo, adeo vt earum partium calor natiuus prope omnis extinctus videretur. Quibus omnibus expenſis vix vnquam ſperabam ipſum conualiturum, adeo vt me incœpti mei pœniteret. Tandem tamen fretus virium, & florentis in eo ætatis fiducia, cœpi mihi aliquid melius polliceri. Itaque cum bona eius venia, ante omnia duas inciſiones molior, vt exitum materiebus

Horrenda ſymtomata ex vulnere ſclopo inflicto.

Inciſiones quo conſilio facta.

B patefacerem, quæ oſſi circumpoſitæ, muſculorum ſubſtantiam irrigabant. Succeſſit res fœliciter, & multa humoris copia educta eſt, hinc ſiphunculo expreſſum in illas exciſiones à me eſt ægyptiacum multum, in vino & pauca aqua vitæ diſſolutum, quo ſic putredinem comprimerem & emendarem, carnem ſpongioſam, laxam & mollem corrigerem, tumorem œdematoſum & flatulentum reſoluerem, dolorem ſedarem, & calorem natiuum ſub humoris excrementitij mole fere oppreſſum, ſic vt vix alimenti quidquam aſſimilare & partibus adiungere poſſet, excitarem & roborarem. Hinc partem affectam foui ſaluia, roriſmarino, thymo, lauendula, floribus chamemeli, meliloti, roſis rubris in vino albo, & lixiuio ligni quercini incoctis, ſalis & aceti quod ſufficere videbatur, addito. Eiuſmodi fotui vis erat humoris morbifici attenuandi & exhauriendi. Diu vero & multum hi admouebantur fotus, quo ſic plus humoris diſſiparetur, ſiccando, & cutis ſpiracula reſerando, quam in partem aduocaretur. In eundem hunc finem frictiones illi ex linteis calidis inſtituimus, mixtas ſeu rotundas, id eſt, quæ ſuperne deorſum, inferne ſurſum atque in omnem partem fierent, quæque fierent diutius: nam breuis frictio plus in partem attrahit humoris, quam reſoluere queat: interpoſitis diebus illi circum crus, femur, & pedis veſtigium lateres ab igne candentes admoueri iuſſi. Extinguebantur vero & irrigabantur illi aceto & vino albo

Fotus partis affecta quorſum facti.

Frictiones mixta ſeu rotunda qua dicantur.

C cum tantula portione aquæ vitæ. Suſcitati inde vaporis vi, multi aquoſi humores ſudoribus diffluebant tumor minuebatur, natiuus ſenſim ipſi calor reſtituebatur: inde ſplenia circumponebantur imbuta lixiuio ex cinere querno, in quo incuxiſſent ſaluia, roſmarinus, lauendula, ſal, aqua vitæ, caryophylli. Faſciæ vero tam artificioſe & ſuauiter ipſi aduoluebantur, vt earum constrictionem ſine dolore & facile ferre poſſet: tam fœlici ſucceſſu, vt ſi vel diem vnum intermitterentur: tumor ingenti mole attolleretur. Diplomata vero lintea craſſiora vlcerum ſinubus imis admouebantur, quo ſic facilius compreſſa ſanies foras exprimeretur.

Lixiuium medicatum.

Cæterum hoc ſedulo curaui ſemper vt vlcerum orificia hiarent, immiſſis penicelis fiſtulatis: nonnunquam ad tumoris reſolutionem ſequens cataplaſma apponebant.

Faſcia cum diplomatis.

℞. far. hord. fab. & orob. an. ℥vj. mel. comm. & tereb. an. ℥ij. flo. cham. melil & roſ. rub. an ℥ß. pulue. rad. ireos floren. cype maſt. an. ℥iij. oxymelitis ſimplicis quantum ſufficit, fiat cataplaſma ad formam pultis ſatis liquida. Appoſita & fuere emplaſtra de Vigo ſine mercurio, quibus mirifice ſedatus eſt dolor & reſedit tumor: non tamen ante apponebantur, quam partes incaluiſſent fotu, frictionibus & euaporationibus, alias è facultate in actum nunquam id emplaſtrum potuiſſet emergere, propter inſignem partium affectarum in-

Cataplaſma diſcutiens.

Emplaſtrũ de Vigo.

D temperiem frigidam: nec vero puluneres catagmatici, eliminandis, eximendiſque colliſis oſſibus idonei, omiſſi fuere. Vſus eſt per dies quindecim potione vulneraria: iam vero præter particulares affectarum partium frictiones, alias generales inſtituebam ad vniuerſum corpus multum emaciatum: his enim attrahebatur vna cum ſpiritu ad partes ſanguis, fuligo acris & ſubcutanea reſoluebatur. Denique febre doloribuſque ſedatis, reſtituta appetentia, cibis boni ſucci abunde pro virium ratione aſſumptis, breui habilior factus, omnino tandem ſingulari Dei beneficio ſibi & ſanitati eſt reſtitutus, niſi quod plena flectendi genu libertas non fuerit reſtituta. Hæc eo ego recitare volui, non quod mihi gloriæ apponerem, quæ Dei fauore in his ægris meæ fidei commiſſis fœliciter ſucceſſere: ſed quo Chirurgiæ tyronem ad artis opera exemplorum propoſitione familiari efformarem plenius & perfectius.

E

Apologia ſuper vulneribus ſclopo illiſis.

CAP. XIII.

Occaſio ſcribendæ huius apologiæ.

INcidit nuper in manus meas libellus, ea Medici cuiuſdã officina profectus, quo is quę de vulnerũ ſclo-
po inflictorum curatione à me huc vſque ſcripta ſunt, eleuare & labefactare contendit. Certe ſi nulla
alia res, quã nominis mei iactura, illa cõtentione ageretur, tacerẽ lubens, & modeſto ſilentio homini os
occluderem. Sed cum tot hominum ſalus, hoc vno tanquam capitis iudicio, agatur, occurrendum erro-
ri putaui: ne ille magno vitæ mortalium diſpendio ſerpat in plures, & latius diffundatur. *Mortis* (inquit)

Summa capita libelli aduerſariorum.

*cauſas pleriſque vel leuiter ſclopo vulneratis, attulit ſuppurantium vt baſiliconis, pluribus acrium medicamentorum, vt
ægyptiaci vſus. Neque vero Hippocr. in hoc curando vulnerum genere conſilium, quo is contuſum omne vulnus, ad ſup-
purationem perducendum monet, eſt obſeruandum. Nam cum noua hæc ſit vulnerum ſpecies, noua quoque, nec veteribus
vſitata poſcit remedia. Iam aeris à naturali conſtitutione mutata temperies, remediorum mutationem indicare haud
debet: multo vero minus tonitru & fulmen cannonorum muralium, ſeu tormentorum æneorum ictibus aſſimilanda fuere.*

Hæc ſunt ſumma libelli illius capita, quæ quia à veritate & his, quæ ante à me tradita, videntur diſſenti-
re, refellere ipſa nunc viſum eſt. Primum enim cum glandes plumbeæ ſclopis explodi ſolitæ rotundæ B
ſint, ſeu obtuſæ & ponderoſæ ac graues, corporis continuitatem ſoluere citra contuſionem & attritum
nequeunt. At nulla contuſio citra ſuppurationem ſanationem admittere poteſt: non Hippoc. modo,
ſed & Gal. omniumque qui de re Medica ſcripſerunt, ſententia. Nec vero huic nouo vulnerum generi
noua ſunt commiſcenda remedia: non enim, vt Regum & Imperatorum, ſic ſacræ artis & diuinæ me-
dicinæ leges mutationi ſunt obnoxiæ, aut moribus hominum, temporibuſue obtemperant. Sunt illæ
immutabili neceſſitate firmatæ, quam conſtantiam illis non tempus edax, non vetuſtas inuidioſa, non
tyrannis extorquere poſſit. Itaque neque illi, qui hodie magna cum laude medicinam Regibus & prin-
cipibus faciunt, Iobertum dico, & Botallum ab illa Hippoc. regula ſibi diſcedendum putant. Hanc nõ
modo in curando, & operibus artis ſequuntur & amplectuntur, ſed & editis de huius generis vulnerũ
curatione libris laudibus ea tollunt in cœlum, ſtabiliunt, & ſancte omnibus obſeruandam proponunt.

Omne vulnus ſclopo inflictum eſſe contuſum.

Denia ab olim poſitis medicinæ regulis remedia minime cõmiſcenda.

Et tamen Medici illi eiuſmodi ſunt, vt quotidie & aſſidue in caſtris, in exercitu, in regia domo verſantes
plures ſclopo vulneratos ſanauerint, & quotidie ad ſanitatem perducant, quam noſter vnquam Medi-
cus viderit. Nec vero modo quos nominaui, ſed & omnium fere, qui hæc vulnera tractant, hæc agendi C
ratio eſt, vt ſi nihil ſit quod impediat, aut contra indicet, ſtatim ſuppurantia adhibeant. Et miror, quo-
modo Chirurgum empyricum, qui ipſi in vicinia poſitus eſt, Doblerum illum dico, non animaduertat,
deplorata huius generis vulnera, non alio, quam ſuppurante medicamento ad ſanitatem perducere: ex
lardo liquefacto, oui vitello, terebinthina & pauco croco confecto.

Medicamentum ſuppurans exploratarum virium.

Anno Domini 1538. erat Taurini, dum ego illic agerem Chirurgus Monte-iani Alpinarum gen-
tium Proregis, Chirurgus quidam horum vulnerum curandorum fama in primis nobilis, & tamen is ſo-
lo oleo catellorum, cuius deſcriptionem, magnis tandem precibus & ſumptibus ab eo vix extorquere
potui, ea curabat, eoque non feruente, vt nonnulli putarunt, ſed tantum non calente vulneribus affuſo,
ipſorum dolorem leniebat, & ad ſuppurationem fœliciter perducebat. Quod dehinc plerique omnes
chirurgi, vbi olei illius deſcriptionem ea me, edito hoc opuſculo habuere, fœliciſſimo ſucceſſu factita-
runt, & quotidie factitant. Quod vero ægyptiacum contemnit, ſolus, credo, in ea eſt hereſi: cum nullum
aliud hucuſque habitum fuerit remedium, putredini auertendæ, ſi in propinquo eſſet, & corrigendæ, ſi
iam præſens adeſſet, præſentius & valentius. Atqui hæc vulnera ſæpe in vlcera degenerant virulenta,
ſerpentia, arrodentia, maligna, & fœtidam ac cadaueroſam ſaniem eructantia, vnde gangræna parti ad-
uenit, niſi ægypriaco & aliis acribus remediis, his, quos ante nominaui, Medicis, Chirurgiſque omnibus
commendatiſſimis occurratur. At (inquit) venenatum eſt hoc vnguentum, quodque ideo vulneribus, D
igniariis telis illatis, mortis cauſas pleriſque attulit. Profecto ſi quis in huius vnguenti compoſitionem,
& ſingulorum, omniumque ex quibus conflatur, medicamentorum naturam deſpiciat, intelliget tan-
tum abeſſe, vt venenatum ſit hoc vnguenti genus, vt contra omni veneno & putredini, quæ parti cor-
roſæ vulneris cuiuſuis occaſione contingere poſſit, è directo contrarietur & reſiſtat. Falſiſſimum vero
eſt & ab Hippocratis doctrina alieniſſimum, aſſerere, anni tempeſtatibus à naturæ lege aberrantibus,
aeris, non quidem ſimplicis & elementaris, ſed varia vaporum putridorum & peſtilentium, vel è terra
ſuſcitatorum, vel cælitus demiſſorum admiatione inquinati & corrupti, vulnera alio atque alio tempo-
re haud maligniora & remediis contumaciora non effici. Nam aer vel incaleſcens vel frigore torpeſcẽs,
inſpiratione, tranſpiratione in corpus aſſumptus, ſimilem ſuis qualitatibus conditionem nobis ingene-
rat. Cur non igitur putredinoſis inſepultorum poſt dira prælia, & naualium exercituum naufragia, va-
poribus inquinatus, corpora, vulneraque ſimili qualitate inficiet.

Ægyptiaci aduerſum putredinem vires.

Aeris vis in morbis creãdis & exaggerandis.

Hiſtoria.

Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, qui annus bellorum ciuilium,
primis tumultibus toti Galliæ fuit funeſtus, cum Penæ, quod caſtrum eſt Loto flumini impoſitum, mul-
ta interfectorum hominum cadauera in puteum centum vlnas altum proiecta fuiſſent, tam fœtidus
hinc & adeo venenatus vapor poſt duos menſes ſuſcitatus eſt, vt multa inde hominum millia paſſim
per totam Agenenſium prouinciam, tanquam peſte interierint, veneni ſui perniciali lue, late per vigin-
ti vndique in ambitu milliaria diffuſa.

Quod mirum cuiquam videri non debet, cum præſertim ventorum afflatu putridæ ex-
halationes, in varias & diſtantiſſimas regiones impelli & iactari, ſparſis tanquam peſtis ſe-
minibus poſſint: vnde ſpirituum humorumque & vulnerum lethalis corruptio contingat: haud
vulnerum

A vulnerum malignitati propriæ aut peruerſæ curationi, ſed aeris vitio attribuenda. Itaque Franciſcus
Dalechampius in gallica ſua Chirurgia, inter ea, quæ vlcerum ſanationem impediunt, non omiſit illam,
quæ ab aere peſtilentiæ ſeminibus inquinato aduenit, cauſam communem. Didicerat nempe à magi- *Aph. 1. ſect. 3*
ſtro Hippocrate, mutationes temporum potiſſimum parere morbos: & legerat apud Guidonem, hanc
maxime cauſam exiſtere, cur vulnera capitis Lutetiæ, crurum vero Auenione, curatu & ſanatu eſſent
contumaciora. Denique ipſis etiam eſt tonſoribus notum, per aeris conſtitutiones calidas & humidas,
vulnera facile in gangrænam faceſſere. Itaque Auſtrali tempeſtate per aerem regnante, ne ipſi quidem
lanij carnes niſi in diem mactant. Adnotaui antea, quæ vulnerum fuiſſet in Rothomagenſi obſidione *2. Apologiſ-*
ab aeris vitio malignitas, quæ nemini, ne regio quidem ſanguine ortis principibus, quibus omnia ſanita- *mo.*
tis compendia abunde ſuppetebant, parceret. Quæ me cauſa impulit, vt tandem experientia factus pe-
ritior, ſuppurantium loco ægyptiacum vnguentum, & ſimilis facultatis medicamenta, vulneribus tota
illa tempeſtate admouerem: quo graſſanti paſſim putredini & gangrænæ occurrerem. Sed ſi aſtrorum *Aſtrorum*
varius motus, influxu ſuo peſtem demittere in aerem poteſt: cur non & vulnera, corporaque vulnerata, *vis in aerem*
ſuis, & aeris mutationibus obnoxia, qualitatum ſuarum vitio inficere, & tanquam immiſſo veneno cor- *& corpora*
B rumpere poterit? Magiſtra experientia didicimus iamdudum, dolores omnes, ſed vulnerum præſertim, *noſtra.*
pluuioſo & vdo cœlo ingraueſcere, maxime quod Auſtrali illa conſtitutione craſſis & nebuloſis vapo-
ribus grauis aer, humores intus in corpore exagitet: qui mox facile in partes affectas decumbant, & do-
lorum exacerbationem faciant. *At*, inquit aduerſarius, *in Druidarum & Dyonyſiaco conflictu media etiam hye-
me, infinita ſclopo vulneratorum militum millia interiere, non alio profecto, quam peruerſæ curationis, qua ſuppuran-
tibus aut acribus medicamentis inſtituitur vitio.* At eiuſmodi hæc verba niſi hominis eſſe nequeunt ignoran-
tis, frigus vulneribus, vlceribuſque eſſe inimiciſſimum, quod Hippoc. ſententia ſit mordax, cutem ob- *Aph. 20. ſec.*
duret, liuorem, id eſt, gangrænam obducat. Si ille mecum in Metenſi obſidione fuiſſet, oculorum fide *5.*
intellexiſſet, multis militibus crura computruiſſe, moxque gangræna correpta concidiſſe, ſola frigoris
ſæuitia: ſi mihi non credit, faciat ipſe periculum. Cellam catalepticorum & frigore enectorum in hu-
mandis corporibus inter Alpes Cottias, ſeu montem Cineſium dicatam adeat, intelliget, ſentietque,
quam vera loquar. Interim placet vltimum reprehenſionum eius caput refellere. Calumniatur, quod *Adſtruitur*
tonitrui fulminiſque & fragoris, ictuſque tormentorum muralium igniuomorum ſimilitudinem con- *ſimilitudo*
texuerim: primum effectis ſimilia eſſe hæc, negari nequit. Ignem enim accenſo puluere pyrio emican- *fulminis &*
C tem fulguri ſimilem eſſe certum eſt: vel eo etiam, quod ante videatur, quam auribus percipiatur toni- *ictus bõbar-*
tru. Credo, quod oculus obiecta propria percipiat fere in momento: auris niſi in tempore, & manifeſtis *darum igni-*
interuallis diſtincta ſucceſſione. Confragoſum vero murmur vtrique ſimile eſt, & certe cannarum mu- *uomarum.*
ralium diſploſiones nonnunquam ex quadraginta milliarium interuallo exaudiuntur, dum magna
contentione hoſtilium vrbium mœnia tormentariis globis quatiuntur. Sed & orbes ferrei, ab igneſ-
cente bombardico puluere incredibili celeritate exploſi, horrendoque impetu obuia omnia proruen-
tes, eoque magis & citius, quo duritie propria magis reſtiterint, fulmen referunt illæſa crumena inclu-
ſum argentum liquefaciens. Quin & multi, ſola agitati & rapidius diſploſo æneo tormento commoti *Mirus bom-*
aeris vehementia, tanquam de cœlo tacti, comminutis attritiſque oſſibus, nullo in cute apparente læ- *bardæ igni-*
ſionis veſtigio, in ipſo momento interiere. Pulueri bombardico igneſcenti odor eſt fœtidus & ſulphu- *uomæ effe-*
reus, eius nempe æmulus, quo flagrant corpora fulmine tacta: hunc enim odorem nonmodo homines *ctus.*
fugiunt, ſed feræ propria latibula & cubilia relinquunt, ſi quando ea fulmen attigerit: quam vero haud *2. Apologiſ.*
minores ædificiorum ruinas, quam non leuiores hominum omniſque generis animantium ſtrages edat
muralium cannarum diſploſarum feritas, his, quæ fulminis fiunt impetu, antea docuimus ſuffoſionum
& cuniculorum, Armamentarij Lutetiani, Medinienſis vrbis cladium non viſu modo, ſed & auditu *Reprehendi-*
horrendis exemplis. Hæc ſufficere videri debent, ad docendum, magnam eſſe fulmini cum ænearum *tur curandi*
D machinarum ictibus & fragore ſimilitudinem, quam tamen nolim per omnia reſpondere. Neque enim *ratio aduer-*
ſubſtantia, neque materia conueniunt, ſed tantum quatiendi & conterendi obiecta modo, atque im- *ſariorum.*
petu. Nunc quam curandorum ſclopo inflictorum vulnerum rationem pro noſtra ſubſtituat aduerſa-
rius, videamus & examinemus.

Primum enim ſuppurantia quidem his adhiberi & admoueri vult, quæ tamen calida & humida *Lib. 9. ſimpli.*
viribus non ſint, aut conſiſtentia emplaſtica, ſed calida & ſicca. Non enim inquit, hic eadem, quæ ab- *et. 10. meth.*
ſceſſuum ratio eſt: in quibus non eſt aliud Medico, quam ſuppurandi conſilium. At hic quia cum vulne-
re contuſio præſens eſt, hæc quidem maturari ſuppurantibus poſtulat, ac vulnus deſiccari. Obiectioni
illi vt ſatis faciam, hominem relegabo ad Galenum, qui eum, quæ ſit ſuppurantium natura, doceat. A *Acetum oxy-*
quo etiam diſcat, in morborum compoſitorum curatione cauſæ, ordinis, & vrgentioris habendam eſſe *cratum non ſiſtere*
rationem, inde lubens ex eo ſciſcitabor, num vulnus glande inflictum ad ſanitatem perducere ipſe poſ- *fluxiones, ſi*
ſit, non ante ad perfectam maturitatem eo, quod contuſum eſt, deducto. Si poſſe ſe reſpondeat, arbitros *infundan-*
citabo, quos voluerit ille pragmaticos, qui quam hæc obſcura ſint, iudicent: ex quibus clarius etiam *tur vulneri.*
licet intelligere noſtro baſilicone, aut oleo catellorum ad maturanda ſclopo inflicta vulnera, modo
E non putredo, gangræna, corruptio, aut aliud quidquam repugnet, nihil eſſe accommodatius: deinde
vult, oxycratum, huius generis vulneribus ad ſiſtendum ſanguinem effundi: qui ſi ne ſic quidem ſiſti
queat, medicamentum apponi vult ex oui albumine, bolo armeniæ, aceto roſaceo & ſale.

At ego ciuiuis iudicandum relinquo, num hiſce medicamentis vis inſit ſiſtendi fluentis ſanguinis, ſi *Hiſtoria.*
in vulnus infundantur: certe fluxum magis, magiſque prouocabunt. Nam acetum cum tenue ſit & mor-
dax, non eſt dubium, quin dolorem ſit illaturum, fluxionem & inflammationem. In quam ſententiam
memini

Digitized by Google

Balſama ſimplicibus vulneribus ſanandis idonea eſſe, non item contuſis.

memini me aliquando Mauro cuidam equiti, ex familia comitis Roſſiani, cui Anglus eques lancea brachium traiecerat, ea arte Medicinam feciſſe fluentem enim ſanguinem dum ſiſtere cuperem, adſtringēs medicamentum, cui acetum admixtum erat, alterius melioris remedij penuria, in vulnus indidi: At ille paulo poſt ad me rediit, quærens, eiulans ſibi totum brachium tanquam ab igne ardere. Itaque enm denuo curare coactus, aliud medicamentum in vulnus inieci, adſtringens remedium vulneri ſuperpoſui, non infudi. Deinde ſupra reliqua omnia remedia extollit balſamum ſuum ex oleo, cera, & myrrha cum oui albumine agitaris conflatum: cui gloria reſpondere prædicat balſamum naturale Peruſianum. His enim conſumendæ humiditatis vulnerum excrementitiæ vim ineſſe affirmat, adeoque roborandarum partium, vt ipſis nullum dehinc ſymptoma moleſtum ſuperueniat. Quanquam non ea vis illis inſit, qua huius generis vulnera, quemadmodum reliqua, quæ cæſim illata ſunt, agglutinare & complanare queant. A

De peniculis diſputatio.

Profecto ridiculū eſt, putare, poſſe contuſa vulnera eadem arte ſanari, qua ſimplicia vulnera, quæ ſolam ſolutæ continuitatis vnionem poſtulant. Quare nec ea balſama ſanandis ſclopo inflictis vulneribus idonea remedia eſſe poſſunt cum ſiccitate ſua ſuppurationem impediant, qua niſi perfecta ſanitatem obtinere nequeunt: itaque illa non ante huic generi vulnerum affundi queunt, quam maturata & ſordibus ſuis elota, deterſaque fuerint. Quanquam vix concipere mente poſſim, vnde nam gentium tot chymiſtas nanciſci poſſemus, qui nobis tot militibus in exercitu vulneratis ipſa ſubminiſtrare queant, & vnde ad eam rem militibus ipſis ſumptus ſubminiſtrari & ſuppetere poſſint. Abſurdum vero etiam illud eſt, quod ait, inſtillanda in vulnera hæc eſſe balſama ſine peniculis: moxque ſui immemor haud abs re futurum erit, ſi peniculum paruum & tenue indatur, tantum quod ſufficiat impediendæ labrorū vulneris agglutinationi. At qui balſama illa in ima vulneris ſubire poſſent ſine peniculis, cum his maxime hoc tributum ſit, vt medicamenta in penitiſſimos vſque vulnerum receſſus deferant, & collectis ſordibus exitum ſemper apertum conſeruent? Notatu vero dignum eſt, quod poſtquam ægyptiacum vnguentum reſpuit, nihilominus illud applicari iubet ab initio ad vſque abſolutam contuſionis maturationem, diſſolutum in decocto ſummitatum abſynthij, hyperici, centaurij minoris, & plantaginis & ſyringe in vulnus exprimi. Quin & paulo poſt aliam eius rationem tradit, nempe vt mellis roſati portio in aqua plantaginis diligenter diſpumando, ad mellis vſque conſiſtentiam decoquatur, inde tantundem ægyptiaci addatur. Hinc enim conſurgere vnguentum ſuppurandis hiſce vulneribus accommodatiſſimum. At ego cuiuis Chirurgiæ perito indicandum relinquo, num talia ſuppuratoria eſſe poſſint: ac non potius detergentia exiſtant. Ad extremum ſcribit, non eſſe niſi quarto quoq; die huius generis vulnera curanda. Atque ſi oſſis fractura vna adfuerit, nihil mouendum poſt primum apparatum ante octauum à vulnere diem exactum. Mox alio loco vtile futurum ſcribit, ſi balſami deſcripti decem vel duodecim guttæ, vno quoque die in vulnera inſtillentur. Profecto non poteſt non valde perturbare tyronem & nouitium Chirurgum, nondum in arte, nondum in artis operibus confirmatum, eiuſmodi doctrina, quæ nec ſibi, nec veritati conueniat. B C

Ægyptiacū quacunque forma paretur, deterſorium eſſe, nō ſuppurans.

Ad eos, qui nouis rationibus ſclopetorum vulnera eſſe venenata adſtruxerunt, Apologia.

CAP. XIV.

Occaſio huius apologiæ.

PAucis ab hinc menſibus, inuiſebam vna ægrum cum doctiſſimis aliquot Medicis & Chirurgis peritiſſimis. Hi animi, vt fit, gratia, renouata & in medium poſita quæſtione de ſclopeto inflictorum vulnerum conditione, & qualitate, venenata illa eſſe poſſe, quinque potiſſimum rationibus adſtruere conabantur. non quidem pyrij pulueris occaſione: hunc enim ab omni veneno immunem eſſe, ſeu quis eius eſſentiam, ſeu compoſitionem ſpectet, fatebantur: ſed glandis opportunitate, in quam tranſmitti, & transfundi, atque, vt ſic loquar, incorporari venenum poſſet. Prima ratio eſt, *quod plumbum, cum rara ſit & ſpongioſa natura, quod ipſa fuſionis facilitas & mollities arguunt, valde ſit opportunum ad ebibendos & tranſumendos in ſe quoſuis liquores.* At mihi parum ſtabilitatis hæc videtur habere concluſio. Nam in omni mixtione arte facta, cuiuſmodi eſt hæc, de qua loquimur, duo veniunt conſideranda: nempe materia rerum quæ in mixtionem veniunt, & forma. Penes materiam eiuſmodi corpora debent eſſe, vel liquida, vel mollia, vel friabilia. Denique in exiguas portiones fiudi & diuidi habilia, vt facile partibus omnibus cōcurrere, coniungi, & vniri poſſint. At penes formam debet ipſis intercedere quædam velut affinitas, conſenſus, & ſympathia. Id ipſum videre eſt in aqua & oleo: vtrumque enim etſi materia liquidum ſit, & eiuſmodi, vt facile cum infinitis aliis rebus miſceri poſſint, ſibi tamen mutuo commiſceri nequeunt, propter formarum antipathiam. Sic enim aurum & argentum adeo ſunt amica plumbo, vt quoties liquari debent, vna & confundatur plumbum. At æs tam refugit plumbum, quam aurum & argentum ſtannum fugiunt & plumbum album. Si igitur æs & plumbum liquefacta miſceri nequeunt, etſi eodem genere & communi metallorum natura contineantur, qui cum alia re toto genere, imo etiā ſpecifica differentia, ac forma diſtincta, veneno nempe, plumbum commiſceri poterit? Secunda ratio eſt: *Ferrum*, inquiunt, *quod denſius, ſolidius & minus poroſum eſt, venenatam aliquam ſubſtantiam & qualitatem recipere poteſt, quemadmodum teſtantur veterum ſagittæ veneno tinctæ: Ergo & plumbum multo magis.* Reſpondeo, poſſe quidem venenum ferri in ſuperficie recipi: haud vero interiore ſubſtantia per mixtionem. At hic de vnione quæſtio eſt, non de illitu & inunctione. Tertia ratio eſt: *Etſi*, inquiunt, *plumbum faces ſuas & craſſamentum fuſione deponat ac deſerat, non propterea tamen non ſe imbuet peregrino aliquo liquore & corpore.* Sic enim chalybs, ferrum ſolidiſſimum, eam rerum toto genere cōtrariarum artificioſa perfuſione temperationē recipit, quæ ipſum indurat. Reſpōdeo, chalybem ipſa perfuſione, temperationeq; nihil ſuccorū D E

Quod concorporari glandi plumbeæ venenum queat, aduerſariorū rationes.
Refellitur prima ratio.
Formarum conſenſus ad mixtionem neceſſarius.
Refellitur ſecunda ratio.
Refellitur tertia ratio.

quibus

A quibus perfunditur & intingitur, in ſe admittere. Si enim id neceſſe eſſet, melius multo & facilius id tum fieret, cum chalybs à conflatoribus funditur, quam cum in longurios aut bracteas eſt conflatus, quæ reſponſio ad quartam etiam eorum rationem refutationis loco erit. Hac enim aiunt, *ſuccis napelli, rhododendri, ranunculi, & aliis ſimilibus, qui tota ſubſtantia noſtræ ſubſtantiæ aduerſantur, plumbo commixtis, conflari poſſe glandes adeo venenatas, vt his inflicta vulnera non poſſint non eſſe venenata.* At ego contra aſſero, mixtionem eſſe earum ſolummodo rerum, quæ poſſint non modo apponi, ſed etiam adhæreſcere, denique vniri ſibi mutuo: at qui aqua, aliusue quiuis ſuccus liquidus, vel ſolum plumbo, ſolido nempe & conſtanti corpori, adhæreſcere poterit, tantum abeſt, vt vniri queat. Eius rei experientiâ certius, quam ratione feceris iudiciū. Eliquetur ergo plumbum cū ſuccis commemoratis, aliisue ſimilibus: inde conflato in maſſam plumbo vtrumque ſeorſim libretur: eandem ſuccis, quæ antea, adeſſe menſuram comperies, ſuum quoque par plumbo pondus. Quod argumentum eſt certiſſimum, neque plumbum ſibi quidquam eiuſmodi ſuccorum admiſcuiſſe, & vnione adiunxiſſe, neque ſuccos vel minimam ſubſtantiæ ſuę iacturam feciſſe. Quinta ratio eſt einſmodi, *glans ſclopeto diſploſa contra durum aliquod marmor non adeo incaleſcit, quin ſtatim ab ictu innoxie manibus tractari poſſit: Falſum ergo eſt venenum plumbo mixtum & vnitum micantis & incenſi pyrii pulueris ignibus poſſe vaneſcere.* Facilis eſt ad hanc rationem reſponſio: Nam cum dici- *Refutatur quarta ratio.* *Refellitur quinta ratio.*

B mus, quod etſi glans, veneno perfecta vnione plumbo commixto, infici queat, veneni tamen vim omnę conſumptam iri ignibus, intellectum huc volumus, non de igne, quem edit, ſuſcitatque pyrius puluis accenſus, cum diſploditur machina, ſed de eo, quo plumbum fuſum cum ſucco venenato commiſcetur, & conflatur, vt vnum tandem ex multis fiat. Is enim ignis nullius medij interuentu in venenatos ſuccos nondum ipſius plumbi admixtione & vnione implicitos, vires ſuas exerens, & quidem cum tempore exerens, non momento impartibili, poteſt ſi non conſumere, at ſaltem valde vim veneni omnem retundere. Si qui ſint, quibus expoſitæ rationes non ſatisfaciant, Mathiolum illi legant. *Sunt* (inquit) *ex recentioribus nonnulli rerum prorſus imperiti, qui (ſi verum fateri liceat,) eo dementia deuenerunt, vt præceperint in liquatum igne aurum vel argentum, ex quo vaſa confici debent, theriacam, aut mithridatii antidotum, & alia adiungi debere, vt aſcita inde antidoti facultate, venenis repugnent. Sed quam abſurda, ridendaque ſit illorum opinio, ii iudicent (ea enim eſt, quæ non indigeat clariori reprobatione) qui mediocrem etiam rerum naturalium, ac metallorum præcipue peritiam ſunt aſſecuti.* Hæ ſunt rationes, hæ virorum doctrinæ & iudicio præſtantium authoritates, quæ me in vetere & priſtina mea de ſclopetorum vulneribus haud vllius venenatæ qualitatis participibus, ſententia retinent. *In præf. lib. 6. Dioſc.*

C

Quid differant vulnera ſagittis inflicta, ab his, quæ ſclopeto facta ſunt.

Cap. XV.

VVlnera ſagittis arcubaliſtarum, ſimiliumque machinarum telis inflicta, duplici potiſſimum nomine ab his, quæ ſclopeto, ignariiſque machinis infliguntur, differunt. Primum eſt, quod ſæpe ſine contuſione exiſtunt, quod nunquam ſclopetorum vulneribus contingit. Alterum quod ſæpe venenata viſuntur. Vtroque nomine diuerſa horum ab illis eſt curatio. Sed ipſorum, quæ ſagittis fiunt, inter ſe varia curatio [illegible]ſtit, propter telorum & ſagittarum varietatem. *Vulnera ſagittis & telis inflicta ſine contuſione eſſe experta.* *Eadem ſæpe eſſe venenata.*

De ſagittarum & telorum differentiis.


Cap. XVI.

SAgittarum, telorumque generi diſcrimen exiſtit inter ſe, tum in materia, tùm in forma ſeu figura, in numero, modo & facultate, ſeu viribus. In materia quidē, quod telorū alia ſint lignea alia, arundinacea, alia extremo pura ſunt, alia præpilata, ſeu pyxidata, alia infeſto & vulnifico ferro, ſtanno, plumbo, *Telorum differentia penes materiā.*

D ære, cornu, vitro, oſſe ſunt armata. In figura vero, quod alia rotunda, alia angulata, alia mucronata, alia ſpicatim ſulcata: ſulcata, inquam, ſulcis vel verſus mucronem, vel verſus haſtile conuerſis, vel tranſuerſis, vel his illiſque ſimul. Quin & nonnulla lata habentur in formam ſcalpri ſecantia. Quod ad magnitudinem ſpectat, nonnulla ſunt tres digitos longa, alia mediocria. Penes numerum vero in eo differunt, quod nonnulla ſimplicia ſint & vna cuſpide pungentia, alia pluribus. In modo autem variant, quod alia ſint ferro haſtili inſerto, alia contra haſtili ſint in ferrum immiſſo: alia mucronatum ferrum clauis haſtili habent affixum; alia minime, quorum ſcilicet mucronatum ferrum adeo languide & molliter haſtili affixum eſt, vt leui haſtilis auulſione relinquatur defixum in vulnere, ex quo vulnera ſequuntur pernicioſa. In viribus vero diſtant, quod alia ſolo ferro nocent, alia inſuper veneno, quo delibuta ſunt, has omnes telorum differentias ſequenti ſchemate deſcriptas, inſpicere potes. *Penes formam.* *Penes modum.* *Penes vires ſeu nocendi efficaciam.*

E

Telorum variæ ſpecies. A



B

De partium vulneratarum differentiis.

Cap. XVII.

Ferrū haud relinquendum in vulnere.

PArtes affectæ vulnere, vel ſunt carnoſæ, vel oſſeæ; aliæ articulis vicinæ, aliæ in ipſis ſitæ articulis; quędam principes ſunt quædam principibus ſeruiunt; quædam extimæ ſunt, aliæ intimæ. Iam quibus C in vulneribus lethalia ſigna apparebunt, prognoſim in eam ſententiam diſerte inſtituere te, priuſquam vulnus attingas, decet: ne artem ignorantium calumniæ obiicias. Cæterum relinquere in vulnere ferrum inhumanum eſt, & ab arte remotiſſimum, eximere vero anceps quidem eſt, ſed pium & artificioſum. Præſtat enim anceps remedium experiri, quam nullum.

De extrahendis ſagittis. Cap. XVIII.

Eliminandi e vulnere teli ratio duplex.

IN extrahendis ſagittis vitandæ ſunt exciſiones, aut dilacerationes, venarum & arteriarum, neruorum & tendinum. Turpe enim fueris & parum artificioſum, ſi quando plus manus, quam [illegible] rum noceat. Auelluntur ſagittæ duobus modis, nempe vel extractione, vel impulſione. Cæterum p[illegible] ſtatim apparatu corpora peregrina auellere oportet, quod vt facile & fœliciter fiat, eo ſtatu æger collocandus eſt quo erat, dum vulnus accepit, parataque ad manum habere inſtrumenta idonea, cuiuſmodi id maxime exiſtit, cui fiſſa cannula eſt & extrinſecus dentata, in quam virga inſeritur, ei ſimilis, quam antea ſclopetorum terebellis propriam eſſe diximus, niſi quod extremo non eſt cochleata, craſſior tamen exiſtit, vt cannulam amplius diuaricet, quo ſic diuaricata, teli foramen in quod haſtile inſeritur, impleat, ſicq; ſecum abducat, tum è carnoſis, tum ex oſſeis partibus, dummodo abruptum haſtilis extremum, & in D f[o]ramine teli relictum, foramen ipſum haud occupet. In rem eandem id etiam eſt accommodatum inſtrumentum, ad cuius manubrij extremorum compreſſionem, ſequitur anteriorum extremitatum extrinſecus dentatarum diuaricatio. Ferrum latens his ſignis deprehenderis, ea parte aſperitas quædam & inæqualitas, tactu exploratore animaduertitur: caro ibidem contuſa & liuens aut nigra vi[de]tur, grauitas, dolorque illic & in vulnere aſſiduus ab ægro percipitur.


Signa ferri, hic vel illic latentis.

Inſtru-

E

A

Inſtrumentorum extrahendis ſagittarum & telorum ferramentis, quæ in vulnere, haſtili vacua relicta ſunt, idoneorum, deformatio.



Hoc cochlea, qua in cannulam eius inditur, opera diducitur.

Hoc compreſſo manubrio diuaricatur.

B


Forcipes cochleati cum roſtro coruino. Illi quidem cochleæ opera diduci & contrahi ſolent, ad ſagittarum telorumque ferramenta abducenda hoc vero loricarum orbiculi nexiles in corpus vna cum telo impreſſi & relicti eximuntur.

C

Vncus extrahendis loricarum orbiculis nexilibus, & aliis peregrinis corporibus, quæ tanquam fibulæ & vnco ſubnecti, ſtringi & comprehendi poterunt extrahendis idoneus: cuius etiam in vulneribus ſclopeto illiſis vſus eſſe poterit.



D



Quod ſi forte ſeu ſagittæ ſeu lanceæ, ſeu cuiuſuis alterius teli ſulcatum multipliciter ferrum in parte aliqua corporis vt femore aut crure relictum hæſerit, cum haſtilis portione fruſtulatim ſeu aſſulatim abrupta, tum oportebit Chirurgum exciſotiis forcipibus haſtile ſupra fruſtra comprehenſum exſcindere moxque forficibus dentatis ferrum extrahere, vt ex præſenti figura patet.

E


Qua arte fracta in vulnere ſagittæ ſint extrahendæ. A

Cap. XIX.

Quando qua tendebat ferrum extrahendũ.
Quando qua venit ferrum extrahendum.

QVod ſi forte telum fractum in vulnere ſic relictum fuerit, vt forcipibus commemoratis comprehendi nequat, eliciendum, extrahendumque tum venit roſtro gruino vel corruino, & aliis ante depictis idoneis inſtrumentis. Quod ſi haſtile ſe iuxta ferrum abrupetit, adeovt gruino roſtro prehendendi ſui anſam non præbeat, terebello glaodium illice in ſclopetorum vulneribus depicto defigendum & abducendum veniet, nam ſi eiuſmodi terebello defigendi ſe in plumbum vis ineſt, multo & in lignum magis. At ſi ferrum multis ſulcis fuerit cuſpidatum, cuiuſmodi fere eſſe ſolet anglicanis ſagittis, tum ſi fieri poteſt, inſtrumento ad id apto, vltra partem impellendum eſt: nempe qua tendebat. Nam ſi, qua venit, retrahatur, periculum non leue imminet ruptionis laniatuſq; vaſorum & neruorum ab ipſis tanquam hamatis ſulcis. Quare ſatius eſt è regione, qua nempe tendebat ferrum, ſectionem moliri, hacque ipſi exitum, ſi quidem compendio id fiat, aperire. Sicque enim & tutius & facilius detergetur vulnus & conſolidabitur. Contra vero ſi qua tendit ferrum os aliquod oppoſitum habeat, vel multorum muſculorum & denſæ carnis obicem, vt contingit in femore, crure, & brachiis nonnunquam, tum non B qua tendit, compellendum ferrum eſt, ſed potius qua venit, dilatato inſtrumentis idoneis vulnere, neruis & maioribus vaſis ex anatomes peritia vitatis, retrahendum & foras reuocandum eſt. In eam igitur rem dilatatorium cauum in vulnus immittatur. Hoc ferri gemini ſulci, & tanquam hami comprehendantur. Hinc roſtro gruino ſtringatur ferrum arctius, ſicque demum vna & eadem opera illa omnia extrahantur, vt ſequenti deformatione indicatur.

Dilatatorium parte interna cauum, cum roſtro gruino hamatum ferrum tenente.



C

Quid faciendum, cum ſagitta in oſſe defixa relicta eſt.

Cap. XX.

Cautio notanda.
Commoda liberalioris hæmorrhagia in vulneribus.

QVod ſi telum in os depactum & defixum ſic hæreat, vt vltra, qua tendit, impellendo eximi nequeat neque alia via, quam qua venit, extrahi poſſit ante leui concuſſione commouendum eſt, ſi forte tenacius hæreat, diligenti adhibita cautione, ne rumpatur, & ſui fragmentum in oſſe relinquat: tum roſtro corruino aut aliquo ante deſcriptorum idoneo eximendũ. Hinc ſanguis exprimendus, eiuſque liberalior effluxus, pro virium tamen & partis conditione permittendus: Sic enim pars ipſa plethora & cacochymia leuabitur, minuſque inflammatione, putredine & aliis, quæ in metu eſſe ſolent, ſymptomatibus, tentabitur. D Extracto telo, & primo, vt loquuntur, apparatu appoſito, vulnus ſi quidem ſimplex fuerit, qua arte ſimplicia vulnera debent, curabis. At ſi compoſitum fuerit, vt erit implicitarum affectionũ conditio & modus, ſic tractabis: certe dolori leniendo oleum catellorum ante deſcriptum valde proderit. Reliqua denique ſymptomata ex regulis poſitis in tractatu vulnerum generali, & doctrina vulnerum ſclopeto inflictorum, curabis.

De Vulneribus venenatis. Cap. XXI.

Signa venenatorũ vulnerum.
Remedia aduerſus venena in vulneribus.

SI quando hæc ſint venenata vulnera, à cauſa procatarctica id habent, nempe ab hoſtilibus ſagittis perduellium & internecinorum hoſtium veneno delibutis. Hoc quando contigerit, intelliges, tum ex doloris proprietate: ſi quidem ingens ſit & punctorius, tanquam apum aculeis aſſidue infeſtantibus talis enim dolor à veneno, præſertim calido, cuiuſmodi fere ſagittæ imbui ſolẽt, inuri ſolet: intelliges & ex carnis vulneratæ conditione: hæc enim tum pallet & liueſcit cum quibuſdam necroſeos ſignis. Denique venenatis vulneribus, multa & maligna ſymptomata ſuperueniunt, quæ in communem vulgarium vulnerum naturam non cadunt. Itaque ſtatim poſt auulſa peregrina corpora, ſcarificatu profundiore & frequenti vulnus in ambitu ſtringendum eſt: affigendæ cucurbitulæ cum magna flamma, quo E maior fiat veneni foras attractio. In quam rem & ſuctus conueniet, ab eo facti homine, qui neque vlcera in ore & palato habeat, & olei pauxillum ore contineat, ne ſuctum venenum ea parte adhæreſcat, & ſe applicet: denique phœnigmis, veſicatoriis & cauteriis foras euocandum, atque litu, cataplaſmate, emplaſtris, omnique topicorum remediorum arte oppugnandum.

FINIS LIBRI DECIMI.

DE CON-

DE CONTVSIONIBVS ET GANGRÆNIS

B LIBER VNDECIMVS.

De contuſionum differentiis. CAP. I.

CONTVSIO, Galeni ſententia, eſt *continui ſolutio in carne aut oſſe, quam rei grauis & obtuſæ incurſus fecerit, aut lapſus ab alto.* Huiuſmodi morbi ſymptoma Hippocrati dicitur Peliosis & Melaſma, quaſi nigrorem & liuorem dixeris: Latini Sugillatum dicunt. Eiuſmodi ſugillatorum ſeu liuorum varij ſunt modi, pro vt ſanguinis nũc in corporis intima, nunc in extima effunditur. Effunditur in corpus ſanguis, cum quis, verbi gratia, ex alto cadit, cum graui alicuius ponderis ruina oppreſſus fuerit, vt ſæpe foſſoribus ſub cuniculis contingit, cum tenſum corpus vehementius extiterit, vt à tortura, ab altiore & contentiore voce. Sed & eliſa & ſclopo in medium corpus impulſa glande ſanguis à vaſis in ventres effuſus, ſæpe per ſæcum & vrinæ vias redditur. C Idem contingere poteſt à violentioribus & obtuſis ictibus, vt duro ſtipite, claua, lapide, omnibuſque rebus, quæ contundere & ſanguinem è vaſis, ſeu tentione, ſeu ruptione exprimere poſſunt. Qua etiam ex cauſa intimæ partes contunduntur, alias cum vulnere alias ſine vulnere: adeo vt cute integra, & quod quidem appareat, illibata, ſanguis ſe in muſculorum ſpatia inania, atque inter cutem & muſculos effundat. Quam affectionem veteres Ecchymoſim nominauerint: Hippocrates nomine ſibi peculiari Nauſioſim dixit, quod in hoc affectu turgentes venæ quaſi vomiturire, imo & reuera euomere quod ſuperflui ſanguinis ipſis ineſt, videantur. Ex his contuſionum differentiis curandi petuntur indicationes, vt ſequentibus patebit.

Lib. de artis conſtitut. *Sect. 2. lib. de fract.* *Cauſa ſugillatorum & ecchymoſeō.* *Sect. 2. lib. de fract.*

De inſignium & enormium contuſionum cura vniuerſali.

CAP. II.

SAnguis in corpus effuſus, aſpectabili aut inaſpectabili vacuatione purgari debet. Aſpectabilis quidem erit vacuatio, quæ ſecta fiet vena, cucurbitulis, corniculis, ſcarificatu, ſanguiſugis & catharticis idoneis: modo continua & vehemens febris ægrum non habeat: inaſpectabilis inſtituetur vacuatio, po- D tionibus reſoluentibus, & ſudorificis, balneis & diæta tenui. De phlebotomia quidem aperta Galeni ſententia eſt, quo loco iubet, in caſu ab alto, atque in genere ob percuſſiones in quibuſuis corporis partibus illatas, venam ſecari, licet qui id patiuntur, pleni habitu non ſint: quod niſi vena inciſa ſanguis detrahatur, à concreto ſanguine inflammationes oriantur, ex quibus mala proculdubio accidentia conſequantur. Miſſo ſanguine oxycrati quatuor vnciæ in potum exhibendæ: id enim ſubſtantiæ tenuitate ſanguinis in ventre coagulationem impedit, vel in oxycrati locum ſequentem ſubſtitues potionem.

℞. *rad. gentianæ,* ℥iij. *bulliant in oxycrato, in colatura diſſolue rhei electi.* ʒj. *fiat potio.* Hæc remedia diſſoluunt, & ſcreatu, aut vomitu excludunt concretum ſanguinem, ſi quidem ventriculo aut pulmonibus contineatur, proderit mox ægrum pelle arietina, adhuc ab excoriato animali calente, myrrha, naſturtio & ſale pulueratis conſperſa inuoluere, lectoque valde coopertum tradere, vt illic copioſius ſudet. Sequenti die detrahenda pellis, & inungendum corpus ſequenti litu anodyno & reſoluente.

℞. *vnguẽti de althæa.* ℥vi. *oleor: lumbricorum, chamæ. aneth. an.* ℥ij. *terebinthinæ venetæ* ℥iiij. *farinæ, fœnugr. roſar. rubrarum pulueriſatarum, pulueris myrtillorum an.* ʒj. *fiat litus, vt dictum eſt.* Inde ſudorifica & thrõbos ſanguinis reſoluens hæc exhibeatur potio.

Ad ſent. 6. ſect 3. lib. de articulis. *Oxycrati vires.* *Potio reſoluens & excernens ſanguines thrõbos.* *Pellis arietina adhuc calens.* *Litus diſcutiens.*

E ℞. *ligni guaiaci* ℥viij. *radicis enulæ camp. conſolidæ maioris, ireos florentiæ, polypod. querni, ſeminis coriandri, aniſi an.* ʒß. *glycyr.* ℥ij. *nepetæ, centaureæ, caryophyll. cardui benedicti, verbenæ an. m.* ß. *aquæ fontanæ* ℔. *xij. omnia conquaſſata infundantur per ſpatium duodecim horarum, hincque bulliant lento igne ad conſumptionem medietatis*; vbi æger eiuſmodi potionis ſelibram mane hauſerit, ſudet horæ ſpatio in lecto, idemque per ſeptem vel octo dies factitet. Si contuſionis ille caſus tenui alicui homini contigerit, cui per rei familiaris anguſtias, tot ſumptus & apparatus facere non liceat, ante linteo mundo inuolutum in fimum modico fœno, aut ſtramine conſperſum, mento tenus immergere expediet, ibique detinere, quoad ipſi multus ſudor manauerit. Id enim ego ſalubriter admodum in multis peregi. Potionandi inſuper erunt ægri ſyrupis, quib. vis ineſt impediẽdæ ſanguinis coagulationis & putredinis: cuiuſmodi ſunt ſyrupus acetoſus, de limonibus, de acetoſitate citri & allij ad vnciæ vnius pondus exhibiti, & in aqua ſcabioſæ, aut cardui benedicti

Sudorifica & diſſoluens thrõboſum ſanguinem potio. *Syrupi impedientes putredinem & thrombos.*

 diſſoluti

luti. Exhiberi etiam ſtatim à lapſu hic poterit poto[...] impediendi ne ſanguis concreſcat & roborandi viſcera. A

Potus eiuſdem efficacia.

℞. rhei electi in pollinem redacti ℥j. aqua rubia maior. [...] *an. ℥j. theriaca ℨß. ſyrupi de roſis ſiccis ℨß. fiat potus*, exhibeatur mane per quatuor aut quinque dies. [...] parabitur potio *ex ſpermatu ceti ℨj. diſſoluti in aqua bugloßi* vel alia ſimili, ex his, quæ ante ſunt commemoratæ, & ſemiuncia ſyrupi capilli veneris: præſcriptis omnibus remediis ſi malum omnino non cedat, prodent per nouem dies, horis duabus vel tribus ante paſtum, qui ſequitur, puluerem ægro exhibere.

Puluis aduerſum thrombos & putredinem.

℞. rhei torrefacti, rad. rubia maioris, centaurij, gentiana, ariſtolochia rotunda an. ℨß. Miſce detur. ℨj. cum ſyrupo acetoſo & aqua cardui. Aiunt, aquam ex iuglandibus adhuc virentibus in alembico extractam, ſanguinis in thrombos concreti diſſoluendi vim habere. Vti etiam licet balneis ex decocto radicis ireos, enulæ camp. oxalidis, fœniculi, altheæ, oſmundæ regalis, conſolidæ maioris, ſeminis fœnugr. foliorum ſaluiæ, maioranæ, florum chamæm. meliloti, & ſimilium: nam tepido balneo vis ineſt cutis rarefaciendę thromboſi ſanguinis reſoluendi, lentorem humorum incidendi, acrium mitigandi, ab alto in ſuperficiem corporis euocandi, & ductuum corporis relaxandorum: ac vi euictis rebellibus qualitatibus, materiæ facilis mox ſequatur exclusio, per vomitum, aut expectoratum, ſi quidem in ſtomacho natet, aut pectore contineatur: per anum & vrinas, ſi inferioribus in partibus lateat: per ſudores & tranſpiratum, ſi in cutem ſparſa ſit. Itaque peripneumonicis & pleuriticis ſalubriter etiam adminiſtrantur balnea Hippocratis ſententia, ſi modo tum adminiſtrentur, cum iam febris incipit miteſcere: ſic enim dolorem ſedant, ſuppuratum promouent, & expuratum per expectoratum accelerant. Cæterum niſi præmiſſis vniuerſalibus remediis phlebotomia & catharſi, nolumus ægrum in balneum deſcendere: alioqui enim non leue periculum imminet, ne balnei tepore, fuſis humoribus, fluxio noua in partes affectas procumbat. Quare nefas tibi eſſe puta, horum aut ſimilium remediorum, quidquam tentare, inconſulto Medico. B

Aqua iuglandium ſtillatitia. Balnea. Lib. 5. de victu acu. & lib. 3. de mor.

Qua arte tractanda ſint contuſiones cum vulnere coniuncta.

Cap. III.

Sect. 2. lib. fract.

OMnis magna contuſio ſanguinis primo quoque tempore detractionem aut purgationem, aut vtrumque flagitat: idque tum ad euacuationem, tum ad reuulſionem. Sic enim Hippocrates in calcis contuſione vomitoriam exhibet purgationem, eodem, quo quis calcem ſibi fregit, die, aut ad ſummum poſtero. Deinde ſi contuſio vulnus habeat adiunctum, intercipienda ab initio fluxio eſt vnguento ex bolo armeno, albuminibus ouorum, roſaceo myrtino, puluere roſarum rubrarum, aluminis & maſtiches. Secundo apparatu, apponetur digeſtiuum ex vitello oui, oleo violaceo & terebinthina. Partibus vicinis ad promouendam ſuppurationem, ſequens admouebitur cataplaſma. C

Cataplaſma pepticum.

℞. rad. althea & lilior an. ℥iiij. fol. malu. violar. ſenecionis an. m. ß. coquantur complete, & paſſentur per ſetaceum addendo butyri recentis & olei viol. an. ℥iij. farina volatilis quantum ſufficit, fiat cataplaſma ad formam pultis ſatis liquida. Quanquam in vſu cataplaſmatum vide ne mediocritatis limites excedas: horum enim immoderatior, vel importunus vſus, vulnera facit phlegmonoſa, ſordida & putrida. Ergo ſuppuratione facta detergendum vulnus, carne implendum, & cicatrice obducendum, niſi forte caro contuſa vehementius laniata fuerit, adeo, vt eam calor natiuus deſeruerit: tum enim amputanda eſt. At ſi ſpes aliqua affulgeat agglutinationis, ſuetur, cæteraque fient, quæ ars præſcribit. Cæterum punctus acu ducta non adeo frequentes erunt, ac ſi ſimplex eſſet vulnus ſine contuſione: talia enim vulnera facile inflammantur, & intumeſcunt, quæ cauſa eſſet, cur vel fili abruptio, vel carnis, cutiſque dilaceratio conſequeretur. D

Cautio notanda. Contuſa vulnera quatenus ſuenda.

De his, quæ ſine vulnere ſunt, contuſionibus. Cap. IV.

Phlebotomia.

SI integra illæſaque, quod quidem cerni queat, cute ſubiecta caro contuſa ſit, ſanguiſq; ſub cutem effuſus ecchymoſim fecerit, ex artis regulis regendus eſt æger, quouſque maligna, quæ ſuperuenire ſolent, accidentia, non iam in metu ſint. Ergo ab initio detrahetur ſanguis ex parte oppoſita, tum ad euacuationem, tum ad reuulſionem. Contuſa pars ſcarificabitur æqualibus ſcarificationibus. Hinc cucurbitulæ ſeu cornicula affigentur, tum ad vacuandum ſanguinem, qui tumorem, tenſionemque in parte excitat, tum ad calorem partis, vt loquuntur, flabellandum & ventilandum, ne res in abſceſſum abeat. Nec interim omittenda alui ſubductio eſt. Topica primum adſtringentia, paulo ſuper partem contuſam apponi debebunt, vt conſtringantur, ac quaſi obſerentur venæ & arteriæ, ſicque fluxio intercipiatur: tum etiam, vt pars ipſa roboretur: eiuſmodi remedij hæc erit forma.

Scarificatus cum cucurbitulis. Adſtringentia quid valeant in contuſione.

℞. albumina ouorum num. iiij. olei myrtini & roſacei an. ℥j. boli armeni & ſanguinis draconis an. ℨß. nucum cupreſſi gallarum pulueris aluminis vſti. an. ℨj. incorporentur omnia, addendo aceti parum, fiat medicamentum: hinc reſolutio procurabitur fotu, cataplaſmate, & emplaſtris digerentibus. E

Poſt adſtringentia ſequi debent digerentia.

Quibus artibus contuſa pars gangrenæ imminentis metu & periculis explicari poſſit.

Cap. V.


Sect. 2. lib. de fract. Cauſa gangrana.

INgentes contuſiones vel hoc nomine periculoſæ exiſtunt, quod ad eas nonnunquam gangræna & necroſis ſequantur, quod Hippocrates contingere tum docet, cum pars affecta valde induruit & liuida eſt. Cum igitur pars liuet, aut denigratur, natiuuſque ipſius calor, propter concreti ad ipſam ſanguinis affluxum, prope extinctus eſt, inprimis ad leuandam eo onere partem cucurbitulæ, vel cornicula affigi debebunt parti ipſi, ante nouacula vel ſcalpro aut ſcalpello ſcarificatæ, aut inſtrumento, cui ſcarificator nomen eſt hic depicto, in quo decem & octo rotulæ nouaculæ inſtar

excisoria

A excisoriæ poſitæ ſunt ſub nota literæ. F. F. F. quæ ſuis manuculis ſub noxa. C. & D. contenduntur & remittuntur. Hoc inſtrumentum ideo probatur, quia ad celeritatem facit operationis & leuitatem: nam octodecim inciſiones pari, cum vnica, quæ nouacula fieret, obſoluuntur tempore.

Scarificator.



B

A. *Operculum oſtendit.*
B. *Thecam.*

Tum forti aceto pars fouenda eſt, in quo radices raphani vel ſerpētariæ maioris, Ari, aut ſigilli Salomonis, auripigmentum & ſimilia incoxerint: eiuſmodi enim acria potenter calefaciunt, reſoluunt, & ab imo corpore in cutem attrahunt ſanguinem concretum, qui ſuo in partem affectam influxu, ſpiritui vitali, ipſius integritatis conſeruatori, ad eum aditum prohibet, imo & partis eiuſdem natiuum calorem C extinguit. His tamen niſi admodum caute non eſt vtendum, ne ſic, non eum modo ſanguinem, qui extra vaſa effuſus eſt attrahamus, ſed & eum, qui vaſis continetur exhauriamus. Nec præterea eorum vſus eſſe debet, niſi cum iam conſtiterit fluxio, Exiguis contuſionibus (quos Galenus, partis liuentis mollitie æſtimat) diſcutiendis cera virginalis cum cumino, caryophyllis, radice ſigilli B. Mariæ (cui mirifica vis ineſt omnium ecchymoſeon & ſugillatorum diſſipandorum) liquata ſufficiet: eodem conſilio apponi poteſt abſynthium leuiter tritum, in patella candente extinctum, & pauco vino albo aſperſum. Frigitur etiam abſynthium in patella cum oleo chamæm. furfure, puluere caryophyllorum, & nucis moſchatæ, addita ſub finem pauca aqua vitæ, mox totum in linteis intextum, calenſque parti apponitur. Quod ſequitur emplaſtrum, potenter concretum ſanguinem diſcutit.

Fotus diſcutiens & in cutem euocans. — *In ſollon. 2. lib. de fract.* — *Emplaſtrū digerens.*

℞. picis nigræ. ℥ij. gummi elemi. ℥jß. ſtyracis liquidæ & Terebinthinæ cōmunis an. ℥ß. pulueris ſulphuris viui ℥j. liquefaciant ſimul, fiat emplaſtrum, extendatur ſuper alutam.

De miro ſyptomatis genere, quod coſtarum contuſionibus ſuperuenit.

Cap. VI.

VAlido nonnunquam attritu contuſa caro mucoſa euadit, & turgidula carnium vitulinarum inſtar, quæ in lanienis vento inſpirato inflatæ turgent; cute integra manente. Id viſitur & contingit maxime in ea, quæ circa coſtas exiſtit, carne: hæc enim aut ictu, aut caſu, aut renitentia, aut aliqua alia cauſa huiuſmodi cōtuſa cū fuerit, ſi manu comprimatur, aer quidā flatulentus inde exprimitur, cum tenui quodam, qui obauditur, ſibilo: manetque impreſſum appreſſorum digitorum veſtigium, tanquam in œdematibus. Illi ſymptomati, niſi opportune prouiſum fuerit, in illo, quod natura ab oſſibus abſcedens relinquit, interſtitio, purulenta quædam colligitur ſanies, quæ non raro coſtæ facit ſyderationem. Remedium erit, ſi ſtatim mucoſus tumor comprimatur, & faſciis arctiſſime conſtringatur, ſic tamen, vt reſpirationis libertas maneat, vbi malum coſtas & thoracis partes inuaſerit. Inde parti apponetur emplaſtrum ex oxycroceo vel diachylone ireato, cum emplaſtro de meliloto: admouebuntur & fotus digerentes.

Hipp. ſect. 3. li. de ar. ſen. 38 & 05. — *Remedia ad mucoſum & flatulentum coſtarum tumorem.*

Eiuſmodi tumoris cauſa, eſt mucoſa quædam pituita: cum natura ita imbecillis eſt, vt bene conficere alimentum & parti ipſi aſſimilare nequeat: ſed quaſi ſemicoctum quid relinquat. Non ſecus, quam E coniunctiua oculi tunica, contuſione ſic nonnunquam attollitur & intumeſcit, vt oculi quaſi orbita exiliat, ſordes eas relinquens, quas per lippitudines, lippis fundi intuemur: quod oculorum vis & natura imbecillior euaſerit, ſiue propriæ intemperaturæ vitio, ſiue multitudine humoris, qui illuc confluxit, quemadmodum in his, quæ præter naturam ſunt, tumoribus euenit. Nam ab humore aquoſo & pituitoſo caloris imbecilli interuentu, facile ſuſcitantur flatus, qui reliquo humori permixti tumorem altius attollunt.

Cauſa. Lippitudinis ratio.

De Mumia non inutilis digreſſio.

Cap. VII.

MIrum forte videri poterit, quid cauſæ ſit, cur ego in hoc de contuſionibus curandis tractatu, Mumiæ, vel in potum, vel in bolum, lapſis ab alto aut alioqui contuſis exhibendæ non meminerim,

Mumia irritum in contuſionibus remedium.

A cum tamen vulgare id ſit,imo primum & vltimum,omnium fere,qui hodie medicinam faciunt, Medicorum in tali caſu remedium.

Cur mumia author non meminerit inter remedia.

At cum intelligerem & à magiſtris Medicis didiciſſem,in vſurpandis remediis indicationem ſemper ab eo, quod morbo contrarium eſt, ſumendam eſſe,qui potuiſſem ego, qui poteſt aliuſquiſquam iure in hac morbi ſpecie mumiam exhibere, cum quid mumia ſit, quæ ſit eius natura aut eſſentia, nondum conſtare potuerit,adeò vt ipſi ne inſit proprietas quædam contuſionum naturæ & effectis contraria,certo diiudicari nequeat?Id quo modo habeat,placet nunc paulo fuſius exponere,nec qui mumiam præſcribunt Medici,nec qui ipſam ſcriptis celebrarunt authores, nec qui ipſam proſtituunt pharmacopolæ,certi quidquam habeant quod de ipſa ſtatuant.

Quid mumia ſit,ignorari.
Arabum de mumia opinio.
Piſſas phaltum quid.
Lib. 4. c. 84.

Nam ſi veteres Serapionem & Auicennam, ſi recentiores Belonium, Mathiolum, & Theuetum legeris,diſſentientes plane opiniones comperieris.Interroga mercatores,qui eam aduehunt,interroga pharmacopolas,qui eam à mercatoribus emptam nobis exhibent,plane diuerſos, diuerſa de mumia loqui audies: vt in tanta opinionum varietate nihil occurrat, quod certum ſit & exploratum, Serapion quidem & Auicenna non aliam eſſe mumiam putarunt à piſſaſphaltho : eſt autem piſſaſphaltum *ſpuma* B *cuiuſdam ſpecies è mari vel aquis marinis promanans:* eiuſmodi ſpuma quamdiu aquæ innatat,mollis eſt & tanquam liqueſcens : at tempeſtatum vi & æſtu in littora impulſa, atque in ſcopulorum ſalebris reſtitans coit, & concreſcit in aliquid durius,quam ſit pix reſiccata,vt ait Dioſcorides. Belonius Mumiam in Ægypto tantum & Græci notam eſſe. Alij carnem eſſe humanam ſcribunt detractam cadaueribus hominum mortuorum, & obrutorum ſub deſertæ Arabiæ arenis: qua in regione ventorum vi & turbinibus arena tanta mole ſurſum attolli dicuntur, vt viatores forte obuios obruant & ſuffocent, has carnes arena & vento ſiccatas,Mumiam eſſe.

Alia opinio de mumia quid ſit.
Alia opinio.

Mathiolus tritam & vulgarem magis opinionem ſecutus, ſcribit Mumiam, nihil eſſe aliud, quam cadauerum aromatibus conditorum fluentem liquorem,qui reſiccatus concreuerit. Quod vt intelligatur,ſciendum, olim ab omni antiquitatis memoria, Ægyptios ſepeliendorum cadauerum humanorum fuiſſe ſtudioſiſſimos ; non eo conſilio, vt viuentibus in remedia poſtea venirent, tantum enim & tam horrendum nefas ne ſuſpicari quidem ſunt. Sed vel quod animos reſurrectionis vniuerſalis opinione delibutos haberent:vel vt in his tanquam monimentis haberent aliquid,quo defunctos amicos pia & ſempiterna colerent memoria. C

Non valde ab hac opinione abhorrens Theuetus,ſcribit, veram Mumiam detrahi ex monumentis & lapideis vrnis ſeu capſis defunctorum in Ægypto,quarum rimæ tanta eſſent diligentia obſeratæ,& lutatæ,incluſa vero corpora tanta arte nobilibus ad æternitatem aromatibus condita,vt quę ipſis ſtatim mortuis obuolutæ eſſent linteæ,ſtolæ,eæ integræ hodie adhuc viſantur: ipſa autem corpora adeo florida,vt vix tridui eſſe cadauera iudicentur.

Et tamen in illis cauernis & ſpecubus ſubterraneis, è quibus illæ reconditæ eruuntur vrnæ, nonnulla occurrere duorum millium annorum cadauera.Hæc ipſa vel horum decerpta membra Venetias ex Syria & Ægypto deportantur:& inde in vniuerſum Chriſtianum orbem differuntur. Cæterum pro varia hominum conditione varia eſt aromatum, quibus farciuntur condimenta. Nobilium enim cadauera, myrrha,aloe,croco & aliis pretioſis aromatibus condiuntur.At plebeiorum hominum,quorum tenuitas & rei familiaris anguſtia, tantos ſumptus ferre nequit, ex àſphalto aut piſſaſphalto. Huius vltimæ ſpeciei & conditionis vniuerſam eſſe Mumiam,quæ in noſtras has regiones importatur,Mathiolus ait. Nunquam enim paſſuros prouinciæ Magnates & principes viros,ſepulturæ religioſis ſacris tanta pietate addictos, amicorum & cognatorum ſuorum cadauera huc, ad turpem quæſtum, & horrendum mi- D niſterium aduehi,vt *ad finem huius operis fuſius* docetur.

Varia cadauerum conditura.
Qualis ſit mumia,quæ huc aduehitur.

Quæ res quoſdam aliquando ex noſtratibus pharmacopolis mouit, homines inſigniter audaces, & lucri auidos,vt ſuſpenſorum cadauera de nocte raperent,& ſale atque aromatibus condita,furno exſiccarent,vt hoc mangonio interpoliata pro vera Mumia venderent.Sic igitur & ſtulte & crudeliter cogimur vel viliſſimæ Ægyptiorum plebeculæ,vel ſuſpenſorum diſſectas & putrentes cadauerum portiones deuorare, quaſi lapſi ab alto hominis ac contuſi ab orco eripiendi ars non eſſet alia, quam ſi hominem horrenda plane inſitione,in ſua,id eſt,humana viſcera conderes. Et tamē ſi illi pharmaco vis quędam ineſſet ad id,quod expetunt, eſſet fortaſſe quod aliquam excuſationem ſuæ illi pluſquam barbaræ inhumanitati prætexere poſſent. At ſic ſe res habet,vt peſſimum hoc pharmaci genus,non modo nihil ægris,in eo,cui comparatum eſt,caſu,præſidij aut adiumenti adferat, quemadmodum centies expertus ſum,& quemadmodum Theuetus expertum ſe in ſeipſo teſtatur,cum in Ægypto, vnde aduehitur,eius aliquantulum Medici cuiuſdam Iudæi conſilio ſumpſiſſet:ſed multa præterea moleſta ſymptomata inferat,vt cardialgiam,ventriculi tumultum,conturbationem, vomitum, oris fœtorem. Quibus ego rationibus perſuaſus,non modo eius pharmaci nihil ægris præſcribere ſoleo,ſed etiam in conciliis,ne pre- E ſcribatur magnopere contendo.

Ad contuſiones nullam eſſe efficacia mumiam.

Quorum malorum acceſſionem faciat mumia.
Oxycrati efficacia in contuſionibus.

Longe eſt ſatius ex Gal. ſententia in methodo, oxycratum haurire, quod ſua frigiditate fluentem ſanguinem cohibet,tenuitate autem concreti ſanguinis thrombos diſſoluit & diſcutit.Multas ego Doctorum Medicorum, à quibus hanc de Mumia hiſtoriam didici, & huic meo operi inſerendam putaui, rationes, è media philoſophia petitas, quibus huius aut illius Mumiæ nullum poſſe ad contuſiones & ſanguinem fluentem aut thromboſum eſſe vſum, demonſtrabant,lubens omitto : quod eas huic operi inſerere non magnopere Chirurgorum intereſſe arbitror.Quare de combuſtionibus nunc aggredi dicere ſatius eſſe duco.

De Com-

De combuſtionibus, & earum differentiis.

CAP. VIII.

Combuſtio-nis ratio & ſymptomata

COmbuſtiones omnes ſeu à pyrio puluere incenſo, ſeu à feruente oleo, aqua, metallo, aut aliis quibuſuis rebus fiant, ſola inter ſe magnitudine differunt. Hæ primo quoque tempore dolorem parti inferunt, & calorem præter naturam imprimunt. Qui ignis naturam redolens impreſſionem illam relinquit, quam Græci Empyreuma nominant, impreſſionis illius magis minuſue expreſſa cernuntur veſtigia, pro rei comburentis efficacia, ſuſcipientis ſeu patientis partis conditione, & in eadem mora. Si ſuperficiaria ſit combuſtio in puſtulas & veſiculas cutis exurgit, niſi mature fuerit prouiſum. Si ima & profundior extiterit, eſchara ſeu cruſta inducitur, ambuſta carne, vi ignis in cruſtaceam illam duritiem abeunte. Ignis in quamcunq; partem inciderit vis adurens, intemperiem in ipſa relinquit calidam, cutem condenſat, contrahit & inſpiſſat, vnde dolor: à dolore humorum ex partibus vicinis & remotis attractio: humores illi in aquoſos & ſeroſos humores mox verſi, dum exitum quærunt, ſibi ab inſpiſſata cute ignis actione præcluſum, ipſam altius attollunt, & veſicas, quas cernimus, excitant. Hinc variæ indicationes

Veſicularũ à combuſtione cauſa.

B ducũtur, vnde remediorum ad ambuſta varietas. Alia enim empyreuma, id eſt, impreſſum igniti caloris in parte veſtigium delent, atque dolorem demulcent: alia veſicularum generationem intercipiunt: alia vlceri curando dicata ſunt procurato eſcharæ ante omnia lapſu, detergendo, carnem & cicatricem inducendo. Tollendo dolori, & ignito calori comparata remedia duorum ſunt generum: alia enim vi refrigerante id faciunt, quæ nempe calorem præter naturam extinguunt, ſanguinemque & humores, qui in partem vi caloris & doloris influebant, reprimunt. Alia viribus contrariis prędita, calida ſunt & attrahentia: quæ nempe cutem relaxando, & poros reſerando, reſoluunt, & diſſipant ſeroſos humores, qui puſtulis ortum & materiam præbent, ſicque per accidens dolorem & ardorem ſedant. Refrigerantia ſunt, aqua ſimplex, aqua plantaginis, ſolani, hyoſcyami, cicutæ: ſucci herbarum refrigerantium, vt portulacæ lactucæ, plantaginis, aizoi, papaueris, mandragoræ, & ſimilium. Ex his alia componi poterunt, cuiuſmodi ſunt prædicti ſucci cum ouorum albumine agitati: lutum viarum tritatum in forti aceto diſſolutum: alumen rochæ in aqua eliquatum, cum oui albuminibus agitatis: atramentum ſcriptorium

Remediorũ varietas ad tollendũ intemperiẽ & dolorẽm demulcendũ.

C cum aceto & camphoræ tantillo mixtum: vnguentum nutritum, itemque populeum recenter parata. Hæc & ſimilia ſubinde renouabuntur, per initia præſertim, quouſque calor & dolor euanuerint. Cæterum eadem illa remedia tepida ſunt applicanda: nam ſi actu frigida apponerentur, dolorem excitarent, adeoque fluxionem: adde, quod eorum vires in partem ipſam ſubire & peruadere non poſſent, & de potentia in actum educi: profecto ſic appoſita dolorem ſedant, inflammationemque & veſicarum exortum prohibent.

Putat Matthiolus quod alumen rocha dicitur eſſe Plinij alumen albũ.

De medicamentis calidis & attrahentibus ad ambuſta.

CAP. IX.

INter calida & attrahentia, quæ rarefaciendo & foras attrahendo, atque diſſoluendo, dolorem ardoremque ambuſtorum leniunt, primum obtinet locum ignis, cum aduſtio leuicula fuerit. Sciunt enim & experiuntur plebeij homines, ambuſtæ leuiter partis ardorem vaneſcere, & dolorem leuari, ſi partem ipſam ardentis candelæ, vel accenſarum prunarum ardori aliquandiu admouerint, attractionem enim facit ſimilitudo. Itaque ignis extrinſecus intrinſecum & inuſtum à ſe parti ignem dum foras euocat, mali, quod intulerat & creauerat, alexiterium eſt. Paratu etiam facile & expertum remedium eſt, ſi quis

Ignis, qui dolorem ab ambuſtione ſedare poſſit.

D ſtatim à combuſtione cæpas crudas, & cum ſale contritas dolenti parti apponat. Notandum tamen, quod remedio huic locus non eſt, ſi iam in vlcus abierit malum: dolorẽ enim exacerbaret, & inflammationẽ augeret: at cute adhuc integra ac non excoriata, ſi adponatur, nihil tale facit, ſed puſtularum & veſicularum exortum prohibet. Eam ob cauſam hoc etiam remedij genere vtitur Hippocrates in eſcharæ lapſu procurando.

Cæpas tritas à combuſtiones valere & qui.

Si quis eius remedij vſum ex principio medico, quo contraria contrariis curari dicuntur, refellere contendat, atque ideo cæpas Galeni authoritate in quarto gradu calidas ad ambuſta nõ eſſe vtiles aſſereret, is intelligat, poteſtate quidem cæpas eſſe calidas, & actu humidas: itaque temperie calida rarefacere, humiditate autem actiua remollire cutem: quo fit, vt attrahant & foras euocent, diſſipentque inuſtum calorem, ſicque puſtularum generationem intercipiant. Denique ignis, vt initio notauimus, igni remedio eſt. Nec vero Galeni ſententia, morbi ſemper contrariis ſanantur, ſed aliquando ſimilibus: et ſi omnis ſanitas à contrario ſit, contrarij nomine latius & laxius ſumpto, ita enim & phlegmone ſæpe curatur reſoluentibus medicamentis, quæ nempe vacuata phlegmones materia, ipſam phlegmonem ſanant. Ergo ambuſtis partibus nondum quidem exulceratis aut excoriatis, eſt vtilis cæparum vſus. Sunt

Lib. 5. ſimpl.

E vero & alia pleraque remedia veſicularum generationi prohibendæ vtilia, cuiuſmodi eſt ſimus equinus recens, in oleo nucum aut roſaceo deſrictus, & parti impoſitus. Item ſambuci aut ebuli folia in oleo nucum cocta, & addito pauco ſale intrita. Item calx extincta in puluerem redacta, & cum vnguento roſaceo incorporata. Item iari & ſaluiæ folia cum pauco ſale contrita. Prodeſt etiam ad ambuſta fabrile glutinum, in aqua ex vaſe duplici liquatum, & penna parti ambuſtæ oblitum. Item craſſior vernix, quo politores, ſeu enſium fabri vtuntur. Cæterum ſi dolor acerbius vrgeat, ter quaterue in die ac nocte, hæc erunt renouanda remedia, quo illa demulceatur doloris acerbitas. Quod ſi his remediis impedire non poſſimus puſtularum generationem, primum atque ſubortæ erũt, excidendæ venient, quod humor cõcluſus exitu prohibitus, acrimoniã acquirit, quæ carnẽ ſubiectã arrodit, vnde emergunt vlcera caua: ſic cauſarũ multiplicatione, & materiæ incremẽto, augetur inflãmatio, nõ per nouem modo dies, vt vulgus dictitat, ſed p lõge plures: nõnũquã etiã p pauciores, ſi corp⁹ neq; cacochymũ, neq; plethoricũ extiterit,

Ad prorupta veſiculas remedia.

Quoties in die curandi ambuſti.

Ad eſcharã remedia.

& dolori atque ardori mature opportunis remediis occurſum fuerit. Cum combuſtio tanta fuerit, vt eſcharam induxerit, eius lapſus eſt procurandus remollientium, & humectantium medicamentorum vſu, vt axungiarum, oleorum, butyri cum pauco baſilicone, vel vnguenti ſequentis. A

℞. mucagin pſillii, & cydon. an. ℥iiij. gummi trag. ℥ij. extrahantur cum aqua parietaria, olei lilior. ℥ij.ß. ceræ nouæ quantum ſufficit, fiat vnguentum molle.

Vlceribus atque excoriationibus remedia conuenientia apponentur: quæ nempe nullam habent acrimoniam, cuiuſmodi eſt vnguentum album Rhaſis camphoratum, deſiccatiuum rubrum, vnguentum roſatum ſine aceto concinnatum, vel nutritum hoc, qui ſequitur, modo deſcriptum.

Nutriti vnguenti deſcriptio.

℞. lithargyr. auri ℥iiij. olei roſ. ℥iij. olei de papaue. ℥ij.ß. vnguent. populeon. ℥iiij. camphoræ ℥j. fiat vnguentum in mortario plumbeo ſecundum artem.

Oleum ouorum.

Vel oleum ouorum in mortario plumbeo agitato. Itemque calcem viuam nouies lotam, & cum vnguento roſaceo, vel butyro recenti, ſalisque experte, & aliquot ouorum vitellis induratis mixtam. Vel,

℞. but. recen. ſine ſale vſtulati & colati ℥vj vitellos ouo. iiij. ceru. lota in aqua plan. vel roſ. ℥ß. tuth. ſimiliter lota ℥iij. plumbi vſti & loti ℥ij. miſceantur omnia ſimul, fiat linimentum vt decet. Vel,

℞. cortic. ſambuc. virid. & olei roſ. an ℔j. bulliant ſimul lento igne, poſtea colentur, & adde olei ouor. ℥iiij. pulue. ceruſ. & tuth. præparatæ an. ℥j. ceræ albæ quantum ſufficit. fiat vnguentum molle ſecundum artem. B

Anodyna.

Cæterum ſiccantium remediorum quantitas ſemper augeatur, vel minuatur, prout vlceris conditio poſtulare videbitur. Dolori demulcendo ſequentia conueniunt, nempe mucagines ſeminis lini, pſillij, & cydo. extractæ in aqua roſ. vel cõmuni, & pauca camphora addita: ac ne citius, quam par eſt, reſiccetur id remedium, addendum eſt oleum roſaceum. Ouorum etiam vitelli ſex vel quinque cum mucilaginibus ſeminis lini, pſillii & cydoniorum mixti & ſæpius renouati dolori ſedando valde conferunt. Quæ ægris miniſtrant in noſocomio Pariſienſi mulierculæ ad ambuſta hoc fœliciter vtuntur remedio.

Remedium ad ambuſta tritum in noſocomio Pariſienſi.

℞. lard. conciſi ℔j. liqueſiat in aqua roſarum, deinde coletur per rarum linteum & frigidum; lauetur quater cum aqua hyoſcyami, vel alterius generis eiuſdem, deinde illi incorporentur vitelli ouorum recentium, num. viij fiat vnguentum. Si acris eſt dolor, vt in hoc vlcerum genere eſſe ſolet, byſſina tela velanda erunt vlcera, ne cum detergeotur, aſperiore lintei conſiſtentia irritentur. Sic enim per byſſi raritatem liber ſaniei exitus, & medicamentis ingreſſus atque contactus erit. Cauendum etiam, cum ambuſtæ fuerint palpebræ, labra, digitorum latera, iugula, axillæ, poplites, cubiti flexus, ne ſibi inuicem nullius rei interuentu committantur, alioqui tandem mutuo contactu ſibi adhærebunt & agglotinabuntur. Itaque illi rei prouidebitur, apta membri collocatione ex lintei mollis interiectione. C

Cur profundæ combuſtiones ſuperficiariis, minus dolorificæ.

Adnotandum vero venit, quod profundiores combuſtiones, quæque denſiorem eſcharam faciunt, ſuperficiariis minus dolorificæ ſunt. Cuius rei veritas, eorum exemplo intelligitur, qui ſectis artubus candente ferro inuruntur, nam mox à combuſtione exiguum dolorem ſentiunt. Ingens enim illa combuſtio ſenſum adimit, ſenſorij vehementia ſentientibus partibus ſenſum adimente, quemadmodum ſupra, cum de neruorum vulneribus & doloribus ageremus, notatum à nobis eſt. Eiuſmodi eſchararum lapſus procurabitur profundiore ſcarificatu, qui ad viuum vſque penetret: vt ſic perſpiratu liberiore ſubiecti & concluſi humores gaudeant, ſitque

Ad quam eſcharam neceſſarius ſcarificatus.

remollientibus medicamentis patentior ingreſſus, vt perfundere poſſit eſcharam, atque ſic emollire, vt tandem decidat. Reliquum curationis detergentibus medicamentis & ſarcoticis perficietur, additis ſupradictis vnguentis, puluiſculis metallicis, cum præſens neceſſitas videbitur poſtulare. Qua vero quantitate miſceri ſingula hæc debeãt, dici nequit, propter eam, quæ in corporum temperie & conſiſtentia eſt, varietatem, morborumque contumaciam aut facilitatem. A combuſtione, cicatrix fere aſpera hiulcula & fœda viſu relinqui ſolet. Itaque illa, qua arte complanari & molliri debeat, dicetur *tractatu de Peſte*. D

Inuſta carni à pyrio puluere ſtigmata inſolubilia eſſe.

Non eſt vero hoc loco omittendum, quod puluis pyrius igneſcens, ſæpe in carnem penetrat, haud vlcerata vel excoriata cute: itaque tenuitate ſua ſic in carnes ſe inſinuat, & penitus infigit, vt nullis remediis, non phœnigmis, non veſicatoriis non ſcarificatu, non cucurbitulis aut corniculis eximi, & inde elici queat: adeo vt ſemper impreſſa eius maneant veſtigia: haud aliter, quam barbaris ſeruis inuſta ſemel ſtygmata, nulla poſtea arte deleri & oblitterari poſſunt.

De Gangræna & Necroſi. CAP. X.

Gal. 2. ad gl.

MVlta quidem vulneribus & continui ſolutionibus maligna ſuperueniunt ſymptomata, vel Chirurgi inſcitia, aut negligentia, vel ægri aut aſſidentium errore, vel morbi malignitate & vehementia: at nullum maius gangræna ſuperuenire poteſt, vt à quo parti & ſæpe toti corpori necroſis & mors immineat. Quare de Grangræna viſum eſt hoc loco ſcribere, poſita primo definitione, deinde cauſis, ſignis, prognoſi, ac denique curandi ratione inſtituta. Eſt igitur Gangræna diſpoſitio quædam & via ad necroſim, partis, quam obſederit, paulatim & ſenſim emorientis. Nam necroſis vbi perfecta fuerit, Sphacelus Græcis dicitur, Latinis Syderatio, noſtratibus Ignis S. Antonij, vel Marcelli. E

De Gan-

De Gangrenæ cauſis generalibus & particularibus.

Cap. XI.

Cauſa generalis gangrænæ. *Cauſæ ſpeciales externæ.* *Frigus gangrænam inuehere.*

GAngrænæ cauſa maxime omnium generalis eſt, cum propter diſſolutam quatuor primarum qualitatum harmoniam & contemperationem, inepta redditur pars excipiendis facultatibus, ſpiritibus naturalibus, vitalibus, & animalibus, quibus nutritur, viuit & ſentit, atque mouetur. Horum enim tanquam lumine pars quouis ex caſu orbata languet, moxque emoritur. At cauſæ particulares multæ exiſtunt: hæ igitur vel primitiuæ ſunt, vel antecedentes. Primitiuæ ſeu externæ ſunt combuſtiones illatæ à rebus actu vel potentia ignitis: actu quidem, vt ab igne, oleo, aut aqua feruentibus, pyrio puluere igneſcente & ſimilibus. Potentia vero à medicamentis acribus, vt ſublimato, calcantho, cauteriis potentialibus & aliis eiuſmodi: hæc enim omnia inflammationem ingentem in parte excitant. Perfrigerationes vero inuehere poteſt aer ambiens, ſimulque & gangrænam: quæ cauſa eſt, cur Hippocrates *lib. de Aere*, magnas cerebri perfrigerationes Sphaceliſmos nominet. Incauta ergo & importuna frigidorum & narcoticorum remediorum applicatio, fractura, luxatio, inſignis contuſio, arctior ligatura beſtiarum præ-
B cipue venenatarum morſus, neruorum aut tendinum punctura, neruoſarum partium & articulorum vulnera, in corporibus præſertim plethoricis & cacochymis, vulnera ingentia, quibus vaſa vitam deferentia maxima parte excìſa ſunt, vnde Aneuriſma, aliæ denique multæ cauſæ quæ illam, quam initio diximus, quatuor primarum qualitatum harmoniam perturbant, Gangrænam inferre poſſunt.

De cauſis Gangrenæ antecedentibus. Cap. XII.

Quæ fluxiones gangrænam accerſant. *Gangræna inſanabilis.* *Lib. de tumo. præter nat.*

CAuſæ vero gangrænæ antecedentes, ſeu internæ & corporeæ, ſunt copioſæ & affatim factæ humorum calidorum, frigidorumue in partem aliquam defluxiones. Nam humorum tantæ copiæ ſuſtinendæ aut regendæ, cum ſit impar partis facultas, fit, vt calor ipſi inſitus tranſpirationis defectu ſuffocetur, aut extinguatur. Arteriæ enim hinc adeo in anguſtum concluduntur, vt motus ſuos contractionis & dilationis, quibus calor natiuus fouetur & temperatur, obire nequeant. Tum vero præſertim inſanabilis gangræna eſt, cum humorum influxus oſſa primum imbuerit & ab oſſibus inflammatio initium habuerit. Siquidē Galeni ſententia omnia, quæ in carnem, eadē quoq; in oſſa cadunt affectionū genera. Nec
C modo phlegmone ſeu inflammatio, ſed & caries & corruptio ſæpe oſſa primum inuadit, & ab oſſibus initium ducit: ſic enim multos elephanticos & lue venerea infectos cute ac carnibus integros pulchroſque videas, quorum tamen oſſa carie exeſa ac pertuſa, inſigni etiam ſæpe cum propriæ ſubſtantiæ iactura conſpiciuntur. Id mali genus fit à materia venenata, cuius qualitatem occultam vix alio, quam veneni intus geniti nomine poſſumus exprimere. Sed ſæpe cum vlcere maligno & antiquo obſeſſa, gignitur acris quædam & fœtida ſanies: qua ſi oſſa imbui contigerit, cariem & tandem mortificationem contrahunt: de quibus extat Hippocratis ſententia: *Vlcera ſi annua aut etiam diuturniora fuerint, os abſcedere neceſſe eſt, & cicatrices cauas fieri.* Quo etiam pertinet eiuſdem hæc ſententia: *in oſſis denudatione Eryſipelas malum.* *Aph. 5. ſect. 6.*

Ab inflammatione frigido gangræna. *Hiſtoria notanda.*

Cæterum materia illa venenata influens & gangrænoſa, alias calida eſt, vt in anthracibus & carbunculis peſtilentibus: qui intra quatuor & viginti horas eſchara inuſta, partem ad necroſim deducunt: alias frigida, vt non raro contingere cernitur in partibus, quas nullo dolore, tumore, liuore, nullo denique alio gangrænæ præcedente ſigno, gangræna occupat. Id enim contigiſſe nobili cuidam Genuenſi mulieri ſe inſpectante & curante, narrat Ioannes Vigonius.

D Idem ego memini contigiſſe cuidam in hac vrbe, qui cum cœnaſſet hilariter & doloris omnis (vt hocuſque fuerat) expers, lecto ſe tradidiſſet, oborta derepente noctu gangræna in duabus tibiis, necroſim intulit ſine tumore, ſine inflammatione, tantum locis quibuſdam tibiæ liuidis, nigris, viridibuſque maculis conſperſæ erant, reliqua ſubſtantia colore natiuo ſuffuſæ ſenſus tamen earum partium emortuus erat, ad contactum frigidæ apparebant, & adacto in cutem ſcalpello nihil cruoris manabat. Coacto concilio Medicorum, viſum eſt cutem cum ſubiecta carne, profundis multis ſcarificationibus incidere: quod cum feciſſem, manauit ſanguis ater, craſſus, velut congelatus, & paucus. Itaque hoc & pleraque alia, fuit inutile remedium: tandem enim liuore in faciem totumque corpus aſſurgente, phreneticus interiit.

Frigus ſimplex gangrænam inuehit.

Lectorum iudiciis æſtimandum permitto, num aliunde, quam à venenata materia, tam præceps, tamque ferale derepente malum contingere potuerit: quanquam materiæ venenatæ peculiaris non eſt ea pernicies. Sæpe enim frigoris vis, ſeu ab ambiente aere, ſeu ex narcoticorū remediorum immoderatiore vſu, tanta exiſtit, vt paucis horis membrorum alicui, imo etiam non raro toti corpori vitam adimat vt eorum exemplo intelligitur, qui per niues, monteſque gelu & glacie concretos & horrentes iter faciunt.
E Hinc enim caloris natiui & ſpirituum in parte exiſtentium extinctio, eorum vero, qui naturæ prouidentia eo ſuppetias mittuntur, excluſio.

Nam cum rigido frigore conſtricta, & tanquam gelu concreta reddatur pars, aſpirare ad eam & ingredi prohibentur. Nec vero ſi in partem ſubierint, morari illic diutius poſſunt, quod per ... frigoris naturæ infenſiſſimi hoſtis dominatū, omni naturæ œconomia, quatuorque primarum q... tum illa, de qua ante diximus, harmonia conturbata, domicilium illic idoneum non inueniant ... fit vt eo, vnde primum venerant, reſilientes, partem ipſam nutritionis, vitæ, ſenſus & motus com... orbam relinquant.

Lutetiæ Briro quidam ſeruus à ſtabulo, cum à cœna probe potus ſupra lectum ſe con... proximam feneſtram, quam patentem reliquerat, frigus ſubiens ſic alterum eius crus occup... à ſomno excitatus, nec tibiis ingredi, nec pedibus ſe ſuſtentare poſſet. Cū igitur eius ſtup... putaretur, iuſſus eſt igni admouere: ſed cum illud propius admonuiſſet, plantam pedis ſibi ...

ſenſu digiti craſſitudine, iuſſit, iam enim pluſquam dimidiam cruris partem necroſis occupauerat. A Itaque in Noſocomium deportatus cum eſſet, conatus eius loci Chirurgus eſt, cruris emortui amputatione reliquum corpus à morte imminente vindicare, ſed fruſtra: gliſcente enim in ſupernas partes necroſi, intra triduum mortuus eſt, cum laborioſis ructibus & ſingultibus, deliriis, frigido ſudore, & crebra ſyncope. Profectò tota illa hyeme frigoris tanta extitit inclementia, vt pleriſque in Noſocomio nariuum alas, ſeu pinnas necroſis ſine vlla putredine occuparit. Itaque cum ex tam multis quatuor delegiſſem, quibus nares amputarem, duo quidem incolumes euaſere, reliqui ſerpente malo interiere. Cæterum notandum venit, quod gangræna, quæ à frigore ortum ducat, primum & maxime occupentur partes à corde, caloris fonte diſtantiſſimæ, nempe pedes & crura: itemque illæ, quæ proprio temperamento frigidæ exiſtunt, vt cartilagineæ, quales exiſtunt nares & auriculæ.

Quæ potiſſimum partes gangræna à frigore orta tantentur.

De Gangrænæ ſignis. Cap. XIII.

Gangrænæ, quam inflammatio ſeu phlegmone induxerit, ſigna ſunt doloris & pulſationis ſine cauſa manifeſta, id eſt, tumoris reſolutione aut expuratione diminutio: coloris in parte flammei & rubētis ſubito in fuſcum aut liuidum mutatio, vt fuſiſſime docet Hippocrates, vbi de calcis fractæ gangræna loquitur: Dolorem pulſatilem hic intellectum velim non eum modo, quem arteriarū concitatior motus edit, B ſed iactabundum illum & punctorium velut pulſum, quem pugna caloris natiui, & eius, qui præter naturam eſt, efficit, ſuſcitata craſſa vaporum nebula ex humoribus, quos gangræna iactat & adoritur. Gangrænæ vero à frigore ſigna erunt, ſi derepente acutus dolor, pungēs & vrens partem inuadat: nam penetrabile frigus adurit: ſi micans rubor tanquam à niue manibus tractata, mox in liuidum colorem abeat: ſi pro accidentario, qui inerat, calore, mox frigus & ſtupor cum horrore partem occupet, quaſi quartanario inſultu quateretur. Frigus eiuſmodi ſi eouſque proceſſerit, vt calorem natiuum extinguat, necroſim poſt gangrænam infert: ſæpe vero etiam conuulſiones & violentas totius corporis concuſſiones cerebro & reliquis vitæ principiis valde moleſtas. Gangrænas vero vinculo arctiore, fractura, luxatione, & contuſione inuectas cognoueris, doloris, quam humorum attractio & incurſus intulerit: obortis & ſparſis per cutem puſtulis ſeu veſiculis, propter ardorem inſignem, tanquam à combuſtione: partis pondere, propter ſpirituum membri molem haud iam ſuſtentantium, penuriam: denique ex eo, quod appreſſus parti digitus tanquam in œdemate impreſſum relinquit veſtigium: itemque ex eo, quod cutis citra cauſam manifeſtam, à carnib. abſcedit. Iam ex morſu, punctura, aneuriſmate, vulnere in corporibus plethoricis & cacochymis, parteque exquiſitiſſimo ſenſu prædita ortas gangrænas iiſdem fere ſignis, quibus ab inflammatione natam cognoueris. C His enim & ſimilibus ex cauſis fit humorum ſupra quam par eſt, in partem fluxio & attractio: vnde intercepta perſpiratione, obſtructiſque meatibus, caloris natiui oppreſſio & ſuffocatio. Cæterum hoc admonitum velim Chirurgiæ tyronem, vbi præſentem gangrænam ex ſignis commemoratis deprehenderit, ne differendā amputationem putet, eo nomine, quod aliquis adhuc in parte ſenſus vel tenuis aliquis motus ſuperſtes ſit. Nam ſæpe in hoc caſu mouentur obſeſſæ partes, non motu integri muſculi, ſed hoc tantum, quod muſculi caput nondum gangræna obſeſſum, dum ſe ſuis viribus mouet, vna continuum ſibi tendinem & caudam ſuam, etſi iam emortuam iactet & commoueat: quare cunctari in talibus malum eſt.

Sect. 2. lib. de fract.

Dolor pulſatilis qui.

Gangræna ſigna à frigore orta.

Signa gangrænæ ortæ à fluxione & materia.

Non differēdā eſſe amputationē etiā manente in parte tenui aliquo motu aut ſenſu.

Super Gangrænis qui Prognoſis inſtituenda.

Cap. XIV.

Commemoratis ſignis Gangrænæ cognitæ, Prognoſim oportet inſtituere. Eſt autem eius tanta fœtocia & malignitas, vt niſi citiſſime occurratur, pars moritura ſit, & mortificationis ſuæ contagio vicinas comprehenſura: D quo factum eſt, vt à multis gangræna Eſtiomenos diceretur. Graſſatur enim veneni inſtar corruptio eiuſmodi, vicinaque omnia ignis inſtar exeſt, arrodit & depopulatur, quouſque corpus vniuerſum peruaſerit. Nam vt ſcribit Hipp. *li. de Vulner. capitis, Mortui & viuentis nulla eſt proportio.* Itaque oportet mortuum à viuo ſtatim excludi, aut niſi id fiat, viuum mortui contagione interire. Moribundis ſudor frigidus toto manat corpore, deliria exercent & inſomnia, ructus & ſingultus fatigant, crebra ſyncope oboritur. Vaporibus nempe, copioſe & continenter per venas, neruos & arterias ad viſcera & partes principes, ab humorum & carnium corruptione, ſuſcitatis. Hæc ergo vbi præſatos fueris, & ægri amicis edixeris, tum demum vt ad opus te accingas, feſtinandum.

Cur gangræna Eſtiomenus dicatur.

Viuum mortuo compatiēs.

De Gangrænæ cura generali. Cap. XV.

Gangrænarum curandarum indicationes ab ipſarum varietate ſunt petendæ, nam pro ipſarum effectu & magnitudine varie inſtituitur curatio. Gangrænæ enim aliæ totum membrum occupant, E aliæ membri tantum portionem: aliæ profundæ ſunt, aliæ extimæ & ſuperficiariæ. Habenda & ratio eſt temperiei corporis. Nam corpora mollia & delicata, vt puerorum, mulierum, eunuchorum & otioſorum hominum, mitiora multo remedia flagitant, quam qui natura & conſuetudine, ſeu vitæ inſtituto, robuſtiores & duriores exiſtunt, cuiuſmodi ſunt agricolæ, foſſores, nautæ, venatores, baiuli, & alij id genus homines, parce ac duriter qui vitam inſtituunt.

Curanda gāgræna varia indicationes.

Nec vniuerſi ſolum corporis, ſed & obſeſſarum partium ineunda eſt ratio: nam partium carnoſarum ſeu muſculoſarum alia ratio eſt, quam ſolidarum, vt neruoſarum & articulorum, aut ſolidiorum, vt vertebrarum. Iam partes calidæ & humidæ, vt pudenda, os, vterus & anus, facilius à putredine tentantur,

A tantur,& citius occupantur. Itaque tanto maturius occurrendum. Ergo ſi maxime ab interna cauſa ortum gangræna ducat, diæta in decenti rerum ſex non naturalium vſu eſt præſcribenda. Si corpus plethoricum vel cacochymum fuerit, de phlebotomia & purgatione aduocato Medico cogitandum. Cótra vaporum ad partes nobiles translationes, cor præſertim roborandum theriaca in aqua acetoſæ, aut cardui benedicti diſſoluta, bolo mithridatij, conſeruis roſarum & bugloſſi, atque opiatis ex arte in rem præſentem confectis: extrinſecus ſequens epithema apponetur regioni cordis.

Quæ partes gangræna ſæcile tentantur.

℞. *aqua roſ. & nenuph. an. ℥iiij. acet. ſcillitici ℥j. corallorum, ſantalorum alborum & rubrorum, roſ. rubr. in puluerem redactarum & ſpodij an. ʒj. mithrid. & ther. an. ʒij. ß. trochiſcorum de camphora ʒij. flor. cordialium in pollinem redactarum, p. ij. croci ʒj. ex omnibus in pollinem redactis, fiat epithema,* quod ſuperimponatur cordi, cum panno coccineo aut ſpongia: hæc fere ſunt, quæ in omnis gangrænæ curationem cadunt.

Epithema cardiacum.

De Gangrena cura particulari. CAP. XVI.

GAngrænæ, quam ſanguinis, & humorum partis natiuum calorem ſuffocantium influxus copioſior & rapidior pepererit, per ingentes phlegmonas, inſtituitur curatio euacuando & deſiccando humores qui mora & collectione in parte dolente computruerint. B In eam rem laudantur maxime ſcarificationes & inciſiones magnæ, mediocres, paruæ, profundæ, & ſuperficiariæ pro gangrænæ conditione: vt ſic pars exonerata perſpiratiuis, humores vero concluſi diſſlationis ſeu excretæ fuliginis beneficio gaudeant. Inciſiones fiunt cum malum grande eſt, profundum & necroſi proximum. Scarificatus, cum iam primum pars computreſcit, nam pro morbi magnitudine remedij magnitudo eſſe debet. Quare ſi ad oſſa vſque penetret multis & profundis ſectionibus curem & carnes, nouacula ad eam rem comparata, incidere oportebit: vitatis tamen inſignioribus neruis & vaſis, niſi penitus computruerint nam ſi ea nondum putredo inuaſerit, ſectiones in horum interſtitiis ſunt moliendæ: ſi minor eſt gangræna, ſcarificationibus contenti eſſe debemus. Scarificationibus & inciſionibus factis multum ſanguinis effluere ſinendum, vt ſic materia coniuncta euacuetur. Huic affundenda remedia, quæ calefaciendo, ſiccando, reſoluendo, detergendo & aperiendo putredinem emendent & caſtigent: in imum vero penetrando, abſumendæ virulentiæ parti iam infixæ vim habeant. In hanc rem inſtituuntur lotiones ex lixiuio cinerum ficulnearum aut quercinarum, in quo lupini ad perfectam elixationem coxerint. Vel paratu faciliora remedia habebuntur ex aqua ſalſa, in qua bullierint aloe & ægyptiacum, addita ſub finem C aqua vitæ: nam aqua vitæ & calcanthum cinefactum ſingularia ſunt ad gangrænam remedia. Vel,

Curatio gangrænæ ab inflammatione.

Lixiuium ad lotionẽ.

℞. *acet. optimi ℔j. mel. roſ. ℥iiij. ſyru. acetoſi ℥ij. ſalu. com. ʒv. bulliant ſimul: adde aqua vitæ ℔. ß.* hoc remedio pars ſæpius abluatur, eſt enim eius ad gangrænas coercendas magna vis. A lotione, ægyptiacum linamentis impones, atque in inciſiones immittes: non enim hoc remedio aliud eſt efficacius ad putredines nam eſchara inducta, abſcedere facit putridam carnem à ſana. Nec vero in hoc mali genere expectandum, vt putridæ carnes ipſæ per ſe à ſanis excidant: ſed potius quicquid corruptum eſt, id nouacula vel forficibus reſcindere oportet, inde toties ægyptiacum indere, quoties opus videbitur. Cuius rei ſcientiá comparabis ex carnis ipſius colore, odore, & ſenſibilitate: ægyptiaci, cuius ſemper in his caſibus ſum admirabiles vires expertus, deſcriptio eſt eiuſmodi.

℞. *floris æris, alums. roch. mellis com. an. ℥iij. aceti acerrimi ℥v. ſalis com. ℥j. vitrio. rom. ℥ß. ſublim pulueriſati ʒij. bulliant omnia ſimul ad ignem. fiat vnguentum.*

Ægyptiaci deſcriptio.

Si putredinis in parte non ſit tanta vis, ægyptiacum imbecillius inſtituetur. Immiſſo ægyptiaco mox toti parti ſequens cataplaſma eſt imponendum: impedit enim putrefactionem, reſoluit, deterget, deſiccat virulentam ſaniem, & partium ſicca tenuitate in membrum penetrat, ipſum roborat & eſt anodynum.

D ℞. *far. fab. hord. orobi, lent. lupi. an. ℔. ß ſal. com. & mel roſ. an ℥iiij. ſucci abſinth. marrub. an ℥ij. ß. aloes, maſt. myrrh. & aqua vit. an. ℥ij, oxymelitis ſimplicis quantum ſufficit. fiat cataplaſma molle ſecundum artem:* ſupra malum adſtringens hoc ſeu defenſiuum ad reprimendum humorum in partem influxum, & vaporum à parte putrida in totum corpus ſublationem eſt imponendum.

Cataplaſma a cont putredinẽ.

℞. *olei roſati & myrtil. an. ℥iiij. succor. plant. ſolani, ſemperuiui an. ℥ij. album. ouo. v. bolis armen. terræ ſigillatæ ſubtiliter pulueriſatorum an. ℥j. oxycrati quantum ſufficit, miſce ad vſum dictum.* Debent vero hæc ſæpius renouari remedia: Si malum contumax adeo ſit, vt deſcriptis remediis non cedat, ad fortiora veniendum, nempe cauteria: poſt quorum applicationem iubet Galenus, ſuccum porri cum ſale trito & diſſoluto apponi quod huic remedio vis inſit penetrandi & ſiccandi, adeoque putredinem arcendi. Quod ſi nihil cauteriis profeceris, veniendum eſt ad id, quod eſt extremum remedium, nempe partis amputationem: nam ex Hippocratis ſententia, *extremis morbis extrema exquiſite remedia ſunt optima*; prius tamen certiſſimum te eſſe oportet de partis necroſi & mortificatione: non enim parum intereſt, ſi quis perperam aut neceſſario membrum amputarit. Itaque quibus ſignis necroſim perfectam cognoſcere poſſis, nunc placet ſubiicere.

Adſtringentia quem vſum habeãt in curanda gangrænæ. 2. ad glauc.

Aph. 6. ſect. 1.

E *De Signis perfecta necroſis ſeu mortificationis.*


CAP. XVII.

GAngrænam in ſphacelum tranſiuiſſe, partemque omnino & penitus emortuam eſſe, certo ſcies, ſi ipſa colore nigra viſatur, tactu autem marmore frigidior ſentiatur, cuius frigoris cauſa non ſit aeris gelu rigentis inclementia, Si magna ſubſit mollities, adeo, vt pars digito compreſſa non reſurgat, ſed impreſſionis expreſſum retineat veſtigium. Si cutis à ſubiacente carne abſcedat, ſi fœtor tantus, tamque acris exhalet (in ſphacelo præſertim vlcerato) vt eum præſentes ferre nequeãt: ſi ſanioſus

liquor

A inſtrumento ad inſtar falcati ſcalpelli affabre facto. Huius rei admonitum te volui, quod ſi ſerrulæ aliud ab oſſe diuidendum relinquas, magnum doloris cruciatum ægro inter ſecandum inferes: non enim ſerra res molles, vt carnes, tendines, membranas, facile diuidere poteſt. Vbi igitur ſubſectis & abductis aliis omnibus corpuſculis ad os vſque nudum ventum eſt, ſerrula pedem vnum & tres pollices fere longa, id expedite eſt præcidendum, quam proxime ſanæ carni etiam inhærenti: ac tum frons oſſis, quam ſerrula exaſperauit, læuiganda eſt. *Cautio notanda.*

Serrulæ figura.



B


Qua arte amputato membro ſanguinis fluxus ſit ſiſtendus.

CAP. XX.

AMputato membro & exciſo, ſanguis fluere ſinendus eſt, pro virium ratione, quo pars reliqua inflammationi & aliis ſymptomatibus minus ſit poſtea obnoxia: hinc citiſſime & arctiſſime venæ arteriæq; deligandæ: quo ſanguinis fluentis curſus inhibeatur, & ſiſtatur penitus. Quod fiet, comprehenſis vaſis roſtro coruino, cuius hæc figura eſt.

Roſtrum coruinum eliciendis extrahendiſq; è carne, in qua latent, vaſis, vt deligari & conſtringi vinculo queant, idoneum.

C



Hoc inſtrumento vellenda & comprehendenda ſunt vaſorum in carne deliteſcentium extrema, foraſque è muſculis, in quos ſtatim ab amputatione ſe ſubduxerunt, vt partes omnes ſeſe ſemper verſus origines ſuas contrahere ſolent, proferenda: in quo opere peragendo non admodum intereſſe putabis, ſi alias vicinarum partium, vt carnis portiunculas, vna cum ipſis vaſis comprehenderis, hinc enim nihil timendum periculi: imo ſic vaſa conſolidabuntur facilius, quam ſi ſola ipſa per ſe exanguia coaleſcerent: ſic demum prolata, duplici & valido filo conſtringenda. *Qua arte vaſa expromenda & deliganda.*

Quo modo ſanguine inhibito curandum ſit exciſum membrum.

D CAP. XXI.

COnſtrictis vaſis, ſoluenda eſt deligatura ſupra exciſionis locum obducta: hinc vulneris labra, ductis decuſſatim acu quatuor punctis, & penitius in carnem adactis, nectes: ſic enim cutis & abſciſſorum muſculorum, ſurſum ante amputationem abductas portiones, laxe oſſibus ipſis induces, ac quã maxime ipſa vndique conteges, vt minus aeris appulſu feriantur, & vulnus citius agglutinetur. Quod vero de nexu labrorum vulneris, quatuor acu ductis punctis dicimus, non eſt ita audiendum, quaſi contentius conari debeas, vt ipſa ſibi mutuo applices, & quodam contactu adiungas: id enim eſt impoſſibile, citius ſe puncta ruperint, ex quo partis denudatio conſequetur. Sufficiet ergo, ſi ipſa mediocri contentione ſibi propius adducas: vt ſic cutem, ſubiectamque vna carnem, priſtinæ ſuæ, quam ante retractionem habebant laxitati, reſtituas: tandemque naturæ accedente opera, vulnus facilius agglutines. *Secta partis labra quo committenda.*

Qua arte compeſcendus ſit ſanguinis fluxus, vaſorum deligatorum aliquo forte ſoluto.

CAP. XXII.

E RE, quemadmodum huc vſq; diximus, geſta, ſi forte contingit alicuius vaſorum vinculum reſolui, membrum eo rurſum deligaturæ genere, quod ante amputationem ipſi inducendum diximus, vinciendum eſt. Vel, quod magis probo, quodque facilius & minus dolorificum eſt, miniſter comprehenſo ambabus manibus membro, arctius appreſſis digitis, ſoluti vaſis ductum comprimet. ſic enim ſanguinem ſiſtet. Inde operis magiſter acum eliget quatuor fere digitos longam, quadratam & acutis angulis bene ſecantem, filum validum triplicem vel quadruplicem ducentem. Hac reſolutum vas e[o], qui ſequitur, modo reuinciet. Acum extrinſecus ſemidigiti interuallo contra vas reſolutum transfi[ga]

carnē adiget, quouſque ad ipſius vaſis extremum penetrauerit. Tum ſubter illud idem vas, denuo acum A adactam reuocabit: ita vt inter adactam acum & reuocatam, nō plus, quam digitus tranſuerſus interſit. In interiecto illo digitali ſpatio, peniculum aut ſplenium exduplicato triplicatove linteo collocabit & interſeret, ac ſuper ipſum fili capita arctiore nodo conſtringet. Sic enim, ne nodus conſtrictionis vi in interiectam carnem penetret, prouidebit, & vna firmitatem illi comparabit. Ita fit, vt breui reuinctum vaſis orificium vicinis carnibus agglutinetur, tanta prorſum pertinacia, vt ex vaſe ita reuincto nunquam viſa ſit, vel ſanguinis guttula, effluxiſſe. Quod ſi qui ſanguis fluit, ab exiguo aliquo vaſe fluat, nihil hoc ſuturæ & vinculi genere tentandum, nec valde intereſſe putandum: nam vel ſola adſtringentium mox dicendorum appoſitione facile inhibetur.

Ab exiguis vaſis hæmorrhagia negligenda.

Qua arte reliqua amputati membri cura ſit peragenda. CAP. XXIII.

NVnc dicendum, quæ remedia poſt amputationem adhibere conueniat, nempe emplaſtica, quæ vulneribus recentibus valde conuenientia ſunt: Vt,

Emplaſticū remedium.

℞ *bol. arm.* ℥ iiij. *far. vol.* ℥ iij. *picis reſ.* ℥ ij. *in pollinem omnia redigantur, & ex mixtis fiat puluis*, quo conſpergatur vulnus, ſuperinducto carpto linteo ſicco: membro vero ſuperponatur repercutiens ſeu defenſiuum medicamentum ſequens. B

Repellens medicamētum.

℞. *album. ouo. vj. bol. arm. ſang. drac. gypſi, terræ ſigil. aloes, maſt. gallar. comb. an.* ℥ ij. *in pollinem redigantur omnia, & bene agitentur, addendo olei roſ. & myrth. an.* ℥ j. *fiat defenſiuum ad formam mellis.* Debet hoc vnguentum applicari cum Stupis oxycrato imbutis, ita vt non ipſum modo ſectum membrū tegat, ſed & altius in vicinum etiam ſe diffundat & cooperiat: vt crure amputato, debet articulo imponi, & altius à genu in femur ſe quatuor digitorum latitudine diffundere: nam non modo repercutiendi vim habet, ſed etiam roborādæ partis, fluxionis ſanguine temperato coercendæ, ſedandi doloris & inflammationis prohibendæ. Proderit inſuper diplomata lintea & faſcias oxycrato macerare: hinc membrum figura media ſitum, in puluinis auenæ gluma, pilis ceruinis, aut furfure frumentaceo fartis, collocare. Apparatus ille primus non eſt renouandus, niſi magna vrgente neceſſitate, nempe quatuor poſt diebus hyeme, paucioribus æſtate. Quod ad vincula attinet, quibus vaſa conſtricta tenentur, non arte ſoluenda, aut quacunque alia ratione eximenda ſunt, quam vaſorum orificia ſuo glutino & carne obducta ſint, ne noua ſuperueniat, ſoluere feſtinanti hæmorrhagia. Agglutinatio illa fiet appoſitis remediis refrigerantibus, adſtringentibus & emplaſticis, cuiuſmodi eſt ſequens puluiſculus. C

Qua figura collocandū & quoties curandum membrum.

Puluis emplaſticus.

℞ *bol. arm. far. hord. picis, reſ. gypſ. an.* ℥ iiij. *aloes, nucum cup. cort. gran. an.* ℥ j. *incorporentur omnia ſimul, fiat puluis ſubtilis*, quo totum vlcus conſpergatur, quatuor vel trium dierum ſpatio, quibus exactis ſolæ orificiorum vaſorum ſedes eo conſpergentur, idq; ad octo aut decem dies, vt iam de vaſorum agglutinatione dubitare non poſſimus. Reliquo interim vlceri apponetur digeſtiuum, quouſque puruleorum euaſerit: tum enim relicto digeſtiuo detergentia & mundificantia ſuccedent: Vt,

Detergētia.

℞. *tereb. venet. lotæ in aqua vit.* ℥ vj. *mellis roſ. colati* ℥ iij. *ſuccor. plant. apii, centau. minor. an.* ℥ ij. *bulliant omnia ſimul vſque ad conſumptionem ſuccorum; auferantur ab igne, addendo far. fab. & hord. an.* ℥ j. *iberia. gal.* ℥ ß. *aloes, myrrh. ariſtoloc. an.* ʒ iij. *croci* ℈ j. *fiat mundificatiuum.* Cæterum cum ſic ſe res habeat, vt diu poſt amputationem ægri ſuum ſibi adhuc membrum integrum eſſe imaginentur, ac de eius dolore conquerantur (quod veriſimile mihi fit contingere ob id, quod ſecti nerui verſus originem ſuam contrahant ſe, ſicque conuulſionibus ſimilem dolorem excitent. Nam vt ſcribit Gal, *lib. de Motu muſculorum*, nerui & muſculi vera propriaq; actio, contractio eſt: contra contenſio non tam actio eſt, quam motus) ideo vt ei quoq; ſymptomati medeamur, opera danda eſt. Id fiet oblita dorſi ſpina, totaq; parte affecta ſequente linimento, cui magna vis ineſt aduerſus conuulſionem, paralyſim, ſtuporem, omnes denique neruoſi generis frigidos affectus.

Cur ſecto membro de eius dolore quaſi ad huc exiſtentis diu poſt conquerantur ægri.

℞. *ſaluia, chamæpytheos, maiorana, roriſmar. menth. ruta, lauend. an.* m j. *florum chamemel. melilot. ſummitatum anet. & hype. ic. an. p.* ij. *baccarum lauri & iuniperi. an.* ℥ ij. *radicis pyrethri* ʒ ij. *maſtiches, aſſa odorata, an.* ℥ j. ß. *terebinthina veneta.* ℔ j. *olei lumbr. aneth. & catel. an.* ℥ vj. *olei tereb.* ℥ iij. *axun. hum.* ℥ ij. *croci* ʒ j. *vini albi odoriferi* ℔ j. *ceræ quantum ſufficit, contundenda contundantur, pulueriſanda pulueriſentur, deinde macerentur omnia in vino per noctem. poſtea coquantur cum oleis & axungia prædictis in vaſa duplici, fiat linimentum ſecundum artem. In fine adde aquæ vit.* ʒ iij. Præterea inter curandum hoc vulnus, decet Chirurgum attentum eſſe in procurando lapſu extremitatum oſſis, quas ſerrula & aeris appulſus, nunquam antea expertus percuſſerint, quod fiet appoſitis ipſis extremitatibus cauteriis actualibus, id eſt, ferro candente, in quorum vſu magnopere cauendum eſt, ne ſenſiles partes igne attingas: ſed nec vi oſſa ipſa auellenda ſunt, ſed leui concuſſione ſenſim commonenda, ſic vt præclare tecum & cum ægro actum putes, ſi poſt trigeſimum ab amputatione diem, excidant. His omnibus peractis luxuriantem & ſpongioſam carnem incremento cathæreticis prohibebis, cuiuſmodi ſunt, calcanthum vſtum, puluis mercurii, & alia, inter quæ alumen coctum & in pollinem redactum in hoc vulnerum genere excellit, ſeu per ſe ſumatur, ſeu cum aliis miſceatur. Hæc & his ſimilia ad perfectam vſque agglutinationem & cicatricis obductionem vſurpabis, & alia ad horum exemplar pro re nata, vt ſe res offerent, ipſe per te comminiſci poteris. D E

Litus ad ſpinam dorſi contra neruorū omnes affectus.

Extremorū oſſium quo procurādus lapſus.

Cathæreticis.

Qua

A *Quæ cauſa authori iuſta viſa fuerit, vt ad compeſcenda ſanguinis poſt amputatum membrum profluuia, nouam remediorum formam comminiſceretur, veterem vero & Chirurgis fere omnibus tritam, quæ cauteriis actualibus fit, desereret.*

CAP. XXIV.

FAteor equidem, me olim alia via ſanguinis ab amputatione membrorum fluores cōpeſcuiſſe, quam quæ paulo ante tradita eſt. Cuius equidem rei pudet me, & piget: ſed quid facerem? ſic á magiſtris, quos mihi imitandos propoſueram, ſemper factitari animaduerteram: qui nempe tum demum ſe præclare inſtructos ad hæmorrhagiam ſiſtendam arbitrabantur, cum ignitorum ferramentorum & medicamentorū cauſticorum varia ſuppellectile circumfuſi, nunc hæc, nunc illa pro arbitrio amputatæ parti apprimerent. Quod profecto facinus ſine ſummo horrore dici aut cogitari, nedum fieri poteſt. Id enim remedii genus non poterat non ſummum doloris cruciatum ægris inferre: cum eiuſmodi vulnera recentia, & viuam, ſanamque carnem compræhendentia, exquiſitiſſimo ſenſu prædita ſint. Nec vero neruoſis corporibus cauſticum quidquam apprimi poteſt, quin ſtatim ignis ſæua illa impreſſio, viſceri-
B bus communicetur: vnde pernicioſorum ſymptomatum, ac mortis ſæpius conſecutio. Et certe ex ita inuſtis vix vnquam tertia pars conualeſcebat, & id admodum ægre, quod ambuſta vulnera difficillime ad cicatricem deducantur: illa enim vſtulatione ſæui dolores excitantur, vnde febris, conuulſio, & ſæpe his alia peiora accidentia. Adde, quod eſchara lapſa noua ſæpius hæmorrhagia ſuperueniebat, cui coercendæ aliis pyroticis & ignitis ferramentis opus. Neque enim aliam viam nouerant boni illi viri, ex quorum repetitione magna fiebat carnoſæ & neruoſæ ſubſtantiæ conſumptio & deperditio: cuius occaſione oſſa denudabantur, vnde plurimis cicatricis inducendæ ſpes adempta eſt, coactis in vitæ miſeræ reliquum tempus, vlcus eo loco, quo membrum exciſum fuerat, circumferre: quæ res opportunitatem illis adimebat, cruris aut brachii arte parati in exciſi locum aptandi. Itaque Chirurgos omnes obnixe rogatos velim, vt vetere illa, & crudelitatis crimine obſita medendi via relicta, hanc nouam amplectantur, quam me edoctum Dei numine arbitror: non enim illam á magiſtris, non à quoquam alio didici, aut vſurpatam vnquam animaduerti. Tantum apud Galenum legi, ad ſanguinis fluxum ſiſtendum, nihil eſſe præſentius, quam vaſa ipſa, quorum ductibus fit fluxio, verſus radices ſuas, hepar nempe & cor religare. Hoc Galeni præceptum de vinciendis & ſuendis venis & arteriis, in vulneribus re-
C centibus, ad ea, quæ membrorum amputatione fiunt, cum traduci poſſe putarem, tentaui in pleriſque: ſic tamen vt per initia & prima experimenta, cauteria & ignita ferramenta parata ſemper haberem, vt ſi mihi minus quid fœliciter nouo illo opere ſucceſſiſſet, ſubſidium mihi ex vetere doctrina compararē: donec tandem magiſtra & fœlici prope infinitorum experientia confirmatus, ignitis ferramētis, omnibuſque cauteriis, quod ad hoc opus intereſſet, vale in ſempiternum dixi. Idem ego Chirurgus omnibus cenſeo faciendum: non enim vt in negotiis ciuilibus, ſic in his rebus, quæ arte geruntur, præſcriptio, ius, authoritatem, aut locum contra rationem habere poteſt: ne quis obtrudat, ſic ſemper à maioribus fuiſſe factitatum.

Ignita ferramenta reiicienda.

Lib. 5. meth.

Præſcriptio & conſuetudo in icem tum contra rationem non habere locum.

Superiorum præceptorum praxis, hiſtoria memorabili de quodam milite, cui brachium ad cubiti articulum amputatum eſt, ſubiicitur. CAP. XXV.

PLacet nunc gangrænæ & ſphaceli curandorum poſitas leges propoſito exemplo confirmare. Dum ego Taurini agerem Chirurgus Polemarchi Monte-iani, miles quidam Gregarius, vulnus ad carpum ſeu manus articulum, glande plumbea ſclopo exploſa, accepit: vnde fractis inſigniter oſſibus &
D tendinibus, neruoſiſque corporibus crudeliter laceratis, gangrænæ ac tandem ſphaceli ad cubiti vſque articulum, conſecutio facta eſt, ſed & mediam thoracis partem inflammatio inuaſit, & ad gangrænam quædam velut diſpoſitio, quo factum eſt, vt ructibus, ſingultibus, vigiliis, iactationibus, & crebra syncope laborioſe & periculoſe admodum exerceretur, quæ cauſa fuit, cur multi illum Chirurgi relinquerent, tanquam deploratum. Ita factum eſt, vt amicorum eius precibus coactus, miſerum illum & omni humano præſidio orbum, curādum ſuſciperem. Cognito igitur ſuis ſignis ſphacelo, brachium ad cubiti articulum primo quoq; tempore amputo, ſuperinducta prius, de qua dixi, deligatura: amputo inquam, non ſerra, ſed ſola nouacula: exciſis, quæ oſſa, id eſt, humerū brachiumq; continebant, ligamentis, quod in articulo cubiti ſphacelus conſiſteret: etſi gangræna ad humerum aſcenderet, nec vero noua cuiquam hæc in articulo ſectio videri debet. Illam enim Hipp. valde commendat, atque ſanatu facilem prædicat, nihilque ex ea timendum præter ſyncopem, propter dolorem, qui inciſione tendinum & ligamentorum communium excitatur. Cæterum inciſione eiuſmodi à me peracta, prohibere non potuit ſuperinducta ligatura, quin multus ſanguis inde manaret, propter inſignia, quæ illac perreptant, vaſa. Sino igitur ſanguinem liberius fluere, quo partem deonerarem, atque inflammationis ac gangrænæ pericu-
E lis, metuque in poſterum expedirem: mox ignito ferro fluorem cohibui, neque dum enim aliam viam noueram. Inde ſoluta blande deligatura, humeri partem gangræna obſeſſam, multis & profundis inciſionibus diſſeco, vitata & intacta interna parte, propter inſignium vaſorum & neruorum, qui illac feruntur, multitudinem, mox inciſionum quibuſdam pyroticum admoui, tum vt ſanguinem ſiſterem, tum virulentam ſaniem in parte reſtitantem exhaurirem. Inde immiſſis, appoſitiſque remediis ante deſcriptis, ſerpentem putredinem debellaui: ad thoracis coercendam inflammationē omni medicamentorum refrænantium genere ſum vſus: epithemata etiam regioni cordis adhibui, & cardiaca ægro potanda, deuorandaq; exhibui, nec ante deſtiti ab illorum vſu, quam illi ructus, ſingultuſq; atq; leipothymiæ vaneſcerent. His ego dum attentius intendo, aliud ægrum mali genus occupat, conuulſio nempe,

Hiſtoria.


Ad articulū amputatio.

Sect. 4. lib. de art.

Defoſſio in fimo equino calente a conuulſione corpus liberat.

non vlla mea, aut eius culpa, ſed loci, in quo iacebat, vitio, in granario enim decumbebat, rimis vndiq; dehiſcente, & ventorum omnium afflatui peruio, media vero tum & pruinis, gelu, omnique frigore horrida ſæuiebat hyems, ac has cœli, locique iniurias, ignis aut eorum aliud, quæ ad vitam tuendam neceſſaria ſunt, minuebat: iam artuum contractio, dentiũ conſtrictio, & oris, facieq; partium omnium tortura miſerum exercebant, cum ego eius miſertus, in proximum ſtabulum molto fimo fumans deportari curaui, importatoque in duas pyrothecas igne, deſcriptis antea ad conuulſionem linimentis, quamprimum ceruices, totamque homini dorſi ſpinam oblino, vitatis partibus thoracicis: mox ipſum calido linteo inuolutum, in fimum pariter calens & recenti ſtramine ante conſtratum ad ceruices vſq; defodio. Illic cum triduum manſiſſet, oborto tandem leui alui profluuio, & copioſo ſudore, os ſeoſim, denteſq; ante conſtrictos & rigentes diducere cœpit. Huius rei melius gerendæ opportunitatem nactus, deſcripto hic inſtrumento, & in dentes inſerto, os illi amplius diduco. A

Dilatatorium, ori, dentibuſq; diducendis comparatum, quod cochlea torquetur. B



C

Illum oris hiatum, ſubducto dehinc dilatatorio, inſertis hinc & hinc ſalicis bacillis ſeruo integrum, vt liceret mihi ipſum paulo liberalius cibis paratu facilibus, nempe lacte bubulo & ouis ſorbilibus cibare, tantiſper dum mandendi libertas deuicta conuulſione rediret. His igitur artibus conuulſionis illo caſu mox liberatus, tum demum brachii curam repeto, ferro candente extremum os denuo inuro, vt ſaniei affluxum perpetuum exhaurirem. Notatu vero haud omnino indignum eſt, quod eiuſmodi cauteriorum actualium appreſſione, mira ſe voluptate perfundi dicebat, titillante quodam pruritu per totam oſſis illius longitudinem graſſante, ob caloris ab admoto cauſtico blandam diffuſionem, quod idem ego in multis aliis, præſertim in Noſocomio Lutetiano decumbentibus ſimili in caſu animaduerti. Secutus eſt hanc inuſtionem multarum & inſignium oſſis ſquamarum & teſtarum prolapſus, ad id etiam faciente aeris liberiore, quam par erat, appulſu, quin etiam vbi fotui locus datus eſt, roſarum rubrarum, abſynthii, ſaluiæ, foliorum lauri, florum chamæmeli, meliloti, anethi decocto, ſic parti ſolatium paraui, vt interim ſaniem virulentam, carnes, oſſaque pertinacius imbuentem, vna eademque opera exhaurirem. Denique factum eſt, vt Dei ope & illa, quam dixi, arte, & ſollicita cura tandem conualuerit. Ex quo monitum velim Chirurgiæ tyronem, vt nunquam quemquam ſic deploratum habeat, vt ipſum penitus pro derelicto habere velit, hominem cum prognoſticis dimiſiſſe contentus. Nam vt apposite à veterum Doctorum quodam ſcriptum eſt, D

Ferramenti igniti ad extremum os appreſſio iucunda.

Fotus ad conuulſionē.

Monſtra ſeu miracula in morbis.

vt in natura, ſic etiam in morbis monſtra contingunt.

FINIS LIBRI VNDECIMI.

E

DE VL-

A

DE VLCERIBVS, FISTVLIS, ET HÆMORRHOIDIBVS.

B

LIBER DVODECIMVS.

De natura, cauſis, & differentiis vlcerum. CAP. I.

VLnerum recentium & cruentorum natura, differentiis, cauſis, ſignis, & curatione expoſita, ordinis & doctrinæ ratio poſcere videtur, vt de Vlceribus dicamus, initio ducto ab ambiguitate nominis. Nam in diſciplina Hippocratica vlceris nomen ſumi poteſt generaliſſime pro omni ſolutione continui. Quo ſenſu legitur, omnem dolorem eſſe vlcus generaliter pro vulnere & vlcere proprie dicto, vt apparet ex eius *libro de Vlceribus*. Proprie, vt cum dixit, vlcus atrophiæ vitio ſiccum mortis argumentum eſſe. In vltima hac & propria ſignificatione hic de Vlcere loqui tantum inſtituimus. Atque ſecundum illam dicimus, quod vlcus ſit *continui in parte molli ſolutio, haud quidem cruenta, ſed ſordida & impura, multo pure, ſanie, aut quauis alia corruptione manans, vno vel multis contra naturam affectibus implicita*, qui eius ſanationem & coagmentationem remorantur, vel, vt breuius dicamus ex Galeni ſententia, Vlcus eſt *continui ſolutio ab eroſione facta.*

Vlceris acceptiones varia.

Sent. 54. ſec. 3 li. de fract.

Sect. 1. progn.

Quibus Vlcus proprie.

C

Vlceris cauſæ vel internæ ſunt, vel externæ. Internæ quidem ſunt humorum qualitate potius, quam copia, aut etiam vtroque peccantium, & acrimonia ſua ac malignitate eroſionem in crure & mollibus partibus facientium vitia, contingunt vero vitia illa aut ex improba & irregulari diæta, aut ex viſcerum praua affectione, ſua illa cacochymia in corporis habitum ſe exonerantium. Cauſæ externæ ſunt, inclementia frigoris partem aliquam, præſertim à fronte caloris remotiorem occupantis, vnde dolor, quem ſequitur ſpirituum & humorum in partem attractio, attractorumque ibidem ab extincto mox aut debilitato calore natiuo corruptio, vnde tandem exulceratio. Hoc etiam cauſarum externarum genere comprehenduntur ictus, contuſio, acrium medicamentorum, vt pyroticorum, appoſitio, ambuſtio, item & impura contagio, vt ex luis venereæ fœdo concubitu, vel accubitu contractæ, virulentis vlceribus apparet. Iam vero vlcerum differentiæ quam variæ & multiplices ſint, ſequenti ſchemate deſcribitur.

Li. de conſti. artis cap. 6.

Cauſa externa.

D

E

De Vlcerum differentiis Tabula.

A

- *Vlcus eſt continui ſolutio impura in parte molli, pure & ſanie aut alia corruptione manans. Eius duæ ſunt primæ differentiæ: aliud enim,*
  - *Simplex eſt, & ſolidarium ipſum per ſe citra alterius contra naturam affectus complicationem: hoc differentiis euariat, vel*
    - *Propriis: quæ ex tribus fere rebus ducuntur, nempe*
      - *Figura: vnde vlcus aliud dicitur*
        - *Rotundum ſeu orbiculare.*
        - *Sinuoſum & varie ſparſum.*
        - *Rectum aut obliquum.*
        - *Angulatum, vt triangulare.*
      - *Quantitate: idque vel pe- nes*
        - *Longitudinem; vnde vlcus longum, breue, mediocre.*
        - *Latitudinem; vnde vlcus latum, ſtrictum, mediocre.*
        - *Profunditatem; vnde vlcus altum, ſuperficiarium, mediocre.*
      - *AEqualitate, vel inæqualitate, nempe quod*
        - *In illis, quas nouiſſime diximus, dimenſionum differentiis, longitudine, inquam, latitudine & profunditate, pari ſimiliq́; modo ſe habet, aut diſpar & diſsimile.* B
    - *Communibus & accidentariis: iisq́; ductu, vel*
      - *A tempore: vnde vlcus recens, inueteratum, breuis aut longa curationis & durationis.*
      - *A ſpecie: vnde aliud apparens vlcus dicitur, aliud latens & occultum.*
      - *A generationis modo; nempe ſi à re graui, contundente, ſecante, pungente, aut erodente factum eſt, vnde vlcus inciſum, lacerum, mixtum.*
      - *A ſitu: vnde vlcus anticum, poſticum, ſummum, imum, in muſculi capite, cauda, ventre.* C
      - *A parte, quam occupat: vnde vlcus in carne & cute exiſtens, vel cartilagines & oſſa depaſcens cuiuſmodi ſunt narium palati, & aurium vlcera.*
      - *Ab aliis accidentibus communibus: vnde telephium vlcus, id nempe, quo Telephus laborauit, ſimile. Chironium, quod Chironis manum & ſolertiam poſtulat. Cancroſum, quod Cancros imitatur.*
  - *Compoſitum & multis variiſque modis complicatum, nempe cum*
    - *Cauſa, vnde vlcus*
      - *Cacochymum, Catarrhoũ, Venenatum, quod nempe cacochymia, catarrhus & venenum fouent.*
    - *Morbo nempe*
      - *Intemperie, ſeu ſimplici, ſeu compoſita; vnde vlcus calidum, frigidum, humidum, ſiccum, mixtum.* D
      - *Tumore; vnde vlcus phlegmonoſum, eryſipelatoſum, œdematoſum, ſchirroſum, cancroſum.*
      - *Solutione continui, & alia quauis incommoderatione; vnde vlcus aſperum, calloſum, fiſtuloſum, cauernoſum, ſinuoſum, cum luxatione, fractura.*
    - *Symptomate: vnde phagedenicum vlcus, depaſcens, dolorificum, ſordidum, virulentum.*
    - *Cauſa & morbo.*
    - *Cauſa & ſymptomate.*
    - *Morbo & ſymptomate.*
    - *Cauſa, morbo, & ſymptomate.*
      - *Quorum omnium exempla ex ſuperioribus petenda.*

E

De ſignis vlcerum. Cap. II.

Vlceris putridi ſigna. Depaſcentis. Sordidi. Carnoſi.

PRo Vlcerum differentiis varia vlcerum exiſtunt ſigna. Nam quod tetrum vaporem, grauem, fœtidum & cadaueroſum exhalat, cum fœdis ſordibus, vlceris putridi ſignum eſt. Depaſcens vlcus cognoſcitur, partis, cui inſidet & vicinarum exeſione, excauatione & attritu. Sordidum, excrementorum, quæ remittit, craſſitie & lentore supercreſcentiſque carnis vel laxa & ſpongioſa mollitie, vel cruſtacea inæqualitate. Cauernoſum, orificii anguſtia hiatus in imo latentis anfractibus ac profunditate.

A Fiſtuloſum, ſi ad ea, quæ proximè dicta ſunt ſigna, labiorum & velut parietum durities calloſa accreſ-ſerit. Cancroſum aſpectu horribile eſt, labris inuerſis, duris & prætumidis, virulentaque & fœtida corruptione, aliquando etiam cruenta manans, cum circumſtantium venarum tumore & ſublatione. Intemperatum, ſeu vt loquuntur, diſcraſiatum vlcus dicitur, quod intemperies aliqua inſignis ſeu calida, ſeu frigida, ſeu humida, ſeu ſicca, ſeu ex his compoſita fouet. Vlcus cacoethes, curandi difficultate cæta, & ad remedia arte & ratione inſtituta rebelli contumacia, dignoſcitur. Catarrhoicum vlcus agnoſcimus, ſi in ipſum à vicinis varicibus dilatatiſque tumentibus aut ruptis venit, aut viſcere aliquo, aut à toto corpore male affecto materia fouens defluat. Apoſtematoſum tumoris alicuius contra naturam cuius ſpeciem tactu, viſu, deprehendere licet, præſentia: Telephia, quibus Telephus laborauit: & Chironia quorum medela Chiron excelluit vlcera, cognoſcuntur magnitudine impurri, tetrumque adeo odorem haud exhalante, non depaſcente, non dolore excruciante, ſed oras tumentes, prædutas, prætumidasque habente, adeoque ægre ſanabili. Nam cicatrice etſi interdum obducantur, tenui ea tamen mox dirupta vlcus renouat, exulcerato fere cancro ſimilia ſunt, niſi quod tumore nullo obſidentur in ambitu: his etiam, quæ cacoethe, id eſt, maligna dicuntur deteriora, quo fit, vt horum præter vulgare B humoris vitium, cæcam quoque malignitatis cauſam ſtatuendam putarit Fernelius quæ vix abigi ac profligari poſſit: eiuſmodi fere ex peſtilentia relinqui ſolent. Itaque Galenus talia maligna eſſe, nec ſuppurari, ſeu pus generare poſſe putat.

Fiſtuloſi. Cancroſi. Intemperati. Male morati. Gal c. 5 li. 4. meth. Catarrhoici Apoſtematoſi. Telephii & chironii. Com ad aph 12. ſect 5.

De Vlcerum prognoſi. CAP. III.

AB *vlceribus malignis, annuis aut diuturnioribus, & remediis conuenienter inſtitutis rebellibus, os abſcedere neceſſarium eſt, & cicatrices cauas fieri.* Abſcedere quidem os oportet, propter aſſiduam humoris, qui compagem & glutinum, quo partes ipſius cohærent, remittit, alluuionem, & ab acrimonia detritionem. Cicatrices vero cauas fieri, quod oſſe, vnde carnis omnis prima origo eſt, vel oſſis portione, tanquam fundamento carni ſubtracto, tantum carni de mole priſtina decedere neceſſe eſt, quanta fuerit deraſæ portionis oſſis magnitudo. *Vlceribus, quæ in morbis vel ante morbos oborta fuerint, derepente vel liuentibus & reſiccatis, vel pallentibus & areſactis mortem in propinquo eſſe, ſcire licet.* Nam reſiccatio deficientis naturæ, nec iam familiare & ſolitum ad partem vlcere obſeſſam alimentum, tranſmittere valentis eſt index. Color vero liuens vel pallidus non exuberantis modo biliosi aut atrabilarii humoris eſt argumen-C tum, ſed & extincti caloris. *Quibus tumores in vlceribus apparent, non conuelluntur maxime neque inſaniunt:* tumor enim in habitu corporis vlcere obſeſſo exiſtens, liberum ab humore noxio eſſe neruoſum genus, & neruorum principium arguit. Verum *tumoribus illis euaneſcentibus derepente, & præter rationem, vt citra diſcutientis medicamenti appoſitionem, aut hæmorrhagiam obortam, quibus quidem à tergo, conuulſiones & diſtentiones ſiunt, quod ſpina dorſi tota fere neruoſa ſit: quibus vero in anteriori parte, inſania, vel dolor lateris acutus, vel ſuppuratio, vel difficultas inteſtinorum, ſi tumores ſunt rubicundi:* nam antica corporis pars vaſis pluribus & inſignioribus obſita & conſperſa eſt, in quorum ductus, tranſlata materia morbifica, mox ad eas partes transfertur, quæ morborum eiuſmodi ſedes exiſtunt. *Tumores in vlceribus molles & laxi boni;* humorum enim mitificationem & facilitatem ſignificant: *crudi vero & duri, mali:* Nam omnis coctio in nobis elixationis habet ſpeciem. *Vlcera circum glabra praua ſunt,* ſubeſſe enim humorem acrimonia malignum oſtendunt, qui pilorum radices erodat, & pororum cutis conſtitutionem corrumpat, quo fit, vt quartanariis, elephâticis & lue venerea infectis pili excidât. *In Vlceribus oſſium carni ſubiectorum cariem inducentibus, caro liuida malũ eſt;* id enim moribundi caloris & vſſis, vnde carnis ortus & integritas, corruptionis eſt argumentum. *Quæ vlcera morbi alicuius, vt hydropis, occaſione contingunt, ea ægre ſanabilia* D *exiſtunt: vt & illa, in quæ varix aſſidue materiam eructat; quæ præſens intemperies fouet: quæ tumentibus & duris ac calloſis ſunt labris, quæque orbicularia ſunt. Vlceribus haud diligenter deterſis, hyperſacroſis ſuperuenire ſolet: atque ſi brachia vel crura occupent, phlegmonem, aut alium quemuis tumorem in glandulis excitant: ſi maxime ſit corpus cacochymum,* vt notauit Auicenna. Sunt enim illæ partes, ob raritatem & imbecillitatem, fluxioni opportunæ. Albucaſis nouem omnino de cauſis vlcera difficulter carne & cicatrice obduci ſcribit: Prima ob ſanguinis in exangui corpore penuriam: Altera ob cacochymiam, eiuſdemque ſanguinis impuritatem. Tertia ob remediorum non conuenientium, indecentem appoſitionem. Quarta ob vlceris ſorditiem: Quinta ob circumfuſæ vlceri carnis mollis, & cadaueroſæ putrilaginem: Sexta cum à cauſa communi, quæ paſſim cum furore bacchatur, ortum ducunt, qualia ſunt, quæ ex peſtilentia relinquuntur: Septima ob labiorum vlceris calloſum duritiem: Octaua, cum cœli & aëris natalis ea eſt conditio, vt vlceribus ad diuturnitatem fomites ſubminiſtret; vt Syracuſis in Tarconenſi Hiſpania. Nona, cum oſſa ſubiecta carie deteruntur. Vlcus, quod pus effundit album, leue, æquale, & quã minime fœtidum, ſano proximum eſt: nam caloris natiui victoriam & partium ſolidarum integritatem arguit. Læue pus dicimus, quod partibus omnibus ſuis coctum eſt, neq; vllam præ ſe fert ad tactũ aſpe-E ritatem, ex quo liceat ſuſpicari, ſubeſſe adhuc humoris portionem quandam crudam: Æquale dicimus, in quo nullã partium diuerſitatem notare licet. Album vero non quod perfecte albet, ſed quod coloris eſt cinerei, vt notat Galenus. At ſi, cum valde iam proceſſerit curatio: hæmorrhagia derepente in iis vlceribus, quæ ob inſignem adiunctam inflammationem vehementer pulſant, oboriatur, malum eſt. Nã vt notat Hippocrates *à foris in vlceribus pulſu profluuium ſanguinis ſuperueniens malum:* nam ab arteria ſanguis erompens vi cohibetur. Eſtq; inſuper ille ſanguinis furor, quo conceptacula ſua effringit, inflãmationis, atq; doloris præſentia ſua vlcus fouẽtis index: adde, quod hinc tandẽ caloris natiui extinctio

Aph. 45. ſect. 6. Sect. 25. ſec. 2 prognoſt. Aph 65. ſe 5. aphoriſmi ratio. Aph. 67. ſect. 5. Aph. 4. ſec. 6 Aph 2. ſe 7 Hippoc. li. 1 de vlc. Gal. c. 2 & 5. lib. met. Quibus de cauſis Vlcera diff. ulter ſaneſcãt. Quod læue æquale & album pus dicatur. Ad ſentẽ. 31 ſect. 2. de frac. Aph. 21. ſect. 7.

A maligno vlcere duo excrementorum genera.

vnde ſuppurationis defectus & gangræna. Cæterum cum à malignis vlceribus duo excrementorum ge- A
nera manent, tenuius quidem ichor ſeu ſanies dicitur, craſſius vetu ſordes nominatur: illud virulẽtum eſt, punctisque neruis & perioſtiis male affectis effluit: hoc vero ab articulorum vlceribus manare conſueuit, deteriuſque eſt, ſi atrum, ſi ſubrubrum, ſi cineritium, ſi inæquale fæcis vini inſtar, ſi fœtidũ funditur. Sanies loturæ carnium ſimilis calorem partis præter naturam arguit: pallida vero caloris extinctionem teſtari dicitur.

De Vlcerum curatione generali. Cap. IV.

Simplicis vlceris ſanationem eſſe exſiccationem. 7. meth. c. 12.

VLcus vel ſimplex eſt, vel compoſitum. Simplici vlceri qua vlcus eſt, vna & ſimplex eſt propoſita indicatio, nempe exſiccatio: eoque quam in vulnere maior, quo vlcus vulnere eſt humidius. Compoſito vlceri ad curationem multæ ſunt indicationes propoſitæ, in quibus expediendis cum Galenus ordinem ſeruari vult, vt primo vrgentioris, inde cauſæ, tum eius, quo niſi ſublato vlcus ſanari neqoit, ratio habeatur. Exemplo propoſito id facile innoteſcet. Sit vlcus in interiore crure paulum ſupra malleolum, dolore magno excrucians, cauum, putridum, cum oſſis carie coniunctum, circolare, labris calloſis & tumentibus obſitum, circumſtantium partium inflammatione & varicibus cinctum. Id ſi ſa- B
nandum tibi proponatur, antequam circa vlcus quidquam moliaris, niſi eius, quod vrget, vt doloris, vehementia reuoceris, præmittere te generalia oportebit aduocato & conſulto Medico: nam Galeni ſententia, ſi corpus totum præparationem quandam requirat, hanc prius factam eſſe oportet: nonnullis ſiquidem vlceribus vel purgatio ſola ſufficit: quibuſdam ſanguinis detractio: aliis vtraque hæc adhibere profuerit: nempe pro vt vlceris cauſa à plethora eſt aut cacochymia. Hoc igitur procurato, cauſam vlceris ſuſtuleris: tum demum in curam vlceris particularem deſcendere oportet, initio ab eo ducto quod magis vrget.

Li. 4. de cõp. med. ſecundum genera.

Dolor a tumore vlceri coniunctus quo ſedandus.

Ergo dolorem in primis ſedabis, contrariorum dolori cauſarum appoſitione, nempe ſi á phlegmone parti vlceratæ inſidente illicq; inueterata, & calore, tenſione, ac renixu moleſta dolor ſit, euacuatio, quæ phlegmonem ſeu tumorem tollat, procuranda, præmiſſo prius fotu aquæ tepidæ, quo ſic durities, & cutis tenſio relaxatione inducta corrigatur, vnde mox facilior vacuatio ſequatur: mox ſcarificatu, ſi æger cordatior fuerit, aut ſanguiſugis, ſi delicatior ſit, appoſitis, materiæ tumorificæ & dolorificæ portionem deduces: inde eius ardorem appoſito Galeni refrigerante, temperabis. Denique ea omnia tentabis, quæ propoſita ante de tumoribus doctrina ad tumorum curationem præſcribit. Hæc cum ex voto tibi ſucceſſerint, venies ad ea, quæ ſunt eiuſmodi, vt ſine ipſis tolli & ſanari ne- C
queat, quod fiet ordine debellatis affectibus contra naturam vlceri implicitis, nempe oſſis carie, quam emendabis demerſis cauteriis & ferro candente: interimque obiter vlceri aliam figuram, nempe angulatam comparabis, & calloſam duritiem excides, ac putrilaginem caſtigabis. Hioc eſcharæ lapſus procurabitur, indeque uſſis exſquammationi, expoſitis ante legibus, conſuletur: denique purgatum vlcus carne replebitur.

Quæ cauſæ carnis generationem compleant.

Ad carnis generationem duæ cauſæ conuenire debent, efficiens, & materialis. Efficiens quidem eſt bona, tum totius corporis, tum partis vlceratæ temperies: Hac enim vigente, fit laudabilis ſucci ad partem affectam attractio, coctio, appoſitio, & aſſimilatio. Laudabilis quidem temperies ſimilibus conſeruatur: vitioſa vero contrariis corrigitur. Materia in carnem abſumenda, eſt ſanguis laudabilis, qui nec copia, nec qualitate peccet. In hac carnis regeneratione duo apparent excrementorum genera, vnum tenuius & humidius, ſanies dictum, alterum craſſius ſordes nuncupatum. Ambo, quia contra naturam ſunt, ideo carnis regenerationem remorantur, adeoque contrariis admotis tollenda ſunt, vt deſiccantibus in primo gradu, & detergentibus validius aut debilius, pro partis & corporis totius complexione, ac excrementitii humoris copia & qualitate atque vlceris immunditie. Nã pars quidem ſimilium vſu conſeruari vult: vlcus vero contrariorum admotione oppugnari. Poſtquam vlcus D
natura agente & Chirurgo adiuuante carne impletum fuerit, cicatrice obducendum eſt, id eſt, cute calloſa, cutis veræ & natiuæ loco.

Quid cicatrix.

Cicatricem inducentia.

Cicatrix inducitur aſperſione medicamentorum & puluiſculorum valde deſiccantium, ſine morſu aut eo exiguo. Sic alumen & calcanthum vſta, & in puluerem redacta, tenuiterque aſperſa carneo operi cicatricem addunt. Huc & ſpectant radix ariſtolochiæ, aloe, plumbum vſtum, cortex granatorum combuſta, lythargyros, pompholix, plumbi etiam lamina hydrargyro illita: cuius aliquando in hanc rem vires efficaciores & certiores, quam cuiuſuis alterius remedii experiuntur Chirurgi.

De Vlcere intemperato. Cap. V.

Sicci intemperanter vlceris ſigna. 4. meth.

Remedia ad vlcus intemperanter ſiccum.

ANtequam de Vlcere intemperato dicamus, æquum eſt, ne aliam pro alia intemperiem vſurpet Chirurgus, cuiuſque ſigna breuiter proponere. Intemperiem ſiccam vlceri implicitam cognoſcere licet aſpectu, nempe ſi vlcus velut rugoſum ſit, ſi nullum aut exiguũ humorẽ remittat: cognoſcitur etiam tactu; Si nempe aſperum & durum percipiatur: hanc intemperiem correxeris remediis humectantibus, fotu ſcilicet aquæ tepidæ ex Galeni ſententia: vel Hydrælæi: præmiſſa ſemper purgatione, ſi corpus fuerit cacochymum, aut phlebotomia, ſi plethoricũ: alioqui fotu, plus humoris in partem attraxe- E
ris, quam ipſa ferre poſſit. Tamdiu vero fouebis, quoad caro circumſtans rubeſcat, molleſcat, & humeſcat, parsque ipſa intumeſcat. Si vltra proceſſeris, quod humoris attraxeris, id totum reſolueris, ſicque oleum & operam luſeris. A fotu id remedii genus vlceratæ parti imponetur; *℞. cremoris hordei ℥ ij. fol. maluæ in aqua coctarum ʒ j. pinguedinis porci ʒ j. ß. mellis comm. ℥ ß. miſce in mortario & fiat vnguentum.*

Signa humidioris vlceris.

Lib. 1. ſimpl. cap. 7.

Humidam intemperiem vlceri implicitam cognoueris excrementitii humoris copia, quod vlcus remittit, circũſtantis carnis ſpongioſa & fungoſa mollitie & ſuccreſcentia. Hanc emendaueris remediis ſiccantibus, cuiuſmodi ſunt, quæ dicuntur ſarcotica, habita ſemper ratione copiæ humoris, temperiei partis propriç, & aliarum ante commemoratarũ indicationum. Inter cætera remedia aquã aluminoſam

valde

A valde commendat Galenus, nam deſiccat, deterget & roborat affectam partem. Poteſt etiam vtiliter ſequens fotus adhiberi. *℞. roſar. rub. abſynth. beton. tapſi barbati an. m. j. gallarum, nucum cupreſſi an. ℥ ij. aluminis rochæ. ℥ j. fiat decoctio in vino auſtero, inſtituatur fotus*: hinc vlceri admouebitur emplaſtrum de ceruſa, de minio. Expertus eoam ſum in hoc affectu valde efficacem pulueris aluminis vſti leuem aſperſionem.

Fotus deſiccans.

Calidam intemperiem vlceri adiũctam cognoueris rubore vel flauitate, calore tactui manifeſto, & doloris proprietate. Tum recurrendum ad refrigerantia, cuiuſmodi eſt vnguentum roſatum Meſuei, refrigerans Galeni, populeon: ſplenia & faſciæ aqua plantaginis, ſolani, oxycrato maceratæ. Sæpe expertus ſum plus hic ſcarificatus, aut admotas ſanguiſugas proficere, quam aliud quoduis remedii genus. Sic enim ſanguis feruidus, adeoque corruptioni opportunus detrahitur, & ſimul onere illo pars leuatur.

Calidè intemperanter vlceris ſigna.

Intemperiem frigidam cognoſcimus colore albeſcente ſeu pallente, tactu Chirurgi, & ægri ſermone de partis vlceratæ frigore conquerentis. Hanc correxeris admotis & parti circumfuſis lagenis aqua calida plenis, aut etiam veſicis ſuillis ſequenti decocto ſemiplenis: *℞. origani. puleg. chamæm. meliloti an. m. j. abſynthii, maioranæ, ſaluiæ, roriſmar. an. m. ß. fiat decoctio in vino generoſo, addendo aqua vitæ quod ſufficit.*
B Vtiliter etiam foueri vlcus poterit ſpongiis eodem decocto imbutis, apponetur & emplaſtrum oxycroceum, de meliloto, de vigo cum mercurio & ſine mercurio.

Vlceris intemperanter frigidè ſigna.

Quod ſi vlceri iuncta intemperies mixta & compoſita fuerit, commiſcenda pariter & componẽda erunt remedia; Reliquum Chirurgici muneris in vlceris, vt vlcus eſt, propria & peculiari cura conſumetur: quam *ſuperiori capite* diximus contineri deterſione, carnis reparatione, & cicatricis inductione.

De Vlcere cum dolore. CAP. VI.

SÆpe Vlceribus dolor coniunctus tantus eſt, vt ad ſe Medici conſilium euocet. Is igitur ſi ab aliqua ſit intemperie, tolletur remediis propriis aduerſus illam intemperiem *ſuperiori capite* commemoratis. Quod ſi non ceſſerit, ad narcotica tranſeundum. Talia ſunt cataplaſmata ex foliis mandragoræ, nymphææ, hyoſcyami, ſolani, cicutæ, ſemine papaueris, & oleis eorundem, quibus etiam opium additur, populeon, & alia viribus ſimilia. At ſi dolorem & exciter, faciatque humoris corrodẽtis, & carnem ſubiectam circumiectaque labra exedentis acrimonia maligna & virulentia, neque anodynis, neque narcoticis ſedari poteris, imo blandis medicamentis appoſitis magis ac magis irritabitur. Itaque ad ca-
C theretica confugiendum erit: nempe fortibus morbis fortia remedia ſunt optima. Quare vlceri imponetur puluillus forti & viribus aucto Ægyptiaco, aut paulo oleo chalcanti imbutus, his enim domandi efferi illius doloris & virulenti humoris vis ineſt. Interim vlceri circumponentur refrigerantia, ne acrium remediorum vehementia fluxionem exciter.

Materia cataplaſmatũ narcoticorum.

Catheretica vim haberẽ ſedandi doloris.

De vlceribus cum hyperſarcoſi. CAP. VII.

VLceribus tum Chirurgi negligentia, tum ægri culpa ſæpe hyperſarcoſis ſuperuenit. Aduerſus hanc deſiccantia, & blande extergentia medicamenta apponuntur. Cuiuſmodi ſunt galla, cortex thuris, aloe, tuthia, antimonium, pompholyx, chalcitis, plumbum, vſta omnia & lota ſi res poſtulet. Ex his pululſculis fient, & vnguenta cum pauco oleo & cera, quod ſi ſupercreſcens caro, dura nempe & denſa, his non cedat, tranſeundum erit ad cauſtica, vel certe ad ferrum, vt reſcindatur. Nam Galeni ſententia, non vt carnem generare, & aliam in deperditæ locum reponere & agglutinare naturæ opus eſt, ſic eandem ſupercreſcentem tollere medicamenti potius valde deſiccãtis, aut Chirurgi id opus eſt: ergo inter remedia huic operi idonea valde mihi efficax videtur puluis mercurii cum aliqua portione aluminis vſti, vel chalcãtum ſolum vſtum. Quod ad vlceris labra dura & calloſa, mollientur illa reme-
D diis, quæ eam vim habeant, vt adipibus vitulino, anſerino, gallinaceo, anatino, oleis liliorum, amygdalarum dulcium, lumbricorum, catellorum, œſipo, mucaginibus altheæ, lini, fœnugræci, gum. ammon, galbani, bdellii, ex quibus mixtis fient emplaſtra, vnguenta, & linimenta, vel vſurpabitur emplaſtrum diachylon, de mucaginibus, de vigo cum mercurio: denique poſtquam aliquot dies vſi fuerimus eiuſmodi remediis, imponetur vlceri lamina plumbea hydrargyro illita: hinc enim complanandi vlceris, & labiorum deprimendorum magna vis eſt, his ſi nihil profeceris ad cauſtica veniendum, quibus ſi nihilo magis voti compos fias, quod vlceris labra adeo calloſa ſint, vt cauſtica in ipſa ſubire nequeant, ante leui ſcarificatu diſſidenda erunt, aut etiam ad viuum vſque reſecanda, vt agendi anſa, & ſubeundi velut feneſtra, aperiatur medicamento, Galeni ſententia. Neque interim omittendum Hippocratis conſilium, vt nempe eadem opera vlcus, ſi rotundum fuerit, in aliam figuram, oblongam nempe aut triangulatem, deducamus.

Extergentia carnem ſuperfluam.

Lib 3. meth. cap 6.

Ad calloſa vlcerum labra.

Lamina plumbea hydrargyro illita efficacia.

Li. 4. meth. cap. 2.

De Vlcere putrido & vermibus fœto. CAP. VIII.

VLceribus non raro innaſcuntur vermes, ex quo vermibus fœta dicuntur. Cauſa eſt excrementitiæ humiditatis copia à calore præter naturam correpta & putrente, quod contingit, vel quia vlceris
E cura negligitur, vel quia totum corpus aut partem obſeſſam inſignis habet cacochymia, vel quia collectus in vlcere excrementitius humor, apertum & liberum non habet exitum: vt contingit vlceribus aurium, narium, ani, ceruicis, vteri, ſinuoſis denique omnibus & cuniculoſis. Quanquam non eſt neceſſe, vermibus exundare vlcera, vt putrida dicãtur: quemadmodum ex definitione putridi vlceris ante poſita eſt intelligere.

Cauſa vermium in vlcere ſuccreſcentium.

Cap. 1.

Ad curam eiuſmodi vlcerum præmiſſis generalibus, primum eximendi vermes erũt, inde exhauriendus veniet ille excrementitius humor, vnde ipſis origo eſt. Itaque ſequenti decocto, cui vis ineſt ipſorum necandorum, vlcus fouebitur: nam ſi quis tentet viuos omnes inde eximere, vehementer errat

ſæpe

ſæpe enim adeo tenaciter hærent vlceratæ parti, vt ſine ſumma vi, & doloris cruciatu auelli nequeant. A

Fotus ad vermes necandos.

4. de compoſ. med.

℞. abſynth. centaur. maioris, marrubii, an. m. j. fiat decoctio ad ℔. ß. in qua diſſolue aloes. ℥ ß. Vnguenti ægyptiaci ℥j miſce hoc remedio foueatur & lauetur vlcus, intinctique eo puluilli in vlcus indantur, vel ſi vlcus ſit cuniculis anfractuoſum, fiat inde iniectio, quę omnes eius partes peruadat. Archigenes ſequēs valde laudet remedium. *℞. ceruſæ, polii montani, an. ℥ ß. picis naualis liquidæ quantum ſufficit, miſce in mortario pro linimento.*

Si putredo tanta adſit, vt illi corrigendæ illa non ſufficiant, ad validiora veniendum, vel ad cauteria etiam, ignitumque ferrum vel ad ſectionem, à leuioribus tamen ſemper ducendum initium, cuiuſmodi eſt hoc, Galeni deſcriptione: *℞. ceræ ℥ ij ceruſæ ℥j. olei roſ. ℥ ij. ſalis ammon. ℥ ß. ſquamm. æris ℥ ij. thuris. alum. ærug. malicor. calcis viuæ an. ℥ j. fiat emplaſtrum,* Vel *℞. terebinth. lotæ ℥ ij. ceræ albæ ℥ ß. liqueſiant ſimul, addendo ſublimati. ℥ß. ſalis torrefacti & vitrioli calcinati an. ℥j. fiat mundificatiuum.* Vel vtendum noſtro ægyptiaco puro, quod recipit ſublimatum. Vlceris interim ambitus munietur refrigerantibus & refrænātibus metu doloris.

De Vlcere ſordido. Cap. IX. B

Lotio detergens.

VLcus ſordidum præmiſſa vniuerſi corporis cura ſanabitur detergentibus: ſumpta indicatione ab excremento craſſo & lento, quod cum ſanie excrementitia, vlceratas partes velut obſidens & obuallans, medicamentorum, quamuis validorum, vires infringit & hebetat, quæ cauſa cogit curationē exordiri à fotu & lotione ſic: *℞. lixiuii com. ℔. j. abſynthii, marrubii, apii, centaur. vtriuſque, hyperconis an. m. ß. coquantur in colatura quod ſufficit, adde mellis roſati ℥ j. vnguenti ægyptiaci ℥ ß. fiat fotus.* Hinc adhibeatur, quod ſequitur detergens. *℞. ſuccor. apii & plantag. an. ℥ ij. mellis comm. ℥ j. terebinth. ℥j. ß. pulueris ireos florentiæ & aloes, an. ℥ ß. fiat medicamentum.* Chirurgo conſiderandum eſt diligenter, quod apparatibus poterit craſſas illas vlceri affixas ſordes eluere, & ſaniem excrementitiam exſiccare. Sæpe enim hæc vno fieri poſſunt apparatu. Aliis, quibus eſt ſenſus acrior, minime. Liberato autem eiuſmodi craſſis ſordibus vlcere, abſtinendum eſt ab acrioribus, metu doloris, fluxionis, inflammationis, & eroſionis, ex quibus maior vlceri accederet cauitas. Tum igitur contenti erimus appoſitione remediorum, quę ſiccent & detergeant ſine acrimonia, vt ſic naturæ conatus in generanda carne iuuemus: eiuſmodi ſunt puluiſculi ex aloe, maſtiche, myrrha, iride, lytbargyro, antimonio, radice gentianę, farina hordei & ſimilibus, hinc vbi aſperſi fuerint, tegendi ſunt carpo linteo veteri, ſuperindita plumbi lamina, hydrargyro illita, quorum omnium quantitas, in copia, & in tempore Medici præſentis prudentia temperabitur. Nam diuturnior & copioſior ſiccantium & detergentium vſus, vlcera excauat indies: quo fit, vt indies, pariter maior ſaniei copia ex vlcere erumpat fuſa & eliquata tum propria carnis ſubſtantia, medicamenti detergentis vi aut acrimonia, tum proprio humore alimentario, qui ad partem affluit, vitiato: quæ res incautum Chirurgum decipit. Quo enim copioſiori ſanie vlcus manare videt, eo acrioribus illas tanquā excrementitias humiditates exhaurire & reſiccare conatur: atqui id ipſum vt caueremus, iam pridem monuit Galenus, propoſita Empyrici cuiuſdam hiſtoria, qui ſordidum vlcus viridi medicamento acri & arrodente curans, carnes eliquabat adeoque amplius vlcus excauabat, dolorem & fluxionem maiorem accerſebat: quo fiebat, vt in dies acrioribus additis, & in horas inditis, in horas etiam colliquationis carnium, amplitudinis vlceris, & excrementitiæ humiditatis, ignorantia & imprudentia occæcatus, accesſionem faceret. Quare diligenter attendendum, num vlcus ſordidum indies ſordeſcat magis proprio vitio, & totius corporis impuritate; an carnium colliquatione, & humoris benigni, atque alimentarii ad partis nutritionem tranſmiſſi corruptione, ab importuno & incauto acrioris medicamenti vſu. Cuius rei coniecturam facies doloris præter rationem exacerbatione, & vlceris labiorum calore & rubore. Itaque id in primis etiam oporrebit attendere, vt ſuo quemque modulo, id eſt, ſuis cuiuſque viribus conuenienti & congruo medicamento ægrum metiaris, ſumpta indicatione à totius corporis & partis laborantis robore, intemperie, & conſiſtentia; intereſt enim multum, an aratori & duro foſſori, an eunucho & mulieris, crurine, an oculis, medicinam facias. Nam quæ medicamenta denſo ac duro corpori partique ſunt tantum detergentia & exſiccantia, eadem mollibus & delicatulis corporibus ac partibus ſunt catheretica & exedentia, colliquatione carnium, atq; alimenti corruptione ſordium acceſſionem facientia; contra quæ laudabiliter & ſufficienter, molli corpori ſordes detergunt, & ſaniem exſiccant, ea ipſa duro corpori admota ſordes augent, & ſaniem, dum eas colligi patiuntur, neque ſufficientibus virib. ad eluendam denſi corporis tenacem impuritatem inſtructa ſunt. Quare prudens videbit Medicus, quando à valenter detergentibus & erodentibus ad mitiora ſit digrediendum.

Detergentia ſine acrimonia. C

Curatio notanda in vſu detergentium.

Diſtinctio notanda de vlcerum impuritate. D

Aegrorum corporum & ægrarum partium habenda diligens ratio.

De Vlcere virulento, exedente, maligno, quod Cacoethes nominant, & de Chironio. Cap. X.

Quid virulentia & depaſcentia vlcera differant.

Lib. 4. de comp. med. ſecundum gene.

Quid chironium a depaſcente differat. Vide antea ca. 2.

VIrulentia & exedentia ſeu depaſcentia vlcera non differunt, niſi penes magis & minus; virulentum enim vlcus dicitur, quod virulentam ſaniem, virus proprie dictum fundit: Id virus cum malignius redditur, arrodit & depaſcitur ſubiecta vlcerique vicina corpora, vlcus depaſcens facit. Eiuſmodi vlcera Galeno diſepulotica, id eſt, cicatricem ægre admittentia, dicuntur. *Contingit enim*, inquit, *vt diſepuloticum ſit vlcus, vel quia pars affecta ſit, ſeu in habitu ſeu in temperamento, eſt viriata, vt influentem corrumpat humorem: cuiuſmodi vlcus ſpeciali nomine cacoethes dicitur: vel quia propter affluentis ſanguinis, partem exedentis, cacochymiam, pars affecta nimium humida non coaleſcit,* Addit denique, chironium vlcus, his, quæ cacoethe vlcera dicuntur, longe eſſe malignius. Ad curationem, quia hiſce vlceribus omnibus magna intercedit latitudo, alia enim aliis ſunt magis cacoethe & diſepulotica, neceſſe quoque eſt, varia adeſſe, & ad manum habere medicamenta, viribus pariter & virium gradibus diſtincta: vt nihil mirum ſit, E

ſi ſuo

Digitized by Google

A ſi ſuo ſæpe excidant fine, qui eodem medicamento, omnia cacoethe ſeu maligna vlcera curant & ſanare ſe poſſe putant, quod ſequitur ab Aſclepiade deſcriptum, valde Gal. commendatur: ℞. *ſquamæ æris, æruginis raſæ an.* ℥ j. *ceræ* ℔. ß. *reſinæ laricis* ℔. j. ß. *quæ liquari poſſunt, aridis affundantur, & fiat emplaſtrum* vlceri tandum imponendum: nam circum vlcus aliud reſtrænans applicandum, metu inflammationis. At Primionis ſequens epuloticum cæteris excellere, Galenus ait: vt quod ad deſperata vlcera, quorum nempe curationem plerique aggreſſi non abſoluerunt, ſed tanquam ab inſanabilibus deſtiterunt, vſu certum, compertum & probatum eſt: ℞. *ſoreos* ℥ iij. *aluminis ſciſſilis, calcis viuæ an.* ℥ ij. *thuris. gallarum an.* ℥ iiij. *ceræ* ℔. j. *&* ℥ iij. *ſeui vitulini* ℔. j. *&* ℥ vij. *olei veteris quantum ſufficit, fiat emplaſtrum.*

Lib. 4. de comp. med. ſecundum gen. cap. 5.

Lib. 4. de comp. med. ſecundum gen. cap. 6.

Adnotanda doctrina de temporum, quibus cacoethe vlcera ſunt curanda interuallis.

Cap. XI.

AD Aſclepiadei medicamenti *capite ſuperiore* deſcripti vſum demonſtrandum, & eorum Chirurgorũ errorem coarguendum, qui ægris ſuis bene ſe conſuluiſſe putant, ſi bis aut ter in die vlcera curauerint cacoethe, placuit hic euagari paululum à propoſito, & Galeni authoritatem interponere. *Recte,* inquit Galenus, *Aſclepiades ad finem ſuperioris medicamenti deſcripti hæc verba adiecit: Et hoc triduo ſoluito, fomentiſque mitigato, idemque emplaſtrum ablutum emollito, rurſumq; apponito: niſi enim diutius cuti pharmacum adhæreat, nihil efficiet. Quod tamen pleroſque Medicos latuit, arbitrantes, ſi ter die ſaniem ab vlcere deterſerint, melius ſe facturos iis quibus idem faciunt. Qui vero ſemel ſoluunt, ab ipſis quoq; ægris tanquam negligentes male audiunt. At longe falluntur: meminiſſe enim debetis, quod in pleriſq; noſtris commentariis dictum eſt, qualitates omnium vicinorum corporum in ſe mutuo aliquid agere, etſi alterum ipſorum multo ſit validius, hac namque ratione ſpecie quadam modo inter ſe fiunt ſimiles ſpatio temporis, etiamſi permultum differant: vbi autem qualitas medicamenti curando corpori ſpecie ſimilis fuerit, vtilitas maior ſequitur. His igitur rationibus qui primus emplaſtro ante impoſito vti ſtatuit, laude dignus eſt, & nos ipſum ſequi multo magis decet, cum quod ratione inuenit, experientia comprobatum cognouerimus, nec temere triduo quoq; ipſum vulnus foueri, ſingulis videlicet ſolutionibus, præcepit: nam quia valens medicamentum eſt, merito ſolutionem poſtulat.* Hæc Galenus. Cuius ratione nixam ſententiam alia rurſum ratione poſſumus confirmare, nempe notius eſt, quam vt dici debeat, medicamenta nihil agere in nobis, niſi vi caloris natiui, quæ facultatem medicamenti ad opus excitat. At in malignis omnino vlceribus, partis affectæ calor inſitus valde languet, caloris præter naturam præſentia fractus & debilitatus: ſic vt multo temporis ſpatio C egeat, ad medicamenti virtutem & facultatem in actum excitandam. Itaq; ſi quo tempore iam calor natiuus valde commouit, excitauitq; medicamenti facultatem, vlcus ſoluatur, & eo, qui parti inſidet, abiecto emplaſtro, nouum aliud ſubſtituatur, calor parti inſitus aeris contactu vel diſſipatus, vel intro cõpulſus debilitabitur: & fruſtra emplaſtro impreſſa iam vis fuerit, qua ad opus excitetur, dum à medio tanquam agendi curſu reuocabitur: Nouo vero impoſito emplaſtro, nouus rurſum labor calori partis ſubeundus eſt, ad excitandam ipſius facultatem, quo in actum erumpat. Nam medicamenta omnia id totum, quod ſunt, facultate ſunt. Illi errori par eorum error eſt, qui ſæpius eodem die emplaſtra renouantes, validius detergent, ſic enim nonmodo excrementitium humorem, tum ſordes, tum ſaniem eluunt, ſed & ſuccum alimentarium: nempe ros, cambium & gluten, ex quibus laudabili carni materia proxima exiſtit. Quare non eſt ſalubre toties in dies vlcus curare, & noui emplaſtri admouendi gratia ipſum ſoluere, niſi graue aliquod ſymptoma, vt dolor, idipſum ſuadeat, qui anodynorum crebra mutatione leniri & demulceri efflagitet.

Lib. 4. de comp. med. ſec. gen. ca. 5.

Omne agens agendo repatit.

Fuſius exponitur Galeni ratio.

Medicamenta tantum facultate eſſe & deſinire.

Quæ ſit faſciandorum vlcerum ratio. Cap. XII

D QVod ad deliganda vlcera attinet, ſemper faſciæ initium ab vlcere ducendum. Faſcia vero ita lata ſit, vt nonmodo vlcus tegat & comprehendat, ſed & portionem aliquam ſupra infraque contiguarum partium, ea autem moderatione vlcus comprimat, vt excrementitios tãtum humores exprimat. Sic enim vlcus ſiccius euadet, adeoque ſano propinquius, vt ab Hippocrate notatum eſt: deligationis is modus ſit, vt nec nimis adſtringat, hinc enim dolor & fluxio: nec laxior ſit, talis enim nulli eſt vſui. Licet ſplenia & faſcias oxycrato, aut vino craſſo rubro & adſtringente temperare, æſtate præſertim. Deligatione peracta pars in otio continenda eſt. Hipp. enim ſententia, *quibus vlcus in crure eſt, iis neque ſtare expedit neque ſedere, ſed quieſcere.* Vlceratis ergo cruribus exercenda brachia, varias res tractando attollendo, deprimendo: Sin contra vlcus brachia occupet, crura deambulationibus exercenda, aut frictionibus ſuperne deorſum, ſi deambulationes ferre nequeat æger; ſic enim humorum & ſpirituum, qui impetu & maiore copia in partem affectam decurrunt, reuulſio fiet & deriuatio.

Deligandi initium ab vlcere ducendum.

Lib. de vlceribus.

Reuulſio in contraria.

De Vlcerum particularium curatione, ac primum de Oculorum vlceribus.

Cap. XIII.

E QVia Galeni ſententia curandorum morborum varia indicatio petitur ex partis conditione, temperie nempe, complexione, ſitu, figura, vſu, ſenſu acuto vel hebete, ideo vlcerum tum ſimplicium, tũ implicitorum abſoluta breuiter generali curatione, de iiſdem, vt partibus ſunt diſtincta, agẽdum nunc videtur, initio ab oculorum vlceribus ducto. Hæc authore Celſo ex puſtulis interdum fiunt, aut fluctione acri, quæ membranas ſeu tunicas arroſerit; aut ab ictu. Paulus has vlcerum ocularium differentias notat. *Si inquit, vlcus corneæ inſideat anguſtum, paruum & cauum Botryon Græcis dicitur: at ſi latius & minus profundum extiterit, Caloma nuncupatur: Circa iridis circulum, Argemon dicitur: Si cruſtoſum & ſordidum eſt, Epicauma nominatur.* Hę in genere eandem cum ſuperioribus curationem poſtulant, nempe vt detergeãtur, carne

4 meth.

Lib. 6 ca. 6.

Lib. 3.

Botryon.

Caloma.

Argemon.

Epicauma.

Curatio.

carne impleantur, exſiccentur, & cicatrice obducantur: at pars affecta blandiorem remediorum indicationem facit. Ergo purgatione inſtituta & phlebotomia tum è brachio, tum ex venis, arteriiſque temporalibus, ægro item, ſi res poſtulat, balneato, ad auertendam fluxionem, cucurbitulæ ſcapulis affigentur cum ſcarificatu: vel panis recens ex furno extractus aqua vitæ aut generoſo vino aſperſus, origini ſpinalis medullæ, admouebitur: Fronti vero & temporibus emplaſtrum adſtringens, ex eo, quod contra rupturam inſtitui ſolet, comitiſſæ & deſiccatiuo rubro mixtum. In oculum vero ſequens collyrium à Celſo deſcriptum & Hollerio probatum inſtillabitur: *℞. æris vſti, cadmiæ vſtæ & lotæ an. ʒ j. mirrhæ, opii an. ʒ ij. acaciæ, gummi arabici an. ʒ iij. ex aqua fingatur collyrium, quod liquore oui diſſoluatur.* A

Collyrium ad Vlcera oculorum detergenda.

Interim diligenter obſeruandum, ne dolor hinc oculo moleſtus ſit. Quare ex interuallis anodynis affuſis, ipſi conſulere erit operæpretium. Inſtitui etiam collyria poterunt ex decocto plantaginis, fœnugræci, abſynthio diſſolutis vna ſaccharo cando, tuthia, gummi tragacanthæ, myrrha & calcanthi momento.

Collyrium ſarcoticum.

Deterſo vlcere ſequens ſarcoticum erit ex vſu: *℞. ſarcocolla in lacte muliebri nutrita, ʒ iij. pulueris diaireos ſimplicis, gummi arabici, tragacanth. an. ʒ ß. mucilaginis fœnugræci quantum ſufficit, vt inde fiat collyrium.*

Notandum vero, quod vlceribus humidioribus pulueres vtiliores ſunt, quam collyria. B

Collyrium epuloticum. Lib. 6. ca. 6.

Iam complanato, ſeu propria carne vlcere impleto, cicatrix ſequenti collyrio inducetur: *℞. tuthiæ, cadmiæ, vt decet, præparata, ceruſa, antimonii, olibani an. ʒ ß. myrrha, ſarcocollæ, ſanguinis draconis, aloes, opii an ℈ ß. cum aqua plantaginis fiat collyrium, vel puluis ſolus aſpergatur.*

Collyrium ad cauas cicatrices.

Cicatrices corneæ albeſcere adnatæ rubeſcere.

Celſus duob. vitiis oculo inductas cicatrices periclitari notauit, népe, ne aut cauæ aut craſſæ ſint. Si cauæ ſunt, poſtulant impleri ſequenti remedio: *℞. papaueris lachrimæ, ſagapeni, opopanacis, an. ʒ ß. æruginis. ʒ j. cumini ʒ iij. piperis. ʒ ij. cadmiæ elotæ & ceruſæ. an ʒ j. ß. cum aqua pluuiali, fiat collyrium.* At ſi craſſę cicatrices ſunt, ſequens remedium extenuat: *℞. cinamo. acaciæ. an. ʒ ß. cadmiæ elotæ. croci, myrrhæ papaueris lachrymæ, gummi arabici. an. ʒ j. piperis albi, Thuris an. ʒ j. ß. æris combuſti ʒ iij. cum aqua pluuiali fiat collyrium.* At ſi cicatrix ſupra corneam ſit, adeo, vt tegat pupillam, intercipietur viſio denſitate membranæ: hic etiam notandum quod quæ corneæ incident cicatrices, albeſcunt; quæ vero adnatæ, rubeſcunt, quia hæc, quam illa, pluribus eſt conſperſa venulis.

De Ozæna & Narium vlceribus. Cap. XIV.

Lib. 6. ca. 8. Li. 3. de cōp. med. ſecundum locos. cap. 3.

OZæna *vlcus eſt profundum & fœtidum in interiori naſo, cruſtacea multa & fœtida remittens.* Vix ei vlcerum generi ſuccurri poſſe, Celſus ait. Cauſam habet, vt ait Galenus, ab humorum acrium & putridorũ à capite in nares diſtillatione, circa mammillares proceſſus. C

Curatio.

Ad curationem, cibus modicus eſſe debet, neque acer, neque valentiſſimus. Præparatum humorem purgare decet. Caput reſiccandum & roborandum, quo humores excrementitios nec admittat, nec demittat: hinc ad partem vlcere affectam veniendum. Vlcus deſiccandum medicamento, cui vis inſit repellendi, & reſoluendi, cuiuſmodi ſunt ſuccus granatorum in vaſe æreo ad medias coctus; puluis coralli, ſantala, puluis calaminthæ, naſturtii, ellebori albi, ſuccus naſturtii cum alumine, & alia, quæ apud Celſum leguntur. Galenus ex Archigene, vt calaminthæ ſuccus naribus attrahatur, vel vt calamentha ipſa arida & in puluerem redacta per fiſtulam in nares inſuffletur, ſuadet. Aliis in vſu eſt ſequẽs puluis: *℞. roſar. rub. myrtil. calam arom. rad. angel. gentia. macu, caryophyl. an. ʒ ß. camph. ambra an. g iiij. moſchi g. vj. fiat puluis ſubtiliſsimus* Manardus ad hanc affectionem caput purgium ex vrina aſini, etſi fœdum, valde tamen eximium eſſe remedium ſcribit. Quod ſi inueteratum & contumax malum his remediis non cedat, currendum erit ad calcanthum, viride æris, ſal ammoniacum, & alumen cum acero. Non raro contingit, vt amplius depaſcente vlcere, hoc mali vis ad ethmoidea oſſa perueniat: quo in caſu vi minima illa reuellenda erunt, ſed totum id negotium naturæ permittendum, expectandumque, vt ipſa per ſe abſcedant: iniectionibus interim in nares factis, ex aqua vitæ, in qua pulueres cephalici ad maiorem deſiccationem infuſi maduerint. D

Li. 10. epi. 5.

Iniectio vbi ad oſſa ethmoidea ozæna peruenerit.

De Oris vlceribus. Cap. XV.

Aph. 24. ſe. 3 Lib. 6. ca. 11. Com. ad ſept 12. ſect. 3. lib. 3 epidem.

EX hoc genere ſunt *Aphthæ, vlcera puerulis familiaria*, Hippocratis ſententia. A gingiuis ſæpe incipiunt, & per palatum in vuam, fauces, totumque os ſerpunt, vt ait Celſus. Galenus Aphtharum duo facit genera; vnum facile curabilium, cuiuſmodi eſt id, quod ab acrimonia nutritu lactis pueros vulgo infeſtat; alterum cacoethes ab humoris mali, id eſt, venenati & putris in os affluxu. Ad ſanationem proderit abſtinere ab omnibus acribus, ac ſiquidem puer fuerit, non erit alienum nutricis lac cibis refrigerantibus, balneo vniuerſi corporis, & mammarum fotu ex aqua tepida temperare: nam puerorum membra omnia ſunt molliſſima, & quaſi mucoſa, os vero cibariis inſuetum & poculis. Quod remedia topica ſpectat, ea deligenda ſunt, quæ, quod agere nata ſunt, cito & prompte agant: nam hic affectæ partis ea eſt conditio, vt ipſi diu inſidere & hærere nequeant. Ergo ſi vlcus malignũ fuerit, leuiter contingendum eſt aqua Chymiſtarum, quę in metallis ſeparandis robur ſuum eluſerit: quæq; præterea ſex partibus aquę communis admixtis temperata ſit. In eandem rem vti licebit oleis vitrioli, ſulphuris, antimonii, aqua ſublimata, & ſimilibus. Aetius flocco oleo feruente imbuto, ſpecillo affixo eiuſmodi putrida vlcera corrigi & contingi eouſque vult, quoad vndique albeſcant & complanentur. Sic enim demum erodentem ipſorum vim compeſci, carnem laudabilem in eius, quæ exeſa eſt, locum ſuccreſcere. poſt eam inuſtionem ſequenti gargariſmate, proficiet os colluere, quod etiam ipſum ſolũ aphthis haud malignis ſufficit: *℞. hordei integri p. j. plãtag. ceterach. piloſel. agrim. an. m. j. fiat decoctio ad ℔. j. in qua diſſolue* E

Curatio aphtharum.

Gargariſma ad aphthas.

mellis

A *mellis roſ.* ℥ j. *diamoron.* ℥ß. *fiat gargariſma.* Fiunt & alia ex malicorio, balauſtiis, ſumach, berberis, roſis rubris, diſſolutis in colatura diamo. & dianuc. cum pauco alumine. Galenus enim ſcribit, ſimplicia oris vlcera ſanari mediocriter deſiccantibus. At diamorum & dianucum ſunt eiuſmodi: alia vero validioribus egere. Eiuſmodi vlceribus ſi palatum obſeſſum ſit, maiori diligentia, & fide eſt prouidendum: periculum enim eſt, ne cum pars calida ſit & humida, os ſubiectum, quod rarum eſt & humidum, contagione corrumpatur, abſcedatque & excidat, atque vox vitietur. Si vlcus è lue ſit venerea, omiſſis communibus remediis vlcerum, ſtatim currendum ad alexiterium eius morbi proprium, nempe hydrargyrum. *Lib. 6 meth. cap. 10.* *Vlcera palati feſtinanter & fideliter curanda.*

Fiſtuloſa ſæpe vlcera gingiuas obſident, vnde vicini dentis radix cariem contrahit, euſque vt ſaniei acrimonia ſibi ſæpe exitum extrinſecus aperiat ſub mento: quæ res falſam plurimis ſcrophularum, adeoque incurabilis morbi, opinionem facit. In tali caſu Aetii & Celſi conſilio carioſum dentem eximere oportet: ſic enim fiſtula extirpabitur, gingiua in exempti dentis locum ſe deprimet & ſubſtituet: ſicq; fouente putredinem cauſa ſublata, id eſt, dente, reliqua facilior erit curatio. *Lib. 6 cap. 3. Celſ. lib. 6. cap. 12.*

Linguæ vlcera iiſdem remediis curantur, quibus reliqua oris totius; quanquam quæ in eius latere naſcuntur, diutiſſime durant, videndumque eſt, num contra dens aliquis acutior ſit, qui ſaneſcere ſæpe
B vlcus eo loco non ſinit, ideoque limandus eſt.


De Aurium vlceribus. CAP. XVI.

VLcera fiunt in meatu auditorio, tum ab externa cauſa, vt ictu, lapſu: tum ab interna, vt abſceſſu illic genito. Manant ſæpe multo pure, non illic genito (ſunt enim talia vlcera fere exigua, & præterea in parte ſpermatica) ſed decubitu facto ab vniuerſo cerebro. *Cauſa.*

Ad curationem habenda in primis ratio eſt cauſæ antecedentis, quæ vlcus fouet, eaque diuertenda catharticis, maſticatoriis & errhinis. Maſticatorii quidem hæc forma eſt: ℞. *maſtic.* ℥ j *ſtaphyſagr. & pyreth. an.* ℈ j. *cinam. & caryoph. an.* ℥ß. *fiant maſticatoria* quibus vtatur mane & veſperi. *Curatio. Maſticatoriorum.*

Errhini vero hæc forma eſt. ℞. *ſuccor. beton. mercurial. & meliſſ. an.* ℥ß, *v. n. albi* ℥ j. *miſce & frequenter naribus attrahatur.* Quod ad topica remedia ſpectat, pinguia omnia & oleoſa vitanda ſunt, vt à Galeno notatum *in medendi methodo*: vbi reprehendit Theſſali quendam ſectatorem, qui tetrapharmaco adhibito vlcus auris ſordidius indies reddebat, quod Galenus ſanauit trochiſcis Andronii in aceto diſſolutis, quorum compoſitio eſt eiuſmodi: ℞. *balauſt. atramen. ſutor. thur. ariſtol. gallar. an.* ℥ ij *alumi. myrrh. ſalis am-* *Errhinum.* *Trochiſcorum Andronii compoſitio.*
C *moniac.* ℥ j. *excipiantur omnia melicrato, & fiant trochiſci.* Galenus *eodem loco* teſtatur, ſe huius generis vlcera inueterata ac duorum annorum, ſanaſſe cum ferri ſcoria in puluerem redacta, indeque cocta cum aceto acerrimo, quoad mellis acquireret conſiſtentiam. Sed & putredinem, qua hæc diffluunt vlcera, emendat & ſiccat fel bubulum in forti aceto diſſolutum tepide inſtillatum. Itemque fæx ferri in pollinem redacta in acetoque acerrimo decocta, reſiccata & aſperſa. Quod ſi viarum anguſtia, non pateret contento in aurium anfractibus puri exitus, eliciendum id foras erit inſtrumento Pyulcum inde dicto, cuius hæc eſt figura. *Ferri ſcoria.* *De pyulco Gal. 2. ad Gl. & 5. meth.*

Pyulci deformatio.



D

De vlceribus Tracheæ arteriæ, Oeſophagi, Stomachi, & Inteſtinorum.
CAP. XVII.

HÆ partes vlcerantur vel à cauſa externa, vt acri medicamento; vel veneno deglutito: vel ab interna, vt humore maligno, arrodente, quodque veneni vim adæquet intus in corpore genito, & in illis partibus coercito. *Cauſa.*

Si inter deglutiendum aut ſpirandum dolor exacerbatur, vlceris in œſophago, vel aſpera arteria œſophago vicina, exiſtentis ſignum eſt. Percipitur autem maxime doloris, cum id, quod deglutitur, acidum aut acre; vel qui ducitur aer, calidior aut frigidior eſt. At ſi in ſtomacho doloris cauſa defixa ſit, vehementiora vrgent ſymptomata: nam & animi deliquium adeſt, nauſea, & aliquando vomitus, conuulſiones, morſus, dolorq; pene intolerabilis, extremorum refrigeratio: quę cum ſimul adſunt omnia, pauci, niſi forte iuuenes & validi, euadunt. Eadem affectio in totum ventriculum poteſt cadere: ſed quia doloris acerbitate & periculi magnitudine longe grauius eſt vlcus, quod os ventriculi ſeu ſtomachum, *Signa.*
E veteribus cordis nomine donatum, occupat; ideo Medici id, quod in parte ventriculi inferiore contingit, non admodum magni facere ſolent. Vlcerata vero eſſe inteſtina cognoſcimus, ſi ægro pus vel purulenta multa per anum erumpant: ſi ſanguis reddatur cum torminoſis expreſſionibus: à cunctante enim & collecto eo loci pure, perpetuus velut quidam adeſt Teneſmus. *Gal. lib. 5. de loc. affect. cap. 5.*

Cęterum eiuſmodi vlcera omnia eſculentorum & poculentorum, magis, quam medicamentorũ vſu curantur, Galeni ſententia. Deligenda ergo in cibum & potum omnia, quæ mitia ſint, & leniendi vim habeant, vitatis acribus: non enim tuthia, lythargiros, ceruſa, viride æris, & ſimilia hic vt in reliquis *Lib. 4. & 5. meth.*

Curatio.

vlceribus locum habent. At cum in œſophago aut aſpera arteria vlcus erit, videndum, vt talia aliquid lentoris habeant, & lenium ac pluribus vicibus deglutiantur, alias non magnopere iuuabunt: quia in illis actis & ciborum communibus viis adhærere nequeunt. Iraque præter labentur ſtatim & diffluent, quare talia omnia in forma eclegmatis vſurpabuntur ſupino corpore, & relaxatis laryngis muſculis ſenſim eliquando, ne confeſtim ſubiens medicamentum, tuſſim inferat huic vlcerum generi valde inimicam. Cum detergendum erit, mel crudum vſurpabitur, cuius præ ceteris detergentibus mira eſt in hoc vlcerum genere vtilitas. At cum glutinandi erit opportunitas, admiſcendum erit gummi tragacanthæ in decocto aliquo adſtringente diſſolutum. In ſtomachi & ventriculi vlceribus vitabuntur (vt iam prænionui) acria omnia, vt quæ dolorem, inflammationem & vomitum cieant, ac præterea ciborum coctionem interturbent. Ergo frequens vſus erit piſanæ, multum ſaccharatæ, gelatinæ cum diſſoluto gummi tragacanthæ, & bolo armeno, decocti prunorum, dactylorum, ficuum, paſſularum damaſcenarum, mellis, lactis bubuli elixi cum vitellis ouorum, & mellis communis tantillo. Cum agglutinandi tempus erit, vti oportebit auſteris adſtringentib. & glutinantib. omni acrimonia & ſapore ingrato carentibus: cuiuſmodi ſunt hypocyſtis, balauſtia, cytini, terra ſigillata, ſumach, acacia, decoctum cydoniorũ, lentiſci, ſummitatum vitis, rubi, myrti in vino adſtringente, niſi adſit metus inflammationis. Potus erit hydromel, hydroſacchara, ſyrupus violaceus & iuiubinus. Inteſtinorum aliarumque à ventre remotiorum partium vlceribus, valde idoneum eſt remedium mel, aliis medicamentis mixtum: nam adſtringentia medicamenta ſi ſola per ſe vſurpes, hærebunt ventriculo, neque vltra vires ſuas proferent: admixtum ipſis mel, præterquam quod ipſa in reliquum corpus diſtribuit, & ad affectas partes promouet, etiam vlcera ipſa deterget: vtiliter hic etiam vſurpatur lac aſininum, loco caprini aut bubuli lactis. Salubris inſuper eſt vſus potionis vulnerariæ, modo his conſtet herbis & ſimplicibus, quæ tacita quadam familiaritate partes affectas reſpiciant. Vlceribus inteſtinorum hoc inter ſe intereſt, quod ſi craſſa inteſtina obſideantur, licet clyſtere & iniectionibus mederi, etiam acribus ad putredinis vitium corrigendum: cuiuſmodi ſunt, quæ ægyptiacum recipiunt in hordei decocto vel vino. Si vero tenuia vlcerata fuerint, potionibus, & aliis ore ingeſtis, medelam recipiunt potius: quia vt ait Galenus, quæ per ſedem in corpus immittuntur, vſque ad gracilia ſeu tenuia inteſtina non fere aſcendunt: quæ vero ore, ea viribus integris ad craſſa vſque inteſtina peruenire nequeunt.

Qua arte deglutienda remedia ad gula vlcera.

Acria cur vitanda in hoc vlcerum genere.

Mel quam vim habeat ad ſananda huius generis vlcera.

Ægyptiacum ad vlcera craſſorum inteſtinorum.

Lib. 5. meth.

A B

De Renum & Veſicæ vlceribus. CAP. XVIII. C

Cauſa.

VLcera in Renibus & Veſica fiunt, vel ab acrium ciborum & poculentorum ac medicamentorum, vt cantharidum vſu, vel ab humoris acris eo loci geniti vel tranſmiſſi aut delapſi collectione vel à vaſis alicuius ruptione, vel à rupto abſceſſu in vlcus, vt fit, degenerante.

Signa.

Diſcernuntur ſitu; nam vlcerum renalium dolor, & grauitas ad lumbos pertingit: & confuſum beneque permixtum vrinæ pus exhibet. Neque vero pus à renibus manans adeo fœtet, atque id, quod à veſica effunditur: quia veſicæ parti exangui, excarni & membranoſæ, non tanta vis ineſt ad prohibendam putredinem, *quod a renibus manat pus, nunquam ſine vrina manat*: atque etſi longa in vaſe, in quo aſſeruatur, mora, tandem in imum vaſis ſubſidat, & ſecretum viſatur, tamen cum primum effuſum eſt, perfecte cum vrina mixtum cernitur: at quod à veſica pus manat, ſæpe ſolum ſine vrina excernitur, ſed & fere fit, vt pus quod ab exulceratis manat renibus, cum carunculis, aut veluti capillis vna exeat per Hippocratis regulam. *Quibus in vrina craſſa exiſtente carunculæ paruæ ac veluti capilli vna exeunt, iis à renibus excernitur*: at contra *quibus in vrina craſſa furfurea quædam exeunt iis veſica ſcabie, ſeu ſcabioſo vlcere laborat.*

Hipp. aph. 81 ſect. 4.

Aph. 76 ſe. 4.

Aph. 76. ſect. 4.

Curatio.

Ad ſanationem expedit ægrum aluo eſſe molli, ſeu ſponte naturæ, ſeu arte, & clyſterum mollium vſu. Expedit & nonnunquam vomere, vt reuellantur humores, quorum in partem affectam confluxu vlcus foueretur, aut ſordidum redderetur. Fortes purgationes vitandæ, ne commotis humoribus, nimiumque agitatis, fiat in renes aut veſicam materiæ, vlceri fouendo idoneæ, decubitus. Detergendis hiſce vlceribus ſequens potio valde eſt efficax. ℞. *hord. integ. m. ij glycyrrh. raſ. & contuſ.* ℥ ß *rad. acetoſæ & petroſ. an.* ʒ vj. *fiat decoctio ad* lb. j. *in colatura diſſolue mell. deſpu.* ℥ ij. *capiat ſingulis matutinis ad* ℥ iiij. Sequentes trochiſci valde commendantur Gordonio. ℞ 4. *ſeminum frigid. maiorum mundatorum, ſeminis papauer albi, ſem. malu. portul. cydon. baccarum myrt. tragacan. gummi arab. nucum pinearum mundatarum, piſtacior. glycyrrh. mundatæ, iuncaginu, ſeminis pſilii, amygdalarum dulcium, hord. mundati, an.* ʒ ij. *bol. armen. ſangu. drac. ſpodii, roſ. myrrhæ an.* ℥ ß *excipiantur hydromelite, & fingantur trochiſci ſinguli ponderis* ʒ ij. capiat mane vnum diſſolutum in decocto hordei, aut lacte caprino: Galenus iubet medicamentis ad renum & veſicæ vlcera mel & diuretica admiſceri, quia vrinas blande promouent, & ipſis medicamentis ad partem affectam ducendis velut vehicula ſunt. D

Cur valida catharctica vitanda.

Detergentia huius generis vlcera.

Trochiſci ad renum & veſicæ vlcera. 4. meth.

Vlcera veſicæ vel fundum eius obſident, vel ceruicem ad meatum vrinarium. Si in fundo ſint, dolor fere vexat continuus. Si in ceruice, tum maxime vrit, vrgetque dolor, cum vrina redditur, & poſt mictionem. Quod fundum obſidet vlcus, ſquamacea quædam & pelliculoſa cum vrina remittit: quod vero ceruicem, perpetuam fere inducit tentiginem. Illa fere incurabilia ſunt, tum propter exanguem & neruoſam partis naturam, tum quia ab vrinæ acrimonia aſſidue mordicatur & refricatur vlcus, vt cicatrice vix obduci queat: nam etiam poſt mictionem vrinæ quædam in veſicæ fundo ſemper remanent reliquiæ, quæ vna cum reliqua vrina ideo exire non potuerunt, quod pro exeuntis vrinæ modo, veſica ante diſtenta ſubſideat in ſeſe & comprimatur. Iiſdem remediis vlcera veſicæ ſanantur, quibus vlcera renum: ſed ea non aſſumpta modo, verum etiam per meatum vrinarium iniecta. Parabuntur illæ iniectiones ex trochiſcis Gordonii, ante deſcriptis, & diſſolutis in liquore conuenienti: ſed quoniam vlcera veſicæ maiores & acriores doloris ſtimulos habẽt, quam renum, propterea in anodynis admouendis atten- E

Signa fundi veſicæ & ceruicis eiuſdem vlcerata.

Cur fundi veſicæ vlcera ſint incurabilia.

A attentiorem hic Chirurgum eſſe oportebit. Ad eam rem certam eſſe in oleo hyoſcyami per expreſſionem elicito opem, ſæpe ſum expertus. Idem fiet cataplaſmatis, linimentis pectini, totiq; imo ventri & perinæo admotis itemq; clyſteribus inditis. Si fœtor adiunctus ſit, non erit importuna iniectio ex pauco ægyptiaco in vino vel aqua plantaginis, aut roſarum diſſoluto. Id enim ego ſæpe admodum remedium in tali caſu vſurpaui, proſpero ſucceſſu. *Ægyptiacū ad vlcera veſicæ.*

De vlceribus Vteri. CAP. XIX.

IN vtero vlcera fiunt vel ab humoris acris, & mordacis ipſius tunicas erodentis confluxu, vel à tumore contra naturam in abſceſſum degenerante, vel à difficili & laborioſo partu. Cognoſcuntur dolore ad perinæum, puris & saniei per pudenda eruptione. Omnia, Auicennæ ſententia, vel putrida ſunt, cum erumpens ſanies odore fœtet, colore vero carnium loturam refert: vel ſordida, cum multis manant virulentis & crudis humoribus; vel corrodentia ſeu depaſcentia, cum ſanie nigra diffluunt, atque pulſationem cum vehementi dolore coniunctam habent. Situ præterea inter ſe differunt; nam vel ceruicem obſident & cognoſcuntur oculorum ſenſu, immiſſo ſpeculo: vel fundum, & innoteſcunt excrementorum liquidiorum & magis fœtoſorum conditione & doloris ſitu. *Cauſa.* *Signa.* *Lib 3. fen. 21 tract. 2. cap. 5.*

B Iiſdem remediis, quibus oris vlcera, curantur, nempe aqua chymiſtica, oleo ex calcantho & antimonio atque aliis, vt decet, virium ſuarum ſummo gradu minutis, eaque moderatione correctis, vt his innoxie, vlcerata vteri loca contingi poſſint. Oportet, vt quæ vlceribus vteri admouentur remedia, momento fere agant id, quod agere nata ſunt: non enim vtero diu hærere poſſunt, vt nec ori. Galenus vteri vlceribus valde idonea eſſe ait valide deſiccantia remedia, nempe vt ſic putredo prohibeatur aut coerceatur, cui pars hæc calida nempe & humida, valde obnoxia eſt. Adde, quod in eam partem tanquam in ſentinam, vniuerſum corpus excrementa ſua deponit. Si fundum vteri vlcus occupet, ſequenti facta iniectione detergetur, vnaq; pars roborabitur: *℞. hord. integ. p. ij. guaia.* ℥ *j. rad. ireos* ℥ *ß. abſynth. plant. centau. vtriuſque an. m. j. fiat decoctio in aqua fabrorum, ad* ℔. *ij. in quibus diſſolue mellis roſati, & ſyrupi de abſynthio an.* ℥ *iij. fiat iniectio.* *Curatio.* *Cur valide deſiccantia vteri vlceribus conueniant.* *Iniectio ad vlcus in vteri fundo.*

Fœtori vero coercendo hoc ſæpe certum ſum expertus remedium: *℞. vini rub.* ℔. *j. vnguenti ægyptiaci* ℥ *ij. bulliant parum*: ſic putredo corrigitur, & humoris dolorifica malitia obtunditur: deterſa vlcera mox cicatrice erunt obducenda; id fiet aqua aluminoſa, aqua plantaginis, in qua calcanthi aut aluminis parum diſſolueris. Si denique nihil proficientibus remediis in cancrum abeat vlcus, anodynis & cancro *Putredinē coercens iniectio.*

C dicaris remediis, curandum erit ex proprio de Cancris tractatu repetendis.

Vteri vlcerum curationi hic ſubiungenda erat vlcerum ani curatio; ſed eam in tractatum de Fiſtulis differre viſum eſt, quemadmodū vlcerum vrinarii meatus curationem, in tractatum de Lue venerea.

De Varicibus, & Varicum per exciſionem curatione. CAP. XX.

VArix *venæ dilatatio* eſt, alias ſimplicis & vnius rami venoſi, alias multorum. Omnis varix vel rectus eſt, vel incuruus, & velut in plures quoſdam orbes inter ſe inuolutus implicitus. Multæ corporis partes varicibus ſunt obnoxiæ, vt tempora, ventris regio, quæ ſub vmbilico eſt, teſtes, vterus, anus, præſertim vero femora & crura. Varicum materia fere eſt ſanguis melancholicus, tam frequenter in hominibus temperamento melancholicis & cibis craſſis ſeu craſſos ac melancholicos ſuccos gignentibus veſci ſolitis varices oboriuntur. His etiam infeſtantur fere grauidæ mulieres, ob menſtrualis materiæ ſuppreſſæ congeſtionem. Cauſæ procatarcticæ ſunt corporis concuſſio vehemens, ſaltus, curſus, laborioſum & pedeſtre iter, lapſus, grauis oneris geſtatio, tortura. Manifeſta ſui ſigna id genus morbi præbet venarum amplitudine, craſſitie, tumore, & colore. *Varix quid & quas habeat differentias.* *Cauſa.* *Signa.*

D Inueteratos non attingere melius eſt, nam ex illis curatis metuendus eſt refluxus ſanguinis melancholici ad partes nobiles, vnde promptum malignorum vlcerum, cancri, maniæ, aut ſuffocationis periculum. Cum multi varices & varie impliciti in cruribus exiſtunt, thromboſo ſæpe & reſiccato ſanguini tument, doloremque faciunt qui inceſſu & compreſſione exacerbatur. Eiuſmodi varices ſcalpello diuiſa vena aperiendi ſunt, & compreſſione ſurſum, deorſumque facta ſanguis ille exprimendus atque vacuandus: quod à me pluries factum, ægris ſucceſſit fœliciſſime, ipſis deinceps aliquot dierum imperata quiete, & conuenientium medicamentorum appoſitione. Sæpe inciditur varix in cruris interna parte paulum infra genu, quo fere loco eius origo cernitur. Inferius ab illa prima origine, & tanquam ſcaturigine, qui varicem intercipere cōtendit difficiliorem longe curationem facit: Hinc enim in multos quaſi riuulos finditur, quos ſingulos ſectari Chirurgus cogitur. Eximitur autem ſeu inciditur varix, vt ſic ſanguini, humoribuſque vna cum ſanguine mixtis, ſubiectum vlcus alluentibus via intercipiatur: vel vt humorum deprauantium in partem influxus prohibeatur; vel ne ſanguinis immoderatiore copia tandem vas rumpatur, atque hæmorrhagiæ conſecutione mortis conſecutio inferatur. Exciditur vero hoc modo: Æger reſupinus cruribus modice inflexis in ſcamno collocatur, tum crus faſcia ligatur, duo- *Curatio.* *Varicum ſectio.* *Quo conſilio ſecetur varix.* *Paulus cap 82. lib. 6.*

E bus locis relicto quatuor digitorum interuallo, in quo exciſio fiat, ſic enim vena tumebit, & in conſpectu magis erit, ſed & inſuper atramento illa notatur: tum cutis eleuata & digitis ſurſum abducta, qua nota eſt, in longum ſecatur, inde vena renudata à circumiacentibus corporibus explicatur, ipſi dehinc acus obtuſa, ne venam violet, duplex linum trahens ſubiicitur, ac ſubter tranſmittitur, & tanquam habenula ſublata excipitur: tum cruris ligaturæ ſoluuntur, ac parte ſuperna arctius vena ligatur: & infra deligaturam non aliter, quam in phlebotomia fieri ſolet, ſcalpello per medium diuiditur, ac ſanguis ex parte inferiore, quantum ſatis eſt, detrahitur. Inferna mox parte, eadem vena vinculo conſtringitur, *Qua arte ſecetur varix.*

A tum id, quod ſupereſt venæ medium inter duas deligaturas, abſcinditur, ſubducentibus ſe in carnem eius, quæ ſuperſunt ſuperne & inferne, extremitatibus: venæ deligatura ſinitur, dum per ſe & ſponte cadat. Peracto opere, adſtringens medicamentum vulneri, vicinisque partibus imponitur: neque niſi exacto triduo circa vulnus quicquam mouetur. Cætera deinde, quæ reliquis communia ſunt peraguntur.

De Fiſtulis. Cap. XXI.

Quid fiſtula. *Quid callus.*

FIſtula *vlcus eſt ſinuoſum, album, anguſtum, calloſum, & non raro imperceptibile.* Fiſtulæ nomen obtinuit ab arundinearum fiſtularum ſimilitudine, quibus ſimiliter caua exiſtit. Fit fiſtula in variis corporis partibus, fereque abſceſſibus aut vlceribus male curatis ſuccedit. Callus *carnea quædam ſubſtantia eſt alba, ſolida, ſeu denſa & dura, ſicca atque indolens*, genita per congeſtionem pituitæ excrementitiæ reſiccatæ, aut humoris melancholici aduſti, vlceris circumferentiam obducentis, & ſe in carnis laudabilis locum ſubſtituentis.

Fiſtularum differentia.

Fiſtulæ ſinus alias ſiccus eſt, alias ſtillante humiditate madet aſſidue, alias derepente repreſſo humoris ſtillicidio madere deſinit, & ſic ipſius orificium occluditur, vt ægro & Chirurgo B falſa abſolutæ curationis ſpecie imponat: mox enim reſeratur & ſimiliter atque antea ſtillat. Fiſtularum aliæ oſſe, aliæ neruo, aliæ membranis, aliæ aliis corporis partibus vitiatis fiunt. Quædam recta intus feruntur, aliæ, multoque plures, tranſuerſim intorquentur; aliæ vno, aliæ pluribus orificiis & ſinubus excauantur; aliæ articulos attingunt, aliæ in aliquam corporis capacitatem penetrant, vt in thoracem, ventrem, inteſtina, vterum, veſicam: aliæ facile, aliæ ægre curantur, quædam etiam exiſtunt incurabiles.

Signa.

Fiſtularum varia ſigna ſunt pro partium, quas occupant, varietate: nam ſi id, quod vltimo ſpecillo tangitur, renititur & reſonat, ad os vſque virium perueniſſe ſciendum eſt: ibi deinde tanquam in lubrico, leui & polito ſi elabitur ſpecillum, oſſis adhuc integri ſignum eſt: at ſi quo in loco tanquam in ſalebra ſubſiſtat & hæreat, aſperi, exeſi, carieque corrupti oſſis eſt argumentum: nonnunquam os ipſum renudatum oculis cernitur, tumque demittere ſpecillum nihil eſt neceſſe.

Oſſis renudati ſignum ab excreta materia conditione.

Inſuper enim os affectum ſe prodit materiæ oleaginæ purulento effluxu, ei medullæ haud abſimilis, qua os nutritur. Siquidē omne excrementum, alimenti partis eius, à qua excernitur, conditionem refert: in fiſtula, quę ad neruum pertingit doloris punctorii ſenſus maxime cum ſpecillo tentatur, ægrum exercet, ſi præſertim acrior eſt, quę effluit materia. Sæpe enim ſi frigida ſit, ſtupor membrum habet debilitato motu: ſed & quæ inde effertur materia, tenuior eſt, ei quidē ſimilis, quæ ab oſſib. diffluit: nō tamē oleagina aut pinguis, ſed ſanioſa, & glutinoſa, humoris neruorū alimentarii conditionem exprimens. Eadē fere apparēt & fiunt in fiſtulis, quæ ad tendines penetrant, & eas membranas, quæ muſculos inuoluunt. Si intra carnem fiſtula ſubſiſtit, craſſior & copioſior eſt, quæ dimanat materia, læuis, alba & æqualis. Si in venas aut arterias deſcēdit, eadem contingunt, quæ in neruorum fiſtulis: niſi quod ſpecilli contactu minus moleſtus ſenſus excitatur, nec vlla in vllius membri motu offenſio cernitur: quanquam ſi fiſtuloſi vlceris materia adeo acris eſt, vt vaſa corrodat, ſanguis profluet: craſſior quidem vena, tenuior autem & cum murmure arteria exeſa.

Aetius tetra. 4. ſer. 2. c. 55. C

Veteres fiſtulæ ſi occludantur mortiferæ.

Veteres & quæ per multos annos fluxerunt fiſtulæ, ſi ſubito occludantur, mortem inferunt, in corpore præſertim ſenili & infirmo.

De Fiſtularum curatione. Cap. XXII.

Qua arte ſi non extemeque fiſtula explorare liceat.

AD curationem, ante omnia demitti ſpecillum in fiſtulam conuenit: hoc cereo, plumbeo, aureo aut argenteo fiſtulæ altitudinem & ſinuum anfractus explorabimus. Quod ſi duobus, pluribusve orificiis, iiſque cuniculoſis excauata ſit fiſtula, ſic vt ſingula veſtigare & ſpecillo explorare certo non liceat, tum in vnum aliquod ex eiuſmodi orificiis iniectio immittēda eſt, & qua effluxum exitumve habeat ſpeculandum: ſic enim quod cauitatibus, & quam altis aut ſuperficialibus aperta ſit, ſcire licebit, tum inciſionibus callos renudare & amputare oportebit. D Inciſiones fient nouaculo, cauſtico medicamento, vel ferro ignito: non enim niſi exciſis callis carnem natura reſtituere & ſufficere, vel diſtantia corpora agglutinare poteſt. Nam dura niſi glutiri, cuiuſmodi laudabilis exiſtit ſanguis, interuentu coire nequeunt: at calloſum corpus dum vndique vlceratæ carnis ſuperficiem occupat, ſanguinis è venis capillaribus ad deperditæ ſubſtantiæ repoſitionem, & diſtractarum partium vnionem affluxum intercipit.

Cauſtica iniectiones.

Si quando cauſticæ iniectiones in fiſtulam immittentur, occludendum mox erit orificium, quo per tempus illis id agere liceat, quod agere natæ ſunt: Cuius rei coniecturam ex partis tumore, materiæ effluentis coctione, & copia pauciore habebimus, mox eſcharæ lapſus erit accelerandus: denique vlcus reliquis vlceribus ſimiliter curandum. Sæpe vero callus qui fiſtulæ ſinuoſam cauitatem occupat acrium, & eſcharoticorum medicamentorum vi victus, totus exit, & ſimul tubuli inſtar habens excidit, infraque vlcus purum reliquit.

Celſ. lib. 5.

Quod ego in nobili quodam animaduerti, cum ipſi fiſtuloſum vlcus in femore glande traiecto, forti ægyptiaco immiſſo aliquoties lauiſſem: mox enim inſtillato balſamo à me deſcripto, breui conualuit. E Fiſtulę, quæ ſunt iuxta magna vaſa, neruos, aut viſcera nobilia, nō debent, niſi ſumma adhibita cautione, attingi.

Ad carioſi oſſis fiſtulas remedia.

Cum oſſis corrupti vitio fiſtula naſcitur, conſiderandum venit, ſuperficiarium ne id in oſſe vitium ſit, an altius depreſſum, an totum ipſum carie exeſum. Nam ſi ſuperficiarium ſit vitium, radulis facile eluetur: ſi altius caries inſederit, deſquammante terebra reuellenda eſt: at ſi ad medullam vſque penetrarit, forcipe inciſoria eximenda eſt, præmiſſo, quod viam ipſi aperiat, terebello. Quod ſi ſphacelo obſeſſum & penitus carioſum os ſit, radicitus erit eximendum: quod cōmode fiet in digitorū radii, cubiti & tibiæ articulis, neqnaquā vero in iſchii acetabulo, femoris capite, aut vertebrarum aliqua ſphacelo obſeſſis, ſimile quid tētaueris, vt nec illis fiſtulis, quę natura ſua

A ſua inſanabiles ſunt: ſed ſatisfactum muneri tuo & ægro putabis, ſi cum prognoſtico malum reliqueris. Huiuſmodi ſunt fiſtulæ, quæ ad viſcera vſque penetrant, quæ ad partes inſignibus vaſis aut neruis couſperſas pertingunt, quæ ſemiuiris & molliculis hominibus accidunt, quibus longe mori optabilius ſit, quam operationis tormenta & cruciatus ſubire. Par adhibebitur cautio, quando ex fiſtulæ exciſione grauioris damni metus imminet, vt conuulſionis, ſi in parte neruoſa malum exiſtat. In his & ſimilibus caſibus mali perfectam curationem haud aggredietur Chirurgus, ſed ſatius eſſe putabit, omni arte cauere, ne malum nouis incrementis peius reddatur; quod fiet, ſi prouideat, ne qua noua fluxio in partem ingruat: ſi diæta artificioſa curet, ne excrementitii humores in corpore congerantur; aut perficiat, vt cōgeſti ex interuallis vacuentur, vel in partes minus nobiles à nobilioribus diuertant. Sed interim viuoſam carnem, quæ in vlcere pluſquam par eſt excreſcit, exterere, & saniem detergere oportebit, medicamentis, quæ citra morſum ſeu acrimoniam & putrefactionem id perficiant. *Quarum fiſtularum tentanda curatio, quarum non.* *Fiſtularum cura, vt decunt palliatiua.*


De fiſtulis Ani. CAP. XXIII.

Fiſtulæ in ano iiſdem ex cauſis fiunt, quibus reliqua fiſtularum genera: nempe ex vulnere aut abſceſſu perperam curatis, aut ex hæmorrhoide ſuppurata. Quæ occultæ erunt, cognoſcentur ſanioſi & B purulenti humoris per ſedem ſtillicidio, & partium circumiacentium dolore. At quæ manifeſtæ ſunt, quo vadant, quoque pertingant, ſpecillo exploratore dignoſcetur. Hoc igitur conſilio Chirurgus digitum in anum immittet, ſimulque plumbeum ſpecillum per fiſtulæ orificium demittet, id ſi digito nullius medii interuentu occurrat, ſignum eſt penetrare ipſam in inteſtini cauitatem. Adde quod tunc non modo per anum, ſed etiam per eiuſmodi orificium, quod ſibi humor efferus ſua acrimonia aperuerit, multa proluuies effluit, alias ſanioſa, non raro etiam vermibus fœta. Multis cuniculis intortæ, & in labyrinthum anfractuoſę fiſtulæ iudicantur, ſi non alte deſcendant ſpecillum, & nihilominus plus saniei effluat, quam exigui vlceris ratio ferat. *Cauſæ.* *Signa.* *Sinuoſæ fiſtulæ ſigna.*

In omnium fiſtularum orificiis calloſam quandam verrucam cernere licet, quam Chirurgorum vulgus Gallinæ podicem nominat. Fiſtulas, quæ in ano ſunt, multa conſequuntur ſymptomata: vt Teneſmus, Stranguria, & Ani procidentia. Si manu curâdæ ſunt fiſtulæ, æger ſupinus ſic iaceat, vt cruribus ſublatis femorum velut appreſſu ventriculum comprimat: tum Chirurgus vngue præciſo, digitum vnguine delibutum in anum immittet: inde craſſiorem ex plumbo acum funiculum ex filo, & ſeta equina contextum trahentem, per fiſtulæ orificium intrudet, hancque immiſſo digito exceptam, & nonnihil C intortam, extrorſum per ſedem, vnaque funiculi alterum caput educet. Tum funiculi capita nodo laxo ſeu reſolubili conſtringet, quo indies arctius conſtringendi ſit libertas. Sed antequam conſtringas paulo immitius, ipſum quaſi comprehenſam carnem ſerraturus, verſum te adduces, vt hoc veluti morſu, fiſtulam ſine vllo hæmorrhagiæ metu incidat. Aliquando contingit, vt eiuſmodi fiſtulæ in inteſtinū vſque non penetrent, ſic vt digitus propter calloſum aliquod corpus interiectum ſpecillo non occurrat. Tum ſpecillum ferreum aut argenteum cauum demittere conuenit, in eiuſque cauitatem acum mucronatam & ſecantem inſerere, vt ſic punctim cæſimque interiectus callus deſtruatur: quod de ſcripto ante ſpecillo plumbeo, in extremo vertice retuſo, aut certe ſine magno dolore, perficere non poſſis. *Ars cōſtringenda & ſecanda ani fiſtula.* *Symptomata.*

Specilli argentei caui cum acu inſerenda, ſimul & acu plumbea deſcriptio.

D



E

A. *Monſtrat acum.*
B. *Specillum cauum.*
C. *Acum vna cum ſpecillo.*
D. *Acum plumbeam funiculum trahentem.*

Quæ fiſtula recidiuam facit.

Detrito callo, fiſtula eo, qui ante dictus, modo deligabitur. Quæ ſuperficiaria eſt, non eget deligatione, tantum ſcalpro falcato excidetur, & detrito callo, quod reliquum eſt curationis reliquorum vlcerum modo perficietur. Notandum vero, quod ſi quid calloſi corporis, quod medicamento aut ferro elapſum ſit, reliqui feceris, rediuiua fiſtula, recidiuæ locum faciet. A

De Hæmorrhoidibus. CAP. XXIV.

Quid hæmorrhoides. *Differentia.* *Symptomata.*

HÆmorrhoides, vt nomen vulgo ſonat, tumores ſunt ad extremas venas anum ambientes, humidi ferè melancholici influxu excitati, varicum ſpeciem quandam præferentes. Ex his quædam aperto foramine fluunt, quod nonnunquam temporis ſucceſſu callum contrahit: aliæ tantum tument, neque quicquam humoris remittunt: aliæ manifeſtæ ſunt, aliæ intus abditæ latent. Quæ fluunt, ſanguinem fere fundunt, permixtum ſero citrino, quod ſanguini impetum ad procurſum dedit, & acrimonia ſua venarum oſcula diduxit. Quæ vero non fluunt, vel ambuſtorum veſiculis ſimiles exiſtunt, & practicis vulgo Veſicales dicuntur, fiuntque influxu humoris pituitoſi & ſeroſi: vel vuam referunt, ex quo & Vuales nominantur, ab affluxu ſanguinis qualitate laudabilis, ſed copia redundantis genitæ: vel morborum typum exprimunt, ex quo Morales, ſanguinis melancholici ſuppreſſione: vel verrucarum imaginem habent, vnde & Verrucalium nomen retulerunt, eandem cum his, quæ Morales dicuntur generationis cauſam materialem obtinentes. Hic affectus multorum præter naturam ſymptomatum conſecutionem infert: nam ſanguinis perenni affluxio, faciei viuidum colorem extinguit, hydropem acceſſit, vniuerſi corporis vires proſternit, Hæmorrhoidum fluxus ſingulis ſere menſibus citatur: nonnunquam quater in anno tantum. Fluxum ſæpe præcedunt, aliquando etiam comitantur dolor ingens, inflammatio, abſceſſus, qui tandem in tiſtulam deſinat, niſi conuenientibus remediis occurratur. Cæterum ſi moderata copia fluant hæmorrhoides, ſi ægri leniter ferunt, ſiſti non debent, quia imminentium malorum, vt melancholiæ, elephantiaſis, ſtranguriæ, & ſimilium metu ægros liberant. Adde, quod ſi præter rationem ſiſtantur, ſuo in pulmones refluxu tiſin, in hepar vero hydropem, per natiui caloris ſuffocationem inferunt. Contra ſi immodice fluant, quia vacuato ſanguine hepar refrigerant, hydropem accerſunt, & toti corpori maciem: ideo cum effreni & copia, & impetu fluunt, penicillo ex pilis leporinis ſequenti medicamento tincto ſiſtendæ ſunt. B

Sent. 37. ſec. 3. 6. aph.

Remedium ad hæmorrhoides immoderatius fluentes. *Ad ſuppreſſas hæmorrhoidas.* *Fungus & thymus in ano.*

℞ *pulueris aloes, thuris, balauſt. ſanguinis draconis, an. ℥ß. incorporentur ſimul cum oui albumine, fiat medicamentum ad vſum.* Cum diſtentæ tument citra fluxionem. cepam ſub cineribus coctam cum felle bubulo pinſere oportet, & conflatum inde medicamentum tumidis locis admouere, & ſingulis quinq; horis renouare. Id remedii genus apprime valet ad hæmorrhoides internas & latentes. Manifeſtas vero hirudinibus, vel ſcalpro aperire licet. Succus atq; magma galiopſis herbę, quam etiam Vrticam Labeonis nominant, hæmorrhoidibus impoſitus ipſas tumentes aperit, & ſanguine congeſto manare facit. Eodem remedio fungus & thymus, affectus circa anum, curantur. Si acrimonia, ardore, & dolore acerbius infeſtent, ægrum in Semicupium deſcendere iubebimus: moxq; vlceribus, ſi quæ adſuerint, quod ſequitur medicamentum imponemus. C

℞ *olei roſ. ℥ iiij. ceruſæ ℥ j. lithar. ℥ß. ceræ nouæ ʒ vj. opii ℈ j. fiat vnguentum ſecundum artem.* Vel.

℞ *thuris, myrrh. croci an. ʒ j. opii ℈ j fiat vnguentum cum oleo roſar. & mucagine ſeminis pſilii: addendo vitellum vnum oui.* Reliquum curationis ex regulis artis vniuerſalibus facile erit perſequi.

FINIS LIBRI DVODECIMI. D

A

DE FASCIIS.

LIBER DECIMVSTERTIVS.

B

De Faſciarum differentiis. CAP. I.

FAſciæ, quibus ad deligandum vtimur, multum inter ſe differunt. Ipſarum autem differentiæ à ſex potiſſimum rebus, Galeni ſententia, ducuntur: materia ſcilicet, figura, longitudine, latitudine, ſtructura & his, quibus conſtant, partibus. *Lib. de faſc.* Faſciarum quidem materia eſt triplex: membranea, ſeu coriacea, quæ fractis naſi cartilaginibus accommodata eſt. Lanea, partibus inflammatis propria, quibus ſcilicet nulla eſt opus aſtrictione. Denique lintea, quando nempe aliquid adſtringendum eſt: ac lintearum rurſus aliæ lineæ ſunt, aliæ cannabinæ, vt eſt ab Hippoc. notatum. *Sect. 3. de chi. off.* Structura vero ſic faſciæ inter ſe differunt, quod ex his aliæ ex ea materia conſtant, quæ per ſe & ex ſeſe ſatis coacta & robuſta eſt, quales ſunt membraneæ: aliæ contextæ ſunt, vt linteæ. Cæterũ lintea materia in faſcias deligenda eſt, & optima cenſenda, non quæ nunc primum ad hunc vſum facta ſit, ſed quæ aliis iam vſibus inſeruierit: quo nempe inde contextæ faſciæ *Commoda faſcia conditiones.*
C molliores ſint ac tractabiliores: validas tamẽ ipſas ita eſſe oportet, ne abrumpantur, dum extenduntur, arcteque contineant, ac influxurum humorem repellant, & aditu ad partem arceant. Has inſuper nulla contorta & quaſi complicata ora præditas eſſe decet, nullo limbo, nulla ſutura: contorta enim ſeu complicata ora, quemadmodum & ſutura, ſua duritie comprimendo, ſubiectam carnem lædunt. Limbus telæ lateribus extremis, atque oris, ſeu contextus, ſeu conſutus fuerit, inæqualem reddit deligationem: membrum enim, qua parte limbo vtpote haud cedente, attingitur, arctius comprimitur: media vero faſcia ſeu tela, vtpote molli laxius. Mundæ præterea faſciæ eſſe debent, vt ſi aliquo conſpergendæ & irrigandæ ſint affector, idoneo liquore, eum admittere poſſint: ac non ipſum, dum perfunduntur, corrumpere & male afficere. Iam faſciæ, quæ ex inciſo linteolo fient, eo non tranſuerſo, ſed in longitudinem recta ſciſſo, fieri debent: ſic enim firmius & validius, quod vinctum eſt, continebunt: & preterea ſibi perpetuo ſimiles, atq; vnius tenoris erunt, non alia parte latiores, alia ſtrictiores. Figura vero faſciæ ſic diſtant quod ex his quædam ſunt glomeratæ, quibus nihil eſt aſſuendũ, quia ſua & debita inuoluendo membro longitudine, conſtare debent: aliæ ſciſſæ, quæ vno quidem conſtant linteo, ſed eo vel extremis partibus ſciſſo (euiuſmodi mammis vinciendis deligi ſolent) vel mediis: aliæ aſſutæ, quæ ex multis quaſi habenis conſutis conſtant, in varia capita deſinentibus, & varias figuras referentibus, quales *Glomerata faſcia. Sciſſa faſcia. Aſſuta.*
D faſciæ ſunt, quæ capiti aptantur. At longitudine diſcrepant ſic, quod quædam ex his breuiores ſunt, aliæ longiores. Latitudinis eadem ratio eſt, quædam enim latiores ſunt, quædã ſtrictiores. Cæterum faſciarum neq; longitudo, neq; latitudo certo definiri aut deſcribi poteſt, ſed varie ipſa inſtituitur, pro membrorum varia longitudine & craſſitie. In genere enim tam hæ, quam illæ deligandis partibus congruere debent: aliter enim caput, aliter guttur, aliter iugula, brachia, mammæ, inguina, teſtes, anum, coxas, femora, crura, pedes & digitos deligaueris. Faſciarum vero partes ipſarum corpus, ipſarumque item capita dicimus. Per corpus debitam illarum longitudinem & latitudinem intelligimus: capita vero, extremitates nominamus tum in rectum, ſeu longum, tum in tranſuerſum exporrectas Galeni ſententia. *Faſciarum partes quæ dicantur. Com. ad ſec. 2. ſect. 2. de off. chir.*

Quæ ſint aptandarum faſciarum indicationes & præcepta generalia. CAP. II.

APtandarum faſciarum ſeu deligationum duæ ſunt indicationes, Hippoc. ſententia, vna quidem à parte affecta ducitur, altera vero ab ipſa affectione. *1 & 2 ſect. de fract.* A parte affecta ſic: crus enim ſi quando deli-
E gandum ſuſceperis, in longum exporrectum deligare decet: ſi enim inflexum deligaueris, deligatio ipſa reſoluetur ad primam exporrigendi & explicandi cruris neceſſitatem, tum enim muſculi aliam figuram induunt. Contra brachium ſeu cubitum inflexum & in pectus adductum deligare oportet: alias ſi porrectum deligaueris, ac primam inflectendi eius occaſionem exoluetur deligatura, quia ſicut dictum eſt, muſculorum figura peruertitur. Quod igitur ad hanc indicationem ſpectat, ſit hoc perſuaſum, omnib: deligandam eſſe ea figura parté, qua illam volumus permanere. *Qua figura omnis pars deliganda.* Quod vero ſpectat ad eam, quæ á morbo ſumitur, deligandi indicationem, ſi vlcus ſubeſt cauum, ſinooſum & cuniculoſum, ſaniei magnam vim eructans, deligaturæ & conſtrictionis initium á ſinus fundo ducendum eſt, & in vlceris orificio deſinendum: adq; præceptum perpetuũ eſſe debet, ſeu ſumma, ſeu ima, ſeu media & latera ſinus occupet. *A ſinus fundo deligationis initium ſemper ducendum.*

Sic enim repurgabitur & excludetur contenta ſanies,& vlceris labra nimium diſiuncta ſibi mutuo ad- A
mouebuntur. Alias retenta ſanies proxima quæque corrodit, vlcus amplificat, & inſanabile reddit,
Hip ſent. 4. ſect. 2. off. dum ſubiectis oſſibus,quæ ſe acri illa ſanie imbuunt, cariem inuehit. Cæterum vinculorum quædam
ipſa ex ſeſe remedia ſunt,quæ nempe per ſe ſuum munus præſtant: vtpote quibus curatio ſit commiſſa,
qualia ſunt illa,quæ ea,quæ à ſe inuicem abſceſſere, natiuæ vnitati reſtituunt: alia non propter ſe inici-
untur,ſed tantum,vt remediis,quæ vim curandi habent,inſeruiant. Id vinculi genus vel fit adhuc & in-
iicitur, diciturq; Hippoc. Deligatio operans: vel factum & iam iniectum eſt, diciturque Deligatio ope-
Initio 2. ſect. off. rata. Quod ad primum attinet,vt deligatio bene fiat, oportet faſciam ſibi, & partibus omnibus ſuis,ar-
ctè conglomeratam eſſe,& præterea vt illam Chirurgus preſſius & firmiter, non negligenter manu te-
neat,ſic enim deligando membro melius obuoluetur. Animaduertendum etiam inter deligãdum eſt,
ne faſciæ extrema,ipſaq; adeo ſutura,in locum affectum & dolentem incidant: ſatius eſt,vt ſupra,infra-
ve ipſum aut ad latus veniant:ſed & ne nodus in eundem illum locum aut in dorſi,natium,laterum,ar-
ticulorum, occipitis regionem, aut vllam denique aliam partem, in quam æger inniti, reclinare,& de-
cumbere ſolet,incidat,ſummopere eſt cauendum. Quin & aqua parte ſuere faſcias & nectere volumus:
ipſarum extrema in ſe complicare oportet,quo nexus ſuturave firmior ſit: alias quantumlibet arctè ipſi B
membro obductæ & agglomeratæ fuerint,non adhæreſcent tamen fideliter,ſi præſertim paulo latiores
Faſcia non modo recte obuolui debent, ſed etiam eleganter. fuerint. Quod vero ſpectat ad ſecundum vinculi genus, quod ſcilicet iam factum & iniectum eſt,qui
faſcias obuoluerit Chirurgus,conſiderare debet,in quem finem obuolutæ ipſæ fuerint, an rectè & pul-
chre imo etiam & eleganter,vt ægro & adſtantibus viſu gratæ ſint, ipſas obduxerit. Eſt enim periti arti-
ficis,vbicunq; rectè,pulchre agere poteſt,pulchre ac rectè agere In fracturis & luxationibus,omnibuſ-
que oſſium elocationibus, vulneribus & contuſionibus deligationis initium faciendum eſt, primis fa-
ſciæ ſpiris & circumuolutionibus,duabus,tribuſve ibidem obductis,arctiuſque ſi fieri poteſt,quam ali-
bi conſtrictis, vt reſtituta oſſa fidelius loco ſuo contineantur, ſi qui iam influxerint humores, fortiore
illa compreſſione exprimantur,ac ſi qui præter naturam & modum parati ſint influere,aditu & ingreſſu
prohibeantur. In fracturis enim,vt quæ ſine contuſione nunquam exiſtant, ſanguis extra propria vaſa,
vtpote violentius colliſa & attrita,exilit & exprimitur: quæ res ſugillatum in carne circumſtante facit,
coloris primo rubri, inde liuidi, ſeu ſubatri, ob ſanguinis ſub cutem effuſi corruptionem. Quare poſt
primas illas,de quibus nunc dixi,ſpiras,faſcia quã longiſſime à parte fracta luxatave continuis circum-
uolutionibus promouenda eſt: qui ſecus faxit, ſanguinem, humoreſq; in locum affectum magis ac ma- C
Gal. com. ad ſent. 15. ſect. 2. li. de fract. gis compellet,& apoſtemata,aliaque maligna accidentia inuehet. Cæterum qui fluit ſanguis,deorſum
vno ductu tendit:atqui exprimitur,duobus tanquam itineribus fertur,nempe ſuperne deorſum, & in-
ferne ſurſum. Curandum tamen eſt,vt ipſum potius in corpus & viſcera repellas, quam verſus corporis
extremitates,vt quæ tam multæ materiæ non ſint capaces,neq; robore iuſto instructæ, ad id, quod im-
minet oneris impune, & ſine accidentium præter naturam prouentu ſuſtinendum. At cum in corpus
humorum illa moles & ſarcina retruditur,regitur illa tum & à noxa vindicatur,facultatum in viſceribus
exiſtentium & natiui caloris robore & beneficio.

De tribus faſciarum in fracturis neceſſariarum generibus. Cap. III.

Sent. 24. ſec. 2. off. VT oſſa tum fracta, tum luxata,ſuo naturali loco reſtituta cõtineantur, duæ inprimis faſciarum ſpe-
cies Chirurgo ſunt neceſſariæ, ex Hippocr. doctrina. Illarum aliæ Hypodeſmides dicuntur, id eſt,
Hypodeſmides. ſubligamina, ſeu ſubfaſciationes. Aliæ Epideſmi ſeu ſuperligamina. Hypodeſmides quidem nonnun-
quam duæ tantum,at ſæpius tres adhibentur. Prima primo ſupra fracturam iniecta,ibidemq; tribus aut D
quatuor orbibus circumacta, inde deligationis initium ducit: quod dum fit, Chirurgo in fracturæ figu-
ram eſt animaduertendũ,vt enim hæc erit,ita deligationis modus variabitur. Nam ducenda faſcia eſt in
oppoſitum latus ei, in quod luxatio aut fractura magis inclinat, vt ſic quod extat os, in ſuam ſedem cõ-
pellatur, & compulſum firmius contineatur. Ergo ſi latus dextrum ſit prominentius hinc deligationis
exordium ſumetur,indeq; faſcia in ſiniſtrum latus ducetur. Contra ſi pars ſiniſtra magis promineat, ab
Ambidexter chirurgus. ea initio ducto in oppoſitam partem faſcia conſtringendo & obuoluendo promouebitur. Quare am-
bidextrum hic Chirurgum deſiderem,vt eiuſmodi deligationũ varietates expedire poſſit. Obuoluendo
autem producet & promouebit primam iſtam faſciam ſurſum, id eſt, in corpus, propter poſitas ante ra-
tiones. Nec vero hæc deligationis ratio fracturis propria eſt,ſed ipſis etiam cum luxatione communis: ſi
quam enim in partem os luxatum exceſſerit,tum vbi reſtitutum eſt,laxius ſeu mollius conſtringendum
Deligandi ratio in luxatis. eſt id latus,vnde os exceſſit, arctius contra id comprimendum eſt, in quod abſceſſit. Ergo faſcia adduci
decet à latere, in quod os abſceſſit: ſic vt hic mollior ſit & laxior deligatio, non autem arcta admodum
plagulis faſciave compreſſa, vt ſic tendatur magis in oppoſito latere, in quod luxatio magis inclinat. Si
aliter deligatio inſtituatur, ipſa male cedet, pars enim relaxata eſt & naturali ſua ſede emota: itaque pe- E
riculum non leue imminet, ne os iterum depellatur, & è ſede ſua, in quam arte & manu reſtitutum eſt,
iterum dimoueatur. Quod adeo timuit Hippoc. vt contra iuſſerit os elocatum in contrariam partem
ei, in quam vi abſceſſit, paulo magis abduci, quam naturalis & proprius ipſius ſitus requirat. Sed vt ad
inſtitutum de tribus ſubligaminibus ſermonem reuertamur, prima illa ſub faſcia obtorta & circumuo-
luta, alteram ſeu ſecundam accipimus, cuius obuoluendæ initium ab ipſa pariter fractura ducemus,ſed
vna tantum, aut altera illic circumactione peracta, quia vt ante demonſtrauimus, non tantum ſangui-
nis verſus extremitates repellendum & exprimendum eſt,quantum in ipſum corpus & viſcera. Ducen-
da igitur iſta faſcia erit ſuperne deorſum, modice comprimendo ad ſanguinem parte læſa concluſum

expri-

A exprimendum. Vbi ad extrema partis eiuſmodi circumuoluendo venerimus, tum eandem faſciam, ſi modo quid eius reſtet, retro vnde venit, ſurſum ſcilicet agemus. Sin minus tertiam ſubfaſciam accipiemus. cuius circumuoluendæ initium inde ducemus, vbi ſecunda deſierit, ageturque ſic circumuoluendo inferne ſurſum. His peractis ſubfaſciationibus, plagulæ apponentur, poſt plagulas epideſmi ſeu ſuperligamina, quæ duo ſæpius, tria etiam nonnunquam aduoluuntur. Primum duo habet capita, atque tam dextrorſum, quam ſiniſtrorſum obducitur ad primi ſubligaminis & plagularum conſeruationem, atque muſculos ſuæ natiuæ figuræ reſtituendos. Duo reliqua vno conſtant capite, atq; horum alterum inferne ſurſum, aliud ſuperne deorſum contrario plane modo, quam ſubligamina, contorquetur: nempe ſi dextrorſum contorta fuere, illa ſiniſtrorſum erunt contorquenda & conuoluenda. Atq; hæc Hippocratica eſt circumuolutionis ratio, quæ quia nunc exoleuit, aſcribenda hic ea eſt, quæ in vſu eſt vulgari. Superligaminibus hodie non vtuntur, ſed tertium quod ſubligamen diximus, noſtris Chirurgis eſt vice trium ſuperligaminum commemoratorum. Tertium igitur hoc ſubligamen, inferne ſurſum, vt prædiximus, obuolutum in contrariam partem agunt primo ac ſecundo ſubligamini, nempe ſi hæc in partem dextram oborta ſunt, illud in ſiniſtram circumuoluendo agetur, deſinetque vbi primum ſubligamen deſierit. Eius non modo mediocres erunt conſtrictiones, ſed etiam rariores ſpiræ & circumuo-

Quãdo tertia ſubfaſcia neceſſaria ſit. *Epideſmi.* *Hodierna deligandi ratio.*

B lutiones. Eum igitur in hac deligationis ſpecie vſum præſtat hoc tertium ſubligamen, quod muſculos natiuæ ſuæ figuræ reſtituat, à qua detorſione quadam deflexerant, vi & circumuolutione duorum priorum ſubligaminum. Cæterum ſemper videndum, vt in conſtringendis faſciis eum modum teneamus, quem ratio, quem ægri ſenſus & tolerandi facilitas præſcribent. Illud attendentes ne tumor inflammationem concipiet, modum etiam in conſtringendo corporis habitus præſcribere debet: corpora enim mollia tantam conſtrictionem, quantam dura ferre nequeunt. Certe in fracturis, luxationibuſque arctiure conſtrictione, humores in corporis extrema exprimuntur: vnde grauia & ingentia ſæpe œdemata contingunt: quibus vt medeamur, reſoluenda eſt deligatio, tum tumidæ partes, noua deligatione, quæ inferne ſurſum fiat, ſicque tumoris, materia eo compulſa, ipſas expediat, comprimendæ: non enim alia ſpes, aut via eſt humoris ſurſum regerendi. Hoc qui curat, morbi curam propriam deſerit, quo ſymptomati ſuccurrat, quod facere nunquam recuſabit Chirurgus, quoties neceſſarius aliquis caſus poſtulabit. Ea de cauſa iubet Hippocrates ſingulo quoque triduo deligationem diſſolui, tumque partem aqua calida foueri, quo ſic humores, qui doloris vehementia attracti in partem decubuere, vaneſcant & reſoluantur: pruritus, aliaq; ſimilia accidentia prohibeantur. Accidentium omnium metu exacto, tar-

In conſtringendis faſciis quis modus. *Cur tertio quoq; die deligationẽ ſolui iuſſerit Hippocr.*

C dius ſeu rarius reſoluetur deligatio, & laxior ſolito fiet: vt ſanguini ac laudabili materiæ, ex qua callus fieri debet, liberior ſit ad partem affectam affluxus.

De Fracturarum cum vulnere coniunctarum deligationibus.
CAP. IV.

CONtingit nonnunquam, fracturam cum vulnere complicari, tumque nihilominus partem faſcia deligare oportet, alias tumoris, inflammationis, aliorumque malorum non leue periculum imminet, ab humorum ex vicinis vberiore affluxu. At non oportet eam deligationis ſpeciem molliri, quam ſpirarum multis circumuolutionibus fieri diximus. Nam cum vulnus quotidie purgari, adeoque tractari ac curari velit, quotidie partem exagitare, deligationem tot gyris & orbibus implicitam explicando, oporteret, quæ res doloris conſecutionem inferret, adeoque vnionis, quæ quiete abſoluitur, impedimentum. Quare id deligationis genus vnica circum vulnus obuolutione abſoluetur, & faſcia, quæ duplici, triplicive linteo in plagulæ modum contexta, ac quam maxima fieri poterit dexteritate oris ſui

Qui deligandum in fractura cum vulnere.

D conſuta tam lata ſit, vt totum vulnus ambire ac contegere poſſit: propter rationes, quæ *tractatu de Fracturis* fuſe exponentur. Cæterum ſi vulnus in longum excurrat, plagulæ ac ferulæ vulneris lateribus circumponentur, vt ſic vulneris labra compingantur, & concluſa ſanies exprimatur. Si vero in tranſuerſum agatur, plagulis ferulisque abſtinebimus: ita enim Galeni ſententia amplius dilataretur vulnus, ſanieſque purulenta in vulnus exprimeretur & reiiceretur.

Ad ſent. 12. ſect. de fract.

De Deligationibus communia quædam Fracturis, & luxationibus præcepta.
CAP. V.

IN omni fractura & luxatione partes depreſſæ cauæ & extenuatæ, quales ad articulos ſunt, plagulis, vel faſciis circumpoſitis impleri debent ad æqualitatem toti parti conciliandam, quo à ferulis vndique & æqualiter comprimantur, oſſaque firmius in naturali ſua ſede contineantur. Sic cum deligatur genu, poplitem ſeu illam, quæ in poplite viſitur, cauitatem implere oportet, vt melius & expeditius deligatio abſoluatur. Idem faciendum ſub axillis, ſupra calcem, in brachio iuxta carpum, in omnibus de-

E nique aliis partibus, quæ ex cauitate manifeſta conſpicuam inæqualitatem habent. Peracta deligatione interrogandus æger, num membrum ſibi arctius conſtrictũ videatur. Nam ſi neget, ſe tam arctam conſtrictionẽ ferre poſſe, diſſoluenda & laxanda deligatio eſt. Arctior enim dolorem excitat, calorẽ, fluxionem, gangrænam, deniq; ſphacelum & necroſim: laxior vero inutilis eſt, quia partes, quo volumus ſtatu, non continet. Iuſtæ deligationis, quæ nempe nec laxior nec arctior ſit, ſignũ eſt, ſi ſequenti die tumore œdematoſo pars intumeſcat: nẽpe propter ſanguinẽ ex loco confracto expreſſum. Arctioris vero, ſi pars duriter tumeat: laxioris eius ſcilicet, quę ex affecta parte nihil ſanguinis expreſſerit, ſi nullatenus tumeat.

Deligata parte æquãda in fractura & luxat. planities adſtringenda eſt. *Hipp ſent. 17. & 18 ſect. 2. de fract.*

Si

Arctioris & laxioris deligaturæ ſigna.

Si igitur tumor durus ex arctiore deligatura infeſtat, ſtatim reſoluenda illa eſt metum grauiorum ſym- A
ptomatum, fouendaque pars hydræleo tepido; aliaque mediocris, imo etiam paulo laxior ſubſtituen-
da, quandiu dolor & inflammatio perſeuerabunt: quo tempore & nomine nihil quod paulo oneroſius
ſit parti imponendum. Quando æger conualeſcit, toto triduo vel quatriduo, ſi præſertim denſioris
habitus, & robuſtiorem hominem nactus fueris, continenda deligatio eſt, ac minime reſoluenda, ſed
indiſſoluta ſinenda. Tertio die, indeque vſque ad ſeptimum, laxiores ſpiræ comperiuntur, & pars affe-
cta gracilior: quod ad melius apparere putandum eſt. Hinc enim intelligere licet, humorum tumefa-
cientium factam vi deligaturæ expreſſionem ac digeſtionem. Certe oſſa fracta iuſta deligatione con-
ſtricta expeditius ſibi mutuo apponuntur, & fidelius agglutinantur, quæ cauſa exiſtit, cur in ipſo fra-
cturæ loco, deligandum ſit arctius: alibi laxius. Si qua parte os fractum promineat, ibi etiam arctius pla-
gulis & ferulis comprimendum eſt. Denique ſeptimo die exacto, arctius, quam antea, deligandum,
quod tum inflammatio, dolor & ſimilia accidentia non iam fere in metu ſint. Cæterum quæ huc vſque
de tribus deligationum ſpeciebus diximus, locum in quauis parte corporis fracta habere nequeunt, vt
in maxilla, iugulis, capite, naſo, coſtis. Nam cum eiuſmodi partes teretes & oblongæ non ſint, circum- B
uolui ipſis faſcia nequit, quemadmodum in brachiis, femoribus, & cruribus circumuolui poteſt, ſed
tantum extrinſecus apponitur.

Cur in fracto loco arctius deligandum.

Quos deligationes vſus præſtent. Cap. VI.

EX his, quæ ante expoſita ſunt, licet intelligere, cum faſcias vſum præſtare, vt quæ ſeiuncta, & ſua ſe-
de ſunt dimota, reſtituantur, quæ hiant, conglutinentur, vt in fracturis, vulneribus, ſeu fiſſuris, cō-
tuſionibus, vlceribus ſinuoſis, ſimilibusque aliis præter naturam affectibus, in qoibus ſoluta vnitas ad
ſui reparationem faſciarum indiget adminiculo. Sed & faſciarum ope, quæ alioqui contra naturam
coaleſcerent, ea ſecernuntur, vel ſecreta potius, vt natura eſſe voluit, conſeruantur, vt in ambuſtis, in
quibus digiti poplitesque ſibi mutuo, axillæ autem thoraci, mentum ſterno adhæreſcerent, niſi debita
deligatio obſtaculo eſſet: quin & reficiendis partibus emaciatis, deligationes conferunt. Dextro enim
crure ex atrophia tabido, ſiniſtrum crus ad inguen vſque, ducto à pede obuolutionis initio, ſalubriter
deligatur. Si dextrum brachium tabeſcit, ſiniſtrum faſcia conſtringitur, quæ à manu ſumpto principio
in axillam deſinat. Sic enim à parte deligata magna ſanguinis portio in venam cauam regeritur á qua C
demum in emaciatæ vaſa prope inania exundat. Cæterum ſic partem ſanam deligari velim, vt interim
dolor vitetur, dolorifica enim per faſcias & vincula conſtrictio, ampliorem facit ſanguinis & ſpirituum
attractionem, vt & exercitatio: quare ipſam tantiſper à proprio munere feriari velim. Faciunt inſuper
ad ſiſtendam hæmorrhagiam faſciæ: cuius rei vel ex eo fides fit, quod ſcalpello aperta vena ſanguis e-
rumpens ſtatim appoſita plagula & faſcia obuoluta cohibetur. Veniunt etiam ſalubriter in vſum faſcię
mulieribus ſtatim à partu: conſtricta enim faſciis ipſarum aluo ſanguis, quo nimium madebat vterus,
excernitur, excitato ſic ad eius expulſionem excretricis facultatis robore: ſimul & ne flatus exinanitum
vterum conſertim ſubeat, prohibetur. Eadem faſcia grauidis auxilio eſt ad facilius geſtandum fœtum
iis præſertim, quibus fœtus ſic deorſum inclinatur, vt in coxarum quaſi antrum deiectus, inter femora
propendeat, ingrediendi libertate pleniore matri intercepta. Ergo faſciæ, quæ vulgo vmbilicalis di-
citur, beneficio non modo grauida illo fœtus faſce leuatur, ſed etiam fœtu in ſummam aluum compul-
ſo, plenius & expeditius incedendi facultatem adipiſcitur. Reuellendo præterea & deriuando, con-
tinendisque in parte vt ceruice, iugulo, thorace & ventre, appoſitis medicamentis vtiles ſunt faſciæ.
Denique in membrorum, vt brachiorum & crurum amputatione, faſciarum triplex eſt vſus: Primus D
quod cutem ſubiectusque ipſi muſculos ſurſum ſurrigunt, vt opere peracto, ſuo deorſum relapſu,
reſciſſorum oſſium extrema cooperiant ſicque expeditior ſit agglutinatio, & cicatricis obductio, ob-
ductaque cicatrice alacrius & indolentius mutila membra commoueri, & prioribus muneribus fun-
gi queant, ſubſtracto ipſis delapſæ muſculoſæ carnis tanquam tomento & puluino: Secundus,
quod hæmorrhagiam compreſſis venis, arteriiſque intercipiant, Tertius, quod arctiore deligatio-
ne ſpiritibus animalibus pro curſus libertate intercluſa, ſentiendi vi partem ſubiectam mulctent velut
ſtupore ipſi inducto.

Prima deligationum vtilitas. *Secunda.* *Tertia ad conciliandū partem emaciata habitum laterē.* *Quarta.* *Quinta.* *Sexta.* *Septima.* *Particularis faſciarū vtilitas in artuum amputatione.*

De Plagulis. Cap. VII.

DVplicem plagulæ vſum præſtant. Primus eſt explendis cauitatibus, & tanquam lacunis earum,
quæ à medio tumentiore, ſenſim ad extremum gracileſcunt. Cauitatum exempla habemus in a-
xillis, clauiculis, poplitibus & inguinibus: partium vero ad extrema gracileſcentium in brachiis car-
pum verſus, cruribus iuxta pedem, femoribus ad genua. Has ideo partes plagulis, & obuolutis faſciis
implere oportet, quo ad extrema æquali cum medio planitie viſantur. Secundus plagularum vſus eſt, E
in tuendis & conſeruandis primis duabus ſeu tribus faſciis, ſubligaminibuſve, quæ fractæ parti ſtatim
applicanda ante commonuimus. Penes duplicem hunc vſum inter ſe plagulæ differunt, quod prioris
vſus gratia tranſuerſæ apponuntur, poſterioris vero rectæ & in longum. Licet etiam vti plagulis, ne
faſciarum arctior conſtrictio, his, quæ nuper luxata erant, reſtitutis oſſibus continendis neceſſaria,
laborem doloremque inferat. Cæterum plagularum craſſities triplicato vel quadruplicato linteo, lon-
gitudo vero & latitudo maior, minorve eſſe debet, pro partium quibus apponendæ veniunt, & morbi
conditione.

Primus plagularum vſus. *Alter plagularum vſus.* *Tertius plagularum vſus.*

A *De Ferularum, Tortulorum & Capſularum vſu.* CAP. VIII.

FAſciarum & plagularum vſibus expoſitis, reſtat, vt de reliquis dicamus, quæ reſtitutis oſſibus continendis inſeruiunt: ferulis nempe, ſacculis, puluillis, intortis ex calamo torulis, & capſulis. Fiunt, paranturve ferulæ ex multa papyro conglutinata, ex tenuiſſimis ligni aſſulis, ex corio, quod calceis in ſoleas ſupponitur, ex arborum corticibus aut ferri albi, plumbive lamellis, aliaque materia ſimili, quæ rigorem habeat mollem, & flexibilem, velim tamen eam deligi leuiſſimam, ne pondere ſuo parti dolenti moleſta ſit. Longitudine vero, latitudine & numero parentur ferulæ ad læſæ partis opportunitatem. Figura item curua aut recta pro membri, cui applicandæ erunt, conditione, apprime videndum, ne ſe proferant, prouehantve in oſſium tubercula, ſeu eminentias, vt in malleolos, genua, cubitos & ſimiles proiecturas, ne ipſas compreſſione lædant: itemque vt extremis ſuis tenuiores ſint, craſſiores vero, qua parte fracto oſſi incumbunt. Ferularum vſus eſt, vt oſſa fracta ac luxata, poſtquam reſtituta fuerint, contineant, ac fideliter ſiſtant, ne incerto vacillent motu. Eum vſum vt præſtent, non oportet craſſiores ſubeſſe plagulas, vel plures æque faſciarum circumuolutiones: ſic enim per interiectum craſſius interſtitium, minus arcte membrum complectentur.

Ferularum materia.

Ferularum vſus.

B Toruli ſeu ceſticilli fiunt ex bacillis digitum craſſis, calamo deinde linteo inuolutis, vſurpantur maxime in crurum & femorum fracturis.

Capſulæ ex ferri albi laminis, vel ex leni aliquo ligno fiunt, vſus ipſarum eſt, vt oſſa in figura debita contineant, tum præſertim, cum ægri è cubiculo in aliud cubile transferendi, vel alui exonerandæ neceſſitas eſt. Denique ſi paulo firmius fractis, luxatiſve membris innitendum eſt, impedimento ſunt capſulæ, ne dextrorſum, ſiniſtrorſum, ſurſum, deorſumve dormiendo aut vigilando, volentibus aut imprudentibus nobis oſſa ipſa nutent aut transferantur: itemque ne nondum fideliter ferruminata aut laxius, doloris, inflammationis, ac gangrænæ metu deligata, per lecti inæqualitates & depreſſiones propendeant, excidant, diſſiliant. Eiuſmodi capſulas, torulos & ſimilia quæ fractis luxatiſve oſſibus reſtituendis, & indolenter continendis in vſum veniunt, ex Hippocratis mente gloſſocomia in genere nominare poſſumus. Quæ omnia qualia ſint, vix ab eo intelligi poterunt, qui in artis operibus nondum eſt verſatus. Interim vero dum verſari licebit, aut magiſtros operantes intueri, ego, qua verborum perſpicuitate potui, horum ſpeciem & imaginem, quaſi oculis tyroni Chirurgo ſubieci.

Toruli quid.

Capſularũ materia & vſus.

Gloſſocomii generale nomen eſt.

C

FINIS LIBRI DECIMITERTII.

D

E

DE FRA-

DE FRACTVRIS.

LIBER DECIMVSQVARTVS.

Quid Fractura, & quæ ſint eius differentiæ. Cap. I. B

Lib. 6. meth.

FRactura, Galeni ſententia, eſt *continui in oſſe ſolutio*, Græcis Catagma dicta. Læſionis equidem & offenſionis oſſium multæ ſunt ſpecies: nempe ipſorum à ſe inuicem diſtractio, Luxatio, præter naturam coalitus, excîſio ſeu diuiſio, contuſio, abſceſſus, putredo, caries, denudatio violato & deperdito perioſtio, ea denique, de qua nunc nobis eſt ſuſcepta tractatio, Fractura. Sed fracturæ rurſum prope infinitæ ſunt varietates. Alia enim completa & perfecta eſt, alia imperfecta; alia in longum excurrit, alia in tranſuerſum, alia in obliquum: alias in grandia fit fragmenta, alias in exiguas & plures reſtulas, quæ extremo ſunt vel obtuſo, vel acuto, & vicina muſculorum, neruorum, aut vaſorum corpora pungente. Fit nonnunquam, vt non aſſulatim os frangatur, id eſt, in rectum, ſed ſimul & ſemel in duo fragmenta tranſuerſim rumpatur, eamque fracturam Raphanidon, id eſt, raphani in modum fieri dicunt. Caryedon autem, ſeu nucatim fit fractura, quando os in multas tenues partes à ſe inuicem ſecretas & diſſilientes, tanquam nux malleo in incude confringitur, quæ & ipſa Alphitidon, ad ſimilitudinem farinæ vel pollinis dicitur: taliſq; ſæpe viſitur in fracturis glande, ſclopeto, aliiſque igniariis machinis emiſſa factis. His contrariæ ſunt, quæ Schidacidon, quaſi aſſuloſe ſeu aſſeris in modum fiunt, rectæ nempe & oblongæ oſſis fiſſuræ: eæque vel aſpectabiles, vel inaſpectabiles & capillares dictæ, adeo exiguæ, vt niſi atramento ſutorio demiſſo, & mox radulis deraſo, oculis non pateant. Ex ictu aliquando os tantum deprimitur, aliquando contra ſurſum quaſi teſtudinatim reſilit. Attritionem dicunt, quando os in multa fragmenta tenuia & tanquã ſchidia, ſeu aſſulas frangitur. Fractorum oſſium fragmenta alias læuia & polita exiſtunt, alias inæqualia & tanquam denticulis, ſpinuliſque aſpera & horrida. Fracturæ quædam oſſis tantum ſuperficiem attingunt, quadam inde tanquam lamina & ſquamma diuulſa & abraſa: aliæ fractorum oſſium ſitum minime violant, ſed ipſa tantum in longum findunt, citra fragmenti cuiuſquam reuulſionem: aliæ ad ipſorum vſque medullam penetrant. Quinetiam fracturarum quædam ſimplices & ſolæ per ſe exiſtunt, aliæ aliorum affectuum & ſymptomatum caterua comitatæ, vulneris nempe, hæmorrhagiæ, inflammationis, gangrænæ, & ſimilium. Huc adde & differentias à partibus, quas fracturæ obſident petitas, vt à capite, coſtis, artubus, articulis, aliiſque corporis membris. Adde & eas, quæ à corporum ſenilium, iuuenilium, cacochymorum, & bene temperatorum habitu petuntur, quæ fere omnes propriis, & ſuis ad curationem nituntur indicationibus. Fracturarum vero cauſæ ſunt omnium externarum rerum, quæ D incidere, elidere, atterere: & quaſſare poſſunt violentior incurſus. In hoc cauſarum genere etiam habentur caſus ab alto, & alia infinita, quæ longum ac prope infinitum ſit connumerare.

Quid ſit os frangi raphanidon. Quid caryedon ſeu alphitidon. Quid ſchidacidon. C

Cauſa fracturarum.

De Fractura indiciis. Cap. II.

Primum fractæ oſſis ſignum.

FRactum eſſe os, manifeſtis indiciis licet aſſequi; quorum primum & certius eſt, cum partem, quam fractam eſſe ſuſpicamur, tractando, oſſis fruſta diuiſa tactu percipimus, fruſtorumque ſub manu crepitantium ſtrepitus quidam obauditur ex ipſorum colliſorum attritu. Alterum ſignum eſt ex partis impotentia, quæ ſe maxime prodit, cum os vtrumque tibia & fibula, cubitus & radius fracta ſunt. Nam ſi fibula ſolum aut radius fracta fuerint, poterit etiam æger cruribus ambulare & brachium agitare: fibula enim fulciendis tantum muſculis præſidio eſt, non corpori, vt tibia. Tertium ſignum à figura partis præter naturam mutata ducitur; ibi enim caua eſt, vnde os abſceſſit gibba vero quo ſe loco intulit. Dolor interim ingens ægrum excruciat, propter læſum perioſtium, & eam membranam, quæ medullam inuoluit, vicinarumq; partium compreſſarum aut compunctarum ſympathiam.

Alterum.

Tertium.

De Prognoſi in fracturis inſtituenda. Cap. III. E

Quæ prædicenda fracto oſſe.

IN fracturis prædicendum eſt, ad perniciemne, an ad ſalutem ægri ſint deſituræ: ſi longi aut breuis, faciliſve, an difficilis & ancipitis iudicii temporis futuræ ſint, quæ denique accidentia, quæ ſymptomata ſint ipſis ſuperuentura. Harum omnium rerum notitiam facile conſequetur is, cui perſpecta erit nonmodo oſſium anatomica deſcriptio, ſed etiam corporis vniuerſi tempeties, complexio & compoſitio. In primis igitur, illud monitum eſſe velim Chirurgum, hyeme cum gelu rigent omnia, vel ex leui lapſu, & ſimili alia occaſione, facilem & promptam eſſe oſſium fracturam. Tum enim ab aeris ambiente ſiccitate, oſſa reſiccata fragiliora redduntur, quod in candelis etiam & cereis & ſebaceis quilibet è plebe

Cur ſæuo gelu oſſa ſint fragiliora.

adnotare

A adnotare ſolet: humido vero cœlo, humidiora etiam oſſa ſunt, adeoque flexibilia magis & incurſantis cauſę impetui cedentia. Ex quo etiam id ad prognoſim inſtituendam ſcire licet, oſſa propter inſitam ſiccitatem non tam facilis eſſe agglutinationis & conſolidationis, quam caro, quanquam in puellis Galeni ſententia, propter ſubſtantiæ humidæ copiam, oſſium deperdita ſubſtantia reparatur ſecundum primam, vt loquuntur, intentionem, id eſt, eiuſdem ſubſtantiæ ſeu materiæ repoſitionem. In aliis vero circum fracturas, dura quædam ſubſtantia concreſcere ſolet, ex fracti oſſis, eo, quod ſuperfluit, alimento, quæ ipſius fragmenta ſibi mutuo appoſita, conglutinat. Hæc ſubſtantia tum callus dicitur, temporeque adeo induratur, vt in poſterum os parte fracta firmius viſatur & durius, quam quauis alia: non igitur ſine ratione inter Medicos iactatur, oſſibus fractis ad vnionem quietem eſſe neceſſariam. Nam ſi ante perfectam & ſolidam agglutinationem commoueantur, facile callus diſſoluitur. Calli materia quantitate & qualitate moderata, & laudabilis eſſe debet: quemadmodum ſanguinis ad deperditæ per vulnera carnis regenerationem confluentis. Talis calli materia vt ſuppetat, partis laudabilem temperiem adeſſe oportet, alias vel non fiet callus, vel certe tardius fiet. In iuuenibus facilius multo fracturæ reparantur, quam in ſenibus. Illis enim humidi primigenii & radicalis, id eſt, laudabiliter tenacis &

Cur oſſium ſoluta continuitas non facile reparetur. *In arte parua.* *Quies ad vnionem reſtitutionem neceſſaria.* *Cur iuuenũ oſſa citius occaleant.*

B glutinoſi copia adeſt: his vero aquoſi & excrementitii. Ex his facile eſt conicere non poſſe certo definiri tempus calli generationi neceſſarium: aliis enim tardius, aliis citius concreſcit, cuius varietatis cauſa referenda etiam eſt ad anni & regionis conſtitutionem, ægri temperiem, diætam, & deligationis rationem. Nam quibus ægris vires ſunt infirmæ, & ſanguis aquoſus atque tenuis, his calli generatio tardior eſſe ſolet: contra vires validæ oſſa conglutinare properant, ſi materia craſſa & viſcoſa ſubiacet, quo fit, vt tum alimenta craſſioris ſucci exhibenda ſint, & medicamenta adhibenda, quæ naturæ conatus adiuuent, vt dicemus poſtea. Quando oſſa iuxta articulus franguntur, motus poſtea difficilior eſſe ſolet, ſi præſertim qui ſubſtitutus eſt callus, craſſior & protuberantior ſit. At ſi vna etiam fracturæ impetu & excurſu articuli attriti & contuſi fuerint, non modo deperit motus, ſed etiam vita in diſcrimine eſt, propter inflammationis, quæ fere eiuſmodi affectioni ſuperuenit, magnitudinem, & doloris in corpore teodineo immanitatem. Quæ fracturæ amborum brachii & cruris oſſium continuitatem violant, curatu difficiliores ſunt, quam quæ ad alterutrum tantum perueniunt. Difficilius enim tractantur & continentur, quia quod integrum perſtat, alteri fracto pro adminiculo eſt, ad quod adnitatur. Quinetiam plus temporis deſideratur ad craſſo, quam ad exiguo oſſi callum ſubſtituendum, contra quæ ra-

Craſſiora & lenta ſucci alimenta conferre ad calli generationem. *Fractura ad articulos pernicioſa.* *Hipp. ſent. 18 & 19. ſect. 1. de fract.*

C riora & magis ſpongioſa ſunt oſſa, citius calli interuentu agglutinantur, quam denſa & ſolida. Sanguineis, quam bilioſis, callus citius concreſcit. Cæterum nulli corpori oſſa fracta tam fœliciter adglutinari & reſtitui poſſunt, quin aliqua ſemper, qua parte callus obductus eſt, viſatur aſperitas & protuberans inæqualitas. Itaque Chirurgus artificioſe deligationem facere debet, ne callus vel promineat craſſior, vel ſubſideat tenuior. Fracturarum minus moleſta eſt ea, quæ ſimplex exiſtit: moleſtior contra ea, quæ aſſuloſe ſeu ſcidacidon facta eſt. At omnium moleſtiſſima & peſſima eſt, quæ in fragmenta fit aculeata: quia puncto neruo, vel perioſtio conuulſionis imminet periculum. Nonnunquam fracti oſſis fragmẽta ſua ſede continentur, ſępe etiam exiliunt, ſic vt vnum alteri ſe ſuperinducat: quod quando contingit, inæqualitas partis vnius depreſſione, & alterius tubere percipiuntur, dolorque item ex punctura. Sed & membrum ſe ipſo & ſano oppoſito breuius efficitur, atque muſculorum verſus ſuum principium contractione tumidius. Quare oſſe fracto, ſicubi depreſſum aliquid percipitur, ſtatim vtrinque ſuperne inferneque admota manu, os vi magna extendendum eſt: alias enim muſculi neruique tenſi & contracti, nunquam permittent oſſa ſibi & ſuæ ſedi ſua ſponte reſtitui. Ea extenſio, niſi à primis ſtatim diebus fiat, ſuperuenit inflammatio, qua præſente periculoſum eſt, neruos, tendineſque violentius tra-

Deligatio ad calli venuſtatem confert. *Omnium peſſima fractura.* *Extenſionẽ ſtatim a fracto oſſe eſſe faciendam.*

D ctare: hinc enim apoſtema, conuulſio, gangræna, ſphacelus. Itaq; vetat Hippocrates in tertium aut quartum diem eiuſmodi extenſionem differri. Fracturæ cenſentur periculoſæ, quarum fragmenta ſunt magna, foras exilientia, in his præſertim oſſibus, quæ medulla intus plena ſunt. Quando fracta aut luxata oſſa ſibi & naturali loco reſtitui nequeunt, pars atrophia macreſcit, tum quia venarum, arteriarum & neruorum ſitus naturalis peruerſus eſt, tum quia pars ipſa immobilis, aut ægre mobilis iacet: quo fit, vt ſpiritus ad eam haud libere confluat, atq; alibilis ſuccus iuſta copia non affluat. Quando membrum luxatum, fractumve inſigni inflammatione laborat, periculum eſt, ne ſi ipſum, vel ipſius partes ſedi ſuę reſtituere tentemus, conuulſio ſuperueniat: itaque ſatius eſt, ſi fieri poteſt, reductionem eouſque differre, quoad humor, qui partem obſidet reſolutione euanuerit, tumor reſidet: doloris acerbitas remiſerit.

Sent. 36. ſect. 3. de fract. *Per inflammationes oſſium reſtitutionem non eſſe tentandam.*

De Fractorum, luxatorumq; oſſium generali curatione. CAP. IV.

OS fractum, luxatumque & elocatum curare, eſt ipſum priſtinæ ſuæ figuræ & ſitui reſtituere. Quod vt perficiat Chirurgus, tres ſibi ſcopos ob oculos debet ponere. Primus eſt, vt os in ſuum locum re-

E ponat. Secundus, vt repoſitum contineat atque ſtabiliat. Tertius, vt malignorum ſymptomatum atque accidentium prouentum impediat, aut ſi ſuperuenerint, præſentem malignitatem temperet & corrigat. Eiuſmodi accidentia ſunt dolor, inflammatio, febris, abſceſſus, gangræna, ſphacelus. Quod ad primum ſcopum attinet, fractum luxatumve os facile reſtitueris ſi ſtatim atq; contractum malum eſt, aut eadem in illa die reſtitutionem aggreſſus fueris; nondum enim magna eſt, quæ ægrum diuexet, doloris aut inflammationis acerbitas, nec inſignis adhuc aut contumax muſculorum ſurſum contractio. Ante omnia igitur æger corpore quidem ſuo toto, præſertim vero parte fracta aut luxata, itemque Chirurgus in luce clara verſentur. Fideles & periti adſint miniſtri, bonæ faſciæ, bonæque item, ſi neceſſitas poſtulet, machinæ. Qui adſtant amici rem taciti ſpectent, neque quidquam dicant, faciantve, quod Chirurgi

Tria facienda in curandis elocatis oſſibus. *Tempus reſtituendi oſſis.* *Qua arte oſſa ſuo loco reponantur.*

opus remorari poſſit. Tum manu ſuperne, id eſt, verſus centrum corporis, inferneque quam proxime A
locum affectum admota, membrum extendatur: nam ſi longius à parte affecta manus admoueris, com-
Hipp. ſen. 60. ſect. 2. de fra. preſſione nimia partes ſanas læſeris, neque è longinquo extendendo valde profeceris. Quod ſi inferne
tantum manu faſciave adiuncta extenſionem moliaris, periculū eſt, ſi nihil ſuperne ſit quod reluctetur
contineatque, ne æger toto corpore trahentem facile ſequatur. His vt dictum eſt, ordine peractis, opor-
tet vt Chirurgus rectam faciat membri affecti extenſionem, oſſe enim fracto luxatove muſculorum
verſus ſuum principium contractio fit, adeoque oſſis ipſius, vt eſt à Galeno notatum: itaque oſſa priſti-
Ad ſent. 1. ſec. 2. de fra. no ſuo loco reſtituere citra muſculorum extenſionem eſt impoſſibile. Sic extenſa parte, oſſa fracta faci-
lius ſuo loco reſtituentur. Ea vbi reſtitueris, mox appoſita manu comprimenda ſunt, ſi quid ſit, quod
emineat. Denique appoſitis plagulis, ferulisque, vt decet, deliganda: At ſi luxatum eſt os, mox ab exten-
ſione ipſum in ſuam cauitatem, mediocriter membrum circumagendo & contorquendo, impellere o-
Quando machinis ad repoſitionem opus ſit. portebit. Cogitur nonnunquam Chirurgus machinas ad id opus adhibere, ſi præſertim luxatio ſit in-
ueterata, ſi fracta luxatave oſſa magna ſint, idque in corporibus robuſtis & duris magniſque articulis:
quia tum viribus maioribus eſt opus, quam quas Chirurgi ſola manus ſufficere valeat, quo enim robu-
ſtiores ſunt in ægro muſculi, eo contumacius & validius ſurſum, ſuum principium verſus contrahuntur.
Cauendum tamē, ne violentior ſit extenſio, ne laniatis ruptisque muſculis & neruis, ante commemo- B
Quæ corpora extenſione violētiori citius lædantur. rata ſymptomata, dolorem, conuulſionem, paralyſim, & gangrænam inuehamus: quæ omnia robuſtis
& ſenilibus corporibus citius adueniunt, quam adoleſcentibus, eunuchis, mulieribus, iuuenibus, & in
genere humidis omnibus: quia violenta extenſione & tractione propter multam & innatam humidi-
tatem atque mollitiem minus læduntur. Sic enim coria vbi liquore ebibito madent, facile & ad trahē-
tis arbitrium extenduntur: ſicca vero & dura, quia ſequacia non ſe præbent, franguntur potius & dila-
Signa oſſis bene repoſiti. cerantur, quam latius extendi poſſint. Itaque eum in extendendo & trahendis membris modum ſibi
ſtatuet & imponet Chirurgus, qui erit corporum habitui conuenientiſſimus. Repoſitum os, reductio-
nemque vt decet factam, ex eo licet cognoſcere, ſi dolor ſedatus ſit: reſtitutis nempe priſtino ſuo ſitui
muſculorum, aliarumque partium fibris, omnique ſublata compreſſione, quam oſſa ſuo loco mota fa-
ciebant: ſi ad tactum nihil prominens aut aſperum, ſed æqualis & leuis apparet membri ſuperficies. Si
deniq; fractum, luxatumve membrum, ſibi oppoſito, articulorum, vt genuum & malleolorum compo-
ſitione collatum, in longitudine & craſſitie pariter æqualiterque reſpondeat. Ad quam rem non ſemel
Relapſus repoſiti oſſis cauſa & ſigna. Chirurgo inſpiciendum eſt, ſed quoties ægrum membrum curaturus tractabit. Poteſt enim continge-
re, vt os bene repoſitum, caſu aliquo, ægri nempe in lecto inconſiderata conuerſione, vel membrorum C
artuumve conuulſiuo inter dormiendum quaſi ſubſultu, muſculis ſua ſponte ſe verſus ſuum principiū
contrahentibus, rurſum excidat, ſuique exceſſus, doloris tenuatione vicina corpora comprimendo
aut pungendo, manifeſta det indicia, qui dolor non ante conquieſcet, quam ipſum loco ſuo fuerit reſti-
Ratio continendorum oſſium, poſtquam repoſita fuerint. tutum, atque in id Chirurgus debet diligenter intueri. Nam ſi, dum callus fit, oſſa oſſibus ſuperpoſita
adequitent, tanto breuius os ipſum, adeoque totum membrum, in poſterum erit: adeo vt ſi in crure
fracto is error contigerit, æger perpetuo ſit claudicaturus magno ſuo mœrore, & Chirurgi dedecore.
Cauebit igitur æger quantum in ſe erit, ne fractum membrum ante moueat, quam callus induruerit. In
luxatis non eſt neceſſaria tam diligens cautio. Hæc ſemel reſtituta & artificioſe deligata, non tam facile
poſtea excidunt quam fracta.

Secundus ſcopus eſt vt oſſa, quæ reſtituta fuerint, ſuo in ſtatu & loco fideliter contineantur. Id
fiet deligationibus, faſciis nempe, plagulis, & aliis, quæ ſigillatim dicemus poſtea. Huc faciunt medica-
menta propria & idonea, affuſio nempe olei roſati cum albuminibus ouorum, & ſimilium repellen-
tium; inde & reſoluentium, prout præſens admonebit neceſſitas. Faſcias, plagulaſque oxycrato in eum
finem imbutas eſſe oportet, aut oxyrrhodino, ſi fractura ſimplex eſt: vel vino craſſo, auſtero, & ſimili li- D
Ad ſen. 21. ſec. 1. de fra. quore tepido, ſi cum fractura vulnus coniunctum eſt ex Galeni ſententia: ac æſtate quidem fracturas
crebrius humectare oportet: Sic enim pars repulſa fluxione roboratur, ex quo inflammatio & dolor
prohibentur. Vbi accidentia & ſymptomata præterierint, ab humectando & irrigando deſiſtendum
eſt: ne calli tardetur generatio, ad quam artibus illis progredi decet, quas poſtea aperiemus. Ad hunc
ſcopum etiam confert partis quies ac decubitus in figura propria & ſitu per ſanitatem conſueto, quo
diutius immota in eodem loco perſtare poſſit. Sed & expedit tum ſolum curare partem, quando opus
Media figura quæ, & cur optima. & qua arte opus eſt, vitatis quam maxime fieri poteſt, inflammatione & dolore. Figura ea cenſetur opti-
ma, quæ media eſt, quæ nempe muſculos ſitu ſuo continet, quæ denique indolens eſt, adeo, vt eam æger
diu ſine labore & moleſtia ferre valeat. His omnibus peractis interrogandus æger, num ſibi conſtrictum
ſit membrum arctius: ſi minime id quidem reſpondeat (niſi forte aliquantulum ſupra fracturam, luxa-
tionemve, illic enim conſtringi arctius expedit) tum ſcire licet, moderatam eſſe deligationem. Atq; in
Deligationis in fractu luxatuque membro ſoluendæ tempus idoneum. fracturis quidem prima deligatio eadem citra diſſolutionem triduo vel quatriduo toto ſeruanda eſt,
niſi forte dolor vrgeat. In luxationibus vero in ſeptimum vel etiam octauum diem eadem deligatio ſer-
uari poteſt, niſi forte ſymptoma quoddam ſuperueniat, quod nos ante id tempus reſoluere cogat: nam E
omni arte Chirurgo videndum eſt, vt accidentium, malignorumque ſymptomatum aduentum prohi-
beat: quod quomodo conſequi poſſit, ſequenti capite dicetur.

Quibus artibus liceat tertium in ſanandis fractis, luxatisve oſſibus ſcopum qui eſt de accidentium & ſymptomatum prohibitione & correctione, conſequi.

CAP. V.

Quatuor prohibendorum accidentium ſumma capita. TErtium illum ſcopum vt contingamus, oportet fractum, luxatumve membrum quam blandiſſime
& indolentiſſime tractare; fluxionem in partem decubituram arcere medicamentis humorē repellē-
tibus

A tibus & partem roborantibus, diæta optima excrementorum in corpore generationem prohibere, & purgatione atque phlebotomia diuertere. Quod ſi iam præſentia ſint illa accidentia, ipſis pro ſua cuiuſque ſpecie & natura eſt medendum: varia enim ea ſunt; inter quæ cenſetur pruritus, qui ab initio ægrum vrit, naſcitur is à ſubacri vaporum ex ſanguine & aliis humoribus ſuſcitatorum, ſub cutem collectione, & ſuppreſſione: vnde leuis mordicatio, quæ pruritum ſimplicem facit: vel grauior acriorque, ex qua, Galeni ſententia, pruritus doloroſus. Itaque tali materia tanquam cauſa vacuata, pruritus omnis ceſſat; Sed ipſa facile & libere vacuari & expirare nequit, quia partis ſpiracula circumpoſitorum emplaſtrorum, plagularum, & faſciarum tanquam onere opprimuntur: adde quod pars ipſa ſolitis muneribus & officiis non amplius fungitur, quo fit, vt calor eius languidior ſit, quam vt diſcutiendæ fuligini collectæ ſatis eſſe poſſit. Quare expedit faſcias tertio quoque die reſoluere, vt ſolutis tanquam vinculis, liber pateat exitus fuliginoſis, ſanioſiſque excrementis ſub cute concluſis, ne ipſam tandem erodant & exulcerent, vt pleriſque contingit, quibus deligationis reſolutione prouiſum non eſt. Sed & aqua calida ſola, vel ſaluiæ, chamæmeli, roſarum, & meliloti in aqua & vino decocto diu fouenda pars eſt: diuturnus enim fotus attenuat & euacuat; breuior vero replet & remollit, vt eſt ab Hippocrate pro-
B dirum. Proſunt etiam leues frictiones, manu vel calente linteo ſurſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, atque in orbem ſecundum omnes ſitus differentias actæ. Quod ſi in ampullas cutis iam ſurrexerit, excidendæ illæ ſunt, ne concluſa ſubtus materia cutem erodat & exulceret: mox inungenda cutis medicamento aliquo refrigerante & reſiccante, vt vnguento albo Rhaſis camphorato, deſiccatiuo rubro, vnguento roſaro ſine aceto, addito ligni carioſi puluiſculo, aut tuthia præparata & ſimilibus. Alia his grauiora nõ raro ſuperueniunt accidentia. Sed de illis dicemus poſtea. Quod ſi quæ ſubſint fracti oſſis reſtulæ, à ſuo toto penitus abruptæ, auellendæ illæ extemplo ſunt, ſi præſertim muſculos pungant: at ſi aſſuloſe fractum os eſt, & è perrupta carne adeo prominens, vt reſtitui in ſuam ſedem nequeat, tenaculis ſeu forcipibus excijſoriis, aut roſtro pſitacino pro re nata reſcindendum eſt. Videndum interim, vt pars perſpiratione gaudeat, & loci mutatione, atque per interualla ſurrectione tanquam flabelletur, videndum etiam, ne nimium oneretur aut conſtringatur: alias promptum eſt inflammationis periculum. His de fracturis, luxationibuſque in genere præmiſſis: nunc ad particularia deſcendendum, ducto à fractura naſi initio.

Pruritus cauſa & differentia.

Ad ſen. 4. ſect. 1. de fr.

Ad pruritũ remedia.

In officina ſect. 3.

Hipp. ſent. 4. 6. ſect. 3. de fract.

De Fractura Naſi. Cap. VI.

C NAſus ima ſui parte cartilagineus eſt, ſumma vero oſſeus. Itaque parte cartilaginea fracturam non patitur, niſi forte ſedem, ſed tantum depreſſionem, diſtorſionem, aut contuſionem. At parti oſſeæ ſæpe aduenit fractura, & ad interiora depreſſio tanta, vt niſi ſolerti reſtitutione prouiſum fuerit, ſimus naſus relinquatur, aut contortus, vnde ſpirandi difficultas. Huius generis fractura vt reſtituatur, quod nimium eminet os, deprimendum, quod vero depreſſum eſt, ſurrigi debet ſpatula aut bacillo affabre facto, bombace aut linteolo inuoluto, vt dolor vitetur. Altera igitur manu ſpatula tenebitur: altera vero reductio fiet & temperabitur. Reſtituto oſſe, directoria ſeu rotundæ conuenientis magnitudinis in nares immittentur, factæ ex ſpongiis, aut ſtupis, aut lobo pulmonis bubuli aut ouilli. Hæc enim mollia ſunt, & oſſa narium nonmodo, ne iterum concidant, impediunt, ſed etiam altius erigunt. Inde plagulis vtrinque ad latera ad perfectam vſque oſſium agglutinationem appoſitis, quodammodo nares coercebuntur, ne figura vitietur, & ſua ipſis rectitudo pereat. Sępe vero fiſtulas aureas, argenteas, plumbeas in fractas nares intruſi, ad pileolum ægri nocturnum filo appenſas, quæ vna eademque opera oſſa, ne iterum deprimerentur, continebant & exitum ſaniei, aliiſque excrementis permittebant, ac inſpirationi atque exſpirationi nihil officiebant. Interim videndum, ne arctiore deligatione nares, niſi forte
D aliud quidpiam ſuadeat, comprimamus, ne vel patulæ fiant, vel ſimæ, vel diſtortæ. Vulnus ſi quod cum fractura ſubſit, id eodem modo, quo capitis vulnera, curabitur. Reſtituta fractura ſequẽs apponendum naribus, partibuſque omnibus aliis ſiccis medicamentum, cui repercutiendæ ac reprimendæ fluxionis vis ineſt, partis vero adſtringendæ, ſeu loco ſuo continendæ, & eius, quæ iam influxit, materiæ reſiccandæ & abſumendæ.

Hipp. ſent. 4. 6. ſect. 2. de art.

Ratio depreſſi naſi reſtituendi.

℞. thuris, maſtiches, boli armeniæ, ſanguinis draconis an. ℥ ß. aluminis rochæ, reſinæ pini an. ʒ ij. pulueriſentur ſubtiliſſime: vel cape farinæ volatilis ℥ ß. albuminum ouorum quantum ſufficit, incorporentur ſimul & fiat medicamentum. Nec vero alia curandi via erit in fracta narium parte cartilaginea. Itaque quæ & illic fit continui ſolutio, fractura, quaſi in oſſe facta eſſet, Hippocrati nominatur: quia aliud nomen ad eam exprimendam accommodatius non potuit inueniri: poſt os enim omnium corporis partium cartilago eſt duriſſima. Callus fractis naribus intra duodecim aut quindecim dies, niſi quid impediat, concreſcere ſolet.

Deſiccando & adſtringendo idoneum medicamentum.

Sen. 47 ſect. 2. de art. & Gal. in com. Intra quod tempus occaleſcat naſus.

De Maxillæ inferioris fractura. Cap. VII.

E MAxilla inferior in duo tanquam cornua & apices terminatur, quorum vnum in acumen deſinit, tendinemque excipit à muſculo temporali, alterum in obtuſum & rotundum finitur ſub proceſſu mammillari, exigua cauitate conditum & alligatum tuberculum ad medium mentum per ſymphyſim coaleſcit, intus medulloſa. Fractura, quæ ipſi aduenit, reſtituitur, immiſſis in os ægri digitis, atque intus, extuſque compreſſis, vt ſic fracta oſſa ſibi appoſita complanentur & vniantur. Quod ſi penitus in tranſuerſum fracta ſit, adeo, vt oſſa ipſa ſibi ſuperemineant, vtrinq; contrariis ex partibus ſurſum, deorſumq; extenſio, & vt ſic loquar, contra extenſio molienda eſt, quo facilius oſſa frontibus aduerſis componantur & concurrant. Dentes interim ſi vel commoti fuerint, vel ſuis alneolis dimoti, priſtinis ſedibus reſtituendi erunt, aureoq; aut argenteo, vel etiam lineo filo ad proximos ſtabiles adnectendi, donec

Maxillæ inferioris deſcriptio.

Fractæ maxillæ reſtituendæ ratio.

Ad dentes dimotos remedium.

ipſi ſtabiliti fuerint, & calli ferrumine oſſa conglutinata perfecte coaluerint, in quam rem, compoſita A
fracti oſſis fragmenta ſtabilientur, appoſita extrorſum ferula, ex eo corio facta, quo calceis in ſoleas ſubaſſuitur, media ipſa ad mentum diuiſa longitudinis & latitudinis, quæ maxillæ conueniat: tum deligatio

Faſcia ad fractam maxillam inferiorem idonea deſcriptio.

fiet faſcia duos digitos lata, longa vero quantum erit ſatis, duobus extremis ſuis fiſſa, media quoque ſui parte in longitudinem inciſa, vt vtrinque mentum complectatur. Quatuor igitur tum eiuſmodi faſciæ extremis ſuis fiſſæ erunt capita, quorum duo inferiora ad ſummum caput adducta, ibi deligabuntur, & ad pileolum nocturnum conſuentur. Superiora duo tranſuerſim traducta, ad imum occiput eidem pileolo, quam fieri poterit artificioſiſſime, aſſuentur. Maxillæ reſtitutæ certiſſimum ſignum eſt, ſi dentes in ipſa locati ſuo & æquali ſitu diſpoſiti cernantur. Non decumbet æger in fractam maxillam, ne eius

Intra quod tempus occalleſcat maxilla inferior.

fragmenta iterum dilabantur, & fluxio concitetur maior. Niſi ſuperuenerit inflammatio, aut aliud graue ſymptoma, intra vigeſimum diem callo firmatur, quia ſpongioſa eſt, cauernoſa, & medulla plena, ſui præſertim medio: nonnunquam tamen tardius ipſa ſaneſcit, prout eſt ægri temperies, quod in reliquis quoque fractis oſſibus locum habet. Vſurpabitur agglutinans & repellens medicamentum *ſuperiori capite* deſcriptum, & alia pro re nata. Liquidis cibis quoſque mandere non ſit neceſſe, nutiri æger debet, quouſque callus obduruerit, ne mandendi labore, male ferruminata fragmenta diſſiliant. Nutriendus B
ergo veniet pulticula, panarella, colatitiis, expreſſiſq; carnibus, ptiſana ſeu hordeatu, gelatina, iuſculis, ouis ſorbilibus, tremulis, inſtauratitiis liquoribus, & aliis huius generis.

De Fractura iuguli. CAP. VIII.

Hip. ſent. 63. ſect. 1. de art.

VT erit fracti iuguli ſpecies, ſic curatio & reſtitutio inſtituenda veniet. Quacunq; vero ratione hoc os fractum fuerit, ſemper extremum, quod humero & ſcapulæ connectitur, eſt eo depreſſius, quod ſterno excipitur: quia brachium deorſum illud rapit. Iugulum ſi tranſuerſim fractum eſt, facilius reſtituitur & ſaneſcit, quam ſi in longum & rectum fiſſum ſit. Nam & omne os tranſuerſim fractum facilius in priorem ſtatum & ſedem redit, dum hinc aut illinc digitis ſurrigitur. At quod ſchidacidon ſeu aſſulatim in longumve fractum eſt, extremitatibus & fragmētis difficilius coit, & coaleſcit: nam vel leui brachiorum motu, quæ compoſita fuerant fragmenta, à ſe inuicem diuelluntur, atque quod humero connexū eſt in inferiorem pectoris partem dilabitur. Cuius ea ratio eſt, quod iugulum per ſe non mouetur, ſed

Reſtituendi fracti iuguli ratio. 1.

cum humeri motu conſentit. Hanc fracturam & aliam quamuis vt reſtituas, cura, ne fragmenta ſibi ſuperimpoſita promineant, vel longius à ſe inuicem diſtrahantur & abſcedant, oportet, vt vnus miniſter C
brachium in poſteriora, alter contra humerum in oppoſita verſus ſe trahat: ſic enim fiet, vt ſic loquar contra extenſio: quæ dum geruntur, Chirurgus fracturam digitis reſtituet, deprimens id, quod eminebat altius, ſurſum vero protendens id, quod erat depreſſum. Nonnulli quo facilius hoc fracturæ genus

Ratio 2.

reſtituant, axillæ ægri glomum, qui ipſius cauitatem impleat, ſubiiciunt, hinc valide cubitum coſtis ap-

Ratio 3.

primunt, tumque os in priſtinam ſedem compellunt. Quod ſi forte fragmentorum extrema adeo depreſſa fuerint, vt commemoratis artibus ſurſum reuocari nequeant, æger reſupinandus eſt puluino, duriore tomento farto, aut gabata inuerſa, & gauſape ſimilive alia re recta, ipſius ſpinæ, qua parte ſcapulis intercurrit, ſubiectis. Tum enim miniſter eouſque ægri humeros manuum innixu deprimet, quoad fragmentorum externa latentia & depreſſa reſiliant & foras ſe dent. Quibus peractis facilis relinque-

Ad iuguli fragmenta curatio.

tur Chirurgo fracturæ correctio, ſeu reductio. At ſi os ſchidacidon ſic fractum ſit, vt reſtitui nequeat, & ſchidiarum ſeu aſſularum aliqua carnem pungat vulneretque, vnde ſpirandi inuehatur difficultas, incidi contra cutis debet, & vnde ſchidia depreſſa attollenda, & præcidendi aculei omnes, quo lethifera accidentia omnia, quæ inde in metu eſſe poſſunt, vitentur: ſi vero plura fragmenta ſunt, ea poſtquam D
reſtituta erunt, medicamēto colletico appoſito venient excipienda, concinnato ex farina frumentacea thure, bolo armenio, ſanguine draconis, reſina pini in pollinem comminutis, & ouorum albuminibus exceptis, circumpoſitis inſuper ferulis linteolo vſu trito veſtitis, eodem illo medicamento imbutis, præterea tribus plagulis pariter inuoctis, quarum duæ lateribus imponentur, tertia vero craſſior prominēti

Deligationis in fracto iugulo ratio.

fragmento, quia ſcilicet ipſum prominentius reprimit. Sic enim nec ad dextram, nec ad ſiniſtram declinare; vel ſurſum attollere ſe ſupra ſortem ſuam fragmenta valebunt. Cæterum eiuſmodi plagulæ conuenientis inſtituentur craſſitiei & latitudinis, quæ nempe ſatis ſit implendis cauitatibus, quæ ſupra infraque id os exiſtunt. Tum conueniens deligatio facienda eſt, faſcia decuſſatim iniecta, quæ duplex ca-

Fracti iuguli perfecta reſtitutio difficilis.

put habeat: palmum lata, ſeſquiperticam longa, plus minuſue, pro corporum ratione. Sic vero obuoluetur, vt brachium in poſteriora deducat: interim axillarum cauitates plagulis complendæ erunt, ea præſertim, quæ ægro oſſi vicina eſt: ſic enim æger deligationem facilius tolerat. Imperandum etiam ægro, vt brachium ipſe per ſe in poſteriora reflectat, manu iſchio appoſita & affixa, quomodo ruſtici ſolent,

Intra quod tempus callo firmetur iugulum.

quando præſultores choreas ducunt. Cæterum quantumuis magna diligentia in hac fractura curanda adhibeatur, vix tamen fieri poterit, quin deformitas in parte ſuperſtes maneat, quod faſcia vt brachio E
aut cruri, ſic iugulo toti obuolui nequeat. Obfirmatur in hoc oſſe callus ſæpius intra vigeſimum diem, quia rarum eſt & ſpongioſum.

De Fractura omoplatæ CAP. IX.

Omoplatæ anatomica deſcriptio.

OMoplata Græcis idem eſt, quod Latinis Scapula, ſeu Scapulæ patella. Coſtis à tergo occipiti, thoracis, ceruicisq; vertebris haud articulata eſt, ſed tantum muſculorū, de quib. in Anatome diximus, interuentu affixa. Ab antica autem parte cum iugulis & humero aliorum oſſium more articulatur: nam proceſſu ſuo, qui iugi ſeu ſpinæ ſpeciem præfert, quique aliis, quia longior ac prominentior eſt.

A Acromion, quaſi apex & ſummitas eiuſdẽ ſpinæ, criſtæ, ſeu iugi ſcapulæ dicitur, iugulum excipit. Itaque nonnulli anatomici totam hanc iuguli cum ſcapulæ excauato proceſſu articulationem Acromion ex Hippocratis, vt rentur, ſententia appellant. Alter eiuſdem ſcapulæ proceſſus exiſtit, Ceruix omoplatæ dictus, breuiſſimus ille quidem, ſed in caput latum ſinuatumque deſinens, excipiendo ſummo humero paratus. Ab hoc proceſſu non longe eſt alter proceſſus Coracoides dictus, quod extremo ſuo adunco coruini roſtri inſtar habeat. Hic os humeri in ſua ſede continet, atque ad eius partis robur confert.

Acromii duo ſignificata.

Scapula frangi ſui qualibet parte poteſt: nempe criſta ſeu ſpina, quæ iugi inſtar, per mediã ipſam aſſurgit tutelæ gratia quemadmodum in dorſi vertebris cernere eſt. Sic & parte ſua latiore introrſum intrudi & deprimi poteſt: itemque eo articulo, quo ipſi ſumus, humerus connectitur. Pro fractarum eiuſmodi partium hac varietate, quæ ſuperueniunt accidentia, grauiora vel leuiora exiſtunt.

Quot modis frangi ſcapula poſſit.

Spinam ſeu criſtam Omoplatæ fractam eſſe intelligimus, quando tactu inæqualitas percipitur dolorifica. Latiorem vero ſeu tenuiorem ipſius partem depreſſam eſſe, ſcire licet, ſi tangenti occurrit cauitas, & punctorius dolor partem exercet, brachium vero è directo poſitum ſtupor occupat. Fragmenta ſi ſuo oſſi adhuc hæreant, & carnem minime pungant, ſuo ſtatui & loco reſtituenda ſunt, illicq; continenda remediis agglutinantibus & callum gignentibus, itemque plagulis & faſciis huic parti accommodatis. At ſi ſcapulæ non cohærent, aut ſubtenſas carnes pungant, incidi contra caro debet, vt roſtro coruino eximantur, & inde auellantur. At quamtumuis nutent, ſi tamen perioſtio & ligamentis adhuc cohæreant, modo ne pungendo muſculis moleſta ſint, eximenda non ſunt: nam non ſemel animaduerti, ea aliquandiu poſt vicinis oſſibus coaleſcere. At ſi penitus ſecreta, nec perioſtio quidem adhæreant, neceſſario auellenda ſunt, alias mox naturæ vi propellentur: quia communi cum toto vitã amplius non fruuntur. *Quod vero viuum eſt*, ait Hippocrates, *mortuum procul à ſe amandare ſolet.* Cuius rei patuit veritas in Marchione de Villars. Huic in conflictu ad Druidas ſclopeto manuario in ſcapula vulnerato, fracti oſſis quædam ſchidiæ cum depreſſæ loricæ & intruſæ glãdis plumbeæ fruſtis euulſæ ſunt, ac non multo tempore poſt vulnus ad cicatricem perductum, plane & perfecte coaluit. At pluſquam ſeptennio poſt ex labore in armis & loricæ grauitate ad pugnã Moncontortiam oborta, ſecundum cicatricem fluxione, & inflammatione, vulnus recruduit, adeo vt ex rupta & reſerata cicatrice multæ oſſium teſtulæ & reliquiæ, ac reſides glandis portiones ſponte naturæ prodierint. At ſi fractura in omoplatæ ceruice, aut humeri dearticulatione contigerit, vix inde datur conualeſcere: quemadmodum in Antonio Borbonio Nauarrorum Rege, Franciſco Lotharingo duce Guiſio, Comite Rhenano ſeu Rhingraffio Philiberto, aliiſque permultis bellis hiſce ciuilibus ipſi vidimus. Nam circum hanc dearticulationem multa extant vaſa inſignia, nempe vena & arteria axillares, nerui ex ceruicis vertebris orti, qui inde in omnes brachii muſculos diſſeminãtur. Sed & ſub orta illic inflammatio atque putredo cordi, aliiſque principibus partibus viciniæ iure facile communicantur, vnde grauiſſimorum ſymptomatum, ac mortis ſæpe conſecutio infertur.

Curatio fracta omoplata.

B

Lib. de Vul. capitis. Hiſtoria.

Naturam ſponte ſua viam ſibi moliri peregrinis corporibus & materiebus eliminandis.

C

Cur fractura in dearticulatione humeri & ſcapula ceruice ſit lethalis.

De Sterni fractura & depreſſione. CAP. X.

STernum aliquando frangitur, alias ſine fractura introrſum deprimitur tantum. Fracturam prodit inæqualitas tactu perceptibilis, ad digiti impulſum introceſſio, & crepitantium ſub digitis oſſium ſtrepitus. Depreſſionem vero manifeſta in parte cauitas, tuſſis, ſputum ſanguinis, atque ex membranæ coſtas ſuccingentis ac pulmonum compreſſione diſpnoea arguunt.

Fracti ſterni ſigna.

Depreſſi ſterni ſigna.

Id os ſeu fractum, ſeu depreſſum fuerit, vt priſtino ſtatui reſtituatur, ſubſtrato vertebris dorſi puluinari, tomento aut fœno infracto, æger eſt reſupinandus, quemadmodum in reſtituenda iuguli fractura diximus. Tum miniſter ambabus manibus, in eius humeros quaſi depreſſurus, magna vi innitetur, interim dum artifex coſtas vtrinque comprimens, manu temperabit molieturque reſtitutionem: inde prohibendæ inflammationi, & ſedando dolori ante deſcripta remedia apponentur, plagulæ aptabuntur & decuſſatim ſupra humeros deligatio faſciis inſtituetur, haud illa quidem arctior, ne ſpirandi libertatem ægro adimat. His ego artibus iuſſu Antonii Borbonii Nauarrorum regis curaui, & ſanaui Antoninum Benandum equitem torquatum, cum ipſi globo ferreo campeſtri tormento emiſſo lorica ita ſubſidens, & intro compulſa, ſternum pariter depreſſiſſet, ex quo ictu tanquam mortuus concidiſſet, is totum trimeſtre poſt procuratam à me oſſis reſtitutionem cruenta expuit, & nihilominus viuit etiam hodie fœliciter.

Curatio.

D

Hiſtoria.

De Fractura coſtarum CAP. XI.

COſtæ veræ, quia oſſeæ ſunt, frangi qualibet ſui parte poſſunt. At ſpuriæ, niſi ad ſpinam dorſalẽ vere frangi nequeunt, quia illa tantum parte oſſeæ ſunt; anteriore autem ad ſternum, cartilagínoſæ; itaque illic tantum plicari & incuruari poſſunt. Quæ fracturæ obnoxiæ ſunt, intus frangi & extus queunt. Sæpe vero fit, vt non penitus frangantur, ſed tantum aſſulatim findantur, idque intus nonnunquã ac non extus: ſic fiſſura ſæpe mediam coſtarum ſubſtantiam, quæ rara & ſpongioſa eſt, non excedit, ſæpe vero ſic totam ipſam perrumpit, vt fragmenta & teſtulæ membranam, quæ ipſis introrſum ſubtenſa eſt, pungant ac vulnerent: tumque graue ſubeſt periculum. At cum ſimplex fractura eſt, ſine membranæ vulnere, punctura, compreſſione, denique ſine vllo alio ſymptomate, tum leue malum eſt. Itaque iubet Hippocrates, vt ſic affecti liberalius ſe cibo impleant, quia ventris moderata repletio coſtarum eſt quoddam veluti fulcrum, & vt ſic loquar, directorium, illas ſuo loco & ſtatu probe continens: quę regula veritatem præſertim obtinet in fractura coſtarum notharũ. Nam quib. hæ fractæ ſunt, à paſtu, quã ante paſtum, melius eſſe ſolet. Ciborum enim vacuitas ſeu ventriculi inanitas, coſtarum facit ſuſpen-

Quæ nothæ coſtæ frangi poſſunt.

E

Differentia.

Sent. 56. ſect. 3. de art.

Cur intrinſeca coſtarũ fractura lethalis. ſionem, vtpote nullo cibi tanquam fulcro ſubſtentatarum. Iam vero quæ fractura extrinſeca eſt, curatu longe eſt facilior intrinſeca: quia hæc membranam coſtalem pungit, inflammationem excitat, in empyema facile deſituram: adde quod hæc, vt illa, tractabilis non eſt, quo fit, vt tam facile reſtitui nequeat, quia libere & plene abſolui nequeant in hoc fracturæ genere, quæ ſunt ad reſtitutionem neceſſaria, nempe trahere, continere, impellere, ſeu adiungere. Illa igitur intra vigeſimum diem ſaneſcit, ſi nihil præterea impediat. A

Signa. Fractarum coſtarum ſigna obſcura non ſunt: dolentem enim locum digitis contrectando, fracturam facile eſt percipere, ex inæqualitate oſſium, & eorundem crepitantium ſtrepitu; ſi maxime penitus fractæ ſint. *Cauſa ſputi cruenti fractis coſtis.* At ſi interna fracta eſt, punctorius dolor ægrum longe acerbius exercet, quam in pleuritide: quod coſtalem membranam fragmentorum aculei pungunt, vnde diſpnoea ingens, tuſſis, & ſputum cruentum. Nam ex ruptis rei frangentis impetu vaſis ſanguis erumpens, à pulmonibus quaſi ſugitur, indeque in tracheam arteriam tuſſicula, exploſus tandem per os reiicitur: nonnulli vt os fractum penitus ac depreſſum proliciant, cucurbitulam apponunt, & male; nam vicinarum & circumiacentium partium per cucurbitulam compreſſione ac contractione, fit humorum in partem maior attractio, & doloris exaggeratio, itaque id etiam vetat Hippocrates. *Sent. 31. ſect. 3. de art. Paul. lib. 6. cap. 96. Auic. 4.* Satius igitur eſt reſtitutionem hac, quæ ſequitur, arte aggredi. B *Curatio.* Decumbat æger in latus ſanum, & ſupra locum fractum ponatur emplaſtrum ex terebinthina, reſina, pice nigra, farina frumentacea, maſtiche & aloe, compoſitum ſuper telam nouam & validam extenſum. Vbi aliquandiu hæſerit, impetu inferne ſurſum facto magna vi auellatur: ſic enim via coſta ſequetur, ſurſum reuelletur & reuocabitur. Id non ſemel feciſſe ſat eſt, ſed ſæpius tentandum, quouſque æger ſibi melius eſſe ſentiat, & facilius ſpiret. Hæc dum Chirurgus ſtudioſe agit, ſi ſimul æger de induſtria tuſſiat ſedulo, & ſpiritum contineat, multo certior affulgebit reſtitutionis ſpes. Alias ſi vrgeat neceſſitas, nempe ſi coſtalem membranam multis neruis, veniſque & arteriis, quæ ſub coſtas feruntur, conſperſam, aculeata fragmenta acerbiſſimo doloris cruciatu pungant, vnde diſpnoea, ſanguinis ſputum, tuſſis & febris, tum mortis inde impendẽtis periculis æger, vt expediatur, vnica via eſt, ſi ſcilicet qua parte fracta coſta eſt, inciſio fiat, vt in ea renudata, oculis pungentia fragmenta intueri liceat, *Inciſio ad coſtam fractam.* eaque vel vnco reuellere, vel præcidere. Atque ſi magnum inciſione vulnus factum eſt, ſuendum id erit, & ſecundum communes vulnerum regulas curandum. Diæta vero, phlebotomia & purgatio (quæ vt ait Hippocra. in ſimplici fractura non magnopere deſiderantur, quod nulla adſint ſymptomata, quę talia præſidia requirant) hic ſymptomatum complicatorum, vt conuulſionis, febris, empyematis & ſi- C *Simplicẽ fracturam ſola chirurgia curari.* milium ratione, eius, qui præerit, Medici conſilio præſcribenda erunt. Loco dolenti ceratum & alia remedia pro re nata imponentur. Deligationes non aliæ inſtitui poſſunt, quam quæ continendis topicis remediis comparatæ ſunt. Situs & decubitus non fere alia, quam quæ ex ægri voluntate & voluptate ſumitur, regula.

De quibuſdam præter naturam affectionibus quæ ad coſtas fractas ſequuntur.

CAP. XII.

Inflatio contuſæ carnis ex fracto oſſe ſymptoma. AD fractas, contuſaſque coſtas multa ſequuntur ſymptomata: ſed inter cætera duo exiſtunt minime vulgaria, de quibus hic nobis eſt agendum. Primum eſt contuſæ carnis inflatio, quæ etiam ad leues oſſis affectiones ab initio neglectas ſequitur. Inflatur autem caro non pure, ſed humore quodam pituitoſo, glutinoſo & mucis ſimili intus coeunte. *Cauſa inflationis.* Cauſa eſt partis in coquendo, ex ictu & intemperie, imbecillitas: quæ alimentum ſolito copioſius affluens, ſeu doloris occaſione tractum, ſeu naturæ ſui conſeruãdi ſtudio incitatæ, impetu cæco, tranſmiſſum, ſibi aſſimilare nequit. Itaque ſemicrudum illic permanens, multos de ſe ſuſcitat flatus, vel à calore imbecilliore agitatum in vapores nebuloſos reſoluitur: *Signa.* Quo fit, vt turgidula eo loco caro viſatur, & molleſcat contra cutis, quaſi calamo inflata. Itaque appreſſa manu, audire licet cedentis aeris ſtrepitum, & videre relictam in parte cauitatem: quemadmodũ D in tumoribus œdematoſis cõtingere ſolet. Huic inflationi niſi occurſum fuerit, ſuccedit inflammatio, febris, abſceſſus, diſpnoea, denique id affectionis ſecundum genus, quod explicandum hoc capite ſuſcepimus, nempe coſtarum putredo, corruptio ſeu ſyderatio. Cauſa eſt carnis ab oſſe abſceſſus & ſeparatio: inde enim fit, vt integumento naturali & carneo illo, quo ſouebatur, os velut tomento denudatum, ſubeuntis aeris, quem nunquam expertum erat, contactu facile offendatur, & tandem quaſi ſyderatione quadam corrumpatur: quod quando contingit, pus ſpuendo ab ore manat, indequé tabeſcũt, *Signa.* ac tandem moriuntur. His omnibus vt occurratur, fracta coſta illis, quas diximus, artibus quam citiſſime eſt reſtituenda: *Curatio.* Inde tumor ille mucoſus, remediis propriis calefacientibus & digerentibus reſoluendus, plagulisque ac faſciis coercendus, vt oſſi caro contigua fiat, & vt ſolebat, ipſum veſtiat. Cæterum haud tam arcta fiet deligatio, quin ſua coſtis, ad inſpirationem & expirationem, libertas ſeruetur. Si in abſceſſum tumor degeneret, mature erit aperiendus, ne diutius coercita materia ſubiectum os putredinis contagione corrumpat. Aperta vomica, materia effundetur immiſſa in vlcus fiſtula, cuius ſummum lino ſit deuinctum, ne in capacitatem thoracis excidat, & pro arbitrio reuocari queat. E

De Vertebrarum dorſi, & apophyſeon, quæ in eis ſunt, fractura.

CAP. XIII.

Vertebrarũ affectiones. VErtebræ alias franguntur, alias contunduntur, alias ad interiora luxantur: ex quibus fit, vt membranæ quæ ſpinalem medullam veſtiunt, vel ipſa etiam ſpinalis medulla compreſſæ, & in anguſtũ coactæ, multa maligna accidentia inuehant, quæ ſanabilia ſint, necne, ex eorum magnitudine certo prædici poteſt. In his ſunt brachiorũ, crurum, ani & veſicę ſtupor atq; paralyſis, quę ſentiẽdi & mouẽdi facultatem

A facultatem ipſis minuunt vel adimunt, adeo vt vrinæ & fæcum excreméta non ſentienti & inuito prorumpant, vel penitus ſupprimantur: quæ vbi contingunt, ait Hippocr. ſpinalis medullæ læſæ vitio, mortem in propinquo eſſe prædicere licet. Eiuſmodi præfatione præmiſſa molienda inciſio eſt, ad eximenda fractæ vertebræ fragmenta, quæ intro compulſa ſpinalem medullam, eiuſque neruos comprimunt. Id ſi non licet, ſaltem apponenda ſunt medicamenta, quæ dolorem ſedent, & inflammationem prohibeant: tum oſſa fracta ſuo ſtatui reſtituenda ſunt, continendaque illis artibus, quas in luxatione ſpinæ dicemus. Quod ſi ſolæ vertebrarum apophyſes fractæ ſint, fragmenta ſuo loco erunt reponenda, niſi à ſuo perioſtio omnino abrupta fuerint: quod ſi contigerit, inciſa cute auellenda ſunt, & vulnus inde, vt decet, curandum. Solas vero vertebrarum apophyſes fractas eſſe cognoſcimus, ſi io commemoratorum ante ſtuporis & paralyſeos ſymptomatum abſentia, ducto ſupra dolentem locum digito aliquid, tanquam fragmentum oſſeum ſub ipſo natans & vacillans percipitur, cum crepero quodam ſtrepitu, & cauitate atque depreſſione: deinde ſi cum pronus æger ſpina deflexa in caput inclinatur, longe grauius dolet quam cum rectus ſtat in pedes. Nam in pronitate cutis ſpinæ ſubtenſa extenditur, & ad fragmentorum aculeos alliditur, vnde dolorifica continui ſolutio ac punctura: in erectione contra cutis ſub-
B tenſa relaxatur ac remittitur, quo fit, vt aculeatis fragmentis minus prematur. Fractæ vertebrarum apophyſes facile ſaneſcunt, niſi complicatum grauius aliquod ſymptoma, quale eſt ingens quædam contuſio & ſimile aliud impediat. Nam vt ante ex Hippoc. diximus, rara omnia & ſpongioſa oſſa intra paucos dies callo firmantur.

Sect. 2. pror.
Curatio fractarum vertebrarum.
Ad apophyſeon vertebrarum fragmenta curatio.
Solarum apophyſis fractæ ſigna.

De Fractura oſſis ſacri. Cap. XIV.

OS etiam ſacrum ſui quadam parte, quæ facile ſaneſcat, frangi rerum contundentium, vt glandis ferreæ, ſclopeto ſeu manuario tormento emiſſæ, incurſu poteſt, vt in multis eſt à me animaduerſum. At ſi vna cum vertebris ipſius coaciuſam ſpinalem medullam fractura violet, vix mors vitari poteſt, propter cauſas *ſuperiori capite* commemoratas.

Quæ ſanabiles & quæ lethales oſſis ſacri fracturæ.

De Fractura Coccygis. Cap. XV.

QVatuor oſſibus coagmentatus eſt Coccyx, quorum primum cauitatem habet, qua oſſis ſacri vltimam vertebram excipit. Reliqua tria ſibi ſunt per ſymphyſim coagmentata, ab horum extremo
C exigua quædam cartilago pendet. Eiuſmodi oſſium fractura curabitur immiſſo in ægri anum digito, & ad fractum vſque locum intruſo. Sic enim fragmentum inde oſſis expellere licebit, idemque ipſum, altera manu extrorſum ſpinæ obducta, cum vicinis ſibi oſſibus æquare & reſtituere. Cæterum quo citius callo glutinetur pars, expedit ægrum in lecto decumbere per totum curationis tempus. Quod ſi ſurgendi incidat neceſſitas, ſic in ſella perforata ſedebit, vt nihil ſit, quod fractam ſedem comprimat: apponentur vero fracturis ſanandis deſtinata remedia, hæc aut illa pro re nata.

Coccygis deſcriptio.
Curatio.

De fractura Coxendicis, ſeu Oſſis Ilium. Cap. XVI.

TRibus oſſibus conſtat Coxendix. Primum nominatur Ilium, alterum Iſchion, tertium Pubis os dicitur. Tria hæc oſſa in conſtantis ætatis hominibus adeo tenaciter ſibi mutuo vnita cohærent, vt diuelli nulla arte poſſint, at in pueris haud difficulter ſeparantur. Id os qualibet ſui parte frangi poteſt ſeu ex ictu, ſeu ex lapſu ab alto in durum aliquod corpus. Fracturam iiſdem ſpecie ſignis, quibus alias, cognoueris, nempe dolore, & quidem punctorio, depreſſa cauitate, & inæqualitate, ac præterea cruris è directo poſiti ſtupore.

D Fragmenta oſſium ſi omnino abrupta fuerint, inciſione cutis facta, primo ſtatim apparatu ſunt eximenda: in quo opere perficiendo cauendum, ne muſculorum capita, vel vas aliquod, ac præſertim inſigne & craſſum, vel denique neruus ille craſſior, qui in femoris & cruris muſculos effunditur, ferro violentur. Quæ contra fragmenta à ſuo perioſtio abrupta non erunt, digitis vt decet, complanabuntur & reſtituentur. Reliqua, pro vt res erunt & apparebunt, ex arte fient.

Coxendicis deſcriptio.
Signa.
Curatio.

De fractura Humeri. Cap. XVII.

HVmerus *os eſt rotundum, cauum, medulla plenum, ceruice mediocri aſſurgens, & in caput craſſius parte ſuperna deſinens.* Parte inferna duabus donatum eſt apophyſibus, anteriore vna, poſteriore altera: inter quas intercedit velut in trochlea orbiculi, exculpta dimidia quædam orbita, cuius ſingula extrema in ſuam quæque cauitatem ducunt, quarum vna exterior eſt, altera interior, vt his tanquam excauatis obicibus, brachio flexo & extenſo ſiſteretur: ne ſcilicet os cubiti, ſi illa integra fuiſſet orbita, hac, illac æque dilapſus, integrum circulum, tanquam ductarius in orbiculo funis circumuolutione ſua abſoluiſſet; quæ res cubiti motum valde conturbaſſet: æqualis enim fuiſſet inflexio, ſeu dilapſus potius in
E partem externam flexioni neceſſariæ, quæ eſt in internam. Iſta ſcire Chirurgum in primis intereſt, ad huius partis fracturas & luxationes reſtituendas. Si fracti huius oſſis fragmētorum alterum alteri valde ſuperiectum fuerit, & robore corporis valeat æger, valide extendendũ brachiũ eſt, humiliori ſede ante iuſſo ſedere ægro, ne cũ reſtituetur fractura, exurgere poſſit, ſicq; inceptũ opus perturbare: atque etiam vt ſic Chirurgo facilior ſit in ſubmiſſo ſibi ægro operatio: quanquam Hippocrates aliud ſpectans, altius ſedere ægrum velit. Videndum vero inter extendendum, vt ipſe humerus terram verſus ad perpendiculum trahatur, ſimiliſq; ſit cubiti flexi inclinatio, quãdo mitella inuoluẽdus eſt. Nam ſi quis altius erecto brachio, aut aliter extenſio reſtitutionem humeri tenet, continendum in eadem illa figura erit: alias ſi figura mutetur, facile reſtitutio diſſoluetur, quando mitella erit brachium includendum. Id igitur

Humeri deſcriptio.
Curatio.
Reſtituto humero qua brachiu debeat eſſe collocatio.

Chirurgo diligenter & fideliter obſeruandum venit, vt dum humerum fractum reſtituet, brachium eo ſitu collocet, vt pectori appoſitum zonam ſpectet decliue. In ferulis circumponendis & faſciis obuoluendis ſit cautio, ne illæ articulos comprimant. Nam Hippocratis ſententia ex neruoſorum, exanguiũ, adeoque ſenſu exquiſito præditorum corporum à ferulis compreſſione periculum imminet grauiſſimi doloris, inflammationis, denudationis, tum oſſis, tum nerui: præſertim vero ſi talis compreſſio internam partem vrgeat, in quam brachium inflectitur: quare quæ illi parti circumponentur ferulæ, breuiores erunt efformandæ. Ergo humerus, poſtquam reſtitutus fuerit, pectori ad angulos rectos brachium apponetur, illicque mitella deligabitur, ne eum mouendi inceſſet neceſſitas, fracti oſſis reſtitutionem & figuram peruertat & corrumpat æger. Cæterum in quiete brachium continendum, quoad fragmenta callo firmata fuerint, quod fere fit die quadrageſimo citius, tardiuſve pro corporum varia conſtitutione. A

Sect. 3. off. & ſect. 1. de fra.

Intra quod tempus callo firmetur humerus.

De Cubiti, ſeu Vlnæ, & Radii fractura. Cap. XVIII.

Differentiæ.


ACcidit nonnunquam, vt ſimul & ſemel cubitus & radius frangantur, nonnunquam alterutrum horum tantum. Franguntur vero vel media, vel extrema: extrema, inquam, quæ vel ad cubiti articulum ſunt, vel quæ ad carpum. B Peſſima omnium fractura eſt, quæ vtrumque os violat: tum enim ad omnes plane actiones impotens membrum redditur, & curatio difficilior relinquitur: non enim tam facile ſuo ſtatu contineri membrum poteſt, quia quod perſtat os integrum, id brachium fulcit, impeditque quo minus muſculi retrahantur, qui conuelli & retrahi ſolent, quoties vtrumque os fractum extiterit: hinc peior ea cenſetur fractura, qua os cubiti fractum eſt. Omnium vero facillima ea, in qua ſolus radius fractus eſt: fractus enim oſſe cubiti ſuſtentatur: vtroque fracto oſſe contra extenſio validior facienda eſt, quia contractiores ſunt muſculi. Itaque ſi quando alterutrum reſtat integrum, alteri fulciendo id plus prodeſt, quam quæuis vel faſciæ, vel ferulæ: quia id muſculos rectos, ne conuellantur, ſuo ſtatu continet. Poſtquam igitur reſtituta oſſa fuerint, faſciiſque & ferulis inuoluta, brachium mitella ex ceruice reuincta ſic inuoluetur, vt manus non multo altior ſit cubito, ne ſanguis & reliqui humores in eam decumbant. Manus vero ea figura ſtatuetur, quæ media eſt inter pronam & ſupinam: ſic enim demum radius cubito ad perpendiculum incumbit: quemadmodum adnotatum ab Hippoc. legimus. Ratio eſt, quod per figuram ſupinam peruerſio eſt, tum in oſſe, tum in muſculis. In oſſe quidẽ, nam ſtyloides apophyſis & cubiti Olecranon ſeu gibbum æquali planitie eſſe debent, & ex aduerſo ſibi componi, quod in figura ſupina non contingit, vt qua proceſſus ſtyloides cubiti, è regione ſtatuatur interioris proceſſus oſſis brachii. C In muſculis vero, quia qualis eſt inſertio, & ſitus capitis muſculi, talis quoque eſt ſitus ventris eius, talis denique inſertio caudæ euſdem: at per figuram ſupinam muſculi orti ab interna apophyſi oſſis brachii cubitum flectentes, caudam ſuperiore & exteriore ſitu poſitam habet. Interim non omittendum, vt ex interuallis ægri brachium quam indolentiſſime fieri poterit, flectatur & extendatur, ne diuturniore mitellatæ partis, otio atque proprii officii intermiſſione, fluxionis, quæ multa in cubiti articulum & partes vicinas decumbit, interuentu tanquam glutine, articulationis oſſa ſibi conferruminentur, vnde ipſius perſtrictio & immobilitas veluti à concreto illic callo: ex quo contingat, vt brachium poſtea neque flecti neque extendi poſſit, quod multis contigiſſe obſeruaui. Cuius rei meminit etiam Galenus, cui id vitioſæ conformationis genus Ancyle & Ancyloſis nuncupatur. Si vero ad brachii fracturam vulnus etiam acceſſerit, videndũ, vt circumpoſitis ferri albi, aut chartę laminis brachium faſcus conuenienter inuoluatur, oſſiumque fragmenta eodem ſtatu, quo repoſita & reſtituta fuere, contineantur: inſuper in molli ſubſtrato puluino brachium collocetur, quemadmodum ſubiecta figura docet. D

Curatio.

Sent. 3. ſect. 1 de fract.

Com. in lib de art.

Fracti cum vulnere brachii, vt decet, deligati ac ſiti Figura.



De Fractura Manus. Cap. XIX.

Sec. 2 de fract. ſent. 9.

Curatio.

OSſa Carpi & Metacarpii franguntur, ſed Hippocratis ſententia ea potiſſimum fracturæ ſpecie, quæ E ſedes nuncupatur, ſi tamen confringi ea contigerit, modus reſtitutionis hic erit. Manum æger ſupra æquale & læue aliquod tabularum expandat: hinc fracta oſſa miniſter extendat, extenſa, artifex reſtituat, & in ſuam quodque ſedem compellat. Reſtituta vero continenda ſunt illis remediis, quæ in cæteris fracturis adhiberi ſolent: nempe cerato, plagulis, linteis & ferulis. Cæterum læſi digiti ad ſibi vicinos alligabuntur, quo facilius tanquam ad palum reuincti in eo ſtatu contineri poſſint, in quo artificis manu repoſiti fuerint. Horũ vero oſſa cum raræ ſint & ſpongioſæ naturæ, breui tempore & facile callo firmantur. His peractis glomere linteo vola manus complenda eſt: ſic enim oſſa fracta non modo facilius ſuo ſtatu continentur, ſed & digiti ipſi in figura media cõſeruantur, plane vt nec omnino explicati ſint,

Glomus vola geſtatus, quem præſtet vſum manus fracta.


A ſint, nec in pugnum compreſſi. Si alia in figura contineantur, qui concreſcet callus, actionem manus, quæ in comprehendendo eſt, vel deprauabit, vel abolebit penitus. Res aliter in fractis pedum digitis habebit. Recti enim illi & explicati continendi erunt, ne ingrediendi, ſtandiq; libertas præpediatur.

De fractura Femoris. CAP. XX.

FEre fit, vt fracti femoris fragmenta ipſa ſibi ſuperiiciantur, propter partis illius craſſos & validos muſculos, qui dum motu & naturali & conuulſiuo verſus originem ſuam retrahuntur, vna ſecum oſſis, in quod inſeruntur & deſinunt, fragmentum rapiunt. Itaque cum huius oſſis fractura reſtituenda erit, æger ſupinus iacere debet crure exporrecto, & femur ipſum Chirurgus fortiter & magna vi extendere. *Cur fracti femoris fragmenta componantur difficilius.* Extenſioni neceſſariæ ſi ipſe ſolus ſufficere nequeat, validos duos miniſtros adhibebit, quo congruente ipſorum opera fragmenta ipſa ſibi frontibus aduerſis aptare & componere poſſit. In hac autem vbi ne manuum quidem opera ſufficiebat, veteres inſtrumentum Gloſſocomium dictum adhibebant, cuius hæc eſt effigies.

B

Gloſſocomii deformatio.



C

Gloſſocomii loco vti licet noſtra trochlea, nam Hippoc. extenſionem in hoc oſſe fracto tam magnam fieri probat, vt etiamſi extenſionis magnitudine fragmentorum extrema à ſe inuicem diſtent, inani ſpatio in medio relicto, deligationem nihilominus eſſe faciendam. *Sent. 67. & 68. ſect. 2. de fract.* Non enim vt in aliorum oſſium extenſionibus, in quibus faſciarum iniectio immotos muſculos ſeruat, ſic hic in femore extenſo, deligationis tantam vim eſſe, vt oſſa, muſculoſve eo ſtatu, quo Chirurgus poſuit, continere & cohibere valeat. In femore enim craſſi ac validi muſculi cum ſint, deligationem ſuperant, non ab ea ſuperantur. Præterea inter reſtituendum conſiderabit Chirurgus, os femoris parte interna ſimum eſſe, externa vero

D gibbum: itaque in natiua illa figura reponendum eſſe. *Natiua & interna femoris curuitas inter reſtituendum conſeruãda.* Alias ſi quis conſiderationis illius immemor, rectum ipſum eſſe velit, ægrum in vitæ reliquum claudicare coget: ideo interna illa & natiua ſimitas, impoſita plagula, vnguento roſato aut ſimili glutinoſo ne excidat, oblita implenda & conſeruanda eſt: ſic enim inſuper deligatio fidelius ſuo loco oſſis fragmenta continebit: quin etiam plagulæ aliis femoris partibus tenuioribus ac minus protuberantibus, vt his, quæ ad genu & poplitem exiſtunt, erunt applicandæ, vt æqualis ſit omnis deligatio, adeoque fidelior. *Deliganda partis æqualem eſſe debere vel natura vel arte planitiem.* Deligationes vero, quemadmodum ante notatum à nobis eſt, trium rerum gratia inſtituuntur. Prima, vt eo ſtatu oſſa cõtineantur, quo repoſita fuerunt, quoad obducto callo firmentur. Secunda, vt prohibeatur fluxio, quæ facile in partes fractas, luxataſve decumbit, tum doloris, tum debilitatis occaſione. Tertia, ad continendas ferulas & medicamenta, quę apponuntur. Prohibetur inflammatio reprimendo, ad partemq; aditu arcendo ſanguinẽ, & alios humores influere paratos, eoſque, qui præter naturam parte continentur in vicinas partes infernas, ſupernaſque exprimendo. Quare non leuis de parandis faſciis cura eſſe debet, ſcilicet vt ex electa & valide contexta tela fiant: non tamen aſpera: longitudinis & latitudinis ſint, quam Chirurgus artificiali coniectura perſuaſus parem eſſe membri craſſitiei & longitudini, ac fracturæ magnitudini iu-

E dicabit, debent enim faſciæ latitudine ſua totam partem fractam obtegere & inuoluere, ac magnam partem eius, quæ ſana eſt. Cæterum quia *libro de Faſciis*, deligandi modum Hippocraticum præcipue probare & deſcribere viſus ſum, hic placet cum nunc appingere, qui noſtris Chirurgis in vſu eſt vulgari. *Hodiernorum Chirurgorũ deligandi modus.* Hodie igitur Chirurgi ad fracturas tres ſibi faſcias depoſcunt: harum primam ſupra læſam partem ſtatim inuciunt ſiue fracta illa ſit, ſiue luxata, ſiue tantummodo paulum emota, conuolutionibus primis ſupra ipſam factis, ita vt maxime atque arctius ibi, minus vero & laxius hinc & inde conſtringant. Eiuſmodi circumuolutiones ſurſum deducuntur, ibique terminantur.

Debent

Cur faſciarum circumuolutiones ſuperna inferna deſiores arctioreſque eſſe debeant.

Debent vero ſibi addenſatæ eſſe ac non raræ, ſic etiam ſi proxime ſeſe ſubſequantur & excipiant, fidelius A
oſſa continebunt & longius, latiuſque ſanguinem ſuperfluum à parte ſana exprimentq; reprimentq;. Secundam faſciam ſuper ipſam pariter fracturam ſtatim iniiciunt duabus factis circumuolutionibus, inde deorſum tendendo, ſic tamen, vt rariores ſint, ac latiore interſtitio à ſe inuicem diſtantes, nec tam ſibi addenſatæ, quam primæ faſciç circumuolutiones, vt minus humorum ad partis extrema exprimant, vt quæ citra inflammationẽ ac gangrænæ periculum tantam humorum copiam capere & ferre nequeant, quia nec ita capacia ſint, & à fonte caloris natiui, qui in centro, quam in circumferentia maior eſt, longius diſtant. In læſæ partis extremo inferno circumuolutiones vel terminant, vel ſurſum inde quaſi reciprocas referunt.

Tertia faſcia cur in contrarium priorum obuoluatur.

Tertiam faſciam in illo partis læſæ extremo inferno iniiciunt, & ſurſum leniter ac blande obuoluunt, circumuolutionibus in contrariam partem primæ ac ſecundæ faſciæ circumuolutionum actis: vt muſculos, qui vi priorum circumuolutionum diſtorti forte ſunt, in naturalẽ ſuum ſtatum reuoc[illegible]. His perfectis deligationibus tres ferulas chartaceas aut ex ſimili aliqua materia applicãt: primam infra fracturam, latiorem illam quidem, & quantum ſatis eſt longam: duas reliquas hinc inde fracturæ circumponunt, digiti interſtitio relicto in vtrinſq; medio, vt oſſis fragmenta ſtuppis aut bombace obuoluta reſtitutaque vinculis confirment, impediantque, ne huc illuc vacillent: tum de collocanda parte cogitant, in quam rem tres ſibi ſcopos proponũt. Primus eſt, vt pars molliter iaceat; Secundus, vt æqualiter; Tertius, vt altiuſcule. B

In collocando membro tres chirurgo debent eſſe ſcopi.

Molliter quidem iacere pars læſa debet, quia durior decubitus ipſam comprimit, doloremque & inflammationem ciet: quæ dum æger patienter ferre nequit, cogitur locum mutare, dum dolori vndique ſolatium quærit atque ſic fractam partem ſubinde loci alteratione commouere, quæ immota in quiete cõtineri debet. Æqualiter vero, quia ſitus inæqualis partem diſtorquet, dum læſæ partis vna portio à re ſubſtrata fulcitur & ſuſtentatur, altera vero pendula, nihil habet

Sect. 2. de fra

ſubiectum, cui inniti poſſit: itaque diligenter cauendum monet Hippocr. ne calx ſuſpenſa, aut pes ſine ſubſtrato puluillo maneant: hinc enim dolorem & moleſtum humorum defluxum eſſe metuendum. Paulo altius autem pars iacere debet, vt prohibeatur fluxio, quæ facile irritatur prono & decliui decubitu: nam ſi humiliori figura pes collocetur, à crure eo ſanguis influens inflammationem faciet: Si contra altior ſit, nihil influere in eum poterit. Omnino igitur non modo pes, ſed & femur atque crus altius, quam reliquum corpus conſtituenda ſunt, tali tamen ſeruata mediocritate, vt pars non nimium diſtendatur, quemadmodum monet Hipp.

Sen. 35. & 36 ſect. 2. de fra.

Interim crus totum pari cum ſano longitudine eſſe & conſtitui debet, ob idque torulis ſtramineis hinc inde fulciendum eſt: vt dicemus poſtea, vbi de eius fractura agemus. Sic, vt diximus, contexta deligatione, nocte ſequente, & poſtera die arctius conſtrictum membrum ſentit æger, quam quo primum tempore deligatum eſt: imo genu in tumorem mollem attollitur, humoris à parte læſa expreſſione: at contra perendie deligatio remittitur, & relaxatur humoris in parte contenti portione digeſta. G

Quando fracto femore reſoluenda primum deligatio.

Poſtridie etiam laxiora omnia ſentiuntur, ampliore humorum facta reſolutione. Tum igitur reſoluenda deligatio eſt, nonmodo ne fragmenta oſſis ſuo ſtatu excidant, ſed etiam vt illa loci alteratione ægro gratificemur, ac præterea vt pruritum vitemus, qui in partibus diutius deligatis ſolet contingere, ſuppreſſione acrium & fuliginoſorum excrementorum, quæ multa in parte quieſcente & deligata ab humoribus excrementitiis, quibus pars perfuſa eſt, & alimentariis in membro quieſcente, colligi ſolent: propter difflationem ac tranſpirationem, denegato exercitio, & occluſis

Hipp ſen. 40. & 41. ſect. 2. de fract.

faſciarum mole cutis ſpiraculis prohibitam, adeo vt horum ſuppreſſione multis non modo pruritus excitetur, ſed etiam rupta cute, ab acrimonia eorum tum vaporum, tum humorum, qui concluſi tenentur, vlcera erumpant. Ergo vbi eiuſmodi accidentia in metu erunt, aqua tepida, & oleo tam diu fouenda pars erit, quamdiu videbitur opus; talis enim fotus dolorem lenit, quod deligationis conſtrictione nimis tenſum eſt, relaxat, partiſque refrigerationem ſanguinis & ſpirituum repercuſſione atque expreſſione inuectam emendat, ſuſcitato calore natiuo & interno. D Si vna cum tumore contuſio adſit, & ſugillatum, diutius fouendum eſt, vt qui in parte humor reſidet excrementitius digeratur.

Sen. 15. ſect. 3. de oſſ.

Quod ſi temporis illa longinquitas non omnino ſatis facit, validius digerentia aduocanda erunt. Cauendum tamẽ, ne horum ſit diuturnior vſus, calli enim generatio inde impediretur. Itaque Hippocr. ſententia hic in memoriam erit reuocanda, quæ dictat, Exigui temporis & imbecillem fotum attrahere quidem, ſed nihil diſcutere: diuturniorem vero & validiorem carnium ſubſidentiam inferre. Sed & habenda ratio temperiei atque habitus ægri: fotus enim plethoricis corporibus adhibiti humores ſuperfluos ad partem attrahunt. Iubent Veteres in ſeptimum vſque diem deligationes reſolui tertio quoque die: poſt ſeptimum vero ſeptimo quoque: ſed hac de re nihil certum & perpetuum ſtatui poteſt. Nam pro accidentium ratione citius aut rarius curandi veniunt ægri, renouatis deligationibus, & reliquo apparatu. Itaque ſi nullum accidens vrgeat, nihil niſi quam tar[illegible]iſſime & rariſſime cenſuerim, eorum, quæ primo apparatu circa ægrum facta ſunt, mouendum.

Fracti oſſis fragmentis compoſitis quiete opus eſſe ad calli concretionẽ.

Nam fragmentorum extrema ſi vel tantillum commoueantur, calli concretio retardatur: vt enim glutine ligna & ſtannea vaſa, ſic oſſium fragmenta callo naturæ prouidentia, ferruminantur & coagmentantur. E Itaque fractis oſſibus quiete valde opus eſt, ad calli concretionem: alias calli materia affluens, ſtatim diffluit, & nihil agglutinatur: calli concretionem, quæ ſub decimũtertium, aut decimumquintum diem fieri incipit, magnopere promouet, appoſitum emplaſtrum ex oui albumine, vna in ipſo agitatis & commixtis roſarum rubrarum & farinæ frumentaceæ puluiſculis, aliaque emplaſtra catagmatica, quæ poſtea in fractura cruris deſcribentur.

A
De Femoris fractura, articulo ſeu oſſis capiti ſuperiori vel inferiori propinqua.
Cap. XXI.

Contingit nonnunquam ad coxæ articulum, in oſſis femoris ceruice fractura, qualem ego in hone- *Hiſtoria.*
ſta matrona animaduerti. Ad eam igitur vocatus, cum ſtatim animaduertiſſem, crus ægrum ſano
eſſe breuius, cum trochanteris externa prominentia ſupra iſchion, quam primo aſpectu ab oſſis femoris
capite eſſe rebar luxationem, ac non fracturam ſubeſſe, facile mihi perſuaſi: tum itaq; extendi os, eiuſq;,
vt mihi videbatur, caput in ſuam cauitatem compuli. Augebat iſtam de luxatione perſuaſionẽ, vtriuſq;
cruris in magnitudine, ad factam à me extenſionem ſubſecuta paritas. Itaque reliqua feci, quæ in luxa-
tionibus fieri ſolent. Poſtridie ſecundo inuiſi, grauiter dolentem comperi, crus partis affectæ breuius,
pedem intro contortum animaduerti. Tum deligationes omnes reſolui, atq; prominentiam, qualem
antea, conſpexi. Conatus itaq; ſum caput oſſis rurſum, vt primo feceram, compellere. Sed id dum co-
nor, ipſius ſtrepitum ſubaudio, ſimulq; cauitatem ſeu depreſſionem nullam in iunctura ſubeſſe conſi-
dero, ex quibus fractum eſſe os, non luxatũ, certo mihi perſuadeo: neq; vero eiuſmodi tantum fracturę
B ſpecies opinionem facit luxationis, ſed & epiphyſeos ſeu capitis huius oſſis è ſua ſede diuulſio: quæ res
minus cautis Chirurgis aliquando impoſuit, non epiphyſeos è ſummo oſſe femoris diuulſionem & ſe-
parationem, ſed luxationem ſubeſſe reputantibus. Tum igitur, vt ad inſtitutam narrationem redeam, *Alia etiam*
os complanatis eius fragmentis reſtitui, ferulas appoſitis plagulis circumpoſui, faſcia duobus capitibus *femoris fra-*
prædita ſupra iuncturam, & circum corpus decuſſando obuoluta, deligationem feci, arcula pedem, ne *ctura luxa-*
quid integumentorum ipſum premeret, muniui. Funem ex laqueari, in medium cubile propendentem *tionem mi-*
multis nudis ad comprehenſionis & ſubnixus opportunitatem intortum appendi, quod ſemper in fe- *tiens.*
moris cruriſque fracturis & luxationibus eſt faciendum, vt habeant ægri aliquod adminiculũ, ad quod
manibus adniti poſſint, quoties aſſurgere, & ſe aliquantulum è cubili erigere volunt, ſeu ad aluum ex-
onerandam: ſeu vt lumbis, natibus, coccygi, aliiſq; partibus longo decubitu compreſſis & laſſatis, per-
ſpirationem & quaſi flabellationem præbeant: cuius defectu dolore & calore præter naturã corripiun-
tur: vnde vlcera, quæ ſæpe tanto ardoris & doloris cruciatu ægrum diuexant, vt ſuborta febre, vigiliis
& inquietudine cõficiatur. Hæc excitandi è lecto corporis opportunitas tanto magis hic neceſſaria eſt, *Oſſis iuxta*
quanto fractura iuncturæ propior eſt: illic enim, quam in medio femore, periculoſior eſt, adeoq; cu- *de articula-*
C ratu & ſanatu difficilior, quia pars eſt exanguis, & propter neruorum, tendinum, atque ligamentorum *tionem fra-*
multitudinem multis malignis ſymptomatibus obnoxia. Cæterum in hac fracturæ ſpecie diligenter *ctura cur*
Chirurgo cauendum eſt, & ſæpius intuendum, ne os reſtitutum mox excidat: quod hic facile fit, leui a- *periculoſior.*
liqua corporis commotione, & ſimili occaſione, quia os femoris vnicum eſt. Itaque quoties deligatio- *Cur femoris*
nes reſoluentur, & fractura curabitur, intuendum acute in oſſis figuram, & partis ægræ, facta cum ſana *fracti com-*
collatione, magnitudinem: nam reſtituta & compoſita fracti oſſis fragmenta, denuo excidere vix poſ- *poſita fra-*
ſunt, quin aliud ſuper aliud efferatur. Sed & antequam callus fiat, ſic extendenda & ſuo ſtatui redden- *gmenta*
da pars eſt, vt ne in vitam reliquam æger claudicare cogatur. Proditum enim ab Auicenna legimus, vix *facile exci-*
cuiquam tam fœliciter ſuccedere fracti femoris curationem, vt claudicatem effugiat: itaq; ægro id etiã *dant.*
curandum eſt, vt ſe, corpuſve ſuum quam minimum commoueat. Veterum permulti, conſolidationis *Lib. 4. fen. 6.*
huius oſſis tempus quinquaginta dierum numero definiuerunt: ſed iſtius, vt ante diximus, rei, nullus *tract. 1. c. 14.*
certus terminus eſſe poteſt. Cæterum quantocunque tempore os hoc firmarit callus, non tamen ipſi *Intra quod*
inniti vel ingredi æger ſtatim à conſolidatione poterit: quia parti etiam diu poſt ſuperſtes remanet im- *tempus fe-*
becillitas: vt interim cogantur ægri fulcimentis ſubalaribus ad incedendum vti. *mur callo firmetur.*
D

De fractura Patellæ genu. Cap. XXII.

Patella genu ſæpe contunditur, ſed minus ſæpe frangitur: cum tamen id contingit, in duo aut tria *Differentia.*
fragmenta abit, alias in longum, alias in tranſuerſum. Nonnunquam media ipſa finditur, nonnun-
quam in multas teſtulas diſtringitur, omnia hæc cum vulnere & ſine vulnere. Signa ſunt: incedendi im- *Signa.*
potentia, eo loci cauitas, fragmentorum attritæ partis perceptibilis diſcretio, & diſcretorum ſub manu
ſtrepitus. Reſtitutio fit hoc modo: iubetur æger crus extendere, imo extentum toto tempore, quo cal- *Curatio.*
lus fiet, tenere: eaque de cauſa ne ipſum imprudens flectat, poplitis cauitas impoſito glomere impletur:
cruris enim flexu compoſita patellæ fragmenta rurſum diſſilirent. His peractis ipſa fragmenta Chirurgi
manu, vt decet, aptantur, aptata remediorum conuenientium appoſitione continentur, factis, deliga-
tionibus, & circumpoſitis torulis ſtramineis, quemadmodum in fracto oſſe femoris fieri diximus. Cæ-
tera denique obſeruanda & facienda, quæ crure ipſo fracto fieri ſolent. Quod ad prognoſticon attinet,
hoc aſſero, neminem mihi viſum eorum, cui hoc os fractum eſſet, qui non in vitæ reliquum claudica- *A fractura*
E uerit. Cauſa eſt, quod inducta calli concretione conſolidatio liberam genu inflexionem impedit: in- *patella ſa-*
ceſſus præſertim per planum, ægris facilior eſt: at aſcenſus longe difficilior & plane laborioſus, huic fra- *nata ægri*
cturæ ſpeciei decubitus ad quadraginta dies, quod minimum eſt, cenſetur neceſſarius. *cur claudi-cent.*


De fractura Cruris. Cap. XXIII.

Hoc fracturæ genus eodem modo curatur, quo brachũ ſeu cubiti fractura: admonet Hipp. tibiam *Sen. 65. ſect.*
periculoſius frangi, difficiliuſq; ac tardius ſanari, quam fibulã: quia illud craſſius eſt, & totius cor- *2. de fract.*
poreæ molis tanquam fulcrum, hoc vero tanquam additamentum tantum quoddam eſt, fulciendis
cruris

cruris muſculis, quibus pes mouetur, comparatum. Sola tibia fracta fracturæ ſigna in interna tantum cruris parte percipiuntur, quia fibula integra non ſinit illam ſe proiicere aut proferre. Contra ſola fibula fracta, fracturæ ſigna in ſola cruris parte externa apparent, quia oppoſita tibia: ipſam ſe inijcere, & fragmentis ſuis intro ſe dare non patitur. At vtroq; oſſe fracto, æque hic atq; illic fracturæ ſigna apparere poſſunt. Alterutro tantũ horum oſſium fracto, fractura curatu & ſanatu longe facilior eſt, quia quod integrum reſtat, læſo longe firmius eſt ſtabilimentum, quam quæuis ferulæ. Cæterum quo inſtructior & paratior ad huius fracturæ reſtitutionem veniat Chirurgus, appoſito de me exemplo rem placet illuſtrare. Ioannes Neſtor Doctor Medicus, Ricardus Hubertus, & ego vna proficiſcebamur ægrum ad fanum fratrum Minimorum inuiſuri. Sequanam igitur in fani conſpectu traiecturi, equum, quo vectus veneram, virgulto in clunes inflicto in nauigium compellere conor. Sed inde fera irridata, ſic calcibus in me irruit, vt cruris ſiniſtri vtrumque os perfregerit, quatuor ſupra pedis articulum digitos. Tum ego grauiora metuens, ictum ne geminaret bellua, dum retrocedo, fracta oſſa diſſiluere, & perrupta carne, caliga, atque ocrea, foras ſe prodidere, ex quo tantum dolorem ſenti, quantum hominẽ tolerare poſſe credibile eſt. Statim igitur in nauigium deportor, quo aqua traiecta curarer: ſed nauigij remis acti commotio, doloris acerbitate fere me enecauit, quod hic oſſium fragmenta aculeata ad carnes circumſtantes allidebantur. Traiecto flumine in proximas ædes cum efferor, longe acerbior mihi extitit doloris renouatio, dum variorum hominum manib. ſublatus, nunc ſurſum, nunc deorſum, nunc dextrorſum, nunc ſiniſtrorſum, dum incedunt ipſi, toto corpore, partibuſque corporis omnib. differor. Lectu tandem traditus cum eſſem, à doloris immanitate aliquantulum reſpirare datum eſt, & ſudorem, quo totus diffluebam, abſtergere. Hinc medicamento, quale pro tempore & loco parari potuit, curatus ſum: id concinnauimus ex oui albumine, farina frumentacea, fuligine furni, & butyro liquato. De cætero Richardum Hubertum obteſtatus ſum, vt perinde me tractaret, quaſi non noſſet, neque de artis ſeueritate, amore mei motus, quidquam remitteret: maxime vero pedem in rectum extenderet, atque ſi vulnus ſatis non pateret, nouacula amplius faceret, quo facilius oſſium fragmenta debito ſtatu comprimeret: digitis, quorum certius eſt, quam affabrefacturum inſtrumentorum iudicium, perquireret, num quæ intra vulnus ſubeſſent teſtulæ, à ſuo oſſe penitus diuulſæ, adeoq; eximendæ: manu ſanguinem, ſanguiniſq; thrombos, qui multi circum vulneris labra concreuerant, exprimeret: crus deligaret ac collocaret, quo ipſe ſitu ac modo optimum noſſet; nempe tres faſcias paratas haberet, quarum primam ſupra vulnus ſtatim ad perpendiculum conijceret, adeo vt à vulnere deligationis initium duceret, ferulas etiam circumponeret, alias quidem tres, alias vero duos digitus latas, ſemipedem longas, nonnihil depreſſas & retimas, quo facilius cruri circumponerentur, extremis ſuis ſtrictiores, & digiti interſtitio à ſe mutuo diſſitas, quas demum vittis illis ſimilibus ſtringeret, quibus mulieres crines ſuos redimere ſolẽt: ita tamen, vt arctior eſſet in vulnere conſtrictio: poplitis & quæ ad malleolos ſunt cauitates plagulis ex ſtuppa linteo inuoluta cõtextis compleret: torulis ſtramineis ſiue ceſticillis intromiſſo fuſte rigentibus linteolo veſtitis, à calce ad inguem exporrectis, & quatuor locis reuinctis, cruris latera muniret: adeo vt figura recta, qua crus donatum fuerat, vix vlla vi peruerti poſſet, mediocri altitudine crus erigeret molliter & æqualiter: denique ab extrinſecus ingruentium occurſu, arcula pedi circumpoſita, armaret. Notandum vero tantum in cruris debita collocatione eſſe momentum, vt ſi quis hic error commiſſus ſit, non leuiore, quam claudicatis diſpendio conſtet. Nam ſi altius, quam par eſt, erigatur, callus concauus fiet parte antica: ſi humilius, gibbus exiſtet. Nec etiam leuiter errant, qui cauitates, quæ ad malleolos ſunt, eo, quo diximus, modo non replent: hinc enim grauiter affligitur calx, dum diuturnam & doloriſicam compreſſionem ſuſtinere cogitur, quæ tandem ipſi intemperiem calidam inuehit, quod ſpiritus libere ad ipſam confluere nequeant, quod ego ipſe cum experirer, cauſa incognita iubebam mihi ex interuallis calcem alleuari, quo perſpirationis beneficio frueretur, ſpiritibus liber ad ipſam eſſet ingreſſus, concluſiſque vaporibus digreſſus: denique compoſitum in puluillo molli fuit mihi crus eo, quo deſcripta figura cernere eſt, modo.

Signa tibiæ & fibulæ fractæ. *Hiſtoria.* *Medicamẽtum paratu facile.* *Facienda crure fracto.* *Quantum momentum in debita fracti cruris collocatione.*

Cruris cum vulnere fracti ac deligati figura.



De quibuſdam ſuper deligationes obſeruandis, quoties cum fractura vulnus coniunctum eſt.

Cap. XXIV.

Quid deligatio ſupra vulnus arctior eſſe debeat.

RAtum illud apud omnes ex Veterum doctrina eſſe debet, deligationẽ ſupra vulnus eſſe faciendam, alias in ingentem mox tumorem pars vulnerata ſe attollet, exceptis humoribus hinc inde deligationis, ſurſum, deorſumq; factæ vi expreſſis: vnde malignorum multorum ſymptomatum prouentus. Huius rei facere licet periculum in parte carnoſa ſana: hanc ſi ſurſum & deorſum intacta, quæ media intertiacet, deligaueris, ipſa in grandem tumorem attolletur, floridum & natiuum colorem in liuidum mutabu,

A mutabit, propter humorum vndique à partibus vicinis expreſſorum inundationem & copiam. Talia igitur multo magis contingent, parte vulnerata aut vlcerata. Hac vero de cauſa vlcus inſupurabile manet & lachrymoſum, cruda & liquida ſanie diffluente, ei ſimili, quem oculi ſtillare ſolent, inflammatione obſeſſi. Eiuſmodi ſanies ſi in oſſa diffluat, illicque reſes aliquandiu cunctetur, ipſa ſuo contactu adurit & corrumpit, eoq; magis ſi rara ipſa ſint & mollia. Eiuſmodi oſſium corruptionis ſigna erunt, ſi plus ab vlcere saniei, eiuſque fœtidioris erumpat, quam ſolet ac debet pro vlceris ſimplicis ratione, ſi oræ vlceris inuerſæ viſuntur, ſi circum caro mollior & flaccida: ſi pulſantis doloris ſimul & profundi triſtis ſenſio ægrum ex interuallis exerceat: ſi demiſſo ſpecillo os perioſtio denudatum percipitur: ſi denique ſcabrum ipſum & aſperum offenditur, vel etiamſi paulo preſſius adactum ſpecillum in oſſis ſubſtãtiam demergitur. Sed de his ſatis multa *proprio de oſſium carie tractatu* dicta ſunt à nobis. At vero talis caries nunquam oſſi continget, ſi pars ægra, vt decet, & ex arte deligata fuerit. Itaque hoc iterum monitum Chirurgum velim, vt quantum res patietur, faſciarum primas obuolutiones ſupra vulnus faciat: niſi forte doloris tanta ſit acerbitas, & inflammationis magnitudo, vt eiuſmodi ſymptomatis & accidentium occaſione à propria hac & legitima morbi cura reuocetur. Tum igitur, quia maius præſtare nihil

Quæ ſymptomata ſequantur parte vulnerata in deligando prætermiſſa.

Oſſium corruptionis ſigna.

Quando locus vulneratus in deligando prætermittendus.

B poteſt, hoc ſaltem agat quod citra noxam licet: nempe linteo haud inualido nimiumve trito, duplato, triplatove, quod vnica obuolutione vulneri comprehendo, vicinęque eius ſufficiat, deligationis & faſciarum vicem ſuppleat: eius oras ad vulneris latera conſuat, ne quoties vulnus curandum erit oſſium fragmenta quæ ſemel reſtituta, immota manere oportet, commouere cogatur. Non enim vt vulnera, vlcerave, ſi oſſa fracta frequentem curationem poſtulant. Ex his patet, quod vt deligationis vacuitas, nimiaque laxitas in doloris & phlegmones vacuitate, ſic & arctior deligatio in doloris præſentia vulneri phlegmonem & abſceſſum inuehit. Sint igitur expoſitis ante regulis & circumſtantiis omnia hic mediocria. Hæc eo conſilio mihi inculcare viſum eſt, quod plerique adhuc reperiuntur, qui Pauli praxim ſequuntur, ac circumuolutiones multas hinc inde ſupra infraque vulnus faciunt, quas mox decuſſatim referunt. Sed clathratum id & feneſtratum deligationis genus omnino eſt improbandum: atque id modo vſurpandum, quod ante ex Hippocra. mente deſcripſimus: nunc tempus eſt, vt ad inſtitutum infortunii mei hiſtoriam regrediar, & quæ poſt primum illum, quem dixi, apparatum circum me acta ſunt, aperiam.

Deligationis vicaria obuolutio.

Clathrata deligatio fugienda.

C

Quæ deinceps poſt primum apparatum cura fracto Authoris cruri fuerit adhibita.

CAP. XXV.

POſt Meridiem mihi Lutetiam in ædes meas delato, detractus eſt ſanguis è ſiniſtra baſilica ad tria vaſcula. Secundo deinde apparatu vulneris oræ, & circum in ambitu loca vnguento roſato oblita fuere, quod de communi Veterum ſententia in fracturarum iniriis valde commendatur: id enim eiuſmodi eſt, vt dolorem ſedet, inflammationem prohibeat, humores longe à parte læſa repellendo; frigidum enim eſt, adſtringens & repellens vt eius indicat compoſitio: nam fit ex oleo omphacino, aqua roſ. pauco aceto, & cera alba. Itaque eo litu per ſex dies ſum vſus, plagulas & faſcias alias in oxycrato, alias in vino rub. craſſo & adſtringente mergebam, ad partis robur & humorum repulſionem, quæ duo in fracturis, cum vulnere præſertim, curanda ſunt Hipp. ſententia. Quare ſi quando nimium reſiccatæ tum plagulæ, tum illę faſciæ viderentur, eas ſubinde vel illo oxycrato, vel oxyrrhodino imbuebam: nam ex illis plus æquo reſiccatis, dolor & inflammatio ſuperueniunt, quod ſic partem arctius conſtringant & duritie lædant. Multos cernere eſt Chirurgos, qui in hoc morbi genere à principio ad exitum ſolis vtuntur adſtringentibus & emplaſticis medicamẽtis: omnino contra methodum ab Hipp. poſitam & Gal. celebratam. Talium enim continuo vſu, pori & ſpiracula cutis occæcantur: vnde ſuppreſſa fuligine, caloris

Illitum vnguento roſato ad quid vtile in fracturis.

Ne ſiccitate induretur plagula & faſcia prouidendum.

D bratam. Talium enim continuo vſu, pori & ſpiracula cutis occæcantur: vnde ſuppreſſa fuligine, caloris extranei incrementum & prurigo, tandemque ab humoris ſeroſi & acris diutius ſuppreſſi, erroſione vlcus. Ex quo licet intelligere, adſtringentibus & emplaſticis vltra ſex dies non eſſe vtendum. Horum loco vſurpanda ſunt, quæ mox deſcribentur, emplaſtra. Per morbi initia diæta adeo tenui ſum vſus, vt per nouem dies nihil quoque die præter duodecim pruna damaſcena cocta, & ſex panis buccellas eſitarem, aquæ ſaccharatæ heminam Pariſienſem potarem; eiuſmodi aquæ talis erat compoſitio:

℞ ſacch. albiſ. ℥ xij. aquæ font. ℔ xij. cinam. ℥ iij. bulliant ſimul ſecundum artem: alias vtebar ſyrupo capilli vene. cum aqua cocta, alias potu diuino dicto, cuius hæc eſt compoſitio. *℞. aqua cocta* ℔. *vj. ſacch. albiſ.* ℥ *iiij. ſucc. lim.* ℥ *j. agitentur & tranſuaſentur ſæpius in vaſis vitreis.* Purgabar, cum opus erat, bolo caſſiæ cum rheo puluerato, pigram aluum balanis ex ſapone ſollicitabam: nam ſi quãdo tardior ceſſaret, calor præter naturam ſtatim renes vrebat. Hac, etſi exquiſita vitæ ratione, conſequi non potui, quin febris me morbi die vndecimo occuparet, fluxioque inuaderet, quæ in abſceſſum abiuit, multo pure diu manantem. His occaſionem dediſſe arbitror, tum portionem humoris in vulneris fundo ſuppreſſam, tum laxiorem deligationem, cum ego iuſtam ſeu arctiorem ferre non poſſem: denique oſſium teſtulas penitus

Aquæ ſaccharatæ deſcriptio.

Potus diuini deſcriptio

Febris abſceſſusque fracturæ ſuperuenientis cauſa.

E diuulſas, adeoque agglutinari inhabiles. hæ enim ideo putreſcentes, in ſuæ putredinis contagium partis proprios ſuccos trahebant, & calore putredinali ſuſcitato, fluxioni, & inflammationi cauſam materialem & efficientem abunde ſubminiſtrabant. Teſtularum à ſuo oſſe diuulſarum opinionem faciebat liquida & cruda ſanies à vulnere dimanans, vulneris oræ tumentiores, & caro circum laxior & ſpõgioſa. Ad has cauſas hæc acceſſit inſuper, quod nocte quadam inter dormiendum muſculi violento impetu ſeſe adeo contraxerunt, vt totum crus in ſublime raperent; ſic vt conuulſionis vehemẽtia, oſſa ſuo ſtatu diſſilirent, & vulneris oras premerent, nec niſi noua extenſione & impulſione, quę mihi longe priore fuit moleſtior, perfecta reſtitui & componi potuerint. Febris cum ſeptem dies duraſſet tandem criſim finemque ſortita eſt, partim puris, partim copioſi ſudoris eruptione.

Signa teſtularum à ſuo oſſe diuulſarum.

Qua cauſa ſit conuulſiui fractorum membrorum ſubſultus. A

Cap. XXVI.

Cur dormientibus extrema frigent.

COntractio illa ſubſultusque quaſi conuulſiuus, fractis membris fere inter dormiendum accidit. Cauſam eſſe arbitror, quod calor natiuus per ſomnum ſe in corporis centrum ſubducat: quo fit, vt extrema refrigeſcant. Interim natura ſolita prouidentia in auxilium parti læſæ ſpiritus tranſmittit. Sed quia à parte male affecta & inhabili non excipiuntur, confertim & raptim, qua ſunt celeritate, eo, vnde venerunt, ſe referunt: horum motum muſculi ſequuntur: cum muſculis oſſa, in quæ inſeruntur, vna raptantur: quo fit, vt hæc iterum diſſiliant, & doloris magno cruciatu citato, ſuo ſtatu excidant. Muſculorum illa contractio fit verſus ſuum principium.

Documenta quædam de partibus, quibus æger neceſſario incumbit, dum in lecto decumbit.

Cap. XXVII.

Otio languere in partibus vires naturales, negotio roborari.

QVibus crus, ſimileve os fractum eſt, hi quia & doloris acerbitate impediuntur, & valetudinis ſeu conſolidationis cauſa iubentur, diu immoti & reſupini in lecto ſe continere coguntur. Interim partes, quibus neceſſe habent incumbere, vt calx, dorſum, os ſacrum, coccyx, femoris, crurisve fracti muſculi, diſtenti & immoti manent, à ſolitis muneribus feriati: Quo fit, vt earum omnes langueſcant vires, & ſenſim obtorpeſcant. B Inſuper etiam per fuliginis & actium excrementorum ſuppreſſionem, atque perſpirationis defectum præter naturam incaleſcant, vnde fluxio, abſceſſus, & vlcus ipſis aduenit,

Qui & qualia fracto crure coccygi & calci vlcera ſuperueniant.

præſertim vero oſſi ſacro, coccygi & calci: illis quidem, quod pauca carne ſint munitæ; huic vero, quod exquiſitiore ſit ſenſu. Vlcera vero earum partium difficulter ſaneſcunt: imo non raro carnibus gangrænam, ſubiectis vero oſſibus cariem, ſphacelum ac necroſim inferunt: vt plurimum autem febrem continuam delirium, conuulſionem, atq; per eam ſympathiæ ſpeciem, quæ ex generis pendet ſimilitudine, ſingultum. Neruoſa enim valde exiſtunt calx & ventriculus, hic quidem corpore ſuo, & neruorum à ſexto pari diffuſa inſigni portione: ille vero è ſubtenſo craſſo tendine, quem trium ſuræ muſculorum cõcurſus, & quaſi in vnum coalitus parit. Quæ omnia lethifera ſunt, tum caloris natiui à febrili, & eo, qui præter naturam eſt, diſſipatione, tum partium nobilium, quibus vita carere nequit, à morticinis vaporibus infectione.

Remedia ad præcautionem prædictorum vlcerum.


Hæc omnia cum mecum expenderem, & aliorum exemplis peritior factus, quam vim ad perniciem haberent intelligerem, per interualla attolli mihi in ſublime è lecto calcem iubebam: & comprehenſo, qui ex laqueari pendebat, fune, memet ſubrigebam, vt perpetuo decubitu compreſſæ partes tranſpirarent & difflarentur. C Quin & puluillo orbiculato, medio ambitu feneſtrato, mollioreq; plumula farto coccygi & calci ſubſtrato, partes illas vt aeris commercio, aſpiratione & afflatu gauderent, ſuſtentabam, linteolaque vnguento roſato, ad doloris & ardoris ſedationem oblita ſæpius admouebam.

Capſulæ ferreæ vſus.

Sed & capſulam ex ferro albo excogitaui, in qua fractum crus compoſitum, longe tutius & certius ſuo ſtatu continetur, quam vllis ſtramineis torulis: & præterea torum ad ægri voluntatem huc illuc transfertur. Hæc capſula impedimento inſuper eſt, ne calx toto ſuo corpore ac põdere lecto incumbat, ſuppoſita ſutæ molli & craſſa plagula, qua parte eiuſmodi capſula excauata eſt: imo etiam aduerſum integumentorum lecti illapſum & illiſionem ſolea ſuppoſita, additaque deſuper ex eadem materia arcula, tuetur & obuallat. Quæ omnia ſubiecta imagine fient tibi manifeſta.

Capſulæ imago.

D



E

A A. *Capſulæ fundum ſeu alueum monſtrat.*
B B. *Alaria quæ ad arbitrium clauduntur & recluduntur.*

C. *Ala-*

A C. *Alariorum extremum, cui ſolea inſeritur & aptatur.*
D D. *Arcula.*
E E. *Solea.*
F F. *Lacuna, qua calx è capſula prominet.*

Pepticum medicamentum.

Nunc quæ remedia ad abſceſſum, qui fiebat, appoſuerim, exponendum reſtat. Vbi igitur abſceſſum fieri & ſuperuenire animaduerti, ſuppurans medicamentum compoſui ex vitellis ouorum, oleo communi, terebinthina & pauca farina frumentacea, eoq; ad puris vſq; eruptionem ſum vſus, mox ad vulnus detergendum remedium, quod ſequitur, adhibui.

Detergens.

℞. ſyrupi roſati & terebinth. veneta. an. ℥ ij. pulueris radicis ireos florentinæ, aloes, maſtiches, farinæ hordei, an. ʒ ß. incorporentur omnia ſimul & fiat mundificatiuum, locum vero, quo conuciebam oſſium penitus diuulſas teſtulas erumpere debere, complendum curaui penicul is ex ſpongia aut ſtupa linea concinnatis, vt hac arte vlcus ad arbitrium mihi pateret. At in vlceris profundum pulueres catagmaticos & cephalicos immiſi cum pauco alumine cocto, ad commemoratarum teſtularum exitum procurandum. His tandem excluſis vlcus cicatrice obduxi alumine cocto. Huic enim cum vis inſit deſiccandi & adſtringendi, laxas & ſpongioſas ſanieq; liquida diſſluentes carnes confirmat & indurat, atq; ad cicatricis generationem naturam adiuuat. Quod ad oſſium fragmenta attinet, ea propter innatam ſiccitatem & duritiem ſibi adiungi & coaleſcere per ſeſe ſine medio nequeunt, ſed ſubſtantia quadam egent, quę ad ipſorum extrema inſpiſſata & concreſcens, illa demum ſibi agglutinat, & tanquam ferrumine conſolidat, materiam ſubſtantia illa ſortitur ex propria oſſium ſubſtantia & medulla: formam vero à calore natiuo & medicamentis emplaſticis, quæ moderate calefaciunt. Contra enim quæ medicamina nimio calore digerunt & attenuant, ea calli materiam velut liquefaciunt & reſoluunt, adeoque poroſim impediunt. Quare ad eam rem ſequentium emplaſtrorum, quorum efficaciam experimento comprobaui, vſum ſuadeo: hinc enim porotica dicuntur.

Puluere catagmatici vim habent eliminandarum teſtularum oſſearum.

B

Calli cauſa tum efficientes tum materiales.

℞. oleor. myrtillo. roſar, & omphac. an. ℔ ß. rad. althea ℔. ij. rad. fraxini & fol. eiuſdem, rad. conſolida maioris & fol. eiuſdem, fol. ſalicis, an. m. j fiat decoctio in ſufficienti quantitate vini nigri, & aquæ fabrorum ad mediætatis conſumptionem, adde in colatura pulueris myrrhæ & thuris, an. ℥ ß. adipis hirci ℔ ß. tereointh. lota ℥ iiij. maſtiches ʒ iij. lithargyri auri & argenti an. ℥ ij. boli armeniæ, & terræ ſigillatæ. an, ℥ j. ß. minus ʒ vj. ceræ albæ quantum ſufficit, fiat emplaſtrum, vt ars docet. Eius loco licet vti emplaſtro nigro, cuius hæc eſt deſcriptio.

Ad calli generationem conferentia medicamenta.

C *℞. lithargyri auri. ℔. j. olei & aceti an. ℔. ij. coquantur ſimul lento igne, donec nigrum & ſplendens reddatur emplaſtrum, & non adhæreat digitis*, vel *℞. oleor. roſat. & myrtill. an. ℥ ij. nucis cupreſſi, boli armeniæ, ſanguinis draconis puluériſatorum. an. ℥ ß. emplaſtri diachalciteos. ℥ iiij. liquefaciant ſimul & fiat emplaſtrum ſecundum artem.* In horum penuria licebit vti ſparadrapo, id eſt, panno Hiſpanico, ſeu Galteri tela, cuius hæc eſt deſcriptio.

Emplaſtri nigri deſcriptio.

℞. puluerum thuris, farinæ volatilis, maſtiches, boli armeniæ, reſinæ pini, nucum cupreſſi, rubeæ tinctorum, an. ℥ ij. ſeui arietini & ceræ albæ an. ℔ ß. fiat emplaſtrum: in quod dum calet, inculcetur linteum vſu vtcumque tritum ad vſum commemoratum. Emplaſtrum diacalcith. veterum omnium ſententia valde commendatur ad fracturas: ſed pro temporis conditione varie præparandum eſt, æſtate enim diſſolui debet in ſucco plantaginis & ſolani, ne plus æquo calefaciat: interim etiam ad corporum affectorum temperiem intueri oportet: neq; enim tam deſiccanda ſunt corpora puerorum, quam ſenum, alias ſi tam ſiccantia medicamenta adhibeantur corpori puerili atque ſenili, calli materia reſoluetur, tantum abeſt, vt concreſcat: quare in remediorum delectu cautio magna Chirurgo adhibenda eſt. Sæpe enim remedia natura ſua bona vſu fiunt non bona, quia ſine iudicio vſurpata & applicata fuere, quæ cauſa exiſtit, cur non
D raro pernicioſa accidentia ſuperueniant, vel callus fiat mollior, craſſior, tenuior, exilior, diſtortus, vel deniq; tardius concreſcat, magno Chirurgi errore & dedecore.

Sparadrapi deſcriptio.

Emplaſtri diacalciteos varia præparatio.

Bona ex ſe remedia euentu non bona.

Quibus ſignis intelligere liceat callum fieri. CAP. XXVIII.

TVm demum mihi firmari callo crus intellexi, cum ſaniei ſolito minus ab vlcere erumperet, cum dolores remiſerunt cum denique conuulſiui ſubſultus quieuerunt, quæ cauſa exiſtit, cur ſolito etiam rarius dehinc crus mihi curandum putarim. Nam frequenti inter curandum vlceris detectione, dū callus fit, materiæ in callum ceſſuræ exhauriuntur & abſumuntur, nempe, vt loquuntur, ros, cambium & gluten, quæ tum oſſeæ, tum carneæ ſubſtantiæ propria ſunt & germana alimenta. Aliis etiam ſignis in coniecturam veni calli concreſcētis: nempe rorulenti cuiuſdam ſanguinis per vulneris oras & poros reſudatione, qui ſplenia faſciaſque ſimili ſibi colore leniter tingeret & aſpergeret: ab effluxu ſcilicet tenuioris & benignioris portionis eius materiæ, quæ in calli coagmentationem abunde affluεret. Quinetiam vaporis cuiuſdam cum moderato calore & blando, à ſupernis partibus ad vulneris vſque locum continenter irrepentis titillante & demulcente ſenſu. Quare tempore ab illo laxiorem eſſe deligationem volui, ne arctiore, materiæ calli, quæ ſanguinis qualitate temperati & quantitate moderati deci-
E dua portio eſt, ad oſſium fragmenta aditum intercluderem. Tum igitur mihi vtendum putaui alimentis ſanguini paulo craſſiori, tenaciori, ac lentiori generando, ac callo ſufficiendo idoneis; cuiuſmodi ſunt animalium extrema, tendinea, & cartilaginea, porcorum, boum, arietum, hœdorum roſtra, pedes, femora, capita, auriculæ quia omnia incoquebam cum oryza, hordeo mundato, & aliis ſimilibus, nunc his, nunc illis ad ſtomachi & palati gratiam. Veſcebar etiam nonnunquam alica, ſeu pulte frumentacea panatellave ſiliginea cocta in capi iuſculo cum vitellis ouorum, vinum bibebā rubrum, craſſum, adſtringens, aqua mediocriter temperatum. In ſecunda menſa, caſtaneas & meſpilos comedebam: nec vero præter rationem hæc in ſpecie de alimentis adnotaui; quia à durioribus alimentis, ſi præſertim ſimul friabilia ſint & fragilia, vt eſt caro bubula, æqualis eſt noxa, quod ad calli generatio-

Dum callus fit, rarius curandum vlcus.

Hipp. ſen. 43 ſect. 1. de fra.

Alimenta generando callo idonea.

Alica quid.

Lib 6. meth. cap. 5.

nem & concretionem attinet, atque à leuioribus. Illa enim callum ſicciorem, hæc teneriorem A ſuppeditant, quare ea demum alimenta callo gignendo apta pronunciat Galenus, quæ nec fragilia ſint, nec friabilia, nec ſeroſa & tenuia, aut ſicciora, ſed moderate craſſa ſimul & viſcida, ſeu pinguia, & tenacia. Hæc alimenta à ventriculo in chilum mirificata inteſtinis demandantur, hincque per venas meſaraicas in portam & ſima hepatis, mox in venam cauam, denique in venas per totum corpus eiuſq; partes omnes ſparſas: ex his venis quædam etiam exiſtunt, quæ ſanguinem in oſſa inuebunt, oſſium autem cauitatibus amplis medulla quemadmodum exilibus ſuccus quidam medulloſus proprium ipſorum alimentum medullæ vicarius concluditur. Medullæ vero generatio eſt ex ſanguinis craſſiore portione, quæ in maiores oſſium cauitates, maioribus venis & arteriis, in minores vero minoribus, quæ in ipſorũ deſinunt poros ac ſpiracula, influit. In magnis enim oſſibus licet notare inſignes & manifeſtos meatus, per quos in vſum commemoratum venæ ſubeunt & arterię, iiſdem etiam & nerui vna ſe inferunt, ex quibus coit membrana, quæ oſſium medullam inuoluit, ſenſu ob id exquiſitiſſimo prædita, quemadmodum experientia docet: quæ cauſa eſt, cur pleriſque medulla ſentire videatur, quod eius membranæ læſæ dolores ſint acerbiſſimi. Ex medulla igitur & propria oſſis ſubſtantia, reſudat craſſus quidam & terreſtris ſuccus, ex quo, vi aſſimilatricis facultatis, quę eſt loco formatricis, coit & cõcreſcit callus. Simplices cruris fracturæ fere quinquageſimo die callo firmantur; at vulneris coniuncti & teſtularum penitus diuulſarum, aliorumque, quæ ſuperuenerunt, accidentium occaſione, totum trimeſtre exactum mihi eſt, antequam oſſium fragmenta callo ſubſtituto perfecte conſolidarentur, quin & alius menſis exactus eſt, priuſquam cruri inniti poſſem ſine ſubalari fulcimento. Erat vero mihi per primos dies inceſſus dolorificus, quod ſubſtitutus callus muſculorum locum occuparet: nam antequam priſtina motus libertas fractæ & callo firmatæ parti redire poſſit, neceſſe eſt, vt tendines ac membranæ ſeſe ſenſim ab obducta cicatrice diuellant. His omnibus in rebus perficiendis ſedulam mihi & fidelem operam inter Chirurgos præbuit, vt Medicos prætermittam, Antonius Portalus Regius & Pariſiẽſis Chirurgus.

Medullæ generatio.

Cur medulla ſentire videatur.

Quod diuturni ſpatio callum crure fracto concreſcat.

B

De his, quæ calli generationem remorantur, & corrigendis eius ſi male conformatum ſit, vitiis.

CAP. XXIX.

Diaphoretica calli generationem impedire & vnctuoſa.

HIs de calli concreſcentis ſignis, de ipſius generatione, & generationis modo expoſitis, reſtat, vt ea explicemus, quæ eius generationem remorantur: & quæ contra eiuſdem conformationem & concretionem promouent. Quæ igitur calli generationem vel penitus impediunt, vel tardant, digerendi ſeu reſoluendi & attenuandi vim maximam habent: aut etiam vnctuoſa ſunt, oleagina & humida. Talibus enim liqueſit & tabeſcit, atque conſumitur, aut molleſcit & relaxatur ſuccus, ex quo callus concreſcere debet. At contra quæ callum promouent, deſiccantia, incraſſantia, inſpiſſantia, indurantia, & emplaſtica eſſe debent, moderate calida & adſtringentia. Quod vero ad medicamenta humida & relaxantia ſpectat, locum hic habere non debent, niſi cum contigerit, callum male cõformatum eſſe, nempe craſſiorem eſſe aut diſtortum, aut alioqui praue figuratum, quo deteratur & diffringatur reparandus denuo. Sed tamen talia tentanda non ſunt, niſi recente adhuc callo, & ita deprauato, vt ipſius vitium partis natiuam conformationem inſigniter peruertat, & actionem vehementer offendat. Tum igitur fouendus locus eſt capitis & inteſtinorum arietis decocto, in quo bullierint radices biſmaluæ, bryoniæ, ſemina lini, fœnigræci, ſtercus columbinum, grana lauri & ſimilia. Vtendum etiam erit litu & emplaſtro ſequentibus. C

Quæ calli generationem promoueant.

Quæ mollientia ad callum valeant.

Quando & quo callus deterendus, & denuo reparentur.

℞. vng. de althea. ℥ iij. olei liliorum, & axungiæ anſeris an. ℥ j. aquæ vitæ parum, liqueſiant ſimul, fiat linimentum, quo liniatur pars. Hinc ipſi ſequens apponatur emplaſtrum.

℞. emplaſtri de vigo cum mercurio, cerati œſipi deſcriptione philagrii an. ℥ iij. olei anethini & liliorum, an. ℥ j. liquefaciant omnia ſimul fiat emplaſtrum, extendatur ſuper alutam ad vſum dictum. Vbi ſic mollitus callus videbitur, diffringendus erit & naturali ſuo ſtatui oſſa reſtituenda, & fracturæ tanquam ab initio retexenda curatio. Si ætate nimium callus obduruerit, præſtat non diffringere, ac nihil moliri, ne quid inde ægro deterius contingat, contingere namque poteſt, vt ipſo diffringendi conatu, os alia quauis parte potius, quam qua callo firmatum eſt, frangatur. Itaque cautus æger claudus viuere mallet, quam claudicatis fuga, vitę periculum ſubire. Si craſſior eſt callus, minuetur, ſi quidẽ adhuc recens eſt, medicamẽtis remollientibus, reſoluentib. & validiſſime adſtringentibus, quib. vis ineſt liquefaciendi, deſiccãdi & exhauriẽdi. Vtile etiã erit callum oleo laurino, in quo ſal petræ aut ſalis aliud quoduis genus diſſolutum fuerit, validius fricare, hinc faſcia obuolutum impoſita lamina plumbea arctiſſime conſtringere, quo humoris alimentarii in partem affluxus prohibeatur; ſicque ſenſim callus contabeſcat & minuatur. Si contra contingat callum tenuiorem & exiliorem eſſe, aut tardius concreſcere, quod faſciis arctius conſtringatur, aut quod pars deſes diutius in otio, quam par eſt, contineatur, citra proprii officii exercitationem (quæ cauſa vel inter præcipuas emaciationis cauſas cenſenda eſt, vel hoc nomine, quod exercitatio partis natiuum calorem exſuſcitet concoctionis & nutritionis opificem) aut quod alimenta ingerantur, quæ in qualitate peccent, aut quantitate, aut vtroque, aut quod frequentius deligatura parti adhibita reſoluta fuerit, vel quod pars ipſa præpropere & ante tempus ſolidis muneribus & motionibus obeundis ſe expoſuerit, pro cauſarum varietate, remedia erunt adhibenda. Nam ſi membri ſit arctior deligatura, reſoluenda illa erit, imo fractus ipſe locus exempta faſcia deligatione penitus expedienda, & nouum deligationis genus obducendum eſt, quod à radice vaſorum, nempe alis ſi brachium, aut inguinibus, ſi crus fractum ſit, initio ducto fracturæ aduoluatur, ipſa tamen intactæ & incomprehenſa: ſic enim à fonte & ſcaturigine exprimitur ſanguis & in partem affectam compellitur: contraria plane D E

Quis callus minime diffringendus, quantumuis diſtortus aut alioqui male conformatus.

Craſſior callus quo minuatur.

Exilioris calli cauſa.

Remedia ad exiliorem callum.

via

A via ei, qua ante docuimus, in inflammationis metu ad partem affectam aditu arceri. Fient etiam vtiliter frictiones molles & fotus ex aqua tepida, à quibus tum erit deſiſtendum, cum pars incaleſcere & intumeſcere videbitur. Si qui frictionem, fotumq; perſequatur diutius, id ipſum reſoluet, quod attraxerit. Hoc enim iam pluries notauimus, quod frictionum & fotuum contrarii ſint affectus, pro temporis breuitate & mora. Conferent quoq; ad hoc inſtitutum picationes, & reliqua, quæ membris atrophia laborantibus fieri ſolent. *Quando à fouendo & fricando deſiſtendum.*

De fomentis, quę ad oſſa fracta adhibentur. Cap. XXX.

FOmenta oſſibus fractis adhibentur varia variis de cauſis. Calidam aquam in fotum cum vſurpamus, eam intelligimus, quæ in medio plane exiſtit feruentis & frigidæ: quæ ſcilicet moderato tepore prędita, tum Medico, tum ægro admota manu percipitur: ex tali aqua fotus breui tempore adhibitus, humorem, qui in corporis ſuperficie eſt, moderate calefacit, attenuat, & ad reſolutionem præparat: ad partem atrophia laborantem ſanguinem & humorem alimentarium euocat, dolores ſedat, nimis tenſa relaxat, membrum adſtrictioris deligationis, aut alterius cuiuſuis rei occaſione refrigeratum, moderate *Aqua tepida qua & quos effectus pariat.*
B calefacit, calidius contra refrigerat per accidens, digeſto humore calido, qui in membro concluſus erat. Breue tempus in fouendo exactum eſſe intelligimus, cum rubere & tumere pars incipit: iuſtum vero, quando pars manifeſte iam rubet & tumet. Multum vero ac nimium tempus impenſum, ex eo conicimus, ſi qui paulo ante rubor apparebat, euaneſcit, & tumor, qui partem attollebat ſubſidet. In fouendo etiam, corporis, cui fotus adhibetur, habenda ratio eſt: Nam ſi plethoricum ſit, fomentum vel mediocre partem ſuperfluorum humorum copia diſtentet: at ſi macie extenuatũ eſt, partem carnoſiorem & ſucculentiorem reddet. Reſtare nunc videtur, vt de oſſium pedis fractura dicamus. *Nota breuior, iuſti, & nimius fotus. Plethoricis fomenta nocere.*

De fractura oſſium pedis. Cap. XXXI.

OSſa tarſi, pedii, & digitorum pedis, quemadmodum oſſa manus frangi poſſunt: quare eadem illis, quæ his curatio erit adhibenda, niſi quod digitorum pedis oſſa figura curua continenda non ſunt, quemadmodum oſſa digitorum manus: ne illorum actio pereat aut deprauetur. Siquidem vt cruribus ad ambulandum, ſic pedibus vtimur ad ſtandum. Sed & æger in lecto continendus eſt, quoC
uſque callus confirmatus fuerit. *Cur recta figura pedis oſſa fracta collocanda & continenda ſint.*

FINIS LIBRI DECIMIQVARTI.

D

E

A

DE LVXATIONIBVS.

LIBER DECIMVSQVINTVS.

De Luxationum ſpeciebus & modis. CAP. I.

B

Quid proprie dicta luxatio.

Minus proprie dicta luxatio quid.

Tertia ſeu luxationum ſpecies.

Quarta ſeu luxationum ſpecies.

LVxatio eſt *capitis oſſis e ſua cauitate in locum inſuetum præter naturam exceſſus, motum voluntarium impediens.* Eſt alia luxationis ſpecies, quam facit violenta diſtentio, & quædam quaſi diuaricatio, ac dilatatio, ſeu exolutio in latum & longum ligamentorum nectuoſorumq; omnium corporum, quæ articulos continent, firmãt & deuinciunt. Sic tormenta & fidiculas paſſis, craſſum illud ligamentum, quod in interna eſt iſchii cauitate, violentius extenditur: qui ex axillis proiecti pependerunt, ligamenta his humeri cum ſcapula dearticulationem cingentia rapidius dilatantur. Eadem ratio eſt eorum, quibus pes ab incerto in lubrico greſſu contorquetur. Tertia exiſtit luxationis ſpecies, cum quæ modo iuncta contigua & alterum alterius lateri aduincta ſunt oſſa, dehiſcunt, vt in brachio cum radius à cubito, in crure tibia à ſura ſeu fibula recedit: quanquam hæc ad illam ſecundam referri poteſt, quia citra dilatationem, aut etiam abruptionem ligamentorum non fit. Quarta his etiam additur: cum ſcilicet oſſium epiphyſes & capita, à ſuo oſſe, cui impoſita & addita inſident, diuelluntur: cuiuſmodi luxationis impropriе dictæ ſpecies locum habet maxime in oſſibus iuuenum, cognoſciturque partis impotentia, oſſium crepitantium ſtrepitu, & cum attrectantur, colliſione. C Hæc eadem iuuenum oſſa alteri etiam caſui obnoxia ſunt: nam vt ſenilia à violento impetu franguntur, propter acquiſitam ſiccitatem & duritiem: ſic puerilia propter inſitam mollitiem & humiditatem incuruantur.

De Luxationum differentiis. CAP. II.

Luxationes ſimplices quæ.

Quæ compoſita dicantur.

Quid luxatio completa, quid item ſubluxatio.

LVxationum aliæ ſimplices ſunt, aliæ compoſitæ. Simplices dicimus, quæ nullam aliam præter naturam affectionem coniunctam habent: Compoſitas, quæ vno vel pluribus præter naturam affectibus complicatæ, vt cum ad luxationem vulnus, fractura, dolor ingens, inflammatio, abſceſſus acceſſit. Horum enim occaſione ſæpe cogimur luxationem miſſam facere tantiſper, dum illa remiſſionem ex ſeſe vel arte noſtra habuerint. Sunt & luxationum aliæ completæ ac perfectæ, cum nempe os ſua cauitate penitus excidit: aliæ imperfectæ, cum leuiter tantum emotum eſt, non autem omnino elapſum: ex quo & ſubluxationis nomen is caſus habuit. A loco etiam luxationum differentiæ ducuntur: nam aliquando in anteriorem partem alias in poſteriorem, ſuperiorem, inferioremque os luxatur, D nonnunquam ſecundum omnes ſitus iſtas differentias luxari poteſt: nonnunquam ſecundum quaſdã tantummodo. A barticuli etiam luxati conditione in magnitudine & paruitate: à ſinus excauatione ſuperficiaria, aut depreſſiore: denique à tempore, ſi ſcilicet recens, ſi inueterata ſit luxatio, ſumuntur differentiæ. Has omnes notaſſe operæpretium eſt, quia pro ſingularum varietate curandi exiſtunt indicationes, vt docebimus poſtea.

De cauſis Luxationum. CAP. III.

Internæ luxationum cauſæ quæ.

Externæ luxationum cauſæ quæ.

Hæreditariæ cauſæ quæ.

LVxationum tres in genere exiſtunt cauſæ; internæ, externæ, & hæreditariæ. Internæ ſunt excrementitii humores & flatus, qui in dearticulationes magna vi & copia decumbentes, ligamenta, quę oſſa mutuo ſibi nexu colligant, ſic lubricant, remolliunt, & relaxant, vt ipſa facile ſuis ſinubus excidant: vel eadem ligamenta ſic replent, & diſtendunt, adeoque decurtant, vt contracta vna oſſium appendices, à quib. oriuntur, contrahant, & ab oſſe cui ſunt ſuperpoſitæ, diuellant, vel etiam oſſium capita ſuis ſinub. ſubtrahant, ſi maxime ſimul concurrat noxii humoris impetus, qui cauitates dearticulationum E occupans & replens, ipſa ſuis ſedibus depellat, vt ſæpe per iſchiadas, iſchii dearticulationi contingit, & ſpinæ vertebris, quarum luxatione gibboſi aut alioqui diſtorti homines euadunt. Externæ vero luxationum cauſæ ſunt, caſus ex alto, ictus contundens, & grauis, tormenta ex inceſſu in lubrico conſortio, & ſimilia omnia, quæ oſſium capita ſuis ſedibus ac ſinubus excedere cogunt, quod etiam infantulis in ipſo enixu & partu accidit, cum ab obſtetricibus imprudentius & violentius extrahuntur, adeo vt his brachia vel crura luxentur. Cauſæ hæreditariæ ſunt, quas ipſi parentes in prolẽ transfundũt: hinc eſt, ꝙ gibboſis gibboſi, & claudis claudi nõ neceſſario quidẽ, ſed haud ita raro generãtur. Cuiꝰ rei quotidiana expe-

A experientia fidem facit. Quin & ipſe Hippoetates author eſt, infantibus in ipſo vtero artus luxari poſſe ex lapſu, ictu, & compreſſione, articulationumque humiditate nimia, & laxitate: ex quo & varos vaciasque multos ab ipſo ortu intuemur, vt mirari & in dubium reuocare iam nemo debeat. Quod *in libro de Articulis* à Galeno notatum legimus, pueris in vtero materno abſceſſus contingere poſſe, qui ſua ſponte aperta vomica pus effundant, & cicatricem ſolo naturæ beneficio contrahant: accidit etiam permultis à prima conformatione, articulationum cauitates minus, quam decet, depreſſas ipſaſque cauitatum oras ſeu crepidines valde teſimas eſſe: quo fit, vt oſſiũ capita minus alte in ipſas ſubire poſſint. Contingit alijs, vt ligamenta, quæ oſſibus articulationum connectendis à natura deſtinata, inſertaque ant circumpoſita ſunt, tenuia ſint, ab ipſo primo ortu, & parum valida, aut pituita multa, ſeu congenita, ſeu aliunde affluente diffluant, adeo vt lubrica ipſa, oſſium nexus minus fideliter cõtineant. His omnibus vt oſſa facile luxantur, ſic mox facile etiam ſine Chirurgi opera reſtituuntur, quemadmodum in nonnullis eſt à me aliquando obſeruatum.

Sect. 3. sent. 88 & 4 sec. 82. 4. sen 3. & 4 lib. de art.

Pueris etiã abſceſſum in vtero cõtingere.

Quibus facile oſſa luxentur & reſtituãtur.

Luxationum ſigna. CAP. IV.

B SIgnotum, quibus in luxati oſſis cognitionem ducimur, alia ſunt luxationibus omnibus communia, alia cuiuſque propria. Commune eſt, vt ſemper ſit tumor ea parte, in qua os prorumpit, ea ſinus, à qua receſſit. Propria vero ſimulatque de ſingulis luxationum ſpeciebus dicemus, proponentur. Completam luxationem cognoſcimus actione partis deperdita, id eſt, motu abolito, dolor etiam luxationis opinionem facit, caput cum oſſis, quod ſuo loco motum, cogitur alieno, carnes premit, neruisq; pariter ſua ſede motis diſtentionem infert. Huc etiam facit articulationis ſanæ cum ea, quæ læſa creditur, collatio, in qua comparatione oportet ſanam partem, quæ alteri confertur, nullatenus nec natura, nec caſu eſſe vitiatam, non diſtortam, non emaciatam, non ſupra modum tumidam: alioqui fucum faciet, ac minus cautis imponet. Luxationis incompletæ ſignum eſt actionis in mouendo labor atque difficultas. Ligamenta vero articulationum connexioni inſeruientia, extenſa ac relaxata ex eo cognoſcimus, ſi digitis caput oſſis preſſum, in contrariam partem facile diſpellitur, indeque ſubito reſiliat: ſi adactus in articulationem digitus, facile ac nullo reſiſtente corpore, quaſi intus inania omnia eſſent, ſubit: ſi motus ſit difficilis, aut etiam nullus.

Communia luxationibus omnium ſignum.

Cur luxata doleant.

Luxationis improprie dictæ ſigna.

De Prognoſi in luxationibus inſtituenda. CAP. V.

C ARticuli omnes peruerti ſeu luxari poſſunt, ſed non perinde omnes reſtitui. Luxatur enim caput, ſed inde cita mors venit, propter ſpinalis medullæ totius ſuo ſtatim ab exortu compreſſionem. Par eſt vertebræ in ſpina & maxillæ, quæ vtraque parte prolapſæ, antequam reponerentur, inflammationem & inſignem tumorem mouerint, indicium. Reliquarum dearticulationum oſſa vt magis minuſve luxata, & ſua ſede dimota erunt, ita facilius aut difficilius reſtituentur. Nam quo propius à ſua cauitate aberunt, eo citius; quo lõgius, eo tardius ac difficilius reponentur. A figura etiam luxati oſſis ductũ indicium facit indicium facile aut difficulter reſtituẽndæ luxationis, vt in cubito. Iam, quod facilius oſſa luxantur, eo facilius ſemel luxata reſtituuntur. Carnoſis enim & bene habitis corporibus oſſa non facile excidunt: at vbi exceſſerunt, non facile reponuntur. Talibus enim dearticulatio arcte vndique conſtricta tenetur muſculorum craſſitie, & affuſi adipis copia. Emaciatis contra, his præſertim, qui ex habitioribus tales euaſerunt, dearticulationes laxiores exiſtunt, quo fit, vt oſſa facile excidant, adde quod concoquentis facultatis vitio, iiſdem articulationes mucoſis humoribus implentur, quo fit, vt tanquam in lubrico oſſium capita minus ſtabilia ſint, vt eſt ab Hippocrate commemoratum. At gracilibus, ſcilicet corpus ſiccum & compactum eſt ac denſum, muſculi validiores D ſunt & ligamenta robuſtiora ac ſicciora; quare his difficilius elocantur oſſa, & elocata difficilius reſtituuntur. Quædam oſſa iuncta inter ſe nonnunquam dehiſcunt, vt cum latum ſcapularum os ab humero recidit ad acromion, & in brachio radius à cubito, & in crure tibia à ſura, calcis os à talo. Sic diducta oſſa nunquam ruſus inter ſe iunguntur, nunquam priſtinam formæ gratiam, nunquam actionum robur recuperant. Tum enim plurimum fit, vt ligamenta vel abrumpantur, vel exoluantur & effœminentur. Quibus ab interna cauſa oſſa luxata ſunt, illa poſtquam reſtituta ſunt facile, rurſum excidere poſſunt, quod humore excrementitio madida & imbuta ligamenta, ipſa fideliter continere nequeant: ſæpe ligamenta haud tota, ſed portione tantum ſui abrupta ſunt, hincque actio partis vel perit vel debilitatur: eſt & inſanabilis illa luxatio, cum ligamenta humore excrementitio madentia & turgentia decurtantur & contrahuntur tantum, quantum in latum craſſeſcunt: ſicque vna ſecum oſſium appendices, à quibus oriuntur, auellunt & abſtrahunt, quia enim multis ſinubus & tuberculis ſeſe os & appendix ſubeunt & excipiunt, non poſſunt ea, quantumlibet perita manu tractentur, pari rurſum ingreſſu congredi & concurrere. Inueteratæ luxationes, per quas lentus humor in locum capitis oſſis cauitatem occupans concreuit, non reſtituuntur: vt nec, cum ipſa luxatorum oſſium capita cauitatem ſibi in vicino oſſe nouam aſſiduo attritu excauarunt, nec vero ſi reſti- E tuantur, ſtabilis & fidelis eſt reſtitutio: quia naturalis cauitas occupata tenetur, & noua in propinquo parata eſt non bene & fideliter conceptum oſſis caput excipere. Quibus humerus luxatus eſt, his manu ad multas actiones perinde atque oppoſita ſana vti licet: non enim vt cruribus, ſic manibus corporis onus geſtatur: atq; quo magis exercetur manus, eo etiam brachium euadit corpulentius. Contra ſi luxatum ſit os femoris, maxime ſi intus luxetur, totum crus celeriter atrophia contabeſcit, quia omnis motus parti in totum deperit: nam Hippocratis ſententia, proprij officij exercitatio robur auget, & habitiorem partem facit: ignauia vero debilitat & emaciat. Si ad luxationem ingens vulnus & fractura

Quæ luxationes ſint inſanabiles.

Cur quibus articuli difficulter luxantur, difficulter reſtituantur.

Sect. 1. de art. ſent. 29. Celſus lib. 8. cap. 11.

Appendices à ſuo oſſe auulſio cur inſanabilis.

Hipp. ſent. 58. ſect. 3. de art. Sen. 10. ſe. 5. li. 6 epid. & ſect. 3. de art. ſent. 88.

acceſſerint,periculum eſt,ne,dum reſtitutionis gratia extenſionem molimur,violentius neruos diſtra-A hamus,& ligamenta venaſque & arterias abrumpamus, vnde inflammationis, conuulſionis, & aliorũ peſſimorum ſymptomatum metus. Quare ſatius eſſe putat Hippocrates in tali affectuum contra naturam concurſu & complicatione,reſtitutionem luxati oſſis omnino non aggredi:nam ex tentata reſtitutione certa mors:ex omiſſa, claudicatio tantum in metu eſt. *Omnis luxatio reſtituenda eſt antequam inflammatio venerit:* quod ſi iam præſens illa adſit, de tollenda ſollicitum ſtatim Medicum eſſe oportet, *De cætero ægrum quieſcere:* ne ſi irritetur malum doloris exacerbatio, conuulſionis, gangrænæ, & tandem mortis adferat conſecutionem,vt aliquando à me obſeruatum memini. Ergo vbi inflammatio,& alia maligna ſymptomata ſedata & correcta fuerint, tum demum aggredienda luxationis reſtitutio eſt, ſi præſertim corporis & membri affecti habitus eam admittere poſſit.Nam ſi corpus tenue,delicatum,ac molliculum fuerit,promptior & facilior erit reſtitutio.Difficilior contra,ſi denſum & compactum: atque hæc de prognoſi in luxationibus inſtituenda ſufficiant.

Inflammatione præſente haud tentandam eſſe luxati articuli reſtitutionem.

De Luxationum cura vniuerſali. CAP. VI.

Quinq; curandarum luxationum ſcopi.

QVanquam antea generalem fracturarum, luxationumque curandarum methodum attigerimus, B non erit tamen inutile,hic ea repetere, quæ ad hanc de curandis luxationibus tractationem accommodari poſſunt.Igitur curandas luxationes ſuſcepturo, in quinque ſcopos eſt intuendum, quos ordine adimplere conuenit.Primus eſt de tenendo:Alter de trahendo ſeu extendendo.Tertius de impellendo:Quartus de debita figura & ſitu collocando: Quintus de adiuncto aut ſuperueniente ſymptomate corrigendo.

Quis tenendi membri in luxatis ſit vſus.

Primus ſcopus intelligitur de tenendo vel corpore toto,vel parte tantummodo.Totum quidem corpus valido miniſtri complexu tenendum eſt,vbi humerus,aut vertebræ, aut femoris oſſa ſunt luxata.At in iuguli, cubiti,manus, genu,aut pedis,cruriſque luxatione, partem arcte manibus tenere ſatis eſt.Tenendi ſeu corporis,ſeu partis vnius tanta neceſſitas eſt, ne,dum luxatum os extenditur, vna partium conſecutione totum corpus ſequatur,ſi nihil ſit,quod contra nitatur:nam ſi trahentem ſeu extendentem miniſtrum corpus ſequatur,futurus eſt artificis irritus omnis in reſtituendo conatus. Secundi ſcopi,id eſt,trahendi & extẽdendi vſus eſt, vt liberum ſit inter dimota oſſa ſpatium & interuallum,quo tanquam excurſu luxatum os,alacrius in ſuam cauitatem compelli poſſit. Trahendi autem ſeu extendendi ratio varia eſt,in quantitate & modo,pro vario muſculorum ac ligamentorum robore & oſſium in hanc aut illam partem luxatione.Manibus igitur fere ſemper hoc opus abſoluitur,quæ quando non C ſufficiunt,organa & machinæ aduocantur,quarum imagines mox appingentur. Cæterum, ne quid peccetur,eouſque licebit extendere,quoad caput oſſis è ſui ſinus regione poſitum fuerit. Hoc vbi conſecutus erit Chirurgus tum ad tertium ſcopum properabit,qui eſt de oſſis capite ante commoto & leniter circumacto in ſuum ſinum compellendo Cauendum enim eſt diligenter, ne aliorſum impellat, quam in propriam cauitatem:periculum inde eſſet,ne ipſum ab vno extremo in aliud conuerteret, oſque,verbi gratia,femoris,quod in anteriorem partem luxatum eſſet, vehementiore impulſu, mediam eius cauitatem excedendo,in poſteriorem adigeret & luxaret. Hæc culpa vt videtur,os eadem via reuocandum erit,qua exceſſerit,quod facile conſequi licet in luxationibus recentibus. Os reſtitutum intelligimus ſtrepitu & velut ſclopo ſeu ſono,ei ſimili,quem res ſolidæ & ſonoræ in ſuum cauum confeſtim intruſæ aut relatæ ſolent edere: partis affectæ cum ſana ſimilitudine & conuenientia in figura, magnitudine omnique conformatione,denique doloris ſedatione. Quartus ſcopus, qui eſt de partis conuenienti ſitu,eo conſilio adimpletur, vt os poſtquam reſtitutum fuerit, ſua cauitate contineatur, neque rurſum exiliat.Brachium igitur ſi luxatum fuerit, mitella ex ceruicibus renodata,inuolutum geſtabitur:ſi femur,genu,crus,pes,in lecto compoſita continebuntur, interim vero ſtatim à reſtitutione D videbit Chirurgus,vt ſtupis,ſpleniiſque,ſeu plagulis in oxyrrhodino maceratis,& conuenientibus medicamentis oblitis,articulatio affecta inuoluatur:inde artificioſa deligatione conſtringatur, aduolutis faſciis in contrariam partem ei,in quam os luxatum exceſſerat. Quo eodem conſilio plagulæ craſſiores inde adhibebuntur, vnde os exceſſerit, alias periculum eſt, ne denuo elocetur. Hæc,vbi peracta fuerint,toto quatriduo,vel quinque dierum ſpatio nihil circa luxationem mouebit,niſi dolor,aliudve ſymptoma ſimile ſuperuenerit. Tum enim ab illa ceſſatione & quiete, reuocabit nos quintus ſcopus, qui eſt de corrigendis ſymptomatibus & affectionibus complicatis,vt dolore, inflammatione, vulnere,fractura & aliis, de quibus *in tractatu de fracturis* abunde diximus.

Quis extendendi.

Quis impellendi ſeu conſtituendi ſuo loco articuli ſit vſus.

Signa conſtituti ſeu reſtituti articuli.

Quis collocandi membri reſtituto articulo vſus.

Deligationis reſtituto articulo ratio.

Ad inueteratas luxationes curatio.

Inueteratas luxationes antequam reſtituere tentemus,fotu,cataplaſmate,emplaſtro,litu, aliiſq; remediis humectare ligamenta,vincula & muſculos tentabimus,quo ſint illæ partes manui Chirurgi obſequentiores:tum moderata circumactione & leui quodam quaſi excurſu,luxata oſſa commouenda ſunt, vt qui diuturnitate temporis excrementitius influxit humor,incaleſcat, attenuetur, diſſoluatur, aut lubricetur,ſimulq; muſculorum,ligamẽtorum, & aponeuroſeon articulationi ad tutelam circumpoſitarum fibræ,laxentur,moxque liberius extendantur.At ſi ingens tumor,dolor, & inflammatio vrgeant,prius de illis ſedandis & medicandis cogitandum,quam de luxatione reſtituenda. E

Machinarum quarundam luxatis reſtituendis inſeruientium deſcriptio.

CAP. VII.


Hæc vincula non ad trudendum ſed ad taſim cõparata ſunt.

ANtequam ad ſingulas luxationum ſpecies veniam, operæpretium fore duxi, tres vinculorum formas deſcribere,& ſpectãdas ꝓponere:quorũ ad luxata tenẽda & trahẽda magna eſt opportunitas. Primum vinculum Nota. A.deſignatum membro tenendo cõparatum eſt.Secundum,cui Nota B. eſt appoſi-

Digitized by Google

A appoſita, trahendo ſeu extendendo idoneum eſt, vnicoque nodo conſtat. Tertium, cui litera C. affixa eſt, duobus nodis conſtat ad continendum & conſtringendum arctius.

Vinculorum trium deſcriptio.




B

Placuit & ſequens organum appingere, validius trahendo & extendeodo comparatum, quando manus non ſufficit. Factum eſt ad initar trochleæ literis. D D. notatæ intra hanc tres conditæ ſunt rotulæ, per quarum canales obuoluitur funis ductarius, nota. H. deſignatus. Ad trochleæ extrema inſerti ſunt vncinelli, quorum vnus affigendæ ad columnam trochleæ dicatus eſt, alter funi ductario attrahendo & circumagendo. Literis B B. notantur pyxides, quibus trochlea concluditur. A A. Pyxidum illarum opercula. C. Veruculum cochleatum, quod in columnam ligneam depangitur, vt ad ipſius caput ſeu extremum armillatum affigatur, alterum ex vncinellis trochleæ commemoratis. F. Terebellum, quo in columna foratur foramen ad veruculum cochleatum indendum. Quæ omnia ſubiecta figura cernere licet.

C

Trochlea mechanica ſeu machinalis.




D

Loco trochleæ nonnulli pragmatici vtuntur infra deſcripto organo, quod Manubrium verſatile nominant. Huius mucro in terebelli ſeu terebræ formam exſcalptum & ſtriatum eſt, implumbaturque ſeu adigitur in columna lignea. Intus in illo manubrio incluſa latet cochlea, vncinato extremo, ad quod adnexum vinculum eſt. Clauiculæ vero circumactione tortilis ſcapus ſeu cochlea mas, in cochlea fœmina verſatur: ſic tantum demittitur & contrahitur vinculum, quantum elocati oſſis repoſitioni ſatis eſt.

E

Manubrii

Manubrii verſatilis delineatio. A



B

His in genere præmiſſis, nunc partium ſingularum luxationes exequemur, à maxilla ad pedum, vſque digitos.

Cauſa.

De Maxillæ luxatione. Cap. VIII.

Differentia. *Signa altera tantum parte luxata.* *Signa vtraque parte luxata.* *Prognoſis.*

LVxatur maxilla multis ex cauſis, ſed non raro ab oſcitatione, aliiſque validioribus oris diductionibus. Frequentius in anteriorem, quam in poſteriorem partem, propter additamenta mammillaria, quæ retro ipſam excedere prohibent. Fit modò altera tantum parte luxatio, modo vero vtraque. Si altera tantum parte luxata eſt, ipſa cum mento in contrariã partem, qua luxata non eſt, obtorquetur in obliquum, vnde exceſſit cauitas eſt, qua receſſit tumor, conſerere os æger nequit, ſed hianti eſſe cogitur, adeo vt mandendi munere fungi non poſſit, ipſa cum dentibus ſuis in priorem partem prominet, nec dentes paribus reſpondent, ſed ſub inciſoriis canini ſunt. C At ſi vtraque parte luxata eſt, ipſa tota cum mento in exteriorem partem, pectuſque promouetur, intenti ſuper muſculi temporales apparent, ſaliua ægro inuito ab ore fluit, inferiores dentes longius, quam ſuperiores, excedunt, quo fit, vt os claudi nequeat, nec lingua ad loquendum libere conuolui, balbutiente ægro.

Cura maxillæ vtraque parte luxatæ et tamen mors.

Cum vtraque parte luxata eſt, difficilius reſtituitur; ſuntque omnia ſymptomata vehementiora, quare primo quoque tempore debet reſtitui, alias ægro extremi mox dolores adſunt ad gutturis partes inflammatio, febris, vnde non raro mors intra decimum diem contingit; propter quinque neruorum ramos, qui à ſecunda & quinta coniugatione cerebri orti, in muſculos ipſius motorios diſtribuuntur, qui violenter tenſi commemorata ſymptomata inuehunt. Aſſerunt pragmatici, maxillam duodecimo die, poſtquam reſtituta eſt, extra relapſus aleam eſſe: ſi in luxatione aliquot dies manſerit, antequam reſtituere aggrediaris, vtendum circa ipſam medicamentis remollientibus & relaxantibus: reſtitutæ vero apponendum medicamentũ ex oui albuminib. & oleo roſaceo ad doloris ſedationem, ſplenia mox in oxycrato macerata. Secũdo apparatu ea apponentur, quæ agglutinandi & ligamenta aliaſque partes relaxatas conſtringendi vim habent, vnaque reſtitutam ſuo loco continendi; talis medicamenti hæc erit forma. D

℞. puluerum boli armeni, ſanguinis draconis, farinæ volat. maſtich. picis reſinæ, an. ℥ ß. albuminis ouor. quantum ſufficit, fiat medicamentum. Poſtea locus eſſe poterit emplaſtro diachalciteos in oleo roſaceo, & aceto diſſoluto, aliiſque pro re nata.

Conſtringẽs medicamentum.

De reſtituenda Maxilla ad anteriora vtraque parte luxata. Cap. IX.

Primaria reſtituenda maxillæ ratio.

PRimo quoque tempore æger humi reſupinus, aut in humili aliqua ſede collocandus eſt, arcteque continendum per miniſtrum caput quo ſit immobilius, tum Chirurgus vtriuſque manus pollices, linteolis, vel faſciis ne dentium aſpero occurſu lædantur, tum ne dilabantur, inuolutus, in os ægri coniicere debet, hiſque craſſiores luxatæ maxillæ dentes comprimere, cæteros digitos extrinſecus ſub mento admouere, iiſdemque maxillam totam ſurrigere. Quod ſi hac arte reſtitutio perfici non poſſit, quod os parte illa interna adeo conſertum & conſtrictum ſit, vt conici in id pollices nequeant, adigendi intro cunei lignei ſunt ex molliore materia, vt corylo aut abiete quadrati & craſſitie digitali. Incuneabũtur hi

Altera ratio

vtrinque ſupra molares dentes: mox mento faſcia ſubiicietur, cuius extrema manibus miniſter comprehendet, genubuſque ſuper ægri ſcapulas innixus, ſurſum attrahet: tum ſimul Chirurgus cuneos ligneos E

Diæta.

deorſum deprimet, ſicque maxillæ oſſa reſtituta conuenienti deligatione continenda erunt, & medicamentis, vt decet, curanda; ægro interim ſermone omnique oris otioſa diductione interdicendum. Quare & à cibis durioribus, & manſu contumacibus, ad dolorem vſque exactum, abſtinendum, quibus liquida tantum in vſu erunt, vt bordeatum, panatella, gelatina, expreſſa & colatitia iuſcula, aliaque his ſimilia.

De Re-

A

De Reſtituenda Maxilla, altera tantum parte ad anteriora luxata.
CAP. X.

HVmiliori in ſede æger collocandus eſt ſic, vt ſit infra Chirurgum, miniſter à tergo caput comprehenſum rigide continebit, ne Chirurgum trahentem, extendentem, & alia ad reſtitutionem neceſſaria facientem ſequatur. Hinc Chirurgus immiſſo in molares dentes pollice, maxillam deprimet, & in latus leniter adductam in ſuam cauitatem compellet, interim æger ipſe Chirurgi conatus, quantum in ſe eſt, iuuabit, os quam minimum diducendo, ne muſculi tendantur: tantum nempe hiabit, quantum admittendo Chirurgi pollici ſat erit: ſic enim demum crotaphyræ muſculi ſuo loco reſtituuntur, fauentque reſtitutioni. Si, quantum poteſt, os diducat æger, conuulſorio quodam quaſi modo illi tenduntur: ſi illud contra obſtinatius & arctius obſeret, pollici Chirurgi ingreſſus non patebit ad dentes molares.

Quid Chirurgum facere conueniat. *Quid ægrũ.*

Aſſerunt nonnulli, maxillam in poſteriorem partem nonnunquam luxari, tumq; os ita obſerari, vt æger diducere ipſum & hiare nequeat, dentium ordinem inferiorem contractiorẽ eſſe, & intro magis ad guttur adductum ſuperiore. Porro vt reſtituatur, caput ægri à tergo arcte continendum eſſe, B interim dum Chirurgus immiſſo in os vtroque pollice, cæteris digitis extrinſecus ſub mento admotis, concutiendo ipſam ad ſe, ſeu ad anteriora, adducet, ſuoque ſic loco componet. Quod ad me attinet, profiteor mihi nunquam viſum id luxationis genus, vixque vnquam contingere poſſe propter rationem *ſuperiori capite* commemoratam, facile mihi perſuadeo. Quod ſi tamen caſu quodam contingat, completa luxatio eſſe nequit, ſed imperfecta: paulo tantum retro ad guttur emota maxilla ad mammillaria illa additamenta: Tumque facile reſtituetur ſurrecta excitataque maxilla, & pugni velut ictu inferne ſurſum compulſa.

Maxilla in poſteriore luxata ſigna. *Curatio.*

De Iuguli luxatione. CAP. XI.

IVguli oſſa vt frangi, obtorqueri, & incuruari, ſic & luxari poſſunt. Luxantur vero vel contra ſternum, vel contra ſcapulam, ſeu ſcapulæ acromion. Eſt tamen omnino rarum vtrumque id luxationis genus propter arctam & firmam connexionem, quæ iugulo eſt cum partibus commemoratis, præſertim vero, qua ſterno connectitur, vix deprimi poteſt, quod prima velut coſta fulciatur. Cæterum ad interiora, exteriora, & latera luxari poteſt, atq; pro illa varietate, variæ erunt reſtitutionis artes: reſtituitur tamen in genere iugulum, impellendo & extendendo brachium. Si igitur res poſtulet, humi æger reclinabitur C ſupinus, inuerſa gabata aut ſcorteo puluino duro, ſimilive alia re ſcapulæ ſuppoſita: fiet enim hac arte, vt ſcapula thoraxq; ſic ad exteriora protuberent, vt mox attollendo, deprimendo aut protrahendo brachium antrorſum retrorſumve, prout in hanc, aut in illam partem os exceſſerit, fracturæ aut luxationis ſequatur reſtitutio, tum enim compreſſa prominentia in ſuum ſinum compelletur. Cæterum deligare oportet, plagulis comprimere, & in quiete continere, tanquam fractum eſſet. Scribit Galenus ſibi quinque & triginta annos nato, dum in gymnaſio exerceretur, elocatum fuiſſe tam enormiter ab acromio iugulum, vt inter vtrumque trium digitorum interuallum intereſſet. Hanc porro luxationem ſibi tam valida & arcta deligatione quadrageſimo demum die reſtitutam fuiſſe, vt arteriarum ſub iugulo pulſantium ſibi perceptibilis eſſet motus, paucos vero homines reperiri, qui etſi neceſſariam, tam arctam tamen tamque diuturnam deligationem tolerare velint. Profecto difficile eſt cognitu id luxationis genus, ſed ſanatu longe difficilius. Multos Chirurgos deceptos noui, quibus iuguli luxatio ſummi humeri luxati opinionem fecit. Tum namque humeri quaſi apex Epomis intumeſcit: locus vero, vnde iugulum exceſſit, manifeſta cauitate deprimitur, cum dolore vehementi, inflammatione, & ſurrigendi aut alioqui mouendi brachii, aliarum denique actionum, quæ humeri opera fiunt, obeundarum impotentia. D Certe id os luxatum niſi reſtituatur, mancus in vitæ reliquum erit æger, ſic vt manum neque ad caput, neque ad os promouere poſſit.

Iuguli luxati differentia. *Curatio.* *Com. ad ſen. 62. ſect. 1. de art.* *Cautio.*

De luxatione Spinæ. CAP. XII.

SPina dorſi oſſeis multis vertebris, tanquam rotulis & orbiculis, mutuo nexu dearticulatis, conſtat, ſuo læuore & circinnato ambitu, in ipſius ad anteriora mouendi & inflectendi habilitatem conſpirantibus. Quod ſi vnico oſſe conſtaret, perpetuo tanquam tetano rigidi, & pallo medium velut traiecti, toto corporis trunco ſtaremus immobiles. Vertebræ illæ medio foramine perterebratæ ſunt, quo medulla hæc è cerebro tanquam per fiſtulam delapſa, neruorum ſenſoriorum & motoriorum generationi, & in omnes, quæ ſub capite ſunt, partes diſtributioni ſufficeret. In quem vſum multis foraminibus ad latera peruia eſt, per quorum ſingula, ſingulæ neruorum coniugationes in reliquum corpus erumpunt, irrumpuntque venæ & arteriæ ad nutritionis & vitæ propagationem. Tota ſpinæ facies exterior quatuor apophyſeon generibus velut horret & armatur, quarum aliæ ſurſum, aliæ deorſum, aliæ in rectum, aliæ in tranſuerſum vibrantur. Ex harum ergo horridulis, aculeatiſque proiecturis, ſpinæ nomen E ipſa tota obtinuit. Vertebræ quo magis à ceruice recedunt, eo magis augeſcunt, adeo vt illæ, quæ ſunt in imo poſitæ, omnium exiſtant maxime: eſt enim rationi conſonum, vt quod gerat, maius ſit eo, quod geritur. Hinc os ſacrum reliquis tanquam baſis ſubſtratum cernitur: apophyſes laterales vertebrarum metaphreni præter illam tuendæ ab externis iniuriis concluſæ medullæ vtilitatem, aliam inſuper habent, nempe quod coſtarum oſſa valido nexu firmant & ſtabiliunt. Vertebris interiacet cartilago, & lentus ac quaſi albumineus quidam humor, qui ipſas, vt & reliquas corporis dearticulationes ad motus agilitatem lubricat: inſigni agilitate in anteriora tantum, non etiam in poſteriora flexibilis eſt ſpina, quod ſic ſingulis pene momentis venæ cauæ aſcendenti, & magnæ arteriæ deſcendenti,

Spinæ anatomica deſcriptio. *Spinæ apophyſeon varietas.* *Gal. cap. 7. lib. 13. de vſu part.*

ipſi

ipſi intus ſubtenſis, á nimia tenſione ruptionis immineret periculum. Iraq; vertebrarum dearticulatio- A
nes validis mutuo ligamentis firmatæ poſteri nagis ſpectãr. Hæc de ſpinæ natura præmittenda fue-
re, antequam ad luxationes, quæ ipſi accidunt, deſcenderemus: multa alia conſulto omittimus, quæ à
Li. 13. de vſu part. Galeno fuſiſſime enarrantur, hoc addidiſſe co veni. nihil in tota oſſium humanorum compage repe-
riri, quod ſummi opificis Dei induſtriam clarius atteſtetur, hoc ſpinæ & vertebrarum eius contextu.

De Capite luxato. Cap. XIII.

Capitis cum prima ceruicis vertebra cõnexio.

CAput ceruici inſidet, primæ ipſius vertebræ per dearticulationem connexum, interuentu duarum
apophyſeon, quæ ab eius baſi iuxta foramen, per quod cerebti medulla in dorſi ſpinam defluit,
ſurgunt, excipiunturque paribus ſinubus in prima illa vertebra exculpta... Hæ apophyſes interdum ca-
uitate ſua excidunt, faciuntq; luxationem in partem poſteriorem: quo fit, vt ſpinalis medulla compri-
Prognoſis. matur & contendatur violentius, mentum pectori agglutinetur, neq; bibere, neque loqui æger poſſit:
quare ex hac luxationis ſpecie mors celerrime ſuperuenit, non vlla Chirurgi culpa, ſed morbi omnem
curationem reſpuentis magnitudine.

De Ceruicis vertebrarum luxatione. Cap. XIV. B

Luxatarum ſpinæ vertebrarum pernicies.

REliquæ ceruicis vertebræ & luxari & ſubluxari poſſunt. Luxatio quidem, niſi extemplo corrigatur,
citam mortem infert: ſic enim ſpinalis medulla ſui ſtatim à prima origine comprimitur, compri-
muntur & nerui ab ea orti, illi maxime, qui reſpirationi inſeruiunt: quo fit, vt ſpiritus animalis in reli-
quum corpus ſubiectum peruenire & radiare nequeat: hinc ſubita inflammatio, angina & diſpnoea ſeu
Subluxatarum ceruicis vertebrarũ ſigna & ſymptomata. apnoea potius. Subluxatio vero parem calamitatem non infert: per hanc vertebræ in poſteriorem aut
anteriorem partem ſuis ſedibus paulum dimotæ peruertuntur, tum collum diſtorquetur, liuet facies,
loquendi & ſpirandi difficultas adeſt. Talis ſeu luxatio ſeu ſubluxatio ſic reſtituitur. Æger humili in
Curatio. ſella collocandus eſt, tum miniſter eius humeris ac ſcapulis toto corporis pondere inniti & inſiſtere de-
Signa vertebrarum ceruicis reſtitutarum. bet: Chirurgus interim caput manibus vtrinque ad aures comprehenſum concutiendo, & in omnem
partem verſando excitare, quoad ſuo loco vertebra reddita & reſtituta ſit, Reſtitutam vero intelligi-
mus repentina doloris, qui ante ægrũ grauiter exercebat, ſedatione, & libera capitis ac colli in omnem
partem verſatione. Poſt reſtitutionem caput in oppoſitam luxationi partem reclinandum eſt, ceruixq;
circum humeri dearticulationem ſic deliganda, vt arctior non ſit deligatio, ne guttur & gulam, reſpi- C
randi & deglutiendi vias comprimat.

De dorſi vertebris luxatis. Cap. XV.

Differentiæ & ſigna. Cauſa.

LVxantur dorſi vertebræ, introrſum, extrorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum. Introrſum luxatas intelli-
gimus, cum depreſſam cauitatem in ſpina relinquunt. Extrorſum, cum gibbum faciunt: vt & cum
in hoc aut in illud latus obliquatim extuberant, læuorſum vel dextrorſum luxatas cognoſcimus. Luxa-
tionis vertebrarum ad exteriora, vt omnis luxationis cauſa duplex eſſe poteſt, interna vna, altera exter-
na: interna eſt vel humorum à toto corpore, parteve aliqua in ipſas ipſarumque ligamenta decurſus: vel
à propria & natiua earum partium imbecillitate congeſtio: aut à dolore & calore attractio. Externa eſt
lapſus ab alto in durum aliquod corpus, ictus grauis & contundens, pronitas multa & frequens, qualis
in vinitoribus & fiſtucatoribus, ſenibus ſilicerniis, hiſq; item omnibus, qui ab oſſis femoris luxatione
inſanabili, coguntur inter ambulandum proni, manu femori inniti. Cæterum niſi magna admodum vi,
vertebra à poſteriore parte in interiorem propelli & excidere nequit: ac ſi id quando contingat, niſi vin-
Vertebra dorſi ad anteriora ſeu interiora luxata pernicies. culis & ligamentis ruptis non fit: rumpuntur enim potius, quam tantam extenſionem ferre valeant, D
Talis luxatio mortifera eſt, quia arctiore compreſſione ſpinalis medulla vehementer violatur, vnde in
ſubiectis membris ſtupor, & ſenſus priuatio. Nec vero ſperabilis eſſe poteſt reſtitutio: non enim, vel per
ventrem, in ſuum locum compelli queunt: vrina rum ſupprimitur, ſupprimuntur & alui excrementa:
nonnunquam contra præter voluntatem vtraque prorumpunt, genua & crura refrigerantur, ſenſu &
Hipp. ſent. 51 ſect. 3 de art. & Gal. in com. motu abolito. Talia ſpina introrſum luxata frequentius, quam extrorſum contingunt, quod nerui, qui
à ſpina oriuntur, intro in corpus magis ferantur & tendant: adde quod compreſſa ſpinalis medulla in-
flammationem concipit: Hac inflammata ſimul & partes aliquo ſympathiæ genere ipſi affines & con-
Cohibita & præter voluntatem fluentis vrinæ cauſa. iunctæ inflammantur: quo fit, vt lotium veſica reddere nequeat. Nerui vero vbi comprimuntur, facul-
tatis animalis irradiationem haud amplius excipiunt: hinc ſenſus, motuſq; in partibus, ad quas ferun-
tur, abolitio, quare neq; moleſta contenti excrementi ſenſu amplius irritantur, neque ad cohibitionem
conſtringuntur. Illinc ſuppreſſio, hinc præter voluntatem excrementorum proruptio. At ſpina extror-
ſum luxata vix medullæ, vix neruis compreſſionem infert.

De luxata extrorſum ſpina reſtituenda. Cap. XVI. E

VErtebræ extrorſum luxatæ, quando gibbum faciunt, pronum ægrum ſuper menſam collocare, ex-
tendere, & vinculis linteis ſub alis & ad ilia cruraq; arcte vincire oportet. Tum ſurſum, deorſumq;
Curatio. quam maxime, citra vim tamen, poterimus trahere & extendere: niſi enim talis extenſio fiat, reſtitutio
ſperabilis eſſe nequit, propter vertebrarum apophyſes & cælatos ſinus, quibus ad firmiorem nexum ſe
Alia curationis via. mutuo excipiunt & excipiuntur. Tum manib. ſuper gibbũ conſiſtendũ eſt, prominenſq; vertebra intus
impellẽda. Quod ſi hac arte reſtitutio fieri neqt, fuſtes duos, quatuor digitos lõgos & vnũ craſſos faſciis
linteis

A linteis inuoluere oportet,& hic inde ſingulos ad luxatarum vertebrarum latera applicare,ipſoſque manibus contra protuberantes vertebras vtrinque & certatim apprimere, quouſque in ſuam ſedem compulſæ fuerint,eo plane modo,quo in ſubiecta imagine cernis.

B



Interim caue,ne apophyſes, quæ mediæ in ſpina extant,attingas:facile enim atteruntur. Reſtitutas vertebras intelliges ex æquali totius ſpinæ planitie: poſt reſtitutionem, deligare partem oportet, & ferulas ſeu laminas plumbeas in eam rem affabre factas circumponere,ſic, vt ne vertebrarum illas,quas C dixi,criſtas,ſeu medias apophyſes,ſed tantum latera comprimant:hinc ſupinus æger in lecto collocandus,ferulæque diutius continendæ,ne iterum vertebræ excidant.

Reſtitutarũ dorſi vertebrarum in ſuo loco confirmatio.

De vertebrarum à cauſa interna luxatione,ſpecialior doctrina.

CAP. XVII.

VErtebræ luxantur etiam à cauſa antecedente,ſeu corporea,vt ante diximus.Cauſam illam velut acerſere & inuitare videtur ſpinæ dorſi partiumque eius natiua imbecillitas,maxime vero ligamenti neruoſi, quo vertebræ omnes mutuo nexu colligantur, id ligamentum haud equidem ad ſpinalem medullam pertingit,ſed tantum vertebras extrinſecus connectit. Nam præter duas membranas, à duabus cerebri meningibus prolatas, quibus tanquam inuolucris medulla illa conueſtitur, tertia quoque ſupra has tunica fortis ac neruoſa circumiecta eſt,ne dum ſpina varie inflectitur, flexa quoque medulla diſrumpatur. Naſcitur tertia hæc tunica à pericranio, ſtatim atque primam ceruicis vertebram id attigit. D Ligamentum porro illud,quo diximus vertebrarum nodos, tanquam vinculo inter ſe compingi & coniugari, tenaci & glutinoſo humore ad motus vertebrarum procliuitatem circumfuſum eſt. Huic humori nonnunquam alius frigidus, crudus, craſſus & viſcidus per magnas fluxiones & catarrhos confuſus tumorem gignit, qui non modo neruos per vertebrarum foramina prodeuntes, ſed & ipſarum quoque,quibus vinciuntur,ligamenta diſtendit: quæ inde diſtenta & quaſi conuulſa vna ſecum vertebras nunc dextrorſum, nunc ſiniſtrorſum, alias introrſum, alias extrorſum rapiunt, ſicque ſua ſede dimouent & luxant.Extrorſum protuberans & gibbum faciens, luxata vertebra Cyphoſis Græce dicitur, id eſt,Gibberoſitas, Introrſum vero depreſſa Repanditas ſeu Lordoſis nominatur. At eadem dextrorſum aut læuorſum luxata. Scolioſin facit,ſeu Obſtipitatem,quæ ſpinæ figuram diſtorquens in literæ S. ſimilitudinem obliquat.Addit Gal.quartum vertebrarum vitium:cum earum quidem dimotæ iuncturæ ac compages laxatis ligamentis exiſtunt, ſed tamen vertebræ in ſua ſede permanent, & Quaſſationẽ appellat,ſeu Seiſin. Notant & aliud vitium medullæ ſpinali proprium, cum ipſa immotis illis, quibus adhæret vertebris,ab ipſis diuellitur & abſcedit:id vitium cauſam habet à lapſu ex alto,à graui ictu,& ab omnibus occaſionibus, quæ magnopere concutere, adeoque ſpinalem medullam deprimere, vel alio E quouis modo ſuo loco dimouere & excutere poſſunt. Vix quiſquam ex hoc malo conualeſcit,propter multas rationes,quas quiuis in arte verſatus,ipſe per ſe excogitare poteſt:ſed ad cauſam luxationum internam redeamus.Fluxionis internæ illi cauſæ gignendæ valde ſunt opportuna corpora,fluxa & mollia, qualia eſſe ſolent puerilia.Ad internam illam cauſam ſi externæ acceſſerint occaſiones, & cauſæ præincipientes,prõptius excidunt vertebræ. Sic nutrices dũ puellarũ pectus coſtaſque conſtringunt arctius, quo poſtea corpore ſint tenuiore,& ilibus tumidioribus,cogunt pectoris os antrorſum ſe,aut retrorſum proiicere,aut ſcapularum vnam habitiorem vel tumidiorem eſſe,altera emaciata & depreſſa. Idem error contingit,ſi frequentius & diutius puellos in latera,quam in dorſum collocent,vel ſi excitatos ſomno ſic lecto attollant,vt pedes comprehendiſſe contentæ,dorſum altera manu nequaquam fulciant:ne id quidem cogitantes,quod in caput infantes maxime excreſcunt.

Spina dorſi natiua imbecillitas.

Cyphoſis quid.

Lordoſis.

Scolioſis.

Com. ad ſen. 2 ſect.3 lib. de art.

Seiſis.

Medulla ſpinalis à circũſtãtibus vertebris diuulſio.

Nutricum in faſciandis & tractandis infantibus error.

De Prognoſi in luxatu dorſi vertebris.

Cap. XVIII.

Hipp. ſent. 6. ſect. 3. de art.
Cur gibbi gutturoſi & ſtertentes.
Qui gibbi minus prolifici.
Cur ſpina luxata partes ad pectus attinentes minus bellè nutriantur & creſcant.
Cur vnius quam plurium vertebrarum periculoſior ſit luxatio.
Sent. 51. ſect. 3. lib. de art.

SI protinus ab infantia dorſi vertebræ luxatæ fuerint, vel nihil, vel parum admodum in latum coſtæ
creſcunt, ſed foras antrorſum proiiciuntur: itaque pectori & ſterno ſua & naturæ lege debita latitu-
do deperit, ac tanquam in conum acuminatur. Hinc pulmonibus, muſculiſque qui reſpirationi inſer-
uiunt, compreſſis & coactis aſthmatici fiunt, quoque facilius ſpirent, coguntur ceruicem ad magnam
vertebram repandam habere, ex quo & gutturoſi apparent. Quia vero preſſa ſic aſpera arteria ſpiritus
per anguſta eliditur, ideo inter ſpirandum ſtrident, & inter dormiendum ſtertuut, eo quod pulmones,
qui ſpiritum ſeu aerem excipiunt, & reddunt, minori ſint amplitudine: ſed & crebris in pulmonem
deſtillationibus obnoxij ſunt, quo fit, vt vitæ fere ſint breuioris. At quibus infra ſeptum gibber eſt, mor-
bis renum & veſicæ hi obnoxij ſunt, femoribus & cruribus graciliores euadunt, tardius pauciuſque pu- B
beſcunt, & barbam promittunt: infœcundiores denique ſunt, ac minus prolifici, quam quibus gibber
ſupra ſeptum contigit. Quæ à cauſa externa fiunt gibberoſitates, ſæpe ſanabiles: at quæ ſunt ab interna
cauſa, inſanabiles omnino exiſtunt, niſi ſtatim ab initio magna ſolertia & diligentia occurſum fuerit.
Itaque quibus hoc malum eſt hæreditarium, nunquam conualeſcunt. Quibus dum adhuc pueri ſunt,
priuſquam corpus integre adoleuerit, ſpina in gibberum incuruatur, iis corpus ad ſpinam augeri non
ſolet, ſed crura & brachia ad perfectum & debitum incrementum deueniunt, partes vero ad pectus &
ſpinam attinentes exiliores euadunt: nec mirum, cum enim venæ, arteriæ & nerui ſuo loco non ſint, nec
ſpiritus libere, nec alimentarij ſucci liberaliter, conſtrictis viis affluunt, vnde emaciatio neceſſario con-
ſequitur: at artus læſionem prorſus nullam inde ſentiunt, quia non totum corpus, ſed propinqua tan-
tum huius mali contagine afficiantur. Cum plures vertebræ ſe ordine conſequentes vno impetu ſimul
& ſemel luxantur, minus periculoſa eſt luxatio, quam ſi vna ſola excidat: nam vna tantum vertebra cum
luxatur, ſpinalem medullam ita ſecum abripit, vt in acutum pene angulum illam cogat: idcirco arctius
compreſſa, vel frangatur, vel comminuatur neceſſe eſt, id quod omnino eſt lethale: ſiquidem cerebri vi-
caria ſit. At cum plures vertebræ ſimul luxantur, in angulum obtuſum tantum, vel ſemicirculum potius C
deduci ipſam neceſſe eſt: ex qua compreſſione patitur quidem, ſed non adeo, vt mors neceſſario conſe-
quatur. Hic igitur ſpectare videri poteſt, quod eſt ab Hippocrate pronuntiatum, circularem vertebra-
rum è ſuo loco dimotionem angulari minus eſſe periculoſam.

De Coccygis luxatione. Cap. XIX.

Signa.
Curatio.

COccyx introrſum à violento in nates lapſu, aut graui ictu, non raro tanquam luxatur: per id mali
genus æger calcem ad clunes adducere nequit, imo niſi magna vi genu flectere. Laborioſa eſt fæ-
cum per anum excretio, ſedere niſi in ſella perforata non potis eſt. Vt reſtituatur ea veluti luxatio, digi-
tum per anum intus ad locum vſque affectum intrudere oportet, quemadmodum in fractura dictum à
nobis eſt: tum magna vi id os ſurrigendum eſt, & altera manu eodem momento, ſibi & cum vicinis par-
tibus extrinſecus complanandum: remediis denique ante commemoratis ſtabiliendum & in ſuo loco
confirmandum. Confirmatur vero vigeſimo fere poſtquam reſtitutum fuerit, die: quo toto tempore
niſi in ſella forata ſedens æger aluum non exoneret, ne iterum os, nondum bene & fideliter ſtabilitum
excidat. D

De Coſtarum luxatione. Cap. XX.

Cauſa.
Signa.
Curatio.
Com. ad ſen. 3 ſect. 1. de art.

AB ictu graui & contundente coſtæ luxari, & vertebris, quibus coarticulantur excidere, introque vel
in latus impelli poſſunt. Cuius ſpeciei luxationis, etſi à Veteribus nulla fiat mentio, in genere tamē
oſſa omnia ſuis ſedibus & ſinubus, quibus excipiuntur articulanturque, excidere poſſe fatētur. Signum
luxatæ & in latus elapſæ coſtæ eſt palpabilis inæqualitas, quæ hic cauitatem, illic tuber facit: intro vero
compulſæ ſignum eſt, depreſſa tantum eo loco, quo vertebris excipitur & articulatur, cauitas. Eiuſmodi
luxationes varia inuehunt ſymptomata, nempe diſpnoeam, motus thoracis, læſa coſta, intercepta liber-
tate flectendi & erigendi corporis, difficultatem, doloris pleuritidem mentientis occaſione: muſculoſæ
carnis coſtæ ſubtenſæ inflationem à mucoſo humore & flatuoſo illic genito, propter rationes *lib. de Fra-
cturis* commemoratas. His omnibus vt occurratur, ſtatim reſtituenda luxatio eſt, tum inflationi carnis
medendum. Si igitur luxata coſta exciderit in vertebræ latus ſuperius, rectus ſtatuetur æger ſuſpenſis ex
oſtij aut feneſtræ alicuius altioris ſupercilio brachiis, tum qua eminet coſtæ capitulum comprimetur,
quoad in ſuum ſinum fuerit compulſum. Contra ſi in latus vertebræ inferius coſta exciderit, oportet, vt
æger pronus incuruetur, manibus ſuper genua nixus, tum compreſſo & impulſo tubere luxatio reſtitua- E
tur. At ſi intro luxata exciderit coſta, non magis Chirurgi manu reſtitui poteſt, quam luxata introrſum
vertebra reuocari, propter expoſitas ante rationes.

De luxato Humero. Cap. XXI.

Cur ab oſſe humeri in cauitatem omoplatæ nullum ſit internum ligamentum.

FAcile luxatur humerus, quod eius dearticulationis mollia ſint & laxa ligamenta, tum quod omopla-
tæ cauitas non admodum profunda ſit, & præterea vndique leuis & polita, haud ſecus, quam hu-
meri, quod ea excipitur caput. Adde, quod nullum eſt ab oſſe in os internum ligamentum, quod eam
dearticulationem confirmet, quemadmodum in femore & genu: In quo tamen defeciſſe naturam
haud putandum eſt quin potius eius hac in re prouidentiã admirari decet, quod hęc articulatio non ex-
tenſionis tantum & flexionis gratia comparata ſit, vt ea, quæ in cubito eſt, ſed præterea circumactionis,

vt quæ

A vt quæ brachium in gyrum contorqueat, nunc in pronum, nunc in ſupinum, in omnem denique ſitus differentiam. Os humeri, quod Hippocrates brachium appellat, luxari poteſt quatuor modis, ſurſum, deorſum ſeu in alam, antrorſum, & extrorſum, nunquam vero retrorſum ſeu in poſteriorem partem. Nam cum inde ſcapulæ cauitas, quæ humeri caput, quod Articulum appellat Hippocrates, excipit, incumbat & obnitatur, quis eſt, qui eam luxationem vel animo poſſit concipere? nunquam item introrſum, hac enim parte validi muſculi, qui Deltoides dicitur, carnem ſuperiectam habet, ſcapulæ præterea dorſum & acromion, denique ancyroidem ſeu coracoidem proceſſum: quæ quatuor omnia vetant, quominus in partem interiorem prolabi hic articulus poſſit. Hippocrates vero vnicam tantum ſibi viſam huius oſſis luxati ſpeciem pronunciat, eam ſcilicet, quæ deorſum ſeu in alam fit, & certe vulgatior illa eſt, frequentiuſque contingit: itaque primum de illa aggrediemur dicere.

Differentiæ luxati humeri. *Sent. 1. ſect. 1. lib. de art.*

Cum humerus deorſum in alam luxatus eſt, depreſſa in ſuperna dearticulationis parte cauitas percipitur: omoplatæ acromion acuminatius ſolito apparet & proiectius, quod ſcilicet humeri caput
B ſub alam delapſum & conditum eſt, illic tuber efficiens: cubitus etiam extrorſum tanquam ſe proiicit, & à coſtis longius abſcedit: quanquam vi compulſus proprius illi admoueri atque adiungi poſſit, ad eiuſdem partis aurem, oſue, aut ſcapulam, manum ſurrigere æger non poteſt: quod ſignum non eſt luxato humero proprium, ſed ipſi cum contuſione, fractura, inflammatione, vulnere, abſceſſu, ſcyrrho, quauiſque in neruos à ceruicis vertebris ortos, & in brachium diffuſos fluxione commune: longius etiam altero id brachium eſt. Denique, quod cuiuis luxati humeri differentiæ commune eſt, nulla motus ſpecie brachium citra doloris ſenſum mouere æger poteſt, propter tenſos & compreſſos, ruptis etiam quibuſdam ipſorum fibris, muſculos.

Humeri deorſum luxati ſigna.

Humeri deorſum in alam luxati reponendi ſex ſunt modi. Primus cum pugno id fit, aut mantili. Secundus glomere filaceo, qui alæ ſubmiſſus fuerit calce impulſo. Tertius humero alæ ſubiecto: qui modus cum primo, recentibus & reſtitutu facilibus luxationibus, mollium præſertim excarnium humore diffluentium, & effœminatorum hominum, vt puerorum, eunuchorum & mulierum eſt accommodatiſſimus. Quartus glomere alæ ſubiecto, ſimulque traiecto ſuper perticam, duorum miniſtrorum
C armis aut duobus arrectariis ſubnixam, brachio. Quintus ſcala. Sextus organo Ambi dicto. Hos ſex modos deſcribemus, & oculis ſubiiciemus.

Curationis differentia.

De primo reponendi humeri modo, digitis nempe in pugnum contractis.


CAP. XXII.

VAlidus inprimis adſit miniſter, qui ex oppoſito latere poſitus, ægrum ſupra humeri articulum firmiter contineat, ne ad neceſſariam extenſionem & molitionem, impulſionemque huc illuc toto corpore temere feratur, hinc alter comprehenſum ſupra cubitum eius humerum, deorſum verſus ſic trahat & extendat, vt ipſius caput ſtatuatur è regione cauitatis ſuæ in omoplata cælatæ. Tum denique Chirurgus ſurrigat, impellatque manu in pugnum compreſſa, id oſſis caput in illam cauitatem. Hic notandum id in primis venit, in luxationibus recentibus, corpore præſertim molli, effœminato, humidiore, & haud adeo carnoſo, contingere, vt ſolius iuſtæ extenſionis vi, caput oſſis, expeditum muſculis, aliiſque particulis, quibus quaſi vinctum tenebantur, in ſuam ſe cauitatem reſtituat: reſtitutis nempe ſic ſuo
D loco & figuræ muſculis, vnaque dum ſe ad ſua capita retrahunt, os ſecum trahentibus, ac quodam quaſi ſubſultu compellentibus. Itaque in pleriſque, nobis nihil tale cogitantibus, ſatis fuit ad reſtitutionem humerum extendiſſe. Quod ſi inueterata ſit luxatio, & manus non ſatisfaciant, ægri humerum ad palũ vinculo ante deſcripto alligandum, vel miniſtro à tergo ſtanti, vt fideliter contineatur, mandandum. Mox brachium paulo ſupra cubitum deuinciendum, ſpira filacea, cui funis adiunctus erit: is per trochleam traiectus & tractus pro arbitrio quantum neceſſe eſt, deducetur & demittetur. Denique Chirurgus mantili, alioue ſimili vinculo, ex collo renodato & pendente, ſub ægri alam iuxta luxationem traiecto, humerum in pedes ſe attollens, toto ceruicis nixu ſurriget, vnaque eodem momento brachio ad pectus ægri adducto, ambabus manibus humeri caput, in ſuam cauitatem compulſum reponet, quemadmodum ſubiecta figura licet intueri.

Gal. com. ad ſent. 23. ſect. 1. de art. *Sola extenſione perfecta reſtitutio luxati humeri.*

E

Primi modi reſtituendi humeri delineatio.



B

Inde vicinis partibus omnibus apponendum medicamentum ex farina volatili, bolo armenio, myrtillis, pice reſina, & alumine in pollinem tritis, & oui albumine exceptis. Hinc alæ cauitas implenda glomere laneo, aut xylino, aut ſplenio linteo, oleo roſato aut myrtino, pauco aceto, & vnguento roſaceo, aut Galeni refrigerante, ne ad pilos, ſi qui ſubſint, adhæreſcat, oblito. Pars poſtea deligãda eſt, faſcia duobus capitibus conſtante, quinque digitos lata, duas vlnas longa, plus minuſue pro corporum ratione. Media ipſa ſtatim alæ ſubiiciatur, inde ſupra humerum ægrum decuſſetur, & decuſſatis ſemper, quantumque videbitur, circumuolutionibus, ad oppoſitam alam deuoluatur. *Media figura.* Brachium denique pectori admotum, & media figura ad angulos fere rectos compoſitum, ſic vt manus altius adducta, humerum ſanum pene contingat, ne os recenter repoſitum iterum excidat, mitella includatur: nec primus is apparatus, niſi poſt quartum aut quintum diem, mutetur, niſi ſuperuenientis alicuius ſymptomatis magnitudo ab illo nos inſtituto reuocet. C

De ſecundo reponendi humeri modo, calce ſcilicet: cum æger præ dolore, neque in pedes rectus, nec ſedens conſiſtere poteſt. CAP. XXIII.

Hipp. ſent. 12. ſect. 1. de art.

HVmi ſupinus æger in matta collocandus eſt, eiusque alæ glomus filaceus ſubiiciẽdus, aut pila ſcortea, tomento vel bombace farta, eius craſſitiei quæ cauitati implendæ ſufficiat, vt mox calce in ſuũ ſinum os facilius compelli poſſit. Tum Chirurgus ipſi aſſideat, humero luxato è regione oppoſitus: ac ſiquidem dexter humerus luxatus ſit, calcem dextram pilæ applicet, quæ alam implet: ſin ſiniſter, ſiniſtram: mox ægri brachium, manibus ambabus comprehenſum, verſus pedes attrahat, eodemque momento calce alam valide comprimat. Dum hæc fiunt, ſtabit à tergo ægri miniſter, qui eius humerum mantili aliquo lineo, laqueoue aut loro ad id facto ſurſum tigat, ſimulque calce nitens ſummam omoplatam deorſum deprimet: alter prætetea miniſter ab altero latere ægro aſſidebit qui ipſum complexus prohibebit, ne ad neceſſarias inter reſtituendi opus extenſiones huc illuc temere feratur, vt ſubiecta imagine licet intueri. D

Secunda

A

Secundi modi reſtituendi humeri delineatio.



B

De tertio reſtituendi humeri modo. Cap. XXIV.

ALæ ægri, altior aliquis & validus miniſter, ſummi humeri acuminatam partem ſubiiciet, vnaq; eius brachium violentius verſus pectus ſnnm pertrahet, ſic vt æger toto inde qnaſi corpore pendeat. Interim alius miniſter ad maiorem impreſſionem, poodusque, ægri luxaro humero ſcapulæqne toto ſe corpore concutiendo incumbet. Sic à priore, ſubiecto alæ miniſtro humerus deorſum tractus, & ab altero incumbente impulſus, concuſſusque concurrenre vna Chirurgi opera, & violentos motus manibus regente, in ſuam ſedem reſtituetur, quemadmodum ſubiecta figura docet.

C

Tertii reſtituendi humeri modi figura.



D

De quarto modo luxati humeri reſtituendi.

Cap. XXV.

SVmitur pertica ſitulariæ ſimilis, duos pollices lata, & hexapodem circiter longa. In ea media deſigitur glomus filaceus, aut pila craſſitiei, quæ alæ cauitati implendæ ſit ſatis. Duo hinc inde pari interuallo depacti ſurgent axiculi lignei, qnibus tanquam repagulis cohibetur humerus, ne ſemel traiectus,
E in ſubiecta alæ cauitati pila non conſiſtat, ſed dilabatur. Perticam illam duo valentes & ægro altiores, ſeu natura, ſeu arte homines, armis ſuis imponent: tum ſuper ipſam, qua parte pila protuberat, alam traiiciet æger: præſto aderit Chirurgus, qui pendulum brachium deorſum traher. Sic æger è pertica, humero velut pendebit, adeoque humeri caput in ſuam cauitatem compelletur, vt appicta hic imago demõſtrat, in qua ſeorſum perticam ſitulariam intueri licet cum depactis axiculis, ſeu clauis ligneis, & defixa in medio protuberante pila.

Quarti modi reſtituendi humeri figura.



B

C

De quinto, qui per ſcalam eſt, reſtituendi luxati in alam humeri modo.

C A P. XXVI.

Licet & ex ſcalæ gradu, quo ſequitur modo, luxatum in alam humerum reſtituere. In altiore ſcalæ gradu rotundum aliquod corpus tanquam pila aut glomus defigitur, quod, vt ante diximus, implēdæ alæ ſufficiat: ad ima ſcalæ ſtat ſcabellum, quod æger aſcendit, tum vtrumque illi crus ſimul, ſanum vero brachium poſt tergum religatur, ne, cum mox reſtitutio fiet, ſcalæ gradu manu comprehenſo, aut pede ſubnixus, totum opus interturbet, & fruſtraneum reddat. Mox igitur humerus ſuper ſcalæ gradum traiicitur, defixæque pilæ ala applicatur, iuſſo interim ægro ſcalæ gradui, toto corpore ſuo proxime adeſſe: alias, præterquam quod luxationis reſtituendæ alia ſpes non eſt, tum præterea frangendi humeri non leue periculum imminet. Cauebit inſuper æger, ne è ſcalæ gradibus caput proferat inferatue. Hinc brachium illi ſpira filacea ſimiliue ad id facta habena, ſupra cubitum religatum, deorſum miniſtri manibus trahetur, eodemque momento ſcabellum eius pedibus ſubtrahetur, ſic vt ex ſcala pendulus ſit: D
Hac demum arte caput humeri ex ſeſe reſtituetur, concurrente chirurgi opera, qui ſcapulam deprimet, humerum huic inde commouendo. Reſtituto oſſe, ſtatim quod paulo ante ſubtractum fuerat ſcabellum, ægri pedibus ſubiicietur, vt facilius & minus laborioſe brachium à ſcalæ gradu reuocare poſſit. Nam ſi ipſum patiens ſurſum trahendo reuocet, periculum eſt, ne recenter reſtitutum, nec dum in ſua ſede bene ſtabilitum humeri caput, rurſum excidat. Harum omnium rerum imaginem hic ideo appingendam duxi, vt illam artem oculis quaſi iudicibus aſſequi poſſes.

E

Quinti

Quinti modi reſtituendi humeri delineatio.

B



C

Non putaui hoc loco prætermittendam Nicolai Picardi Lotharingiæ ducis Chirurgi induſtriam. Is vocatus à ruſtico quodam, qui ipſi luxatum in alam humerum reſtitueret, nec in villa præter ægrum, eiusque vxorem quiſquam eſſet, qui ſibi tanto operi neceſſariam operam miniſtrare poſſet, ægrum ipſum, quo diximus modo, vinctum ſcalæ admouit, mox fuſtem ex demiſſo & inferiore capite habenæ quæ humerum ægrum ſupra cubitum deuinciebat, religatum, vni ex ſcalæ gradibus, vna maxime demitti poterat, ſubiecit, & hoc tanquam retinaculo obſtrinxit ac firmauit: in eum mox fuſtem velut in arundine equitaturus, toto corporis pondere connixus ſe intulit, eodemque in articulo iuſſit vxorem
D adſtantem, ſcabellum mariti pedibus ſubiectum ſubtrahere: quo facto, extemplo os in ſuum locum rediit, vt ſubiecta figura eſt intelligere.

Figura alia, quintum reſtituendi humeri modum exprimens.



Figura alia in eandem rem. A



B

C

Si ſcalæ copia non ſit, vti licet pertica tranſuerſaria, duobus arrectariis fulta. Vti licet & oſtio, quéadmodum alia figura docet: in qua aduertere te oportet fuſtem ſeu ſpatulam cum ſuis loris & laqueis, cuius ſequenti capite vſus deſcribitur.

De ſexto reſtituendi humeri in alam luxati modo.

CAP. XXVII.

Sect. 1. lib. de art. ſent. 19.

HVmeri reſtituendi optimam omnium hanc eſſe viam Hippoc. ſcribit. Ligneam ſpatulam ſumere oportet, quæ latitudine ſit quatuor aut quinque digitorum, craſſitie duorum, aut etiam tenuior: longitudine vero bicubitali, vel paulo minus: altera eius extremitas anguſtiſſima ſit & tenuiſſima, cum extante capitulo rotundo, & leuiter cauo, vt alæ ſubiectum, recipere particulam aliquam ex capite humeri poſſit, quodque ideo non ad coſtas, ſed ad caput humeri vergat. Ea ſpathæ ſumma pars linteo, aut panno, quauiſue alia re molli inuoluatur, quo leuior ſit, & minus contactu lædat: tumque ſub alam ſic impellatur, vt inter coſtas & caput humeri, interiorem penitiſſime in partem penetret. In ea præterea ſpatha bina ſint, tribus locis iuſto interuallo diſtinctis, foramina, in quæ lora mollia coniiciantur, quibus ad reliquum brachium, ipſi totum ad digitos vſque in longitudinem porrectum deligetur: vno loco paulum infra humeri caput, altero paulum ſupra cubitum, tertio ſupra manum, vt quam maxime firmum permaneat. Itaque ei rei protinus interualla, tunc quoque foraminum aptata ſint: in primis vero id curandum eſt, vt ſumma ſpathæ pars ſuperato capite brachij, in quam intimum alæ ſinum ingrediatur: poſtea inter duas columnas cauterius tranſuerſus conſtituendus eſt, eiſque bene deligandus, ſupraque eum, brachium cum ligno ita tranſmittendum eſt, vt in alteram partem brachio, in alteram corpore propendente, ſub alam cauterius ſubeat: quod vbi factum fuerit, hinc brachium, inde corpus circum cauterium detrahendum eſt. In eam autem altitudinem deligari cauterius debet, vt corpus ſuſpenſum ſummis digitis inſiſtat. Hæc reponendi humeri ratio longe optima eſt. Loco duarum columnarum vti licebit ſcala, ianua, fulcris, lectis, aliiſque ſimilibus, quæ forte affuerint. Auditum habeo ab Henrico Harueto Chirurgo Aurelianenſi optimo, nonquam ſibi fruſtra tentatam fuiſſe reſtituendi humeri in alam luxati hanc rationem: niſi forte, quod etiam ab Hippocrate notatum eſt, ob vetuſtatem luxationis, & caro in acetabulum ingreſſa fuiſſet, & caput humeri in loco, quem inciderat, nouum ſibi ſinum excauaſſet: tum enim vel reſtitui os non poſſe, vel non manſurum in ſua ſede: ſed relapſurum nihilominus in recentem excauatum ſinum, qui ipſi acetabuli naturalis loco eſt. Cæterum monendi hic ſunt Chirurgiæ tyrones, quod ſi os primo conatu & molitione non reſtituatur, non deſperandum, & ſtatim deſiſtendũ ab incœpto, ſed præmoliendum tum, & leniter præagitandum articulum. Ita enim demum facilius commouebitur, & naturalem cauitatem ſubibit: vbi ſubiuerit plagulis appoſitis, obuolutiſque faſciis curabi-

Gloſſocomũ quod Ambi dicitur, deſcriptio. (D)

Sect. 1. de art. ſent. 21.

Sect. 1. de art. ſent. 21. (E)


Hippo. ſent. 64. ſect. 4. de art.

A curabitur, quo ſupra dictum eſt, modo. Ad exhibitas vero ante figuras hanc etiam addere volui, quæ cum ſpatha Hippocratica reſtituendi humeri in alam luxati rationem ſubiicit. Hæc ſpatha ſubicibus arrectariis, axiculo ferreo traiecta, media inſidens pro arbitrio verſari, attolli, & deprimi poteris.

A. Spatham ligneam verſatilem monſtrat.
B. Subices arrectarios.

Gloſſocomium Hippocrati Ambi dictum.

B



C

Huius machinæ vt certior ſit vſus, æger in ſedili debet ſedere, quod paulo humilius ſit ſubice arrectario, quo maior ſit vis in alam intruſæ ſpathæ cum deprimetur, ad caput humeri compellendum: vinctis præterea ſimul pedibus æger ſit oportet, ne ſe erigat dum reſtitutionem tentabit Chirurgus: tum vero tentabit, cum luxati humeri brachium ſecundum ſpathæ longitudinem exporrectum, eidem loris alligauerat, ipſamque ſummam ſpatham, ſub caput humeri elapſum intruſerit, vt ante dictum eſt: mox enim depreſſo altero ſpathæ, quod ad manum pertingit, extremo, os in ſuam cauitatem cogitur. Diligenter vero te contemplari oportet ligneam ſpatham ſeorſim ea gratia à me depictam, quam Ambi nominat Hippo. cuius ſummum caput leuiter excauatum eſt notatum litera B. Tota vero ipſa elemento A. deſignatur, cum tribus loris pendulis ligando brachio comparatis, vt certo loco ſtet immotum, quemadmodum ſubiecta figura docet. *Qua ratione vt liceat machina Ambi dicta.*

D

Ambi,

Ambi, luxato humero applicati, effigies. A




B

C

Ad hanc Ambi deſignatam effigiem alia additamenaa acceſſerunt, ingenio Nicolai Picardi Chirurgi Lotharingiæ ducis: quorum vſum & cognitionem mihi ab ipſo artifice fideliter traditam, nolui Lectori ſtudioſo inuidere.

Alia Ambi effigies cum ſitis additamentis.



D

E

A A. Mon-

A *A A. Monſtrat duos auriculares tanquam obices, continendo & coercendo ſummo humero comparatos, ne applicata machina ipſe dilabatur.*

BB. Columnam, cui ambi inſidet.

CC. Axiculum ſeu clauum, qui traiectam ambi, verſatilem continet in ſua columna.

DD. Cochleas ſeu cochleatos ſcapos, quibus pes, ſeu columna baſis firmatur, ne dum reſtitutio fit, vacillet.

EE. Pedis foramina, quibus per inſertos cochleatos ſcapus ſubiecto ſolo affigitur, in eum, qui dictus eſt, vſum.

De modo reſtituendi humeri antrorſum luxati

Cap. XXVIII.

RAtum eſt, vt humerus in anteriorem partem luxetur: ſed tamen nihil adeo ſtabile & confirmatum in corpore exiſtit, quod non violento incurſu violetur: ita vt ea etiam oſſa ſuis locis excidant, quorum articuli validis vndique carneis, neruoſis, cartilagineis & oſſeis obicibus cinguntur ad connexionis ſtabilitatem. Id intelligere licet hac luxati humeri ſpecie firmo omni ex parte vallo munitæ: nempe acromio, ſummo iugulo tanquam obuitente, craſſis & validis muſculis epomide nempe & bicipite. Hãc
B luxationem Hippocrati, Aſiæ minoris anguſtis clauſtris olim coercito nunquam, Galeno vero quinquies viſam, profiteor me ſemel obſeruaſſe in quadam monacha, quæ clauſtri pertæſa, cum ſe è feneſtra in terram præcipitaſſet, lapſusque ac corporis grauitatem cubitus ſuſtinuiſſet, ipſi antrorſum luxatus eſt humerus. Cognoſcitur id luxationis genus ex conformationis ſeu figuræ membri deprauatione: ex humeri capite in pectus detorto: denique ſummum quidem tum brachium extenditur, minus tamen quã naturaliter: difficiliusque in priorem partem, quam in poſteriorem cubitus porrigitur. Repoſitio iiſdem efficitur artibus, quibus reliquarum luxationum: nempe arcte tenendo, extendendo, & impellendo. Æger igitur humi ſupinus collocandus eſt, humerumque contrario, quam cum in alam excidit, in modo extendere oportet. Nam cum in alam excidit, in anteriorem partem primum, deinde ſurſum articulus impellitur, quoad è regione ad ſinum, in quem eſt ingreſſurus, fuerit deductus. In hac vero luxationis ſpecie quia in anterioribus dearticulationis partibus eſt ſummus humerus, ſiue ad exteriorem, ſiue ad interiorem partem muſculis diductis interclusus, in contrarium agendus eſt, nempe in poſteriorem. Sed in primis à tergo miniſtrum conſtituere oportet, qui validum laqueum (cuiuſmodi eſt Carcheſius, qui ex duobus aduerſariis loris & perpetuis conſtat) & latum alæ circumiectum retrahat, ne cum mox
C humerus extendetur, ſcapula ſequatur, glomumq; ante indere filaceum, qui alam expleat. Inde humerum, iniecto paulo ſupra cubitum altero laqueo, extendere, interimque cauere, ne eius caput in alam procidat: quod fiet & ſubiecto illo, de quo diximus, alæ glomo, & ipſum caput in diuerſa trahendo: tũ vero ex circumſtringentibus muſculis, articulum expeditum remiſſa extenſione permittere à muſculis in ſeipſos originesque ſuas, vnanimi velut impetu recurrentibus attrahi, in cauitatemque compelli, ſic enim facile reuertetur, ſatisque eſt ſola talis extenſio.

Rara luxati humeri ſpecies. — *Com ad ſen. 2. & 23 ſect. 1. de art.* — *Signa.* — *Curatio.* — *Sent. 23. ſect. 1. de art.*

De Humero extrorſum ſeu ad exteriora luxato.

Cap. XXIX.

RAra etiam humeri ad exteriora luxatio eſt: ſed tamen ſi quando contingat, omnino quidem difficilius eſt brachij exteſio, difficilior tamen in exteriorem partem, quam in anteriorem. Verſum pectus depreſſa cauitas percipitur, extrorſum vero tuber, à qua ſcilicet parte humeri caput abſceſſit. Vt reſtituatur, pronus in ventrem æger collocandus eſt, cubitusque magna contentione in contrarias partes eis, in quas abſceſſit, adducendus, nempe introrſum ad pectus: ſimul vero humeri caput protuberans in ſinum ſuum compellendum eſt, ſic enim facile reuertetur. *Cæterum in quamcunque partem os humeri luxatum exciderit, extendendum, & deorſum directe trahendum brachium eſt.* Poſt repoſitionem medicamenta ido-
D nea dearticulationi circumponentur. Immittetur in alam aliquid, quod eam explere poſſit, plagulæque ei parti apponentur, in quam os luxatum exciderat, mox hæc omnia confirmabuntur, & continebuntur valida & lata faſcia bicipite, alæ ſubiecta, indeque decuſſatim ſupra humeri dearticulationem adducta, atque hinc in oppoſitam alam tot circumuolutionibus, quot res exigere videbitur, deducta. Tum brachium in mitella ad angulos rectos componendum eſt: quæ figura in omni non modo humeri, ſed & cubiti fracti luxatione ſeruanda eſt, quia minus eſt dolorifica, adeoq; talis, vt in ea diutius brachium immotum perſtare poſſit.

Signa. — *Curatio.* — *Faſcia ad continendum humerum, poſtquam repoſitus fuerit.*

De ſurſum luxato humero. Cap. XXX.

NOnnunquam etiam in ſuperiorem partem humeri caput luxatur. Quod quando contingit, tubere ſuo ſe id prodit ad iugulum, cauitas vero ſub ala ſolito amplior percipitur: cubitus magis recedit à coſtis, quam cum deorſum id excidit. Omnino vero ad actiones conſuetas brachium eſt impotens. Vt talis reſtituatur luxatio, oportet, vt Chirurgus humerum ſuum ægri cubito ſubiciat, ſeque ſurſum in
E ſummos pedes ſublatus erigat, ſimulque humeri caput in ſuam cauitatem comprimat, aut comprimi, compellique miniſtri adſtantis manu iubeat. Alias ægrum reſupinum humi collocare oportet, dumq; miniſter affectum brachium deorſum trahendo extendet, Chirurgus manu propria caput humeri in ſuum ſinum compellet. Repoſitione peracta, eadem fient, quæ in reliquis luxationibus, appoſitis plagulis ei parti, in quam os abſceſſerat, ſimiliterque deligatione obuoluta.

Intelliges vero in his quatuor luxationum commemoratis ſpeciebus, quod exciderat os, eſſe reſtitutum ex ſono, qui ſubauditus fuerit, dum compoſitio facta eſt: ex actionum ſolitarum, quę inflectendo, extendendo & attollendo cernuntur, reſtituta facultate; doloris ceſſatione, collatione denique affecti brachij ad ſanum, & cum eo ſimilitudine ac parilitate.

Signa. — *Curatio.* — *Signa reſtitutorum in ſuam cauitatem oſſiũ.* — *Authore cũ Hipp ſen. 9 L. ſect. 3 fra. & Celſo non conuenire videtur, in luxati cubiti ſpeciebus nominãdis.* — *Qua partes introrſum ſpectare dicantur.*

De luxatione cubiti C A P. XXXI. A

Quatuor: [illegible] ſect. 9. de fract. Authoris cũ Hipp. & Celſo non conuenit in harũ luxationum nato apponendis nam quæ hic ad exteriora & interiora luxationi attribuuntur, ea Celſus attribuit luxato cubito in priorem & exteriorem partem, & quæ hic ſurſum & deorſum luxato cubito, ea Celſus ad exteriora & interiora luxationi attribuit. [illegible]

CVbitus etiam luxari quatuor modis poteſt, nempe introrſum, extrorſum, ſurſum, & deorſum. Per partem, quæ introrſum eſt, eam intelligo, quæ corporis centrum ſpectat, cum brachium natrali ſitu collocatum eſt, figura nempe, quæ inter pronam & ſupinam media eſt. Extrorſum partem intelligo eam, quæ illi eſt oppoſita. Per ſuperiorem eam, quæ cœlum, per inferiorem eam, quæ terram reſpicit. Cubiti dearticulatio, quo pluribus capitulis pluribuſque ſinubus abſoluitur, quam humeri, eo, ſi quando luxetur, moleſtior eſſe ſolet, magiſque inflammationem inſuper patitur & ſuper occaleſcit, vt ait Hippocrates: ac difficilius quidem cubiti, quam humeri articulus excidit, ſed reſtituitur & reponitur difficilius, quia oſſa cubiti, humerique ſeſe mutuo excipiunt & ſubeunt per ginglymum dearticulata, vt pluribus *in anatome & paulo ante in fractura cubiti* docuimus. Ideo vero cubitus luxatur, quia apophyſes eius circa humerum pleno orbe, & abſoluta conuerſione non conuertuntur. Itaque ſi quando arctius, preſſiusque flectitur cubitus, quam vt apophyſis interior locum & ſtationem in ſui ſinus fundo retinere poſſit, apophyſis poſterior retrorſum excidit ac luxatur. Cum vero violentius extenditur apophyſis anterior, ad ſuæ cauitatis fundum alliditur, alliſa vero & quaſi pulſata exilit, exciditque ſuo loco, atque B hæc luxationis ſpecies reſtitutu longe difficilior eſt priore: adde quod cubiti extremum exterius, quod olecranum dicitur, altius eſt: interius vero alterum depreſſius eſt, quo etiam fit, vt omnibus cubitum flectere, quam extendere, ſit facilius. Itaque à cauſa violentiore extrorſum, quam introrſum cubitus elabitur. Cum in hanc exteriorem partem cubitus prolapſus eſt, extentum brachium manet, neque incuruari poteſt: quod tum eius apophyſis interior in cauitate externa, quæ in imo humero exciſa eſt, hæret, quæ ante ab olecrani interna parte occupabatur: quæ res repoſitionem facit difficilem: quod illic tanquam obſeſſa teneatur illa apophyſis. At cum anteriorem in partem cubitus luxatus excidit, brachiũ curuum eſt, neque extenditur, breuiuſque altero eſt. At ſi ſecundum alios luxationum modos ſurſum nempe aut deorſum cubitus ſua ſede elapſus ſit, ipſius naturalis figura peruertitur, nempe exporrectum quidem brachium eſt, ſed paulum tamẽ in eam partem, à qua os receſſit, recuruatum, id eſt, medio quodam modo inter flexionem & extenſionem figuratum. Quæcunque luxationis ſpecies inciderit, cubiti actio vel omnino non fit, vel certe bene non fit, quoad ſibi ex ſuo loco reſtitutus ipſe fuerit: tuber eſt in parte, in quam abſceſſit, cauitas, à qua exceſſit, quod etiam in omnium partium luxationibus cernitur. Præterea cubiti luxatio alia completa & perfecta eſt, alia imperfecta. Hæc vt facile & leui quadam ex [illegible]ne incidit, ſic facile reſtituitur: perfecta contra, vt difficulter, & niſi vehementi aliquo ab impetu [illegible], ita non ita facilem habet repoſitionem: præſertim niſi inflammationem præueneris; ſuborta enim inflammatio repoſitionem vel difficillimam, vel omnino impoſſibilem reddit, maxime eam, quæ extorſum ſeu in exteriorem partem incidit. C

De reſtituenda luxatione cubiti, quæ in exteriorem partem incidit.

C A P. XXXII.

Signum. SI quando diſtentum brachium, neque flecti habile animaduerterimus, extrorſum luxatum cubitum eſſe, licet intelligere. Itaque repoſitionem eius quamprimum eſſe aggrediẽdam, fluxionis & inflammationis metu, quas doloris acerbitas accerſere ſolet. *Curatio.* In quamcunque partem inciderit luxatio, reponendi vna ratio eſt; nempe curandum vt miniſter arcte & firmiter ægri brachium infra humeri dearticulationem teneat, interim vero Chirurgus brachium manu comprehenſum trahat, ſimulque humerum extrorſum, cubitiq; tuber introrſum compellat, brachium autem ſenſim trahet & extẽdet, hac illac leniter intorquendo, vt quod excidit os, in ſuam cauitatem deducat. Hæc eo à me conceptis verbis *Cautio.* dicta ſunt, vt intelligat Chirurgiæ tyro, ad hanc luxationis ſpeciem reſtituendam, non eſſe flectendum D brachium: non enim ſic reſtitutio ſperabilis eſſe poteſt, quia per hanc luxationis ſpeciem, apophyſis interior oſſis cubiti, locum occupat apophyſeos exterioris in humeri cauitate. Itaque dum brachium incuruatur ſeu inflectitur, cubitus tantum attollitur, non in ſuam ſedem pertrahitur. Quod ſi repoſitionem illam manu conſequi non poſſimus, curandum eſt, vt brachium luxatum columnam aliquam am- *Olecranum quid.* plectatur leuiter inflexum: tum forti habena cubiti extremitas, olecranum dicta, comprehendenda venit, inſertoque in habenam fuſte in ſuam cauitatem intorquendo compellenda eſt; quemadmodum ſubiecta imagine demonſtratur.

E

Figura,

A

Figura, quæ rationem docet, qua cubitus columnam amplexatus iniecta habena, intortoque fuſte reponi poßit.



B

C

Figura, quæ rationem monſtrat, qua ſola habena iniecta cubitus reſtitui queat.

D



Eſt & alia expeditior reſtiruendi via, quæ figura nouiſſime expreſſa monſtratur: qua ſcilicet columnam amplexo brachio laqueus pollicem latus ad olecranum inijcitur, tamdiuque pertrahitur, quoad os elocatum in ſuam ſedem redierit. Tum vero rediiſſe os & reſtitutum eſſe intelligimus, quando dolor quieuit, figura omniſque naturalis conformatio brachio rediit, faciliſque & minime laborioſa ipſi eſt flexio atque extenſio. A

De cubiti ad interiora, deque completa & incompleta luxatione.

Cap. XXXIII.

Curatio.

SI ad interiora luxatus eſt cubitus, valide rigideque extendendum brachium eſt: hoc ſtatim, velociter & rapido impetu inflectendum, adeo vt manus ſuum humerum feriat, nonnulli rotundum aliquid in cubiti flexu ponunt, & ſuper id cubitum repente ad humerum, vt prædiximus, impellunt. Si leuiter tantum à ſua ſede commotum eſt os cubiti in ſuperiorem aut inferiorem partem, tractu & verſum cauitatem ſuam impulſione facile reſtituitur, hoc, qui ſequitur, modo. Miniſtri duo brachium humero, & carpo comprehenſum extendent, ac pro ſe quiſque, ad ſe in diuerſas partes trahant: ſimul vero qui aderit Chirurgus, quod emotum fuerit os, ab ea parte, in quam deflexit, in contrarium manu impellet, poſtquam ſic reſtituerit, brachium ad aogulos rectos componet, eumque deligabit: & idonea ante cõmemorata medicamenta apponet, mitella denique ex ceruicibus appenſa inuoluet, quemadmodum in humeri luxatione diximus. Iubet Hippocrates, vt poſt repoſitionem æger ſæpius brachium in pronum & ſupinum mouere aggrediatur, extendatque & inflectat, imo manu graue aliquod onus attollere tentet: ſic eoim fore, vt huios dearticulationis ligamenta molliora, expeditiora, & ad motus ſolitos habiliora fiant, vindicenturque oſſa cubiti & humeri ab ancyloſeos morbo, cui per huius partis luxationes ſunt opportuna. Eſt autem ancyloſis *oſsium diuerſorum in eandem dearticulationem deiunctorum quadam præter naturam agglutinatio, coagmentatio & quaſi vnio*, quæ dearticulatioois illius flexus, extenſioneſque poſtea prohibet. In cubito vero celerius, quam in vllo articulo, ſiue extra remanſit, ſiue intus reuertit, callus circumdatur, quod per quietem & à ſolitis motibus ceſſatiooem humor viſcidus, qui naturæ lege articulis obductus eſt, aliuſque inſuper præter naturam, qui tum doloris occaſione tractus affluit, induratur, occaleſcit, oſſaque ſibi mutuo compingit & ferruminat, quemadmodum in multis per huius partis inertiam, & diuturniorem quietem obſeruaui. Hoic igitur vitio vt occurratur, celerius ſæpiuſque, nempe triduo quoque, tota deligatio reſoluenda eſt, atque in omnem partem brachium leniter ægro mouendum. B C

Sent 63 ſect. 3. de fract.

Ancyloſis quid.

Cur cubitus ancyloſi ſit maxime obnoxius.

Præcautio.

Intra vigeſimum aut quintum & vigeſimum diem loxatorum horum oſſium repoſitio firmatur, citius tardiuſue pro ſuperuenientium accidentium occaſione. Scire præterea Chirurgos debet, contingere, vt cubito loco ſuo penitus elapſo radius vna excidat, itaque videbit inter reſtituendum cubitum, vt pariter radium ſuo loco reſtituat: ſuperna parte apophyſim habet rotundam leniter excauatam, qua humerum excipit: habet & tuberculum, quod bicipitem admittit muſculum.

Radius cum cubiti luxatio excidit.

De ſtyliformis cubiti proceſſus luxatione.

Cap. XXXIV.

EXcidit nonnũquam, à radioque abducitur cubiti apophyſis, Styloides dicta, carpo etiam diarthroſi articulata, à quo nempe parua cauitate excipitur: excidit vero alias introrſum, alias extrorſum. Cauſa fere eſt lapſus corporis in manus ex alto. Reponitur, ſi in ſuam ſedem impellatur, fideliter deligetur, ac medicamentis multum adſtringentibus ac deſiccantibus obducatur. Sed quamuis omnia ſedulo feceris, quæ fieri aduerſum luxationes iure poſſunt, nunquam tamen conſequeris, vt os id omnino reſtitui, & in locum, vnde exceſſit, penitus redire poſſit: quod ipſum ab Hippocrate adnotatum legimus *quando* (inquit) *os craſſius, nempe cubitus, ab altero, id eſt, radio dimouetur, id in ſuam naturam reſtituere facile non eſt: quippe cum neque alia vlla duorum oſsium communis cohærentia, quam Symphyſin, quaſi vnionem appellant, vbi diſtracta & deſtructa eſt, in priſtinam naturam reduci valeat, propterea quod ea, quibus ante continebantur, & quaſi continuabantur ligamenta, violentius diſtenta & relaxata ſunt, ex quo contigit, vt in his caſibus ſæpe eluſam Chirurgorum diligentiam & ſolertiam animaduerterim.* D

Differentia & cauſa.

Curatio.

Sen 1. ſect. 2. & ſent. vlt. ſect. 3. de fra.

De Carpi luxatione. **Cap. XXXV.**

CArpum hic intelligimus, oſſeum quoddam corpus ex octo oſſibus coagmentatum, cubito toti per diarthroſim connexum. Carpus enim in ſe totus conſideratus, & cubito ſpecialius dicto, grandiori nempe cubiti generaliter dicti, oſſi & radio connectitur atque articulatur. Illi quidem ad minimum digitum, huic vero ad pollicem: ſic enim firmior futura erat ex duabus connexionibus dearticulatio. Luxatur tamen ad interiora, exteriora, & latera. Ad interiora loxationem incidiſſe intelligimus, cum manus reſupinata permanet, ad exteriora vero, quando incuruatur, neque extendi poteſt. At ſi in latera luxatio inciderit, obliquatur ipſa nunc ad pollicem, nunc ad minimum digitum, prout in hoc aut illud latus luxatio contigit. Cauſa pendere videri poteſt à varia radij & cubiti cum manu ſeu carpo dearticulatione. Nam radius, qui parte inferna cum carpo ad pollicem dearticulatur, parte ſuperna dum cauitate ſua externum cubiti condylum excipit, motus manuum circulares in pronum nempe & ſupinum perficit. Cubitus vero, qui parte inferna cum carpo ad minimum digitum diarthroſi ſimiliter connectitur, parte ſuperna cum humero dearticulatur, manum flectit & extendit, ſeu exporrigit. E

Carpi dearticulatio.

Hic par quæ ante cap. 31. authore eum Celſo & Hip. ſen. 2. ſect. 2. de art. diſcordia in nominibus luxationum exprimẽdis & enſignum deſignandis.

Differentia & ſigna.

Reſtitutionis cõmemoratarum eiuſmodi luxatiooum via vna eſt. Super durum locum, renitẽtem & læuem

A leuem ex altera parte brachium, ex altera manus intendi debet, ſic vt prona ſit: curandumque, vt pars, vnde os luxatum excidit, inferiore ſit ſitu ac loco, pars vero, ad quam acceſſit, ſuperiore. Tum denique oſſium prominentiæ Chirurgi manu premantur, quoad compreſſionis vi & ſitus decliuitate in ſuum locum ſitumue ipſa luxata oſſa intruſa & compulſa fuerint.

De luxatis carpi oſsibus. Cap. XXXVI.

Carpus octo coagmentatur oſſibus, quæ niſi magna vi loco moueri & excidere nequeunt. Si quando tamen exciderint, id teſtantur tumore partis, in quam acceſſerunt, & depreſſione eius, à qua abſceſſerunt. Repoſitio fit, ſi manus ægra ſupra menſam extendatur, at ſi introrſum luxata ſint oſſa, manus ſupina collocabitur: tum Chirurgus oſſium eminentias palma comprimet: atque in ſuum quodque os ſinum compellet. At ſi extrorſum luxatio ſit, prona manus in menſa extendetur, atque ſimulier comprimetur. Denique ſi in alterutrum latus luxatio inciderit, in contrarium luxata oſſa retrudentur, repoſita mox oſſa ſua ſede continebuntur, remediis neceſſarus, deligatione, faſcia, & mitella.
B

Signa. *Curatio.*

De Metacarpii oſsibus luxatis. Cap. XXXVII.

In palma ſeu Metacarpio quatuor oſſa exiſtunt, quorum duo media in latus luxari nequeunt, quod partium, tanquam contranitentium oppoſitione, ne excidant, impediantur & fulciantur. Nec vero id, quod minimo digito, aut id, quod indici reſpondet, luxari, excidereue in id latus poſſunt, quo mediis de quibus nunc diximus, oſſibus contigua ſunt, ſed tantum in alterum latus, oſſium vicinia nudum: omnia vero introrſum & extrorſum luxari poſſunt. Reponendi hic eadem, quæ in carpo, via eſt.

Celſus lib. 8. ca. 18.

De luxatis digitis. Cap. XXXVIII.

Digitorum oſſa luxari etiam quatuor modis poſſunt, introrſum, extrorſum, & in latera. Vt reponantur, extendenda in rectum ſuper menſam & compellenda ſunt. Sic enim facile reſtituuntur, quod ipſorum ſinus alti non ſint, omninoque articuli exiſtant breuiores: ligamenta vero minus valida ſint.
C Intra duodecimum diem hæc demum confirmatur repoſitio, quemadmodum & ea, quæ in carpo ac metacarpio facta fuerit.

Luxatorum digitorum cur facilis ſit reſtitutio.

De luxato femore. Cap. XXXIX.

Femur in omnes quatuor partes promoueri ſeu excidere poteſt. Sæpiſſime quidem in anteriorem, deinde in exteriorem, raro admodum in priorem aut poſteriorem. Subluxatio in hac dearticulatione fieri nequit, vt nec in humero, à cauſa præſertim externa: contra quam in cubito, manu, genu, ac pedib. contingere ſolet. Cauſa eſt, quod vtrumque & femoris & humeri caput exacte rotundum eſt: ſinus vero, quo vtrumque conditur ſupercilia & quaſi crepidines habet in ambitu, adde, quod validi vtramque dearticulationem cingant muſculi: omnino vt fieri non poſſit, vt capitis eiuſmodi oſſium pars ſua cauitate condita ſit, alia vero promineat & exciderit: quin ipſa mox dearticulationis motu & circumactione, atque circumſtantium muſculorum robore in ſuum locum rapta relabatur. A cauſa vero interna ſubluxatio in illis partibus contingere poſſe videtur. Tum enim remollita & relaxata ligamenta ac vincula, oſſis caput in acetabuli ſupercilio inſidens referre & reuehere nequeunt.

Hip. ſent. 68. ſect. 3 de art. Gal. com. 4 de ſent 47. ſect. 4. de art.

A cauſa interna femoris ſubluxationem contingere poſſe.

D Si in interiorem partem femur prolapſum eſt, crus longius altero & vaſtius eſt, genu vero depreſſius apparet, atque extra cum toto pede ſpectat, nec æger crus inflectere valet: denique ipſum femoris caput ad inguem aſpectabili & tractabili tumore adhærens ſe prodit: longius vero crus eo, quod ſanum eſt, exiſtit, quod femoris caput extra ſuum ſit acetabulum, inferiorique, nempe ad inguem, ſede ſubſiſtat itaque tanto crus vaſtius redditur. Extra vero ſpectat genu, quia neceſſario inferius femoris caput in contrarium acetabulo ſuo ſitum obuertitur. Hoc enim luxatis oſſibus omnibus commune eſt, vt cum in vnum latus incidit luxatio, alterum oſſis caput in contrarium obuertatur, luxato eiuſdem oſſis capiti. Ita fit, vt ſi femoris caput ſuperius intro exciderit, foras neceſſario ſpectat caput alterum quod ad genu eſt. Similis eſt in aliis luxationibus ratio. Plicari vero & inflecti ad inguem crus nequit, quod luxatum os, tenſores eiuſdem partis muſculos ſic rigidos & tenſos detinet, vt flectoribus cedere atq; obſequentes ſe præbere nequeant. Extenſionem enim flexio, & flexionem extenſio præcedere debet.

Signa femoris ad interiora luxati.

Gal. ad ſent. 70. ſect. 3. de art.

De prognoſi inſtituenda in femoris luxatione.

Cap. XL.

E In femoris luxationibus id periculi eſt, ne vel os omnino reſtitui nequeat ſaltem niſi ſummo cum labore: vel ne reſtitutum mox iterum excidat. Nam ſi partis huius tendines, muſculi, ligamenta, reliquaque neruoſa corpore prædura & præualida ſint, vix patientur præ contumacia & rigiditate, os in ſuum locum redire. Si mollia ſint, laxa, effœminata, & inualida reſtitutum os ſua ſede non continebunt. Nihilo vero magis continetur, ſi breue illud quidem, ſed rotundum & robuſtum ligamentum, quod femoris caput, in coxæ acetabulo, parte interna compingit, ruptum ſit aut relaxatum. Rumpitur autem violento aliquo impetu: relaxatur humoris excrementitii, lenti, ac viſcidi circum dearticulationem illam congeſtione & mora, cuius occaſione dilutum molleſcit. Ac ſi quidem ruptum fuerit, quantumlibet os repoſueris, denuo ſtatim relabetur. Si vero relaxatum, vna ſpes eſt oſſis repoſiti continendi, ſi congeſta humiditas medicamentis, cauteriiſque vtriuſque generis circumpoſitis abſorbeatur, quam in rem effi-

Cur femur luxatum difficulter reſtituatur vel reſtitutum facile relabatur.

Ligamenti interni rupto & relaxatio.

caciora ſunt, quæ actu vrunt, quia potentius deſiccant & roborant: auget continendi difficultatem, A corporis macies, aponeuroſeos, id eſt, latorum tendinum, externorum denique ligamentorum, quæ in genu multa circumpoſita cernuntur, in hac dearticulatione defectus. Cæterum partes oſſi luxato ac nõ repoſito vicinæ ſenſim emaciantur & atrophia contabeſcunt: tum quod pars ipſa à ſolitis muneribus & functionibus feriari cogitur, tum quod venis, arteriis, neruiſque arctius conſtrictis, & ſede ſua motis alimentum, ſpiritusque ad partem libere non confluant, quo fit, vt pars ipſa debilior reddita, calore natiuo debilitato ob ignauiam, ſuccum alimentarium nec attrahere, nec id pauxillum, quod allapſum eſt, conficere & aſſimilare poſſit. Certe os femoris quamdiu extra ſuam cauitatem eſt, non amplius creſcit, reliquorum corporis oſſium more tandemque etiam breuius oſſe ſano viſitur. Nec tamen propterea oſſa cruris ac pedis incrementis ſuis prohibentur, quia ſede ſua mota non ſunt. Nam quod crus totum apparet exilius, contingere putandum eſt propriorum tantum muſculorum extenuatione & macie. Idẽ toti, ſeu magnæ manui contingit, humero luxato: niſi quod minor hic ſolet eſſe calamitas. Nam humeri oſſe elocato, licet etiam manibus aliquid moliri & facere, quo fit, vt etiam in partes illas alimenti non contemnenda portio commeet. At femoris oſſe, introrſum præſertim, fœtuique adhuc vtero concluſo, B aut puero à prima infantia luxato, minus multo confluit alimentarij humoris: quod per femoris luxationem crure & pede multo minus vti licet, quam manibus per humeri luxationes. Cæterum luxata oſſa nec repoſita decreſcere, ſeu iuſtis incrementis prohiberi, in his demum ab Hippocrate dictum eſt intelligendum, qui ad debitam & à natura conſtitutam trinæ dimenſionis ſuam magnitudinem nondum peruenerunt. Nam in conſtantis ætatis hominibus, quæ non reſtituuntur oſſa exiliora quidem euadunt, ſed non proinde breuiora, vt apparet ex eo, quod ipſe de humero prodidit.

Gal. com. ad ſent. 42. ſect. 4. de art.

Cur ad crus luxatum etiam eiuſdem ſequatur atrophia.

Hippocrates exponitur. Sect. 1. & 3. lib. de art.

De femoris extrorſum atque introrſum luxati ſignis.

Cap. XLI.

Femur quando extrorſum luxatur & non reſtituitur, poſt aliquot tempus miteſcit dolor, ac circum occaleſcit caro, caput vero oſſis in vicina coxa nouum ſibi ſinum attritu excauat, in quem ſe condit, ita vt tãdem ſine ſcipione incedere poſſit ægri, nec tam deformis macies ipſorum crus conficiat. At ſi introrſum luxatio contingat, maior continget emaciatio, quod vaſa naturæ ductu intro magis ferantur, C vt eſt à Galeno adnotatum, in vertebrarum ad interiora luxatione: ideo fit, vt grauius comprimantur, adde, quod cõtra os pubis femur ipſum moueri, ne tãtillũ quidẽ queat, quod ſi ſic elapſus articulis reſtitutus non fuerit, ijs circumuolutum, vt bobus, ambulatum fit, crura nempe extrorſum obuertendo. Itaque ſanum crus in motu ſuo obeundo minus multo ſpatij obit, quam ægrum, quia hoc, dum ſe trãsfert & mouetur, in curuum obtorquere ſe neceſſe habet, illud vero recta via ſeu linea motum ſuum perficit. Præterea dum luxato cruri innituntur ægri, vt ſanum traducunt, coguntur obſtipi eſſe, quo fit, vt ſcipione fulcire ſe greſſuſque ſuos cogantur & procidant. Præterea quibus id os ſeu retrorſum ſeu extrorſum luxatum reſtitui non potuit, iis pars ipſa occaleſcit: quod cauſæ eſt, cur poples ſine magno dolore flectatur, ac in ſolos digitorum articulos niti & incedere poſſunt: quin & cum contentius incedere volunt, coguntur inclinari & manu ægro femori admota ſe ad ſingulos paſſus confirmare: tum quia ſibi crus ægrum breuius eſt, tum quia corporis moles haud toto pondere femoris articulo, ſeu capiti ad perpendiculum ingruat, & innitatur. Succeſſu tamen temporis, vbi aſſueuerint, nullo dextram baculo fulciente incedere poſſunt. Interim tamen crus ſanum in compoſitione & figura deformius euadit, quia dum oppoſito & ægro cruri velut ſuccenturiatum ſuccurrit, firmo in terram nixu corporis pondus fulcit: quod dum fit, poplitem ſubinde incuruari eſt neceſſe. At contra quando introrſum luxatum D femoris caput, haud repoſitum fuerit, ſi quidem æger ad magnitudinis ſuæ ſtatum deuenerit, poſtquam oſſi caput cauitatem, in qua torqueatur, ſibi in vicino oſſe excauarit, tandem ſine ſcipione rectus incedit, quia luxatum crus non facile in inguina aut poplitem flecti poteſt, promptiusque in calcem, quam in digitorum articulos innititur. Id luxationis genus ſi inueterauerit, nunquam reſtitui poteſt. Atque hæc contingunt, quando introrſum femur luxatum eſt, vel cum ligamentum internum, quod dearticulationem compingit, ruptum aut relaxatum fuerit. Contraria vero plane apparent, ſi extrorſum luxatio inciderit: tunc enim ægrum crus breuius viſitur, quia caput femoris in locum excidit ſua cauitate altiorem, eiuſque partis muſculi ſuum principium verſus contrahantur, vnaque ſecum os id ſurſum conuulſorie rapiant. Crus ipſum totum ſimul cum genu & pede intro ſpectatio calcem incedere non licet, ſed totum in digitorum radices. Flectere tamen crus licet, quod in luxatione femoris introrſum potis non eſt quemadmodum demonſtrat Paulus. Itaque aduertendum eſt diligenter, Hippocratis ſententiam, quæ cum negatione legitur his verbis: *ſed neque conflectere, quemadmodum ſanum crus poſſunt*, legendum eſſe cum affirmatione hoc fere modo: *ſed &c. Quin & crus ipſum &c.* Iam vero crus ægrum corporis molem melius ſuſtinet in externa, quam in interna luxatione: Illic enim caput femoris corporis moli ad perpendiculum magis ſubiectum eſt. Itaque quando temporis ſucceſſu in vicino oſſe ſibi ſinum attritu excauauerit, qui tandem occalucrit, adeo, vt reſtituendæ luxationis ſpes nulla reſtet, nihilominus ſine ſcipione incedere æger poterit, quod nullus tum doloris ſenſus laceſſat: ex quo ſequitur, vt totum etiam crus minus emacietur, quia minus laborioſus eſt inceſſus, nec inſuper vaſa tam grauiter comprimantur, quam in ea, quæ introrſum fit, luxatione. E

Ad ſen. 52. ſec. 3. art.

Femoris extrorſum luxati ſigna.

Lib. 6. ca. 8. Sent. 91. ſect. 3. lib. de art.

De fe-

A

De femore antrorſum luxato. Cap. XLII.

RAro fit, vt femur antrorſum luxetur. Id tamen cum inciderit, his indiciis intelligitur. Caput femoris ad pubem incumbit: vnde inguina tument, cluniſque contra corrugatur & extenuatur propter muſculorum contractionem, extendere crus citra dolorem æger nequit: imo ne quidem verſum inguina flectere, quod anterior muſculos, qui ab ilio naſcitur, comprimitur adeo à capite femoris, vt diſtendi nequeat. Sed nec poplitem curuare ſine doloris cruciatu licet. Cæterum crus affectum alteri cruri ad calcem par eſt, in digitorum tamen radices inniti æger nequit: itaque cum ingredi cogitur, ſola calce terram contingit, imo vero planta minus in priorem partem inclinatur, nec vero rarum eſt in hoc caſu, vt vrina ſupprimatur: quod caput femoris neruos maiores comprimat, à quibus oriuntur illi, qui ad veſicam feruntur, compreſſionis illius occaſione veſica per ſympathiam dolet & inflammatur, inflammatio vero cum ſphincterem muſculum inualeſcit, vix elabi vrina poteſt, quod tumore intercipiatur. *Iſchuria ab interna femoris luxatione.*

B

De luxato retrorſum femore. Cap. XLIII.

RAra etiã eſt femoris in poſteriora luxatio, quod cauitatis iſchij pars poſterior altior ſit, & magis depreſſa anteriore: quo fit, vt femoris ad interiora luxatio cęteris ſit frequentior: æger neque extendere, neque flectere crus poteſt, propter muſculorum, qui femoris caput ambiunt, multam in hac luxationis ſpecie compreſſionem, & tenſionem. Intenditur vero dolor, cum poplitem inflectere vult, quod tum validius contendantur muſculi. Crus ægrum ſano breuius eſt; cum nates comprimuntur, inter eius partis muſculos caput femoris conditum percipitur: oppoſitum contra inguem laxum ac molle eſt, & perceptibili cauitate depreſſum. Calx terram non contingit, quod caput femoris turſum, à muſculis natium, inter quos abditum latet, conuellitur, præſertim vero ab eo, qui craſſior eſt, qui natium velut puluinar conſtituere dicitur. Is enim in hac luxatione longe magis cæteris comprimitur, quo fit, vt ægro genu flectere fas non ſit, quod tãe ingens ſit extenſio, aponeuroſis, ſeu tendinis lati, qui genu obducit. Quod ſi in luxati femoris, pedem æger ſe ſubſtentare ſine ſcipione velit, præceps retrorſum delabitur, quod in illam partem corpus inclinetur, quia caput femoris corpori fulciendo ad perpendiculum ſubiectum non ſit: itaque ſubalari fulcro ſe ſuſtinere à latere luxato cogitur. *Signa.*

C His de luxati femoris differentiis, ſignis, ſymptomatibus & prognoſi præmiſſis, reſtat vt reponendi rationem, pro partium, in quas elapſum eſt, varietate, variam breuiter deſcribamus. Ægrum ſubiecta molli culcitra, quo iaceat mollius, in ſcamno aut menſa pronum reſupinumue aut in latus in primis collocare oportet: ſic vt pars, in quam os abſcedit, altior ſit, à qua vero abſceſſit, inferior. Si namque extrorſum aut retrorſum femur luxatum ſit, pronus æger veniet collocandus: ſi introrſum, ſupinus: ſi antrorſum, in latus. Hinc extenſio impulſioque cauitatem verſus facienda, quo tandem in eam compellatur. At ſi quidem luxatio recens ſit, & in corpori molli, vt muliebri, puerili, aliiſque, quibus eſt dearticulationum compages laxior, nihil erit neceſſe ad repoſitionem magnam extenſionem validis laqueis moliri: ſola Chirurgi manus ſufficiet, vel ad ſummum, quæ panno attexitur ora, aut mappæ portio iniecta. Os interim firmum plagulis circum dearticulationem appoſitis continebitur. Tum Chirurgus femur ſupra genu comprehenſum, ad rectam lineam extendet, atque è directo cauitatis ſuæ conſtituet, ipſumque in eam mox intrudet. Sic enim reponet, modo inter intrudendum ipſius caput paulo altius erigat, ne circumpoſita cauitati labra ipſum repellant, & ingreſſu prohibeant. Ac quoniam, niſi iuſta ſit extenſio, non poteſt eſſe ſperabilis repoſitio, ſatius eſt, in eam partem peccare, vt paulo plus, quam ſit *Curatio generalis.*

D neceſſe, extendas; ſic tamen ne muſculus aliquis, nodo, aliudue neruoſum corpus rumpatur. Nam vt ſcribit Hippocrates, quando muſculi robuſti & validi ſunt, licet tuto extendere, modo ne quid extenſionis impetu diſtorqueatur. Si iuſtæ extenſioni manus non ſufficiat, aduocanda erit in ſubſidium machina, cuiuſmodi eſt noſtra trochlea ad duos poſtes depacta, ductario fune tantum ſubmiſſo, contractoque quantum res ipſa videbitur exigere: quæ dum fiunt, abſcedere à triſti illo ſpectaculo ægri amicos oportet, intrepidumque adeſſe Chirurgum, qui nullo neque ægri, neque amicorum eiulatu, ab incœpto deterreatur. Sed quoniam has commentationes noſtras in tyronum potiſſimum gratiam comparamus, æquum videtur, vt his in genere de reponendo femore præmiſſis, per ſingulas ſpecies præcepta illa generalia exerceamus, ab ea, quæ introrſum fit luxatione ducto initio. *Sect. 2. lib. de fract.*

De reponendo femore introrſum luxato.

Cap. XLIV.

SVper menſam aut ſcamnum, quo diximus modo, ægrum collocare oportet, in media menſa depactus ſtabit ligneus clauus, pedem vnum longus, tantum vero craſſus, quanta eſſe ſolet craſſities manubrij ligonis: cæterum molli aliquo panno obuolutus, ne coxarum regionem, cui interſtare

E debet, aſperitate aliqua violet, vt ab Hippocrate factitatum legimus, in fracti cruris extenſione. Eum clauus ille ligneus vſum habet, vt corpus, ne trahentem extendentemque ſequatur, ſiſtat: vtque facta, quãtum neceſſe eſt, extenſione inter perinæum, & luxati femoris caput intercedat. Sic enim contra extenſione ad partes ſuperiores non eſt magnopere opus: & præterea repellendo in ſuum ſinum oſſi auxilio eſt, concurrente Chirurgi opera, qui manu modo in hanc, modo in illam partem obtorquendo, totum compulſionis opus dirigit. Cæterum quando extenſioni oppoſita contra extenſione eſt opus, præſto adeſſe vincula oportet, qualia in luxato humero reſtituendo deſcripſimus, ſupra humerum dirigenda: horum vnum ſupra coxæ dearticulationem obuoluetur, & à valido miniſtro contendetur: alterum ſupra genu iniicietur & ab antagoniſta miniſtro pari contentione con- *Sect. 2. lib. de fra.* *Qua arte extenſio & contraextenſio in hoc luxationis genere adminiſtrãda.*

trahetur. Quod ſi claui lignei copia non adſit, eius loco validum & par aliud vinculum, ipſi dearticulationi ad coxæ perpendiculum obducendum, & robuſti hominis manibus rigide continendum: ſic tamen, vt ne caput femoris comprimendo conringat: ita enim reſtitutionē impediret. Hæc extendēdi ratio quatuor luxati femoris ſpeciebus communis eſt. At in ſingulis varianda compellendi in ſuum ſinum oſſis ratio eſt, pro partium, ad quas eius caput inclinat, varia conditione: nempe extrorſum compellendum, ſi introrſum exciderit: contraque in reliquis, vt erit luxationis ſpecies. Nonnulli nimium ruſtici & ſtolidi nodatores, inferius vinculum ad pedium obuoluunt, ſicque pedis ac genu dearticulationes magis extenduntur, quam iſchij: quod vinculo, id eſt, vi agenti ſint viciniores: at contra fieri debuit: itaque neque in luxato humero manui ſeu carpo, vincula iniicies, ſed ſupra cubitum. Quod ſi manus ad id opus non ſufficiant, aduocandæ erunt machinæ. Tum igitur collocato, vt decet, ægro, ſtabiliraque parte ægra, inguini rotundum aliquod corpus imponitur, ſupraque id ægri genu violentius cum toto crure intro ad alterum crus adducitur. Interim vero femoris: caput valide cauitatem iſchij verſus comprimitur, ſicque demum reſtituitur, vt ſubiecta imago demonſtrat.

Vincula, quæ extenſionis gratia iniiciuntur extendendæ parti proxima eſſe debere.

A

Figura, quæ oculis ſubiicit rationem reſtituendi femoris introrſum luxati.

B



C

Præceptum generale.

Cæterum femoris capite iuſta extenſione, à muſculis, quibus implicabatur expedito, extenſiſque vna, quo cedant, obſequentioreſque ſe præbeant, muſculis, remittenda funis contenſio eſt, & ab extendendo dehinc abſtinendum, alias reſtitutio perfici non poterit, quia intrudentis & in cauitatem compellentis Chirurgi manui valentior machinarum contentio reluctabitur. Quod præceptum in hac & in reliquis luxationibus reſtituendis obſeruandum venit. Intelliges vero repoſitum femur eſſe, ex crurum paritate, ex libera & indolente ægri cruris extenſione & inflexione. Tum demum igitur appoſitis agglutinantibus, de quibus ante diximus, remediis, repoſitum os in ſua ſede confirmabitur, in quam etiam tem deligatio inſtituetur, faſcia primum in locum, in quem femoris caput exciderat, iniecta; indeq; in oppoſitum ſeu ſanum latus pes ventrem & lumbos deducta. Interim craſſiore plagula inguinis cauitas cōplenda eſt, quæ oſſis caput in ſua cauitate contineat. Nec omittendi ſtraminei toruli ad malleolū vſq; producti, quemadmodū in femoris fractura notauimus. Hincq; vtrumq; femur colligandū, quo luxatum membrum immotū ſtet, & magis magiſque ſtabiliatur. Nec is reſoluendus apparatus, niſi poſt quartum aut quintum diem exactum: ni forte repentinus grauioris alicuius ſymptomatis exortus aliud ſuaſerit. Contineodus denique per integrum menſem in lecto æger, vt ſit ſpatium muſculis, neruis, ligamentiſque relaxatis ad priſtinum robur recuperandum: alias periculum eſt, ne nimium præcoci deambulatione os iterum excidat. Quod ad cruris ſitum, media id figura collocandum & continendum eſt, conſiſtit tamen media hæc figura in extenſione, non in flexione, vt eſt ab Hippocrate demonſtratum: quod cruri talis figura familiaris ſit & conſueta.

Reſtituto crure quamdiu continēdus æger in lecto.

Sect. 2. lib. de fract.

B

De reponendo femore extrorſum luxato. CAP. XLV.

IN hac etiam luxationis ſpecie, æger pronus in ſcamno, vt ante diximus, collocandus eſt, vinculaque vt ſupra iniicienda in coxa & imo femore, tum extenſio deorſum, & contra extenſio ſurſum facienda mox Chirurgi manu oſſis caput in ſuum locum compellendum. Ad id ſi manus non ſufficiat, trochlea noſtra adhibenda eſt, quemadmodum ſubiecta figura docet.

Figura,

Figura, quæ femoris extrorſum luxati reponendi ratio-nem exprimit.

B



Id luxationis genus omnium, quæ in femore contingunt, facillime reſtituitur, adeo, vt non raro animaduerterim, ſolo muſculorum extenſorum in ſeipſos origioem ſuam verſus regreſſu, femoris caput in ſuam cauitatem eſſe reuocatum, alias cum ſono, alias ſine ſono: quod cum contigerit, plagula dearticulationi impoſita, cætera omnia, quæ in ioterna luxatione notauimus, vt faſciæ, toruli, & ſimilia, hic adhibenda & perficienda erunt.

Quando ſola extenſio ſufficiat reſtituendo luxato femori.

De reponendo femore antrorſum luxato. Cap. XLVI.

C LVxato aotrorſum femore, in latus ſanum æger collocandus eſt, atque, vt dictum eſt, deligandos. Hinc plagulam Chirurgus prominenti oſſis capiti imponet, hancque à miniſtro firmiter contioeri curabit: mox iuſta extenſione peracta, ipſe manu os in ſuam pyxidem compellet: quod ſi manus non ſufficiat, genu adacto id tentabit. Tum deoique reliqua, quæ ante diximus, ad reſtitutum os continendum adhibebit.

De reponendo femore retrorſum luxato. Cap. XLVII.

PRonus æger in ſcamno collocabitur: extendeodumqoe vt in cæteris membrum habena vna ab inguine, altera à genu iotenſa: tum Chirurgus id, quod emioet, retro manu compellere, ſimulque genu à crure ſano abducere conabitur. Poſito ſic & reſtituto oſſe, nihil aliod noui curatio requirit, quam vt deligatum diutius in lecto contioeatur, ne ſi femur neruis adhuc laxioribus motuio fuerit, ruſus erumpat: magnum enim relapſus femori periculum eſt, quia pyxidis iſchij cauitas tantum deprimitur, quantum procedit: appeoſi autem ſeu adiuncti femoris oous graue eſt.

Cur reſtitutum femoris caput facile relabatur.

De luxata genu Patella. Cap. XLVIII.

PAtella genu excidere in interiorem, exteriorem, ſuperiorem, & inferiorem partem poteſt, in poſteriorem vero nunquam, quia quæ ipſa operit, oſſa oon permittunt. Vt reſtituatur, ægrum pede firmi-
D ter in æquata planitie ioſiſtere oportet, tumque Chirurgum, ipſam manibus à parte, in quam præter naturam inclinabat, compellere & reuocare. Vbi reſtituta fuerit, complenda plagulis poplitis eſt cauitas, ſic vt flectendi cruris facultas noo ſit: nam ſi flectatur, non leue relapſus patellæ periculum eſt. Canalis mox ſeu capſula à latere, præſertim, id quod exciderat, circumponetur, nonnihil depreſſa & rotunda, ad ipſius patellæ imagioem, faſciiſque deligabitur, & medicamentis adeo arcte continebitur, vt ne tantillum quidem dimoueri queat. Poſtquam quieti pars ipſa ſatis indulſiſſe videbitur, oportet, vt æger genu flectere ſenſim tentet & aſſueſcat, donec tandem cognouerit, eum ſibi dearticulationis illius motum, & facilem & minime pericoloſum eſſe.

Differentiæ. Curatio.

De luxato genu. Cap. XLIX.

GEnu etiam tribus modis luxari poteſt: nempe in interiorem, exteriorem & poſteriorem partem: in priorem vero rariſſime, ac niſi graui aliquo & violento impetu: obſtat enim ibi oppoſita patella partis illius oſſa continens. Reliqui modi faciles ſunt, quia tibialis oſſis cauitas ſuperficiaria eſt, & valde
E lenis; at imi femoris cauitas in orbitæ aut ſtillicidij formam excisa eſt, & præterea eius capitula valde lenia ac lubrica ſunt: tota vero dearticulatio cubiti dearticulatiooe multo laxior: adeo, vt facilius, vt luxari, ita & reſtitui poſſit: nec modo facilius, ſed & tutius luxatur, quia hic minus eſt formidabilis inflammatio, vt eſt ab Hippocrate notatum. Cauſa luxationis ſunt caſus ex alto, ſaltus, rapidior curſus. Signum eſt flectendi & ad femur adduceodi cruris impotentia, nempe vt calce contingere nates nequeant ægri.

Quæ introrſum & extorſom in genu ſit loxatio, mediocri extenſione, oſſiumque in ſuas ſedes ab illis partibus, in qoas exciderant, manu facta compulſione reſtituitur. At vero vt retrorſum facta luxatio reſtituatur, collocandus æger eſt in ſcamno moderatæ altitudinis, ſic vt ipſi à tergo ſit Chirurgus qui crus eius inter crura ſua comprehenſum, ambabus manibus flectat, & ad nates adducat. Quod ſi ne ſic

Differentiæ. Ad finem ſect. 4. de frac. Curatio genu retrorſum & extrorſum luxati.


 quidem

quidem procedat reſtitutio, fingendus eſt glomus linteus, vſque ad medium fuſtem religandus : hunc A
miniſter ad poplitis cauitatem, qua parte os protuberat, ſubiiciet, & anteriora verſus compellet. Hinc alter miniſter faſciam tres digitos latam in genu iniiciet, quam manibus ſurſum contrahet, inde exemplo, ſimulque omnes crus ægrum ita inflectent & curuabunt, vt calx nates contingant.

De Genu antrorſum luxato. Cap. L.

Curatio. AT ſi, quod rarum eſt, antrorſum genu luxatum ſit, æger in menſa collocandus eſt, conueniensque deligatio, hinc ab imo femore, inde à genu facienda. Tum Chirurgus vtraque manu tamdiu ſupra os, quod excidit, comprimendo inſiſtet, quoad in ſuam ſedem redierit. In quam rem ſi manuum opera non ſufficit, ad iuſtas hinc & hinc extenſiones, licebit vti machina noſtra, quemadmodum ſubiecta imagine intueri licet.

Figura, quæ monſtrat rationem reſtituendi genu antrorſum luxati.



B

C

Repoſitum eſſe os intelliges ex cruris libera & indolente extenſione : tum igitur medicamentis, plagulis, deligationibusque confirmantibus & ſtabilientibus locus erit. Interim æger tamdiu ab inceſſu abſtinebit, quamdiu res ipſa poſtulare videbitur.

De fibula a tibia diſtractione. Cap. LI.

Fibula cum tibia coarticulatio. TIbiæ fibula appoſita eſt, & adhæret ſine cauitate : ſuperne quidem ad genu, infetne autem ad aſtragalum. Tribus vero modis inde diuelli & diſtrahi poteſt, nempe in anteriora, & in vtrumque latus: contingit hic caſus, quando inter incedendum parum fidelibus inſiſtimus veſtigiis, adeo vt incertus, & *Differentia & cauſa.* tanquam in lubrico pes nos deficiat, introrſumque aut extrorſum nutans contorqueatur: tum enim ſuperpoſiti corporis pondus facit, vt tanquam diducatur crus, ac diuulſa à tibia fibula veluti luxetur. Idē ex lapſu ab alto, aut graui aliquo & contundente ictu contingere poteſt : quin & ab ipſa ſuæ nonnun- *Curatio.* quam diuelluntur epiphyſes. Hæc omnia vt reſtituantur, ſuiſque locis ſimul reddantur, oportet, vt Chirurgi manibus in ſuam quæque ſedem deducantur & coganturtum arcte deligentur, appoſitis ei parti plagulis, in quam fibula excidit, deligandi ab ipſa ſtatim luxatione, propter rationes commemoratas, D ducto initio. Quadraginta dierum quies imperabitur ægro, quantum ſcilicet confirmandis ligamentis ſit ſatis.

De luxata, & ab Aſtragalo diuiſa tibia. Cap. LII.

Differentia & ſigna. LVxatur etiam diuelliturque ab Aſtragalo tibia, tum introrſum, tum extrorſum. Id tumore protuberantis in hanc aut illam partem oſſis cognoſcitur: ac ſiquidem ſubluxatio tantum ſit, leuis operæ reſtitutio eſt: nam leui compulſione facile reſtituitur. Poſtquam repoſitum fuerit os, appoſitis plagulis & apta deligatione, obuerſa ſcilicet obuolutaque in latus oppoſitum ei, id quod os exciderat, faſcia, vt ſic etiam quodammodo in ſuam ſedem magis, magiſque compellatur, continendum erit. Interim cauendum eſt, ne qui ad calcem eſt magnus craſſuſque tendo, arctius comprimatur. Intra quadrageſimum diem, niſi quod ſymptoma ſuperueniat, confirmatur id reſtitutæ luxationis genus.

De luxata calce Cap. LIII.

Cauſa & differentia. QVicunque ex alto deſilientes grauiter in calcem lapſi ſunt, his calx luxatur, & ab aſtragalo diuelli- E tur. Frequentius hæc introrſum, quam extrorſum fit luxatio, quod proiecta fibula aſtragalum cōplectatur: quo fit, vt illinc arctius fideliuſque contineatur. Reſtitutio perficitur extenſione & compul- *Curatio.* ſione, haudque admodum difficilis exiſtit, niſi fluxio ingens & inflammatio obſtiterint. Quod ad deligationem, arctior eſſe debet in affecto loco, vt hinc in vicinas partes exprimatur ſanguis : eo tamen adhibito modo, vt ne dolorifica ſit, atque quam par eſt arctius neruos & craſſum tendinem, qui ad calcem pertingit, comprimat. Non ante quadrageſimum diem hæc confirmatur luxatio, etiamſi nihil ſuperueniat, quod impedimento eſſe poſſit. Quanquam fere fit, vt ex contuſionis vehementia multa ſuperueniant. Quare de his proprium caput inſtituere non erit ſuperuacaneum.

De ſym-

De ſymptomatibus, quæ ad calcis contuſionem ſequuntur.

CAP. LIV.

Hipp. ſect. 3. de fract.

VEhementia contuſionis illius contingit, vt venæ & arteriæ ſanguinem cum per tunicarum ſuarum cæca ſpiracula, tum etiam per extrema oſcula quaſi euomant: vnde Ecchymoſis ſeu ſugillatum per totam calcem, dolor, tumor, & alia ſuperueniunt, quæ remedia opemque medicam implorant: nempe diætam conuenientem, ſanguinis ſecta vena detractionem (cuius etſi Hippocrates non meminerit, neceſſaria hic tamen eſt, febris & inflammationis occaſione) & ſi res exigat, purgationem, præſertim vero eam, quæ citato vomitu reuellit. Denique localium medicamentorum appoſitionem, eorum maxime, quæ cutem calci ſubtenſam, fere alioqui duriorem & denſiorem, remolliant & rarefaciant, cuiuſmodi ſunt fotus ex aqua tepida & oleo: adeo, vt non raro nouacula reſcindi, viua carne vitata, neceſſe habeat. Sic enim demum effuſus in partem, congeſtuſque ſanguis, facilius attenuatur & tandem reſoluitur. Hæc B autem omnia à Medico fieri debent, antequam inflammatio partem prehendat: alioqui conuulſionis eſt periculum. Sanguis enim vbi è vaſis excidit, prompte putreſcit, quod partis huius denſitas diſflari ipſum, in ambitumque digeri prohibeat. Adde quod craſſus ille & inſignis tendo, qui calci ſubtenſus eſt, exquiſito ſit ſenſu præditus, multiſque præterea neruis hinc & hinc pars ipſa conſperſa. Sed & ex ſupino in dorſum calcemque ipſam decubitu aliud inflammationis imminet periculum, quemadmodum in fractura cruris ante monuimus. Quare attentiſſimum, diligentiſſimumque hic Chirurgum eſſe velim, idea, quæ diximus, præſtanda, ne ab inflammatione Gangræna & Sphacelus (hic cum in caro ſanioſa in os continenter deſtillat) cum febre continua & acuta, cum tremore, ſingultu, & delirio ſuperueniat. Huius enim partis corruptio in vicina primum contagione ſerpit, indeque per compreſſas, incaleſcenteſque calore putrido arterias cor, febrem, per neruos vero & craſſum illum inſignemque tendinem, ex trium ſuræ muſculorum concurſu conflatum, muſculi, cerebrum, ſtomachusque male affecta, & in conſenſum rapta, conuulſionem, delirium, & ſingultum lethiferum acceſſunt.

Sanguinis detractio necessaria, ſ altera calcis.

Quæ circa cutem contra ſ. calcem facienda.

Cur calx inflammationi obnoxia.

Gal. ad ſent. 13 ſect. 2. lib. de fract.

De luxato Aſtragalo ſeu Talo. CAP. LV.

Signa.

C LVxari, & in omnem partem excidere Aſtragalus poteſt. Vbi igitur in interiorem partem excidit, ima pars pedis in exteriorem partem conuertitur. Vbi in contrarium erupit, contrarium etiam ſignum extat: ſi in anteriorem partem luxatus eſt, à poſteriore latus tendo calci ſubtenſus induratur & diſtenditur: ſi vero in poſteriorem, calx pene tota pede conditur: nec vero niſi ſumma vi id contingit luxationis genus. Reponitur manibus, extendendo, & compellendo in partem ei contrariam, à qua excidit. Repoſitus continetur remediis appoſitis, & conuenienti deligatione. In hoc caſu diutius in lectulo perſeuerandum eſt, ne id os, quod totum corpus ſuſtinet, parum confirmatis neruis, ferendo oneri cedat, ruſumque prorumpat.

Curatio.

De Tarſo & Pedio luxatis. CAP. LVI.

Curatio.

LVxantur etiam Tarſis ac Pedij oſſa, idque vel infra plantam, vel ſupra, vel ad latus: etſi ad latus difficillime, propter rationem ſupra citatã. Si ſupra plantam prominet, oportet ægrum veſtigio pertinaci æquatam aliquam planitiem premere, tum Chirurgum manibus comprimendo ipſa in ſuum locum compellere. Contra, ſi infra plantam proruperint, oportet inde ſurſum verſus comprimere, & ſuæ D ſedi quodque os reddere. Eadem ratione conduntur, ſi in hoc aut illud latus exceſſerint. Notandum vero quod etſi ſubligamina in reliquis luxationibus vnico capite conſtent, hic tamen Hippoc. vult ea deligi, quæ ſunt bicipitia, quod luxatio frequentius contingat inferne ſurſum, aut ſuperne deorſum, quam in latus.

Sent. 14. ſect. 2. de lib. de fract.

De luxatis Digitis. CAP. LVII.

Differentia.

DIgiti vero pedum quatuor modis luxari poſſunt, quemadmodum & hi qui in manu ſunt. Conduntur vero eadem etiam arte, nempe recta extenduntur, & in ſuam quique articuli ſedem compelluntur, tandemque, vt decet, deligantur. Facilis omnium repoſitio eſt, quia ſingulorum è ſua ſede tranſgreſſio magna eſſe nequit. Denique plantæ oſſa iiſdem modis, quibus in manu, prodeunt, iiſdemque conduntur. Niſi quod vbi aliquid in pede luxatum eſt, lecto pes continetur: vbi vero in manu, mitella manus concluditur. Viginti autem dierum quies ægro imperanda eſt, quoad ſcilicet pedibus firmiter inſiſtere poſſit.

Curatio.

E

De Symptomatibus, aliiſque accidentibus, quæ fracto, luxatoue membro ſuperuenire poſſunt.

CAP. LVIII.

MVlta fractis, luxatiſue membris, fracturæ ipſius & luxationis occaſione ſuperuenire poſſunt: cuiuſmodi ſunt contuſio dolor ingens, inflammatio, febris, abſceſſus, gangræna, ſphacelus, vlcus, fiſtula, atrophia: quæ omnia ad ſui curationem ſolertem & diligentem Medicum poſtulant. Contuſio contingit ex rei grauis in partem illapſu, aut ab alto lapſu: vnde ſanguinis ſub cutem, expreſſi effuſio. Is ſi magna copia effuſus eſt, ſcarificatione ſtatim euacuandus venit, eoque onere leuanda pars, ne ipſi inde gangræna oboriatur. Quo vero ſanguis craſſior apparebit, obiectaque cutis denſior, eo profundior ſcarificatus erit: eodem conſilio apponi hirudines poſſunt.

Ad contuſi membri remedia.

Ad dolorem quæ ſequuntur.

De dolore diximus ſupra, nempe quod is contingit ex eo, quod oſſa ſuo loco mota ſint, quo fit, vt ipſa muſculos, neruoſque pungendo & comprimendo, moleſta ſint. Hinc inflammatio, ſimulque abſceſſus ac febris, ſæpe gangræna, denique & ſphacelus oſſa carie corrumpens: alias vero vlcus, ſinus ac fiſtula. Atrophia vero ac macies oboritur ex membri ignauia ac quiete, eius omne robur exoluente, & ex arctiore deligatione, vias allapſuro alioqui ſanguini intercipiente. A

Ad maciem ſeu membri alicuius atrophiam remedia. Infouendo quis modus.

Macies quidem, quæ ab arctiore eſt deligatione, ſanationem recipit, vinculorum, quibus conſtrictum membrum tenetur, reſolutione. Quæ vero ab otio eſt, moderato exercitio ſanatur, membrum extendendo, flectendo, attollendo, deprimendo, ſi modo exercitij laborem ferre poſſit. Alias frictiones imperandæ ſunt, & fotus ex aqua tepida. Frictiones quidem moderatæ erunt inter duras, molleſque, breues, & diuturnas. Eadem erit fotus mediocritas tenenda in aquæ tepore, & in fouendo mora ac tempore. Nam diuturnior fotus, quod ſanguinis attractum eſt, reſoluit. At qui paucioris eſt temporis, parum aut nihil omnino attrahit. Poſt fotum medicamenta calida & emplaſtica admouebuntur ex pice compoſita, terebinthina, euphorbio, pyrethro, ſulphure, & ſimilibus. Singulis vero diebus renouanda erunt, frequentius aut rarius, prout res videbitur exigere. Dropaces hæc medicamenta nominantur, B quorum forma talis eſt.

Dropax.

℞. picis nigræ, ammoniaci, bdellij, gummi elemij, in aqua vitæ diſſolutorum an. ℥ij. olei laurini, ℥j. puluerum piperis, cantharidum, granorum paradiſi, baccarum lauri, & iuniperi, an. ℥ij. fiat emplaſtrum ſecundum artem, extendatur ſuper aluta. Prodeſt etiam partem ſanam oppoſitam deligatione, citra dolorem tamen, conſtringere nempe ſi brachium dextrum alimenti defectu contabuerit, ſiniſtrum deligabitur, deligationis initio ab ima manu ſumpto, & in ala conſiſtendo. Si vero hoc idem malum dextrum crus apprehenderit, ſiniſtrum deligandum veniet ab imo pede ad inguen procedendo. Sic enim ſanguinis multa portio in venam cauam repellitur, & ab hac diſtenta ac pleniore, in partem laborantem, & vaſis fere vacuis hiantem: ſed & ſanam partem in otio continere expedit, quo minus attrahat alimenti, ſic enim ægræ reficiendæ plus ſuppetet.

Deligatio partis ſanæ ad atrophiã oppoſita.

Macilenti membri deligatio qualis eſſe debeat. Signa atrophiæ ſanabilis & inſanabilis.

Quidam probant quoque, tabidum membrum moderata deligatione conſtringi: ſic enim attrahi ad ipſum ſanguinem perhibent: nam & ſcalpello aperta vena ſanguinem detracturi, brachium & crus conſtringimus. Prodeſt & ipſum in aquam calidiorem, quam tepida ſit, demergere, continereque quoad rubeſcat & intumeſcat: ſic enim pellicitur in venas ſanguis, vt experiuntur, qui de ſaphena & ſaluatella ſanguinem ſunt detracturi. Quod ſi, dum hæc & ſimilia fiunt, pars ægra incaleſcat, rubeſcat & intumeſcat, ſperabilem ſcito eſſe ſanationem: ſin contra, deſperata ſalus eſt: itaque nihil præterea tentare oportet. C

Nonnunquam præterea durities in articulationibus poſt fracturas luxationesque reſtitutas relinquitur. Hanc remollire oportet, humorem contentum reſoluendo fotu, litu, cataplaſmate, emplaſtro facto ex radicibus, biſmaluæ, bryoniæ, liliorum, ſemine lini, fœnugræci & ſimilibus: itemque ex gummi in forti aceto diſſolutis, vt ammoniaco, bdellio, opopanace, ladano, ſagapeno, ſtyrace liquida, ex adipe anſerino, gallinaceo, humano, ex oleo liliorum & ſimilibus. Imperandum inſuper ægro, vt partem ſubinde & aſſidue, vitato tamen dolore, moueat, vt ſic incaleſcat, tenuetur, ac tandem digeratur concluſus humor, denique ſibi pars ipſa, quantum ars permittit, reſtituatur: ſæpe enim omnino reſtitui nequit. Nam ſi debile ac mancum membrum ſit, hoc ipſo quod iuxta articulum fractura contigerit, in reliquũ vitæ motus laborioſus & difficilis, ſæpe vero omnino nullus eſſe ſolet: ſi præſertim obortus callus craſſior ſit: ſi denique ipſa articulatio ab ictu ipſo contuſa & contrita fuerit, vt in vulneribus, quæ ſclopeto illiduntur, non raro eſt cernere. D

FINIS LIBRI DECIMIQVINTI.

DE PLE-

DE PLERISQVE PARTIVM PRÆTER NATVRAM AFFECTIONIBVS, QVARVM CVRATIO MANV FERE PERFICITVR.

B

LIBER DECIMVSSEXTVS.

De Alopecia. CAP. I.

ALOPECIA eſt *pilorum capitis defluuium: nonnunquam etiam ſuperciliorum, menti, aliarumque partium.* Depilationem vulgo nominant. Huic affectui annoſæ vulpes, oborta per ætatem ſcabie, obnoxiæ ſunt, hinc tractum à Medicis Alopeciæ nomen. Fit hæc affectio vel defectu alimenti pilis alendis idonei, vt in ſenecta à humoris primigenij penuria, vel eiuſdem alimentariæ materiæ corruptione, vt poſt longas febres, à lue venerea, elephantiaſi, corporis totius humorumque omnium vitio, vnde vaporum & fuliginis ſequitur corruptela: vel pororum cutis vitiata conſtitutione in raritate & conſtrictione, ſeu denſitate: quemadmodum ab vnguentorum calidiorum pilis denigrandis comparatorum, aut eorum, quæ Depilatoria nominant, vſu nimio, aut cutis ambuſtione, deperditioneue, quæ pro ipſa cicatricem ſubſtituit, ob cuius denſitatem emergere pilus nequit, quemadmodum per nimiam laxitatem fuliginoſa pili materia non ſubſiſtit, ſed in auras diſſipata vaneſcit. Quæ à ſenectute, febre hectica, ambuſtione, caluitio, elephantiaſi & tinea venit alopecia, inſanabilis eſt: quæ vero curationem admittit, ea ſublata cauſa tollitur. Itaque ſi à corruptione ſit humorum, accerſetur Medicus, qui de diæta, purgatione, & phlebotomia pro arbitrio ſtatuet. Hinc Chirurgus, quod ſupererit capillitij, abradet, fotibus vtetur primum reſoluentibus, hirudines & cornicula admouebit, ad vitioſum humorem, qui ſub cute eſt digerendum; tum lixiuio ex radice ireos & aloes, decocto ad ſordium deterſionem caput lauabit. Denique attrahentia tum fomenta, tum medicamenta admouebit, ad eum, qui laudabilis toto corpore, conuenienter inſtitutæ diætæ beneficio, ſuccreuit, humorem euocandum. Quod ſi alimenti defectu Alopecia venerit, aſperiore linteo, aut folio ficulneo, aut cæpis crudis fricanda tamdiu pars erit, donec rubeſcat: quin & cutis multis locis acu pungenda, indeque vnguenta admouenda concinnata ex ladano, ſtercore columbino, ſtaphyſagria, oleo laurino, terebinthina & cera, ad ſanguinem, pilorumque materiam pelliciendam. Si à lue venerea capillus deciduus ſit, hydrargyro inungendus eſt æger, vſque ad ſufficientem ſaliuationem. Denique vt erunt Alopeciæ cauſæ, ita remedia venient vſurpanda.

Alopecia quid.
Gal. ca. 1. li. 1. de compoſ. med. ſec. loc.
Cauſa.
C
Quæ alopecia inſanabilis.
Quæ & qui ſanabilis.

De Tinea. CAP. II.

TInea (liceat ſic loqui, dum vocabulum fuerit inuentum aptius) *morbus eſt cutem capitis ſeu cranij muſculoſam occupans, ac tineæ vermis inſtar depaſcens.* Tres eius ſunt differentiæ: Prima dicitur ſquamoſa ſeu furfuroſa Galeno, quia, dum ſcalpitur, furfuraceas multas ſquamas de ſe remittit: Pragmaticorum nonnullis tinea ſicca dicitur, ob humoris committentis ingentem aduſtionem. Altera ficoſa nuncupatur, quia dum cruſta ſua, quæ flaua eſt, ſpoliatur, apparent viuæ rubræque carnis grana, ficuum interioribus granis ſimilia, cruentam de ſe materiam remittentia. Tertia Achor Galeno dicta, vulgo etiam cortoſiua & vlceroſa nominatur, quod multa, quibus ſcatet, vlcera, pluribus exiguis foraminibus aperta ſint, ſanie liquida manantia, carnium loturæ ſimili, fœtida, putrilaginoſa & cadaueroſa, alias liuida, alias flaua. Foramina illa ſi paulo maiora ſint, aliam ſpeciem conſtituunt, quæ Cerion ſeu Fauoſa dicitur: quod per hæc materia fundatur melli colore & craſſitie ſimilis, Gal. ſententia. Fiunt omnes ab humore, qui corruptione maiore, minoreue in vitio ſit: nam furfuroſam minus corruptus humor, ficoſam corruptior, vlceroſam corruptiſſimus committit. Si infanti nutricis vitio & contagione contigerit, aut etiam ſtatim à primo ortu, vix ſanationem admittit: ac ne ea quidem procuranda, antequam puer eam ætatem attigerit, qua curationis & medicamentorum laborem ferre poſſit. Interim tamen caulium aut betæ folia, butyro recenti oblita, applicari poterunt, aliudue blandum remedium, cui molliendi vis inſit, exitumque concluſis materiebus aperiendi. His, qui ætatem medicamentorum patientem attigerint, ex aduocati & præſentis Medici decreto, ſanguis detrahetur, purgans medicamentum propinabitur, balneaque qua decet arte parabuntur. Quod ad topica remedia attinet in furfuroſa fotus inſtituentur remollientes & diſcutientes, ex radicibus althææ, liliorum, lapathi, acetoſæ in lixiuio incoctis, pauco aceto addito. Tali decocto bis in die caput fouebitur, ac ſexto demũ die de-

Tinea quid.
Lib. 1. de compoſ. med. ſec. locos.
Differentiæ.
1
2
3
Cauſa.
E
Cap. 8. Lib. citato.
Prognoſtica.
Curatio.
Ad furfuroſam tineam.

die deraſo capillitio ſcarificabitur,ſcarificatoque hirudines & cornicula apptimentur. Mox oleo de ſtaphylagria cum ſapone nigro innungetur cum attractionis gratia, tum etiam ad obtundendam, humoris parti impacti, malignitatem. Licebit etiam vti ſequenti medicamento adusque perfectam morbi ſanationem,quod in hoc affectus genere Vigonio,Gordonio,& Guidoni valde commendatur. A

Vng. ad tineam.

℞.elleb.albi,& nigri,atram Sutor:auripigmenti,lithargyri auri,calcis viua, vitriol.alum. galla. fulig. ciner. facis vini vſti,an.℥ ß argen.viui,extinct.an.℥iij.aruginis aris,℥j. fiat puluis,qui incorporetur cum ſuccor:borraginis ſcabioſa,fumaria,oxylapathi,aceti, an. quart. j.olei antiqui lib.j. bulliant vſque ad conſumptionem ſuccorum,in fine decoctionis cineres ponantur, addendo picis liquida ℥ ß.ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum, id tineæ ſpeciem omnem ad ſanitatem perducere authores illi teſtantur.Certe nemini,ad eorum,ex quibus conſtat,compoſitionem intuenti,non probari poteſt.

Ad cruſtoſam.
Cataplaſma ex naſturtio.
Lib.7 ſimpl.

Cruſtoſa etiam ſeu ficoſa tamdiu fotu præſcripto fouebitur, quoad cruſtæ excidant. ſed tamen ad eam rem nihil tam promptum eſt & efficax , quam naſturtium tritum aut frixum cum porci axungia: Nam intra viginti quatuor horas vt decidant, perficit; quin etiam, ſi eo quis vtatur diutius, perſanat, vt ego experientia cognoui,quod & ratio confirmat:eſt enim Galeno calidum & ſiccum naſturtium. Vbi cruſtæ deciderint, vnguento ante deſcripto partes affectæ erunt inungendæ.Multos ipſe curaui, qui ſanati ſunt litu ex pauco oleo de calcantho,nonnunquam etiam ægyptiaco viribus aucto. Quod ſi pilorum radix putris appareat,volſella ſinguli reuellendi ſunt: ac ſi talis putredo vniuerſum cranium occuper & ſingulas capillitij totius radices infeſtet,quo promptior ſit, & minori cum labore auulſio, xylina fruſta,qua parte villoſa ſunt,ſequenti medicamento conſpergere oportet. B

℞.picis nigra ℥ vj.picis reſ.℥ij.pulu.viridis aris,& vitriol.rom an.℥j.vel ℥ß.ſulph.viui, ℥ß.coquantur omnia ſimul in aceti acerrimi quantitate ſufficienti, fiat medicamentum ad vſum, applicetur capiti, hæreatque totum triduum,mox magna vi aduerſum pilos eundo,auellatur,vt vna pili emplaſtro hærentes radicitus auellantur:eius tenuculi tamdiu erit vſus,quamdiu res ipſa poſcere videtur.

Quod vero ad tertiam tineæ ſpeciem,quæ Corroſiua ſeu Vlceroſa nominatur, prima indicatio eſt detergendorum ſequenti vnguento vlcerum.

Ad Vlceroſam.

℞.vnguent.emulati cum mercurio duplicato, ægyptiaci,an.℥iij.vitr.albi in puluerem redacti,℥j.incorporentur ſimul,fiat vnguentum ad vſum:vti etiam ſupraſcripto licebit.

Quod ſi dolor aliquis, aliuſue caſus ſuperueniat, ipſi ex docti Medici ſententia occurrendum erit.

Certe in omni tineæ ſpecie,quæ ſequentur remedia, mihi ratione comperta & vſu probata fuere.

℞.camphor.℥ß.alum.roch.vitr.viridis aris.ſulph.viui,fulig.furn.an.℥vj.olei amyg.dulcium & axungia porci an.℥ij.incorporentur ſimul in mortario,fiat vnguentum. Sunt,qui fimi ouili in chorte villatica defoſſi & macerati, id quod liquidum eſt vſurpent, & vlceratis locis affricent, duplicatumque & eo liquore imbutū linteum ſuperimponant.Quod ſi his & tot remediis ſanari æger nequeat,ſimiliterque inſuper cruſtoſis vlceribus corpus eius locis aliquot obſitum viſatur,probarem, vt ipſi illineretur caput litu ex axungia, argento viuo, & pauco ſulphure conflato : indeque emplaſtrum de Vigo cum mercurio in pileoli formam aptaretur: ſimilia præterea emplaſtra ſcapulis, femoribus & cruribus applicarentur, omninoque conclaui calido contineretur,ac cætera omnia fierent, quaſi lue venerea laboraret. Id curationis genus primus (quod ſciam) tentauit Simon Blancus Chirurgus Regius expertiſſimus in iuuene quodam, cum ipſe fruſtra reliqua omnia remedia, quæ vulgo adhiberi ſolent, ſedulo adhibuiſſet. Tinea horrendum viſu ſæpe malum eſt,ſaniem de ſe virulentam & morticinam effundens:recens difficillime ſanatur, ſed inueterata longe difficilius. Nam non raro rediuiua mox reſurgit, quæ reſtincta credebatur,propter malignæ putredinis in parte relictam impreſſionem,quæ ipſius temperiem plane corrupit. Quin etiam ſæpe ſanata ſuperſtitem inuexit alopeciam,Chirurgorum turpe opprobrium. Quæ cauſa extitit,cur tineæ curationem plerique empyricis & mulierculis relinquendam cenſuerint. C

Tinea contumax tamquam lues venerea curanda.

De Vertigine. CAP. III. D

Quid Vertigo & quas cauſas habeat.

VErtigo *repentina oculorum & viſus caligatio* eſt , à ſpiritu vaporoſo & calido, qui per carotides arterias ad caput aſcendit,cerebrumque replet,humores & ſpiritus,qui in ipſo ſunt,conturbando,inæqualiterque quaſi rapto in gyrum corpore,aut capta vino mentis arce verſando. Feruens ille ſpiritus ſæpius à corde ſurſum per carotides arterias internas ad rete mirabile perrumpit:alias in ipſo cerebro æquo calidiore ac feruido gignitur:ſæpe etiam à ventriculo,ſplene,hepate,aliiſque viſceribus æſtu incandeſcentibus exurgit.Signum huius mali eſt repentina illa viſus caligatio, & oculorum quaſi præſtrictio,vel leuiter circumacto corpore,aut in res circumactas,vt rotas verſatiles,aquaſue vorticoſas, omniaque profunda & alta conuerſu aſpectu.Si à cerebro mali origo eſt,cephalalgia, capitis grauitate, & aurium tinnitu exercentur ægri:imo ſæpe odorabilia olfactorio inſtrumento non percipiunt.Paulus Ægin. ad curationem,arterias,quæ in temporibus ſunt,ſecari iubet. At ſi aliunde,vt à ſubiecto aliquo viſcere,mali materia manat,non admodum prodeſt talis arteriotomia. Itaque tum accerſendus & conſulendus peritus Medicus,qui ærgo conſultat phlebotomia , ſi ab ardore viſcerum mali origo eſt : purgatione, ſi à ventriculi & ſtomachi impuritate. Ita tamen ſi talis vertigo accideos criticum non ſit acuti alicuius morbi , vomitu aut hæmorrhagia criſin affectantis: tum enim expectandi inde ægri negotium omne naturæ committendum eſt. E

Signa.
Lib.6.
Vertigo critica

De-

A

De Hemicrania. CAP. IV.

Hemicrania propriè quid. *Cauſa.*

HEmicrania propriè dicitur *dolor mediam capitis partem dextram aut ſiniſtram, diuexans.* Is alias ſupra temporum muſculos non aſſurgit, alias ad ſummum vſque verticem porrigitur. Doloris eiuſmodi cauſa, vel à venis eſt & arteriis externis, aut à meningibus, aut ab ipſa cerebri ſubſtantia, aut à pericranio, aut à muſculoſa cute pericranium tegente, aut denique à putridis vaporibus, à ventriculo, vtero, alioue viſcere ſubiecto ad caput aſſurgentibus. Poteſt tamen extrinſecus aduenìens cauſa huuc affectum inferre, nempe ambientis aeris calidior aut frigidior conſtitutio, ebrietas, crapula, ciborum calidiorum & vaporoſorum vſus, teter aliquis vapor, fumuſve ab antimonio, argento viuo, & aliis eiuſdem generis naribus hauſtus: quæ cauſa exiſtit, cur aurifices & bracteatores id fere mali genus infeſtet. Cæterum vndecunque mali cauſa venerit, ea vel ſimplex intemperies eſt, vel cum materia: materia, inquam, quæ vel ſimplex ſit, vel compoſita. Cæterum affectio hæc ſolitaria eſt, aut aliis affectibus comitata, vt inflammatione & tenſione. Capitis grauitas humoris copiam arguit; punctionis, pulſationis, & tenſionis ſenſus vaporem humori permixtum in neruoſo, arterioſo, aut membranoſo capitis corpore concluſum demonſtrat. Si ab inflammatis meningibus dolor eſt, febris ſuperuenit, ſi præſertim humor dolorem committens putreſcat. Si ſuperficiarius ſit, dolor, ſedem habet in pericranio. Si altus &

Differentia.

B

profundus, atque ad oculorum radices perueniat, obſeſſarum meningum argumentum eſt, febriſque ſuperuenit, ſi inflammatio adſit, & materia putreſcat: tumque tam acerbus nonnunquam eſt doloris cruciatus, vt ſibi vel leui & ſummo digito caput attingi vereatur, & perhorreſcat æger, imo nec ſtrepitum, nec ſuſurros lenes nec ſplendorem, nec odores quantumuis ſuaues, viniuè halitus ferre poſſit. Cōtinuus is nonnunquam eſt dolor, nonnunquam & periodicus. Si doloris cauſa eſt á ſanguine feruido, tenui & vaporoſo, quæ nullis remediis vinci potuerit, ab arteriotomia in temporibus celebrata pernecessarium, perutile & promptum habebit remedium, ſiue ab internis, ſeu ab externis vaſis malum exiſtat. Hinc enim ſemper materiæ coniunctæ, ſanguinis & ſpirituum ſequitur euacuatio. Id ego expertus ſum in permultis, ſed præcipue in principe à Rupe Surionēſi: Huic atroci hemicrania diuexato, dominus Capellanus Regius, & Caſtellanus Reginæ primarius Medicus, denique Ludouicus Duretus medicinam faciebant, nec tamen phlebotomia, cucurbitulis, balneis, frictionibus, diæta, vllove remedii genere ſeu aſſumpto, ſeu admoto quidquam opis adferebant: Vocatus ego dixi vnicam ſalutis ſpem reſtare, ſi ipſi arteria in temporibus phlebotomo diuideretur, qua parte dolor ſæuiret: Mihi enim veriſimile fieri, doloris eius cauſam non venis, ſed arteriis concludi: quo in caſu nullum arteriotomia præ-

Arteriotomia ad quā hemicraniam valeat. *Hiſtoria.*

C

ſtantius eſſe remedium veteribus proditum fuiſſe, cuius ego in meipſo magno meo bono, periculum feciſſem. Meum iſtud Medici cum probaſſent conſilium, ad opus à veſtigio me accingo, arteriamque in tempore dolente ſeligo, quæ & tumentior eſſet, & vehementius cæteris pulſaret. Hanc ego vnica inciſione, quemadmodum in phlebotomia fieri ſolet, aperio, ſanguiniſque magno cum impetu & ſaltu proſilientis pluſquam duo vaſcula elicio: quieuit ſtatim dolor, neque vnquam relapſum habuit. Plurimis tamen ſuſpecta eſt arteriotomia, quod prorumpentem inde ſanguinem ſiſtere, quod cicatricem obducere ſit operoſum, propter arteriæ denſitatem, duritatem, & pulſationis perennitatem, quod denique cicatrix obducta aneuriſmatis periculum inferat. Itaque ſatius eſſe putant cutem primo diuidere, deinde à circumſtantibus omnibus particulis diuellere, inde vtrinque arteriam vincire, denique diuidere, quemadmodum in varicibus faciendum monuimus. Sed hæc opinio hominum eſt omnia tuta timentium: ego enim multiplici experientia didici non eſſe periculoſam arteriæ, quæ ſcalpello fit, quēadmodum in phlebotomia fieri ſolet, apertionem: conſolidationem vero paulo quidem vena tardiorem eſſe, tandem tamen fieri. Sanguinis vero fluxum nullum vnquam ſuperuenire, modo deligatio apte facta ſit, hæreatque totum quatriduum appoſitis, vt decet, plagulis.

Ab arteriotomia nullū periculum.

D

De quibuſdam oculorum affectibus, ac primum de coercenda ſuperiore palpebra, cum laxior eſt. CAP. V.

Differentia.

MOrborum, qui in oculo ſunt, alii vniuerſam oculi ſubſtantiam occupant, vt ophthalmia, ipſius phlegmone, alii partium ipſius proprii & peculiares exiſtunt, cuiuſmodi eſt gutta Serena dicta, neruo optico. Ex quo Gal. oculorum morbos triplici in differentia poſuit, nempe vt alii oculo euenirent, quatenus primario eius organo, cryſtallino ſcilicet humori officiunt: alii quatenus animalem facultatem, quæ viſus eſt opifex, aditu ad ipſum prohibent: alii denique, quatenus partium eius principi organo ſubſeruientium aliquam offendūt. Cæterum eiuſmodi morborum omnium alii oculo cum reliquis corporis partibus communes ſunt, cuiuſmodi exiſtunt vlcus, vulnus, phlegmone, contuſio & ſimiles: alii oculo ſunt particulares & proprii, quales ſunt Ægilops, Cataracta, Glaucoma, & huius generis pleriq; alii. Nonnullis palpebra ſuperior procidit, quia ipſius ſumma cutis amplius relaxatur, quam tegendo oculo neceſſe ſit, haud ſe interim ſimul pariterq; remittente cartilagine. Hinc vero moleſtia duplex: Prior, quod oculus facile detegi non poſſit: altera quod ſic relaxatæ palpebræ pili protinus intus ad oculum tendunt, ipſique pungendo moleſti ſunt. Relaxationis eiuſmodi cauſa eſt, vel peculia-

Paul. cap. 8. lib. 6.

E

ris eius loci paralyſis, quæ ſenibus frequens eſt, vel fluxio, ſeu rheuma humoris aquoſi, & minime acris aut mordicātis: quod ex eo apparet, quod ſic affectis, vnus alterve pilorum ordo ſub ordine naturali ſuccreſcit, ab humoris congeſti, vt credere par eſt, copia. Ita enim ſolum vdum & vliginoſum pluribus herbis luxuriat. Iam ſi is humor acris eſſet, ægro pruriginoſus, adeoque dolorificus foret, & naturalium pilorum radices arroderet, exteretque, tantum abeſt, vt nouis præter naturam ſuborientib. materiam ſupeditare poſſet. Ad curationem, antequam quidquam agas, ſuperfluam adeoque amputandam portionem, atramēto notare oportet, ne ſi amplius, quam oportet, reſcindas, inuerſa palpebra

Cauſa.

Curatio. manea t, aliudq; vitii genus, quod Veteres Ectropion dixerunt, inferat. Inde contecto oculo, mediam [A] palpebræ cutem, omiſſa, quæ ſubeſt, cartilagine, digitis apprehendere & leuare: tumq; ipſam tranſuerſam ſecare, tantulo detracto, quantum neceſſe eſt, vt naturaliter ſe habeat. Deniq; oræ vulneris ter aut quater acu adacta ſimplici ſutura ſunt committendæ, vt ad cicatricem perducatur: obducta enim cicatrix palpebram, ne laxius procidat, tantulo ſcilicet decurtatam coercet. Modus eſſe debet in amputando, alioqui duorum incommodorum alterutrum incurrere oportet; ſi nimium reſciſſum fuerit, ne contegi oculos non poſſit: ſi parum, ne nihil actum ſit, & fruſtra æger ſectus fuerit. *Ad pilos præter naturã in palpebra ſuccretos.* Quod ſi multi pili præter naturam ſuccreuerint, exiguis & ad id factis volſellis auellendi ſunt: tum ipſorum radices tenui cauterio inurendæ oculo intacto: mox enim oborta cicatrix ne renaſcantur, impediet.

De Lagophthalmo oculorum. CAP. VI.

Paul lib. 6. cap. 10. QVibus ſurſum contractior eſt palpebra, hi oculis apertis dormiunt, quia à breuiore palpebrarum cute contegi nequeunt, Lagophthalmon Græci nominant. *Cauſa.* Cauſa venit vel intrinſecus, vel extrinſecus. Intrinſecus quidem, vt è carbunculo, abſceſſu, vlcere. Extrinſecus, vt à vulnere gladio inflicto, vſtione, lapſu & ſimilibus. Si ab obducta cicatrice id malum ſit, ſanabile eſt, modo palpebræ mediocris [B] reſtet craſſities. At ſi à prima extiterit conformatione, aut alio, qui multum ſubſtantiæ deperditum ſit, quemadmodum ab vſtione & carbunculo contingit, inſanabile exiſtit. *Curatio.* Ad curationem igitur fotus adhibendi ſunt relaxantes & remollientes, inde cutis ſupra totam cicatricem incidenda eſt, falcatæ lunæ figura, cornubus eius deorſum ad cilium ſpectantibus. Hinc plagæ diducentur oræ, in interſtitioq; inſerendum linamentum, quod cutis ſectæ diductas oras coniungi prohibeat. Emplaſtrũ mox linamento imponendum, decentique faſcia pars deliganda, & in totum ſubiectum oculũ deprimenda eſt, ne ſurſum ſe reflectat, redeatque in priſtinam & non naturalem figuram. Cæterum dum cutis inciditur, cauendum, ne plaga cartilaginem violet: nam ſi ea inciſa eſt, palpebra concidit, neque attolli poſtea poteſt.

Quod vero ad inferiorem palpebram ſpectat, multis illa contra naturam affectibus obnoxia eſt, inter quos vnum eſt, quod illi commemorato proportione reſpondet, quando ſcil. parum ſurſum attollitur, ſed pendet & hiat, neq; poteſt cum ſuperiore committi, ideoque oculum non contegit, quod *Ectropion.* malum ſenibus familiare eſt; Ectropion dicitur, eademq; arte, qua ſuperius, curandum. [C]

De Chalazio & Hordeolo palpebrarum. CAP. VII.

Chalazion quid CHalazion *tuberculum eſt rotundum & pellucidum, quod in palpebra ſuperiori concreſcit, mobile ſimul atque digito huc illucve impellitur.* *Paul ca. 16. lib. 6.* Grando Latinis dicitur, quod grandineo grano ſimile ſit. *Grando.* Aliud huic non diſſimile tuberculum in palpebrarum oris ſuper pilorum locum aſſurgit, *Hordeolum.* Hordeolum ab hordei ſimilitudine nuncupatum. *Cauſa.* Horum materia cyſti propria continetur, vixque adeo ad ſuppurationem perducitur. Per initia reſolui quidem ac diſcuti poteſt. At vbi inueterauit, & in gypſeam aut tophaceam duritiem concreuit, vix ſanationem admittit. *Curatio.* Itaq; manu aperiendo iſta tubercula curare aggredi ſatius eſt, vt contenta materia diffluat aut exprimatur. Si exiguum tuberculum ſit, traiicitur acu filum trahente, quod in plaga relinquitur, ea longitudine, vt eius extrema exiguo gratia Dei emplaſtro, tanquam glutine, affigi poſſint: ad frontem quidem, ſi in ſuperiori palpebra tuberculum inſederit; aut ad genas, ſi in inferiori. Nouum vero biduo quoq; ſubſtituendum, quemadmodum in ſetonibus chirurgicis fieri ſolet. Sic enim demum tuberculum complanabitur.

De Palpebrarum hydatidibus. CAP. VIII. [D]

Quid hydatis. HYdatis *pinguis quædam ſubſtantia eſt, tanquam adipis fruſtulum, ſub palpebra ſuperioris cute inſidens & latens.* Familiare id puerulis malum eſt, qui natura ſunt humidiore. Itaque mollis & laxus tumor eſt, totam palpebram, quam obſederit, œdematoſam reddens, adeo vt tanquam pondere degrauata ſurrigi *Com ad aph 51. ſect. 7.* nequeat. Id nominis obtinuit, quia veſiculæ humore ſeroſo diſtentæ inſtar habeat, quod vitii genus in hepate à Galeno notatum eſt. His rubent & lachrymis diffluunt oculi, nec ſolem intueri aut ſuſtinere lucem poſſunt. Curatio ſectione eiuſmodi ſubſtantiæ ſuperfluæ illæſis vicinis partibus, perficitur: mox *Curatio.* ſal manſum loco, vnde exciſio facta eſt, imponitur, niſi doloris vehementia impediat, vt reſiccetur ac confirmetur locus, tabeſcatq; ſi quid reliquum eſt materiei, neq; renaſcatur. Denique totus oculus oui albumine in aqua roſacea diſſoluto, aliove repellente medicamento obducendus.

De commiſſis & conglutinatis inter ſe palpebris. CAP. IX.

Paul. cap. 15. lib. 6. FIt interdũ, vt palpebra ſuperior inferiori agglutinetur, adeo vt aperiri oculus nõ poſſit: aut vt ipſarum alterutra cum alba oculi tunica, vel cum cornea cohæreſcat. Quæ vitia à primo ortu trahuntur, vitio ſcilicet facultatis formatricis in vtero (ita enim plurimi infantes in lucem prodeunt, digitis inter ſe [E] cohærentibus, ano, vulua, & auribus imperforatis) oculo, quod ad cætera ſpectat, bene compoſito. Mali huius alias à vulnere, alias ab aduſtione, abſceſſu vt variolarum ruptis puſtulis, cauſa eſt. Curatur inſerto inſtrumento idoneo, quo mox cohærentia diducas, ea moderatione, vt ne corneam attin- *Cauſa.* gas, alioqui enim procideret. Ergo ſpecilli caudam ſeu mucronatam partem palpebris inſerere & ſubiicere oportet, ſurſumque ſic ſublatas (ne oculi ſubſtantia violetur) falcato ſcalpello diuidere. Peracta *Curatio.* exciſione indatur in oculum oui albumen cum aqua roſacea agitatum, diducta palpebra teneatur: imo æger ipſe hoc agat ſedulo, vt ſæpius ipſam euertat, digitiſque attollat, non ſolum vt vlceri medicamentum inducatur, ſed etiam ne ruſus inhæreat: de nocte inſeratur peniculum tenue aqua, vel ſimplici,

vel

A vel in qua diſſolutum fuerit calcanthum, intinctum. Sic enim impedietur, ne iterum agglutinentur palpebræ. Die deinde tertio contingentur partes palpebrarum aquis citra morſum deſiccantibus, vt cicatrice obducantur. Quod ſi corneæ adhæreat palpebra ad pupillam, vel plane cæcus, vel certe hebes in videndo æger futurus eſt. Nam cicatrix obducta rerum ſpecies ingreſſu ad cryſtallinum humorem prohibebit, viſiuoſque ſpiritus egreſſu ad obiecta. Quod ad prognoſim attinet, ex Celſo diſces relapſui obnoxiam eſſe hanc curationem: adeo vt nulla neque diligentia, neque induſtria vitari poſſit, quin ſemper iterum palpebra oculo adhæreſcat.

Morbus relapſui obnoxius.

De Palpebrarum pruritu. Cap. X.

VEhementer multis palpebræ pruriunt à pituita ſalſa, quæ non ita raro partes ipſas excorians & exulcerans, ſaniem, quæ ipſas palpebras quodam velut glutine de nocte committit, & fluentes ac lippientes reddit. Id ægros ita male exercet, vt opem medicam ſæpe efflagitare cogat. Quare vniuerſalibus remediis præmiſſis vlcera ſequenti collyrio colluentur.

℞. aquæ mellis in balneo mariæ deſtillatæ ℥ iij. ſacch. candi ʒ j. aloes lotæ & in pollinem redactæ, ʒ ß. fiat collyrium. Quod ſi non ſuccedat, ſequenti licebit vti. *Collyrium detergens.*

B *℞. vngu. ægyptia. ʒ j. diſſolue in aqua plantaginis quantitate ſufficienti*, linteoque molli ex eo imbuto exulceratę palpebrę contingentur, ea cautione adhibita, vt ne quid in oculum deſtillet. Veſperi vero dormiturus æger eaſdem ſibi inungi curabit ſequenti vnguento, valde in hoc mali genere efficaci. *℞. axungiæ porci & butyri recentis, an. ℥ ß. tuth. præpar. ʒ. ß. antim. in aqua euphraſiæ præparati. ℈ ij. camphoræ gr iiij. miſce, & in mortario plumbeo ducantur per tres horas*, conflatum inde vnguentum ſeruetur in pyxide plumbea. Laudantur etiam & vſurpantur aquæ quædam detergendis, reſiccandis, adſtringendis, roborandis omninoque à pruritu & rubore vindicandis palpebris idoneæ.

Aegyptiacum ad prurientes palpebras.

℞. aquar. euphr. fæniculi & chelid. an. ℥ ß. ſarcoc. nutritæ ℈ ij. vitrio. rom. ʒ j. miſceantur ſimul & bulliant vnica ebullitione: poſtea coletur liquor, & ſeruetur ad vſum dictum. Vel, *℞. aquæ roſ. & vini alb. boni, an. ℥ iiij. tuth. prep. aloes an. ʒ. j. flor. æru ℈ ij. campho. g ij. bulliant omnia ſecundum artem, & ſeruentur in vaſe vitreo ad colluendas palpebras.* Vel, *℞. vini albi ℔ ß. ſalis comm. ʒ j. coniiciantur in peluim tonſoriam nitentem, viridem & coopertam, maneantque illic quinque aut ſex dies, ſemel quoque die commoueantur*, contingâtur eo liquore palpebræ. Sunt, qui ipſius ægri vrina in pelui tonſoria per noctem aſſeruata, ablui palpebras iubeant. Certe in hoc mali genere acriorum remediorum vſus non eſt formidandus: nam & mihi viſa aliquando mulier eſt quin-

Acria remedia in pruritu palpebrarum minime eſſe formidanda.

C quagenaria, quæ ſibi prurientes palpebras aceto quam acerrimo proluebat, idque vnum remedii genus præ cæteris fœliciter ſibi ſucceſſiſſe aſſerebat. Ioannnes Vigonius aquam præſcribit, cuius efficaciam ſupra cætera remedia in hoc affectu probatam eſſe, plurisque auro & argento æſtimandam prædicat hac forma.

Lib. 2. cap. 4. tract. 3.

℞. aquæ roſ. vini albi odoriferi mediocris vinoſitatis, an. ℥ iiij. myrobala. citrini triturati ʒ j. ß. thuris ʒ ij. bulliant omnia ſimul vſq; ad conſumptionem tertiæ partis: Deinde immediate addantur flor. æru ℈ ij. campho. g ij. Reſeruetur liquor in vaſe vitreo bene obturato ad vſum commemoratum.

Aqua Vigonii ophthalmica.

De Lippitudine. Cap. XI.

PLeroſque videas, quibus nunquam ſiceſcunt oculi, ſed tenui ſemper humore madent acri & calido, quæ res aſperitudinem inuehit, & ex leuibus momentis inflammationes, lippitudineſque excitat, tandem etiam ſtrabiſmum. Eſt autem lippitudo nihil aliud, quam *alba quædam ſordes ab oculis profluens, quæ ſæpe palpebras ſibi inuicem agglutinat*. Id malum ſæpe totam hominis vitam infeſtat, nulla ope medicabile: In quibuſdam ſanabile eſt. Quibus ab infantia malum contractum eſt, his ſuperuacua eſt curatio:

Lippitudo quid.
Quo inſanabilis.

D neceſſario enim manſurum eſt vſque ad mortis diem. Lata etiam capita & excrementitia pituita acri, aut multa differta vix medicinæ patent. Multum vero intereſt, internisne vaſis, quæ ſub calua ſunt, an externis, quæ inter caluam & cutem exiſtunt, pituita diffluat, an vero vtriſque. Ac ſiquidem internæ venæ materiam illam effundant, vix ac ne vix quidem ſanabile malum eſt. Si vero externæ emittant, non eſt inutilis curatio, quæ remediis toti corpori proſpicientibus præmiſſis, raſo vertici adſtringentia medicamenta, vt emplaſtrum contra rupturam apponit, quę venas conſtringant, & pituitam velut ſuſpēdant, cucurbitulas affigit, frictiones occiput verſus impetat, ac denique ſetam chirurgicam tranſadigit. Sunt, qui ſummum verticem ignito ferro vſq; ad os adurant, ſic vt ſquamam remittat, ad diuertendam & ſiſtendam fluxionem. Quod ad topica remedia attinet, omnium inſtar habebit collyrium ex vitriolo pauco in multa aqua roſacea diſſoluto paratum.

Collyrium ex vitriolo ſiſtens fluxiones oculorum.

De Ophthalmia. Cap. XII.

OPhthalmia *Adnatæ membranæ, totiuſque adeo oculi inflammatio* eſt, *calore, rubore, pulſu, renixu, dolore denique moleſta.* Originem habet vel ab occaſione cauſave aliqua primitiua, vt lapſu, ictu,

Quid ophthalmia, & quas cauſas habeat.

E puluere & tenui ſabulo in oculos inſiliente. Eſt enim oculus pars læuis, ideo ab aſperis facile offenditur, vt ait Hipp. Vel à cauſa antecedente, vt fluxione in oculos irruente. Signa ſequuntur naturam materialis cauſæ: à ſanguine enim, bilioſo præſertim & tenui, caloris, ruboris, ac doloris ſunt omnia: ab eodem vero pituita diluto cuncta exiſtunt remiſſiora. Ac ſi quidem totum caput grauitas occupet, à capite mali exortus eſt. Si vero frontem inflammatorius dolor exerceat, à craſſæ meningis aut pericranii intemperie aliqua calida, morbos venire putatur. At ſi in ipſo incandeſcentis doloris articulo æger vomituriat, à ventriculo morbi materia repit. Cæterum vndecunque veniat, vix eſt vllius in corpore partis dolor, qui cum inflammatorum oculorum dolore ſit conferendus: certe non paucis inflammationis magni-

Lib. de carnibus.
Signa.

magnitudo oculos propria orbita depulit, ac diſrupit. Ideo nulla medicinæ pars magis per nationes expoſita eſt, quam dolentium oculorum. A

Curatio. Ad curationem tria ſibi ob oculos ponet Chirurgus; diætam, vacuationem cauſæ antecedentis, & coniunctæ, topicis remedijs expugnationem. Victus erit mediocris, his omnibus vitatis, quæ vaporibus caput implent: vſurpabuntur ea, quæ os ventriculi conſtringẽdo corroborant, & fumidas exhalationes aditu ad caput prohibent: vino interdicetur æger, niſi forte ab humore craſſo & viſcido morbus veniat. vt eſt à Gal. proditum.

Com. ad aph. 31 ſect. 6. Li. 13. meth. cap. vlt. Vacuatio vero fluentis in oculum materiæ, fiet per cathartica, phlebotomiam in brachio, cucurbitulas cum ſcarificatu, & ſine ſcarificatu, ſcapulis & ceruici affixas. Denique per frixiones ex eius, qui præerit, Medici ſententia. Poſt vniuerſalia remedia Galenus ad inueteratas ophthalmias valde commendat phlebotomiam & arteriotomiam, in fronte, & temporibus, quod plerumque ſanguine acri, calido & vaporoſo, vaſa, quæ circumſtant, diſtenta, acres in oculo dolores cieant.

Expugnatio cauſæ coniunctæ. Coniunctæ cauſæ expugnandæ, varia apponentur topica pro quatuor, quæ phlegmone omnis decurrere ſolet, temporum diſtinctione. Nam per initia cum materia acris multo impetu decurrit, repellentia valde proſunt: hæc eadem additis reſoluentibus temperata in incremento vtilia ſunt.

Repellens collyrium. *℞. aquar. roſ. & plant. an. ℥ ß mucagin. gum. tragacant ʒ ij. album oui quod ſufficit, fiat collyrium,* tepens in oculum inſtilletur, ſuperimponatur ipſi toti linteolum duplex eodem collyrio imbutum: Vel: *℞ mucag. ſem. pſil. & cyd. extractæ in aqua plant. an. ℥ ß. aquæ fol. & lactis muliebris, an. ʒ j. troch. biſcorum albo Rhaſis ℈ j. fiat collyrium,* cuius vſus ſit, vt ſuperioris. B

Adſtringentia emplaſtra. Venæ temporum ſequenti medicamento conſtringantur. *℞. bol. arm. ſang. drac. & maſt. an. ʒ j ß. alb. oui, aqua roſ. & acet. an. ʒ j. tereb. lota & olei ros. an ℥ j ß. fiat defenſiuum.*

Vti & licebit vnguento de bolo, emplaſtro diach. aut contra rupturam in oleo myrtil. & pauco aceto diſſolutis.

Cataplaſma anodynum. Quod ſi doloris acerbitas intolerabilis ſit, apponendum erit ſequens cataplaſma: *℞ medul. pomor. ſub. ciner. coctor. ℥ iij lactis mul eb. ℥ ß. apponatur oculo, inſtillato prius collyrio ante deſcripto.* Vel, *℞ mucag. ſem. pſil. & cyd. an. ʒ ß. micæ panis albi in lacte infuſi, ℥ ij. aqua roſ. ʒ ß. fiat cataplaſma.* Sanguis turturis, columbi, aut gallinæ aperta ſub alis vena, in oculum inſtillatus, dolorem ſedat: balnea vero nõ modo anodyna ſunt, ſed & [illegible]xionem ſiſtunt, fluxionis materiam per ſudores diuertendo; Itaque ea in fluxionibus ophthalmicis periodicis, valde laudat Gal.

Balneorum vis in dolore oculorum. In ſtatu, cum dolor vel ſublatus fuerit, vel reſederit, ſequentibus vti licebit: *℞. ſarcocol. in lacte muliebri nutritæ, ʒ j. aloes lotæ in aqua roſ ℈ ij. troſchiſ. albor. Rhaſis. ʒ ß. ſacch. candi. ʒ ij. aqua roſ. ℥ iij. fiat collyrium.* Vel, C

Ad aph. ſe. 7. Collyria detergentia. *℞. ſem. fœniculi & fœnug. an. ʒ. ij. flo. chama. & melil. an. m. ß. coquantur in aqua comm. ad ℥ iij. colatura adde tuthia prap & ſarcoc. nutrita in lacte muliebri an. ʒ j. ß. ſacch. candi ʒ ß. fiat collyrium, vt artis eſt.*

In declinatione fouebitur oculus ex decocto carminatiuo, hinc hoc affunderur collyrium: *℞. ſarcoc. nutritæ ʒ ij. aloes, & myrrh. an. ʒ. j. aquar. roſ. & euphr. an. ℥ ij. fiat collyrium, vt artis eſt.*

De Proptoſi, ſeu Procidentia oculi, eiuſdemque Phthiſi & Chemoſi.

Cap. XIII.

Quid Proptoſis oculi. Cauſa. GRæci Proptoſim, Latini Procidentiam, ſeu exitum nominant *oculi affectionem, quando materiæ repletu, oculumque in maiorem molem, & ſubſtantiæ amplitudinem attollentis occaſione prominet, proceditq; extra orbitam.* Hius morbi cauſa etiam nonnunquam externa eſt à conatu in vomendo violentiore, ab enixu laborioſo in parturientibus, à clamore & immani vociferatione. Eſt, vbi ingens & dirus capitis dolor, aut frontis & temporum ad doloris illius leuamen arctior conſtrictio, aut muſculorum ocularium paralyſis huic malo originem præbet. Certe ab influxu humorum tanta nonnunquam fit oculi diſtentio, vt oculus crepet medius, humores ipſius effundantur, cæcitasque conſequatur, vt contigiſſe memini ſorori Ludouici Billiaci mercatoris, Lutetiæ ad pontem D. Michaelis commorantis. D

Curatio. Pro cauſarum varietate varia remedia ab eo, qui præerit, Medico inſtituentur. Itaque vniuerſalibus remediis præmiſſis, origini ſpinalis medullæ, & ſcapulis affigentur cucurbitulæ: imo & cauteria, aut ſetæ chirurgicæ intrudentur, comprimetur oculus linteolis duplicatis, maceratis in decocto adſtringente ex ſucco acaciæ, roſ. rub: foliis papaueris, hyoſcyami, roſar. & cortice granatorum, parato. Ex quibus rebus cataplaſmata etiam fingi poterunt, addita hordei & ſimilium fatiua.

Quid oculi atrophia. Huic affectioni alia nonnunquam in oculo cernitur contraria, quæ Atrophia nuncupatur. Per hanc vniuerſa oculi ſubſtantia flacceſſit, & marcet, pupillaque ſeipſa multo fit anguſtior. At ſi ſolam pupillam conſumptio & emaciatio attigerit, Græcis peculiari nomine, & à generali ſignificatione ad oculi affectionem propriam ſignificandam preſſius conſtricto, Phthiſis dicitur, vt docet Paulus, ad vtrumque affectum opponentur cauſæ contrariȩ: fotus inſtituentur calidi & attrahentes: frictiones fient in vicinis partibus. Omnia denique applicabuntur, quæ ad ſanguinem, ſpiritusque in partem alliciendos innoxie applicari poterunt.

Quid phthiſis oculi. Lib. 3. ca. 22.

Paulus lib. 3. cap. 2. Chemoſis quid. Proptoſi affinis eſt alia affectio oculi, quæ Chemoſis nominatur Græcis. Hæc vero nihil aliud eſt, quam *palpebrarum inuerſio ob inflammatione tanta Adnata tumore ita magno, vt album oculi ſupra nigrum alte ſublatum promineat:* adeo vt ipſæ vix oculos contegere poſſint palpebræ. Nonnunquam Adnata immutato habitu rubet: poteſt tamen & ab externis cauſis id malum ducere originem, vt vulnere, contuſione & ſimilibus. Cæterum pro cauſarum varietate, & præſentis affectionis fixæ, & in parte relictæ conditione, varia præſcribentur à præſente Medico remedia. E

De Vn-

A

De Vngula. Cap. XIV.

VNgula ſeu Pterygion *carnis cuiuſdam fibroſa & membranoſa ſupra Adnatam oculi tunicam incrementum* *Vngula quid.*
eſt, ſapius à maiore, interdum etiam in temporum angulo oriens. Cum negligitur, non Adnatam modo in-
tegit, ſed & corneæ portionem occupat, atq; ad pupillam perueniens, ipſi atque ægri luminibus officit.
Eiuſmodi vngula nihil aliquando adhæret Adnatæ, ſed ipſi tantum ab angulis oculi ſubtenſa eſt, adeo;
vt inter ipſam & Adnatam ſpecillum inſerere liceat, vario viſitur colore, aliis ſcilicet rubro, aliis citri-
no, aliis fuſco, aliis albo. Ortum habet vel á præincipientibus ſeu externis cauſis, ictu, lapſu, & ſimili- *Quæ ſint, quæ nunquam ſanabilis ſit.*
bus, vel ab internis, humorum ſcilicet in oculos influxu. Quæ inueterauit vngula, adeo, vt ei iam craſſi-
tudo & latitudo multa acceſſerit, prætereaque Adnatæ tenaciter adhæreat, difficulter exciditur, nedum
medicamentis, quibus cicatrices in oculis extenuantur, diſcutitur. At quæ pupillam totam integit, Chi-
rurgo minime attingenda eſt: nam ipſa reſciſſa, quæ relinquetur cicatrix, denſitate ſua, obiectis ad cry-
ſtallinum humorem ingreſſum, animali vero ſpiritui ad ipſa egreſſum intercluder. Cæterum ſæpe oph-
thalmiam, pruritum ardentem, fluxum lachrymoſum, & palpebrarum tumorē comites habet. Vt ritè *Curatio.*
B & fœlicitet procedat curatio, ſtatim ab initio cauta diæta vtendum eſt, purgantia aſſumenda, ſanguiſq;
ſecta vena detrahendus, ſi præſertim magna ſubeſt inflammatio. Quod ad particularia remedia ſpectat,
ea hyperſarcoſis deteretur, aut ſaltem augmento prohibebitur, inſtillato in oculum collyrio ex vitrio-
lo,, deſcripto in vulneribus oculorum. Quod ſi nihil ſic proficimus, reſtat, vt manu excidatur eo, qui
ſequitur, modo.

Ægrum fere reſupinum, & tantum non iacentem in ſcamno collocare, arcteque ne diſſiliat, mi- *Sectio vngula.*
niſtri manibus conſtringere oportet: tum ipſi dolentem oculum, immiſſo ſpeculo oculi, ante in huius
partis vulneribus deſcripto diducere, indeque hamulo acuto paulum mucrone intus incuruato, & me-
dio vngui ſubiecto vnguem ipſum leuare: ſublato, acum, quæ politum filum trahet, ſubiicere, atque
inter ipſum & Adnatam inſerere, mox hamulo acuque politis fili duo capita apprehendere, & per ea
erecto vngue, eius á ſubiecta oculi ſubſtantia, ducto ab ipſius exortu initio diductionem ſcalpello fal-
cato, molliter aggredi, eamq; perſequi vſq; ad extremum, ſic vt ne quid ex Adnata aut cornea lædatur.

Hamulorum, acus, & falcati ſcalpelli imagines.

C

Hamuli. *Acus.* *Falcatus ſcalpellus.*



D

Hinc forfice reſcindetur, eoque albumen oui cum aqua roſacea agitatum ſuperdandum eſt, ſæ-
piuſque renouandum: Proximis inde diebus diducendus quotidie oculus eſt, ne cicatrice ſuborta pal-
pebræ inter ſe glutinentur, qua parte detracta eſt vngula, quod etiam prohibebitur inſperſis in oculum
ſale communi & cumino, ſaliua in ore ante ſubactis ac præmanſis. Sunt, qui ſcalpelli falcati loco vn-
gulam ab Adnata diducant ſeta equina: alii calamo anſerino ad id parato, & laterum tenuitate acuto,
ea adhibita cautione, ne caruncula, quę ad angulum naſi eſt violetur: ſequitur enim ſi vehementius vn-
guis diducitur; ac ſi abſciſſa eſt, pateſcit foramen, per quod in vitæ reliquum lachrymoſus humor con-
tinenter ſtillat, malum Græcis Rhyas dicitur. Si poſt reſciſſionem inflammatio in metu eſt, ſupra ocu-
lum linteola ponentur, repellentibus medicamentis ante deſcriptis in oculi vulneribus imbuta.

De AEgilopa ſeu Oculorum fiſtula lachrymoſa. Cap. XV.

E

AD maiorem oculi angulum glandula ſubeſt, excipiendo continendoque humori condita, qui lu- *Glandula,*
bricando & humectando oculo ſufficeret, ne perenni agitatione areſcat. Glandula hæc irruente á *qua ad maiorem oculi*
cerebro ſanguinea aut pituitoſa fluxione aliquando turget, intumeſcit, & abſcedit, vlceraturque vlcere *canthum eſt, Vſus.*
non raro in fiſtulam abeunte, adeo, vt temporis ſucceſſu ſubiectum os carie corrumpatur. Ex eiuſmodi
fiſtulis aliæ foras apertæ ſunt, illæ maxime, quibus á phlegmone origo extitit: aliæ intro, quæ ſcil. ma- *Differentia.*
teriæ pituitoſæ incurſu aut congeſtione primo intumuerunt, adeo, vt foras nullum viſatur foramen, ſed
tantum tumor piſi magnitudine, hic tumor compreſſus liquore manat ſanioſo, ſeroſo, & ruffo, alias al-
bo & viſcido, idque vel per oculi angulum, vel per interiores nares, quibuſdam talis ſanies continenter

Fiſtula periodica & typica.


Curatio.

Candentis ab igne ferri vſus.

profluit, aliis menſtruis tantum circuitibus, quod quibuſdam fiſtulis eſt proprium. Eiuſmodi lachrymoſæ fiſtulæ ſi inueterauerint, oculo atrophiam, ac nõ raro cæcitatem, ſpiritui autem, quem reddimus, fœtorem conciliant. Quare diligenter & mature, medica chirurgicaq; ope venienti malo eſt occurrendum. Ergo præmiſſis vniuerſalibus remediis ad particularia veniendum. Quare ſi ſatis vlcus non pateat, intruſis ex ſpongia peniculis amplificabitur: glandulæ caro plus æquo increſcens corrigetur, immiſſis catheræticis puluiſculis mercurii, vitrioli calcinati, & in pollinem minuti, aut aqua forti, vel oleo de vitriolo, denique potentiali cauterio. His ſi nihil profectum fuerit, carieſq; iam os excedat, & cordatus eſt æger, infligendum eſt actuale cauterium: cuius vſus longe efficacior, promptior, certior, & præſtantior eſt, quam cauterii potentialis, quemadmodum in multis fælici ſucceſſu mihi experiri licuit. Mihi vero intereſſe nihil videtur, ex aurone ſit, argento, an ferro id cauterium. Nam quod agit, haud à materia habet, ſed ab igne. Quin ſi delectus metallorum hic religioſe eſt habendus, mallem ex ferro parare, vt cui quam auro aut argento vires ſint longe magis deſiccantes & adſtringentes, quod in ipſo terrenum elementum dominetur, vt patet argumento aquarum per ferri fodinas fluentium. Ferrum igitur triangulare parabitur, in extremo acuminatum, quo celerius penetret, oculo ſano & vicinis partib. bene obtectis, capiteq; miniſtri manibus ſtabilito, ne in ipſo operis articulo æger perterrefactus commoueat ſe. Oculo vero dolenti lamina ferrea aptabitur in medio depreſſa, pro anguli maioris cauitate. Peruia hæc lamina erit, vt per eius foramen ferro ignito via ad ſubiectam fiſtulam pateat, ſicque id ſolum, quod inurendum eſt, contingatur.

A B

Figuræ ferramenti igniti, & ferreæ laminæ exciſo foramine peruia.



C

Agenda poſt inuſtionem.

Poſtquam os ferramento inuſtum eſt, in foramen ipſum, oculum, parteſq; omnes vicinas, affundendum eſt collyrium ex oui albuminibus, in aqua plantaginis & ſolani agitatis: æger vero in lecto collocabitur, capite paulo altiore, renouabitur collyrium quoties & quamprimum reſiccari videbitur. Hinc eſcharæ lapſus procurabitur litu butyri recentis, vbi deciderit, detergendum veniet vlcus, carne implendum, denique cicatrice obducendum.

De Staphylomate. CAP. XVI.

Staphyloma quid & quas cauſas habeat.

Paulus & Aetius.

Staphyloma omne cæcitatem inferre inemendabilẽ.

STaphyloma *corneæ tunicæ atq; vueæ tumor eſt*, fluentis in oculum humoris, aut vlceris occaſione natus, cornea relaxata, aut protriſa, puſtulæ ſubtus genitæ impetu. Similis figura acino fit: vnde Staphyloma Græcis dictum, alias nigricat, alias albet ille tumor. Nam ſi cornea vlcerata eſt & arroſa ſic, vt per vlcus proferat ſe, & procidat vuea tunica, nigricabit ſtaphyloma acini maturi inſtar, nigricat enim vuea externa ſui parte. At ſi laxata tantũ ac non rupta cornea fuerit, ſub albido colore cernetur ſtaphyloma, D acini nondum maturi inſtar. Multas eius differentias ſtatuere Veteres. Nam ſi perexiguum ſit foramen ruptæ corneæ, quo ſe profert vuea, Myocephalon dixerunt, capiti ſcilicet muſcæ ſimile. At ſi amplum id foramen extiterit, ſimul & calloſum caluum nominarunt. Si deniq; amplius, iam vero acinum nuncuparunt. Cæterum quacunq; ſpecie aut figura contigerit id malum, duo ſecum inuehit incommoda, vnum cæcitatis: alterum deformitatis. Itaq; hic adeo Chirurgiæ locus eſt, non vt viſus, qui iam amiſſus eſt, reſtituatur, ſed vt oculi deformitas corrigatur: abſcindendo ſcilicet id, quod prominentius eſt. Cauendum vero, ne plus, quam decet abſcindas: hinc enim periculum effuſionis humorum oculi.

De Hypopyo. CAP. XVII.

Quid & quas cauſas habeat.

Li.14. meth. cap. vlt.

COlligitur aliquando inter corneam & vueam pus á cauſa intrinſeca aut extrinſeca. Intrinſeca quidem, vt à multa fluxione, & ſæpe poſt inflammationem: extrinſeca vero ab ictu, cuius occaſione vena aperta ſanguinem eo effuderit, qui mox in pus vertatur. Ad curationem præmiſſis vniuerſalibus remediis, affigentur cucurbitulę cum ſcarificatu, frictiones imperabuntur ſuperne deorſum. Affundentur collyria anodyna & digerentia. Scribit Galenus, ſe materiam illam aliquando vacuaſſe, aperta ad E iridem cornea, quo ſcilicet loco tunicæ omnes conueniunt, concurrunt & terminantur. Idem ego feci præſente Iacobo Guillemeau Regio & Pariſienſi Chirurgo, & perfeci feliciſſime: expreſſo & vacuato poſt apertionem pure, detergebitur vlcus hydromelite ſimiliue alio medicamento.

De Mydriaſi. CAP. XVIII.

Quid & quas cauſas habeat.

MYdriaſis *pupillæ dilatatio* eſt. Contingit hæc vel natura, vel caſu: illa à vitio eſt primæ cõformationis, nec ſanabilis. Hęc v. duas habet differentias: nã vel à cauſa interna eſt defluẽtis à cerebro humoris ſobo-

A ſoboles, itaque de ea curanda conſulendus Medicus. Quæ vero occaſione aliqua externa venit, vt ictu, lapſu, contuſione oculo illata, curatur appoſitis extemplo repellentibus & anodynis: prohibenda fluxio diæta prudenter inſtituta, phlebotomia, cucurbitulis, ſcarificatu, frictionibus, & aliis, quæ vtilia videbuntur remediis: hinc ad reſoluentia veniendum, ſanguinem nempe adhuc à vena tepentem turturis, columbi, aut gallinæ, oculo & vicinis partibus affuſum. Hinc ſequens cataplaſma imponendum. *Curatio.*

℞. farinar. fabarum & hordei an. ℥ iiij. oleor. roſar. & myrtillor. an. ℥ j. ß. pulueris ireos florentiæ. ℥ ij. cum ſapa fiat cataplaſma. *Cataplaſma digerens.*

Vti etiam licebit ſequenti fotu: *℞. roſar. rub. & myrtil. an. m. j. florum meliloti & chamam. an. p. j. nucum cupreſſi ℥ j. vini auſtero. ℔ ß. aquæ roſar. & plantag. an. ℥ iij. fiat omnium decoctio pro fotu cum ſpongia.*

De Cataracta. Cap. XIX.

Cataracta Græcis etiam Hypochyma dicitur, Latinis Suffuſio, quocunque nomine vocetur, nihil illa aliud eſt quam *humoris in tenuem quandam velut pelliculam concretio, ſub cornea tunica, è regione pupillæ, humori aqueo tanquam innatans, quaque locum vacuum eſſe decuit, interiori videndi potentiæ ſe opponens*: quo *Quid hypochyma.*
B differt à maculis & cicatricibus ſupra corneam aut adnatam concreſcentibus. Totam pupillam aliquando integit, alias dimidiam ipſam tantum, alias exiguam ipſius portionem: pro hac varietate viſio vel aboletur, vel debilis fit, vel depravatur: quia ſpiritus animalis viſorius tota ſubſtantia per eius denſitatem ſubire nequit. Humoris illius, vnde concreſcit, influxus, vel externo vitio citatur, ictu nempe, lapſu, ambientis calore aut frigore capiti & oculis doloriſico, vel proprio & interno, nempe ab humorum multitudine, aut qualitate acri calida & tenui. Malo etiam huic aliquando originem præbent craſſi vapores & fumidi, à crudo ventriculo aut vaporoſis eſculentis potulentiſque ſublati ad cerebrum, indeque in oculos delapſi, vbi loci frigiditate, anguſtia, & mora in humorem: ac tandem in illam, quam cernimus, concretionem coeunt. Signa ex his, quæ ſunt commemorata, facile elici poſſunt. Nam vbi cataracta confirmata eſt, & matura, membranæ cuiuſdam tenuis pupillæ obtenſæ ſpecie viſitur, vario pro humoris, ex quo cogitur, varietate colore apparet, alias albo, alias nigro cæruleo, cinereo, liuido, citrino, viridi. Eſt vbi hydrargirum exprimit, qui ius præ cæteris valde tremula & fugitiua eſt. Per initia quibus coit, fugacia viſa multa, vt muſcæ volitantes, pili, retia & ſimilia ſurſum, deorſumque temere velut agitata ægri oculis obuerſantur: gemina nonnunquam omnia apparent, nonnunquam minora, quam
C ſint: quia ſpiritus viſorius denſitate pelliculæ, tanquam nubeculæ, ſolis lumini obiectæ, aditu ad viſibilia prohibetur. Quo fit, vt ſub meridiem hebetiore ſint ægri viſu, ſub diluculum vero & crepuſculum certius & acutius cernant: quia ſpiritus viſorius paucus per aerem diffuſus à maiori lumine diſpergitur, à minori vero cogitur. Certe ſi dimidiam pupillam occupet pellicula illa, dimidiata omnia apparebunt: ſi vero mediam eius, & cryſtallini humoris quaſi centrum, feneſtrata. At ſi totam contegat, nihil iam viſu diſcernere potis eſt, ſed corporum tantum aſpectabilium & ſolis, lunæ, ſtellarum, accenſę candelæ, & ſimilium luminoſorum vmbras confuſe, & quaſi coniectura quadam ſubintueri.

Signa.

Cur dimidiata aut feneſtrata obiecta appareant in ſuffuſione.

De Cataracta incipientis curatione Medica. Cap. XX.

Incipiens cataracta incremento & concretione prohibetur diæta conuenienter & artificioſe præſcripta, vini præſertim potentioris & caput implentis abſtinentia, vitato vſu ciborum, quibus ſuccus ineſt pituitoſus & vaporoſus, vt piſorum, fabarum, naporum, caſtanearum, omnium denique rerum, quibus vis ineſt humores in corpore ciendi, & ad fluxum proritandi: cuiuſmodi ſunt ſalſa omnia & ſpeciata, vt allia, cæpe, ſinapi. Præ cæteris vero immoderatior coitus nocet, quia totum corpus *Diæta ſuffuſione laborantium.*
D vehementius exagitat, cerebrum, caputque debilitat, & crudos ſuccos parit. Panis imperetur fœniculi ſemine conditus, huic enim vis ineſſe creditur viſionis iuuandæ, & oculi illuſtrandi, vapores nebuloſos ante in ventriculo diſſipando, quam conſurgere ad cerebrum poſſint. Quare eadem ratione cydoniati, conſeruæ roſarum & tragetæ communis, aut cuiuſuis alterius ex rebus flatus diſcutientibus, aut ventriculum conſtringentibus compoſitę vtilis eſt vſus: Phlebotomia & purgationes ſi res poſtulet, opportune præſcribentur, frictiones diuertentes imperabuntur, cucurbitulæ ſcapulis & ceruici affigentur: matutino tempore maſticatoriis pituita per palatum deriuabitur. Sunt, qui incipientem cataractam diſſipari & diſcuti credant, palpebrarum crebra per digitos frictione, crebro item & pertinaci ſyderum & lunæ cum pleno orbe lucet, ſpeculi chalybei, gemmarum, omnium denique rerum fulgore quodam micantium intuitu. Credo, quod radiis confertim à re fulgida in oculum ex oppoſito protelatis & diffuſis, penetrandi, diffindendi, diſſoluendi, imo & abſumendi deſiccandique vis ineſſe videri poſſit. Sed & calens anhelitus eius, qui fœniculum, aniſum, coriandrum, nucem moſchatam, cinamomum, caryophyllos & ſimilia ore verſet, & dentibus mandat, oculis digito ante leuiter attritis, cominus & frequenter exceptus, magnum ad humorem concretioni proximum calefaciendum, atte-
E nuandum, reſoluendum, digerendum, ac diffindendum momentum habet. Quinetiam illuſtrandorũ oculorum, viſionis roborandæ, & prohibendarum ſuffuſionum, diſcutiendarumq;, ſi quando concreſcant, & cogi incipiant, vis maxima ineſſe creditur huic Ioannis Vigonii collyrio: *℞. hepatis hircini ſani & recentis ℔ ij. calami aromatici & mellis an. ℥ ß. ſucci rutæ. ℥ iij. aquar. chelidoniæ, fœniculi, verbenæ, & euphraſiæ an. ℥ iij. piperis longi, nucis moſchatæ, caryophyllorum an. ℥ ij. croci. ℈ j. floris roriſmarini aliquantum contriti. m. ß. ſarcocollæ, aloes hepaticæ an. ℥ iij. fellis raiæ, leporis & perdicis. an. ℥ j. terantur omnia, tritiſque adde ſacchari albi. ℥ ij mellis roſati. ℥ vj. conuciantur in alembicum vitreum, & deſtillentur in balneo mariæ:* Stillatitius liquor

Panis fœniculo conditus.

Cur fulgore micantia diſſipent cataractam incipientem.

Collyrium cataractam incipientem diſſipans.

 fie-

frequenter oculis affundatur. Quod ſi his & tot remediis nihil profectum fuerit, congeſtusque nebulo- A
ſus homor indies augeatur, & ioſpiſſetur, abſtinendum à remediis eſt, expectandumque, donec iam nõ
Cataractã niſi maturuerit acu haud eſſe decutiendã. congeri ſed cogi, imo durities quædam coucreuiſſe videatur. Sic enim demum acu decuti poterit: alias,
ſi oondum ioatura ac iuſto tenerior ſit illa velut pellicula, cum ventum ad opus erit, acu tranſadigetur,
oon decutietur. Si contra durior ſit, reſiſtet acui, nec decuti ſe facile patietur. Itaque, quę eius ſit quaſi
tempeſtiuitas, Chirurgo noſcendum eſt, diligenterque tenenda ſigna, quibus maturam ſuffuſiooem
ab immatura, & ſanabilem, ab inſanabili diſcernere poſſit. Nã, ſola, quæ matura & ſanabilis eſt, manu
& acu curanda: quæ immatura eſt, id eſt, quæ tenerior & quaſi cruda adhuc, quæque durior & deoſior
eſt, quæ denique inſanabilis, ne tentanda quidem.

Quibus ſignis cataracta matura & curabiles ab immaturis & incurabilibus dignoſcantur.


Cap. XXI.

OCulo ſano clauſo, ſi ſuffuſi, poſtquam pollice attritus fuerit, pupilla ſtatim dilatetur & diffunda-
rur, eademque celeritate in ſuum locum, figuram, colorem, & ſtatum redeat, opinionem facere
nonnullis creditur, maturæ & confirmatæ cataractæ. Immaturæ vero & nõdum attingendæ, ſi diu poſt B
popilla dilatata & diffuſa maneat. At maturæ, itemque denſioris adeoqoe inſanabilis commune ſignũ
eſt, nihil eorum, quæ aſpectabilia ſunt, præter lucem & lomeo cernere, diſtinguere vero aliquid reli-
quarum rerum aſpectabilium nondum maturæ eſt argumentum. Ideo vero clauſo compreſſoque ocu-
lo ſano, alterius pollice attriti pupilla dilatatur, qui amplificatur, iotumeſcit, diffuoditurque amplius,
compreſſione illa quaſi compulſis à ſano in ægrum oculum viſoriis ſpiritibus. Cæterum quæ ſequun-
tur cataractę, inſanabiles cẽſentur, illę ſcilicet, quæ magnę ſunt, qoę affricta, attrita ve palpebra, nihil di-
latantur, aut diffundũtur; quarum pupilla nihilo patiter, illo attritu, latior fit: hinc enim iotelligere eſt,
oppilationem ſubeſſe in neruo optico: adeo vt decuſſa quantumuis fœliciter cataracta, ſuperſtes cæci-
tas ſit manſura: nihilo plus proficias decutienda ea cataracta, cuius oculus multum emacruit, & phthiſi
Cataractæ inſanabiles laborat. Inſanabilis illa etiam eſt, quæ ex grauiſſimo morbo, acerbiſſimis oempe & diris capitis dolori-
bus, vel ictu vehementiſſimo orta eſt. Quæ gypſei ſuot coloris, virides, nigræ, liuidæ, citrinæ & coloris
Sanabiles. argenti viui æmulæ, fere ſunt inſanabiles: Contra quę colore corticẽ caſtaneæ æmulantur, quæ cœli ſeu
aquę marinę colorem habẽt, cum quadã albedine, hę fœliciter ſucceſſurę curationis magnã ſpẽ faciũt.

De Cataracta curatione Chirurgica. Cap. XXII. C

Quando opportunitas adſit decutiendæ cataractæ. POſtquam ſanabilem eſſe cataractam commemoratis ſignis cognoueris, reſtat, vt manu eius curatio-
nem adoriaris: ita tamen, ſi nihil ſit, quod impediat. Nam ſi capitis dolor, ſi tuſſis, ſi nauſea, vomitoſ-
ve ægrum tunc temporis habeat, fruſtra operam impenderis. Expectandum itaque eſt, donec talia ſym-
ptomata euanuerint. Tempus deligandum ad eam rem opportunum, ſcilicet ſitiente luna, à fulgere &
tonitru ſilente cœlo, & ſub alio, quam Arietis, quod capiti dominatur, ſigno. Tum medicum conſulet
Chirurgus, ſi purgatio aut ſanguinis detractio ægro neceſſaria ſit, vt plethoricis ſymptomatibus occur-
De loco. ratur, relapſui materiam alioqui ſuppediaturis. Biduo poſt eligeodus eſt locus mediocri lumine perfu-
ſus, ieiunuſque æger in anguſto ſedili collocandus eſt, ſic vt ooo aduerſum, ſed à latere lumen habe-
De oculo. at. Oculus, qui curabitur, immobilior faciendus eſt, ſuper alterum laoa impoſita & deligata, mox Chi-
rurgus ægro ſe aduerſum ſtatuet in ſcamno paulo altiore, iuſſoque eo manus ad zonam demittere ge-
nubus ſuis eius crura comprehendet & concluder. A tergo autem adſtabit miniſter, qui eiuſdem caput
De acu. contineat & immobile præſtet: nam leui momento eripi acies in perpetuum poteſt. Acus inde præpa-
randa eſt, & in denſum aliquem pannum pluries intrudenda, vt illo velut motu læuigetur, & ad iam-
iam futurum opus minori dolore perficiendum tanquam incaleſcat. Ferrea ſit oportet, aut chalybea, D
non aurea argentea ve, ſed aliquantulum lato & lateribus acuto mucrooe, quo in oculum penetret,
comprehenſamque cataractam decutiat penitus: ac ne in manu Chirurgi labet minuſque ſtabilis ſit,
manubriolo inſeretur, quemadmodum ſubiecta figura licet intueri.

Acus manubriolo inſerta, decutiendis cataractis affabre facta.



Hac tanquam præparatione rebus omnibus adhibita, imperandum ęgro, vt oculorum aciem na-
res verſus contorqueat. Tumq; acus intrepide (inani enim & ſpiritibus tantum pleno loco excipitur) re- E
Gal. li. 10 de vſu part. ca. 5 Celſ. lib. 7. ctam per Adnatam tunicam medio inter minorem caothum & corneam loco è regione mediæ catara-
ctæ, ſic, vt ne qua Adnatæ vena lædatur, intrudeoda eſt, varieq; tum quaſi verſanda, donec ad mediam
pupillã ſuffuſiooemq; peruenerit. Vbi eo ventum eſt, ſuperoe deorſum inclinãda acus eſt ad ipſam ſuf-
fuſionem, leniterque ibi vertenda, quoad paulatim eam, quantum fieri poteſt, integram infra pupillæ
regionem deduxerit, depreſſæ inſtaodum acu nihilominus, vehementiusque ad breue aliqood tem-
poris momentum imprimeodum & immorandum, vt inferiori illi, in quam decuſſa eſt, parti inſidat.

Inſidat

A Inſidat autem, necne, tenaciter, periculum faciet Chirurgus iuſſo ex tempore ægro oculum commouere. Nam ſi ſic conſtans hæret, neq; redit, expleta curatio eſt. Tum acus paulatim ſurſum referenda eſt, neque tamen ſtatim eximenda, vt ſi reuehatur, reſurgatve ſuffuſio, iterum, & toties, dum adhuc opus calet, & res in procinctu eſt, decutiatur verſus minorem angulum, donec plane & fideliter condita fuerit. Tum igitur molliter, & pari, qua intromiſſa fuerat, inclinatione reuocanda acus eſt, ne ſi moderationem non adhibeas, vna cataractam eo, vnde decuſſeras, referas, aut ad cryſtallinum humorem; primum videndi inſtrumentum pupillamve cum eius dilatandæ periculo grauiter offendas. Quidam opere ſtatim peracto, aſpectabile aliquid ægro videndum exhibet: ſed non probat Paulus: timet enim, ne intuendi ille conatus ſuffuſionem ſurſum reuehat: itaque & ſanius & certius ſtatim ab educta acu, oui albumen in aqua roſacea cum alumine electo agitatum molli linteo excipere, & adſtrictionis, arcendæque inflammationis gratia oculo ac vicinis partibus imponere: tumque vna etiam ſanum deligare, ne ſi ad intuendum moueatur, vna etiam per ſympathiam, & quæ ipſis per neruos intercedit connexionem, ægrum quaſi rapiat, & ad motum incitet. Poſt hæc lecto molli æger tradendus eſt, atque ita collocandus, vt capite ſit altiore: procul ſit ab omni ſtrepitu; ne loquatur, nec quid mandat durius, ne
B maxillæ laborent: liquidis ergo nutriatur, vt panatella, hordeato, colatitiis, aut expreſſis carnium euchymarum ſuccis, gelatina, ouis ſorbilibus & aliis huius generis. Octauo demum die reſoluenda, quæ oculos obuallat, faſcia, ipſi aqua roſacea proluendi ſunt, oppoſitiſque ſpecillis aut ſerico panno ſenſim lumini ac diei æger eſt aſſuefaciendus, ne repentino lucis occurſu offendatur. Quod ſi paucis poſt diebus ſurſum ſe referat ſuffuſio, decutienda iterum illa eſt, ſed nouo foramine, priori enim dolet oculus.

Signum cataractæ fideliter decuſſæ. Lib. 6. ca. 21. Cur vno oculorum moto alter vna mouеatur. Quæ ſint agenda poſt decuſſam cataractam.

Contingit aliquando, vt acus occurſu, non decutiatur integra ſuffuſio, ſed concidatur, & in plures partes diſſipetur. Tum igitur ſeorſim ſingulæ perſequendæ & decutiendæ: ſi quæ minima portio ſubſit, quæ acus velut anſam effugiat, relinquenda illa eſt: nam virtute caloris natiui, quin tempore reſoluatur, non eſt dubitandum.

De cataracta, quæ in fragmenta conciditur.

Nonnullæ etiam occurrunt cataractæ, quæ ad primum acus contactum, in lacteam quandam aut aquæ turbidæ perſimilem ſubſtantiam diffunduntur & abeunt, quod nondum plena concretione maturuerint, hæ tamen vel eo nomine ſperabilem ſanitatem promittunt, quod nunquam poſtea in vnum, vt antea, corpus coire poſſunt. Quare tandem etiam robore innati caloris diſcutiuntur: tumque priſtinus ſplendor oculo reſtituitur. Si quæ alia de inſperato ſuperueniant ſymptomata, nouis illa conſiliis
C & ſuis quæque remediis profligabuntur.

De aurium meatu occluſo, & rerum in ipſum præter naturam illapſu.
Cap. XXIII.

Evenit nonnunquam, vt pueris à prima natali die foramen in auribus nullum ſit, oborta ſcilicet carnea aliqua aut membranoſa in meatus ipſarum fundo aut primo ingreſſu ſubſtãtia. Id ipſum etiam nonnunquam poſtea per accidens contingit ab abſceſſu aliquo, aut vulnere facta exulceratione, & per hyperſarcoſin aut cicatricem aure repleta. Quando in meatus fundo oppilatio eſt, difficilior exiſtit curatio, quam ſi in primo ingreſſu extiterit. Curationis vero duplex eſt via. Nam vel excidenda illa, quæcunque ſit, ſubſtantia eſt, vel acribus & cathæreticis exedenda & conſumenda, quibus in perficiendis, ſumma mentis manuſq; moderatione eſt opus. Eſt enim pars exquiſitiſſimo ſenſu prædita, & cerebro vicina; itaq; ab ea inclementius tractata diſtentionis neruorum, adeoque mortis periculum imminet.

Cauſa. Curatio.

Nonnunquam etiam peregrinorum præter naturam corpuſculorum in meatum illum illapſus,
D facit, vt foramen præpediatur aurium, cuiuſmodi ſunt ſcrupi, auri, argenti, ferri & ſimilium metallorũ fruſtula, vniones, ceraſorum aut nuclei aut oſſicula, piſa, & ſimilis generis grana: ac ſolida quidẽ & oſſea corpuſcula eadem & ſua illic ſemper perſtant magnitudine: at piſa, grana & ceraſorum nuclei, humore auriũ meatui inſito in ſe tranſumpto intumeſcunt, ſæuoſque ideo diſtentione vicinarum partium dolores cient: quare quo citius inde extrahentur, eo ægro erit melius. Id fiet tenuibus volſellis inſtrumentiſque in formam auriſcalpii excitis. Quod ſi nihil iſta proficitur arte, terebella, quibus plumbeæ glandes altius in corpus impulſa eliciuntur, erunt adhibenda. Scrupi & ſimilis lapideæ duritiei corpuſcula, ſternutatoriis prouitato ad concuſſionem cerebro, oleoq; amygdalarum dulcium ante in meatum aurium, quo via magis lubrica ſit, inſtillato, ad exitum ſollicitabuntur: fiet enim concuſſionis illius ſternutatoriæ, ſeu aeris interni exitum magna vi quærentis impetu, vt tandem, manu præcluſis ore & naribus, excutiantur. Quod ſi ne ſic quidem proficimus, reſtat, vt meatus nouacula, quãtum ſatis eſt, diuidatur, quo plena libertate inſtrumenta ad extrahendum idonea immittere verſareque liceat. Si quæ animalcula, vt pulices, cimices, formicæ, culices, & ſimilia, quod aliquando contingit, eo ſubiuerint, inſtillato oleo & pauco aceto ſuffocabuntur. Eſt vermiculi quoddam genus, quod à perforandis auribus no-
E men apud Gallos obtinuit: Id ſi eo forte penetrarit, tum illa arte interimetur, tum admoto meatui auditorio pomo dulci dimidio tanquam illecebra, capietur, & eximetur.

Variorum corpuſculorum in aurium meatũ illapſus. Sternutamentis concuſſiua.

De ariſtarum, & ſimilium in gula, faucibus & gutture obhærentium corporum extractione.
Cap. XXIV.

Varia curatio pro locorum, quibus defixa ſidunt corpuſcula, varietate.

INter auidius edendum, oſſicula nonnunquam & ariſtæ in faucibus aut gula obhærere, & ſe tanquam defigere ſolent. Talia corpora ſi hiante ore appareant, longis & tenuibus, roſtrique gruini in modum curuis volſellis eximenda erunt. Si non appareant, anſamque nullam ſui eximendi præbeant, citato vomitu

vomitu excludenda erunt, vel panis tubidi ſeu molliculi fruſtulo, aut arido ficu leuiter pręmanſo & de- A
uorato deglutienda erunt: aut deniq; porro, ſimilive alio oblongo & rigidiuſculo corpore incuruato,
& oleo inuncto gulæ inſerto, in ventriculum intrudenda aut reuellenda venient. In trachæam vero ar-
teriam ſi quid ſimile ſubiuerit, tuſſis ingeſtis acidis prouocanda eſt vel ſternutamentum concitandum,
vt explodatur, ſi quid eo loci moleſtum concluditur.

De dolore dentium. CAP. XXV.

Dentium dolor ſæuiſſimus. OMnium dolorum nullus eſt, qui ægros inclementius excruciet, dentium dolore. Nam & ſæpe, re-
liquorum oſſium more, inflammationem, quæ mox ſuppuret, concipiunt, ac putrent, tandemque
fruſtatim excidunt, arrodi enim ipſi & perforari, vermeſque ex putrente ſui portione concipere, quoti-
Cauſa. diana experientia viſuntur. Tanti doloris cauſa vel interna eſt, vel externa & præincipiens. Interna eſt
calidus frigiduſve humorum in ipſos defluxus, alueolos implens, indeq; adeo dentes depellens, quod
cauſæ eſt, cur ſe ſic aliquando exerti proferant, vt ipſorum ad mandendum officio ęger vti doloris metu
nec auſit, nec poſſit: quod fluxionis incurſu relaxatis gingiuis vacillent, nec ſtabiliter in ſuis alueolis ſe-
deant. Cum vero carioſi & ad radices vſq; perforati ſunt, ſi quid forte inter bibendum potulenti eo in- B
ciderit, tanquam ab adacto & pungente ſtylo dolor excitatur, tanta eius eſt acerbitas. Signa fluxionis
calidæ ſunt dolor acutus & pungens, tanquam ab acubus intruſis, pulſatio ingens in radice dentis do-
Signa huius aut illius fluxionis. lentis & temporibus, leuamen ex frigidorum vſu. Frigidæ vero ingens capitis grauitas, ſaliuatio multa
& frequens, ex calidiorum remediorum vſu mitigatio. In doloris acerbitate haud ſtatim ad dentiſpices
currere oportet, vel ipſos ad euellendum dentem extemplo ſe accingere. Conſulendus ante Medicus,
Curãdi tres ſcopi. qui de remediis pro cauſarum varietate ſtatuat. Curandi igitur hic tres ſunt ſcopi. Primus eſt de diæta;
Alter de fluxionis ſeu cauſæ antecedentis vacuatione: Tertius de propriorum remediorum ſedando
dolori idoneorum appoſitione. Duo priores ſcopi, qui nempe ſunt de diæta in victus ratione, & vitæ
inſtituto, tum de fluxione euertenda catharſi, phlebotomia, appoſitis ceruici & ſcapulis cucurbitulis,
Collutio oris frigida & repellens. ſcarificatu, omnino ad Medicum ſpectant. Quod vero ad propria & topica remedia attinet, ea cauſæ
contraria eligentur. Itaq; in cauſa calida, prodeſt oris ex ſucco granatorum, aqua plantaginis, aceti tan-
tillo, cum roſis, balauſtiis & ſumachio incoctis collutio. Cæterum quæ dentium dolori ſedando appli-
cabuntur remedia, omnia tenuium ſint partium oportet, quod dentes denſæ ſint conſiſtentiæ. Itaque
acetum eiuſmodi remediis ſemper veteres admiſcuere. vt; *℞. roſar. rub. ſumach. hordei, an. m. ß. ſeminis* C
hyoſcyami conquaſſati ℥ ij. ſantalorum an. ℥ j. lactuca, ſummitatum rubi, ſolani, plantaginis an. m. ß. bulliant omnia
in aqua ℔. iiij. & pauco aceto ad hordei crepaturam. Ex eiuſmodi decocto repente colluatur os.

Finguntur etiam eodem conſilio trochiſci hac fere forma; *℞. ſeminis hyoſcyami, ſandaracæ, corian-*
dri opii an. ℥ ß. terantur, & cum aceto incorporentur, formenturque trochiſci apponendi dentibus dolentibus.
Trochiſci ad calidam fluxionem. Vel, *℞. ſeminis portulacæ, hyoſcyami, coriandri, lentium, corticis ſantali citrini, roſar. rub. pyrethri, camphoræ an.*
℥ ß. terantur omnia ſimul cum aceto forti, & in trochiſcos concinnentur, quibus in aqua roſarum diſſolutis, gin-
giuæ, totumq; os, cum erit opus, colluatur.

Quod ſi his nequaquam ſedetur dolor, ad narcotica erit veniendum, quæ neruum ſtupefaciant.
Narcotica. vt; *℞. ſeminis hyoſcyami albi, opii, camphoræ, papaueris albi an. quantum ſufficit: coquantur cum ſapa*, & denti
applicentur.

Sed & quod ſequitur, in aurem immittendum lateris dolentis: *℞. opii & caſtorei. an. ℈. j. miſcean-*
tur cum oleo roſato.

Tumentibus gingiuis & diſtentis, ante tamen dentiſcalpio leniter ſcarificatis, ſanguiſugas appo-
ſuiſſe aliquando profuit, ad materiæ coniunctę euacuationem, vt & venas ſub lingua ſcapello aperuiſſe, D
vel eas etiam, quæ pone aures conſpiciuntur. Tribus enim his remediorũ generibus ſedatos à me olim
Venæ ſectio. ingentes dentium dolores memini. Quanquam ſint, qui non eas, quæ pone aures ſunt, venas in hoc af-
fectu ſecent, ſed eas, quæ in auris meatu parte ſuperna ſunt conſpicuæ.

Oris collutio ad fluxionẽ frigidam. A cauſa vero & fluxione frigida ſubortus dentium dolor his remediis curatur: libanotide corona-
tia, ſaluia, & pyrethro in vino & aceto decoctis aquã vitæ admiſcent, in eo mox liquore theriacæ quan-
titatem exiguam diſſoluunt, ex eo dentes colluunt. Alii ammoniacum in aqua vitæ diſſolutum cum
Alliorum vis in dolore dentium a cauſa frigida ſedando. pauca ſandaracha & myrrha miſcent, & dolenti denti Vigonii conſilio imponunt. Putat Meſuæus,
trita allia manu dextra aut ſiniſtra, prout dextri aut ſiniſtri dentes doluerint, geſtata dolorem ſedare.
At ego cum aliquando graui huius generis dolore diuexarer, vetulæ cuiuſdam conſilio allium ſub cine-
ribus coctum dolenti denti impoſui, nec mora facta dolor minuit: traductum ad alios ſimili ſympto-
mate afflictos, id remedium ſimilem exitum habuit, quin & ipſum prodeſſe cenſent, ſi in meatum au-
ditorium immittatur. Inſtillant alii in aures oleum de caſtoreo, aut de caryophyllis, aliud ve ſimile per
Suffumigia calida. quintam eſſentiam extractum. Prodeſt & ſequenti decocto dentes colluiſſe: *℞. rad. pyrethri. ℥ ß. men-*
tha & ruta an. p. j. bulliant in aceto, & ex eo decocto tepido collutio fiat. Sunt, qui ſuffumigia magis probent; E
componunt vero ea ex granis colocyntidos, ſinapi, & aliis: fumum per infundibuli tubulum hianti
ore excipiunt: alii radicem pyrethri, zingiberis, cinamomum, alumen electum, ſal commune, nu-
cem moſchatam, nucem cupreſſi, aniſi ſemina, euphorbium in oxycrato incoquunt, ſub decoctio-
nis finem paucam aquam vitæ affundunt, vaporem per infundibulum excipiunt: imo & ipſo decocto
dentes colluunt: intinctum eo bombacem in auris meatum imponũt, guttula eius ante inſtillata. Sunt,
qui dentes decocto tithymalli colluiſſe, ſummum & valde anodynum dolentibus dentibus reme-
Veſicatoria dium eſſe prædicant. Ego vero dentium cruciatus intolerabiles ſæpe ſedaui, veſicatoriis remediis
ſub aurem admotis, in ea ſcilicet cauitate, qua maxilla inferior ſuperiori dearticulatur: ſubſunt
enim

A enim illic vena, arteria, & neruus, quæ ad dentium radices diſtribuuntur. Itaque reſciſſis mox veſiculis manat liquor tenuis, non modo qui malum facit, ſed & qui fouet. Quod ſi dens pertuſus ſit, nec ipſum ſibi euelli æger velit, nullum eſt præſentius remedium, quam cauſtica remedia immittere, vt oleum de calcantho, aquam Chymiſtarum, imo & ignitum ferrum. Sic enim exuritur neruus, omnique ſentiendi potentia exuitur. *Cauſtica.* Putant tamen nonnulli, lacteum illum humorem, qui à tithymallo fluit, thuris & amyli polline exceptum, & carioſo denti impoſitum, facere, vt ipſe mox per fruſta decidat. Cum gingiuæ & genæ aſpectabili tumore tument, melius ægro & mitius eſſe incipit. Sic enim naturæ robore, humoris dolorem committentis, tranſlatio fit intus foras. Cæterum cuiuſcunque generis ſit materia, quæ influit, prodeſt eius curſum intercipere emplaſtro contra rupturam ex pice & maſtiche concinnato, & tempori, qua parte dens dolet, admoto.


De aliis dentium affectionibus. Cap. XXVI.

ALiis etiam præter naturam affectibus tentantur dentes. *Dentium reliqua affectus.* Nam vel relaxatis gingiuis vacillant, vel putredine corrumpuntur, vel carie exeduntur, vel genitis vermibus exuberant, vel congelatione ſtupent. B Quod ad primum affectum attinet, relaxantur gingiuæ vel à cauſa primitiua ſeu præincipiente: vt lapſu, ictu: vel interna & antecedente, vt humorum acrium, aquoſorumve à cerebro fluxione, aut ſenili ariditate alimenti penuria. Si gingiuarum areſcentium vitio dentes nutant, immedicabile malum eſt: reliquis vero cauſis mederi licebit eorum vſu, quæ dentes ſtabiliant: vitatis contra illis, quæ ipſos commouere poſſint. Itaque neque contentius loquendum, neque dura mandenda ſunt. *Male ſtabilium in gingiuis dentium cauſa.* Si lapſus aut ictus violentia commoti labant, minime eximendi ſunt, ſed reſtituendi, & ad proximos qui bene hærent, vinciendi, tempore enim in ſuis alueolis confirmantur, quemadmodum expertus ſum in Antonio de la Rue veſtiario: cui pugionis capulo cum maxilla fracta eſſet, & tres dentes concuſſi, ac fere ſuis alueolis excuſſi, reſtituta maxilla, redditi ſunt ſuo loco dentes, & filo duplici ceratoque proximis adiuncti, de cætero expreſſis & colatitiis ſimilibusque iuſculis hominem nutriui, adſtringentia gargariſmata ex nucibus cupreſſi, myrtil. & pauco alumine in oxycrato incoctis concinnaui, eaque ore verſare iuſſi, his artibus perfeci, vt mox illi æque facilis eſſet atque antea in omnem dentium partem manſus. *Hiſtoria.* Auditum habeo ab homine fide digno, viſam ſibi primæ nobilitatis mulierem, quæ in auulſi dentis locum alium ſibi ſanum, pediſequæ cuidam ſuæ eodem tempore exemptum, extemplo ſubſtitui & inſeri iuſſit, qui temporis progreſſu ſeſe velut actis radicibus obfirmarit, ſic vt in ipſum indolenter, vt in reliquos, ipſa C mandèret. Sed vt iam dixi, de hac re nihil præter auditum habeo. *Hiſtoria.*

Corroduntur vero ſeu exeduntur dentes, ab humore acri & tenui, copioſo & crebro influxu ad ipſorum vſque radices penetrante: illic enim conclusus putreſcit, & acrior factus non modo in putredinis ſuæ contagium dentes trahit, ſed etiam perforat & arrodit. *Exeſorum dentium cauſa.* Putredo corrigetur, ſi præmiſſis vniuerſalibus remediis oleum de calcantho, vel aqua Chymiſtarum in dentis exeſi foramen immittatur: vel etiam dens ipſe radicitus intimo tenui ignito ferro peruratur: id ignitum ferrum, ne quid ſani in ambitu ſuo contactu violet, fiſtula ſeu cannula ad id facta includetur, atque ita putredo, arroſionis cauſa, ſiſtetur. *Curatio.* Quod ſi foramen non medium dentem occupet, ſed dentium interſtitia, tum de ſano vicino dente tantum lima deradendum erit, quantum ſuſcipiendo innoxie ferro ſufficere videbitur.

Limarum ad limandos dentes factarum effigies.

D



Succreſcentium vero in dentium radicibus, ex putredine vermium fœtura ſuffocabitur, cauſticorum vſu, collutionibus ex acero, in quo vel pyrethrum maduerit, vel theriaca diſſoluta fuerit: ad id etiã E valent appoſita & intruſa allia & aloe. *Verminoſorum dentium cauſa.*


Congelatio ſeu Stupor dentibus aduenit ab eſu immodico ciborum acidorum, aut vaporum eadem qualitate præditorum, à ventriculi orificio ad os perenni aſcẽſu, aut frigida acidæ præſertim pituitæ à cerebro in dentes fluxione, aut denique collutionum frigidarum & ſtupefacientium vſu immoderatiore. *Stuporis dentium cauſa.* Tollitur eiuſmodi affectio, ſi præmiſſis vniuerſalibus remediis, & his, quæ malum fouent, vitatis, crebro colluantur dentes aqua vitæ, aut vino generoſo, in quo ſaluia, roſmarinus, caryophylli, nux moſchata, & huius generis alia bullierint. *Cura.*

De Dentibus ferro auellendis. CAP. XXVII. A

Cauſa. AVelluntur ferro dentes, vel quod dolorum intolerabiles cruciatus moueant, qui medicamentis nõ cedant, vel quod putridi ſiot & carioſi, adeo vt animam corrumpant, & olidam reddant: vel quia vicinos dentes ſanos & integros inficiant, & in corruptionis ſuæ contagium trahant, vel quod exerti ſe extra ſuum ordinem proferant. Quin & cum altius firmioribus radicibus hærent, adeo vt auelli non poſſint, frangi ſæpe neceſſe habent, vt cauſticum aliquid in ipſorum radices liceat inſtillare, quod ſenſum adeoque dolorem adimat. *Cautio in dentibus auellendis.* Somma manus moderatione in auellendo dente vtendum eſt: violentiore enim dentis inferioris tractione nonnunquam maxilla loco mouetur. Superioris vero maiore periculo tempora, oculi, cerebrumque concutiuntur. Itaq; ante circumradi debent, vt gingiuæ ab illis reſoluantur, tum digitis concutiendi, eaque facienda, donec bene moueantur: firmiter enim hærens com vno impetu reuellitur, frangitur ſæpe maxilla, eiuſque fragmentum non raro cum reuulſo dente abripitur vnde febris, & hæmorrhagia ingens non facile ſiſtenda, (ſanguis enim aut pus maiore copia pro- *Lib.7.c.12.* fluens fracti oſſis, Celſi ſententia nota eſt) aliaque multa maligna & lethifera ſymptomata: nonnullis os obtortum in vitę reliquũ manſit, adeo vt vix ſumma vi hiare poſſent. Quinetiam ſi exeſus dens eſt, eius foramen vel linamento, vel ſubere, vel bene accommodato plumbo ante replendum eſt, ne eum reuulſionis gratia arctius conſtringitur, ſub forcipe confringatur, radixque remaneat mox dolorem ſæuius renouatura. B Iudicium vero adhibendum eſt, acriterque intuendum, ne ſanum dentem pro dolente eximas: ſæpe enim æger non diſcernit, quod viciniæ iore doloris acerbitas æqualiter in omnem maxillam diffundatur. *Dentis ferro eximendi ratio.* Ergo vt dentis reuulſio fæliciter ſuccedat, his, quæ dixi, obſeruans, humili in ſede collocetur æger, capite inter dentiſpicis crura reclinato: tum dentiſpex dentem altius circumradat, gingiuas ab ipſo diducendo dentiſcalpus litera A. notatis; at tum ſi gingiuarum velut vallo nudatus vacillet concutiendus eſt, adurgendoq; vecte trifido, literá B. notato, protrudendus, & excutiendus. At ſi tenacius hæreat, neq; ad prolapſum nutet, dentario forcipe omnis generis, literis C.D. & E. notato excipiendus eſt: nunc hoc, nunc illo, prout dentis magnitudo, figura & ſitus poſcere videbitur. In huiuſmodi dentariorum forcipum vſu exercitatum & induſtrium dentiſpicem deſiderem: his enim niſi quis ſolerter vti nouerit, committere vix poterit, quin tres vnica concuſſione dentes excutiat, eo ſæpe inconcuſſo & relicto, qui dolorem mouet.

C

Dentiſcalptorum, & impulſorii, ſeu trifidi vectis effigies. *Dentariorum forcipum effigies.*




D

E

A

Alterius forcipis dentarii effigies.



B

Poſt excuſſum reuulſumque dentem, vt ſanguis liberaliter fluat, ſinendum, quo pars ip... doloris & tumoris materia exoneretur. Tum dentiſpex gingiuarum carnem, vnde deos exemptus eſt, digitis vtrinque comprimet, vt cogatur alueolus illo excuſſionis impetu oimium dilatatus & ſæpe diſtractus. Denique os oxycrato proluetur; ac ſi frigus viget, aer veoris perflatus vitabitur, ne noua in dentes fluxio proritetur.

Quid agendum exempto dente.

De arcenda dentium rubigine. Cap. XXVIII.

Ciborum inter mandeodum fruſtula dentium interſtitiis impingunt nonnunquam, diuturnoque adhæſu corrupta, dentes ipſos, ſimulque anhelitus ſuaūitarem corrumpunt. Id vitium qoi vitare volet, debet mox à paſtu os vino aqua temperato, aut oxycrato colloere, curioſiu ſque dentes extergere, ne quid lentoris ad ipſos adhæreſcat. Multis vero ſuopre vitio terrenam coloris cittini eluuiem dentes colligunt, quæ ipſos, tanquam rubigo ferrum ſenſim exedit. Is rubiginoſus dentium quaſi ſitus ſæpe etiam proprii officii, id eſt, mandendi intermiſſiooe ſuccreſcit. Vodecunque vero exiſtat limoſa e-

Cauſa rubiginoſorum dentium.

Curatio.

C iuſmodi ſordes; dentis fricia comparanda ſunt, quibus deradatur, mox aqua Chymiſtarum, & vitæ mixtis dentes intergendi, vt ſi quid ſuperſit, quod dentisfricii anſam effugerit, id vniuerſum eluatur: quãquam eiuſmodi collutiooes actiores dentibus ſanis noxiæ exiſtunt, quia gingiuarum carnem paulatim abſumunt & deterunt. Dentisfricia parabuntur ex altheæ radicibus, in vino albo & alumine incoctis: ac quemadmodum in dentibus tremulis ab his, quæ dura ſunt, mandendis, multo vero magis ab illis, quæ oſſeæ ſunt conſiſtentię confringendis abſtinendum eſt: ſic hic vitaoda omnia, quæ ſuo ad dẽtes lentore, ſordido præſertim, adhæreſcunt. Ad detergendos dentes commendatur à multis puluiſculus ex oſſe ſæpiæ, buccino, pumice, alumine cocto, cornu ceruiuo, & pauco cinnamono, quod dentibos quomodocunque affectis ſingulare eſt remedium, io pollinem redactis. Plerique alii ſolo pane toſto & iotrito contenti ſunt: at quæ ſequitur aqua dealbandis dentibus valde eſt efficax: *℞. ſal. ammon. & gemm. an. ℥j. alumin. roch. ℥ß. aquæ roſ. quod ſufficit, deſtillentur, & ex liquore ſtillatitio dentes detergantur.*

Cautio in vſu collutionum acriorum.

Aqua ad dentes dealbandos.

De Linguæ impedimento & contractione. Cap. XXIX.

Vinctæ & contractioris quaſi linguæ impedimentum nonnunquam á primo natali die exiſtit: cum

D ſcilicet à ſubiectis viciniſque cum membranis, tum muſculis, primæ conformationis vitio vel breuiotibus, vel durioribus linguæ libertas cohibetur. Nonnunquam nobis natis ab eoentu, & aliquo prę ter naturam affectu id ſuperuenit malum, vt à duriore cicatrice poſt vlcus ſub lingua ſolidatum. Æger per ſermonis initia io loquendo tardior eſt, mox vero rupta tarditate concitatior, adeo, vt balbutiat. Si à membranæ ligamentalis (filum vulgus appellat) linguæ ſubiacentis adſtrictione & breuitate malum eſt, inciſio eius ſecundum latum facienda venit, magoa cura habita, ne venæ & arteriæ, quæ illic ſunt, violentur, hæmorrhagiæ non facile ſiſtendæ metu, mox oxycrato colluendum eſt os, in mediamq; inciſionem inducendum linamentum ſyrupo de roſis ſiccis, aut melle roſato imbutum, ne rurſus pars ligatoenti, de nocte præſertim, quo tempore altum ſilentium, altaque quies linguam continet, reliquo ligamento cooſueſcat. In eundem finem hac ſæpe tranſadigendus digitus, & lingua vehemẽtius verſanda, atque ab ore proferenda. Nonnunquam tamen id ligamentum adeo craſſum & breue eſt, linguamque adeo arcte conſtriogit, vt inciſioni, quæ ferro fit, locus eſſe nequeat, ſioe magoo & manifeſto ab hæmorrhagia vitæ periculo. Tum igitur acus filum ducens tranſadigenda eſt, indeque filum indies arctius, arctiuſque conſtringendum, donec ſenſim linguę ligamentale id vinculum, quod immodica breuitate ſua motus eius libertatem intercipiebat, tabefecerit & diſruperit.

Linguæ impeditæ & contractioris cauſa.

Fili linguæ exciſio.

Alia eius excidendi ratio.

E

De ſuperfluis & cohærentibus digitis. Cap. XXX.

Digiti cuiuſque manus quinque omnino ſecundum naturam exiſtunt: quicquid infra vel ſupra quinarium eſt, contra naturam eſt: ac ſiquidem pauciores ſint, non eſt arte emendabile vitium. Si vero plures, corrigi vt plurimum morbus poteſt. Qui ſuperfluunt digiti, fere pollici aut minimo digito adnaſcuntur, rariſſime alibi. Hi vel carnei omnino ſunt, vel pręterea etiam oſſibus ſui geoeris conſtant, ſupertextiſque vnguibus. Qui oſſea natura conſtant, vel ab ipſa naturalium digitorum dearticulatiooe

Differentia.

ſuboriuntur, ſimiliter & ipſi dearticulati, adeoq; ſæpius mobiles, vel à medio aliquo eorum, quibus in phalanges diducti ſunt corpore, & hi mouendi potentiam non habent. Cæterum digitis naturalibus, quibus adnaſcuntur, aliquando magnitudine æquales, ſæpius tamen breuiores exiſtunt. Qui plane carnei ſunt, facile amputantur, & nouacula complanantur: at qui oſſei preterea ſunt, nonniſi exciſoriis forcipibus, infra depictis reſcindi queunt. Atq; hic digitorum morbus eſt in numero. A

Curatio.

Alius præterea exiſtit in figura. Nonnunquam enim contigui cohærent ipſi; alias vero paulum admodum diſcreti. Id vitium vel à primo ortu, errore formatricis facultatis contingit: vel poſtea ex accidenti aduenit, vt à vulnere aut ambuſtione male curatis. Vlcerati enim vicini digiti facile ſibi coaleſcunt & conglutinantur, niſi adhæſu & affrictu interiecto linamento prohibeantur. Ac ſiquidem pauca & tenui cute carneq; ſuborta coaluerint, acuta nouacula extemplo diuiduntur: at ſi craſſiore, denſioreque interiecta ſubſtantia, vitiis nempe hinc & hinc neruis, tendinibus, & vaſis, abſtinere ſatius eſt.

Curatio.

Forcipes exciſorii amputandis, qui ſuperfluunt, digitis affabre facti: B



C

Vnguium ſe in digitorũ carnem defigentium curatio.

Qui tollantur digitorum calli.

Nec vero omittendum, quod pleriſq; vngues, ſuo nonnunquam velut oſſeo acumine, ſe in digitorum ſubiectam carnem alte adeo inſerunt, vt ſæuiſſimos dolores moueant, nec fere amputandis vnguibus proficitur. mox enim breui ſuccreſcentes validiore ſe quaſi nixu imprimunt. Itaq; ſæpe neceſſe habet Chirurgus, totam carnem, in quam ſe vnguis acumen intulit, reſcindere. Quod ego in pleriſque feci fœlici ſucceſſu. Multi etiam corneoli quaſi calli in digitis multiplici figura ſuboriuntur. Tolluntur reſciſſa ſenſim, & velut laminatim, calloſa duritie, appoſito mox allio trito. Expeditior tamen & certior curatio eſt, quæ cauſticis perficitur: inſtillata videlicet Chymiſtarum aqua, aut oleo de calcantho.

De curtiore præputio, deque Recutitis. Cap. XXXI.

Cauſa.

Curatio.

Qui dicantur recutiti.

QVando præputium breuius eſt, colis glandem operire non poteſt. Id vero contingit vel natura, à prima nempe conformatione; vel poſtea caſu aliquo, vt quibus religionis & gentis ſuę ritu iubetur eſſe circumciſis. Curatio eiuſmodi eſt. Inuertitur præputium, tum eius membrana interior in orbem inciditur, magnaq; cura cauetur, ne vena, vel arteria, quę ibi inter vtramq; pręputii membranam exiſtunt, inuidantur. Hinc deorſum extendendo trahitur, donec glandē ipſam condat, inſerto prius inter ipſum & glandem emplaſtro deſiccatiuo, ne conglutinentur. Tum, immiſſo ante in vrethram tubulo, quo vrina effluat, ibi præputium deligatur, quoad cicatrix inciſioni ſe obduxerit. Hæc curatio Iudæis adhibetur, cum abiurata ſuperſtitionum plena religione, decoris cauſa, nudam præputio glandem tegere volunt, curemq; abſciſſam recuperare, ex quo latius Recutiti poſtea nominantur. D

De Phymoſi & Paraphymoſi, id eſt, præputii circa glandem conſtrictione tanta, vt glans ad arbitrium nudari & detegi nequeat. Cap. XXXII.

Quid phymoſis.

Quid paraphymoſis.

Cauſa.

COnſtringitur circa glandem præputium duobus modis; vel enim glandem totam operit, ſed eius extrema ſic arcte complectitur, vt ſurſum reuocari, adeoq; glans renudari nequeat: vel glandem ſub ſe nudam relinquit, ſic tenaciter ad eius radices & colis extrema velut affixum, vt nec inuerti, nec deorſum trahi, & glandi obduci poſſit. Prior conſtrictionis modus Phymoſis nominatur: poſterior Paraphymoſis. Phymoſis contingit, vel à natura, primæ conformationis vitio, vel à cicatrice aliqua cuius occaſione præputium creuit, vt ex obortis verrucis. Paraphymoſis vero cauſam ſæpe habet mentulæ inflammationem ex impuro concubitu. Hinc enim vlcera inter præputium & balanum exoriuntur, cum tumore & inflammatione tanta, vt inuerti nequeat præputium. Ex quo fit, vt ea tractari & curari ex animi ſententia nequeant: ſequaturque partis gangræna, toti mox corpori contagione lethifera: niſi amputatione prouiſum & occurſum fuerit: at ſi oborta cicatrix conſtrictionis præputii cauſa ſit, conuenienti ſitu collocato ægro profertur, extenditurque præputium, ac, quam maxime fieri poteſt, diducitur & dilatatur. Tum tribus quatuorve locis ſcalpello falcato cicatrix parte interna leniter exci- B

dunt,

A ditur, plagis nempe ad exteriorem partem minime peruenientibus, & æqualiter à ſe inuicem diſtantibus. At ſi ſuborta hyperſarcoſis aut verruca huic ſtricturæ & conſtrictioni cauſam dederit, iiſdem remedijs conſumenda erit, quibus exteri vteri & mentulæ verrucæ ſolent. *Curatio.* At cum pertinaci adhæſu vndique in orbem glandi adiunctum ſit præputium, non eſt ſperanda, itaque ne aggredienda quidem curatio.

De his, quibus glans medio ductu perforata non eſt, deque breuiore, ſtrictioreq́; penis freno ſeu ligamento. Cap. XXXIII.

NOnnullis à primo ortu ex praua conformatione glans medio ductu perforata non eſt, ſed exiguo ſubter foramine, frenum ſeu penis ligamentum, quod filum appellant, verſus. Quod cauſæ eſt, cur *Cauſa.* vrinam recto ductu non profundunt, niſi forte mentulam in ventrem reſupinauerint: nec vero eadem ratione prolem gignere poſſunt, quia iſto conformationis vitio ſemen recta in vterum eiaculari prohibentur. Curatio tota Chirurgica eſt, & hoc modo perficitur. *Curatio.* Siniſtra manu præputium apprehenditur & extenditur, dextra autem extremum ipſum cum extrema glande, ad id, quod ſubter eſt foramen præciditur.

B At quibus frenum ſeu penis ligamentum breuius eſt, ſic vt penis recta eſſe non poſſit arrectio, ſed obtorta, & deorſum velut conuulſa, his etiam prolis generatio impeditur, quia ſeminis in vuluam recta & conferta eſſe nequit immiſſio. Itaque reſecandum id ſumma dexteritate ligamentum eſt, vulnuſque cæterorum vulnerum more habita partis ratione curandum.

Prodeunt etiam nonnunquam in lucem pueri ano imperforato: obiecta enim præter naturam membrana fæcibus exitum intercludit: his foramen arte & ferro aperire oportet: ſic enim demum fæces prodeunt. Magiſtra tamen experientia notaui, tales pueros natura minime viuaces eſſe, neque multos dies eiuſmodi ſectioni eſſe ſuperſtites. *Ano imperforato nati haud viuaces.*

De Calculi cauſis. Cap. XXXIV.

QVi in veſica exiſtunt calculi, ſæpius in renibus ortus ſui primordia habuerunt, inde nempe in veſicam per vreteres delapſi. Horum cauſa duplex eſt, materialis & efficiens. Materiam calculo ſuppeditant craſſi, lenti & viſcidi humores, quos cruditates pariunt, per viſcerum intemperies, & exercitia immodica: ſtatim à paſtu maxime: quo fit, vt pueri huic morbo ſupra reliquarum ætatum homines ſint *Cur pueri calculo veſicæ obnoxij.*
C obnoxij. Cauſa vero efficiens eſt, vel calor renum immodicus, cuius efficientia humorum tenuior pars reſoluitur, craſſior autem & terrena ſubſidet, quemadmodum in lateribus ſole & igne excoctis fieri ſolet: vel veſicæ calor remiſſior, vrinæ fæcibus magna copia in veſicæ capacitate collectis, in calculum cogendis ſufficiens. Cauſæ adiuuantis rationem habent ductuum vreteris & vrethræ anguſtia. Huius enim occaſione liquidior vrina portio effluit, quæ vero fæculentior eſt, ſubſiſtens additione & collectione, velut laminatim in lapideam molem accreſcit: atque vt lychnus in ſebum liquefactum, à candelarijs ſæpius immerſus, ſeboſæ ſubſtantiæ copioſa appoſitione, mox in candelam amplam aſſurgit: ſic vrinæ craſſæ magis & viſcidæ fæces in collectarum arenularum velut obicibus reſtitant, & aſſiduo appulſu in verum tandem calculum exaggerantur & coagmentantur. *Qui fiant calculi in veſica.*


De ſignis Calculi, Renum, & Veſicæ. Cap. XXXV.

CAlculi in renibus exiſtentis ſigna ſunt arenularum rubarum aut citrinarum in vrina ſubſidentia, obſcurus quidam ad renem pruritus, ad lumbos autem ponderis ſenſus: acutus & pungens inter mouendum, inclinandumque corpus dolor, femoris, quod è directo eſt ſtupor, propter neruorum ex *Cur in renum calculo ſtupet femur.*
D lumborum vertebris ad femur deſcendentium à calculo compreſſionem. At veſicam calculo obſidente anus, totumque perinæum à graui velut pondere, ſi præſertim craſſior ſit calculus, premitur, dolor diuexans ac pungens ad extremam vſque glandem protenditur, pruritus eius partis aſſiduus adeſt, cum ſcalpendi libidine, hinc ſimulque à dolore & calore virgæ tenſio, meiendi cupiditas ſæpius irrita, nonnunquam vrinæ ſtillicidium: dolor inter meiendum grauiſſimus ægrum excruciat, quem teſtari cogitur pulſato pedibus ſolo, totius corporis incuruatione, & dentium crepitantium colliſione. Sæuis ſæpe torminibus adeo exercetur, vt luxato ſphinctere procidat rectum inteſtinum, cum venarum eius loci hæmorrhoidalium tumore, calore & dolore. *Cur calculoſis è veſica prolabatur anus.* Torminum cauſa eſt, veſicæ, ad excernendum calculum toto genere naturæ contrarium, frequens contentio, cui per ſympathiam inteſtinorum, omniumque aliarum partium excretrix facultas, veluti in auxilium accurrit. Vrinarum ſubſidentia craſſa eſt & viſcida, ſæpeque velut albuminea, quod natiui coloris ſuccos minime attenuantis arguit infirmitatem. Viuitur æger pallida & citrina facie & oculis concauis, propter aſſiduas ferè vigilias, quas doloris inuehit acerbitas: certiore tamen nota deprehenditur immiſſo cathætere. Quod vt fiat, æger ſtare iubetur prono nonnihil corpore, rei alicui à tergo innixus, cruribus vero pedis
E vnius interſtitio à ſe inuicem diſſitis: tum cathæter pro corporis ratione maior, minorve, oleo aut butyro ante inunctus, in vrinæ iter, indeque in veſicæ capacitatem ſolerti manu demittitur. Quod ſi tali ſitu collocato ægro ad illam vſque capacitatem cathæter peruenire nequeat, nonnihil reſupinus ſuper ſubſellium aut lecti ſpondam collocandus flexis genibus, calcibuſque ad nates adductis, quo fere modo figuratur, cum lithotomia facienda eſt, vt deſcribemus *paulo poſt*. *Qui cathætere explorandi veſicæ calculo.* Sic enim cathæter facilius in veſicam dimittitur, & obuij corporis duri ac renitentis occurſu, ac ſonitu obſcuro, calculum prodit. Plures cathæteres habendi ſunt, vt omni corpori, ampliori, minorive ſufficiant, hique incurui, leues & fiſtuloſi. Vbi in vrethram immiſſi (quod imprudens ante omiſeram) ad ceruicē veſicę peruenerant nō recta in

Aliter figuratum eſſe veſica virilis collum, aliter muliebris.

veſicam intrudendi ſunt, ſed ſimul cum cole ſiniſtra manu comprehenſo in ipſam veſicam dextra molliter demergendi, in viris præſertim ob viæ longitudinem, & inflexionem, quæ fit in modum literæ S. In mulieribus non ita, ob colli veſicæ breuitatem & rectitudinem. Fiſtuloſos vero ſeu cauos in fiſtulæ modum cathæteres eſſe oportet, vt argenteam virgulam excipiant, quæ prohibeat, quo minus craſſus aliquis & viſcidus humor, grumuſve, aut ſimile aliud corpus extremo cathæteris foramini, qua vrina ſuppreſſa ſubire, reddiq; debet, ſe opponat. Mox vero poſtquam in veſicæ capacitatem cathæterem perueniſſe intelligimus, reuocanda virgula eſt, vt liberius per inanem cathæteris tubulum vrina effluat. Inſtrumenta hæc ſequenti imagine tibi innoteſcent. A

Cathaterum ſeu fiſtularum, & virgula argentea imago.



B

De Prognoſi in calculis inſtituenda. CAP. XXXVI. C

Vrina ſuppreſſa quæ mortem adferat.

EXcluſo calculo è rene, (in quo ſenſim collectus concreuerat,) *& in vreterem ſic propulſo, vt ipſum totum occupet, non proinde vrina ſequutur ſuppreßio:* natura enim cum corpus noſtrum geminum fecerit, vrina tota in alium vreterem confluet. At ſi vterque calculo obſeſſus fuerit, non eſt dubium, quin vrina in totum ſupprimatur, morſque conſequatur, per caloris natiui ſuffocationem & extinctionem, ab vrina in vniuerſum corpus per venarum riuos reflua. *Quibus exiguus à renibus calculus excretus, in vreterum ductibus conſiſtit, his quoad ille in veſicam prolapſus ſit, dolores acuti fiunt cum torminibus, cum egerendi, meiendiq; conatu, ſed & plurimum irrito:* Talibus enim ſæpe aluinæ omnes partes flatibus diſtentæ & conſtipatæ ſunt: argumento eſt ructus aſſiduus. Citata vero vel ſternutatione, vel tuſſi, vel alia quauis corporis totius concuſſione, dolor pungens ſtatim illic, vbi ſubſiſtit calculus, ſuboritur, præſertim ſi is vel ſcabritie aſper ſit, vel ſpinis tanquam cornibus horreat. Dolor ille per ſympathiam coxæ & femori communicatur, plurimiſque teſtes ſurſum quaſi magna vi conuelli videntur. His accedit colicus cruciatus, vomitus bilioſus, & vniuerſalis fere ſudor. *Ætate prouectis frequentius in renibus calculus gignitur*, propter excretricis facultatis infirmitatem. *Iunioribus vero in veſica*; quia calor natiuus in his vegetior, & validi atque inordinati motus excretricis facultatis robur acuunt. *Quando in veſica calculus eſt, manatque vrina cruenta, ſignum eſt calculi & exigui, atque ſpinoſi, & ſcabri:* ſic enim in veſicæ ceruicem ſubit facilius, ipſamque carnoſam exulcerat, vnde ſanguinis cum vrina ſub ſtillum, & ſæuiſſimus ab impactis velut acubus dolor, præſertim à labore & multo exercitio: contra craſſior læuiſque calculus tantos dolorum cruciatus non ciet, & vrinam profert lacteam. D

Cur renum calculi varia figura.

Calculorum in renibus collectorum varia ſunt figura, pro incerniculorum, in qua, dum colliguntur, impingunt, varietate. Certe viſi ſunt à me, qui leporarii canis, qui porci, qui aliorum animalium, ac rerum toto genere contra humanam naturam, ſpinarum ſuarum & quaſi ramalium productionibus, imaginem præ ſe ferrent. Viſuntur nonnulli quadrata, alii oblonga, & velut digiti, alii rotunda figura cum multis aſperitatibus, pinei mali inſtar: nec minor in magnitudine, numero, & colore citrino, albido, rubro, cinereo, alioq; ſimili varietas pro corporum affectorum varia temperie. *Bilioſorum & macilentorum hominum calculi, fere calore & ſiccitate præter naturam concreſcunt. Pituitoſorum contra & obeſulorum à quadam veluti congelatione & meatuum obſtructione.* Nonnunquam à veſicæ fundo in vrethram prolapſus calculus eius iter totum occupat, indeque vrinæ in totum ſuppreſſio. Tum igitur æger ſupinus collocandus eſt, cruribuſq; in altum ſublatis concutiendus & exagitandus, tanquam ſi quis peram explere vellet: ſic enim ab vrethra, in quam ſe intulerat, repellitur in veſicam, à qua manauerat: quanquam etiam immiſſo cathætere repelli poſſit. E

Cur viri mulieribus magis calculoſi.

Qui calculoſos affligit dolor, aliquando continuus eſt, ſæpius tamen ex interuallis alias menſtruus, alias annuus repetit. Calculoſi ex renibus vrinas magnam partem fundunt aqueas. Mulieres calculo non ſunt adeo obnoxia atq; viri: veſicæ enim ceruicem breuiorem & latiorem, ſimulq; rectã habent. Itaq; per illud viæ cõpendium calculi materia ante arenularum excernitur, quam cogi, & in iuſtæ magnitudinis calculum aſſurgere poſſit: concreſcunt tamẽ nonnullis mulieribus calculi, hiq; æque magni atq; viris: itaq; ſectione ſimilibuſq; remediis curandi.

Vrina profluuium inſanabile.

Quando oui magnitudinem calculus excedit, vix extrahi citra veſica dilacerationem poteſt: ex quo vrinæ contingit inuoluntarium profluuiũ, nulla arte, ſanabile: quia veſica cum neruoſa ſit,

& ex-

A & exanguis, ſemel laniata conſolidationem non admittit: Adde quod inflammatio & gangræna laniatæ veſicæ ſæpe conſequens, mortem infert ineuitabilem. Par ægrum manet fortuna, ſi oblongus calculus tranſuerſim ferramento vellatur: vel ſi membrana incluſus ſit, (quod genus calculi cathætere vix probari poteſt) quę veſicæ adiuncta ſit, aut alioqui ipſe calculus in veſicæ ſubſtantiam defixus ſit, aut deniq; caſu aliquo Chirurgus calculum reuulſurus, ipſum veſicę corpus ferramentis laniauerit. Mediocris tamen magnitudinis calculi quam minores tutius è veſica reuelluntur, ſæpiuſq; & fœlicius his reuulſis æger conualeſcit: non enim ferramentorum anſam effugiunt, & æger multo tempore, quo maior concreuit calculus, dolori tolerando aſſuetus, inflammationē, dolorem, & alia, quæ lithotomiæ, imo inter ſecandum ſuperueniunt, accidentia, facilius & conſtantius perfert. His de calculorum cauſis, ſignis, locis, ſymptomatibus, & prognoſi præmiſſis ad curationem veniendum, ducto ab eo initio, quæ Prophylactice dicitur.

Qui e veſica calculi citra mortem eximi nequeūt.

Quæ curatio adhibenda ſit quando metuitur Calculus.

Cap. XXXVII.

Diæta inſtituenda in primis eſt, quæ conuenienti vſu rerum ſex (vt loquuntur) non naturalium minimum in corporibus craſſorum, lentorum, & viſcidorum humorum coaceruet. Ergo fugiendus
B aer craſſus, & nebuloſus. Piſcibus abſtinendum, carne bubula, ſuilla, auium paluſtrium, leguminibus, caſeo, lactantiis, ouis frixis & duris, oryza, placentis, piſtoriiſque omnibus operibus, pane azymo, omni deniq; alimentorum obſtruentium genere. Vitanda etiam allia, cępe, porra, ſinapi, ſpeciata, omnia denique, quæ ſanguinem, humoreſque ardoribus extorrent, ſi præſertim ſuſpicio ſit concreti à calore renum calculi. Fugiendæ aquæ paluſtres & limoſæ. vina craſſa & turbida, zitum, & huius generis potulēta. Fugienda in cibo & potu ſatietas, vt quæ cruditatis ſit parens: itaque & ſomnus ſtatim à paſtu fugiendus eſt, quia cruditates gignit. Iuges etiam vigiliæ, labor aſſiduus, quia ſanguinem inflammant, cruditates accerſunt, & calorem præter naturam inuehunt, vitari ſummopere debent: vt & vehementiora omnia animi pathemata.

Victus ratio, quibus metuitur calculus.

Vita inſtitutum.

Si plethora ſubeſt, vacuandum corpus eſt, phlebotomia, catharſi & vomitu, qui ad præcauendum hunc morbum pro ſingulari habetur remedio. Ad quas res omnes & aggrediendas & proficiendas, accerſendus eſt, qui præſit, Medicus. Sed quia medici non ſemper nec vbique locorum copia eſt, ideo quę ſequuntur remedia, operæ pretium eſt adſcribere: ante tamen notandum hoc Galeni conſilium: Noxium eſſe diureticorum & valide purgantium medicamentorum vſum, quoties in renibus aut veſica in-
C flammatio ſubeſt, ſic enim humorum ad partes affectas maior fit confluxus, vnde inflammationis & doloris incrementum.

Vomitus remedium calculi prophylacticum.

Lo. 1. meth.

Quare præmiſſis laxantibus medicamentis ex *caſsiæ recenter extracta* ℥ vj. *cum rhei electi* ℈ iiij. lenientia & refrigerantia medicamenta intus foriſq; venient vſurpanda: cuiuſmodi eſt ſequens ſyrupus.

℞. *ſummitatum malu. biſmal. & viol. an m. ß. rad. alth.* ℥ j. *glycyr.* ʒ ß. 4. *ſeminum frigid. maiorum an.* ʒ j. *fiat decoctio.* ℞. *prædictæ decoctionis* ℔ ß, *in colatura diſſolue ſacch. aloſ.* ℥ ij. *mellis albi* ℥ j. ß. *fiat ſyrupus ſecundum artem,* quo æger crebro vtatur.

Syrupus leniens & lubricans.

Sequentis etiam apozæmatis magna eſt ad eandem rem efficacia: ℞. *rad. aſparag. graminis, polyp. quercini, paſſul. mund. an.* ℥ ß. *betonic. herniariæ, agrimoniæ, omnium capil. & pimpinellæ an. m. ß. quatuor ſeminum frigidorum maiorum & ſeminis fœni. an* ʒ j. *folio ſenæ* ʒ vj. *fiat decoctio ad* ℔ ß. *in colatura diſſolue ſyrupi de althæa & de herniaria an.* ℥ j. ß. *Fiat apozæma clarum & aromatiſatum cum tantillo cinnamomi pro duabus doſibus*; capiat primam doſim mane horis duabus ante cibum, & alteram quarta pomeridiana.

Apozema diureticum.

Quin etiam ad huius morbi præcautionem inſignes & certas vires habet, quod ſequitur iuſculū.
℞. *hordei integr. p. j. radic. petroſelin, acetoſæ, fœnicul. cichor. bruſci an.* ℥ j. *quatuor ſeminum frigidorum conquaſſato-*
D *rum an.* ℥ ß. *fol. acetoſæ, portulacæ, lactucæ, ſummitatum maluæ & violarum an. m. ß. bulliant in aqua fluuiatili cum gallo gallinaceo & crure vitulino: ſeruetur decoctum;* de eo capiat æger vncias ſex per quatuor dies mane, horis duabus ante cibum, cum vncia vna ſucci mali citrei leuiter ante cum eodem iuſculo, ſub ipſum ſumptionis tempus, feruefacta: ſic enim mox vrinæ funduntur multæ, ſubſidentia multa arenoſa, & humore craſſo ac viſcido præditæ. Ex quo facile eſt intelligere, efficax admodum eſſe hoc iuſculi genus vrinę viis repurgandis, neque interim ventriculo, aliiſque partibus, per quas ipſi iter eſt nocere: iure vt videri poſſit alimentum medicamentoſum.

Iuſculum diureticum & lenitiuū.

Licebit etiam vtiliter vti ſequenti puluiſculo: ℞. *nucleorum meſpilorum* ℥ j *ſpec. electua. diamarg. frigidi* ℥ ij. *quatuor ſeminum frigidorum maiorum mundatorum, glycyrrhizæ raſæ* ℥. j. *ſemin. ſaxifrag.* ʒ ij *ſem. milii ſolis, geniſtæ, pimpinellæ, bruſci & aſparag. an* ℈ j. *ſem. althea* ʒ j. ß. *ſaccha. albiſ.* ℥ vj. *fiat puluis*; capiatur cochlear vnum mane horis tribus ante paſtum.

Puluis diureticus.

Putant etiam lixiuium paratum ex cineribus truncorum ſcaporumque fabaceorum magno eſſe aduerſus hunc morbum emolumento. Quin & clyſtere ſequenti aluum proluiſſe multis profuit. ℞. *fol. lactuc. ſcariol. port. an. m. j. flor. viol. & nenuph. an. p. j. fiat decoctio ad* ℔. j. *in colatura diſſolue caſsiæ fiſtulæ* ℥. j. *mellis*
E *viol. & ſacch. rub. an.* ℥ j ß. *olei viol.* ℥ iiij. *fiat clyſter.* Qui ſequitur dolori leniendo aptior eſt. ℞. *flo. cham. melil. ſummitatum anethi ſiſymbrii an. p. ij. fiat decoctio in lacte vaccino: in colatura diſſolue caſsiæ fiſtul. & ſacchr albi an.* ℥ j. *vitellos ouor. num. ij. olei anethini & chamem. an.* ℥ ij *fiat clyſter.*

Lixiuium ex cineribus ſcaporum fabaceorum diureticum eſſe.

Clyſteres anodyni in calculo.

Extrinſecus interim inungentur renes vnguento roſato, refrigerante Galeni & populeone ſeorſum vſurpatis, vel ſimul mixtis, impoſito inſuper linteo duplicato in oxycrato macerato: at ſi calculi concretio eſt à cauſa frigida, varianda ſunt, vt ſequitur, remedia.

Ad calculum renum a cauſa frigida ortum remedia.

℞. *terebint. venet* ʒ j. *corti. citri* ʒ ij. *aqua cocta* ℥ ij. *fiat potio.* Vel; ℞. *caſs. recenter extr.* ʒ vj. *benedict.* ʒ iij. *aquæ fœnic.* ℥ ij. *aquæ aſparag.* ℥ j. *fiat potio*; capiatur horis tribus ante prandiū. Vtile etiam erit ſequēs apozæma:

 ℞. *rad.*

A

*℞.rad.cyper.bardanæ & gram.an.ʒ iij.biſmal.cum toto,beton.an. m.ß. ſemin.milii ſolis, bardan. vrtic. an. ʒ ij.ſemin.melo.glycyrrhiz.raſæ an .ʒ ij.ß. ficus num iiij fiat decoctio ad quart. iij. in expreſſa colatura, diſſolue ſyrupi de rapha.& oxymelitis ſcillitici an.℥j.ß.ſacch.albiſ.℥ iij.fiat apozema pro tribus doſibus,clarificetur & aromatizetur cum ʒ j.cinamo.& ʒß.ſant.citri.capiat ℥ iiij.*tribus horis ante prandium.Vel,

*℞.rad.petroſ.fœni.an.℥j.ſaxifr pimpinellæ gran.& bardan.an.m.ß. quatuor ſeminum frigid.maior.mundat, & milii ſolis an.ʒ ij.fiat decoctio;cape de colatura ℔.ß.in qua diſſolue ſacch.rub.& ſyrupi capil.vener.an.℥j.ß.*capiat in tribus doſibus horis duabus ante cibum.

Carduus ſtellatus Mathiolo dicitur calcatrippa.

Sequens puluis eſt valde efficax ad calculi materiam diſſipandam: *℞. ſemi. petroſel & rad eiuſdem mund.an.ʒ ß.ſem.cardui,quem calcatrippam vocant ʒj.deſiccentur in furno,lento igne, poſtea piſtentur ſeparatim, fiatque puluis,*de quo capiat æger ℈j.ß.vel ℈ ij.cum vino albo,vel iure pulli gallinacei ieiuno ſtomacho per triduum. Vel:*℞.coriand.præp.℈ iiij.aniſ.marathri,granor.alkekengi, milii ſolis an. ʒ. ij. zinziberis & cinam. an. ℈ ij.turbith.electi ʒ j.cari ℈ ij.galang.nuc.moſch.& lapid.iudai.an. ℈ j.fol ſenæ mund.ad duplum omnium, diacrydii ʒ ij ß. miſce,fiat puluis:*doſis erit ad ʒj. cum vino albo horis tribus ante paſtum.

Clyſteres carminatiui.

Contra flatus,qui in hoc morbi genere inteſtina valde diſtendunt, inſtituentur clyſteres ſic: *℞. malu.biſmal.pariet.origa:calament.flo.chamem.ſummitatum aneth. an. m. ß.aniſ. cari.cum.fœnic.an. ℥ ß. bacca. laur. ʒ iij.ſemin. rutæ ʒ ij.fiat decoctio: In colatura diſſolue bened.laxat.vel diaph. ℥ ß.confect.bacca.lauri ʒ iij. ſaccar. rub.℥j.oleor.aneti cham. & rutac.an.℥ j fiat clyſter.* Vel; *℞ olei nucum.& vin.maluaæ an.℔.ß.aqua vit.℥ß.fiat clyſter,*qui diu contineatur,vt ipſi ſpatium ſit ad flatus diſcutiendos. B

Calculo e rene in vreterem deturbato, quid agendum ſit.
CAP. XXXVIII.

Calculi in vretere reſiſtentis ſigna.

CONtingit ſæpe,vt renes excretrice facultate vſi calculum (cuius concretionem & generationem Medicus deſcriptis ſupra remediis impedire non potuit) à ſe in vreteres depellant,qui illic vel loci anguſtia,vel,naturæ excernentis infirmitate reſtitet. Tum igitur ægrum grauis eo loci, quo hæſit calculus,exercet dolor,qui etiam ſympathia ad coxam,veſicam, teſtes,& penem perueniat,cum meiendi & exonerandæ alui aſſidua voluntate.In hoc caſu partes Medici erunt, vt naturæ defectum,& languidiores conatus adiuuet & promoueat.

Remedia ad deturbandum ab vretere in veſicam calculum.

Ergo æger,ſi poſſit,equum ſuccuſſatorem conſcendat, atque in eo duo circiter milliaria conficiat,vel ſi eius rei facultas aut copia non ſit,gradus plures pluries aſcendat & deſcendat, ad laſſitudinem vſque & ſudorem:hoc enim exercitio ſæpe in veſicam calculus excutitur:dentur mox & ore ſumantur, quæ leniendi & relaxandi vim habent, vt oleum amygdalarum dulcium recenter & ſine igne extractum,cum aqua parietariæ & vino albo: Frictiones totius corporis ſuperne deorſum cum linteis calentibus fiant:applicentur nunc lumbis,nunc imo ventri cucurbitulæ cum magna flamma,paulo infra dolentem locum:ac niſi æger ſponte aut doloris acerbitate vomat,prouocetur vomitus aquæ & olei tepētis potione:vomitui enim ad deturbandum calculum magna vis eſt, propter partium, quæ in tali conatu fit, compreſſionem:denique ſi horum remediorum vi non deſcendat calculus,demittendus eſt æger in ſemicupium ex ſequenti decocto paratum:*℞.maluæ,biſmal.cum toto an.m.ij.beton.naſturt.ſaxifrag.berul. parietar.violar.an.m.iij.ſemin.melon.milii ſolis,alkekengi.an.ʒ vj.cicer.rubr.℔ j.rad. apii,graminis, fœniculi & eryngii an ℥ iiij.in ſufficienti quantitate aquæ pro inceſſu* coquantur iſta omnia incluſa ſacco, in quo ſedeat æger, vmbilico tenus demerſus: nec vero diutius,quam par eſt,in eiuſmodi balneo morari ægrum oportet,nam longiore mora ſpirituum fit diſſipatio & virium exolutio. Contra vero ſi quantum ſatis eſt,in his rite paratis æger reſideat,miteſcit dolor,tenſæ partes relaxantur,& vrinarii meatus reſerantur,ac dilatantur,ſicque deſcēdit in veſicam calculus. Quod ſi ne ſic quidem moueatur loco quidquam,reſtetque adhuc eadem vrinæ omnimoda ſuppreſſio,nec antequam demergeretur in balneum æger, tentata cathæteris in veſicam demiſſio Chirurgi voto reſponderit, tentanda nihilominus iterum in digreſſu à balneo illa erit,vt penitus exploratum ſit, nunquid forte aliud in primis illis vrethræ & ceruicis veſicæ ductibus ſubſit,quod vrinam retineat: relaxatis enim balnei tepore partibus longe facilius ſubibit cathæter,inde oleum amygdalarum dulcium ſyringe in vrethram exprimendum: quæ omnia dum fiunt, æger frigidum aerem ne admittat.Cæterum deſcribendum hic ſellam balneariam putaui, in qua æger commode ſederet. C D


Vomitum etiam valere ad deturbandum calculum.

Decoctum pro ſemicupio.

Qui balneũ dolorem ſedet.

E

A *Sellæ balnearia pro ſemicupio imago.*



B

C *a. Totum ſellæ corpus monſtrat.*
b. Foramen, in quo ſedet æger.
C. Cupam, quæ aquam continet.
d. Epiſtomium ad vacuandam aquam, quando refrixerit.
e. Infundibulum, quo aqua calida ſeu tepens affunditur.

Poteſt & alia inſtitui pro balneo decoctio, ſic: ℞. *rad. raph. an.* ℔. *ij. ruſc. petroſel. & aſpar. an.* ℔. *j. ſem. cumi. fœnic, ameos an.* ℥ *iiij. lin. & fænug. an.* ℥ *vj. fol. marub. parietar. flor. chamem. melil. & aneth. an. m. ij. bulliant omnia ſecundum artem in aqua ſufficiente, & vini albi odoriferi exigua quantitate ad conſumptionem tertiæ partis pro ſemicupio.* Poterit & id decoctum in clyſteres vſurpari, additis *duobus ouorum vitellis, & olei liliorum vnciis quatuor, cum dragma vna olei iuniperi*, qui ſedandi nephritici & colici cruciatus certa vis ineſt. Ceterum longe minor in his affectibus vſurpanda venit decocti pro clyſtere quantitas, quam vulgo fiat in reliquis morbis: alioqui periculum eſt, ne diſtenta inteſtina, renes, vreteresq; inflammatoria diſpoſitione obſeſſos, magis comprimant, dolorisq; & aliorum ſymptomatum acceſſionem faciant. *Oleo iuniperino vim eſſe contra dolorem nephriticum.*


Dolenti etiam loco vtrinque lumbis nempe & imo ventri ac pectini ſequens cataplaſma vtiliter
D apponetur: eſt enim ipſi magna vis leuandi doloris, & calculi ad delapſum ſollicitandi: ℞ *rad. alth. & raph. an* ℥. *iiij. pariet. fœnic. ſenecionis, naſtur. & berul an m j. herniariæ m. ß. omnibus in aqua ſufficiente decoctis, & deinde contritis, adde oleor. anethin. chamem. & pinguedinis cuniculi an.* ℥ *ij. far. cice. quantum ſufficit, fiat cataplaſma ad vſum commemoratum.* Poſtquam illis artibus lapis vretere excuſſus in veſicam proceſſerit, ſtatim dolor (ſiquidem vnus ſubſit calculus, plures namq; aliquando cum multa arena viciſſim in vreterem illabuntur) miteſcit, pruritusque exinde ægrum habet, ſtimulans ad extremum penem & podicem. Tum igitur, niſi vires languidæ ſint, equitare ipſum & pedibus ambulare oportet. & pulueris electuarii lithontribon ℥ iiii. in quatuor doſes cum vino albo vel iure cicerum rubrorũ ſumere tribus ante prandium & cœnam horis. Præterea liberaliter potare vinum generoſum, & à potu vrinam quam maxime poteſt cohibere, vt eius copia maior collecta maiore mox impetu calculum extra veſicam protrudat, in quam rem etiam prodeſt ſequentem iniectionem in veſicam moliri. ℞. *ſyrup. capil. vener.* ℥ *j. aquæ alkekengi* ℥ *iij. olei de ſcorpio.* ℥ *ß. in veſicam immittatur per Siphonem.* *Cataplaſma anodynum.* *Signa calculi ab Vretere in veſicam deturbati.*

Quid agendum ſit, calculo ad veſicæ ceruicem aut vrethram prolapſo.

Cap. XXXIX.

E POſtquam veſicæ capacitate elapſus, in veſicæ ceruicem aut vrinæ fiſtulam illapſus impegerit calculus, cauebit diligenter Chirurgus, ne ipſum eo, vnde venit, compellat, & intro retrudat: quin potius blande digitis ad extremam glandem deducere, lubricata ante via iniecto oleo amygdalarum dulcium oportebit. Quod ſi in extremo balano reſtiterit, vncinis reuellendus: quibus ſi non cedat, terebra, cum fiſtula in vrethram ipſi admota erit, veniet illaqueandus: ipſaq; inde conuerſa & ſenſim contorta terebra comminuendus in fruſta: quod à me tentatum & perfectum aliquoties memini: ſunt enim eiuſmodi terebræ extrema ſtriata, & cochleata, terebelli doliaris inſtar. *Illaqueandi & deterendi calculi ratio cum reuelli non poterit.*

Terebra ad comminuendos & deterendos in vrethra calculos facta cum ſua fiſtula delineatio. A



Alterius terebra minoris effigies. B



Certe quotquot ad id opus parabuntur terebræ, ſcapo ipſas, mucroneque haud craſſiore eſſe oportebit, quam ſit ſpecillum, ne dum in vrethram impellentur, vicina corpora violento ingreſſu violent.


Quid moliri oporteat, ſi calculus in vrethra hereſcens commemoratis artibus reuelli nequeat.

Cap. XL.

Qua parte tuto incidi coles poſſit.

AT ſi craſſior, durior, aſperior, & ab extrema glande remotior ſit calculus, quam vt commemoratis capite ſuperiore artibus reuelli queat, vrinaque ideo penitus ſupprimatur: tum à latere recta plaga coles incidendus eſt: non enim in ſuperna parte inciſio facienda eſt hæmorrhagiæ metu, craſſior enim illic arteria ſubeſt & vena: non in inferna; vix enim vnquam coaleſceret, quia pars exanguis eſt, & præterea vrina aſſiduo & acri illapſu agglutinationem impediret: quare à latere, qua maxime parte renititur, tumetque calculus, inciſio molienda eſt, eſt namq; pars illa carnoſior: ante tamen cutis præputii extrema quam plurimum attrahenda eſt, & condita glande vrethra paulum ſupra calculum lino vincienda eſt, vt calculus conſiſtat, neque retro remeare poſſit. Tum igitur inciſione facta calculus eximendus eſt, & cutis, quæ violentius ad tegendam glandem attracta fuerat, remittenda: ſic enim fit, vt inciſum colem integra pars cutis contegat, adeoque mox vnio facilior ſit, & vrina naturaliter profluat. Hac ego via inſtrumentis hic appictis ſæpius calculos exemi. C

Inſtrumenta calculo ab exciſa vrethra eximendo idonea:



D

Glutinans medicamentum.

Ad agglutinationem inde, ſi opus eſt, filo vulneris labra tranſuere oportet, & glutinans quod ſequitur medicamentum imponere: ℞. *tereb. venet.* ℥ iij. *gum. elem.* ℥ j. *ſang. drac. & maſt. an.* ʒ ß. *fiat medicamentum, vt dictum eſt*, inde tota vrethra repercutiente medicamine ex albuminibus ouorum cum puluere boli armeni, aloes, farina volatili & oleo roſato eſt obducenda. Deniq; ſi res poſtulet, candela cerea, vel virgula plumbea terebinthina veneta inuncta, in illam vrethram immittetur, ad agglutinationem accelerandam, & vrinarii meatus natiuam læuitatem & rectitudinem retinendam, ne forte illic accreſcat caruncula.

Qua vrethra agglutinatio acceleretur.

Quæ ſectio calculo in veſica puerorum maſculorum exiſtenti facienda ſit. E

Cap. XLI.

Cur aſſultibus concutiendus puer ante ſectionem.

Quo collocandus ad ſectionem.


HActenus quibus artibus exiguos ex vretere, veſica & vrethra calculos elicere conueniat, dictum à nobis eſt: nunc de grandiorum è veſica, quæ ferramentis fit, extractione, breuiter dicendum: qualiſque ſit eiuſmodi praxis primum in pueris, deinde in viris, tum in fœminis docendum. In primis igitur puerum, in quo vltima experiri ſtatutum eſt, ſub axillis comprehenſum quinque aut ſex aſſultibus ſuccuſſabit Chirurgus, vt calculus deorſum ad veſicæ ceruicem magis deſcendat. Hinc curandum, vt homo præualens in ſedili alto ſedeat, ſupinumque puerum & auerſum, ſuper genua ſua coxis eius collocatis, comprehendat. Supinum ipſum nonnihil eſſe decet, quo liberius ſpiret, abſit à neruoſis

A uoſis corporibus omnis tenſio, laxaque ſint omnia & calculo extrahendo peruia. Oportet inſuper, vt præualens ille homo, reductis pueri cruribus ipſum iubeat manibus ad ſuos poplites datis, eos, quam maxime poſſit, attrahere, ſimulque ipſe ſic eos contineat. Is enim pueri ſitus valde ad operis ſedulitatem & ſecuritatem confert. Tum igitur Chirurgus duos ſiniſtræ manus ſuæ digitos in anum pueri, quã poterit, penitiſſime immittet: altera vero manu vẽtrem inferiorem comprimet, linteo ante obtectum, quo minus ipſi moleſta ſit compreſſio, & ne hac potius, quam inciſionis occaſione inflammatio ſuperueniat. Eum vero vſum habet iſta compreſſio, vt calculus è veſicæ fundo, ſubter os pubis in ipſius ceruicem deſcendat, quo poſtquam peruenerit, continendus illic & tanquam ſub manus imperio habendus, ne eo, vnde ſubductus eſt, relabatur. His expeditis, nihil iam reſtat aliud, niſi vt idem Chirurgus plaga, duorum ab ano digitorum interſtitio ad ſepti latera vtrinque ſcindente nouacula perinæum aperiat, atque quicquid ſe carneum oppoſuerit, reſcindat, quouſque ad calculum peruenerit. Caueat interim, ne rectum inteſtinum violet: fieri enim poteſt, & ſolet, vt dum calculus ad ceruicẽ veſicæ è fundo adducitur, id inteſtinum reduplicetur. Si igitur nouacula reſciſſum fuerit, fit, vt fæces per vulnus erumpant, vrina autem per anum: quæ res in pleriſque agglutinationem & conſolidationem vulneris
B impediuit: quanquam in aliquot aliis nihilo deterior ipſa ſecura eſt: quia in tenella iſta ætate permulta contingunt, quæ naturam ipſam videntur ſuperare: peracta inciſione, depicto hic ferramento, reuellendus eſt calculus.

Quo loco perinæum diuidendum.

In pueris natura opera mira ſunt.

Vncini ad calculos pueris è veſica reuellendos.



C

Reulſo calculo tenuis fiſtula in plagam demergenda eſt, & illic ad aliquod tempus continenda, propter rationes mox retegendas, inde colliganda genua: ſic enim citius coit & agglutinatur plaga. Reliqua vulneris curatio perficietur, generales vulnerum curandorum regulas ad ſpecialem puerilis ætatis temperiem, & particularem pueri, qui nobis in manibus tum erit, naturam reuocando.

Generales regula ad ea, qua particularia ſunt, reuocanda.

Qua ſit ars extrahendi viris e veſica calculi, eo apparatu, quem Magnum appellant.

CAP. XLII.

EX veſica calculoſis viris, cum aliter ſuccurri non poteſt, ad extremum remedium, ſectionem nempe veniendum. Sed ante æger purgandus eſt, & ſi res poſcat, ſanguis detrahendus: neque tamen his peractis ſtatim aut ſequenti die ad opus properandum: nam ex medicamento & phlebotomia non poteſt non eſſe æger debilior. Expedit etiam aliquot ante diebus, pudenda, his, quæ relaxant & remolliunt, fouere, vt per obſequentia, calculus cum extrahitur, meare facilius poſſit. Tum igitur curatio ſic ordinanda. Æger in menſa, ſcamnove ſtabili collocandus eſt, linteo multiplici nati-
D bus, puluino autem lumbis & dorſo ſic ſubiecto, vt ſemiſupinus iaceat, femoribus ſublatis, cruribus autem calcibuſque ad nates reductis. Tum faſcia tres digitos lata, malleolis iniecta pedes deligandi ſunt: eiuſdemque capitibus ſurſum ad ceruicem adductis, & circum ipſam obuolutis, mox deorſum reuocatis, manus ambæ ad ſuum quæque genu vinciendæ ſunt, vt ſubiecta docet imago.

Qua facienda ante ſectionem.

Quo collocandus æger

Viri vt decet ſiti effigies, cum ipſi e veſica calculus reuellendus eſt.




E

Ita reuincto ægro quatuor cordatos & valentes miniſtros præſto adeſſe oportet; duo nempe, qui eius brachia; duo reliqui qui vna manu genu, altera vero pedem adeo arcte & valide cõtineant, vt neque artus mouere, neque nates ſurrigere poſſit, ſed in eodem ſtatu toto corpore immotus eſſe cogatur. Tum argenteum, ferreumve & fiſtuloſum ſpecillum, externa ſuperficie reſciſſa apertum, vt in illam nouaculæ acumen ſubire, & reſiſtere, ne inciſione ſuper ipſam, tanquam manus artificis directricem facta, vlterius in ſubiecta corpora peruadat, oleo inunctum in vrethram ad veſicam vſque Chirurgus demittet, eius hæc eſt effigies.

Cur ſpecillum externa ſuperficie reſciſſum eſſe oporteat.

Specilla

Specilla, externa ſuperficie reſciſſa aperta. A



B


Cur perinæi ſeptum ferro minime violandum.

Demiſſum mox in ſiniſtrum latus leniter obtorquebit, ſimulq; miniſter, qui ad dextrã eſt, ſcrotum læua ſurſum ad ſe attrahet, vt tum in libero & vacuo ſiniſtri perinæi ſpatio, Chirurgo maior ſit opportunitas plagæ ſupra demiſſum & eo inflexum ſpecillum nouacula infligendæ. Cæterum in ea plaga perſicienda, vitare diligenter debebit & perinæi ſeptum & anum. Nam ſi plaga ſeptum illud attingat, non facile poſtea conſolidabitur, quia calloſum eſt & exangue: itaque hac præterlabentis vrinæ perpetuum eſſet ſtillicidium. Si vero propius anum plagam infligat, periculum eſt, ne mox dum vi reuellitur calculus, venarum hæmorrhoidalium aliquam diſrumpat, vnde ſequatur hæmorrhagia, vix vlla arte ſiſtenda, vel ſphincterem muſculum, aut veſicæ corpus laniatu non reparabili dilaceret. Itaque duorum ab ano digitorum interſtitio infligenda illa eſt, ſecundum fibrarum rectitudinem, quo poſtea facilius reſarciri poſſit. Nec vero pollicis magnitudinem excedere debet, illa, quæ nouacula fit, plaga, quia poſtea immiſſis roſtro coruino, & dilatatorio organo prætereaque calculo, dum reuellitur, amplius dilatatur. At quæ nouacula reſciſſa ſunt, nec tam facile, nec tam expedite poſtea, atque ea, quæ laniata ſunt, conglutinantur. In ipſam mox plagam virgula argentea aliqua ex his, quæ infra depictæ ſunt, & ductorum nomine donatæ, quod reliquis inſtrumentis in veſicam intromittendis ductorum loco ſint, demergenda eſt, extremo hæc eſt orbiculato & prominente, quo ſcilicet in ſpecilli deſcriptam cauitatem conditur: notataque cernitur litera a a. inde & altera, litera b b. deſignata, & ſimili nomine dicta ſub illa priore demittenda eſt, exciſa in extremo crena velut biſurcata, quo ſcilicet prioris illius extremum complecti poſſit. C

Quo loco plaga, qua eximatur calculus, infligenda.

Laniata facilius coire reſciſſis.

Ductorum, quæ in duplici ſunt differentia, effigies.




D

Tumque ſpecillum reuocandum eſt, altiusq; in veſicæ cauitatem ductores demittendi & ſurſque deque obuertendi, tandemq; immiſſo axiculo retinendi: quanquam qui eiuſmodi axiculo carent ductores, magis ſunt ad manum, & ab artificibus Spathæ vocantur. Hinc inter Chirurgi digitos conſtringendi. Chirurgi vero mox intereſt inter duos ductores in ipſam veſicæ capacitatem organum aliud, roſtrum anatinum dictum, violentius intrudere, intruſumque ambabus manibus diducere, ipſumin omnem partem obuertendo, ad plagam dilatandam, quantum ſatis ſit reliquis organis, quæ in veſicam demittenda reſtant: quanquam ægro melius longe & fœlicius futurum ſit, ſi vno illo organo ſufficienter plaga dilatari & eadem opera calculus reuelli poſſit, citra alterius opem. E

Roſtri

A

Roſtri anatini parte interna caui ſeu ſulcati effigies.




B

Cuius rei ſi facultas non ſit, & calculi craſſities maiorem dilatationem flagitet, demittendum eſt dilatatorium organum. Eius enim in veſicam demiſſi manubrium manu compreſſum, arbitrariam facit inciſionis dilatationem.

Dilatatorii clauſi & aperti effigies.

C




D


Huius organi ope dilatata quantum ſatis eſt plaga, demittendum roſtrum anatinum rectum ſupra deſcriptum, vel incuruum hic appictum.

E

Forcipis

Forcipes ad inſtar roſtri anatini incurui. A






B

His forcipibus demiſſis quærendus eſt & comprehendendus calculus, eoque comprehenſo colliganda ſunt forcipis ramalia, ne, quod ſemel comprehenderunt, elabi ſinant. Nec vero confeſtim calculus reuellendus eſt, ſed ſenſim hac illac concutiendus, demumque molliter extrahendus. Cauendum tamen, ne ſub forcipe coaſtringatur arctius, ne in fruſtula conteratur: nonnulli, ne comprehenſus elabatur, digitos duos in anum demittunt, ipſoſque ſuperne calculo, ne excidat & regrediatur, opponunt; quod multum valere puto ad extractionis facilitatem. Sunt, qui comprehenſionem iſtam confirmant, demiſſis & hinc inde ad latera obiectis ſuperque & ſubter datis alaribus, quas vocant, duabus laminis, hiſque connexis & ſimul colligatis organis omnem comprehenſo calculo elabendi opportunitatem adimunt.


Qui ſemel comprehenſum calculum extrahendus.

Alares laminæ cum roſtro anatino, calculum comprehendentes. C



D


Alia laminarum alarium effigies.



E

Aliarum

A *Aliarum laminarum alarium effigies: quarum ſcilicet extrema manubria traiecta cochlea inſuperq́; bractea ferrea plicata, & litera a. notata, ad maiorem ſtabilitatem connectuntur.*




B

Illis artibus poſtquam extractus calculus fuerit, intuendum diligenter, num qua ſui parte detritus, & quaſi læuigatus exiſtat: id enim ab attritu eſt affrictuque vnius alterius, aut plurium calculorum: nulla tamen certior nota eſſe poteſt, ea, quæ cathætere probatur. Cathæteris ſeu ſpecilli vicem ſupplebit alterum extremum inſtrumenti infra depicti, quo ſcilicet tanquam ſpecillo & euerriculo vti licebit. *Nota plurium calculorum.*

Euerriculum, quo poſt extractum calculum explorare licet, num alii ſubſint, veſicamque erudare & expurgare arena, ſanguinis thrombis, & aliis, quæ ſubeſſe ſolent, poſt extractum calculum præter naturam corpuſculis.

C




D

Nam ſi alii ſubſint calculi, eadem illa, quæ dicta eſt, arte extrahendi erunt, quibus extractis, aliud extremum, quod cochlearis inſtar ſinuatum & excauatum eſt, in veſicam per plagam demittendum, & quidquid illic collectum reſtat arenæ, concreti ſanguinis & ſimilium quiſquiliarum, id vniuerſum colligendum & eximendum eſt, quia alteri calculo materiam ſuppeditare poſſet. *De erudenda veſica.*

At ſi calculus, qui in veſica eſt, craſſior animaduertatur, adeo vt auelli nequeat citra magnam & enormem veſicæ dilacerationem, ſatius eſt eum roſtro coruino comprehenſum in particulas confringere. *De confringendo calculo, qui ſimul & ſemel reuelli nequeat.*

E

Roſtri coruini dentati confringendis craſsioribus calculis affabre facti, & cochlea per manubrium traiecta conſtringi ſoliti, effigies. A



B

Id roſtrum coruinum tribus tantum dentibus, hisque acuminatis, intus aſſurgit: quorum duo ſuperiore, vnus inferiore ſitu eſt ita collocatus, vt medius duo ſuperiores ineat. Calculo confracto eliminanda ſunt eius fragmenta omnia, diligenterque cauendum, ne quid intus illarebratum maneat: id enim vel materiæ lentæ & viſcidæ ſuperinductæ auctum acceſſionibus, vel aliis fragmentis, ſimilis materiæ velut glutinis interuentu coniunctum, in iuſtæ magnitudinis calculum, temporis ſucceſſu conſurgere poſſet. C

Quæ curatio vulneri ſeu inciſioni adhibenda ſit, reuulſo calculo.
CAP. XLIII.

Deſuenda eruto calculo plaga.


Reuulſo calculo, ſi plagæ id poſcat magnitudo, acus filum trahens ſemel, biſve tranſeunda eſt, ſpatii tantum relicto, quantum ſatis eſt demittendæ, in eum, quem mox dicemus, vſum fiſtulæ: filium eligere oportet ſericum coccineum ceratum, ne ſi tenuius ſit, vel vulneris carnea labra conſtringendo dilaceret, vel vrinæ madore, vlcerisque eluuie breui putreſcat. Itaque vna cum cute multa caro acu comprehendenda eſt, ne laniatis plagæ oris, fruſtranea prior illa ſutura ſit, nouusque dolor in alia facienda ægro hauriendus. His peractis in veſicam per plagam fiſtula argentea demittenda eſt: cuius plures hic deformationes appinxi, vt delectui locus eſſet, ipſasque aptare liceret vulneribus, non contra vulnera ipſis, quod in inſtrumentorum penuria ſæpe ægrorum diſpendio Chirurgi facere coguntur.

D

Fiſtula argentea in veſicam extracto calculo demittenda.

Tubulorum in plagam conſutam demiſſorum vſus.

Hæ non quidem per ductus & tubuli ſui longitudinem, ſed tantum extremo ſuo foraminibus apertæ eſſe debent, vt hac vulneris ſanies omnis, vniuerſæque in veſica collectæ & concretæ ſordes dilabi & expurgari poſſint, cum per plagam vrina pura manare occipiet, nulla iam fiſtulæ neceſſitas erit: itaque ſi pergas eam demittere, diutiuſque in plaga continere, periculum eſt, ne natura aſſueſcat illi itineri, vrinamque dehinc per vrethram tranſmittere negligat. Nec vero omittendum, vt vicinas vulneri partes repellente, quod ſequitur, medicamento ad fluxionem, inflammationemq́; , cuius à dolore metus eſt, reprimendam munias.



E

Repellens medicamentum.

℞. album. ouor. nu. iij. pulueris boli armeni & ſanguinis draconis, an. ℥iij. olei. roſ. ℥j. pilorum leporinorum quantum ſufficit, fiat medicamentum ad mellis conſiſtentiam.

Quo

A

Quo ſitu collocandus ſit æger extracto calculo. CAP. XLIV.

OMnibus, quæ dicta ſunt, fideliter, diligenterq; peractis, æger in lecto collocandus eſt, ſubiecto ipſi velut pulunari, furfure aut auenæ gluma pleno, ad vrinam, quæ effluit, ebibendum. Plura vero habenda ſunt, vt mutari pro neceſſitate poſſint. Nonnunquam poſt extractum calculum ſanguis magna copia ruit in ſcrotum: cui niſi diſcutientibus deſiccantibus abſumentibusque remedijs prouiſum fuerit, à gangræna ſcroto metuendum eſt. Itaq; ſi quæ inter curandum vulnus huius generis accidentia occurrant, intuendum in ea diligenter erit. Poſt aliquot dies iniectio ſubtepida in veſicam, per plagam facienda eſt ex aquis plantaginis, ſolani, roſarum & pauco ſyrupo de roſis ſiccis: valebit ad temperandũ veſicæ ardorem, tum vulneris, tum contuſionis occaſione & inſtrumentorum violentia intruſione natam. Contingit etiam nonnunquam, vt poſt calculi extractionem ſanguinis grumi, aliaq; impuritas in vrethram confluat, vrinæq; ſe opponat, adeo, vt diffluere nequeat. Itaque demittendum pariter ad aliquot dies in vrethram fiſtuloſum ſpecillum, vt ſeruata ductus continuitate, craſſior omnis ſordes cum vrina pleno & libero meatu dilabi poſſit.

Ad ſcrotum ne gangræna occupetur, remedia.

B

Quæ cura vulneri ab inciſione relicto ſit adhibenda. CAP. XLV.

CVrandum id venit vulnus more reliquorum vulnerum cruentorum, ſcilicet glutinando & ad cicatricem deducendo, ſublatis tamen prius ſordium, ſi quæ ſubſint, impedimentis per ea, quæ detergent. Vnionem accelerabit æger, ſi crura decuſſatim contineat, & victum tenuem in ſeptimum vſq; aut nonum diem ſeruet. Vino penitus abſtinendum, niſi admodum tenui: Eius loco vtatur decocto hordei, aut glycyrrhizæ: aqua vel mellita, vel ſaccharata, vel elixa & cum ſyrupis roſarum ſiccarum, capillorum veneris & ſimilibus mixta. Cibus ſit panatella, vuæ paſſæ, pruna cocta, pupilli elixi, cum ſeminibus refrigerantibus lactuca, portulaca, acetoſa, borragine, ſpinachio, & ſimilibus. Si aluus pigra ſit, aduocabitur Medicus, qui vel caſſia, vel clyſtere, vel alio remedij genere pro arbitrio prouideat.

Quæ vnionem accelerent.


Quæ cura vlceribus adhibenda ſit, cum diu etiam poſt extractum calculum vrina per ipſa elabitur.
CAP. XLVI.

MVltis extracto calculo vlcus conſolidari nequit, itaq; hac in reliquũ vitæ vrina continenter ſenſim & præter voluntatem elabitur, niſi Chirurgus occurrent. Calloſæ itaq; vulneris oræ amputandæ
C
ſunt, vt ex veteri vulnere recens fiat: mox ipſę inſtrumento, quod Retinaculum, fibulæ nempe ſpeciem, nominamus, comprehendendæ & conſtringendę: id tribus foraminibus, tribus alijs ex aduerſo reſpondentibus peruium erit: per ea foramina, multa comprehenſa carne, acus adigentur, & circum ipſum connectentur, mox medicamenta glutinantia imponentur; cuiuſmodi ſunt terebinthina veneta, gummi elemi, ſanguis draconis, bolus armenus, & ſimilia; poſt quinq; vel ſex dies eximendæ erunt acus vnaque retinaculum. Tum enim vlcus ferme glutinatum comperietur, ſic vt nihil reſtet aliud, niſi vt cicatrice obducatur.

Ex veteri vulnere qui recens fiat.

Retinaculi ſeu fibulæ figura.

D



a. Maius. b. vero minus retinaculum monſtrat, vt intelligas, varia eſſe vſurpanda, pro vulnerum magnitudine.

Si fibulæ ſeu retinacula deſint, licebit hoc, qui ſequitur, modo vulneris labra coniungere. Pennę ſcriptoriæ tubuli duo paulo vulnere longiores ipſius lateribus adiungendi ſunt, moxque acu filum ducente toties, comprehenſa interiecta carne, tranſadigendi, quoties opus videbitur, filo ſuper ipſos renodato. Sic enim vulnus conglutinabitur, neque carneæ vulneris oræ dilacerabuntur, cuius rei à ſola
E
acu & filo periculum eſt.

In fibularũ defectu quid agendum.

Qua arte fœminis extrahantur calculi. CAP. XLVII.

IIſdem ſignis ſubeſſe calculum in fœminæ intelligimus, quibus in maris veſica, longe tamen facilius cathetere probatur, qui in fœminæ veſica latet: quod illi veſicę ceruix breuior, latior, & magis recta ſit. Itaq; non modo cathetere probatur in veſicam immiſſo, ſed etiam digitis in vteri ceruicem immiſſis, ipſos verſus interiorem oſſis pubis partem ſurrigendo, & ægram fœminam eodem ſitu, qui in maſculorum curatione dictus eſt, collocando. Notandum tamen, quod virgines ſeptem annis minores calculoſæ, per vteri ceruicem probari nequeunt, citra magnam vim. Itaque illis eadem arte extrahi debet calculus, quæ maſculis pueris extrahi diximus: nempe immiſſis in anum digitis: ſic enim com-

Qui explorandum fœminarum calculum. Virgini, quæ nondum ſeptimũ ætatis annum attigerit, qui extrahendus calculus.

Qui grandioribus fœminis.

pertus calculus compreſſo ſimul altera manu hypogaſtrio ad veſicæ ceruicem adducendus eſt, tumque A
commemorata arte extrahendus. Quanquam ſi grandior virginis ætas, citra vim eam ferre poſſit; quæ in muliebris vuluæ ceruicem fit digitorum intruſioné, facilius & fœlicius totum opus perficietur, quia vtero veſica vicinior eſt, quam recto inteſtino. Sic igitur immiſſis digitis mox in veſicæ ceruicem catheter demittendus eſt, externa parte, inſtar eorum, qui ante deſcripti ſunt, cauus, at non incuruus, ſed rectus, vt ſubiecta figura docet.

Catheter, ſupra quem in veſicam demiſſum inciditur veſicæ ceruix, extrahendi fœminei calculi ergo.



B

Supra hunc veſicæ ceruix incidatur: inde dilatatorio ad id facto, inciſio quantum opus videbitur, dilatetur, hac tamen cautione adhibita, quod cum breuior fœminæ ſit, haud tantam dilatationem admittit, quantum maſcula ceruix, alias periculum eſt, ne ad veſicæ corpus perueniat & inde ſequatur, ſuperſteſq; maneat vrinæ incontinentia: laniatu dilatata inciſione, Chirurgus in vteri ceruicem vno aut altero digito immiſſo, veſicæ fundum comprimet, inde per plagam vncinos ſeu forcipes demittet, hiſq; calculum, quem immotum à parte poſtica ne retrocedat, digiti continebunt, facile reuellet: aliter tamen Laurentius Collo Chirurgus Regius, aliter eius ambo filii, quibus haud ſcio, an vnquam lithotomi extiterint præſtantiores, id opus abſoluunt: non enim in anum aut vuluam digitos immittunt, ſed ductores, de quibus ante meminimus, in vrinæ meatum demiſiſſe contenti, mox ſupra inciſionem rectam moliuntur ad perpendiculum oſculi ceruicis veſicæ, & non ad latus, vt in maſculis fieri ſolet. Inde forcipes facie externa cauos, ante depictos, blande eadem vi inferunt, ipſis ductoribus, tantum dilatantes laniando, quantum opus erit extrahendo è veſica calculo. Reliqua curatio eadem eſt cum ea, C
quæ ante de maſculis eſt dicta, hoc tantum addendum, quod ſi laniatus occaſione vlcus in vteri ceruice ſubnaſcatur, licebit ſpeculo matricis immiſſo, ipſius ceruicem dilatare, vt idonea remedia facilius applicentur.

Alia ratio extrahendi muliebris calculi.

De vrinæ ſuppreſſione à cauſis internis. CAP. XLVIII.

In iſchuria haud ſtatim ad diuretica confugiendum.

PRæter cauſas ſuppreſſæ vrinæ aut difficilis mictionis commemoratas, multæ eſſe ſolent; ne quis putet, á ſolo calculo aut arenulis vrinam ſupprimi, vt Chirurgi putant, qui in hoc caſu ſtatim diuretica exhibent. Ergo à cauſis externis interniſq; vrina ſupprimitur. Internæ ſunt ſanguis concretus, phlegma craſſius, verrucæ, caruneulæ in vrinæ ductibus genitæ calculi & arenulæ: ſupprimitur nonnunquã vrina, quia eius materia, nempe ſanguinis ſerum, vel conſumpta eſt ab ardore febrili, vel alio translata per ſudores, aut alui fluxum: aliquando etiam concluſus flatus, aut ſuborta in partibus vrinæ dicatis viciniſve membris inflammatio vrinam ſupprimit: Rectum namque inteſtinum ſi inflammetur, vel tumore, quo veſicam comprimit, vel inflammationis communicatione vrinæ iter intercipit. Sic hepatis oblæſi vitio, ſæpe hydropicis vrina ſupprimitur, vel renum ſeri attractrice, aut ſegregatrice emortua, ab aliqua inſigni intemperie, vel facultate animali læſa, vt in phreniticis, lethargicis, conuulſis, apoplecticis. Sed & lentus & viſcidus humor à toto corpore in vrinæ vias delapſus obſtruit, intercluditque iter. Quin & vrinam diutius continuiſſe ipſam intercipit: Veſica enim ſupra modum diſtenta, meatus D
eius conſtringitur & anguſtior fit: adde, quod nimia veſicæ diſtentio impedimento eſt, quominus ipſa excretrice facultate ſua vſa, conſtringere ſeſe poſſit circa vrinam, ad eam excernendam. Accedit & dolor, qui partis, quam obſederit, facultates omnes ſtatim deiicit. Sic nuper iuueni cuidam equo vecto, & dominam à tergo habenti, eaque occaſione vrinam, in ſumma meiendi neceſſitate reddere non audenti, ita ſuppreſſa eſt, vt ab itinere domum in vrbem relatus, ipſam nullo conatu reddere potuerit: interim quia ingentes dolorum cruciatus per totum hypogaſtrium & perinæum ipſum exercebant, cum torminibus & ſudore vniuerſali, adeo vt ferme animo linqueretur, vocatus ego cum immiſſo fiſtuloſo cathetere, & compreſſo hypogaſtrio vrinæ profluuium procuraſſem, eiuſque ille extempore libras duas reddidiſſet, docui à calculo non contigiſſe, quod tamen adſtantes putabant, illam vrinę ſuppreſſionem: Nam ab eo tempore nulla in illo iuuene apparuerunt calculi ſigna, nec illa redijt vrinæ ſuppreſſio.

Cur vrina voluntatis arbitrio diutius cohibita iſchuriam inferat. Hiſtoria.

De eorum, quæ toto corpore inutilia ſunt, per vrinas expurgatione digreſſio. E
CAP. XLIX.

Hiſtoria.

NAturæ prouidentiam in his, quæ toto corpore inutilia ſunt, excernendis, ſequentibus hiſtoriis teſtatã eſſe volo. Dominus Sarreſtus Regi à ſecretis vulnus in brachio dextro, glande manuario tormento eliſa, acceperat, vulneri illi multa & maligna accidentia ſuperuenerunt, præſertim vero ingentes inflammationes, multa ſanie & pure fluentes: contigit aliquando, vt præter rationem purulentus ille & ſanioſus in ipſa inflãmatione fluxus ſiſteretur: cuius rei cauſam dum anxie quæreremus, animaduertimus,

A uertimus fæces, vrinaſq; multa tum purulenta ſanie perfuſas, hocq; toto morbi decurſu, ex quo Dei beneficio conualuit, & valet adhue: obſeruauimus, quod quamdiu illi pure & ſanię brachium manabat, tamdiu pura erant ſanioſis & purulentis ſordibus alui & veſicæ excrementa: quamdiu contra ſieca erãt brachii vlcera, tamdiu ſanioſæ, purulentæque fæces & vrinæ reddebantur. Idem contigit nobili Domino à Cruce, eum enſe vulnus lethale in brachio ſiniſtro accepiſſet: Id ſibi perſuadere non poterant Germanus Caballus, & magiſter Raſſior Chirurgi expertiſſimi, aliique, qui vna mecum ipſum curabant. Hoc argumento, quod tantum viæ in corpore pus illud obire non poſſet: nec ſi poſſet, poſſe id citra totius ſanguinariæ maſſæ, dum per venas ferretur, infectionem & corruptionem: itaque probabilius eſſe puris illam fæcibus & vrinis permixti copiam à iecoris aut alterius viſceris vitio, quam à brachio vulnerato manare: ego contra id ſequentibus rationibus adſtruebam. Prima, ex his, quæ in illo ægro manifeſte apparerent, quam diu enim pure & à purulenta eluuie ſinceræ eſſent fæces & vrinæ, tamdiu multo illi pure brachium manare: hoc contra ſicco multam purulentam ſaniem in fæcibus & vrinis conſpici. Altera, quod vt totum corpus noſtrum eſt tranſpirabile, ſic totum eſt confluxile. Tertia, exemplo à vaſis vitreis ducto, quæ Gallorum vulgus vini ſcanſoria nominat: ei enim, quod aqua plenum eſt, ſi alte-B rum vino refertum ſubiiciatur, cernere licet, vinum ex inferiore vaſe ſurſum ad ſuperius per mediam aquam ſe traiicere & ſcandere, aquamq; pariter per medium vinum ſic deſcendere, vt ſeſe interim non permiſceant, ſed alterum ſincerum alterius impermixti locum occupet. Hoc arte in rebus ſola natura conſtantibus ſi fit, & oculorum fide conſequimur, in corporibus noſtris, in quibus propter nobilioris animæ præſentiam omnia naturæ opera longe perfectiora ſunt, quid fiet? quid eſt, de quo fieri poſſe in pari caſu deſperes? nonne enim ad inteſtina, renes, lienem, veſicam felleam, vna cum excrementis naturæ impulſu laudabilis ſanguis confluit, quem mox partes ipſæ ad ſui nutritionem ſecernant? Nonne recente et puerperis lac è mammis per vterum diffluit? At eo deuolui id nequit, niſi venarum & arteriarum mammillarium ductibus, qui vteri vaſorum oſculis occurrunt in medus muſculis rectis epigaſtrii. Nihil igitur mirum, ſi Gal. ſententia, pus ſanguini impermixtum à toto corpore per venas & arterias in renes & veſicam confluens, vna cum vrinis repurgatur. Hæc & ſimilia à natura fiunt, non vllo conſilio aut ratione edocta, ſed tantum ſecretricis & excretricis facultatis viribus ſubnixa, & profecto diſſecto illico cadauere animaduertimus, id totum, viſceraque eius omnia omni phlegmones, omni concepti C puris labe vacare.

Hiſtoria.

Qui pus vulnerato brachio manare per vrinas & aluũ poſſit.

Lib. de locis affect. 6. c. 4.

A quibus cauſis externis vrina ſupprimatur: & de ſuppreſſa vrina prognoſi. Cap. L.

MVltæ etiam extrinſecus cauſæ incurrunt, quarum vi vrina poteſt ſupprimi. Eiuſmodi ſunt balneũ, & natatio in frigida: narcoticorum ſupra renum & perinæi ac pectinis regiones diuturnior appoſitio: frigidiorum eſculentorum & poculentorum vſus, aliæque his ſimiles. Quin etiam alicuius lumborum vertebræ ad interiora luxatio, quia neruos inde in veſicam diſſeminatos comprimit. Ideo & ſtuporem veſicæ infert: quo fit, vt vrinæ acrimonia vellicari ſe non ſentiat, ideoque ad excretionem eius non incitetur.

Cur vertebra lumborum ad interiora luxatio iſchuriã inferat.

Cæterum *vndecunque vrina ſupprimitur, ſi ad aliquot dies ea ſuppreſsio perſeueret, mors inde in metu eſſe debet, niſi vel febris, quæ vrinæ materiam conſumat; vel alui fluxus, qui eam diuertat, ſuperuenerit*: Sic enim acrem & venenatam qualitatem acquirit, quæ per venas confluа ſanguinis maſſam prompte inficit, in cerebrumque translata ipſum male afficit, per eam, quæ veſicæ & meningibus intercedit, generis ſimilitudinem & ſympathiam. Ac natura quidem ſi vegeta eſt, per ſeſe illa ſe moleſtia, manifeſta per aluum ex-D cretione, facile explicat: alias calorem febrilem in ſuppetias velut accerſere neceſſe habet, qui redundantem ſeri copiam, vel ſenſibili per ſudores vacuatione foras in cutem ableget, quoniam ſudoris & vrinæ materia eſt eadẽ; vel trãſpiratione, quæ inſenſibilis excretio eſt, in halitus & tenues auras diſſipet.

Cur vrina ſuppreſſa lethalis.

Febrim ſuperuenientẽ eſſe iſchuriæ remedio.

De vrina cruenta. Cap. LI.

N[illegible] [illegible]urum ſanguinem meiunt: alii mixtum: Idq; vel cum vrina, tumq; quod excernitur car[illegible]s mactatarum loturam refert; vel cum pure, eoq; vel ſinceto, vel vrinę permixto. Huius ſymp[illegible] [illegible]ſæ plures eſſe poſſunt, ſcilicet ſanguinis immoderatior in corpore collecta copia, quæ ſolem[illegible] [illegible]odica per menſes aut hæmorrhoidas ſuppreſſá vacuatione, curſum nunc ad renes & veſicam in[illegible] vel vaſis alicuius ab acri humore eroſio: vel ruptio eiuſdem à grauioris oneris geſtatione, ſaltu, ruina ab alto, graui ictu, ponderis in lumbos illapſu, rapidiore in vetedo curſu, venere immoderata, à quauis denique exercitii laborioſi & violentioris ſpecie, à calculo in renibus aſpero & ſpinoſo: ab imbecillitate retentricis renum facultatis, vulnere alicuius partium vrinæ ſeruientium; alimentorũ E & medicamentorum diureticorum & calidiorum, vel etiam vrinariis partibus toto genere contrariorum, vt cantharidum crebriore vſu; his enim & ſimilibus ex cauſis tanta ſæpe in renibus ſuboritur inflãmatio, vt in abſceſſum abire neceſſe habeat, tandemq; rupta vomica, in vlcus, pure per vrinas fluẽte. In tanta cauſarum vrinæ cruentæ varietate, vnde id veniat ſymptoma, colligemus, ex huius aut illius partis actione læſa, ſanguinis manantis conditione, puris ſcilicet aut mixti, idque cum vrina ſola vel pure. Nam exempli gratia, ſi à pulmone, hepate, renibus, vertebris luxans, inteſtino recto, aliave ſimili parte cruenta illa ſanies manat, diſcernere licebit doloris ſitu, & ſymptomatibus, vt febre & doloris proprietate, aliiſque, quæ præceſſerunt, vel adhuc præſentia ſunt. Idipſum & dignoſcemus copia & qualitate: nam ſi ab vlcere, verbi gratia, brachii pus fluat, viciſſitudine quadam ſic nunc per vrinas

Differentia.

Cauſa.

Signa cruenta vrina ab hac aut illa cauſa orta.

fluet purulenta ſanies, vt interim paucum ſit, quod per vlcus redditur: mox contra vlcere multo pure A manante, puriores fundentur vrinæ. Quod à pulmone per empyemata, aut hepate, aut alio ſupra diaphragma poſito viſcere manat, eum vrina pus, & copioſius eſt & vrinæ permixtum exactius, quam id, quod à renibus fluit aut veſica.

Curatio. Curationem vero huius affectus vel aggredi vel exponere non eſt noſtri, id eſt, Chirurgi inſtituti. Id tantum adnotaſſe ſufficiet, quod non ſit ſperabilis huius ſymptomatis, niſi ſublata cauſa, profligatio. Ac ſi quidem aperto vaſe fluat ille cruor, adſtringentibus; ſi rupto, agglutinantibus: ſi eroſo, ſarcoticis ſiſtetur.

De ſignis vlceratorum renum. Cap. LII.

Cur minus fœteat pus a rene manãs, quam a veſica. VRinæ cruentæ cauſas ſpeciatim perſequi non decreueram, tamen, quia quæ à renibus aut veſica vlceratis eſt, frequentius occurrit, propterea viſum eſt mihi, de ea hic paucis agere. Vlceris renum ſigna ſunt, dolor ad lumbos, ſanies vrinæ vtcunq; permixta; nunquam ipſa per ſe, ſed ſemper cum vrina fluens, & in fundo matulæ reſidens ſedimentum ſanioſum & rubrum, carneæ & cruentæ velut fibræ per vrinam innatantes, puris fœtor haud tantus, quam qui à veſica manat vlcerata; quia renes carnoſæ B ſubſtantiæ cum ſint, longe perfectius maturant, ſubigunt & mitificant materiam purulentam, quam veſica, quæ neruoſa eſt & exanguis.

De ſignis veſicæ vlceratæ. Cap. LIII.

Differentia. VLcera in veſicæ fundo fiunt & eius ceruice. Vlceris in veſica exiſtentis ſigna ſunt, profundus ad oſſa pubis dolor: manantis puris ingens fœtor: albæ & tenues pelliculæ per vrinam innatantes. At veſicæ ceruicem cum occupat vlcus, dolor lenior eſt, nec is ante mictionem fatigans, ſed in ipſa mictione & paulo poſt ipſam. Cæterum & huic & illi vlceri commune eſt, vt inter meiendum tenſio virgæ adſit; *Cur pus a veſica vrinæ mixtum perfecte non ſit.* doloris ſcilicet occaſione ab vrina vlceratum locũ præterlabendo abradente: nec vero pus vrinæ mixtũ cernitur, quemadmodum cum ab vlcere partium ſuperiorum venit, quia non ſimul cum vrina, ſed poſt ipſam effunditur.

De Vlceratorum renum ac veſicæ prognoſi. Cap. LIV.

Cur vlcera veſicæ difficilime ſanentur. REnum quam veſicæ vlcera facilius & promptius ſanantur; carnoſa enim exanguibus & neruoſis expeditius coeunt. C Quæ in veſicæ fundo ſunt vlcera, inſanabilia ſunt, aut certe ſanatu difficillima, quia præterquam quod in parte exangui exiſtunt, contentæ vrinæ præſentia aſſidue vellicantur & exaſperantur, nunquam enim vrina tota euacuatur: quod vero à mictione reliquum fit, ab intemperie & partis calore acrius redditur; quia circa id ipſum veſica ſemper cogitur: hæc enim pro contentæ vrinæ ratione dilatatur aut conſtringitur. Itaque per iſchurias videre eſt vrinæ ſæpe duas libras vnico impetu effundi. *Quibus exulcerata veſica contabeſcunt crura, iis mors propinqua eſt. Quæ in his partibus ſuboriuntur vlcera, niſi breui conſolidentur, inſanabilia permanent.*

Quæ ſuppreſſa vrina curatio adhibenda. Cap. LV.

Scopi curationis. IN ſuppreſſa vrina curanda, indicatio ſumenda eſt à natura morbi, & cauſa eius, ſi ſcilicet adhuc præſens ſit, aut non. Sed & partium, quibus læſis iſchuria contingit, diuerſitas remediorum inſinuat varietatem; nec vero in hoc caſu ſtatim ad diuretica, & calculos exterentia, quod pleriq; empyrici factitant, currendum. Hinc enim grauia & maligna ſæpe ſuboriuntur ſymptomata: ſi præſertim ab humore acri, aut ſanguine per contuſionem expreſſo, venere immodica, omniq; vehementiore exercitio, *Ad quam iſchuriã cauſam diuretica non ſint adhibenda.* potione calida & acri ex cantharidibus, mictionis longiore abſtinentia, partium vrinæ dicatarum phlegmone aut vlcere contingat iſchuria. D Nam ſic doloris & inflammationis fit accreſſio, vnde gangræna ac tandem mors. Itaque inconſulto Medico nihil hic tentandum, ne quidem cum ad Chirurgiam ventum fuerit. *Ad quam, & quando adhibenda.* Diuretica enim vix in alia cauſa locum habere poſſunt, quam cum ab arenula aut humore craſſo & viſcido vrinarii ductus obſtructi tenentur, vel natione in frigida, aut narcoticorum ad lumbos appoſitione, quanquam ne hic quidem his ante vtendum, quam vniuerſalia remedia fuerint præmiſſa.

Diuretica v. multis modis exhiberi poſſunt, vt hinc patebit: ℞. *agrim. vrticæ, pariet.* [illegible] *barbentis, an. m. j. rad. aſparagi mund.* ℥ iij. *gran. alkekengi. num. xx. ſeminis maluæ* ℥ ß. *rad. acori.* ℥ [illegible] *ſimul in ſex libris aquæ dulcis ad tertias, deinde coletur*, de ea capiat æger ℥ iiij. cum ℥ j. ſacchari [illegible] bibat ieiuno ſtomacho horis tribus ante cibum. Ad idem valent baccæ hederæ triginta [illegible] in vino albo tritæ, & in potum ægro exhibitæ, horis duabus ante cibum. *Infuſum ex baccis hederæ.* Vtiliter etiam adhibetur ſeminis vrticæ in pollinem redactæ ℨ j. in pulli decocto feſtinanter hauſta, ne ad fauces & gulam adhæreſcens, contacta adurat. Valet ad id etiam decoctum milii ſolis, pimpinellæ, parietar. ſaxifragiæ, rad. petroſelini, aſparagi, acori, bruſci, & ireos propinatum trium aut quatuor vnciarum menſura. E Præ cæteris tamen commendatur ſequens aqua ad ciendam vrinam & infarctos eius meatus expediẽdos, à quacunque cauſa infarcti ſint: ℞. *rad. oſmundæ regal. a ypers, biſmal. gramin. petroſel. fœnic. an.* ℥ ij. *raphani craßioris* *Aqua diuretica.* *in taleolas ſectis.* ℥ iiij. *macerentur per noctem in aceto albo acerrimo, bulliant poſtea in aqua fluuiatilis* ℔. x. *ſaxifrag. criſtæ marinæ, rubiæ tinct. milii ſolis, ſummitatum maluæ, biſmal. an. p. ij. berulæ cuer. rub. an. p. j. Seminis melonum, citruli, an.* ℥ ij. ß *alkekengi gr. xx. glycyr.* ℥ j. *bulliant omnia ſimul ad tertias: in colatura infunde per noctem folior. ſenæ orient.* ℔. ß. *fiat iterum parua ebullitio, in expreßione colata infunde cinam. electi.* ℥ vj. *colentur iterum; colatura iniciatur in alembicum vitreum addendo poſtea terebinth. venetæ lucidæ* ℔ ij, *aqua vitæ*, ℥ vj. *agitentur omnia ſimul diligentiſsime: Lutetur alembicum luto ſapientiæ, fiat deſtillatio lento igne in*

balneo

A *balneo mariæ:vtere in ſequentem modum* : ℞. *aqua ſtillatitia præſcripta,* ℥ ij. *aut* iij. ſecundum operationem quam præſtabit, capiat æger horis quatuor ante paſtum. Vtiliter etiam exhibetur aqua raphani deſtillata in balneo mariæ ad ℥ iij. cum ſacchato: Balnea & ſemicupia artificioſe parata vniuerſum corpus relaxant, remolliunt, dilatant, & aperiunt: itaque commode in exitu balnei aut ſemicupii, diuretica præſcripta cum theriacæ ſemidragma diſſoluta exhibebuntur. Quæ vero ſequuntur deregendis renum & veſicæ vlceribus vtilia putantur. Syrupus capill. vener. roſar. ad vnciam vnam hauſtus, cum hydromelite aut aqua decoctionibus hordei : lac aſininum aut caprinum in hoc etiam affectu commendantur, quia ſeroſa ſui potione vlcera detergent, caſeoſa autem glutinant, debent autem ſumi adhuc ab vbere calentia, cum melle roſato aut pauco ſale, ne in ventriculo corrumpantur, ad quantitatem vnciarum quatuor, nihil deſuper bibendo aut comedendo.

Diureticorũ vſus cur a balneo vtilior ſit.

Ad detergenda renũ & veſica vlcera.

Ad idem valent qui ſequuntur trociſci: ℞. *quatuor ſeminum frigid. maior. ſeminis papauer albi portul. plantag. cydon. myrtil gummi tragacanthæ & arab. pincar. glycyrrh. mund. hordei mund. mucag pſillii, amygdal. dulcium an.* ℥ j. *boli armen. ſanguinis drac. ſpodii, roſar maſtich. terra ſigill. myrrha. an* ℥ ij. *cum oxymelite conficiantur: ſecundum artem throciſci;* capiat æger, ʒ ß. diſſolutam cum ſero lactis, ptiſana, decocto hordei & ſimilibus

B vtiliter etiam diſſoluuntur in aqua plantaginis & in veſicam iniiciuntur. Abſtineat vino æger, atque eius loco vtatur aqua hordei aut hydromelite aut ptiſana confecta ex vncia vna paſſulatum damaſcenarum, ab acinis mund. cum aquæ fluuialis libris quinque, in olla figulino vernice incruſtata, aut phiala vit. e ad conſumptionem libræ vnius incocta: additis mox glycyrrh. raſæ & mundatæ vncia vna ſeminum frigidorum conquaſſatorum dragmis duabus. Totum id poſtquam leniter iterum bullierit, coletur per manicam Hippocratis cum ſacchari optimi quartario vno, & cinnamomi electi dragmis duabus: ſeruetur in potum quotidianum.

Trociſci ad renum vlcera glutinanda.

Potus loco vini.

De Diabete. Cap. LVI.

DIabete *affectus* eſt, *quo ſtatim a potu vrina magna copia confertim redditur*, exolutione facultatis renum retentricis, & deprauatione ſeu immoderatione attractricis. Externæ cauſæ ſunt intempeſtiuus & immoderatior rerum calidiorum & diuretricarum vſus, rapidiusque omne & vehementius exercitium. Internæ ſunt hepatis, pulmonum, lienis, præſertim vero renum & veſicæ inflammatio. Diſtinguendus diligenter hic affectus à critica cauſarum morbificarum per vrinas excretione. Lumborum in hoc affectu dolor pungens & mordax adeſt, ſitisque aſſidua & inexhauſta, ac quamuis ab intemperie calida id

C malum ſit, haud tamen vrinæ tinctæ, rubræ, turbidæ, aut craſſæ funduntur, ſed tenues & albæ, ſeu aqueæ, quia ſcilicet eius materia exiguam admodum in ventriculo, hepate, & vena caua moram trahit, renum ſtatim aut veſicæ ardore pertracta. Si diutius perſeueret affectus, alimenti defectu contabeſcit æger, vnde certa mors. Ad tanti mali curationem, purganda materia eſt, quæ phlogoſim aut phlegmonem facit, & fouet, ſanguiſque mittendus. Abſtinendum à quatuor ſeminibus frigidis: Nam etſi prima qualitate proſint, diuretica tamen vi nocent, præſcribenda alimenta refrigerantia & adſtringentia, quæque craſſos ſuccos gignunt, vt oryza, vinum craſſum & adſtringens, multa aqua temperatum. Valde frigida, imo narcotica lumbis admouenda: alias enim per muſculorum lumbarium craſſitiem, niſi ſumme refrigerantium vis ad renes peruenire non valebit; huius generis ſunt oleum papaueris albi, hyoſcyamus, opium, ſemen portulacæ, lactucæ, mandragora, acetum, & ſimilia, ex quibus cataplaſmata, litus & vnguenta concinnabuntur, partibus roborandis, & earum ardori corrigendo idonea.

Quid diabete.
Cauſa.
Signa.
Cur diabeticorum vrina aquoſa.
Curatio.
Narcotica lumbis admouenda.

De Stranguria. Cap. LVII.

STranguria *affectus* eſt *quodammodo affinis diabete, quo ſcilicet non confertim, ſed guttatim, aſſidue, & cum do-*

D *lore, præter voluntatem redditur vrina.* Stranguriam excitant cauſæ externæ, vt frigidæ potus nimius, moraque omnis nimia in loco frigido: internæ, vt frigidorum humorum in vrinarias partes defluxus: hinc enim quadam paralyſi reſoluuntur, veſicæque ſphincter relaxatur, adeo vt vrinam ex animi ſententia nequeat retinere : inflammatio quoque, imo & omnis intemperies hunc affectum inuehit, & quicquid vrinæ meatum quadam ex parte obſtruit, vt ſanguinis grumus, pituita craſſa, arenula & ſimilia. Ac quoniam Galeni ſententia. *Omnis intemperies hunc affectum inuehere poteſt*, varia remedia pro intemperiei ratione paranda erunt. Ergo aduerſus frigidam intemperiem comparandi fotus ex decocto maluæ, roſar. orig. calament. & ſimilium, pudendiſque partibus adhibendi, ſubiuncto mox litu ex oleo laurino, de caſtoreo & ſimilibus: Præſcribendum in potu vinum generoſum & purum non in hac modo cauſa, ſed & quando ſtranguria venit obſtructionis occaſione, quam humor craſſus & frigidus pepererit, ſi modo corpus non ſit plethoricum. At ſi inflammatio cum plethora id mali genus inuexerit, ipſi, ſanguine ſecta vena miſſo, Galeni conſilio medebimur. Si vero obſtructio in cauſa ſit, rolletur ea diureticis, vel calidis, vel frigidis, pro materiæ obſtruentis conditione.

De dyſuria hic nihil dicimus, quia eius remedia eadem genere ſunt cum his, quæ ad iſchuriam ſeu vrinæ ſuppreſſionem adhibentur.

Quid ſtranguria.
Cauſa.
Com. ad aph 15. ſect. 3.
Ad aph. 48. ſect. 7.

E

De Colico affectu. Cap. LVIII.

QVandocunque obſtructis ſeu aliter affectis inteſtinis fæces exitu prohibentur, *ſiquidem vitium in tenuibus ſit inteſtinis*, Voluulus, Ileos & Miſerere mei affectio nuncupatur : Si vero in craſſis, colica paſſio dicitur à parte affecta, quę eſt colon, id eſt, continuitas craſſorum inteſtinorum, maxime vero ea inteſtinorum craſſorum portio, quæ colon proprie & ſpecialiter nominatur. Itaq; iure Auicennę colica paſſio definitur, *Dolor inteſtinalis in quo difficulter fæces per anũ excernuntur*. Paulus Ægineta colicę paſſionis

Quid ileus
Quid colica paſſio.
Cauſa eius quæ.
Lib. 3.
Lib. 3 c. 43

A

cauſas omnes, quam variæ ſunt, ad quatuor reuocat: nempe humorum tunicis inteſtinalibus impactorum craſſitiem; flatus exiti prohibitos; inteſtinorum inflammationem; humorum denique acrium & mordacium collectionem: nos tamen ſingulas ſpeciatim perſequemur. Humorum craſſitiem, flatuſq; in inteſtinis colligunt eædem fere cauſæ, nempe ciborum flatuoſorum, & pituitoſorum lentorum, ac viſcidorum vſus, imo etiam eorum, qui boni ſunt ſucci, ſi modo mulri & varii generis illi, eadem cœna, & maiore, quam par eſt, copia, iu ventrem demiſſi fuerint. Hinc enim cruditas & obſtructio, tandemque flatuum collectio, á quibus tenſiuus excitatur dolor. Huius etiam ſpeciei colicam inuehit crudorum fructuum vſus, ac frigidior potus, præſertim quando quis ab exercitio, aut alio quouis modo plus æquo incaluerit, hauſtus: ſic enim ventriculo, & huic continuata inteſtina refrigerantur, humoresque & fæces contentæ congelantur, & illigantur.

Colica nephritica ratio.

Quæ ex nephritide venit colica affectio, fit per ſympathiam dolentium renum à calculo aut arenulis, in renibus aut vreteribus concluſis. Itaque tum vna ægrum dolor exercet ad coxam & lumbos, quia calculi aut arenularum pondere premuntur nerui, qui à lumbotum vertebris orti, circa coxæ articulum in muſculos lumborum & femoris diſſeminantur. Dolent quoque vreteres (nihil eoim aliud hi eſſe videntur, quam nerui quidam caui) & cremaſteres muſculi, adeo vt ægris ſurſum magna vi conuelli videaotur teſticuli:

Vomitus in colica cauſa.

B

Hinc vomitus ingens, pituitoſus, ac bilioſus, vniuerſique corporis ſudor, quæ omnia non ante deſinunt, quam calculus, aut arena in veſicam deturbata fuetint. In hoc vero affectu contingit vomitus, quia ventriculus, propter continuitatem & vicinam, quæ illi cum inteſtinis intercedit, inteſtinis ipſis compatitur & condoler. Eſt enim præterea ventriculus eiuſdem cum inteſtinis generis ſeu materiæ, vt inteſtina nihil alind eſſe videautur, quam ventriculi quædam productio. Itaque ſi quando quod in renibus, vreteribus, inteſtinorum tunicis, meſenterio, pancrea, hypochondriis moleſtum præter naturam concluditur, natura excernere conetur, colicum dolorem infert, cum cruciatu & vomitu.

Qui intemperies calida colicam faciat.

Colicam etiam paſſionem infert intemperies calida & ſicca, punctorii & mordacis doloris procreatrix, reſiccando fæces inteſtinis concluſas, ſimul & abſumendo velut congenitos eius loci humores ad lubricanda inteſtina comparatos. Idem facit acris, viſcida & lenta pituita.

Inteſtinorũ contorſio & complicatio colica cauſa.

Eſt & alia colicæ paſſionis cauſa minime adeo vulgaris, contorſio ſcilicet inteſtinorum, quando nempe ſic intorquentur, implicantur & reduplicantur inteſtina, vt ipſorum velut nodis vinctæ fæces, foras excerni nequeant: quemadmodum manifeſte contingit in Enterocele ex inteſtini in ſcrotum prolapſu. Similiter & vermes in colo geniti, dum vibrato complexu ſe mutuo implicant, ſimul ipſum colon contorquent, & ſibi ipſi implicant.

C

Diuturnior etiam fæcum in inteſtinis mora ſeu proprio ægri calidioris & ſiccioris, ſeu diætæ vitio contigerit, id eſt, ciborum ſicciorum, exercitiorum & laborum ſole ſub ardenti, ſeu negociorum magnitudine alio verſa meote, colicam inuehit affectionem, cum capitis dolore, & vaporum ſurſum elatorum copia.

Hiſtoria.

Memini à me olim diſſectum cadauer pueri duodecim annos nati, cui inteſtina multis velut cohibitarum duriorum & ſicciorum fæcum nexibus erant implicita, cum ipſas paulo ante mortem ore redderet, quæ illi interitus cauſa extitit, cum remediis opportune exhibitis prouiſum non fuiſſet. Atque hæ ſunt colicæ affectionis ex veterum & recentiorum Medicorum ſententia cauſæ: de quarum ſignis ſigillatim nunc agendum videtur.

Signa quib. intelligamus colicã ab hac aut illa cauſa manare.

Colicam nephriticam ægrum diuexare intelliges, ex dolore fixo, & vno velut loco, renum ſcilicet coercito, ex anteacta vita, ſi ſcilicet æger calculos aut arenulas olim cum vrina excreuerit, & iſchii & teſtium ob commemoratas ante cauſas dolore, ex eo denique, quod æger egeſturit & micturit: quia ſcilicet naturæ in renibus exiſteutis ad excernendum calculum ſummus & laborioſus conatus, ſympathia quadam propagatur, & pari ſtudio vicinarum partium excretrices facultates concitat ad ſuum quæque opus. Colicæ flatuoſæ ſigna ſunt tenſiuus dolor, qualis eſſet laniatis inteſtinis, cum alui totius murmure & borborygmis. Certe concluſi eiuſmodi flatus aliquando tanta vis eſt, vt crepent, rumpanturq; inteſtina, haud ſecus, quam nimio flatu diſtentis fibris veſica ſuilla: Quod cum contingit, moritur æger, cum multo vomitu, quod flatibus preſſus ventriculus nihil ciborum continere & complecti poſſit.

D

Quæ à cohibitis diutius fæcibus eſt colica, cum alui eſt pondere & dolore, inteſtinorum tenſione, cephalalgia, alui palpabili duritie, & ægri querela à multo ſe tempore aluum uon exoneraſſe conquerentis. Quæ ab inflammatione eſt bilioſa, caloris ingentis ſenſum & pulſationis exhibet in media aluo, propter venas & arterias, quæ ſunt in pancrea & inteſtinorum tunicis: reliqua denique ſigna adſunt phlegmones: quanquam etiam à pituita ſalſa, acri & viſcida, quam natura neque vomitu ſurſum, neque torminibus deorſum excludere poteſt, illa ſuborirur velut inflammatio: cum hac non raro vrinæ adeſt difficultas, quod inflammato recto inteſtino ſocietatis & viciniæ iure veſica comprimitur.

Hernioſis quæ ſæpe mortis cauſa.

Quæ à contorſione inteſtinorum eſt colica, prodit ſe doloris acerbiſſimo cruciatu, ex eo nato, quod debito & ſuo ſitu ac loco non ſint inteſtina, & quod fæces diuturniore illic mora calorem præter naturam acquirant: hæcque cauſa necis pleriſque hernioſis exiſtit, quod ſcilicet à naturali loco in ſcrotum, præter naturam locum, delapſum inteſtinum reduplicatur, & tanquam vinculo conſtrictum illic tenetur: ex quo fæces induratæ acrius incaleſcentes inflammationem faciunt, ac ſuſcitatis de ſe flatibus diſtentionem per omnia inteſtina augent, donec tandem ſuborto lethali ileo per os redundent.

E

Auic lib. 3. Hip. aph. 10. ſect. 4.

Quod ad prognoſim ſpectat, bonum eſt in colico affectu dolorem non eſſe fixum, ſed vagum; bonum item, fæces haud penitus ſupprimi. Mala vero, quæ hic apparent, ſigna, vel difficilem, vel lethalem affectum pronuntiant. Lethalem quidem, dolorum cruciatus intolerabiles, vomitus aſſidui, ſudor frigidus, extremitatum perfrigeratio, ſingultus ventriculi cum inteſtinis, ſympathia, phrenitis cerebri cũ ſtomacho, ſæpe & conuulſio, materiæ in neruos raptu. Cæterum *quibus tormina & circa vmbilicum labores, & lumborum dolor, qui neq; a medicamento, neque aliter ſoluitur, in aquam inter cutem finitur.*

Curatio

A Curatio pro cauſarum varietate varie eſt inſtituenda. Nam quæ nephritica eſt colica, remediis nephritidi propriis curationem recipit. Quæ enterocceles venit occaſione, ſola inteſtini repoſitione ſanatur. Quæ à vermibus ſuſcitatur, remedia requirit necandis & deturbandis vermibus idonea. Quæ vero eſt ab inteſtinorum & ventriculi debilitate & refrigeratione, calefacientibus & roborantibus, tũ admotis, tum ſurſum, deorſum que ingeſtis curabitur. Eius, quæ à pituita viſcida & flatibus eſt, curandæ initium à doloris mitigatione ducendum erit, quandoquidem nihil ſit, quod vires æque deiiciat, quam dolor. Itaque paranda erunt balnea, ſemicupia, fomenta ex malua, biſmalua, violaria, pulegio, fœniculo, origano, ſeminibus lini, fœnugræci, floribus chamemeli, meliloti, aliiſque eiuſmodi: quibus vis ineſt calefaciendi, reſiccandi, attenuandi & rarefaciendi cutem, quo diſſipentur flatus. Cæterum talia omnia actu calida eſſe oportet. Inſtituendi etiam erunt alui litus ex *olei chamem. aneth. but. recent. an. ℥ j. ſem. apii. petroſ. & galang. an. ʒ ß. cum aqua vit. & portiuncula olei ſaluiæ aut thymi per quintam eſſentiam extractorum*. Qui ſequitur litus valde probatur Hollerio: *℞. olei rut. & nardi an. ʒ vj. galba. cum aqua vit. diſſoluti ʒ ij. liqueſactis ſimul, adde zibetæ g. iiij. croci g. vj. fiat linimentum.*

Curatio.

Semicupia & fomenta anodyna.

Apponentur & ſacculi ex milio, auena & ſale in ſartagine frixis, cum vini albi tantillo calide ſupra B aluum, & iſchion: & antequam refrixerint, renouabuntur.

Litus carminatiuus

Sacculorum loco licebit vſurpare veſicas bubulas, ſemiplenas decocto rerum reſoluentium, vt ſaluiæ, roſ. thym. lauẽd. bacca. lauri, & ſimiliũ. Hinc inicietur clyſter ſeq. formæ *℞. quatuor herb. remol. an. m. j. orig. puleg. calamen. an. m. ß. aniſi, carui an. ʒ j. flor. anet. an. ℥ j. bulliant in hydromele ad ℔ j. in qua diſſolue bened. laxat. mellis anthoſati, ſac. rub. an. ℥ j. olei anet. & chame. an. ℥ ß. paretur clyſter pro duabus iniectionibus*: repleta enim inteſtina, ſolitam clyſteris doſin capere nequeunt. Qui ſequitur clyſter valde etiam probatur: *℞. vini maluat. & olei nucum an. ℥ iij. aquæ vit. ʒ j. olei iuniperi & rut. per quintam eſſentiam extractorum an. ʒ iij. iniciatur*, quam calidiſſime æger ferre poterit Hoc clyſtere dolores intolerabiles à flatu & pituita contumaci, ſæpe quaſi miraculo ſedaui. Præſcribit Auicennas clyſterem carminatiuum ex hyſſopo, origano, acoro, ſemine aniſi, ciperi.

In colica clyſterũ quantitas minor eſſe cur debeat.

Æger cibis nutriatur boni ſucci, & coctu facilibus, iuſculis, in quibus diſſoluti fuerint ouorum vitelli, crocus, & herbæ calefacientes, cũ nuce moſchata. Bibat vinum generoſum, aut maluaticum, aut hypocraticum, ex vino generoſo mixtum vt ſic incaleſcant ventriculus & inteſtina, nam Galeni ſententia, *Omnis flatus caloris infirmi eſt ſoboles*. Quod ſi dolor perſeueret, applicanda eſt vmbilico ingens cucurbitula, ad eliciendos & diſſipandos flatus: conſtringenda aluus validis & latis faſciis, ad roboranda C inteſtina, & depellendam flatuum materiam. Id remedium ab ipſa natura edocti ſibi adhibent ægri, dum nemine monente manibus aluum in doloris acerbitate comprimunt. Quod ſi ne ſic quidem dolor ſedatur, veniendum erit ad ea medicamenta, quæ occulta operantur proprietate, vt inteſtinum lupi reſiccatum, huius enim dragma in pollinem redacta vtiliter cum vino propinatur.

Remedia à proprietate.

Colica biliosa curatio.

Colica vero biliosa quam parit inflammatio, contraria remedia flagitat, nempe phlebotomiam & victum refrigerantem: potiones ex diacatholicone & caſſia diſſolutis in decocto hordei: clyſteres item refrigerantes. Auicenna præſcribit narcotica, quia frigida cum ſint, cauſæ morbificæ calidæ & ſiccæ contrariantur: eiuſmodi ſunt pilulæ de Philonio. Vſurpantur & pilulæ ex hyerapicra doſi ℈ iij. cum opii & crocian. g j. Inſtituuntur & balnea ex aqua dulci, in qua coxerint malua, biſmalua, violaria, flores nenuph aris, lactuca, portulaca, ad corrigendam biliosorum & calidorum humorum, vnde morbi & ſymptomatis occaſio eſt, acrimoniam.

Quæ huic ſimilis à pituita ſalſa, acri, craſſa, & viſcida fit affectio colica, curatur attenuato prius humore, fuſo, tandemque deturbato remediis calidis, ore, anoque ingeſtis & appoſitis, ex docti Medici præſcripto.

Curatio colica a pituita ſalſa acri & viſcida.

D At eam, quæ fit ab induratarum fæcum ſuppreſſione, & inteſtinorum reduplicatione, curat Auicenna alimentis, quibus remollienda alui vis inſit: eiuſmodi ſunt iuſcula humectantia, quale eſt, quod paratur ex gallo decrepito, flagris & curſu laſſato, elixo cum anetho, polypod. & pauco ſale ad oſſium ſeparationem. Curat & clyſteribus detergentibus, qualis eſt, qui ſequitur: *℞. betæ alth. an. m. j. furfuris p. j. ficus nu. x. fiat decoctio ad ℔ j. in qua diſſolue mel. & muria an. ℥ ij. ſacch. rub ℥ j. olei ſeſamini ℥ ij.* At ſi obſtinctio fuerit contumacior; vtendum erit validioribus ex cyclamine, centaurio & hiera diacolochint. ad ʒ ij. Quod ſi nihilominus perſeueret obſtructio, adeo vt fæces per os redundent, Marianus Sautus ſuadet, (multorum conſilio, qui ſic ſe à lethali vindicarunt ſymptomate) haurire *cum ſola aqua* argenti viui libras tres: Pondere enim hydrargyri explicatur duplicatum ac vinctum inteſtinum, deprimuntur ac detruduntur fæces, necanturque vermes, qui illi reduplicationi cauſam præbuerunt. Narrauit mihi Ioannes à S. Germano Pharmacopola fideliſſimus, vidiſſe ſe nobilem quendam, qui cum nullis remediorũ à doctis medicis præſcriptorum machinis doloris colici acerbitate liberari poſſet, tandem Germani cuiuſdam amici ſui conſilio, hauſtis olei amygdalarum dulcium ſine igne extracti ℥ iij. cum vino albo, & aqua parietariæ mixtis, deinde deuorata glande plumbea argento viuo illita, eademque mox ano red-E dito, cruciatu colico plane ſit liberatus.

Curatio colica ab induratis fæcibus & inteſtinorum reduplicatione.

Hydrargyri vſus in explicando complicato inteſtino. Hiſtoria.

De Phlebotomia. CAP. LIX.

PHlebotomia *venæ inciſio eſt, ſanguinem cum reliquis humoribus euacuans*: ſic enim arteriotomia, arteriæ inciſio eſt. Primus phlebotomiæ ſcopus eſt, ſanguinis quantitate peccantis euacuatio: quanquam Medici etiam ſæpe ſcopus eſt, eum, qui qualitate aut vtroque modo peccet, ſanguinem ſecta vena detrahere. Repletio, quam quantitas parit, eſt duplex, vna ad vires, venis non alioqui admodum tumentibus. Hæc infirmos, debileſque homines reddit: natura id humorum qualecunq; eſt, fere haud valente.

Quid phlebotomia.

Vſus.

Plethora duplex. Signa.

valente. Altera eſt ad vaſa, quæ ita dicitur comparatione ad ſanguinis copiam, quantumuis eam vires A
alacriter ferre valeant. Per hanc repletionis ſpeciem vaſa ſæpe rumpuntur, adeo, vt æger ſanguinem
ſpuat, vomat, de naribus, vtero, hæmorrhoidibus, varicibus fundat aut meiat. Quæ ad vires eſt reple-
tio, cognoſcitur totius corporis grauitate, & laſſitudine: quæ vero eſt ad vaſa, ipſorum diſtentione &
plenitudine. Vtraque vacuatione indiget.

Quinque mittendi ſanguinis ſcopi.

Cæterum ob quinque omnino ſcopos ſanguis ſecta vena detrahitur. Primo, ad minuendam ſan-
guinis copiam, vt in plethoricis, & his, quos etiam citra plethoram inflammatio exercet. Secundo, ad
diuertendum ſeu reuellendum, vt quando ad hæmorrhagiam è ſiniſtra nare ſiſtendam dextri brachii
vena ſecatur. Tertio, ad alliciendum & attrahendum, vt cum ſecta in malleolo ſapheia, menſes mulie-
ribus prouocamus. Quarto, ad alterationem, ſeu alterius qualitatis introductionem, vt quando in fe-
bribus acutis venam aperimus ad eum, qui in vaſis feruet, ſanguinem vacuandum, & eum, qui supereſt,
refrigerandum. Quinto, ad imminentes morbos præcauendum, vt quando Vere & Autumno homini-
bus cruentæ ſpuitioni, anginæ, pleuritidi, epilepſiæ, apoplexiæ, maniæ, arthritidi obnoxiis ſecta vena ſan-
guinem detrahimus, aut vulneratis ad præcauendam, quæ in metu eſt, inflammationem.

Antequam ſanguis mittatur, ſi quæ vetuſtæ fæces in inteſtinis ſubſint, blando clyſtere, ſuppoſito- B
rio aut nodulis vacuandæ ſunt, ne aliquam inde impuritatem in ſe tranſumant venæ meſaraicæ.

Quibus ſanguis haud detrahendus.

Senibus niſi præſens aliqua neceſſitas cogat, ſanguis non eſt detrahendus, ne qui in ipſis languet
calor natiuus, ad extremum debilitatis deducatur, ipſorumque ſubſtantia inareſcat: neque item pueris,
exolutionis virium metu, propter ſubſtantiæ ipſorum mollitiem, & habitus raritatem. Detrahendi ſan-
guinis quantitas ex ægri viribus & morbi magnitudine expendenda eſt: itaque ſi æger debilis eſt, & ma-
gnam vacuationem morbus poſtulet, partim ſanguinis detractionem oportebit, etiam diebus aliquot
interpoſitis. *Poſteriorem capitis partem dolenti vena in fronte ſecta prodeſt*: ante tamen partem aqua tepida fo-
uemus, quo cutis mollior ſit, & ſanguis maiore copia in venas trahatur. In angina tranſuerſim, quæ ſub

Quibus in affectionibus phlebotomia ſit neceſſaria.

lingua ſunt, venæ aperiri debent, nullis ceruici iniectis vinculis, ſtrangulationis metu. *In omnibus morbis,
qui ſpiritum ſeu anhelitum præcludunt, & vocem aut fandi potentiam adimunt, phlebotomia neceſſaria eſt: quemad-
modum in omnibus ex graui & alto lapſu, aut ictu contuſionibus, in apoplexia, angina, & febre ardente, etiamſi vires
valida non ſint, nec quantitate aut qualitate ſanguis in vitio ſit*: in febris vigore ſanguis non eſt mittendus. Ple-
rique à remotiſſimis affectæ & inflammatæ parti venis, ſanguinem detrahendum putant, quod ſic hu-
morum curſus diuertatur, ſecta contra proxima vena humores in partem affectam magis attrahantur, C
oneris & doloris incrementum facturi. Sed erroris plena eſt iſta opinio, ſecta enim vena proximâ ſem-
per partem euacuat & exonerat: nec vero ſemel affectæ partis venæ & arteriæ, à me apertæ ſunt, vt ma-
nuum ac pedum in chiragra & podagra: temporum in hemicrania: quo facto ſemper ſecuta eſt dolo-
rum ſedatio, quia vna cum detracto ſanguine arthritidis virus, feruidique ſpiritus cephalalgiæ autho-

Li. 13 meth. cap. vlt.

res euacuabantur. Sic enim Galenus iubet temporum arterias ſecari fluxione magna & contumaci in o-
culos irruente aut cephalæa infeſtante,

Quæ vena ſecanda, & detrahendi inde ſanguinis ſit ars. CAP. LX.

Ægri collocatio. Frictio brachii.

PRimum eſt, vt quam optio in ſitu & ſtatu æger collocetur, nempe in lecto, ſi debilis ſit: in cathedra
vero, ſi validus: ſic tamen, vt vicinum lumen recta aperiendæ venæ affulgeat. Tum Chirurgus manu
vel linteo calente brachium fricabit, vt ſanguis copioſior in venam veniat. Tum venam ipſam paulo
ſupra deſignatum apertioni locum vinculo deligabit, & à ſubiecta parte ſanguinem ſurſum vinculum

Deligatio ante venæ ſectionem.

verſus regeret: ac ſi brachium dextrum eſt, id ſiniſtra manu ſua comprehendet. Si vero ſiniſtrum dextra,
preſſa interim paulo infra futurum ſectionis locum pollice vena, ne ipſa fluctuet, & vt regeſto ſanguine D
amplius intumeſcat. Hinc vngue cuti impreſſo vulnerandum locum deſignabit, deſignatumque buty-
ro vel oleo oblinet, quo relaxetur cutis, faciliusque ſubeat ſcalpellus, ac proinde minus dolorifica ſit
ſectio: ſcalpellum pollice & indice tenebit, nec propius nec longius à mucrone, reliquis tribus digitis æ-

Cur non ad æque baſilica & mediana ſecantur, quam cephalica. Deligatio poſt venam ſectam.

gri brachio innitetur, quo tota manus firmior ſit, certior & minime tremula. Tum demum inciſione
pro vaſis magnitudine, & contenti ſanguinis craſſitie mediocri, nonnihil obliquata, venam aperiet, vi-
tata diligenter arteria, quæ ſub baſilica; & neruo, aut bicipitis muſculi tendine, qui ſub mediana latet.
Nam quod ad cephalicam attinet, nihil eſt metuendum periculi. Detracto quod ſatis eſt, pro Medici
arbitrio, ſanguine, vinculum reſoluet, & tenui ſplenio ſuppoſita, faſcia vulneratum locum deligabit ad
ſiſtendum ſanguinem: nec arctior, nec laxior erit deligatio, ſic nempe, vt ægro libertas adſit flectendi &
extendendi brachii. Itaque dum ea fit, haud expotrectum, ſed leniter inflexum brachium ſit, alias non
eſt futura libera inflexio.

E

Scal-

Scalpelli vena ſecandæ idonei effigies.




De Cucurbitulis. Cap. LXI.

APponuntur cucurbitulæ, quando præſertim materia coniuncta, & parti alicui impacta vacuanda eſt, tumq; maxime ſcarificationi poſt cucurbitulas locus eſt: quanquam etiam reuulſionis & deriuationis ergo apponuntur. Nam cum humor perennis defluit in oculos, ſcapulis cum magna flamma applicantur, ſic enim validior, & maior ſequitur attractio. Sub muliebribus etiam mammis apponuntur, ad menſes immoderatius fluentes reuellendos: femoribus vero ad eoſdem prouocandos. Demor- *Quis cucurbitularum vſus.*
B ſis præterea à venenato animante, & bubone, ac carbone peſtifero occupatis membris, ad venenum intus foras eliciendum. Nam (vt inquit Celſus) *cucurbitula, vbi inhæſit, ſi conciſa ante ſcalpello cutis eſt, ſanguinem extrahit; ſi integra eſt, ſpiritum.* Apponuntur etiam ventriculo cucurbitulæ, quãdo craſſior aliquis & nebuloſus flatus inteſtinis, aut muſculorum epigaſtrii membranis concluſus, cholicum cruciatum inferens, reſoluendus eſt. Sed & hypochondriis, quando flatus in hepate, aut liene, ſubiectum viſcus in tumorem attollit, aut immoderatior per nares ſanguis fluit. Renibus quoq; & abdomini, qua parte decurrunt vreteres, ad calculum, in media primave vreterum via reſtitantem, in veſicam præcipitandum. Maiores minoreſve cucurbitulæ eliguntur, pro partis & materiæ contentæ conditione. Quibus vero locis hæ propter amplitudinem apprimi nequeunt, licebit cornicula in eundem vſum aptare. *Lib. 2. cap. 1.* *Cornicula cucurbitula vicaria.*

Cucurbitularum diuerſa magnitudinis effigies, cum exiguis in ventre foraminibus, quæ cera occluſa erunt, dum parti apprimentur. Recludentur vero, vt ſubeunte aere facilius auellantur.

C



D


E

Multi generis cornicula, cum ſcarificatoribus, & ſcalpellis. A



Cornicula, quæ ſine igne ſola ſpiritus per ſummum foramen reuocatione ex ſubiecta parte attrahunt.

B



C

De ſanguiſugis, & earum vſu. CAP. LXII

Hirudinum vſus. QVibus in corporis locis cucurbitulæ & cornicula conſiſtere nequeunt, in his vt plurimum ſanguiſugę applicantur, vt ano ad venarum hæmorrhoidalium tunicam perrumpendam, oſtio vteri, gingiuis, labris, naſo, digitis. Poſtquam hirudo cruoris plena deciderit, ſi maiorem ſanguinis vacuationem morbus poſtulet, locusque affectus patiatur, apprimendæ ſunt cucurbitulæ aut cornicula, vel aliæ hirudines ſubſtituendæ. *Vtendi modus.* Si manu nuda tractantur hirudines, redduntur iracundiores & faſtidioſæ adeo, vt dedignētur carnes amordere. D Quare linteo albo & mundo comprehendendæ, & cuti leniter ante ſcarificatæ, vel alterius animalis cruore oblitæ applicandę erunt. Sic enim auidius & plenius eum cute carnem morſu prehendent. Vt excidant, caput puluere aloes, ſale aut cinere aſpergitur. *Vt hirudo excidat.* Si quis ſcire volet, quantum ſanguinis hauſerint, mox vt cutem dimiſere, conſpergantur ſale in pollinem redacto: Sic enim quicquid cruoris hauſerunt, irritatæ reuomunt. Si pluſquam capere poſſunt ſanguinis, ipſas haurire vis, caudam, dum ex amorſa carne adhuc pendent, præſcinde, ſic enim ſugendi finem non faciunt, quia quantum ſugitur, tantum effluit. Hirudo ſuctu ſuo non à parte modo ægra, cui applicatur, ſed etiam è vicinis & diſtantibus partibus attrahit: Ipſa enim dilapſa multus adhuc multo tempore ſanguis non facile ſiſtendus ſtillat, quod ex ſcarificatu poſt appreſſas cucurbitulas aut cornicula non contingit.

Hirudines etiam a longinquo trahere. Si poſt dilapſam hirudinem ſanguinis ſtillicidium ſiſti nequit, dimidia faba vulneri eſt apprimenda, donec per ſe hæreat, ſic enim ſiſtitur. Vtiliter etiam linteum vſtum apponitur cum ſplenio & decenti deligatione.

FINIS LIBRI DECIMISEXTI. E

DE AR-

A

DE ARTHRITIDE.

LIBER DECIMVSSEPTIMVS.

Arthritidis deſcriptio. CAP. I.

B

ARthritis *morbus eſt, articulorum ſubſtantiam occupans, & deſtruens, materia virulenta, quatuor humoribus comitata illapſu & collectione.* Arthritidis ſeu articularis morbi nomen generale eſt ad detentum quemlibet articulum: varia tamen in variis partium articulis ſpeciatim nomina ſortitur, vt quæ in maxillæ articulum irruit, Siagonagra nominatur, quia Græcis Siagon maxilla dicitur: Quæ collum, Trachelagra, quia Trachelos Græcis Ceruix eſt: Quæ ſpinam dorſi Rhachiſagra, ſpina enim dorſi Rhachis eſt: Quæ ſcapulas, Omagra, quia humeri cum ſcapula articulus Omos dicitur: Quæ iugulorum articulos, Cleiſagra, quia Cleis Clauis ſeu iugulum Græcis nuncupatur: Quæ cubitum, Pechyagra, nam Pechys Cubitus eſt: Quæ manus, Chiragra: quæ coxam, Iſchias: quæ genu, Gonagra: quæ pedes, Podagra: quia Cheir, Iſchion, Gony, & Pous, Graiis Manus, Coxa, Genu & Pes dicuntur. Vbi magna ſubeſt humorum in corpore copia, & ſedentariam vitam æger degit, non vnus aliquis, ſed omnes ſimul corporis articuli arthritide infeſtantur.

Quid arthritis.

Particulares arthritides.

C

De Arthritidis cauſis occultis. CAP. II.

HVmor, qui Arthritidem committit, non notioris naturæ eſt, aut magis effabilis, quam qui peſtem, veneream luem, aut epilepſiam facit. Eſt enim alterius plane generis & naturæ, quam is, qui phlegmones, œdematis, eryſipelatis, aut ſcirrhi author eſt: nunquam enim ad ſuppurationem peruenit, vt ait Aetius, reliquorum humorum inſtar, non tam, vt ego arbitror, quod in partes incidat exangues, quam occultæ cuiuſdam malignitatis occaſione. Adde, quod qui tumores commemoratos committunt humores, cum in partem aliquam influxerint, ne tum quidem cum in pus vertuntur, tam acres dolores cient, atq; is, qui arthritidem facit, vtpote cuius dolorifici morſus longe ſunt acriores, quam eius, qui cancrum excitat vlceratum. Præterea illi humores cum alia ex cauſa in articulos incidũt, haud vnquam in nodos abeunt; ſolus is, qui arthritidem in articulis facit, poſtquam eo illapſus fuerit, tandem in nodoſum quid ac veluti gypſeum nullis remediis expugnandum induratur. At cum partibus, per quas decurrit, minime noxius ſit, haud magis, quam materia, quæ ab inferioribus partibus ſurſum ad cerebrum irrepens epilepſiam facit, ſimul atq; in articulorum ſpatia incidit, extremos dolores ciet, alias

Lib. 12. c. 12.

Arthritidis ad epilepſiã proportio.

D

cum caloris, alias cum frigoris ſenſu. Nonnullos enim videas arthriticos, qui ſibi dolentes articulos vri dicunt, alii, quibus iidem quauis glacie frigidiores videantur, ſic, vt ex animi ſententia ſatis calefieri nequeant: imo videre nonnunquam licet in eodem arthritico corpore, dextræ partis articulos velut ardoribus extorreri, ſiniſtræ vero frigore torpere: vel etiam in eodem latere genu calida intemperie, pedis vero articulum frigida diuexari. Denique dierum quadam ſucceſſione intemperierum fieri ſucceſſionem, vt hodie calida, cras frigida intemperie iidem articuli laborent, vt nihil mirum eſſe debeat, ſi aduerſus eundem, eiuſdem partis & corporis morbum, nunc calida, nunc frigida à Medicis præſcribantur. Fit etiam nonnunquam, vt huius humoris malignitas, non modo remediis non cedat, ſed irritetur & efferetur potius: adeo, vt ægri ſibi longe melius eſſe dicant, non appoſitis, quam appoſitis remediis. Rebus enim omnibus rite & ex ratione factis, certis tamen periodis per paroxyſmos redit malum, ex quo ab Horatio dictum eſt:

Mira arthritidis varietas.

Qui cupit, aut metuit, iuuat illum ſic domus aut res,
Vt lippum picta tabula, fomenta podagram.

Lib. 1. Epiſtolarum Epiſtola 2. ad Lollium circa finem.

Certe quibus hæreditarius eſt hic morbus, non magis ex eo conualeſcere, & plane liberari poſſunt, quam quibus in nodos morbi materia concreuit. At id ſcitum eſt ex Ouidio:

E

Tollere nodoſam neſcit medicina podagram.

Hæ rationes perſuaſere multis, eſſe incognitam huius mali eſſentiam; virus enim quoddam occultum, & inexplicabile, tantæ malignitatis & contumaciæ authorem eſſe. Quod videtur agnouiſſe Auicenna, cum ſcribit, arthritidis ſpeciem quandam eſſe, cuius materia adeo acuta & maligna ſit, vt ſi aliquando animi irati impetu exacerbetur, ſubita morte homini necando ſufficiat. Itaque Galenus ipſe ſcribit, theriacen podagricis, arthriticiſque omnibus ex vſu eſſe: non alia, credo, ratione, quam quod deſiccat, conſumit, & obtundit huius materiam virulentam. Idem cenſet Gordonius, hoc addito, quod

Lib. 3 fen. 22 tract. 2. c. 4.

Lib. de ther. ad piſ. ca. 15.

Materia arthritidis occulta malignitatis particeps turſum adſtruitur.

ante theriacæ vſum, corpus præparari & præpurgari oporteat. Materia igitur arthritidis *tenuis eſt humor & virulentus non tamen contagioſus, qualitate peccans potius, quam copia, extremos dolores ciens, ideoq; humores vna cum caliginoſis & flatuoſis ſpiritibus ad influxum paratos in affectas partes incitans.* Itaque vt aſpidum, & veſparum morſus, dolores acutos cum calore, ſubito tumore, & ampullis excitat, ob humorum ſcilicet feruorem, quem venenum intulit, non ob ſimplicem continui ſolutionem, cum quotidie ſutores, ſartoreſque cernamus acu cutem, carnemque transfixos nullis eiuſmodi malignis ſymptomatibus ſubſequentibus. Sic virus arthriticum dolorum cruciatus intolerabiles inuehit, non copia, quia pleriſque arthriticis hi contingunt, nullo in articulis apparente fluxionis ſigno, ſed ſola qualitate maligna & inexplicabili, qua niſi medicamentorum oppoſitorum, aut naturæ, aut vtriuſque beneficio retuſa, dolores illi non ceſſant. A

Hiſtoria.

Terrificus paroxyſmus.

Inexplicabili illi & virulentæ materiæ arthriticæ malignitati multum lucis adferet ſequentium hiſtoriarũ commemoratio. Dum fœlicis memoriæ Rex Carolus nonus Burdigalæ eſſet, Capellano & Caſtellano Medicis Regis, Taſtæo vrbis Burdigalenſis Medico, Nicolao Lamberto, & mihi Chirurgis oblata eſt nobilis quædam mulier nata annos quadraginta, ex tumore vix ciceris magnitudinem æquante, ſub iſchii ſiniſtri parte externa, dearticulatione, perdolenter multos iam annos ægra: me præſente dolorificus eam paroxyſmus inuaſit derepente inclamare & vociferari cœpit, corpus huc illuc temere & violenter motibus & inſultibus ſupra muliebrem, imo humanam omnino naturam iactare. Caput enim inter crura condebat, pedes ſcapulis imponebat, mulierem à dæmone habitam dixiſſes. Durauit illi is paroxyſmus horæ fere quadrantem: toto illo tempore diligenter obſeruaui, num amplius ſolito pars dolens intumeſceret, num noua ſuboriretur inflammatio: ſed nihil nouum, quod quidem tactu aut viſu diſcerni poſſet, ſuperueniebat: tum cum pars illa tangebatur, mulier inclamabat altius: exacto paroxyſmo calor ingens illam habebat, totum corpus ſudore diffluebat, cum tanta laſſitudine, & membrorum omnium confractione, vt ne vel minimum quidem digitum dimouere poſſet. B

Epileptici inſultus à iactatione arthritica diſcrimen.

Epileptici inſultus ſuſpicio nulla eſſe poterat, nam ea mulier interim ſenſuum omnium miniſteriis integre vtebatur, loquebatur, ratiocinabatur, neque conuellebatur. Nec vero illa ſumptibus vllis aut diligentiæ pepercerat, quo Medicis & Chirurgis famatiſſimis morbo remedia nanciſceretur: ſagas etiam mulieres, ſortilegos, & incantatores conſuluerat, adeo nihil intentatum reliquerat, ſed mali magnitudine omnis ars ſuperata fuerat. C

Hęc ego omnia cum in conſilio retuliſſem, communi omnium conſenſu in eam ſententiam itum eſt, vt dolenti loco ſeu tumori affigeretur cauterium potentiale. Id ego ipſe affixi, poſt eſcharæ lapſum defluxit valde atra & virulenta ſanies, quæ doloris omnis & morbi eiuſmodi in poſterum ceſſationem mulieri attulit. Ex quo intelligere licet tanti mali cauſam extitiſſe venenatum quoddam virus, qualitate inexplicabili nocens potius, quam quantitate: quo vi cauterii dilapſo & debellato omnis prorſum dolor conquieuit. Super ſimili prorſum malo, ſed brachium dextrum occupante, conſuluit Capellanum, Caſtellanum, & me, Aureliæ vxor Ciſiarii reginæ, ſupplex doloris leuamen implorans: nam per paroxyſmos doloris acerbitate ſic affligebatur, vt præ impatientia, ſui immemor è feneſtris præcipitem ſe dare conaretur: cuius rei metu cuſtodes additos habebat. Simile monſtrum ſimili remedio debellandum cenſuimus, nec nos noſtra decepit opinio: nam adhibito potentiali cauterio, par omnino huius, qui & illius fuit, ſucceſſus. Ergo non à ſola articulorum imbecillitate doloris arthritici acerbitas cauſam habet: ſic enim continuus & ſemper ſibi ſimilis eſſet dolor: non à ſimplicis humoris intemperie, nihil enim in reliquis, quotquot ſunt, tumoribus ſimile contingit: ſed à venenata, maligna, occulta, & inexplicabili materiæ qualitate, quæ magis id mali genus ſolertem Medicum, & ſtrenuum Chirurgum D deſiderat.

De manifeſtis Arthritidis cauſis. CAP. III.

Cauſa arthritidis primitiua prior.

QVanquam hæc, quæ de arthritidis occulta cauſa diximus, vera ſint: ſunt tamen, & vulgo aſſignantur aliæ, quarum probabilis ratio reddi poteſt, in quibus illud, de quo diximus, virus latet, & ſedem habet. Ergo vt permultorum aliorum, ſic & arthritidis tres notantur cauſæ: Primitiua, Antecedens, & coniuncta. Primitiua duplex eſt; Vna à prima origine, & vtero contracta, quæ locum habet in his, qui arthriticis parentibus gignuntur, ſi maxime dum illi concepti ſunt, arthritici hi actu erant, turgente, & in articulos ruente arthritidis materia. Eſt enim ſemen ab omnibus partibus deciduum, vt ait Hippocr. & eſt ab Ariſtotel. commemoratum, *lib. de generat. animal*: Quanquam ineuitabilem arthritidis neceſſitatem non continet hæc cauſa, nam vt plerique ſanis & recte valentibus parentibus geniti, articulari tamen morbo, proprio & primario vitio capiuntur: ſic permulti ab hac morbi labe immunes viuunt, quibus tamen arthriticus pater extitit. Id beneficium & priuilegium contingere probabile eſt, ex muliebris ſeminis bonitate & vteri laudabili temperie: quorum illud ſui permixtione, hic E benigno fotu virilis ſeminis vitia emendare poteſt & corrigere: alias enim fit hæreditarius morbus, & arthriticis neceſſario generantur arthritici: ſemen enim generãtis ſequitur temperiem & complexionem, vt eſt ab Auicenna demonſtratum. Altera primitiua cauſa eſt ab inordinata diæta, in cibi præſertim, potus, exercitiorum & venereorum vſu. Deniq; inutilibus, quæ in corpore generantur & cumulantur, quæ tempore virulentã malignitatem acquirunt: hęc enim ſuſcitatis de ſe vaporibus caput implent, ex quo membranæ, nerui & tendines, adeoq; dearticulationes laxiores & imbecilliores redduntur. In victu peccant qui multa & diuerſi generis edulia eadem menſa ingerunt, qui potentia vina mera bibũt, qui ſtatim à cibo ſomnum ineunt, quiq; moderatis exercitiis nõ vtuntur: hinc enim plethora, vaſorum obſtructio, cruditates & excrementorum, præſertim ſeroſorum, prouentus. Quæ ſi in articulos decur-

Lib. de aere, loc. & aqua. Lib. 1. c. 17.

Li. 3. fen 22. tract. 2 c. 5. Altera arthritidis cauſa primitiua.

rant,

A rant, haud dubie morbum hunc ſuſcitant. Sunt enim articuli præ cæteris partibus vel natura, vel ex euentu infirmi: natura quidem, vt ſi à primo ortu laxi ſint & molles: ex euentu, vt ictu, lapſu, multo itinere, curſu ſub ſole, de frigida nocte, tormentis in equuleo, nimia venere, præſertim ſtatim à cibo: ſic enim calor exoluitur, ob eam, quæ fit in ſeminis effuſione, ſpirituum diſſipationem, vnde crudi humores multi, qui intempeſtiuo motu in neruos & articulos excutiuntur. Hac de cauſa ſenes, quia calore natiuo ſunt infirmiore, fere ſunt arthritici. Sed & excrementorum ſolenni vacuatione excerni ſolitorum, vt menſium, hæmorrhoidum, vomitus, alui fluxus, ſuppreſſio, morbum hunc accerſit. Hinc eſt, quod Hippocratis ſententia, *Mulier podagra non laborat, niſi menſtrua defecerint.* Eadem eſt ratio eorum, quibus vetera & fluentia vlcera cicatrice derepente obducta ſunt, aut varices ſectæ & curatæ, niſi cauta victus ratione excrementorum tumulari conſuetorum generationem impediant. Iam qui ex magnis & diuturnis morbis conualeſcunt, niſi natura vel arte plene & perfecte purgati fuerint, irruentibus his in articulos, quæ ex morbo relicta ſunt, arthritici fiunt, atque hæc de primitiua cauſa ſufficiant. Interna ſeu antecedens cauſa eſt, humorum crudorum redundantia, vaſorum & meatuum, qui ad articulos tendunt, amplitudo, viſcerum mandantium robur, laxitas, mollities & imbecillitas excipientium articulorum. Cauſa coniuncta eſt humor ipſe articulorum capacitatibus & cauitatibus impactus & con-
B cluſus. Inutilis autem humor excretricis facultatis robore vndique propulſus, in articulos moratur eitius, quia frigidæ ſunt naturæ, denſæ præterea, adeo vt ſemel eo loci impactus facile digeri & reſolui nequeat. Dolorem hic humor tum ciet propter diſtentionem, ſeu ſolutionem continui, intemperiem & præterea virus, & malignam, quam acquirit, qualitatem. Cæterum alias vnius, alias plurium humorum naturam reſipit: ex quo vel phlegmonoſa, vel eryſipelatoſa, vel œdematoſa, vel mixta exiſtit arthritis. Diſtentionem dolorificam in membranis, tendinibus, ligamentis, aliiſq; corporibus, quibus articulatio compingitur, auget flatuum vna cum influentibus humoribus concurſus, & impedita tranſpiratione quaſi tumultus.

Aph. 39. ſec. 6. — *Arthritidis cauſa antecedens.* — *Coniuncta.* — *Doloris arthritici cauſa quinq;* — *Differentia arthritidis.*

E qua parte in articulos decurrat Arthritidis materia. Cap. IV.

AB hepate, aut cerebro vt plurimum venit Arthritidis materia. Quæ à cerebro decurrit, pituitoſa eſt, ſeroſa, limpida, & tenuis, qualis è naribus ſtillare conſueuit, maligna & venenata qualitate imbuta. Fertur autem è cute muſculoſa & pericranio, itemq; ex eo foramine amplo, per quod ſpinalis medul-
C la, cerebri vicaria, in ſpinam propagatur per neruorum tunicas & tendines in dearticulationum ſpatia, fereq; frigida exiſtit. Quæ ab hepate eſt, per venam magnam & arterias differtas turgidaſq; diffunditur, quatuor humorum, ex quibus ſanguinis maſſa conſurgit, naturam redolens, intemperie calida ſæpius inſignita, cum malignitate arthritica. Præter hunc, qui per fluxionem fit, arthritidis modum, alius eſt, qui ex congeſtione exiſtit: quando ſcilicet articulorum concoctrix imbecillior, ſuccos ſibi tranſmiſſos aſſimilare nequit.

Qualis & quæ e cerebro defluat arthritidis materia. — *A congeſtione arthritis.*

Quæ ſigna ſint fluentis à cerebro humoris arthritici. Cap. V.

CVm inſtat fluxio, capitis adeſt grauitas, in ſomnum propenſio, atq; hebetudo cum extimarum eius partium dolore, tum maxime perceptibili, quando capilli inuertuntur: quinetiam turgidula cutis cranii muſculoſa quodam quaſi œdemate tumet: multum ſibi à ſeipſis mutati eſſe videntur ægri, propter læſas humoris malignitate animi functiones, à qua immunes non ſunt naturæ facultates, vt ventriculi cruditates, & ructus frequentes, atq; acidi teſtantur.

Quæ ſigna ſint exundantis ab hepate humoris Arthritici. Cap. VI.

EIuſmodi arthriticis calet Hypochondrion dextrum, imo interiora viſcera ardent, ſanguinis & bilis
D dominium adeſt, venæ amplæ & tumentes exiſtunt, fluxio repente irruit, ſi præſertim bilis, quam reliquorum humorum in ſanguinis maſſa maior exiſtat copia. At ſi, vt ſæpe fit, ſanguis totus, cruditatum occaſione, in pituitam & ſeri naturam degeneret: tum continget vt ea etiam, quæ ab hepate ortum habet, arthritis pituitoſa ſit, & œdematis naturam, vt illa, quæ à cerebro eſt, redoleat. Quemadmodum ſi eadem ſanguinis maſſa in melancholicum ſuccum vergat, quæ inde conſurget arthritis, ſcirrhi conditiones exprimet: quanquam vix id contingere poſſit, vt humor melancholicus propter craſſitiem, & ad motum tarditatem in articulos irruat. Sed tamen quia id ex his, quæ fieri poſſunt, non erit inutile, ſingulorum humorum ſigna, & ex illis ductas arthritidum differentias breuiter diſtinguere.

Quãdo quæ hepatis ortu fit arthritis, œdematis naturam redoleat. — *Cur ab humore melancholico rara arthritis.*

Quibus ſignis intelligere liceat, hunc aut illum humorem virus arthriticum comitari. Cap. VII.

EIus rei coniecturam facere licebit ex ægri ætate, temperie, anni parte, regionis, quam incolit, conditione, diæta in victus ratione & vitæ inſtituto, doloris circa matutinum, meridianum, veſpertinum, aut nocturnum tempus exacerbatione, pulſantis, punctorii, ſeu acuti, grauiſque proprietate: ſtu-
E poris, vt in melancholica arthritide: aut pruritus, vt in ea, quam pituita ſalſa parit ſenſu: partis in caractere, colore, (nam verbi gratia in arthritide pituitoſa, partis obſeſſæ color parum admodum à ſeipſo & vicinis naturaliter conſtitutis partibus eſt mutatus, in ſanguinea rubet, in biliosa flammeus eſt ſeu citrinus, in melancholica liuet,) calore & mole, quæ in ſanguinea & pituitoſa amplior eſt, quã in reliquis, mutatione, deniq; ex iuuantibus & lædentibus. Sunt & qui ad earum differentiarum dignotionem vrinas ægrorũ inſpici iubent, & pulſum attrectari, eaq; excrementa conſiderari, quæ in cuiuſq; natura peculiari, cumulari & fluere conſueta, nunc repente & præter conſuetudinem ſuppreſſa ſunt: Hinc etiam

Articulorũ tumor maior opinione facit ſanguinea aut pituitoſa materia.

huius aut illius humoris dominantis ſigna haberi. Sed amplior harum rerum cognitio ex humorum in ſingulis hominibus dominantium, & tumorum ſignis ante expoſitis eſt repetenda. Hoc tantum hic adnotandum, raram admodum eſſe arthritidem, quæ à melancholico humore fieri perhibetur. A

De prognoſi in Arthritide inſtituenda. Cap. VIII.

Vere & Autumno frequentes eſſe arthritides.

ARthritici dolores Medicorum ſcriptis inter grauiſſimos & acutiſſimos habentur: adeo vt doloris acerbitate multi mentem moueantur & mortem optent. Periodos habent & paroxyſmos varios pro materia, & humoris, cui malignum & arthriticum illud inexplicabile virus inſidet conditione. Inuadunt tamen ſæpius Vere & Autumno. *Quibus eſt hæreditaria arthritis, vix vnquam plane liberantur: quemadmodum nec quibus nodoſa euaſit:* illis enim connatum eſt, & vitæ principiis inſitum, infixumq́; malum: his vero gypſea materia facta eſt, adeoq́; nec reſolui, nec maturari habilis. *Quæ a materia frigida & pituitoſa eſt, non tam ſæuos dolorum infert cruciatus, atq́; ea, quæ eſt à calida, ſanguinea nempe aut biliosa;* Sed nec tam cito ſanatur; quia calida materia & tenuis promptius diſſoluitur: itaque non fere conquieſcit, niſi exacto quadrageſimo die. Sed & *partis obſeſſæ ſubſtantia, quo denſior eſt & expultrix imbecillior, eo dolor diuturnior.* Hinc qui genu, calcem, & iſchion occupant arthritici dolores, ſunt contumaciores. *Quæ à materia calida eſt arthritis, non ante decimumquartum, aut etiam viceſimum diem quieſcit. Quæ à bile eſt acri, inflammationis & doloris acerbitate diſpnoeam, delirium, non raro & partis obſeſſæ gangrænam, tandemque mortem inuehit: ſanata vero ſæpe paralyſim ſuperſtitem relinquit. Inter dolores omnes arthriticos, iſchiadicus principatum obtinet doloris magnitudine, & ſymptomatum multitudine, iactationem & vigilias infert, febrem, luxationem, claudicatem perpetuam, & totius cruris, imo & ſæpe totius corporis emaciationem.* Claudicatas vero & emaciatio ex eo veniunt, quod decurrens humor caput femoris iſchii cauitate depulit: depulſum id comprimit muſculos, venas, arterias, & inſignem illum craſſumque neruum, qui ſecundum femur ad extremos digitorum articulos defertur, & in ipſa via per muſculos totius cruris varie diſpergitur. Ergo quia caput femoris ſuo loco motum eſt, claudicare æger cogitur, quia vaſa & nerui comprimuntur, alimentum, ſpiritusque non libere influunt in ſubiectas partes, vnde emaciatio. Fit tamen non raro, vt femoris capite minime elocato, plerique claudicent, quia qui à natura eo loci inſitus eſt, & quotidie affluit humor viſcidus, tum ad earum partium nutritionem, tum ad lubricandam dearticulationem, expeditioris motus gratia, calore & otio induratur: reliqui vero inutiles, qui influxerunt, humores concreſcunt, ſicque mouendi libertatem intercipiunt. Idem facit humor craſſus ac viſcidus, in quemcunque articulum inciderit, & moram fecerit: concretione enim in gypſeam naturam verſus pedum manuumque articulos cauitatibus ipſorum occupatis deficit, totiuſque partis figuram corrumpit, pro recta & plana, curuam, nodiſque multiplicibus tuberoſam reddens. Intemperies præterea omnis, quam humorum facit decubitus, ſi diutius parti alicui inſederit, actiones omnes deprauat, ſæpe & abolet omnino: vt emaciationis artuum ab arthritide tres ſint cauſæ, vaſorum obſtructio ſeu compreſſio, ignauia, & intemperies hectica: claudicatis vero duplex, luxatio, & inſiti aduenæque humoris concretio. *Si præter rationem, ſua & ſolita periodo arthritici dolores non moueantur & redeant, ſæuiſſimorum & lethalium morborum conſecutio inde fit:* materia enim in articulos decurrere ſolita, ſi in iecoris ſubſtantiam irruat, phlegmonem parit: ſi in maioribus venis conſiſtat, febrem continuam. ſi in membranam coſtas ſuccingentem, pleuritidem: ſi ad inteſtina ſe applicet, eorumque tunicis adhæreſcat, colicum dolorem, aut ileum: alia denique varia ſymptomata, pro partis, in quam ingruerit & conſtiterit, conditione facit. Sic enim quidam arthritici fiunt paralytici, quia materia, quæ ante in articulos decurrebat, in neruorum ſubſtantia & poris conſiſtit, impeditque, quo minus ſpiritus tota ſubſtantia per ipſos ſubire poſſit; hinc ergo partis, in quam inſeritur neruus, reſolutio. *Senes nunquam ab arthritide liberari poſſunt;* quia ſanguinis ipſorum maſſa, à naturæ primaria bonitate ſic deſciuit, vt non magis reſtitui poſſit, quam vinum vappidum & acidum. *Quæ a materia frigida ſuſcitatur arthritis, ſenſim inuadit, & calidorum vſu iuuatur: quæ à calida, repente apparet, & frigidorum vſu leuatur.* Et ſi vero Vere & Autumno frequentius repetat arthritis, tamen media hyeme, frigoris inclementia debilitatis neruis, & expreſſis humoribus, alias media æſtate iiſdem fuſis liquatiſq́; ſuperuenit. Denique quauis anni parte & cœli conditione, ſi qui huic morbo obnoxii ſunt, genio indulgeant, & pro animi ſui libidine omnia agant. *Arthritici tempeſtates, procellas, pluuias, niues, ventos, omneſque aeris mutationes præſentiunt.* Auſtrina enim, verbi gratia, cœli conſtitutio, quia corpora humiditatibus replet, humoresque in corporibus reſides exagitat, ideo fluxiones in partes imbecilliores, cuiuſmodi ſunt articuli, tum natura, quia exangues, & excarnes, tum & euentu, quia doloribus à multo tempore vexari ſoliti, concitant: itaque vdo cœlo dolores illis exacerbantur. Horum plærique venerem in ipſa doloris acerbitate appetunt, quia internus ardor quo tunc æſtuant, haud equidem in ſpiritus & auras digerit, vt calor febrilis, ſed fundit, liquatque ſeminalem humorem qui fuſus ad genitalia deſcendit, & ipſa implet, inflatque. Idem veternis, idem equis curſoribus accidit, his enim à labore calor multus flatus demittit ad ima ventris: *venus* tamen *valde arthriticis eſt noxia*, quia ſpirituum & caloris natiui facit diſſipationem, atq́; incrementum caloris peregrini: ex quibus contingit, vt neruoſum genus infirmetur, dolor vero exaſperetur. *Diuites, id eſt, qui regifico luxu inſtructis epulis veſcuntur, & interim otioſi ſunt, crebrius, ſæuiſque arthritide tentantur, quam pauperes, qui parce ac duriter viuunt:* Itaque viſi ſunt eiuſmodi diuitum non pauci, qui rebus omnibus abſumptis, cum fortuna, & diæta valetudinis mutationem ſubierunt, & arthritidis morbo plane liberati ſunt.

Quæ arthritis inſanabilis.

Gal. ad aph. 49 ſect. 6. B

A bile arthritis maligna & lethalis.

Cur ab iſchiade claudicatas & emaciatio.

Cur femoris articulo non elocato, claudicatas aliquando contingat. C

Tres emaciationis artuum cauſæ.

Duæ claudicatis.

Arthritis inueterata ſi præter rationem ſtata periodo non repetat, lethalis.

Qui arthritis mutetur in paralyſim. D

Qui hyeme & media æſtate arthritidis inuadat paroxyſmus.

Cur aſtu arthritici venerem plerumq́; appetant.

Venus noxia arthriticis. E

Quæ ſit generalis methodus præcauendæ & curandæ arthritidis. Cap. IX.

Aph. 30. ſec. 6.

EOs, qui ſibi ab arthritide cauere volunt, decet non ſatiari cibis, impigros eſſe ad labores, vino & venere abſtinere, aut certe his niſi ad ſanitatē non vti, vomere, & purgari ex interuallis. Scribit Hipp.

A *pueros podagra non laborare ante venereorum vſum*. Hodie tamen plærique eunuchii viſuntur podagrici, ſed
hi maxime, qui otio & deliciis diffluunt, quanquam non ad præcautionem modo, ſed & ad præſentis
morbi curationem, hæc, quæ commemorata ſunt, magnas vires habent. In primis tamen diſtinguere
cauſas oportet, quæ ſint & vnde veniant, atque his vt ſingulæ erunt, & quantitate aut qualitate vitium
facient, remedia contraria opponere. Sunt omnino tres arthritidis diſtinctæ cauſæ; Contractum à pa- *Scopi duo*
rentibus vitium; humorum à diæta & ſpiritu corruptio: articulorum natiua aut aduentitia imbecillitas. *generales*
Aduerſus has duplex eſt indicatio: prima peccantium humorum euacuatio & alteratio, altera infirmo- *curandæ ar-*
rum articulorum corroboratio. Fient hæc duo diæta conuenienter inſtituta, catharſi, phlebotomia, he- *thritidis.*
morrhoidum, menſium, vomitus, ſudorum, vrinarum prouocatione, & localium remediorum debita
appoſitione. Ergo cum inſtabit tempus, quo periodice redire conſueuit arthritis, cauebit ſibi æger cau- *Vnde ſan-*
ta victus ratione, malo ſubtrahet materiam phlebotomia (ſiquidem à ſanguine fuerit arthritis) de par- *guis mitten-*
te oppoſita, vt eadem opera reuulſio fiat & vacuatio: vt ſi partes ſuperiores inflammatæ ſint, mittetur *dus in ar-*
ſanguis ex inferioribus: ſi contra inferiores, ex ſuperioribus, ſeruata ſemper fibrarum rectitudine. Sic *thritide.*
brachio dextro arthritica inflammatione obſeſſo, aperietur ſaphena cruris dextri, & contra. Quod ſi v- *Quibus ar-*
B niuerſali hac ſanguinis detractione præmiſſa, dolor non quieuerit, tum proximum dolori venam ſe- *thriticis no-*
care oportebit, quod pluries à me factum ſucceſſit fœliciſſime. Non habet tamen phlebotomia parem *ceat phlebo-*
vim apud omnes, non enim ea vtilis eſt his, qui continuis & ſine periodo conficiuntur arthriticis dolo- *tomia*
ribus, quibus corpus eſt debile & frigidum, quibus pituita ſola in vitio eſt. Eadem eſt ratio catharſeos, *Quibus vel*
hæc enim etſi ſæpe ſit neceſſaria, crebrius tamen repetita nocet: quin neque vtrumque id remedium ad- *& purgatio.*
modum vtile eſſe ſolet his, qui in cibo & potu nullam legem tenent, qui venere vtuntur intemperan-
tius, quibus crudorum & contumacium humorum copia adeſt: quorum articuli diuturna morbi affli-
ctione, hecticam contraxerunt intemperiem & debilitatem, ſic vt à naturali conſtitutione ſua deſciue-
rint, & propriæ ſubſtantiæ magnam mutationem ſubiuerint. Quare quoties maiora illa remedia vſur- *In qua ar-*
panda erunt, aduocabitur Medicus, qui pro arbitrio ſuo de his ſtatuat. Sæpe enim plus diæta, quam me- *thritide plus*
dicamentis proficitur. Vinum igitur, ſi præſertim calida ſit arthritidis materia, vel omnino non degoſta- *proficiatur*
bit æger, vel certe quam dilutiſſimum, quantum ſcilicet conſuetudo & ventriculi conſtitutio ferre po- *diæta, quam*
terit. Purgationi phlebotomiæque tempus idoneum eſt vernum, & autumnale, quia Hippocratis ſen- *medicamē-*
tentia illis potiſſimum temporibus cientur arthritides; autumno quidem quia præcedētes æſtatis ardo- *tis.*
C res, diſſipato calore natiuo, coctricem facultatem debilitarunt; fructuum horariorum eſus humorum *A. b 55. ſe. 6.*
crudorum copiam cumulauit in corpore, qui in articulorum ductus æſtiuo calore reſeratos & dilatatos
facile decurrunt: adde, quod Autumni inæqualitas, totum neruoſum genus, ipſosq; adeo articulos val-
de debilitat; Vere vero, quia humores hyemis frigore intro cōpulſi, à centro ad corporis circūferentiam
euocantur, attenuarique in articulos leui ex occaſione irruūt. Itaque tum vacuandi magna & neceſſitas
eſt ſimul & opportunitas, quam qui ſecutus fuerit, arthriticam periodum ſi non interceperit, talem lō-
ge leuiorem & breuiorem reddiderit.

De Vomitu. CAP. X.

VEteres omnes in huius morbi non præcautione modo, ſed & curatione vomitum valde commen- *Vomitus cui*
darunt, quando præſertim à cerebro & ventriculo veniret materia; vomitu enim fit excluſio & di- *maxime ar-*
uerſio humorum pituitoſorum, ſeroſorum, & bilioſorum, quibus vt plurimum ad articulos excurſus *thritidi vti-*
eſt; eius præterea pituitæ, quæ craſſior & viſcidior ventriculi tunicis adhæret, attenuatio: videndum ta- *lis.*
D men ne thorace & cerebro debilioribus ſit æger: nam in hoc caſu ſuſpectus vomitus eſſe ſolet. Quod ad *Quod vomi-*
tempus attinet, his ante paſtum vomendum eſt, quibus quauis ex occaſione, exercitio & motu excre- *tui ſit oppor-*
mentitii humores in ventriculum diffluunt; contra qui veteri humorum congeſtione grauantur, hi *tunum tem-*
poſt paſtum vomere debent. Certe paſtis quam ieiunis tutior eſt vomitus. Siccus enim ventriculus *pus.*
non niſi magna & prægrandi contentione expedit ſe viſcidis humoribus tunicis ſuis impactis; hinc ve-
ro periculum non leue imminet ruptionis venæ aut arteriæ in thorace, aut pulmonibus: ſi præſertim
thorax anguſtior ſit, & longa proceraque ceruix, ſi frigus viget, & æger tali vacuationi non aſſueuerit.
Memini hoc remedii genere curatum & perſanatum à me nobilem quendam Ligurem, dolore acutiſ-
ſimo in humeri cum ſcapula dearticulatione grauiter diuexatum, eaque occaſione totius brachii ſini-
ſtri impotentem, nihil reliqui feciſſe videbantur Medici & Chirurgi Lugdunenſes, quo eum ſanarent.
Nam catharſi, phlebotomia, fame, potione ex guaiaci & Chinæ decocto (etſi ex lue venerea minime id *Hiſtoria.*
contractum eſſet malum) variis topicis ipſi prouiderant, neque tamen quicquam profecerant. Cum *Qui vomi-*
vero ex ipſo reſciuiſſem, difficilem illi eſſe vomitum, conſului, vt diſſolutius epularetur, atque multis *tus ſuccedat*
ac diuerſis edulis, pinguibus, cæpis, porris, potionibusq; variis, zito, ptiſana, vino dulci, acido tanquā *facilius.*
E ſaburra ventrem ſuum eadem menſa oneraret, ac paulo poſt ſe lecto traderet: ſic enim futurum, vt tan-
tam eſculentorum & poculentorum, quorum alia iam in vētriculo computruiſſent, alia ne alterata qui-
dem eſſent, confuſionem ac perturbationem natura non ferens ventriculum ad vomitum facile & ſpō-
te protitaret, quo tamen etiam facilior ſuccederet vomitus, naturæ nauſeantis conatus, digito aut pen-
na in fauces immiſſa promoueret, quo craſſius & tenacius phlegma eodem impetu excluderetur: nec
ſemel hoc feciſſe contentus, ſecundo & tertio die ſubſequentibus, idem moliretur: ſic enim fit, vt, Hip- *Lib. de rat.*
pocratis ſententia, primi diei reliquias ſecundus & tertius dies excludant: in reliquum vero bis in menſe *victus.*
ſe vomeret, maſtichen ore ieiuno manderet, ceruicem & dolentem locum, aqua vitæ roborata, infu-
ſis roremarino, lauendula, caryophyllis contuſis, perfricaret, brachium mediocri exercitio confirma-

 ret,

ret,perfecit omnia,ſicque articuli dolore & brachii debilitate pulcherrime defunctus eſt. Quibus crapula diſplicet,multam tepidam haurient decoctionis radicum raphani, cum ſemiuncia oxymelitis, videbuntque ne dum ventriculum illi per vomitum excretioni aſſuefaciunt,coctricem, & eius vim retétricem labefactent.Quare qui per naturam poterunt,ſibi & valetudini ſatis eſſe putabunt, ſi bis in mé-ſe vomant. A

Quæ ſint alia arthritidis vniuerſalia remedia. CAP. XI.

Diuretica quid valeant ad arthritidem.

Pyrotica eſcharotica.

PEropportune ſeroſorum humorum curſus ab articulis per vrinas diureticis diuertitur. Ergo in iuſculis radices oxalidis,petroſelini, ruſci,aſparagi,graminis & ſimilia incoquentur,& arthriticis exhibebuntur:multa enim & craſſa vrina fluente dolorum remiſſionem obtinent. Multis profuerunt aperta & fluentia vlcera,admotis pyroticis excitata.His enim tanquam riuulis virus arthriticum diffluit,experientia id demonſtrat in lue venerea affectis, quibus enim non licet virus veneteum proprio alexiterio,id eſt, hydrargyro expugnare, aliunde dolorum, quam ex appreſſis pyroticis maius leuamen non

Quibus locis apprimēda.

ſentiunt. Variis illa locis pro dolentium articulorum ſitu apprimentur, nempe ceruicis initio, ſi à cerebro fluxio fiat in clauicularum articulos aut humerorum:ſi in cubitum & manus, ſub epomide muſculo:ſi in coxam,genua,& pedes,trium ſub genu digitorum,parte interna,interuallo:ſic enim propter ſaphenæ eo loci excurſum copioſior ſequetur euacuatio. Si tamen homo ſit negotioſus, & cui multum iter in equo ſit obeundum, apprimentur illa parte externa inter duo tibiæ oſſa, quominus ipſa moleſta B

Cauterium actuale.

ſit equitatio Si cui magis placet cauterium actuale, triangulare, id & acutum eligetur,quo celerius & indolentius,quod quærimus,perficiat; poterit tum id per laminam ferream foramine peruiam adigi, ne deerret,& circumſcriptum habeat locum quem feriat, vlcus apertum tenebitur intruſa pilula aurea,argentea lintea ex iride hermodactylis,gentiana,cui vitrioli puluis,mercurii, aut aluminis concorporatus fuerit,ne citius,quam Medico viſum fuerit,carne repleatur.Interim caput, ſæpe mali fons, exhauriendum eſt, ſumptis hyeme pilulis cochiis,de aſſaieret : æſtate ſine quibus aut imperialibus ante

Pilula.

plenilunium.*℞.ſpec.hyera ſimpl.ʒ j.agar.recenter troch.& rhei.an.ʒ ij.myrobal.chebul.ʒ ß. tamarind.℈ ij.cum infuſione ſena.fiat maſſa,de qua formentur pilulæ. v j.pro dragma* , capiat duas ante cœnam octauo quoque die: ſequenti die ſorbebit iuſculum decoctionis cicerum & radicum diureticarum.

Erunt & ſequentes pilulæ vtiles expurgando humori pituitoſo ac ſeroſo.

*℞.pilular.fœtid.& de hermodacty.an.ʒ ß.formentur cum ſucco vel ſyrupo roſar.ſolut.*Vel; *℞.aloes ʒ iij. agarici trochiſc.& rhei.an.ʒ j.maſſæ pilular.arthrit.& de hermo.an.℈ ij.diacryd.℈ j.cum melle roſato,fiat maſſa*, capiat pondus ʒ j.vt viſum erit præſenti Medico:cuius conſilio hæc vſurpabuntur,& mutabuntur pro re nata, & humoris morborum committentis ſpecie,remedia. C

Pilulæ communes addito ſcamonio.

Sequenti à purgatione die,exhibebitur ieiuno tribus ante paſtum horis,ſemidragma theriacæ ad roboranda viſcera. Præferuntur pilulæ liquidis pharmacis, quia mora ſua in ventriculo facilius ex cerebro & aliis diſtantiſſimis partibus humorem noxium attrahunt. Noui aliquot Medicos, qui pilulis cómunibus multo ſcamonio,vt ſeptem aut octo granis admixto, & ziuzibere, ne læderetur ventriculus, magnam ſeroſi humoris vim per inferiora eliciebant:poſtera die hordeatum parabant ad corrigendam

Theriaca ſeu in arthritide.

noxam,quam inurere potuerat ventriculo ſcamonium. Alii eodem conſilio theriacam exhibent, qui non modo viſcera roborat,ſed & virus arthritici malignam qualitatem infringit, à paſtu ventriculi orificium cogendum eſt,quo vapores ad cerebrum aſcendentes inhibeantur,tragea communi, cydoniato,aut conſerua roſarum vdo cœlo fiant cephalica ſuffumigia ſic:

Suffitus cephalica.

℞.thuris,vernicis & maſtich.an.ʒ j.granorum iuniperi,baccarum lauri an.vnc.ß.ligni aloes, ʒ ij.aſſæ odorat. ʒ j.ß.conquaſſ.utūr groſſo modo : excipiatur fumus ſtupis cannabinis aut bombace carminato, applicando capiti. D

Sacculi cephalici.

Sed & ſequenti puluere,per quindecim fere dies ægri capite aſperſo, deſiccabuntur excrementitii humores.*℞.roſa rub.fol.ſena,ſtœchad. vtriuſq.an.m.ß. milii.vnc.iij.furfuris loti in vino albo. vnc. ij.florum chama.melil.an p.j.ſeminis aniſi.vnc.j.ſalis com.vnc.ij.fiat omnium puluis,includatur ſacculo linteis, quibus in ſartagine ad ignem verſando concalefactis,fricetur caput.*

Maſticatorium.

Tempore irruentis fluxionis mandetur ore,& verſetur ſequens maſticatorii forma: *℞.cubebar.nucis moſch.glycyrrh.aniſi an.ʒ j.pyrethri.ʒ ij.maſtiches,rad.ſtaphyſagriæ eryngii an.ʒ ij.in puluerem redigātur omnia, & miſceantur,& nodulis ſericis auellanæ magnitudine incluſa,lingua in ore ad ſputum promouendum verſentur*,podagricis vtiles ſunt,mane præſertim & exonerata aluo,manuum labores & brachiorum frictiones:ſic enim non modo à pedibus reuulſio fit,ſed etiam inutilium reſolutio.

Qualis debeat eſſe arthriticis victus. CAP. XII.

Præcedentis coctionis vitia ſequentes non emendare.

PAſto ſemel corpore,non ante ad cibum redeundum eſt,quam prioris perfecta ſit in ventriculo concoctio: ne iecur cruda adhuc & male confecta cogatur per venas meſaraicas attrahere,vel pulſa potius excipere : Vnde nutritionis per vniuerſum corpus deprauatio: primæ enim coctionis vitium ſequentes non emendant. Cibi eligantur boni ſucci & coctu faciles : toſti quidem pituitoſis : elixi vero bilioſis; vt ciborum varietas ſic leguminum, lactanciorum,acidorum, & acetariorum,vt omphacii, E

Capi podagra obnoxii.

aceti,aranciorum,& citreorum vſus vitari debet.Non accumbendum menſæ, niſi vrgente fame, inde ſurgendum,antequam ſatietas venerit,vel hoc nomine,quod dum calor natiuus in copioſioribus alimentis ſubigendis occupatur,à noxiorum humorum mitificatione reuocatur, magnarũ auium carnes, vt cygnorum,gruum,pauonum haud laudabilis ſucci ſunt,& difficilius ſubiguntur in ventriculo. Veterum nonnulli improbarunt vſum carnis caponum, & ſimilium altilium, quia podagræ ſunt obnoxia:

fugi-

A fugiendi piſces, quia excrementitios humores cumulant, & facile corrumpuntur in ventriculo, imo & ipſum vſu continuo relaxant. Inter quadrupedum carnes vitulina eſt commendatiſſima, quia temperatum ſanguinem & laudabilem ſuccum gignit, ac facile coquitur. Nec interim improbanda veruecina. Cæterum non eſt par fames omnibus arthriticis imperanda, ſanguinei enim & bilioſi, quia multo & multum abſumentes calore præditi ſunt, copioſioribus alimentis ſunt reficiendi: fames enim bilem acuit, itaque dolores exacerbat: neque interim humidis nimium ſunt alendi, humiditas namque nimia præterquam quod putredinis author eſt, fluxiones ciet, & materias in articulos deducit. Itaque bilioſus humor ſumptis, admotiſque incraſſandus eſt & refrigerandus, ne tenuitate ſua in partes dolentes ruat. Ex vſu igitur erunt iuſcula, lactuca, portulaca, acetoſa, & ſimilibus herbis ſaporata: & hordeata in quatuor ſeminum frigidorum decocto parata. Pituitoſi, quia calore ſunt non ita vegeto, ſuum velut ſecum circumferunt alimentum: itaque nec multis nec humidis cibis ſunt alendi. Omnibus vero arthriticis ea fugienda ſunt, quæ difficile coquuntur, & facile corrumpuntur, eos enim omnes habet lenta quædam febris, quæ calorem natiuum minuit, & alimenta ad putrendum habilia reddit. Copioſior

Bilioſi non facile ferre inediam.

Pituitoſi per inediam ſuo ſucco viuere.

Vinum album non eſſe vtile arthriticis.

B non modo vini, ſed & cuiuſuis alterius liquoris potus fugiendus eſt. Nam ab humoris maiore copia natant cibi in ventriculo, & calor natiuus reſtringitur quodammodo, vnde cruditatum prouentus. Quidam Medici commendant vſum vini albi, quia vrinas ciet: quod non eſt omnino improbandum, modo corpus vacet excrementis: alias hoc tanquam vehiculo, ſi præſertim corporis paulo calidior ſit temperatura, in articulos deferentur. Itaque in tali caſu mallem rubellum debile & adſtringens, quod ſcilicet nec caput nec articulos tentet, & vaſorum orificia cogat ac contineat. Satius tamen foret penitus abſtinere, & eius loco hydromel bibere hac forma: ℞. *aquæ* ℔. *iiij. mellis optim. q. j. bulliant ad conſumptionem* ℔. *viiij, bene deſpumando, adde ad finem ſaluiæ. p. j. imo ſi æger ſit pituitoſus, cinamomi aut caryophyllorum momentum.* Bilioſis parabitur hydroſachara hac forma: ℞. *aquæ fontis* ℔. *iiij, ſacchari* ℔. *ß. colentur per manicam ſine ebullitione addendo in fine cinamomi.* ʒij. Sic enim ſimul roborabitur ventriculus. Licebit etiam ptiſanam bibere, in qua ſub coctionis finem bullierint roſæ ſiccæ. aut ſyrupus de granatis, ne vileſcat in ventriculo, vbi primum ab igne fuerit ſemota, curandum, vt reſidat, moxque per manicam aut mundum linteum coletur.

Rubellum tutius bibi. Hydromel tutiſſime.

Hydroſacchara.

Quid impediat aquam aut ptiſanā vileſcere in ventriculo.

C

Qua arte roborandi ſint articuli. CAP. XIII.

AD huius mali præcautionem magnum eſt in roborandis articulis momentum, quo irruentibus præter naturam humoribus reſiſtere poſſint. Itaque eos mane & veſperi vtile eſt perfricare oleo omphacino ex olea nondum matura parato, vel ex oleo roſato concorporato vna ſale communi tenuiſſime trito. Poterit etiam admiſceri oleo communi, addita ſcobe cornu cerуini, vi cui reſiccandi & adſtringendi vis inſit. Lotiones etiam ex ſequenti lixiuio vtiles cenſentur: ℞. *corticum granat. nucum cupreſſi, gallarum, ſumach. corticis quercin an. vnc. ij. ſalis com. aluminis rochæ an. vnc. j. ſaluiæ, roriſmarini, lauendulæ, lauri, iuæ arthriticæ. an. m. j. roſar. rub. m. ß. bulliant omnia in ſex libris vini craſſi & adſtringentis & lixiuio parato ex aqua chalybeata & cinere querno,* inde inſtituentur fotus cum ſpongiis vel filtris, à fotu partes diligenter abſtergendæ & reſiccandæ ſunt linteis calidis, vitato frigore. Sinellarum viridium ſuccus cum oxycrato temperatus, ſingulare eſt ad hanc rem præſidium.

Quid oleum omphacinū.

Fotus roborandis articulis vtiles.

Sinellarum ſuccum cum oxycrato.

Quod ſi à cauſa frigida debilitatis articulis robur quæritur: ℞. *ſaluiæ, roriſmar. thymi, lauendulæ, lauri, abſynthii an. m. j. caryophyllor. zinzibe. & piperis conquaſſatorum an. vnc. j. infundantur in aqua vitæ & vini rubri adſtringentis an.* ℔. *iiij. bulliant leniter in balneo mariæ,* ex eo liquore foueantur articuli mane & veſperi.

D Vuas etiam in cuppis, vindemiarū tempore calcare, putant ad roborandos articulos valere; quod ſi præſtare non poterit, fouebit pedes muſto adhuc feruente.

Parantur eodem conſilio in hunc, qui ſequitur, modum ſacculi. ℞ *ſalis com. aluminis rochæ, corticum granat. ſumach, berberis, nucum cupreſſi an. vnc. iiij. fol. ſaluiæ, roriſmar. roſar. rub. an. m. ß. includantur omnia ſacculis linteis, & bulliant ſimul cum lixiuio, fiat decoctio pro fotu articulorum.*

Sacculi.

De arthritidis cura, quam Palliatiuam dicunt, & cauſarum arthritidis materialium.

CAP. XIIII.

HAbenda & hic quoq; ratio cauſarum, ex quibus fit hic morbus; temperiei corporum, quæ affligit; partium, quibus inſidet; & earum, vnde venit. Vt enim hæc haud ſemper ſimilia ſunt, ſic nec vnū in omni arthritide & ſimile remedium eſſe poteſt. Primum enim, quæ ex materia frigida fiunt, alia remedia poſtulant, quam quæ ex calida: & quæ ex ſimplici vno aliquo humore, quam quæ ex pluribus commixtis & compoſitis. Bilis enim ſolitaria acutos dolores ciet: at admixtione pituitæ temperata, leniores. Iam alia initiis, alia incremento, aliis alia temporibus remedia conueniunt. Nec vero in

Scopi curandi.

E iſchiade, vt in podagra & aliis aliorum artuum arthritidibus licet vti repellentibus: niſi forte horrenda aliqua adſit inflammatio. His in mentem reuocatis animaduertendum, quod eius arthritidis, quæ penitus profligari nequit, cuiuſmodi eſt hæreditaria & inueterata, cura, quam Fucatam ſeu Palliatiuam dicunt, quatuor ſcopis continetur. Primus eſt de diæta conuenienter inſtituenda, ſecundum ſex illas res, quas non naturales vocant: Secundus de euacuanda & diuertenda antecedente materia, tum purgantibus, tum phlebotomia: Tertius de topicis pro humoris morbifici conditione, & partis natura apponendis. Quartus de corrigendis accidentibus, præſertim vero dolore, cuius per hos affectus tanta ſæpe eſt acerbitas, propter virulentæ qualitatis humori coniunctæ inexplicabilem & expugnabilem qualitatem, vt ipſa per ſe necando ægro ſæpe ſufficiat. Et quoniam cauſarum morbificarum varietas, remediorum in hos quatuor ſcopos collatorum parit varietatem, ideo in cauſarum

Nam in iſchiade vtendum repellentibus.

Cura palliatiua quatuor ſcopis continetur.

A iuuantibus ſumptū argumentū non eſſe ſemper certum.

Qui frigidi morbi frigidis & calidi calidis iuuari poſſint. Primum ergo id eſt, quod imponit Medico in dignoſcendis & diſtinguendis cauſis morbificis.

diſtinctione attentiſſimum Medicum eſſe oportet. Falli enim & aliam pro alia ſumere facile eſt, arthri- A
tici enim à materia frigida dolores, ſi narcoticis frigidiſque remediis impoſitis ſedantur, opinionem fa-
cere poſſunt cauſæ materialis calidæ, quanquam non eſt ita: narcotica enim dolorem ſedant, non quia
cauſæ contrarientur, ſed quia ſenſum, ſtupore inducto, deſtruunt: contra videri nonnunquam poſſit
cauſa materialis calida, quæ tamen frigida eſt: quod ſcilicet admonitis calidis remediis mitior ſit: nem-
pe à iuuantibus ſumpto argumento, quod contraria contrariis curentur, & ſimilia ſimilibus conſer-
uentur. Sed in eo error eſt, quod non contrarietate, ſed attenuatione materiæ frigidæ, cuius rarefa-
ctione, in tenues auras diſſipando, remedia calida profuerint: ex quo intelligere licet, ſumptum à iu-
uantibus & lædentibus argumentum fallax eſſe: quin etiam contingere poteſt, vt materiæ frigidæ ma-
gna copia à cerebro decurrens, ingentes dolores moueat propter virus admixtum, & biliosi humoris
exiguam portiunculam, quæ vehiculi inſtar lentam & tardam pituitam in articulos deducit: vnde ea-
rum partium calor & inflammatio ægro ſitifera, & febrifera, ex quo minus cauti & calidi, adducentur
facile, vt credant, materiam calidam eiuſmodi arthritidis cauſam eſſe. Iam quando non vnus aliquis B
ſimplex, ſed admixtione multiplex humor arthritidem facit, imponere poteſt partis color citrinus,
quaſi à ſola bile mala materia exiſteret, quæ tenuitate ſuæ ſubſtantiæ centro relicto, corporis ſeu partis
circumferentiam facile occupat: & tamen multa pituita paucæ bilis admixtione velut efferata, morbi
materia erit præcipua, nocturnis forte exacerbationibus dignoſcenda. Augere etiam poteſt conceptam
2 de bile opinionem, doloris & vigiliarum occaſione febris nata, quæ humores attenuans & liquefa-
ciens in articulos impellit, vrinaſque flammeas, multa bile tinctas & pulſum incitatum facit: errauerit
3 tamen Medicus, ſi his tanquam præſtigiis deceptus, hanc arthritidem tanquam à calida & non à frigida
cauſa natam curare aggrediatur, quanquam non me latet proprii interdum morbi curam, ſymptoma-
4 tum correctioni eſſe poſthabendam. Sed & fieri poteſt, vt bilis arthritidis cauſa ſit, interim vero nulla
eius in cute & partis laborantis ſuperficie ſigna ex colore appareant: quia ambientis aeris frigus & im-
poſitorum narcoticorum vis, ſubiectorum ſuccorum colorem obliterarint, & liuiditatem velut appin-
5 xerint. Contingit etiam, vt corpore humorum craſſorum & viſcidorum ſarcina onerato, portionem
eius aliquam natura excretrix in articulos deponat, reliquam vero in viſceris alicuius cauo relinquat,
6 vbi obſtructionem & putredinem faciens, febrem mox accendat: intermittentem quidem, ſi pauca ea
ſit & minores tantum, habituſque venas inferciat. Tum igitur non ſatis eſt operatum eſſe Medicum C

Cathartica cur arthritidis debeāt exhiberi valida.

Id demum certum iudicium eſſe, quod ſignorum nititur congerie.

Cur in arthritide vacuandum catharſi & phlebotomia.

in arthritidis curationem, ſed multo magis attendere ipſum oportet, ad febris profligationem, quia ſi
continua ſit, dedecus Medico, ægro vero periculum creat: ſi intermittens, facile in continuam dege-
nerat, niſi accommodatis remediis occurratur: nempe niſi blande ſubducta aluo ſanguis detrahatur,
moxque validiori cathartico, moleſto humorum onere natura expediatur. Validius vero ideo id opor-
tet eſſe catharticum, quia ſi debilius ſit, humores quidem concitabit, ſed citatos non deturbabit, citati
vero in dolentes & debiles articulos ruent, & arthritidis incrementum facient. Ex his apparet, quam
ſit fallax ea coniectura, quæ vno ſigno nititur, quoties de cauſis morbificis ferendum iudicium eſt. Ita-
que certam eam demum videri de morbi materia ſententiam, quæ ſignorum nititur congerie, ducto-
rum ſcilicet, à colore partis, calore aut frigore, tactu manifeſto, iuuantium & lædentium argumento,
ægro familiari & conſuetæ diæta, temperie, ætate, regione, anni tempeſtate, doloris, proprietate, die-
rum & in diebus horarum exacerbatione, exacerbationis diuturnitate, vrinis & aliis, quæ ab ægri cor-
pore manant, excrementis. Cæterum quia non pauci in ea ſunt hæreſi, vt putent in arthritide neque
purgandum, neque ſanguinem eſſe detrahendum, minuenda hic nobis ea opinio eſt. Nam cum Me-
dicina eorum, quæ deſunt, additio ſit, & eorum, quæ ſuperſunt, detractio, arthritis autem morbus ſit, D
qui in humorum turgentium copia eſſentiam habet, certe citra ipſorum, quæ catharſi & phlebotomia
ſit, detractionem, non eius, nec doloris, qui ipſi adiunctus eſt, ſperabilis eſſe poteſt curatio. Metrius

Li. de affect. vbi de arthri. loquitur.

Ad aph. 23. ſect. 2.

Li. de curat. per ſang. miſſionem.

ſuo de arthritide tractatu ſcribit, arthritidem curari purgatione, non in declinatione modo exhibita, ſed
etiam in ipſo morbi vigore, quod nos experientia verum deprehendimus: Hippocratiſque congruit
ſententiæ, quæ dictat, *in doloribus per inferiora purgandum eſt.* Sed & Galenus, in magnis inflammationi-
bus, febribus, & doloribus, nullum maius neque præſtantius nouiſſe ſe remedium, ſanguinis, ad animi
vſq; defectionē, miſſione profitetur. Si qui ſint quę in eiuſmodi affectibus conuenienter pręſcripta pur-
gatione & phlebotomia non habuerint melius, ebrietatis, gulæ & ſimilis intemperantiæ vitio id con-
tingere. Hinc enim humorum crudorum copia congeritur, quæ ſua contumacia remediis ſe minus prę-
bet obſequentem. Itaque intemperantes & gulæ ac veneri dediti arthritici, nullum ex remediorum vſu
ſanitatis fructum ſperare poſſunt.

De topicis, quæ ad frigidam arthritidem adhibentur. Cap. XV.

Niſi præmiſſa purgatione non eſſe tutum in arthritide vti repellentibus.

Adſtringens cataplaſma.

Fotus digerens.

PArum admodum topica proſunt remedia, niſi arthritici corpus ab excrementitiis humoribus fuerit E
repurgatum: quin & *periculum eſt, ne repellentium vſu humorum virus in viſcera compellatur, quæ res repen-
tinæ mortis multū cauſa extitit.* Primo igitur loco de topicis agemus, quæ ad pituitoſam arthritidem ido-
nea cenſentur, quia frequentior hæc eſt, quam quæ à cauſa eſt calida, per initia in omni arthritide, præ-
terquam iſchiade, vtendum eſt adſtringentibus quibus conſtringendorum ſeu roborandorum articu-
lorum & reficcandi, abſumendique humoris excrementitii vis inſit. Vt; *℞. fol. ſabinæ. m. ß. nucis cupreſſi,
℥ iij. aluminis rochæ ℥ j. gummi tragacantæ, ℥ iiij. mucaginis pſilii & cydon. quantum ſufficit, fiat cataplaſma.* Vel:
℞. ſtercoris bubuli recentis. ℔. j. mellis roſ. ℥ iiij. olei roſ. & aceti. an. ℥ ij. bulliant ſimul parum, fiat cataplaſma. Vel;
*℞. oleor. roſ. & myrth. an. ℥ ij. pulueris myrrhæ & aloes an. ℥ j. acaciæ. ℥ ij. ß. incorporentur cum aqua gallarum co-
ctarum & fiat vnguentum.*

Nonnulli

A Nonnulli in aceti ſufficienti quantitate incoquunt ſaluiæ, florum chamæmeli, meliloti, abſynthii & ebuli an. m. ij. in decoctum calens dolentem partem demergunt, hocque remedio ſæpius repetito repelli conſumique humorum noxium, non frigidum modo, ſed & bilioſum, roborari partem exploratum eſt: recentes olearum fæces impoſitæ dolorem ſedant: idem præſtant arantia ſicca in aceto elixa, tritaque & impoſita. Vel; ℞. *medii cortic. vlmi* ℔ ß. *caudæ equinæ ſtœchad. conſolid. maioris, an. m. ß. alnin. mur. roſ. chæ, thuris an.* ℥ *iij. farinæ hordei* ℥ *v. lixiuii communis quantum ſufficit, fiat cataplaſma ad formam pultis ſatis liquida.* Tum fere, cum intumeſcit pars, dolor remittitur, quia facultas excretrix à centro humorem depulit in partis circumferentiam, id eſt, intus foras. Sic enim dolentibus dentes dolor ceſſat, cum genæ intumeſcunt.

Partim adſtringens, partim digerens.

Poſt repellentium vſum, veniendum eſt ad ea, quæ reſoluendo ſeu digerendo humorem concluſum vacuant. Omnis enim humoris fluxio in parte aliqua conſiſtens, vacuationem efflagitat. Nec mirum videri debet, ſi primo quoque tempore haud vaneſcit digeſtus humor: habenda enim ratio pituitæ frigidæ, quæ craſſa eſt & viſcida: habenda & ratio partis ligamentoſæ, membranoſæ, & neruoſæ, adeoque denſioris, quam carnoſæ partes exiſtant; ℞. *rad. bryon. ſigilli beatæ mariæ an.* ℥ *iij. bulliant in lixiuio,*
B *poſtea terantur, & colentur per ſetaceum, addendo farinæ hordei & fabar. an.* ℥ *j. olei chama.* ℥ *iij. fiat cataplaſma.* Vel;

℞. *far. hordei & lupin. an.* ℥ *iij. ſulphuris viui & ſalis com. an.* ℥ *j. mellis com.* ℥ *v. pulueris aloes & myrrhæ an.* ℥ ß. *aquæ vitæ* ℥ *j. cum lixiuio fiat cataplaſma.* Vel; ℞. *ſucci caulium rub. aceti boni an.* ℥ *iiij. farinæ hordei,* ℥ *j. ß. pulueris hermodact.* ℥ ß. *vitellos ouorum nu. iij. olei chama.* ℥ *iij. croci* ℈ *ij.* Alii radices & caules braſſicæ vrunt, cineremque miſcent cum axungia ſuilla & puluere ireos, medicamentum componunt. Vel: ℞. *lactis vaccini* ℔ *ij. micæ panis albi quantum ſufficit, bulliant ſimul, addendo pulueris ſubtilis florum chama. & meliloti an. m. ß. croci.* ℈ *j. vitellos ouorum nu. iiij. olei roſar.* ℥ *iij. butyri recentis* ℥ *j terebinth.* ℥ *ij. fiat cataplaſma ad formam pultis ſatis liquida.* Id cataplaſma non pituitoſis modo ſeu frigidis, ſed cuiuis arthritidi, quibuſuis temporibus vtiliter imponitur ad doloris leniendam acerbitatem, in quauis hominum temperie, debetque bis aut ter in die repeti. Theriaca etiam in vino diſſoluta & illita hunc dolorem dicitur ſedare. Licet eodem conſilio, emplaſtra, vnguenta, cerata, & litus præparare & imponere: emplaſtri forma talis eſſe poteſt:

Cur humor arthriticus non ſtatim vaneſcat appoſitis digerentibus.

Plenius digerentia.

Cataplaſma ad omnes arthritides quouis tempore vtile.

℞. *gummi ammoniaci, bdellii, ſtyracis an.* ℥ *ij. cum aceto & aqua vitæ diſſolue, & adde farinæ fœnugr. vnc. ß. olei chamo. & anethi. an. vnc. ij. ceræ quantum ſufficit, fiat emplaſtrum molle.* Vel; ℞. *rad. bryon. ſigilli beatæ mariæ an. vnc. v. bulliant in lixiuio completo, & colentur per ſetaceum addendo olei chame. vnc. iij. ſeui hircini. vnc. iiij. ceræ nouæ*
C *quantum ſufficit, fiat emplaſtrum molle.* Vel; ℞. *gummi ammon. opopanac. galbani. an.* ʒ *ij. diſſoluantur in aceto, poſtea colentur, adde olei liliorum, terebinth. venetæ an. vnc. j. picis nauali & ceræ nouæ quantum ſufficit, fiat emplaſtrum molle.* Vel; ℞. *ſucci rad. enulæ camp. & ebuli. an. vnc. iij. rad. althææ* ℔ ß. *coquantur & colentur per ſetaceũ, addẽdo florum chama. melil. ſambuci roriſm. & hyperici, an. p. ij. nuces cupreſſi nu. iiij. oleor. chama. aneth. hyperici, lilior, de ſpica an.* ʒ *ij. pinguedinis anatis, gallinæ & anſeris an.* ℥ ß. *ranas virides viuas nu. vj. catellos duos nuper natos, bulliant omnia ſimul in* ℔ *ij. ß vini odoriferi & vnc. aquæ vitæ ad conſumptionem ſuccorum ac vini, & oſſium catellorum diſſolutionem, & fortiter exprimantur: expreſſioni adde terebinth. vnc. iij. ceræ quantum ſufficit fiat emplaſtrum molle.* Valent etiam ad reſoluendum emplaſtra de vigo, oxycroceum, de mucaginibus, de meliloto, & ſimilia mixta & liquida cum oleis & axungiis ſimilis facultatis. Vnguenti forma hæc eſto. ℞. *anſerem pinguem, & imple catellis duobus, de quibus deme cutem, viſcera, caput & pedes. Item accipe ranas nu. x. colubros detracta cute in fruſta diſſectos nu. iij. mithridat. & theriac an. vnc. ß. fol. ſaluiæ, roriſmar. thymi, rutæ an. m. ß. baccar. lauri & iuniperi conquaſſat. an. vnc. j. pulueris nucis moſca. zinziberis, caryophill. & piper. an.* ʒ *j. de eo, quod ſtillabit, fiat vnguentum, vel linimentum cum cera & terebinth. veneta, pauca aqua vitæ addita,* mirifice arthriticos dolores ſedat à cauſa frigida ſubortos.

Emplaſtra digerentia.

D ℞. *gummi, pini & ladani an. vnc. iiij. gummi elemi & picis naual. an.* ℥ ß. *terebinth. venetæ claræ* ʒ *vj. olei chamæmeli & lilior. an. vnc. iiij. vini rub.* ℔ *j. ß. aquæ vitæ & ſaluiæ an.* ʒ *vj. diſſoluantur omnia ſimul lento igne, baculo ſemper agitando: deinde adde pulueris ireos flor. baccar. lauri & hermodactyl an. vnc. ij. ß. maſtiches, myrrhæ & olibani an. vnc. ij. farinæ fabar. vnc. iij. incorporentur omnia ſimul, fiat vnguentum molle,* Vel;

Vnguentum.

℞. *mucag. ſeminis fœnugr. in aceto extractæ quantum volueris, cui miſce mellis quantum ſufficit, coquantur ſimul, donec vnguenti ſpiſſitudinem acquirant.* Mutentur hæc, quoties opus videbitur.

Hic etiam ad reſoluendum valent fotus anodyni & digerentes: ℞. *fol. rutæ, ſalu. roriſm. an. m. j florum chama. meliloti an. m. ß. vini albi & lixiuii. ſarment. an.* ℔ *iiij. bulliant omnia ſimul pro fotu.* Vel; ℞. *origani, ſaturejæ, calaminthæ, ſalu. roriſm. florum chama. melil. lauendulæ, hyperici, roſar. rub. abſynth. an. m. j. bulliant cum aceto & vino, fiat decoctio pro fotu,* quo vti licebit non in frigida modo arthritide, ſed & calida, quia reſoluit, & adſtringendo partem roborat, atque à fluxione vindicat. Curandum, vt quæ arthriticis doloribus adhibentur remedia, ſubinde mutentur: Nam in hoc morbi genere, quod paulo ante profuit, & nunc prodeſt remedium, id mox eſt nociturum.

Fotus digerentes.

Subinde mutanda in arthritide eodem paroxyſmo remedia.

Quod ſi doloris tanta contumacia eſt, vt deſcriptis remediis non cedat, oportet tum, quia extre-
E mus eſt morbus, extrema Hippocratis conſilio adhibere remedia, cuiuſmodi ſunt, quæ ſequuntur. ℞. *axungiæ gallinæ, oleor. laurini, maſtic. & euphor. an. vnc. j. pului. euphor. & pyreth. an.* ʒ *j. fiat litus,* quo quotidie fricetur pars; valde efficax eſt id remedium. Nam euphorbium & pyrethrum calefaciendo attenuãt & reſoluunt, gallinę axungia & oleum laurinũ relaxant, maſtichinum vero partem roborat, & nouã fluxionẽm arcet. Fit etiã vnguentum valde anodynum ex oleo vulpino, in quo lumbrici ſeu vermes terreſtres, radix enulæ & bryoniæ bullierint, cum pauca terebinth. & cera, remollit, attenuãt, & reſoluit humorem frigidum articulis impactum: ℞. *ſeminis ſynapi puluériſati, & aceto acerrimo diſſoluti, vnc. iij.*

Inſigniter digerens.

Anodynum.

mellis

Inſigniter digerens.

mellis anacardini ℥ ij. aquæ vitæ ℥ j. ſalis com. ℥ ij. miſceantur omnia ſimul & dolori imponantur. Vel; ℞. *picis nigræ. ℥ iij terebin th. venetæ. ℥ ij. ſulphuris viui ſubtiliter puluriſati. ℥ iij. olei quantum ſuffiſit, liqueſiant ſimul, fiat emplaſtrum*, extendatur ſuper alutam, relinquaturque biduum aut triduum totum in affecta parte, ſi inde doloris leuamen percipit æger: Sin minus, mutetur, vt ſupra dictum eſt. Imponunt nonnulli eodem conſilio vrticam Græcam, moxque aqua marina ſeu ſalſa locum abluunt. Alii fouent partem aceto, in quo ſtercus columbinum coxerit, ad vacuandam materiam coniunctam: valde potens remedium eſt veſicatorium ex fermento valde acri, cantharidibus, & pauca aqua vitæ conflatum: ſic enim proſilit ſerum malignum ac virulentum, vnde dolorum ſequitur leuamen. Sunt enim dolores quidam arthritici, qui niſi validioribus quam ſit intemperies ipſa, remediis tolli aut minui nequeunt, quare veſicatoria reiici non debent, cum etiam in hoc affectu ferrum ignitum veteres laudauerint, vt dicemus poſtea. Chriſtophorus Andreas *in ſua æcoiatria* valde commendat ſtercus bubulum, caulium foliis aut pampinis inuolutum, cineribus calidis ſuppoſitum, indeque dolenti loco calide admotum. A

Veſicatoriũ ad materia coniunctã contumaciam.

De topitis, quæ ad calidam ſeu ſanguineam arthritidem adhibentur. Cap. XVI.

Qualia hic deſiderentur repellentia.

VTendum eſt hic repercutientibus initio, quæ frigida ſint & ſicca, vt vtraque qualitate cum morbifica materia pugnent, ſint etiam ad robur partis adſtringentia. Præmiſſa vero vniuerſalia remedia ſemper intelligi velim. ℞. *albumina ouorum nu. iiij. ſuccor. lactucæ & ſolani, an. ℥ j. aquæ roſ. ℥ ij. incorporentur ſimul & fiat linimentum ſæpius renouandum.* Alii farinam hordei lentium, acaciam, oleum roſaceum & myrtillorum capiunt, & cum pauco aceto cataplaſma concinnant. Vel; B

℞. *ſumach. myrtillor. boli armeni an. ℥ ß. acaciæ, corticis granatorum, balauſt. an. ℥ j. aquæ plantag. & roſar. an. ℥ iij. olei roſati, ℥ j. ß. aceti. ℥ j. farinæ hordei & lentium quantum ſatis erit, fiat cataplaſma.* Id valde nobile & efficax ad tumores phlegmonoſos & eryſipelatoſos ſiſtendos. Licet etiam cataplaſma fingere ex mucagine Cydoniorum, in aqua roſarum extracta, caſſia fiſtula, oleo roſato & aceto, Vel; ℞. *pampinorum vitis viridum m. ij. terantur & bulliant in oxycrato ex aqua fabrorum, adde ſumach. conquaſſati. ℥ j. olei roſati. ℥ ij. farinæ hordei quantum ſufficit fiat cataplaſma.* Vel; ℞. *ſuccor. ſemperuiui, hyoſciami & portulacæ an ℥ iiij. corticum mali granati. ℥ j. ß. farinæ hordei. ℥ v. vini auſteri quantum ſufficit, fiat cataplaſma*: valde commendatur id; vinum enim & corticem granatorum habet inſigniter adſtringentia, ſuccos vero inſigniter refrigerantes; farinã inſuper, quo ſanguineos humores influere paratos inſpiſſat, & cataplaſmati corpus præbet. Vel. ℞. *fol. hyoſciami & acetoſæ an. m. j. inuoluantur papyro, & ſub cineribus coquantur; mox cum vnguenti populeon. aut roſati. ℥ ij concorporentur, cataplaſma tepidum parti imponatur.* Vel; ℞. *florum hyoſciami ℔. ij. ponatur in phiala vitreata, & reconde in fimo equino, donec putruerint: accipe ex putredine ℥ ij. in quibus diſſolue olei de iunipero ℥ ß. fiat linimentum ad vſum.* Alii carnem citrulli in mortario contundunt & imponunt. Vel; ℞. *mucag. ſeminis pſilii & cydon. extracta in aqua roſar. & ſolani an. ℥ iiij. olei roſati omphacini ℥ iij. vini granatorum. ℥ j. vitellos ouorum cum albumine nu. iij. camphoræ ℥ j. incorporentur ſimul, fiat linimentum.* Vel; ℞. *olei roſati omphacini ℥ iiij. albumina ouorum cum vitellis nu. vj. ſucci plantag. & ſolani. ℥ j. farinæ hordei. vnc. iij. incorporentur ſimul, fiat cataplaſma.* Vel; C

Optimum cataplaſma adſtringens.

℞. *farinæ fabar. & hordei an. vnc. iij. olei roſati. vnc. ij oxycrati, quantum ſufficit, coquantur ſimul, fiat cataplaſma.* Vel; ℞. *mucag. ſeminis pſilii. vnc. iiij. olei roſati. vnc ij. aceti. vnc. j. vitellos ouorum nu. iij. croci. ℈ j. miſce.*

Li. 22. ca. 25

Phlebotomia ad materiam coniunctam & dolorem leuandum.

Narrat Plinius, Sextum Pomponium prætorii viri patrem, Hiſpaniæ citerioris principem, cum horreis ſuis ventilandis præſideret, correptum podagræ dolore merſiſſe in triticum ſeſe ſuper genua, leuatumque ſiccatis pedibus mirabilem in modum, hocque poſtea remedio vſum. Notatu dignum eſt, quod ſæpe fit, vt omnino talibus remediis dolor ſedari nequeat, propter ſanguinis in parte impacti multitudinem, quare reſtat, vt vacuetur: quod multorum commodo perfeci, aperta vena, quæ in parte obſeſſa, magis tumore, & dolenti loco vicinior videbatur: extemplo enim ſedabatur dolor. Nec vero nimii eſſe debemus in vſu repellentium, ne ſic induretur materia, vix poſtea reſoluenda, vbi ſcilicet in nodos & calculos gypſeos concreuerit. Repercutientibus conuenienter impoſitis, ſubiungenda ſunt reſoluentia, ad diſcutiendum humorem, qui reliquus in parte hęret, de quibus *ſequenti* dicetur *capite*. D

De topicis ad bilioſam arthritidem remediis. Cap. XVII.

Qualia hic deſideret repellentia.

FRigida & humida, quæ initio vſurpantur, repellentia, in hac arthritidis ſpecie eſſe debent, vt bilis vtrique qualitati reſiſtant, eiuſmodi ſunt folia ſolani, portulacæ, ſemperuiui, hyoſcyami, acetoſæ, plãtaginis, papaueris, aqua frigida & ſimilia, ex quibus variæ conſurgunt compoſitiones, vt; ℞. *ſuccor. hyoſcyami, ſemperuiui, lactucæ an. vnc. ij. farinæ hordei. vnc. j. olei roſati. vnc. ij. agitando ſimul fiat medicamentum, ſæpius renouandum*: ſic enim demum ſedabit inflammationem. Remedium inſigne eſſe putant cerebrum porci tritum cum amylo aut hordei farina, & oleo roſato, ſic & maluarum folia in aqua cocta, & pyſtillo contuſa, atque impoſita ardorem ſedant.

℞. *mucag. ſeminis pſilii extracta in aqua ſolani vel roſar. vnc. ij. farinæ hordei. vnc. j. aceti quantum ſufficit, fiat linimentum.* Vel;

℞. *vnguenti roſati Meſuæ, & populeo. an. vnc. iij. ſucci melonum. vnc. ij. albumina ouorum nu. iij. miſceantur ſimul pro litu*, ſpongia etiam in oxycrato merſa & expreſſa, impoſitaque idem præſtat. Vel, E

℞. *fol. caul. rub. m. ij. coquantur in oxycrato, & terantur, adde ouorum vitellos, iij. olei roſati, vnc. iij. farinæ hordei quantum ſufficit, fingatur cataplaſma.* Licet etiam capere ſuccum crudum caulium, ebulorum, & roſarum pyſtillo expreſſum, ex hiſque cum oleo roſato & hordei farina concorporatis fingere cataplaſma. Hyeme, quo ſcilicet tempore herbas recentes habere non licet, vſurpandum erit vnguentum Galeni refrigerans, & populeonis. Vel;

℞. *ceræ*

A *℞. ceraalbæ, ℥ j. croci. ℈ j. opii ℈ iiij. olei roſati quantum ſufficit, macerentur opium & crocus in aceto, deinde terantur & incorporentur cum cera & oleo, fiat ceratum*, quod ſupra telam extenſum parti dolenti totique eius vicinæ imponatur, & ſæpius renouetur.

Ceratum cũ opio.

Quidam ranas viuas per medium ventrem diuiſas dolenti loco imponunt.

Compertum eſt multorum experimentis etiam iſchiadicos dolores cum nullis aliis remediis ceſſiſſent, ſicut ex aqua limacum mucoſa per ſeptem aut octo dies vſurpato ſedaſſe, cuius rei fidem mihi fecit nobilis dominus à Longemello, vir rei & fidei plenus, cum ipſe totos ſex menſes iſchiade fuiſſet diuexatus: Hac arte eiuſmodi paratur aqua. *Cape limaces rubros quinquaginta aut ſexaginta, pone in ollà cupreà & ſale communi conſperge. illicque coutine per diem integrum, mox per cilicium exprime, in expreſſa colatura lintea demerge imbutaque illo liquore dolenti loco impone ſæpius renouanda. Cæterum ſi in agua ſubeſt inflammatio, incoquendi erunt limaces in aceto & aqua roſarum.*

Aqua limacum.

Tradunt ad eos etiam dolores valere mala citrea aut arantia cocta in aceto & piſtillo tuſa, atque cum pauca farina hordei aut ſabarum concorporata. Vel; *℞. pomorum coctorum in lacte ℔. j. butyri, ℥ j. vitel-*
B *los ij. aceti ℥ j. fiat cataplaſma.* Sunt, qui caſeum recenter expreſſum, & pingui lactis ſubſtantia caſtratum, cum oleo roſato & farina hordei piſtillo in mortario concorporant & applicant, reprimit inflammationem & ſedat dolorem. Alii caſſiam recenter à canna extractam cum ſucco cucurbitæ aut melonum commiſcent. Alii folia caulium & ebuli aut apii vel trium ſimul cum pauco aceto trita parti imponunt. Alii ſeminis lini vnciam vnam in zitho macerant, illectamque inde mucaginem cum oleo roſato & farina hordei in cataplaſma conformant. Alii oleum papauerinum carni citrullorum contritæ affundunt, incorporataque apponunt. Quod ſequitur remedium, authoritatem habuit ex Vaſcone quodam Baſatenſi perſanato, cum ipſe arthriticis doloribus diu multumq; ſupra communem arthriticorum ſortem fuiſſet diuexatus. *Capito imbricem ſeu tegulam faſtigiariam magnam, denſam, & craſſam, curatoque vt ignibus viſta candeat: illam alia pari magnitudine tegula includito, frigida tamen, ne lecti linteamina, eius comburantur contactu, mox calentem illam foliis ebuli tam multis impleto, vt in ipſa pars ægra citra noxam, quæ ab igne metuitur, componi & conſiſtere poſſit. Calorem inde manantem, calorisque fructum, ſudorem, ſuſtineat æger horæ ſpatio, ſubiectis aliis ebuli foliis ſi primo impoſita marcuerint, ſubiecta etiam alia tegula calente, ſi prior autoex illam horam refrixerit. Hic perfectu pars extergenda vino liaten ficu: repetẽdum particulare id laconicum per quindecim dies mane ieiuno ſtoma-*
C *cho: poſt inungetur pars lita ſequenti tepido: ℞. ſucci ebuli, ℔. j. ß. olei com. ℔ j. miſceantur ſimul, & ponantur in vaſe fictili, cuius orificium ſit strictum admodum, & tenacè luto benè obturatum, poſtea bulliant in duplici vaſe cum vino ad medias diluto, per ſpatium decem vel duodecim horarum, refrigerentur, & ſeruentur vſui, addendo vnctionis tempore guttas aliquot aquæ vitæ*: inungi poterit bis aut ter in die longe à paſtu. Quinetiam radices & folia ebuli in aqua cocta & contuſa ſedant dolorem impoſita. Idem præſtat oleum ebuli per quintam eſſentiam extractum. Quod ſi rebellis dolor deſcriptis remediis ſedari nequeat, & calore feruore que intolerabilis ſyncopes periculum minetur, ad narcotica erit veniendum: His enim licet partis temperies labefactetur, calor natiuus minuatur vel extinguatur potius, id tamen longe eſt ſatius, quam totum corpus doloribus conficiendum prodere, vim habent inſigniter refrigerandi & ſiccandi, ſenſum partis obtundendi, humores præterea tenues, acres, & mordaces, cuiuſmodi ſunt biliosi, incraſſandi. Itaque ſi quæ materia dolorem facit, craſſa eſt, narcoticis abſtinendum, vel certe magna cautione adhibita vtendum:

Lotum ex ſucco ebuli.

Quando ad narcotica veniendum.

℞. micæ panis ſecalini parum cocti in lacte ℥ ij. vitellos ouorum nu. ij. opii ʒ j. ſuccorum ſolani hyoſciami, mandragoræ, portulacæ, ſemperuiui an. ℥ j. miſceantur ſimul, & imponantur, ſæpiuſque mutentur. Vel; *℞ fol. hyoſciami, cicutæ, acetoſæ an. m. j. bulliant in oxycrato, & contundantur, cumque vitellis ouorum crudorum nu. ij. & olei roſati.*
D *℥ ij. farina hordei quod ſit ſatis, incorporentur, fiat cataplaſma.* eius vſu ingentes dolores ſedare ſoleo. Vel;

Cataplaſma cum opio.

℞. opii. ʒ i. j. camphoræ. ʒ ß olei nenuphar. ℥ j. lactis ℥ ij vng. roſati Galeni. ℥ iiij. incorporentur ſimul in mortario, applicentur. Quinetiam inquit Hippocrates, *podagricos & conuulſa magna ex parte aqua larga affuſa leuat & extenuat, ſoluitque dolores.* Nam modicus torpor dolorem ſoluit. Eſt & alia ratio, cur omnibus articulorum doloribus vtiliter affundatur: quia ſcilicet repellendo humores influxum in partem prohibet. Poma mandragoræ in lacte cocta & tuſa idem præſtant. Idem & folia hyoſcyami, cicutæ, lactucæ, portulacæ ſimiliter cocta Si quis his frigidioribus vti volet, cruda & non cocta imponere debebit. Cæterum doloris remiſſa acerbitate deſiſtendum ab eiuſmodi narcoticorum vſu. quin potius roboranda pars venit calidis & digerentibus: alias periculum eſt, ne deſtructa eius temperie nimium debilitetur: ſicque poſtmodum omni fluxionum generi obnoxia ſit. Quare fotibus digerentibus ante deſcriptis, & quæ ſequuntur remediis roborabitur.

Apho. 29. ſect. 5.

Narcoticorum vſu impreſſa parti noxa quæ corrigenda.

Digerentia.

℞. gummi ammoniaci & bdellii an. ℥ j. diſſoluantur in aceto, & paſſentur per ſetaceum, addendo ſtyracis liquidæ, & farinæ fœnugr. an. ℥ ß. pulueris ireos ℥ iiij. olei chamæ. ℥ ij. pulueris pyrethri. ʒ ij. cum cera fiat emplaſtrum molle. Vel; *℞. rad. enulæ, ebuli, althea an ℔. ß. ſeminis lini, fœnugr. an. ʒ ij. ficuum ping. nu. xx. coquantur complete, &*
E *trancientur per ſetaceum, addendo pulueris euphor. ʒ ij. oleor. chamæ, aneth. & rutacei, an. ℥ iij. medullæ ceruі. ℥ iiij. fiat cataplaſma.* Modus tamen adhibendus in digerendo, ne digeſta impacti humoris tenuiori portione reliqua fœculenta concreſcat in tophos: quod etiam in repellendo eſt metuendum. Omiſi etiam, quod veterum ſententia ad doloris ſedationem plurimum conferunt balnea aquæ dulcis, in qua coxerint herbæ refrigerantes, trihorio à leui paſtu vſurpata: ſic enim demum bilioſis naturis gracilibus, & quibus corporis eſt rarior textura, ſunt accommodatiora, quia magis humectant, & tenues ac bilioſos adeòque acres vapores expeditius digerunt, tepore nempe balnei, apertis poris & liquatis humoribus. A balneo inungendum corpus hydræleo, ne calor natiuus exhalet, & corpus fiat infirmius. Craſſi ſucci alimenta conuenientiora ſunt, vt bubula caro, pedes veruecini & ſimilia, modo talia concoquere æger poſſit, his enim impiſſatur ſanguis bilioſus, & ad fluxum redditur ineptior.

Modus in digerendo & repellendo.

Balnea dolorem arthriticum ſedant.

Craſſi ſucci alimenta quæ vtilia.

Qua

Quæ auxilia ſint adhibenda in articulorum doloribus ab intemperie ſolitaria ſine materia. A

Cap. XVIII.

Hiſtoria.

FIunt etiam in articulis dolores ab intemperie ſine materia, qui etſi rari ſunt, quia tamen mihi experiri contigit, quibus aduerſum remediis vſus ſim, viſum eſt aperire. Mihi aliqnando maiore animi contentione in ſtudio occupato, ideoque externas, quæ in corpus ingruere poterant, iniurias non ſentienti, ventulus per bibliothecæ anguſta rimarum clanculum ſubiens, coxam ſiniſtram perculit: tandem ſtudendo laſſus, cumprimum ſurrexi progreſſurus, ſtare in pedes non potui, tanta erat doloris ſine vllo rumore aut humore, qui quidem cerni poſſet, acerbitas. Itaq; coactus ſum lecto me tradere, reuocatoque in memoriam, quod *frigus, neruis plane inimicum*, mihi dolorem illum creaſſet, depellere id tentaui frequenti linteorum calidiſſimorum appoſitione: quæ etſi contractu ſuo ſanas partes, dolenti & perculſo loco vicinas, veſiculis inde ſurgentibus amburerent, vix tamen illic, vbi defixa erat doloris acerbitas, ſui ſenſum faciebant, tanta erat & tam firmiter fixa intemperies. Impoſui & marſupia auena & milio frixo plena, vinoque rubro calenre imbuta, veſicas item bubulas calefacientium herbarum decocto ſemiplenas. Denique & catinum ligneum cinere calenti pene plenum, ſaluia, roremarino, & ruta leuiter contuſis obtectum, inuolutumque linteo, quod aqua vitæ conſperſum vaporem remittebat, B qui dolorem lenibat: impoſitus etiam panis ater, recens à furno extractus, & aqua roſarum aſperſus valde profuit. Atque quo lentus inimicum illud frigus expugnarem, pedum plãtis lagenas teſtaceas aqua feruente plenas admoui, vt inde etiam cerebrum per neruorum rectitudinem & continuitatem incaleſceret, horum remediorum vi tandem contumaci illa intemperie, cum per viginti quatuor horas me detinuiſſet, præclare ſum defunctus. Aliquando ab excrementitia quadam materia, ſed tenui adeo & ſubtili, vt oculorum ſenſum fugiat, excitatur doloris arthritici alia ſpecies: Fuligo quædam eſt, accenſarum candelarum fungis, ſeu atræ illi vligini, quæ cohibito ad obiectum aliquod corpus lampadum ardentium fumo cogitur & concreſcit, ſimilis: quæ virulenti ſeri admixtione infecta, quaquauerſum peruadit, nunc in his, nunc in illis articulis extremos dolores ciens, niſi illi exitum affectanti, aperiatur via corniculis, cucurbitulis, veſicatoriis, cauteriis aut alia ſimili arte.

Hipp. aph. 10 ſect. 5.

Varia ad dolorem ab intemperie frigida ſine materia ortum remedia.

Fuliginoſus vapor arthritidis aliquando cauſa.

Quibus omnino modis roborentur articuli.

Quæ agenda ſint poſt exactum dolorem arthriticum.

Cap. XIX.

SEdato dolore, roborare articulos conuenit. Robotare autem non eſt tantum adſtringere & deſiccare, ſed omnino imbecillitatem ex morbida diſpoſitione in parte relictam emendare: nempe humorem, ſi quis reſtat ſuperfluus, diſcutere: ſi ab exhauſto & ſicco laborent articuli, humectare. Cæterum C podagricis poſtquam doloribus articulorum defuncti ſunt, ſuperſtes diu remanet incedendi impotentia: quia qui in pedibus magno numero exiſtunt nerui & tendines, multo humore pituitoſo irrigati, relaxantur, vt non magis ſe aut pedes fulcire poſſint, quam papyrus madefacta. Ergo vt incedendi facultas reſtituatur, humor ille impactus omni arte diſcutiendus & exhauriendus eſt; fotu nempe, cataplaſmate, & emplaſtris deſiccantibus & adſtringentibus, vt ſequitur. Fotus quidem vſurpabitur, qui deſcriptus eſt antea, aucta quantitate aluminis & ſalis, addita ſulphuris viui pari quantitate: inde quod ſequitur emplaſtrum veniet imponendum: *℞. maſ. emplaſt. contra rupturam ℥ iiij. tereb. ℥ ij. pulu. roſ. rub. nucum cupr. galla. gran. myrtil. & fol. eiuſdem thuru, maſtich. & caryoph. an. ʒ j. malaxentur omnia ſimul manibus inunctis oleo myrtino, & maſtichino fiat emplaſtrum*, extenſum ſuper alutam debitæ magnitudinis & latitudinis, imponatur pedum regioni ſupernæ & infernæ. Emplaſtro ſuperdanda eſt caliga ex corio canino præparato per totum crus ſubnexa: id emplaſtrum roborat neruos, humorem ipſis impactum exhaurit, & fluxionem intercipit. Caliga vero canina calorem partis natiuum conſeruat, & quia conſtringit, fluxionem in pedes coercet.

Remedia ad relictam exacto dolore in articulis imbecillitatem.

Caliga ex corio canino vſus.

De Tophis, ſeu nodis, qui in arthriticorum articulis concreſcunt. D

Cap. XX.

ARthriticis quibuſdam concreſcunt in articulis nodoſa tubercula, veteribus Tophi nuncupata. His generatio eſt à pituitæ craſſæ, viſcidæ, & crudæ congeſtione, & cum pauco acri ac bilioſo humore permixtione. Reſides hæ materiæ in parte remanent, quia ab ea imbecilliore digeri & diſſipari non potuerunt: impactæ igitur in gypſeam & cretaceam quandam ſubſtantiam facile concreſcunt: dum à calore peregrino & adurente, quem dolor & arthriticum vitus inuexere, earum pars tenuior vaneſcit, craſſior autem velut fæx ſubſidet: quanquam his tophis gignendis aliquando etiam occaſio eſt importunus remediorum repellentium aut digerentium vſus. Nam ab illis materiæ impactæ incraſſantur & coguntur, ab his vero, eo, quod tenuius eſt, digeſto, reliquum, quod ſubſidet, concreſcit. Quæ ad remolliendum parantur medicamenta, calefaciendi & humectandi vi mediocri prædita eſſe debent, vt materiam impactam fundere & liquefacere poſſint, cuiuſmodi eſt aqua tepida, decoctum herbarum remollientium, decoctum inteſtinorum & capitum pedumque vitulinorum & veruecinorum. Poſt hos & ſimiles fotus, vtendum erit ſequenti medicamento: *℞ axungia human. anſer. & gallina, medul. ceruina an. ℥ ij. tereb. venet. ℥ j. aqua vit. parum, cera quantum ſufficit, fiat vnguentum molle.* Hinc quod ſequitur vtile erit: *℞. rad.* E *alth. lilior. bryo. lapat. acuti an ℥ iiij. coquantur complete, & traiiciantur per ſetaceum: adde gum. ammo. bde. galb. opopana. in aceto diſſolutorum. an. ℥ j. medu. ceru. ℥ j. ß. incorporentur ſimul & applicentur.* Vel; *℞. oleor. lilior. amygd. dul. medul. cruris cerui, an. ℥ ij. ß. muca. ſem. lin. alth. & fœnug. an. ℥ j. cera quantum ſufficit fiat ceratum.* Vel; *℞. empl. de Vigo cum merc. & cerat. de œſipo humida deſcriptione philagrii. an. ℥ ij. malaxentur ſimul cum oleo liliorum fiat maſſa* Vel; *℞. gum. amon. opopan. galb. bdel. diſſolutorum in aceto an. ℥ ij. panno lineo colatis, adde pulu. ſulph. nitr. ſynap. pyret. an. ℥ ß. ſtyra. liq. & axung. hum. an. ℥ j. reſ. pini, tereb. venet. an. ℥ ß. cera quantum ſufficit, fiat ceratum molle.*

Tophi vnde origo.

Importunum digerentium & repellentiũ vſum tophos inuehere.

Remollientia.

Liquefacit & humectat.

Lo. 10 ſim. c. 7 ſe. 20 lo. 3. tract. 2. c. 21.

Quod

Quod ſequitur, Galeni & Auicennæ ſententia putatur efficaciſſimum: *℞ pedes porcel. bene ſalſos, nu. iiij. veterem pernam cum illis coque: addendo ſub finem radicum bryoniæ, lazathi acuti, an. ℥iij. axungia tauri, & medulla ceruina, an. ℥j. cum caſeo putrefacto, fiat emplaſtrum molle ad vſum.*

Emplaſtra ex veteri caſeo ac perna decocto.

Quod ſequitur, etiam efficaciſſimum eſt: *℞ caſei acris & putrefacti ℥iiij. pulu. ſulph. viui, euphor. & pyre. an. ℥ij. decoctionis veteris pernæ & porcellorum, quod ſufficit ad incorporandum, ducantur in mortario, & fiat emplaſtrum ad vſum.* Vel: *℞ ſpumæ nitri ℥vj. tereb. ℥ij. olei veteris ℥viij. lixiuij, quo lana pileorum lauantur, & ceræ quantum ſufficit, fiat ceratum ſatis molle.*

Poſt vſum remollientium ſuffitus fiet in hunc modum. Lapis pyrites, aut molaris, vel lateritius, ab igne candens præſto erit: in hunc conjicietur aceti acerrimi & aquæ vitæ quod ſufficit, vapor elatus membro affecto diligenter excipietur, huic enim vis ineſt attenuandi, incidendique craſſam, viſcidam & gypſeam materiam, imo & cutem perrumpendi: quanquam hæc ipſa ſæpe ſua ſponte nulla vi medicamentorum vel ferri diſtringitur. Denique quæ ad ſcirrhos, eadem ad arthriticos nodos, tophuſque remolliendos valent remedia.

Suffitus efficax.

Cæterum animaduertendum eſt, quod nõ nunquã ſuppurantur nodoſa hæc tubercula, non quidem ab impacta & gypſea materia, ſed à fluxione noua & de improuiſo ſuperueniente: tumque neceſſe eſt materiebus contentis viam aperire: prodit humor velut lacteus primo, tum gypſea materia: hinc relinquitur vlcus curandum impoſito emplaſtro de gratia Dei, & aliis, vt Chirurgo viſum erit.

B

Qui tophi liquando ſuppurare videantur.

De flatibus articulis concluſis, & veras arthritides mentientibus, remediiſque quæ ad eos adhiberi debent.

Cap. XXI.

SÆpe paucus humor ſubeſt, qui arthriticos dolores monet: at flatus multi admixti, in magnis præſertim articulis, vt iſchio, & genubus tantam nonnunquam diſtentionem faciunt, vt oſſium capita propriis locis depellant. Hos ſubeſſe in parte intelligere licet, ſi dolor vrget tenſiuus, ſine grauitatis ſenſu: ſi cum digitis tumor preſſus fuerit, cauitatis impreſſum veſtigium non retinet, vt in œdemate, ſed contra ſpiritus flatuoſus quodam quaſi renixu ſurrigitur, tanquam qui follem vento diſtentum præmeret: hinc pars ſuo fungi munere nequit, quia flatuum multitudine articuli ſpatia occupantur, ſic vt motus libertas intercepta ſit, & conſtrictum quaſi membrum teneatur. Plerique non admodum callidi ac periti Chirurgi, impoſitis huic tumorum generi digitis ſic, vt vno ſublato premerent altero, cum ſentirent velut ſurgentem inter digitos flatum, puris iam facti & fluctuantis, vt in abſceſſibus ſolet, inundationem ſubeſſe rati, ferro vomicam fecerunt & aperuerunt: Sed cum nihil manaret, patuit, quantum decepti eſſent: interim tamen ſua illa temeritate multis & magnis accidentibus cauſam præbuerunt, vt dolorũ incremento, humorum fluxioni, quorum impetu oſſa ſuis ſedibus elocata inemendabilem claudicatem ægris intulerunt. Cæterum vix flatuoſæ illæ arthritides ſine materia aliqua pituitoſa, quæ nec nimiũ cruda ſit, nec nimium viſcida, exiſtunt. Non facile, nec primo conatu diſcutiuntur eiuſmodi flatus, propter intemperiem frigidam, quam parti conciliant, & membranarum ac ligamentorum, quibus articulatio nectitur & continetur, denſitatem, ſic vt vix quidquam eorum, quæ concluſa ſunt, per tam anguſtos poros expirare poſſit. Suſcipienda igitur curatio eſt fotibus reſoluentibus, diſcutientibus, & deſiccantibus: nempe ex decocto fœnicul. aniſ. rut. chamem. melil. ſalu. roriſm. orig. calam. marrub. & ſimilium, in vino, lixiuio pauco, aceto roſ. & ſale comm. elixorum. Poſt fotum litus vſurpabitur ſequens: *℞ oleor: chamem. aneth. rut. laur. an. ℥ij. cum cera alba, fiat linimentum, addendo aqua vit. parum.* A litu ſequens imponetur cataplaſma: *℞ flor. cham. melil. anet. roſ. rubr. pulu. an. m. j. fol. malu. & abſyn. an. m. ß furf. m. j. bulliãt omnia ſimul cum lixiuio & vino rubro: deinde piſtentur cum medulla panis & farina fabarum, quantum ſufficit, fiat cataplaſma: addendo olei roſarum & myrtini an. ℥ij.* Nonnullis ſequens remedium valde probatur ad abſumendos flatus. *℞ axung. ſuillæ ℥iij. calcis viuæ ℥jß. terantur diligenter in mortario & incorporata applicentur.* Vel: *℞ ſtercor. capr. cocti cum vino & aceto an. ℔ ß. tereb. venet. & mell. comm. an. ℥ij. aquæ vit. ℥ß. pulu. rad. ireos florent. & ſabin. an. ℥iij olei rut. & aneth. an. ℥j far. fab. quantum ſufficit. fiat cataplaſma ad formam pultis.*

C

D

Quibus præſertim in articulationibus colligantur flatus.

Signa flatuum.

Qui flatus imponant puris ſpecie:

Cur flatuũ articulos concluſorum curatio difficilis.

Curatio.

Applicanda etiam veniunt ſplenia oxycrato imbuta & expreſſa, in quo bullierint abſynthium, origanum, chamemelum, melilotum, ruta, ſal commune, addita aqua vitæ. Deligabitur deinde pars quam arctiſſime æger ferre poterit. Ad extremum, quo parti natiuum robur ſenſim reſtituatur, fouenda erit lixiuio ex querno & ſarmentitio cinere, in quo bullierint ſal, ſulphur, alumen electum & ſplenius eo maceratis atque imbutis ſuper datis deligatione arctiſſima conſtringenda: ſi tamen dolor ingens partem diuexet atrocius, tum neglecta ad aliquod tempus morbi proprij curatione, ſymptomati prouidendum erit, partis frictione & litu ex oleo diſcutiente cum lana ſucida & aliis anodynis.

Deligatio.

De Iſchiade. Cap. XXII.

QVia Iſchias cauſarum magnitudine, doloris acerbitate, & reliquorum ſymptomatum vehementia cæteris arthritidis ſpeciebus facile eminet, propterea viſum eſt, proprio capite de illa agere. Ideo vero Iſchiadis dolor acerbiſſimus eſt, ſymptomataque omnium vehementiora obtinet, quod Iſchij cũ femoris capite dearticulatio reliquis profundior ſit: quod humor, qui eam committit, pituitoſus fere copioſior, frigidior, craſſior, & viſcidior in hãc dearticulationem defluat: quod denique Iſchias diuturni fere alicuius morbi ſucceſſione veniat, per materiæ malignæ & longi morbi primigenij decurſu corruptæ, eo loci translationem & decubitum. Cæterum dolor non modo Iſchion exercet, ſed & profundius ſubiens ad natium muſculos, inguina, genua, extremoſq; digitorum pedis articulos porrenditur, imo ſæpe in lumborum vertebris ſui ſenſum excitat ægro permoleſtum, adeo vt ipſis ægris, ſæpe etiam

E

Cur iſchias ſymptomata omnium obtineat vehementiſſima.

Cauſa tam lateſparſi doloris iſchiadici.

Digitized by Google

Medicis ac Chirurgis colicæ flatuoſæ aut calculoſæ opinionem fecerit. Cauſa tam vagi ac ſparſi doloris eſt à multiplici neruorum, qui à lumbis & oſſe ſacro ad eam dearticulationem veniunt, diſtributione repetenda. Simul enim in natium muſculos crus totum, extremoſque digitos diffunduntur, vt in Anatome demonſtratum eſt. Ideo late dolor expanditur, quocunque nimirum ab affecta coxendice deductus neruus pertingit. Sępius tumor nullus, rubor nullus, nullaue intemperies oculis manifeſta eſt, quod paucæ admodum ſint venæ, quæ in huius partis ſuperficiem cutemq; aſſurgant, & humor demerſus intro lateat: quæ cauſa eſt, cur non ita raro excrementitij humores flatibus permixti tanta vi in huius dearticulationis cauitatem quaſi impetu quodam incurrant, vt relaxatis ligamentis, tum proprio, tum communibus caput oſſis femoris hinc facile depellant, nunquam reſtituendam, ſi paulo diutius abfuerit: quia interim in illam cauitatem illapſus humor, mora velut in lapideum quid concreſcit, femoris vero ille articulus in vicino oſſe nouam ſibi cauitatem attriuit, veræ vero cauitatis labra, quæ cartilaginea ſunt, ſtrictiora & depreſſiora euaſerunt, ligamentalia denique omnia corpuſcula humore excrementitio proluta laxiora, longiora & infirmiora facta ſunt: ex quo ſymptomatum multorum & grauiſſimorũ conſecutio: nempe clauditatis, maciei non femoris modo ac cruris, ſed & totius tandem corporis, febris denique lentæ & hecticæ, quæ longa tabe ægrum conſumit, propter cauſas ante commemoratas. Quare videbunt Medici ac Chirurgi, vt principiis obſtent, & validis remediis *ſequenti capite* explicandis prædictorum ſymptomatum fœturam intercipiant.

Ab iſchiade ſæpe elocatio femoris.

Quæ Iſchiadi cura ſit adhibenda. CAP. XXIII.

Cur ſecanda vena in iſchiade.

Quando iſchiadica & ſaphena in iſchiade ſecanda.

Validæ purgationes in iſchiade.

ETſi Iſchias fere ſit à pituita craſſa, tamen ſi æger validus ſit, ſanguine abundet, & reliqua conſentiãt, ſanguinem ſecta vena detrahere erit perutile, phlebotomia enim fit æqualis omnium humorum vacuatio: itaque per eam inhibetur aut retardatur humorum in partem affectam incurſus. Certe ſedando dolori inflammatorio nullum noui promptius remedium venæ ſectione, primum è baſilica lateris dolentis facta, reuulſionis ergo, deinde vacuationis materiæ coniunctæ gratia è vena iſchiadica, quæ eſt ad malleolum externum, nempe ſi iſchiadis dolor magis extrorſum vergat: aut ſaphena, quæ ad internum malleolum exiſtit, ſi interiora magis doleant. Detrahendi ſanguinis quantitas Medici arbitrio eſt permittenda, quo inconſulto nihil hic tentari velim. Proſunt & clyſteres acres, ſi nihil ſit, quod impediat, nempe inteſtinorum vlcera aut hæmorrhoides: Vt. *℞. rad. acori ℥ij. centau. rut. ſalu. roriſm. calam. orig. puleg. an. m ß. ſtœcha arabic. flor. chamem. melil. anet. an. p. j. ſem. aniſ. & fœnic. an. ʒß. fiat decoctio ad ℔j. in colatura diſſolue el. hiera & diaphœn. an. ʒß mellis anthoſ. & ſaccha. rub. an. ℥j. olei lilior. ℥iij. fiat clyſter.* Locum quoque hic habent validæ purgationes ex pilulis fœtidis, arthriticis, aſſaieret de hermodactylis, & aliis, quæ ad pituitoſos adhibentur. Electuarium diacarthami bilem & pituitam purgat. Frequentes vomitus non humores modo vacuant, ſed etiam reuellunt, vt *ante* docuimus. Balnea & ſudores proſunt, non ſecus quam guaiaci, & ſalſæ parillæ decoctum. *Si* calor parti moleſtus ſit, inſtituetur litus ex oxyrrhodino, ſi præſertim dolor ſit profundior: nam acetum tenuitate ſua ad ima penetrat, & oleo, quod ſua natura anodynum eſt, viam facit. Præmiſſis vero vniuerſalibus remediis attrahentia & reſoluentia medicamenta venient imponenda. Humorem à profundo in ſuperficiem euocant emplaſtra ex pice & ſulphure, vel ex ammoniaco, euphorbio, terebinthina, propoli, galbano, bdellio, opopanace. Similiter & litus ex oleo de ſaluia, roremarino, pyrethro, & aliis per quintam eſſentiam, vt vocant, extractis: quibus ſcilicet ob ſubſtantiæ tenuitatem, & à fæcibus terrenis abſtractionem, vires tum ad ſubeundum, tum ad digerendum longe ſunt valentiores & expeditiores. His tamen omnibus niſi adhibito iudicio non eſt vtendũ, alioqui inflammationis periculum ſubeſt.

Inſtituentur etiam fotus ex herbis diſcutientibus & reſoluentibus, vt radicibus & foliis ebuli, ireos, baccis lauri, iuniperi, ſeminibus fœnugræci, aniſi, fœniculi, ex ſaluia, roremarino, chamemelo, meliloto, ſambuco, & ſimilibus, in vino & oleo incoctis.

Emplaſtra ex alto attrahentia.

Quod ſequitur emplaſtrum, Veteribus valde probatur, ad digerendum ſeu reſoluendum, & dolorem ſedandum, cum hoc, quod ſpinas, teſtulaſque & oſſa putrida extrorſum euocat: *℞. ſem. vrtic. munda. ſpumæ boracis, ſalis ammon. rad. ariſtoloc. rot. colochyn. terebin. ven. an. ʒx. fœnug. pipe. longi, xylobalſam. thur. myrr. adipis cap. gum. pini. an. ʒv. ceræ ℔ß. lactis ficus ſylueſtris, ℥ß. arida liqueſacienda ſunt, cum olei lilio & vini generoſi quãtitate ſufficienti, atque ex omnibus concorporatis fieri debet emplaſtrum* iſchio imponendum. Vel: *℞. ſynap. acerrimo aceto diſſoluti ℥ij. fermenti acris ʒß. puluis hermodact. ʒij. mel com. ℥iij. tereb. ℥iiij. oleor: laur. & de ſpica, an. ℥ij. far. fœnugr. ℥j ß. terræ formicæ cum ouis ℔j. fol. lauri, ſaluiæ, rutæ, roriſmarini. an. m. ß. vermium terreſtrium præparatorum, ℔ß. Terra formicarum cum ouis, & vermes ſeorſim in vino albo incoquentur cum herbis conciſis, hiſque traiectis ac colatis reliqua adiicientur ſecundum artẽ,* iſchio ſimiliter imponẽda. Vel: *℞. rad. enul. camp. ſigil. ſalom. bryon. biſmal. an. ℥ij. coquantur complete & terantur, traiiciantur per ſetaceum, addendo far. fœnug. & hord. an. ℥j. oleor: lilio & chame. an. ℥iij. tereb. ℥iiij. cera quantũ ſufficit. Fiat cataplaſma:* reſoluit, dolorem ſedat, & materias in ſupſiciẽ euocat. Vel: *℞. rad. ſigil. beatæ mariæ ℥vj. emplaſtri diachylonis albi ℥iiij. croci in aqua vitæ diſſoluti ℥ij. terebinth. ℥j. olei de ſpica nardi, quantum ſufficit. fiat emplaſtrum;* applicetur ſuper alutam calide. Sæpe ego iſchiadicos multos dolores extemplo ſedaui, impoſita dolenti iſchio radice ſigilli beatæ mariæ in taleolas ſecta, quando à materia frigida erant. Vel: *℞. ceræ citrinæ, & tereb. abietis an. ℥ij. liqueſiant ſimul in vaſe duplici, & vbi refrixerint, adde pulu. hermodact. ʒß. flor. chamem. irid. floren. an. ℥iij ſpicæ nardi. flor. thymi an. ℥ij interioris cinamomi electi, & ſem. naſtur. an. ℥ij croci ℈iiij. malaxentur ſimul manibus axungia porci vetere non ſalita vnctis, & fiat maſſa emplaſtri.* Quod ſi his remediis non ſedetur dolor, tum ad valentiora erit veniendum, vt ad cucurbitulas magnas cum multa flamma impoſitas, ad veſicatoria.

Sigillum beatæ mariæ diſcutit.

℞. can-

A ℞ *cantharid. quibus detracta ſunt alæ, ℨij. ſtaphiſagr. ℨiij. ſynapi ℨiß. fermenti acerrimi ℥ß. incorporentur ſimul & fiat veſicatorium.*

Veſicatoriū Valens.

Excitantur etiam veſicæ, impoſito paulo infra dolentem locum viburni interiore cortice, pondere duorum aureorum: vlcera reſciſſis veſiculis, vt diu maneant & fluant, erit procurandum, quo plus exhauriatur humoris in parte contenti. Quod ſi ne ſic quidem proficitur, veniendum, Hippocratis conſilio, ad vltimum & extremum remedium. *Quibus* (inquit) *à diuturno coxendicum dolore vexatis, coxa excidit iis crus tabeſcit, & claudicant, niſi vrantur.* Id ipſum & Celſo probatum legimus: *Vltimum* (inquit) *eſt, & in veteribus quoque morbis efficaciſſimum, tribus aut quatuor locis ſuper coxam, cutem, cādentibus ferramentis exulcerare. Indeque non, vt primum fieri poteſt, vlcera ſanare, ſed ea trahere, impoſitis aureis aut argenteis globulis, vel gentiana, aut cera cum puluere vitrioli, mercurij, & ſimilibus catheretícis liquata & coacta in globulos, donec id vitium, cui per hæc opitulamur, conquieſcat: ſic enim plurimus conquieuit.*

Viburni cortex interior veſicatorius.

Aph. 60 ſe. 6

Lib. 4. c. 22.

Itaque tria aut quatuor cauteria actualia, ſeu ignita ferramenta, circa iſchij dearticulationem ſic apprimenda ſunt, vt in carnem digitum latum ſubeant, vitatis tamen neruis. Hoc certe nomine hic cauteria proficiunt, quia partem calefaciendo, humores quoque frigidos calefaciunt, & diſſoluunt, craſſos B & viſcidos incidunt & attenuant, foras euocant, vt per vlcera cum pure manante effluant. Adde quod obductis mox cicatricibus ligamenta conſtringuntur, & eorum laxitas corrigitur: totaque eo modo pars inſigniter roboratur.

Quis cauteriorum in iſchiade vſus.

De conuulſione flatulenta, ſeu contractione conuulſoria, quam Gallorum vulgus Guttam Crampam nominant. CAP. XXIV.

QVæ Gallorum vulgo Gutta crampa dicitur, ex nominis potius, quam ex rei affinitate huc à nobis illata eſt, quæ exponeretur: nam ad rei veritatem loquenti conuulſionis quædam ſpecies eſt, quam flatulenta materia gignit, huius decurrentis impetu, ſæpe ceruix, brachia, & crura, vel extenduntur, vel in ſeſe contrahuntur ſummo dolore, ſed eo breui. Cauſa igitur eſt craſſus lentuſque vapor in neruorum propagines, muſculorumque membranas inſiliens. Noctu impetit potius, quam interdiu, quia tum calor & ſpiritus in viſcera & corporis centrum ſubducere ſe conſueuerunt, quo fit, vt facile flatus exurgāt, & partem, in quam irruerint, haud ſecus atque cytharæ chordas impleant, diſtendant & conuellant. C Sæpe id malum eos adoritur, qui in frigida aqua natant, eaque res multis quamlibet egregiis natatoribus ſubmerſionis cauſa extitit, ſic arcte tum contractis membris, vt nulla vi exporrigi queant. Aquæ enim frigiditate cutis cogitur & condenſatur, eiuſque ſpiracula occluduntur, adeo vt conceptis flatibus exitus non pateat. His qui vino & crapulæ, aut ſocordiæ ac deſidiæ ſeſe dediderunt, frequentius eſſe ſolet id malum, ob congeſtas cruditates. Itaque curatur victu, cultuque corporis, atque exercitio ſingularum eius partium moderato: ſic enim robur ipſis accedit, & materiæ flatulentæ generatio impeditur. In ipſo inuaſionis articulo, curandi ægri ſunt frictione longa ex linteis calidis & aqua vitæ, in qua infuſa maduerint ſaluiæ folia, roriſmarini, thymi, ſatureiæ, lauendulæ, caryophylli, zinziber & ſimilia diſcutientia ac reſoluentia. Proſunt quoque membrorum extenſiones, flexiones circumactiones & deambulationes.

Quid cōnulſio flatulenta.

Quas cauſas habeat.

Quos ſibi obnoxios homines reddat.

Curatio.

FINIS LIBRI DECIMISEPTIMI.

D

E

 A

DE LVE VENEREA, ET HIS QVÆ PER EAM CONTINGVNT, SYMPTOMATIBVS. B

LIBER DECIMVSOCTAVVS.

Deſcriptio Luis venereæ. Cap. I.

Quid lues Venerea.

LVEM veneream Galli morbum Neapolitanum, Itali & Germani Gallicum, Latini Pudendagram, alij aliter nominant. Cæterum parum intereſt, quo nomine vocetur, modo res ipſa intelligatur. Eſt igitur Lues venerea, *morbus, contactu quidem, ſed eo præſertim, qui per impurum concubitum fit, genitus, occultæ qualitatis particeps, fere, à pudendorum vlceribus initium ducens, inde capitis, cæterarumque partium externarum puſtulis amplius innoteſcens, viſcera denique & partes internas inficiens, cum capitis, ſcapularum, articulorum, aliarumque partium ſæuis & nocturnis dolorum cruciatibus.* Temporis ſucceſſu nodos, tophoſque præduros, randem & cariem oſſibus

Quas ruinas corpori inferat lues Venerea.

infert, ipſa liquefaciens, intactis ſæpe circumiectis carnibus: aliarum vero partium ſubſtantiam, pro ſua cuiuſque conditione, corporum affectorum intemperie, & cachexia, cauſæ morbificæ inueteratione, corrumpit & labefactat. Alij enim altero, alij vtroque lumine orbantur, alij inſigni palpebrarum portione mulctantur, alij horrida omnino & multum ſibi diſſimili viſuntur facie, ſtrabiſque oculis. Quibuſdam auditus deperit, nonnullis naſus excidit, palatum perforatur, cum iactura oſſis ethmoidis, adeo vt proclara & articulata, obſcura his & confuſa, turbidaque vox edatur. His os obtorquetur, illis genitale membrum præciditur, mulieribus pudendarum partium magna pars corruptione contaminatur. Sunt, quibus vretbra ex ſtranguriæ venenatæ reliquiis, progerminantibus caruncul is, vel inflammatis puſtulis obſtruitur, ſic vt vrinam effundere, niſi demiſſo catheteré nequeant, indies vel ex ſuppreſſa vrina, vel ab orta in illis locis gangræna moribundi, niſi ſectæ virilitatis diſpendio ipſis conſulatur. Alij brachiis manci, alij cruribus impotentes redduntur, alij membris omnibus contractis rigent, adeo, vt nihil iam præter vocem integri habeant: quæ & ipſa nulli iam vſui eſt, niſi deflendis miſeriis, quibus vix etiam pro dignitate ſufficit. Quid eos memorem, quibus aſthmate pectus anhelat, quibus hectica fe-

Elephantia ſoboles luis Venereæ.

bre, & lenta tabe corpus conſumitur? Longe peius cum illis agitur, quibus inde nata elephantiaſi totum corpus deformatur, putridis & cancroſis vlceribus pharinx, larinx, totaque gula corroditur, capillus defluit, timis ſerpiginoſis & ſquamoſis manus & pedes fatiſcunt: nec multo melior eorum conditio eſt, quibus ab hac lue vitiatum cerebrum, epilepticis inſultibus totum corpus concutit, quibus fœdo & diro alui fluxu oborto, ſordida & cruenta eluuies continenter effunditur. *Denique nulla morborum, nulla ſymptomatum ſpecies ſunt, quibus complicata non ſit lues venerea,* nunquam tollendæ niſi penitus ſublata huius luis virulentia, proprioque alexipharmaco, id eſt, argento viuo, expugnata. D

De cauſis luis venereæ. Cap. II.

Lues Venerea ſcortatorum flagellum.

LVis venereæ duæ ſunt efficientes cauſæ. Prima qualitas quædam occulta & ſpecifica, quę in demonſtrationem non cadit, in Deum tamen conferri poteſt, cuius ſcilicet nutu, hoc in humanum genus venerit tanquam flagellum, quod impurorum ſcortorum nimium vagas & laſciuas libidines coerceret. Altera eſt impurus contactus, iſque maxime, qui venereo fit concubitu. Siue enim mas, ſiue fœmina virulentis vlceribus obſita pudenda habeat, ſiue virulenta ſtranguria laboret (quod vitium fluoris vteri nomine, callidæ meretrices prætexere ſolent) ſerpit in alterum virus: nempe mulier hoc malum ſibi adſciſcit, viro id in vuluam feruidam, hiantem & bibulam excutiente: vir vero à muliere, quæ verbi gratia, paulo ante hac labe inquinati ſcortatoris virulentum ſemen excepèrit, cuius mucoſa ſanies in ceruicis vterinæ rugis oblita, arrectæ & apertæ mentulæ poris hauriatur, vnde vlcera maligna & ſtranguria

Bubones Venereos intro recurrentes luem Veneream inuehere.

virulenta. Id virus ignis inſtar in ellychnio accenſi, ſenſim propagabitur, per venaſque, arterias, & neruos ad partes nobiles manabit: cuius malignitatem iecur validum non ferens, ex excretrice inſita vi in inguina amandabit, vnde aſſurgent abſceſſus, quos inde Bubones venereos nominant. Hi ſi intro recurrant, ac non aperta vomica virus eructent, ſuo in venas & arterias relapſu ſanguinis maſſam pari labe inficient, emergetque venerea lues. E

Poteſt tamen occultiore contactus modo hic morbus contrahi, nempe *halitu ſolo*. Non enim præter rationem aut experientiam eſt, vt inueterata hac labe infecta mulier, importunis & crebrioribus

A baſiis virus in puerum transfundat. Exceptis enim tetris & toto genere malignis vaporibus lactea mollis puerulli ſubſtantia alterari, infici ac ſenſim corrumpi poterit. Notum enim & tritum iam eſt, obſtetrices, excepto lue venerea infectæ puerperæ infante, id mali genus ſibi adſciuiſſe, hauſto per manuum ſpiracula, venarumque & arteriarum ductibus in corpus introducto veneno. Nec vero vlli hominum conditioni, ſexui, aut ætati parcit: quiſquis enim non concubuerit modo, ſed & accubuerit, virulento corripietur: imo ſi vel in linteis integumentiſue, quæ eius ſudorem, aut expreſſum ab vlcere virus impreſſum retineant, volutatus fuerit. Idem periculum manet illos, qui eodem in vaſe poſt lue hac infectos homines, biberint. Labrorum enim impuro contactu, ad poculorum margines virulentam ſaniem ac ſaliuam relinquont, quæ in ſuo genere non minus eſt contagioſa quam elephanticorum aut canum rabidorum virus. Itaque non iam mirum erit, ſi pueri lactati à nutrice infecta, eius luis ſemina vna cum lacte, quod ſanguis eſt in mammis dealbatus, hauriant: aut infecti lactantes pueri ore ſetido, & vlcerato id venenum in nutricis corpus per papillarum contineoter ſuctarum laxam, raram & poroſam ſubſtantiam transfundant. In hanc rem commemorabilis eſt, quæ ſequitur hiſtoria. Optimus quidam huius vrbis ciuis caſtiſſimæ coniugi ſuæ conceſſit, ea lege, vt infantem, quem nuper enixa erat, enutriret, ſi

Sola vapore communicatione luem Veneream infert.

Qui nutrices in alumnos, & alumni in nutrices virulentiam transferant.

Hiſtoria.

B nutricem laborum ſociam habere vellet. Quæ forte oblata eſt nutrix, lue venerea infecta erat: itaque hanc mox in communem alumnum transfudit, hic in matrem, mater in maritum, maritus in duos natos ſuos, quos menſæ & lecti conſortes ſibi frequenter adſciſcebat, inſcia eius veneni, quod præcordiis conceptum fouerent. Interim mater cum animaduerteret, natum illum & alumnum ſuum minime nutricatu proficere, quinimo in perpetuis clamoribus eſſe, conſuluit me, vt quidquid morbificæ cauſæ ſubeſſet, declararem: nec fuit difficile illam aſſequi, exanthematibus enim & papulis puſtuliſque venereis totum ei corpus erat obſitum, accitæ vero nutricis, iterumque matris papillæ virulentis vlceribus aroſæ: patris vero & duorum, quos dixi, natorum, quorum alter tertium, alter quartum annum ætatis non exceſſerat, corpora ſimilibus cum alumno puſtulis ac tuberculis ſurgebant. Enarraui ergo omnes lue venerea inquinatos eſſe, cuius principia & quaſi ſuſcitabula ab accita nutrice per malignam contagionem ducta & propagata eſſent. Omnes curaui, & Deo fauente ad ſanitatem perduxi, excepto alumno, qui in ipſo curæ labore mortuus eſt. Accita vero nutrix flagris in carcere cæſa pœnas luit: cædenda publice per omnia vrbis compita, niſi infœlicis familiæ honori magiſtratus conſultum eſſe voluiſſet.

C

Quem humorem inſideat luis venereæ virus.

Cap. III.

ETſi multorum ſententia morbi huius cauſa antecedens, ſit ſanguinis quatuor humores complexi maſſa, malim tamẽ in pituita craſſa & viſcida maligna veneni venerei qualitate infecta, illius materiam ſedemque primariam ac præcipuam collocare, hincque initio ac fundamento ducto contagioſa quadam conſecutione in reliquos humores citius tardiuſue, prout cuiuſque eſt ad patiendum diſpoſitio, peruagari putare. Cuius meæ opinionis multa ſunt argumenta: ſed hoc primum, quod pituitoſi humoris euacuatione, ſiue ea per os & ſputa, ſiue per inteſtina, ſiue per vrinas, ſiue per ſudores in cuiuſuis temperiei bilioſæ, ſanguineæ, aut melancholicæ hominibus fiat, luis venereæ curatio & ſanatio conſequatur. Secundo quod dolorum exacerbatio noctu potius, quam interdiu contingat, quia ſcilicet tum pituita turgens, perioſtium ab oſſe diuellat, vel illud cæteraque membranoſa & neruoſa corpora malignitatis ſuæ acrimonia feriat. Tertio, quod ægri frigidiorum vſu læduntur, calidorum autem ſeu vnguentorum, emplaſtrorum, ſuffituum, & alimentorum, quæ intus foriſque ſumuntur, iuuari ſolent. Quarto,

Cur noctu potius exacerbentur lues Venerea.

D quod in venereis puſtulis animaduertitur quædam velut ad radicem durities, etſi foris ſpeciem bilis, ſanguiniſue præ ſe ferant: Apertæ enim illæ differtæ cernuntur, gypſea quadam & tophacea materia, vel craſſiore pituita, aut pure viſcido: præduri vero in oſſibus tophi ſeu exoſtoſes, vnde ſuccreſcunt, quam à pituitoſis humoribus coagmentatis & concretis: Quinto, quod partes ſpermaticæ ac frigidæ huius morbi damna primum & potiſſimum ſentiant. Sexto, quod vlcera, quæ à huius morbi occaſione per corpora ſerpunt, curationem non admittunt, niſi citatis ſudoribus. Itaque ſi morbi & eiuſmodi vlcerum materia calida eſſet, & ſicca, guaiaci, radicis chinæ, aut ſalſæ parillæ decocto efferaretur & foueretur potius. Septimo, quod non raro hic morbus hauſto ſui & concepto in corpore ſeminio, per annum ſic latet, vt nulla ſui ſigna prodat, quod morbis à materia calida, quæ nempe acutos & rapidos habet motus, denegatum eſt. Ex his patet, in humore pituitoſo luis venereæ baſim ac fundamentum eſſe poſitum, non negauerim tamen, hinc implicitus humores alios vitium facere, & pari contagione inquinari. Vix enim dantur tumores, qui à ſimplici aliquo, & vnius generis humore exiſtant: ſed vt in tumoribus, ſic & hic ab humoris dominatione denominatio eſt facienda.

Diu latere in corpore luem Veneream antequam ſe prodat.

E

De ſignis luis venereæ Cap. IV.

CVm recens eſt lues venerea, vlcera maligna in pudendis apparent, tumores in inguinibus: ſtrangoria virulenta manat, ſanie ſæpius fœtida, cuius vel à proſtatis, vel ab vrethræ vlceribus origo eſt: dolores articulorum, capitis & ſcapularum ægros exercent, brachiorum, crurum membrorumque omnium quaſi confractiones, ac ſpontaneæ laſſitudines adſunt, ſic vt nec pes, nec manus facile officium ſuum facere poſſint: in ore toto inflammatio, in adenibus tumor ſuperuenit, quæ res & loquendi, & deglutiendi, imo & ſaliuæ reſorbendæ libertatem adimit, puſtulæ per totum corpus ſurgunt, præcipue vero quadam corolla frontem caputque ambire cernuntur: cranium, mentumque pilorum defluuium

Cauſa ſanioſa & fœtida in ſtrangu-ria virulenta vrina.

Certiſſima luis venereæ ſigna.

totum vero corpus macies deformat: non omnia tamen in omnibus, ſed alia in aliis comparare ſolent. A Cæterum certiſſima morbi ſigna ſunt, vlcus in pudendis calloſum, durum, & cacoethes, idque idem eandem ad prognoſim vim habere cenſetur, ſi poſtquam cicatrice obductum fuerit, eandem, calloſamque duritiem retinet: inguinum bubones citra ſuppurationem, aliam ve cauſam manifeſtam, retro in corpus reflui. Hæc duo ſigna ſi in eodem ægro concurrant, de præſenti aut iamiam adfutura lue venerea iudicium eſt ferendum. Multis tamen citra horum duorum ſignorum concurſum contingit hic morbus, qui etiam aliis ſignis ſe prodit manifeſtis, vel vlceribus, puſtulisue in reliquo corpore, aduerſus remedia, quamuis valida & prudenter inſtituta, contumacibus, niſi toti corpori hydrargyro proſpectum fuerit. At cum inueteratus eſt morbus, plurimis cum faſcino languet venus, ſymptomatum malignitas numerusque creſcit, dolores fixi ſunt & ſtabiles, præduri, ac nodoſi, tophi in oſſibus coagmentantur. Sæpe & ipſa carie ac putrilagine, vt & manus ac pedes pituitæ ſalſæ corruptione rhagadiis, capita vero ophiaſi & alopecia tentantur: tumores cretacei, & alte actis radicibus defixi multis corporis locis inſurgunt, materia differti caſtaneæ aut tendinis æmula: ſi aperti in varia vlcera degenerant, putrida nempe, B depaſcentia, & alia pro affectorum corporum natura & conditione.

Cauſa dua alia nocturna dolorum virulentorũ exacerbationis.

Cur vero noctu dolores exacerbentur, ad veram, quæ *capite ſuperiore* dicta eſt, rationem hæc adiungi poteſt, quod lecti, culcitræ, & integumenti tepore, virus venereum velut ſopitum excitatur & efferat. Huc facit & cogitatio, quæ de nocte tota in vnum doloris obiectum conuerſa & defixa tenetur.

De Prognoſi. CAP. V.

Signa luis venereæ ſanabilis.

SI morbus ſit recens, cum paucis ſymptomatibus, vt aliquot tantum puſtulis & exiguis doloribus ac vagis, corpus præterea ſit iuuenile & bene habitum, & bona ſit ac fauens temporis conſtitutio, vt verna, facilis futura eſt & fœlix curatio. At contra qui inueteratus eſt, multorumque ac malignorum ſymptomatum comitatu efferus, vt capitis dolore fixo, nodis & carie oſſium, vlceribus cacoethis in corpore valde emaciato, & debili, & cuius iam pluries ab empyricis, ſed perperam, ſuſcepta ſit cautio, aut à

Signa inſanabilis.

doctis quidem Medicis, ſed quorum ratione & experientia probatis remediis, morbi malignitas, & rebelle virus cedere recuſarit, incurabilis eſt cenſendus, ſi præſertim ad tot mala hoc acceſſerit, vt æger tabe ac macie hectica, per humidi primigenij conſumptionem, prope confectus ſit. Itaque hos cura tantum fucata curare aggredi oportet: quanquam etiam in prognoſi facienda hic cautum eſſe decet. Multi C enim pro deploratæ ſanitatis habiti ſunt, qui conualuerunt: nam Dei & naturæ beneficio mira in morbis plerunque contingunt. Iuuenes, qui raro ſunt corporis habitu, magis patent huic morbo, quam quibus contraria eſt textura & complexio. Vt enim non omnes, qui cum peſte correptis, aut in aere peſtilenti verſantur, pariter afficiuntur, ſic nec omnes, qui cum lue venerea infectis concumbunt, vel accumbunt, pariter inquinantur.

Quid arthriticis dolores à virulentis differant.

Dolores lue infectorum, longe ab arthriticorum doloribus differunt. Hi enim certis periodis & paroxyſmis repetunt & exacerbantur, at illi continui ſunt, & ſibi ſemper fere ſimiles: arthritici dolores articulos occupant, in hiſque gypſeam materiam in nodos cogunt: venerei vero in mediis potius oſſibus defixi ſunt, ipſaque tandem carie & putredine diſſoluũt. Venerea vlcera, quę peni inſident, curatu contumacia ſunt, ſemel vero cicatrice obducta, ſi dura & calloſa remanent, luis venereæ in corpore latentis ſigna ſunt.

Mitescere in dies luem venerea.

In genere vero quę noſtro hoc tempore graſſatur lues venerea, longe mitior eſt, & curatu facilior, quam quæ olim, quo primo tempore emergere & graſſari cœpit, quin etiam indies miteſcere videtur. Cuius rei cauſam hanc eſſe putant Aſtrologi, quod cœleſtes influentiæ, quæ primum hunc inuexere morbum, ſucceſſu temporis contrariis ſyderum obortis reuolutionibus, D viribus ſuis imminutæ & debilitatę ſint: adeo vt veriſimile inde fiat, tandem poſt aliquot annos, plane deſiturum Haud ſecus, quam quæ huic multorum ſymptomatum concurſu ſimilis eſt, Mentagra, quæ regnante Tyberio Romanorum multos afflixit: & Lichen, qui Claudij (quem Tyberius ſucceſſorem habuit) temporibus, non Italiam modo, ſed & totam Europam diuexauit. Malunt tamen Medici deſæuientis huius morbi gloriam ſibi vindicare, conferreque in tot & tam ſalutaria media, quæ nobiliſſimorum ingeniorum fœliciſſimis laboribus inuenta & exculta, ſæuienti malo fuere oppoſita.

Quot, & quæ ſint artes expugnandæ luis venereæ.

CAP. VI.

Cur guaiaci decoctum non ſufficiat expugnandæ luis venereæ.

A Multis multa excogitata ſunt remediorum genera ad huius morbi oppugnationem & expugnationem. Sunt tamen hodie omnino quatuor, quæ potiſſimum vſurpantur. Primum eſt guaiaci decoctum, ſecundum litus, tertium emplaſtra, quartum ſuffitus: omnia ex hydrargyro, ſi primum exceperis. Id haud totum ac validum eſt: docuit enim experientia in guaiaci decocto vires non eſſe reſtringuẽdo venereæ virulentiæ veneno pares, ſed tantum conſopiendo, quia enim calefacit, attenuat, ſudores, E vrinaſque prouocat, humores excrementitios deſiccando abſumit, morbum videtur expugnare, quia inde ad aliquod tempus dolores, reliquaque omnia ſymptomata remiſſiora viſuntur: at infirmi & fallaces ſunt hi conatus, vt quibus id tantum, quod in humorum vitio tenuius eſt, per ſudores digeſtum exhauriatur. At hydrargyros, veluti vis quędã ſuperior, guaiaci vires omnes in ſe cõtinet, multo tamẽ excellentius & efficacius: nam præter quam quod *calefacit, attenuat, incidit, reſoluit & deſiccat, ſudoreſque & vrinas*

In hydrargyro vires eſſe expugnandæ luis venereæ pares.

prouocat, humores præterea noxios ſurſum deorſumque per os & aluum concitat. Quibus vacuationibus non tenuiora modo diſcutiuntur excrementa, ſed & craſſiora ac fæculentiora, in quibus ſcilicet huius morbi ſedes proprie defixa eſt, fugantur & deturbantur, ex quibus certam ſibi morbi victoriam pollicere auſit Medicus. At poſt decoctionis guaiacinæ vſum, rediuiui dolores, vndique ſurgunt ab humorum craſſiorum, viſcidorumque reliquiis in viſcerum cauis relictorum: reliquias vero nullas facit hydrargyros.

De de-

A

De delectu ligni guaiacini. CAP. VII.

PRæfertur reliquis id, quod eſt craſſiore trunco, colore fuſcum, recens, gummoſum, flagranti odore, graue, ſapore acri & ſubmordicante, cortice ipſi ligno firmiter hærente. Vim habet calefaciendi, rarefaciendi, attenuandi, attrahendi, ſudores & vrinas promouendi, & præterea ſpecifica proprietate virus venereum obtundendi. Tres in hoc ligno notantur ſubſtantiæ: prima cortex eſt: altera albida, cui proxime cortex adhæret: tertia cor dicitur, interior nempe illa nigricans & obſcurior. Cortex ſiccior eſt: itaque is in vſum veniet, cum ſiccandum erit validius. Quæ in meditullio eſt ſubſtantia, humidior exiſtit, quia ſucculentior & pinguior: quæ vtrique interiacet, medio ſe habent modo. Quare duæ poſtremæ naturis delicatioribus, & raris corporibus, quæ minus deſiccari poſtulant, conuenientiores ſunt. Robuſtis vero & denſis naturis cortex præter adhibédus eſt, vt eius admixti ignea vi, humores fluidiores reddantur, & corporis ductus magis meabiles. Cæterum corticem hic intelligi velim, qui vetuſtate putris & carioſus non ſit: cui vitio valde eſt opportunus, quod diu, antequam à noſtratibus in naues inferatur, in littore in ſtrues diſpoſitum lignum ſub dio diu iacuit, emptores quærens, quod in naues illatum in fun-
B dum ſentinamque detrudi ſoleat, quo & inferne à mari per tabulatorum rimas, & ſuperne à vectoribus multa illuuies affluere & colligi ſolet, huc ad nos aduectum, pondere æſtimatur & venditur. Itaque quo ipſi ſuum pondus maneat integrum, à Pharmacopolis in cryptis, celliſque ſubterraneis aſſeruatur, vbi multa vligine eius ſuperficies madens, vix ſitum & putrilaginem, cariemque poteſt effugere. Itaque nec corticis, nec ligni, quod huic proxime adhæreat, decoctum ægris exhiberi probauerim.

Vires. *Partes.* *Corticis ignea vires.*

De decocti guaiacini preparatione. CAP. VIII.

IN primis lignum guaiacinum in ramenta minuere oportet, atque in ſingulas ramentorum libras aquæ fontanæ octo, decem aut duodecim libras affundere, plus minuſue, prout ægri natura & morbi conditio ex indicationum antepoſitarum regula videbitur exigere. Sit vero aqua tepida, ſi præſertim hyems ſit, quod facilis ac penitius in ligni corpus ſubire, ipſiusq; vires quatuor & viginti horarum ſpatio, quo maceratio fiet, in ſe transſumere poſſit. Hinc decoctio fiat in balneo mariæ, ad vitandum empyreuma, quod ex ebullitione ad ardentes prunas contraheret. Quanquam ſunt, qui nihil hoc morentur, abunde que ægris ſatisſactum putent, ſi in vaſe fictili, vernice obducto decoctionem ad lentum ignem pere-
C gerint, ita, vt ſupra vaſis oras nihil liquoris diffugiat, quia ſic tantum decocti vitium vaneſcat. Quicquid ſit, fiat decoctio ad medias, tertias, aut quartas, vt ægri & ægritudinis ratio efflagitabit. Sunt, qui ſimplicia quædam admiſcent, quibus cum parte corporis, quæ præ cæteris ex morbo læſa ſit, occulta & propria ſympathia eſt, quæ ſaltem vehiculi loco ſint, ad decocti vires eo, vbi morbus maior eſt, deferendas. Alij etiam cathartica adiungunt, quorum mihi ratio probari non poteſt, quod è re ægri non eſſe putem, duas ſimul vacuationes moliri: nempe ſudoribus per habitum corporis, & purgatione per aluum humores vacuare: quia *vt mictus, ſic & ſudor plurimus paruam deiectionem ſignificat.* Sunt enim duo illi motus contrarij, quos natura ſimul ferre nequeat: Purgatio namque à circumferentia ad centrum trahit: ſudor vero contrario agit modo, hæcque multorum & magnorum in arte Medica virorum ſententia eſt. Peracta & colata prima illa decoctione, tantundem aquæ materiei illi & magmati affundetur, vt ebullitioni citra macerationem iterum ſubiectum, cinnamomoque ad robur ventriculi addito colatum, ægro veniat in paſtu, atque inter paſtus: ſi quando ſitiuerit, in familiarem potum. Quantitas prioris decocti, ſingulis, quibus aſſumetur, vicibus eſſe debet quinque vel ſex vnciarum: nec niſi tepidum hauriendum, quo citius in actum educatur, ac ne actiua frigiditate ſtomachum offendat, inde coopertus æger lecto ſe con-
D tinebit, ibique ſudorem expectabit: qui ſi tardius erumpat, prouocandus erit lagenis teſtaceis aqua calida plenis pedum plantis admotis.

Guaiaci ad aquam proportio. *Calore ſicco cur guaiaci decoctio fieri haud debeat.* *An decocto guaiacino cathartica admiſcenda.* *Hipp. aph. Vlt. ſect. 6.* *Qua quantitate & qualiter aſſumendum guaiaci decoctum.*

Si quæ interim partes inſigniter doleant, fouendæ erunt impoſitis veſicis ſuillis, eodem decocto calido ſemiplenis. Nec erit inutile, antequam hauriatur decoctum, vniuerſum corpus calentibus linteis circumfricare, quo ſic humores attenuentur, & cutis ſpiracula aperiantur. Vbi duas circiter horas ſudauerit, partes dolentibus locis oppoſitæ primo extergentur: mox, ſed blandius, dolentes ipſæ, ne maior fiat humorum ad eas confluxus. His peractis, in lectu ſe vitata aura frigida continebit, quoad egelidus & ſibi reſtitutus fuerit: duabus poſt horis prandebit, quantum morbi ratio & peculiaris conſuetudo permittere videbitur. Sex horis poſt iteraro prædictam decocti doſim, lecto traditus, iiſdem, quibus ante, legibus hauriret. Quod ſi ipſum vel debilitas habeat, vel lecti tædeat, ſat erit, ſi citra decubitum domi ſe contineat: & ſi enim ſic non ſudet, fiet nihilominus per inſenſilem tranſpiratum magna diſſipatio vaporum & ſpirituum venenatorum: nam & horum ſula communicatione ſerpit ſæpe & propagatur lues venerea per accubitum in lecti conſortem. Cæterum vt ſanguinem detraxiſſe, corpuſque ex Medici ſententia purgaſſe ante potionem guaiacinam neceſſe eſt, ſic dum ipſa ſumitur, alui libertatem, quæ ta-
E lis potionis calore & ſiccitate maxime intercipitur, & primarum venarum puritatem clyſtere, aut ſolutiuo medicamento, ex quinque vel ſex dierum interuallis ſumpto, tueri valde conducit.

Qualiter extergendus ſudor ab hauſto guaiaco.

Quandiu vero vtendum ſit, cante animaduertendum eſt, ſumpta indicatione non ex morbi modo malignitate & contumacia, ſed etiam ex ægri peculiari natura: quibus enim ardore & macie defectũ eſt corpus, aridaque ſiccitate & ſquamis defœdata cutis, ex quo ſummam humorum aduſtionem, & habitus corporis quandam quaſi incinerationem colligere licet, his parcius vtendum eſt, quinimo contemperandum corpus potius intro aſſumptis & admotis humectantibus, vt balneis, vnguentis hydrargyri expertibus, & ſimilibus aliis. Tum frictioni ex hydrargyro valde diluta, & paucorum

Quandiu vtendum guaiaci decocto.

dictum guaiacina potio eſt præmittenda. Victus plenior, vt morbum hunc natura ſua longum in plures A
menſes protogat, ſic parcior, tenniorque vlcera rebellia & hectica ſiccitate contumaciora reddit. Quare media via tenenda eſt, deligendique cibi, qui bonum & laudabilem in corpore ſuccum gignere nati ſunt.

Victus ratio.

Omnes enim ægros nullo diſcrimine anguſtis quatuor panis nautici vnciarum, & duodecim prunorum damaſcenorum limitibus velle continere, ſummæ nonmodo inſcitiæ, ſed & carnificinæ eſt: ſatius enim eſſe iudico, agninis, vitulinis, hœdinis, pullaſtrorum, alaudarum pinguium, & merularum carnibus ægrum nutrire, vt quibus longe maior ſit cum corpore noſtro familiaritas, quam prunis & ſimilibus cupedius. Panis ſit ſiligineus bene fermentatus, nec recentior, ſeu tenacior, nec durior. Potus ſit decoctum magmatis, ſeu ſpiſſamenti guaiacini: quanquam ſi quæ oboriatur virium infirmitas, vinelli cuiuſdam vſus permitti poterit, præmiſſo præſertim ſingulis paſtibus cyatho vno decocti illius magmatis. Somnum vitabit ſtatim à paſtu, ſic enim caput repletur craſſis vaporibus. Vitandæ perturbationes animi, quia his ſpiritus inflammantur & diſſipantur: honeſtæ voluptatis oblectamenta omnia perquirenda: venus vero penitus fugienda, vt quæ vniuerſum neruoſum genus debilitet: Multi decoctionis guaiacinæ loco vtuntur decocto chynæ. Eſt autem chyna *iunci cuiuſdam radix nodoſa, rara, cum recens eſt grauis, leuis vero, vbi vetuſtate exolenit, inodora eſt*: ex quo permultis B efficacis omnis qualitatis expers videtur: ex India aduehitur: ſic vero præparatur, in orbiculares taleolas diuiditur, & in aqua fontana aut fluuiali coquitur, ægris in potum mane & veſperi hac forma exhibetur.

Quibus & qualė vinũ permittendum.

Chyna deſcriptio.

℞. rad. chyn. in taleolas ſecta ℥ij. aqu. fonta. ℔ xij. infundantur per horas xij. & coquantur ad conſumptionem iij. part. capiat mane ℥vj. totidem veſperi. Sudorem in lecto expectet, ex ſubſidente magmate ſecunda etiam paratur decoctio, ſed pauciore affuſa aqua, quæ diuturniore etiam elixatione, quæ in magmate reſtant, vires eliciat per paſtus vſurpanda. Sunt, qui tertiam prǽterea inde decoctionem parant: ſed quæ omnino ſit inefficax, Zarzæ parillæ eadem eſt præparatio.

Præparatio.

De Zarzæ parilla.

De ſecundo curandæ luis venereæ modo, per frictionem. CAP. IX.

Quando linimentis præparandũ corpus ante frictionem ex hydrargyro.

CErtior eſt, quæ per litum & frictionem fit luis venereæ curatio, quanquam non in quauis eius ſpecie, conditione & tempore. Si namque morbus ſit inueteratus, ab humore lento, craſſo, viſcido & ſolidis partibus tenacius infixo, quemadmodum ex oſſium nodoſis tumoribus licet intelligere: tum C tantum abeſt, vt frictione primo quoque tempore vſurpata, quidquam proficiamus, vt contra ægrum in vitæ diſcrimen abducamus, niſi præmiſſis remollientibus & concoquentibus, humorem ad excluſionem præparauerimus. At ſi recens ſit cum doloribus mobilibus, puſtuliſque & vlceribus in faucibus, gutture, gula & pudendis, tum facile curare licebit eiuſmodi præparantibus, ſi præſertim humor ſatis ex ſeſe & natura ſua obſequens ſit, & velut apparatus. Ergo præmiſſis vniuerſalibus remediis licebit ad litum ex hydrargyro venire.

De delectu, præparatione, & mixtione argenti viui. CAP. X.

Quid ſit extinguere argentum viuum.

QVod melius eſt, clarum eſt, tenue, album & fluidum: quod contra liuet, nec fluidum eſt, admixto plumbo adulteratum putatur. Quod purius ſit, per pellem arietinam colatur: concluſum enim ſi comprimatur, tenuitate ſua penetrat, ſordeſque ſuas & plumbeas admixtas fæces in interiore ſuperficie relinquit. Elixatur inde in acero cum ſaluia, roremarino, thymo, chamemelo, meliloto, iterumque colatur, & tot artibus excultum in vnguenta atque emplaſtra venit & admiſcetur. Vt extinguatur certius diu agitandum, & veluti tribulandum eſt in mortario, vt in quam tenuiſſimas partes frangatur, ſeparetur, hacque arte facultas ipſi adimatur, qua poſſit in priſtinum corpus coire: in quam rem licet etiam D ſulphuris ac ſublimati aliquid addere, vt mox dicetur. Sæpius miſcetur cum axungia ſuilla, addito oleo terebinthinæ, nucis moſchatæ, caryophyllorum, ſaluiæ, theriaca Galeni. Si vna cum lue venerea corpus leucophlegmatia occupat, addenda ſunt remedia calida attenuantia, incidentia & deſiccantia medicamento, quod ad litum parabitur: idem fiet cum in oſſium ſubſtantiam ſubire ipſum volumus. At ſi æger temperamento ſit biliofus, ſanguineque facile inflammabili, minùs calida, attrahentia & diſcutienda deligenda erunt. Quemadmodum cum nodoſis, ſcirrhoſiſue tumoribus obſitum erit corpus, aut ariditate nimia ſquallidum, admiſcenda erunt remollientia & humectantia. Cæterum quo melior ſit eiuſmodi litubus conſiſtentia, in ſingulas eorum libras addere ſoleo, quatuor, quinque, vel ſex ouorum induratorum vitellos. Ergo erit medicamenti de Vigo dicti hæc forma.

Quapro corporum affectuum varietate admiſcenda ſint argento viuo.

Vnguenti ex argento viuo deſcriptio

Modus faciendi.

Axungia, cui argentũ viuum admiſcetur, præparatio.

℞. axungiæ porci lib. j. oleor. chamem. aneth. maſtich. & laurini an. ℥j. ſtyra. liquid. ʒx. rad. enul. camp. parum contrita, & ebuli an. ℥iiij. puluer. euphorb. ℥ß. vini odoriſ. lib j. bulliant omnia ſimul vſque ad conſumptionem vini, deinde colentur, colaturæ adde lythargyri auri ℥vj. thuris, maſtich. an. ʒvj. reſ. pini ℥j. ß. tereb. venet. ℥j. argenti viui ℥iiij. ceræ albæ ℥jß. liquefactis oleis cum cera incorporentur omnia ſimul, fiat linimentum ad vſum. Vel: *℞. argen. viui præpar. ℥vj. ſublimati ʒß. ſulphur. viui ℥ß. axung. porci ſalis expertis, lib. j. vitellos ouor. ſub cineribus coctorum nu. iij. olei terebinth & laurini an. ℥ij theria. vete. & mithridat. an. ℥ß. fiat linimentum, vt artis eſt.* E Modus vero faciendi, erit eiuſmodi: In primis ſublimatum ſulphurque in pollinem redigentur, tum affundetur argenti viui aliqua portio, ſimul & axungiæ, mox & vitellorum induratorum, continuo omnia & diligenter agitando: His omnibus fideliter concorporatis, tantundem rurſum affundetur argenti viui, axungiæ, & vitellorum, ac priori maſſæ incorporabitur, extremo loco affundentur olea, mox theriaca & mithridatium, ſimulque omnia per diem integrum tundentur, hacque arte parabitur laudabilis conſiſtentiæ vnguentum, quo ego multoties fœliciter ſum vſus. In coquenda tamen ante axungia

eſt cum

A eſt cum herbis nerualibus, ſaluia nempe, roremarino, thymo, maiorana, lauendula, & aliis, quæ tempeſtiue haberi poterunt. Sic enim axungia attenuandi vim maiorem acquirit, earumque partium conſolandarum, quas lues venerea afflixit. Præterea cũ vnguenta eo conſilio parentur, vt eiuſmodi virulentia intus foras eliciatur, ſudoribus & tranſpiratione per cutis ſpiracula, nemini dubium eſſe poteſt, quin relaxandi viribus, rarefaciendi & attrahendi prædita eſſe debeant. At axungia præterquam quod extinguendo argento viuo valde idonea eſt, inſuper etiam relaxat & remollit. Oleum vero laurinum, de ſpica, rutaceum rarefaciunt, digerunt, doloreſque minuunt. Terebinthina argentum viuum etiam reſtinguit, & inhibet, moderate calefacit, reſoluit, & partes neruoſas roborat. At argentum viuum luis venereæ propria eſt antidotus, vt quam curet quocunque modo appoſitum, partium tenuitate deſiccando & ſudores promouendo. Conferunt quidem aliquid theriaca & mithridatium ad obtundendum huius morbi virus: ſed niſi argentum viuum tanquam viuerra & alexiterium vnicum acceſſerit, non faciunt operæ pretium.

Vires ſingulorum, ex quibus conſurgit deſcriptum vnguentum.

Hydrargyros viuerra.

Quæ ſit ars oblinendi ſeu perfricandi corporis.

B

CAP. XI.

CORPORE, humoribuſque plethoram aut inflammationem facientibus & fouentibus, per ſyrupos concoquentes præparatis, & per cathartica & phlebotomiam, vt decet, ex Medici ſententia excluſis, æger in conclaui, ſeu natura, ſeu arte calido, & à frigidorum ventorum afflatu ſemoto concludendus eſt. Nam *in hoc morbo frigus eſt inimiciſſimum*, tum quia partes neruoſas morbi occaſione iam peſſime affectas lædit, tum quia medicamentorum efficaciam minuit. Itaque in eo permulti grauiter errant, qui ſeu hyeme, ſeu æſtate in vaſto cubiculo conſpirantium vndique ventorum afflatui expoſito ægros obliniũt. Cautius agunt, qui ſtatim etiam ad ignem, dum ſub camino oblinitur, ægro, vela dimidij in tentorij formam, ne qua parte frigida aura aſpirare poſſit, obiiciunt. Nihil tamen tutius eſt, quam ægrum vel in anguſto conclaui, vel in vaſti cubiculi angulo obtenſis tapetibus velut reuulſo, in quo hypocauſtum extructum ſit, ſtatuere & oblinere: ſic enim diutius & ſine tædio ſtans, ſedenſue vt libitum animo fuerit, durare poterit, & æquali vndique calore afflabitur, qui ſtantibus & perunctis ſub camino ad ignem nõ poteſt non eſſe inæqualis, inde vſtulans, hinc tantum non refrigerans: qui motus contrarij ſunt, & ei, quod quærimus, inimici: adde, quod ſi æger debilis ſit, ignis calorem ſtans perferre non valebit. Vel ſi verecundior exiſtat, corpus vniuerſum ſimul Chirurgis nudum oſtentare recuſabit: poterit vero innoxie C & ſaluo pudore in anguſto conclaui, in quo hypocauſtum extructum ſit, in lectulo iacens artus ſingulos, ſecundum articulos obliniendos, moxque vel ſtuppis vel bombace carminatis aut atra papyro inuoluendos, renudare.

Frigus lui venereæ infenſum inimiciſſimum.

Ignis calorem ægrum dum oblinitur, æqualiter aſpirare debet.

Quæ cautiones obſeruandæ ſint in obliuendo ſeu perfricando ægro. CAP. XII.

LITUS ſeu frictio fiet matutino tempore, coctione ciborum & diſtributione perfecta, quæ alioqui functiones male fierent, naturæ viribus in plura opera diſtractis. Quanquam ſi æger debilior ſit, poterit vna hora ante litum gelatina, vitello oui, aut iuſculo ex rabefactis elixatione carnibus cibari, ſed modice: ne ſolidorum aut plurium ciborum coctioni intenta natura, ab eo, quod intendimus, auocetur. Initio oblinentur membrorum tantum articuli, manuum nempe, cubitorum, pedum, genuum & humerorum. At poſtea ſi æger robuſtior ſit, & humorum corporis que maior commotio neceſſaria videatur, oblini præterea poterunt viſcerum nobilium emunctoria, totaque ſpina dorſi, cautione tamen multa adhibita, vitatiſque ſemper principibus & nobilibus partibus, ne faciamus, quod carnifices illi empyrici, qui totum corpus à planta pedum ad verticem vſque pariter æqualiterque obliniunt & perfricant. Habenda inſuper diligens ratio earum partium, quæ huius morbi ſymptomatibus obſidentur: D vt magis illæ oblinantur & validius perfricentur. Ducendum tamen ſemper litus frictioniſque initium ab illis, quæ minus dolent, ne ad dolentes amplior ſemper fiat humorum raptus. Atque vt blandiores frictiones cutis ſpiracula haud ſatis reſerant, ſic validiores & duriores obſerant, dolorem commouent, & materiam morbificam copioſius attrahunt. Itaque mediocres frictiones facere ſatius erit, à viribus ægri indicatione ſumpta, vt quæ ſemper præcipua habenda ſit.

Ieiunus ſi fieri poteſt æger oblini debet.

Quibus locis corporis obliniendum.

Litus initium vnde ducendum.

Eſt & aliud, in quod Medico Chirurgoque, diligentiſſime omnino eſt intuendum, vt quod niſi aſtu prouiſum fuerit, ægrum vel ad exitum præcipitet, vel recidiuæ obnoxium reddat. Quantitas ſcilicet remediorum, & lituum, frictionumque numerus. Quæ contemplatio cum ea, quæ eſt de temperamentorum corporis vniuerſi, & ſingularum eius partium gradibus, valde ſollicitos tenet bonorum Medicorum animos, artemque coniecturalem facit, tantum abeſt, vt eam empyrici conſequi mente valeãt. Conandum tamen methodo & ratione, vt ex indicationum toties repetitarum regula ad eius cognitionem quam proxime fieri poterit, accedamus. Perfectam enim eius ſcientiam habere, hiſque omnino quatuor, aliis quinque, aliis ſex plures pauciores ſue frictiones ab initio, quod empyrici faciunt, præſcribere impoſſibile eſt & ſuperſtitioſum.

Quæ artem medicam coniecturalem faciant.

Mutanda hæc omnia pro morbi malignitate, inueteratione, & ægrotorum corporum conditione. E Certe tamdiu linendum perfricandumque eſt, quoad humorum virulentorum perfecta expurgatio expuitione ſeu ſaliuatione, alui deiectione, vrinarum profluuio, ſudoribus, aut inſenſili tranſpiratione facta fuerit: Quod intelligere licebit ex puſtularum, vlcerumque extinctione & ſiccatione, dolorum & aliorum huic morbo propriorum ſymptomatum ſedatione. In permultis propter denſiorem compactioremque corporis habitum natura in excernendo pigrior eſt.

Quamdiu linendum.

Signa corporis ſufficienter perfricti.

Hos tandem bis in die, mane ſcilicet, & veſperi ſex à prandio horis, linere & perfricare optimum eſſe, multa experientia didici: Sic plus vno die proficitur, quam ſingulorum trium dierum

ſingulis

Qui ſemel, qui bis in die, qui alter nis tantum diebus perfricandi.
Lib. de Ven. ſect.

ſingulis frictionibus. Contra vero rariora, & delicatiora corpora, ſæpe & fœliciter alterius tantum per- A
fricui, vnius aut etiam duorum dierum quiete permiſſa ad vires recolligendas, quæ ſpirituum nimia re-
ſolutione imbecilliores redditæ erant, ſuffecturæ morbificæ materiæ reliquiis excernendis. Et certe ſub
inſtitutæ frictionis extremum, cum præſertim ægri ſpuere incipiunt, corpora cum noxiis humoribus
præcedentium frictionum opera ſic fluida reddita ſunt, vt ſit tum vna frictio efficacior, quam duæ ſint
per initia. Itaque vt morbo exiſteore magno, & ægri viribus infirmis, Galenus iubet partiri ſanguinis de-
tractionem, ſic & hic, cum naturam, velut in procinctu, aliquo excretionis genere per os, aluum ſimili-
oe alio incitatam animaduerterimus, ſæpius vna die ſemel linere aut fricare non decet, imo etiam dies
aliquos intermittere forte ſatius eſt Sic enim narrat Maſſa, extitiſſe quendam, qui maraſmo prope con-
fectus, grauiſſimis huius morbi doloribus continentur afflictus, & à reliquis Medicis pro deplorato ha-
bitus, à ſe tandem integræ ſanitati ſit reſtitutus, cum ipſum interpollatis vicibus ad virium inſtauratio-
nem triceſies ſepties perfricuiſſet. Animaduerſi ſunt à me alij, qui ſic, die vno aut altero interiecto de-
cies quinquies, decies ſepties perfricti plane conualuerunt. Hic ergo modus in exolutis debiliboſque
corporibus tenendus. Sed interim ſpectandum, ne frictiones imbecilliores ſint, & adeo paucæ, vt cau- B
ſa morbifica haud ad viuum perſtringatur. In hoc enim morbi genere, natura ipſa per ſe criſes non moli-
tur, medicamentorum auxiliares copias requirit, quibus adiuta vniuerſum hoc venenum exigere queat

Virulenta materia critice excernenda naturam non ſufficere.
Signa imminentis criticæ excretionis.

Eiuſmodi criſis vel impendentis, vel iam præſentis ſigna ſunt, ſi æger ſic ſe iactet, ſic faſtidiat omnia, vt
nec ſtans, nec iacens eodem ſe ſtatu continere poſſit, non edere, non bibere queat: ſi perpetua laſſitudi-
ne, fere ad leipothymiam vſq; prematur, cum pulſu bono tamen & æquali: ſuperueniant tormina cum
cruentis & viſcidis deiectionibus: donec tandem natura poſt vnum aut alterum diem morbificæ mate-
riæ portione expedita, tantum dolores, tantum ſymptomata omnia minuantur, quantum excretiones
procedunt. At vbi remedia vel numero vel viribus paria non ſunt, criſis ſequitur imperfecta, morbificæ
materiæ reliquias faciens, quæ fermenti inſtar, humorum vniuerſam maſſam ſic ſenſim inficiunt, vt ſępe
poſt decennium morbus quaſi ex latebris emergat, priore longe deterior. Pariter vero videndum eſt, ne
violentiora ſint, quæ aſſumuntur, aut adhibentur medicamenta. Talis enim humoris primigenij & ſoli-

Quæ damna ſequantur ex immoderata perfrictione.

darum partium colliquatio oe inuecta, ægros ad tabem immedicabilem deduxerunt. Aliis vlcera ſordi-
da & putrida inde ore toto emerſeruot, quæ palati & linguæ bona parte exeſa, in mortiferum
& morticinum cancrum degenerarunt. Aliis hinc ſic lingua intumuit, vt omnem oris capacita- C.
tem impleret, adeo, vt in nullam eius partem mandendi ergo ſeſe inflectere poſſet, ex quo lenta fame
moriebantur. Aliis tanta humorum colliquatio facta eſt, vt per menſem integrum poſt lenta & fœda
ſaliua os ipſis aſſidue manarit. Aliis reſolutio ſuperuenit muſculorum maxillam mouentium: aliis con-
uulſio, adeo vt in vitæ reliquum vix hiare potuerint. Alij maxillæ portione deperdita dentium aliquot
iacturam fecerunt.

Cæterum non ſemper corpus eouſque oblinendum & fricandum eſt, donec oris aot alui proflu-

Quibus profit guaiaci decoctum purgans.
Dyſenteria à validiore per frictione oborta remedium.

uium appareat. Non paucos enim reperias, quos ne ſi ad necem quidem oblinas aut perfrices, ad Sia-
liſmum deducere poſſis: conualeſcunt illi tamen nihilominus, facta criſi vel per inſenſilē tranſpiratio-
nem, vel vrinarum profluuium cum leui aliqua, ſeu arte procurata, ſeu ſponte oborta diarrhoea, in quo
caſu multis profuiſſe animaduerti decoctum guaiaci pro humoris peccantis copia purgans per aliquot
dies mane exhibitum, addito vino albo, ſi lentis aut viſcidis humoribus corpus ſcateret.

Dyſenteriæ à frictionibus obortæ remedio ſunt clyſteres, in quibus multa axungia ſuilla diſſolu-
ta ſit, ad obtundendam medicamenti, quod innexit, & humoris, qui dyſenteriam fouet, acrimoniam.
Recens etiam theriaca in lacte pingui diſſolnta tale ſymtoma mirifice ſedare creditur.
D

De Tertio curationis genere, quod per Ceronea & emplaſtra, frictionis vicaria, ſuſcipitur.

Cap. XIII.

Curationem per emplaſtra eſſe tardiorem.
Quando vtilior ſit, quæ per emplaſtra ſuſcipitur curatio.

QVia multi à nomine de vſu frictionis, quæ per commemorata vnguēnta ſuſcipitur, abhorreot, ideo
inuenta alia curandi ratio eſt per ceronea & emplaſtra frictionis vicaria, niſi quod paulo tardior eſ-
ſe ſolet, in quam rem non eſt neceſſe, ea tantum vſurpare, quæ à Vigonio deſcripta ſunt, ſed licet alia et-
iam excogitare, quæ magis minuſue anodyna, emollientia, incidentia, diſcutientia, aut deſiccantia exi-
ſtunt, pro præſentis morbi, ſymptomatum, humorum & ægri conditione: nonquam omiſſo argento vi-
uo, vnico huius morbi alexiterio. Talia emplaſtra mitigant dolores, & nodos, duritiaſque omnes reſol-
uunt, omninoque valde efficacia ſunt: quia cum continenter corpori inhæreant, continenter etiam a-
gunt. Itaque horum vſus præcipue eſſe debet in huius morbi relapſibus, vel quando humores craſſi ſub-
ſunt & viſcidi, vel alioqui in imo corpore demerſi, omninoque eradicatu contumaces. Sed quia tardius E
agunt, ſæpe qui ea vſurpant, coguntur ad extremum frictiones aliquot moliri, ad ſtimulandam natu-
ram & celeriorem excretionem. Quanquam nonnullis, quibus corpora humoreſque vel natura vel ar-
te fluida erant, appoſita emplaſtra triduo vacuationem, quæ morbo par eſſet, procurauerunt, adeo vt
niſi tum exempta fuiſſent, colliquationem ei ſimilem, cuius meminimus in frictione violentiore, inue-
ctura eſſent. Itaque idem de his eximendis iudicium eſſe debet, quo de litubus & frictionibus eſſe di-
ximus.

Emplaſtri deſcriptio.

Loco emplaſtri de Vigo, ſequens valde commode vſurpari poteſt: *℞. maſſæ emplaſtri de meliloto & oxycrocei an. ℔. ß. argenti viui extincti. ℥vj. oleo laurino & de ſpica, reducantur ad formam emplaſtri.* Extendi em-
plaſtra debent ſuper alutam æqualiter, iiſdemque articulorum locis imponi, qui in ea, quæ perfrictionē
ſit, curatione dicti ſunt. Sunt tamen, qui brachium totum à manu ad ſcapulam vſque, & crus totum à

A ſummo genu ad extremos vſque digitos emplaſtro contegunt,quod ego non improbo,modo articulo-
rum loca craſſiore emplaſtro obducantur. Tamdiu illic ſini debent, quoad natura excitata, virulento-
rum humorum perfecta criſi excretionem fecerit. Quanquam ſi interim pruritus multus in partibus
ſoboriatur,poterunt eximi tantiſper,dum partes illæ fouebuntur,decocto florum chamæmeli,melioti,
roſarum rubrarum, & ſimilium in vino parato, ad id, quod pruritum facit, diſcutiendum, tumque rur-
ſum reſtitui. Sunt,qui vt pruritum ortu impediant,emplaſtra haud nuda parti apponunt, ſed byſſi ob-
iectu velata, ne adhæreant, ſicque tranſpirationem partis intercipiant,pruritus cauſam: validiora vero
vel debiliora erunt, diutius breuiuſque parti hærebunt, prout indicationes toties decantatæ poſtulare
videbuntur.Emplaſtrorum effectus iidem ſunt,qui & frictionum. Criſim enim procurant alias per in-
ſenſilem tranſpirationem,alias per diarrhoeam,aliquando per vrinas,ſæpius vero,quæ etiam criſis fide-
lior eſt,per ſyaliſmum. Ex ſyaliſmo, propter virulentorum humorum oris parietibus adhæreſcentium
acrimoniam,vlcera ſordida & virulenta toto ſæpe ore,lingua, palato, & gingiuis ſurgunt, quæ vt incre-
mento prohibeantur,permulti frequentes clyſteres ex remollientibus iniciunt, præſertim ſub initium
ſyaliſmi,quo humores maiore copia,quam par eſt (quanquam pars ipſa ferre poſſit) ſurſum citato im-

Qua excretio hæc fidelius morbũ minuet.

B petu ſcadentes,deorſum reuocent. Sunt etiam,qui eodem conſilio catharticum in ipſo articulo,quo
humores in procinctu ſunt, admotum ſurſum,exhibent, quod mihi non ſatis tutum videtur. Talium
vlcerum curatio longe differt à reliquorum curatione:non enim vllo modo reprimi aut repelli debent,
quantumuis inflammata ſint, ſed ſolum temperari gargariſmatibus anodynis, tantum vt ardor minua-
tur, & vt oris frequenti illa collutione viſcidorum humorum ad eiuſmodi vlcera adhæſus impediatur.
In hanc rem prodeſt decoctum hordei,lac vaccinum tepidum ore contentum,& verſatum,mucagines
ſeminum maluæ,altheæ,pſilij,lactucæ,lini extractæ in aqua hordei, maluæ, vel parietariæ:ſic enim mi-
teſcunt,vlcera,& humorum adhærentium tenacitas diluitur Cauendum per intrra à valide detergen-
tibus:talia enim omnia coniunctam fere acrimoniam habent,doloris incrementum illaturam. In ſtatu
vero multo magis: Tum enim frequenti collutione blande deterſa vlcera,acrium appulſu denuo irrita-
rentur.Sufficiet igitur commemoratis remediis vti, impedireque ne vlcerum ſordities & inflammatio
augeatur,modo tamen talia vlcera maligniora & ardentiora non fiant. Si enim vel admotorum empla-
ſtrorum effreni efficacia, vel naturæ in motu ſurſum deprauatæ impetu, contigerit tantam viſcidorum

Ad vitanda oris vlcera.

Ad curanda cum oborta fuerint.

C & craſſorum humorum copiam ad os efferri, vt parum abſit, quin pars illa materiæ morbificæ dominio
teneatur,adeo vt anadromes rapiditate & perennitate tumefactis genis, gangrænæ, ab interclusis aditu
ſpiritibus, & partium earum extincto calore natiuo, periculum immineat, tum cogitur Medicus pro-
priam morbi curationem pro derelicta ad tempus habere, vt funeſto ſymptomati occurrat Itaque col-
lutiones imperabit ex decocto earum rerum,quæ refrænant,ſiſtunt, & repellunt, vt plantaginis,ſolani,
polygoni,burſæ paſtoris,cum ſyrupis roſarum ſiccarum,nympheæ,cydoniorum, berberis, granatorum
& ſimilium.

Quando in hoc vlcerum genere locus ſit repellentibus.

Eandem vim habent decocta & mucagines ſeminum lactucæ,pſylij , cydoniorum, plantaginis,
cucumeris, melonum, papaueris albi, hyoſcyami albi in aquis roſarum,plantaginis, ſolani, nympheæ,
caprifolij,prodeſt & ſudores prouocare laconicis omninoque calidis & ſiccis admotis: ſic enim humo-
rum à vaſis in vniuerſam corporis ſuperficiem currentium reuulſio fit. At cum inhiberi incipiet humo-
rum ad os excurſus, & tumorum vlcerumque incrementum minui, tum nihil impediet blande deter-
gere ſyrupo roſar. ſiccarum,melle roſato,diamorum,diaoucum & ſimilibus. Cum vero deſiccandorum
vlcerum opportunitas aderit,contingi leniter poterunt aqua aluminoſa, vel etiam aqua chymiſtarum,
quæ in metallis dirimendis vires ſuas ſummas eliſerit. Vtendum præterea frequenter erit gargariſmati-
bus deſiccantibus,cum adſtrictione paratis ex aquis roſat.plantag.ſolani,burſæ paſt. polygoni & cyno-

Gargariſmata repellentia & refrenantia.

Qua oris virulenta vlcera deſiccent.

D gloſſi,incoctis vna balauſtiis,roſis rub.myrtil.ſumachio,alumine,acacia,berber. gallis, malicor. & ſimi-
libus,per ſyaliſmum ægrum inſtaurare & nutrire oportet cibis liquidis & euchymis, & coctu facillimis,
quia tum nec mandendi, nec degluriendi, nec dura coquendi facilitas adeſt : Natura enim tota in no-
xiorum humorum excretionem intenta, præterea etiam dolorum acerbitate, vigiliis & inquietudine,
adeoque ſpirituum mala reſolutione debilitata,in validæ coctionis opus nequit incumbere Ergo exhi-
bebuntur oua tremula,iuſcula ex iiſdem parata,hordeata, conſumpta ex decocti partium extremarum
carnis vitulinæ & gallinaceæ, gelatina expreſſa colatitia , parca quidem , ſed frequenti manu, colluto
ſemper ante cibum ore.In potum exhibebitur decoctum guaiaci conditum cinamomo:vel ſi quis velit
in potu eſſe alimentum,quia cibis non veſcuntur ægri ſolidioribus,licebit exhibere vinum vetus matu-
rum,rubellum & tenue,aqua decoctionis hordei dilutum.Sunt,qui panis albiſſimi bene ſubacti micam
in vino prædicto macerant, exprimuntque, vt aliquid panis vino mixtum id tum alibilius reddat, tum
minuta acrimonia mitius. Alij calentem à furno panem in vino per noctem macerant,totum id deſtilla-
tioni,quæ per balneum mariæ fit,ſubiiciunt, quod liquoris primum effluet validius & calidius erit : at
quod dehinc manabit, mitius, & quo æger innoxie cum vino mixto ad ampliorem nutritionem & vi-

Victus ratio in vlcerato ore.

Vt in potu ſit alimentum.

E rium inſtaurationem vti poterit.

Reparandis ſpiritibus in leipothymiæ metu,ſufficient vinum maluaticum,aromatites,acetum ro-
ſatum,& ſimilia naribus ad odorandum admota, niſi forte ea naturæ ſponte æger horreat : ſic enim ma-
gis vires & ſpiritus conſternarent. Alui interim cura diligens habenda eſt,atque vt lenium,
molliumque clyſterum vſu libera ſit,ex Medici ſententia
procurandum.

De quarto

De quarto curanda luis venereæ modo.

Cap. XIV.

Quæ in corpore damna ſuffitus creët

COmmenti ſunt nonnulli quartam viam curandæ luis venereæ per ſuffitus. Hanc ego non admodum probandam cenſeo, propter maligna multa, quæ inde exurgunt, ſymptomata. Cerebrum enim & pulmones, quibus primo & pleno appulſu excipiuntur, venenata contagione inficiunt & corrumpunt, vnde ægris in vitæ reliquum ſuperſtes manet ſpiritus ſeu anhelitus fœtor. Imo plerique dum ſic curarentur, conuulſione prehenſi ſunt, capitis, manuum, & tibiarum tremore, ſurditate, apopleaia, miſeraque tandem morte conflicti, propter tetros ſulphuris & argenti viui, quibus cinnabaris conſtat, vapores, ore, naribus, totoque corpore hauſtos. Quare eiuſmodi ſuffituum vſum, qui vniuerſi corporis gratia per os & nares exceptis halitibus inſtituitur, nunquam probauerim: at eum haud improbandum duxerim, qui partis tantum alicuius cauſa ſuſcipitur, ad deſiccanda male morata quæ eam ſic occupant vlcera, vt aliis artibus debellari nequeant: aut ad fundendos & digerendos nodos: doloreſque fixos reſoluendos, alioqui indomabiles. His enim ſuffitibus propter admixtum argentum viuum vis ineſt attenuandi, incidendi, reſoluendi, liquandi.

Qui ſuffitus probandi. Suffituum ex cinnabari vniuerſalium ratio.

Qui ad vniuerſi morbi, corporiſque curationem hos ſuffitus parant, hac via procedunt: Ægrum ſub papilione vndique fideliter obtenſo, ne qua quid expirare poſſit, ſtatuunt, vnaque vaſculum prunis candentibus plenum, in quas cinnabarim copioſe aſpergunt, vt ſic vndique exhalante fumo perfungatur, quo plane modo veterinarij ſolent equos granedinoſos & mucoſos, id ſingulis diebus tamdiu iterant, quoad os multa ſaliua ſtillare incipiat.

Materia ſuffituum.

Eiuſmodi ſuffituum, vt iam notatum eſt, princeps materia ſeu baſis eſt cinnabaris, ſulphure & argento viuo ſimul commiatis, conſtans, additur radix ireos florentię, thus, olibanum, myrrha, iuncus odoratus, aſſa odorata, maſtiche, terebinthina, & theriaca, quibus omnibus vis ineſt reſolutionis ſpirituum cohibendæ, naturæ roborandæ, fœtoriſque & malignæ qualitatis argenti viui corrigendæ. Parantur etiam alij alia arte ſuffitus, omnino tamen poſtquam extinctum fuerit, & hac, quæ ſequitur, arte velut fixum argentum viuum, liquatur plumbum, eique, cum iam fere refrixerit, affunditur & admiſcetur argentum viuum, totum id in puluerem redigitur, addito antimonio, aloe, maſtiche, calcantho, auripigmento, benionio in puluiſculum redactis, & cum terebinthina in trochiſcorum formam coagmentatis. Vel: *℞. cinnaberis ℥j. ſtyracis rubri & calamita, nucis moſch. an. ℨiij. benionij ℥ß. excepto terebinthina, fiant trochiſci ponderis, ℨij. ad vſum dictum:*

Trochiſci in ſuffitus.

additur terebinthina ad ea compingẽda, quæ ſicca ſunt, adduntur & gummi, vt fumis ſuffitibuſque materiam præbeant. Cæterum virulenta luis venereæ vlcera non ante ſuffiuntur, quam deterſa fuerint. Probatur etiam ſequens ſuffitus:

℞. cinnabaris ℥j. boionij, myrrhæ, ſtyracis, olibani, opopanacis an. ℥ß. maſtich. macis, thuris. an. ℨij. excipiantur terebinthina, & fiat ſuffumigium.

De Symptomatum ſeu ſymptomaticorum luis venereæ affectuum curatione, imprimiſque vlcerum penis.

Cap. XV.

Præputij quam glandis vlcera maligniora.

VLcera in toto quidem pene calloſa & maligna ea hoc morbo aſſurgunt, ſed longe ea ſunt maligniora, quæ in præputio, quam quæ in glande oriuntur: Sunt enim communibus vlcerum, quæ aliunde veniunt, remediis rebellia, & in gangrænam faceſſere obnoxia, ſic vt plærique qui ſibi mature argento viuo non prouiderunt, eam imprudentiam glandis ſæpe & totius penis iactura & amputatione luere neceſſe habeant. Sum tamen in ea ſententia, vt putem, omnium vlcerum, quæ in pene oboriuntur, curandorum initium à generalibus vlcerum remediis eſſe ducendum. Non enim omnia, quæ coitus occaſione in ea parte naſcuntur, vlcera virulẽta ſunt. At cum nihil proficere nos hac arte animaduerterimus, ſerpetque nihilominus indies malum, tum ad veniendum, quæ argentum viuum admittunt, vt his obuiam eatur virulentiæ in totum mox corpus ſeſe propagaturæ, omnino tamen omnia vitibus illis prædita ſint oportet, quæ acrimoniam huius veneni malignam queant obtundere, quale eſt quod ſequitur

Lanfranci collyrium. Pudendorũ frictiones.

Lanfranci collyrium: *℞. vini albi ℔j. aquæ roſar. & plantag. an. quart. j. auripig. ℨij. viridis æris ℨj. aloes myrrhæ an. ℈ij. terantur ſubtiliſſimo & fiat collyrium.* Contingi illa etiam vlcera vtiliter poterunt aqua ea ſublimato aut etiam chymiſtatum, quæ dirimendis metallis inſeruierit, vel imponetur puluis mercurij, vel ægyptiacum à nobis deſcriptum: Eſcharæ vero lapſus procurabitur baſilicone, aut butyro recenti. His tamẽ acribus niſi caute admodum non vtendum cenſeo, gangrænæ metu, quæ huic parti facilis eſt. Quod ſi eiuſmodi vlcerum tanta ſit pertinacia, vt his remediis non cedant, tum ad frictiones ſeu litus inguinum perinæi & vlcerum veniendum, ex vnguentis ante ad frictionem vniuerſalem deſcriptis. Fieri etiam ſuffitus poterunt, quo *ſuperiore capite* diximus modo.

Cur aliquãdo ſanatis virulentis penis vlceribus ſuperueniat vniuerſalis virulentia.

Sic enim demum virulenti humoris malignitas obtundetur, calloſæ durities moleſcent, vlcera denique ipſa deſiccabuntur, deterſaque conſolidabuntur. Nonnunquam poſt perfectam eiuſmodi vlcerum curationem, apparent in permultis manifeſta luis venereæ ſigna, quæ ſe ante non prodebant, quod per manantia vlcera virus manaret: nunc obſerato illo velut diffugio in corpus interius refluat, atque in aliis partibus ſui notas exhibeat, his hominibus vniuerſalis frictio neceſſaria eſt.

In quo gonorrhoea à ſtranguria virulenta differat. **Cap. XVI.**

Quid gonorrhoea. Lib. de locis affec.

AD hanc vſque diem permulti putarunt ſtranguriæ virulentæ aliquid cum gonorrhoea veterum eſſe commune, at longe differre eas affectiones, ex his, quæ ſequuntur, intelliges. Eſt enim gonorrhoea *ſeminis profluuium inuolantarium ex toto corpore ad genitalia decurrentis, propter reſolutionem & paralyſim facultatis retentricis earum partium*, vt eſt à Galeno proditum. Aliis naſcitur id malum

A ex ſanguinis & materiæ ſeminalis per vniuerſi corporis vaſa collectione, quæ in adipem, lætiorem que habitum non concreſcens, curſum inflectit ad genitalia: contra vero ſtranguria virulenta *profluuium eſt vel ſtillicidium potius ſaniei flaua, liui?a, cruenta fœtida, puri haud bene elaborato ſimilis, per ductum vrinarium, ipſum ſæpe acrimonia ſua erodentis & exulcerantis, penis, partiumque omnium genitalium erectionem dolorificam inferentis.* In hac enim erectione, fit earum conuulſiua velut contractio. Hinc eſt quod ægri queruntur ſubtenſam velut ſe chordam eo loco ſentire, quæ penem quaſi deorſum conuellat. Cauſa eſt ſpiritus craſſus & flatulentus, totum canalem ſeu neruum cauernoſum, imo & poroſam omnem penis ſubſtantiam copia replens & diſtendens. Ad hæc ſymptomata ſi hoc acceſſerit, vt exulceretur vrethra, ægrum, dum vrinam effundit, acer dolor diuexat, quia obiter ab vrina acri vlcera irritantur: virulentæ ſtranguriæ tale profluuium, ſæpe ad duos aut etiam tres annos prorogatur: at ſeminis profluuium tamdiu durare nequit, quin corpus ad extremam & mortiferam maciem deducat, quia ſemini materia eſt ex benigniore ſanguinis portione, quemadmodum ex his intelligere eſt, qui vel noctem vnam intempetantius coitu vſi ſunt: B his enim totius faciei fere moles ſubſidet, reliquum vero corpus eneruatum languet & torpet. Ex quibus omnibus efficitur, ſtranguriæ virulentæ profluuium, non eſſe humoris ſeminalis ad fœtus generationem apti, ſed ſaniei potius acris & viſcidæ, quæ corruptione totius ſubſtantiæ venenatam malignitatem acquiſiuit.

Lib. de locis aff.
Quid ſtranguria virulenta.
Cauſa conuulſiua diſtentionis penis.
Vide authorem definit. med. apud Gal.
Qualis per ſtranguriã virulentam fluat materia.

De cauſis ardoris vrinæ, eiuſque differentiis.

CAP. XVII.

VRinæ ardor, cuius ſtranguria virulenta ſpecies eſt, trium ex cauſarum aliqua naſcitur, repletione nempe, inanitione, & contagione. Eam, quæ à repletione eſt, facit vel ſanguinis nimia copia, vel laborioſum & multum ſub ardente & aduerſo ſole iter, vel ciborum calidiorum, acrium, diureticorum & flatulentorum eſus tenſionem & calorem in partibus vrinariis inferens, vnde ipſarum, ſimulque & partium genitalium inflammatio: quo fit, vt non ſeminalis modo, ſed & multus alius humor in eas partes defluat præſertim vero in proſtatas glandulas, quæ ſunt ad radices ſeu initia ceruicis veſicæ, quo loco deſinunt vaſa ſpermatica: plethoram etiam illam facit coitus abſtinentia in his, qui mulierum conſortio C vti conſueuerunt, debili præſertim exiſtente ſeminalium & vrinæ dicatarum partium excretrice, adeo vt eo ſe onere ipſæ per ſe expedire nequeant. Tum enim ſuppreſſa materia corrumpitur, acrimoniaque ſua à calore peregrino & putredinoſo contracta ardorem, doloremque in exitu facit. Eiuſmodi materia inflammatoria tumentes proſtatæ, ſucceſſu temporis vomicam rupto abſceſſu faciunt. Hinc ſtillans fluenſue ſecundum vrinarium ductum purulenta ſanies, abradendo vlcera creat, in quæ vrina poſtea impingens exaſperat: vnde acris dolor, qui etiam aliquandiu poſt mictionem durat: vna vero inflammationis, doloris attrahentis & nebuloſi ſpiritus diſtendentis occaſione, penis cum triſti ſenſu erigitur & conuellitur, quemadmodum *capite ſuperiore* notauimus. At eam, quæ ab inanitione eſt, creat intempeſtiuus & nimius veneris vſus. Hinc enim commemoratarum glandularum oleoſum & congenitum humidum exhauritur, quo exhauſto vrina non poteſt non eſſe toti vrethræ obiter moleſta & acris: ex quo potiſſimum doloris abradentis ſenſu ardor vrinæ nomen habuit. Illam vero, quæ à contagione eſt, facit impurus coitus cum homine immundo & virulento, ſeu muliere, quæ paulo ante virulenti viri virulentum ſemen exceperit, vel fluores albos patiatur, vel vlceribus occultis obſita pudenda habeat, vel ſpiritum virulentum illic concluſum & latentem circumferat, qui coitu incaleſcens & excitatus mox D pari contagione totum corpus inficiat, haud ſecus quam ſcorpionis aut phalangij punctura, tantulo veneno in cutem immiſſo, vniuerſum mox corpus, ſparſa latius, quam quis credere poſſet, mali vi corripitur, breuique animal concidit. Sic igitur ſeminalis humor proſtatis concluſus, hauſta inde per penem mali labe corrumpitur, partemque ipſam contagio inficit, vnde inflammationis abſceſſus, quo virus per vrethram eructante, ſtranguria virulenta contingit: tetro vero vapore in viſcera parteſque principes cũ humoris reflui portiuncula elato, lues venerea.

Particularum pudendarum partiũ plethora cauſa.
Quid inanitionem genitalium faciat.
Contagionis ſtranguriosa ratio.
Qui ſtranguria virulenta degeneret in generalẽ virulentiã.

De Prognoſi in ſtranguria virulenta.

CAP. XVIII.

HAud negligi vel ſegniter curari id malum debet, nam ex ſeſe pernicioſa accidentia, vt prædiximus, inuehit, & neglectum incurabile euadit, adeo vt per totam vitam ſanie virulenta quibuſdam vrethra fluat: ſæpe & vrinæ ſuppreſſio ad hæc mala accedat, inflammatis tumefactiſque ſupramodum proſtatis & veſicæ ceruice. Inflammationem iſtam augent, vnaque iſchuriam faciunt coitus, vſus ciborum vel acriorum vel flatulentorum: produnt vero & quaſi exacerbant lunæ exitus ſeu menſium fines. Ab eiuſmodi iſchuria certa mors venit, vt in quodam animaduerti, qui decennium totum ſtranguria virulenta vexatus, tandem ex ſuppreſſa vrina interiit. Solebat ille iſchuria prehendi quoties vehementius E exercebatur, ſeque illa leuare immiſſa argentea fiſtula, quam eo conſilio in omnem euentum ſecum ſemper circumferebat: accidit die quadam, vt eam in veſicam vſque intromittere non poſſet, me igitur acceſſit, qui vrinam ipſi cierem, in quam rem cum nihil non tentaſſem, fruſtranei fuerunt omnes mei conatus, mortuo & diſſecto, veſica vrina differta & quam diſtentiſſima animaduerſa eſt, proſtatæ vero præter naturam tumentes vlceratæ & pure differtæ, ei ſimili, quod ipſi ſtillare per vrethram ſolebat, ex quo intelligere licet, à proſtatis manare id virus, quod per virulentam ſtranguriam ſtillat, non à renibus vt plerique opinati ſunt. Certe ſtranguria virulenta ſi inueterauerit, particularis lues quædam venerea cenſenda eſt, adeo vt niſi frictione ex hydrargyro nequeat curari. Cæterum quæ ceruicem veſicæ occupant vlcera, facile diſcernuntur ab his, quæ corpus eius ſeu capacitatem intercipiunt: Hic enim quæ diffluit inter meiendum ſanies, vrinæ permixta cernitur, cum filamentis quibuſdam & membra-

Stranguriã virulentam quibuſdam conſeneſcere & commori.
Hiſtoria.
A qua parte manet virus ſtranguria virulenta.
In quo corpore veſica & ceruicis vlcera differant.

naceis corpuſculis per vrinam delatis: huc accedit longe magis inſignis tum ſaniei illius fœtor. Nunc dicendum de vtriuſq; affectus, tum gonorrhœæ, tum ſtranguriæ virulentę curatione, initio ab illa ducto.

De Summis capitibus curanda gonorrhoea.

CAP. XIX.

Quæ.

ACcerſendus Medicus, qui de purgatione, phlebotomia & diæta ſtatuat: ſi à plethora, copiaque ſanguinis & ſeminalis materiæ malum eſt, vitanda omnia, quæ ſanguinis copioſioris prouentum in corpore faciunt, quæ ſemen augent, quæ ad venerem ſtimulant. Itaque abſtinendum vino, niſi forte aquoſo, & auſtero: vitanda non modo mulierũ cõſortia, ſed & imagines, omniaq; ea, quę ipſas, maxime ſi egregiæ charæque fuerint, in mentem reuocant: exercitia valida proſunt, vt grauium onerum ad ſudorem vſque geſtationes, natatus in frigida, parcior ſomnus, lumborum & partium genitalium refrigerationes ex litu vnguenti roſati, refrigerantis Galeni & nutriti, impoſito inſuper duplici panno in oxycrato macerato & ſæpius renouato. At ſi exolutio facultatis retentricis earundem partium mali cauſa ſit, contracta ex nimio ante maturam illi exercitio ætatem coitu, roborantia, & adſtringentia, tum aſſumẽda, tum adhibenda ſunt. Sed ad virulentam ſtranguriam, quæ noſtri inſtituti magis propria eſt, mea iam feſtinat oratio.

Ad exolutã genitalium retentricem.

De Cura generali tum ardoris vrinæ, tum ſtranguriæ virulentæ.

CAP. XX.

Diæta.

VArie huius morbi curatio inſtituenda eſt pro cauſarum eius & accidentium varietate. Habenda in primis diætæ ratio, vitandaque omnia, quæ ſanguinem inflammant vel inflant, cuius generis ſunt diuretica omnia & flatulenta, tum etiam rapida & valida exercitia. Purgatio & phlebotomia proſunt, ſi præſertim plethora morbi cauſa ſit. Fugienda mulierum conſortia, & de rebus venereis meditationes: haud molli in lectulo cubare debet æger, ſed in ſtrato duriore & matta, nunquam ſi fieri poſſit ſupinus. Elixa aſſis præſtant, cocta cum oxalide, lactuca, portulaca, hordeo mondato, & quatuor ſeminibus frigidis conquaſſatis. in condimenta præter ſuccum mali, arantij, granati, & omphacium nihil adhibeat: vinum ſibi fugiendum putet, pro eo vtatur decocto hordei, glycyrrhyzæ, hydromelite, hydroſacchara cum pauco cinnamomo, potu diuino: mane quatuor horis ante paſtum ſorbeat hordeatum, in quo coxerit nodulus ex quatuor ſeminibus frigidis conquaſſatis, & ſemine papaueris albi: ſic enim refrigerat, lenit & deterget: vtilis etiam eſt ſyrupus de althea & capilli veneris, vtilis & alui vacuatio ex caſſiæ ſemuncia, aliquando ſolius, aliquando cum rhei puluerati dragma vna vel ſemidragma: proſunt & ſequentes pilulæ: *℞. maſſæ pilular. ſine quibus ℈j. rhei electi, ʒß. camphoræ g. iij. cum terebinthina, formentur pilulæ deuorandæ poſt primum ſomnum.* Terebinthina vero veneta ſola, vel addito rhei puluere, cum oleo amygdalarum dulcium ſine igne recenter extracto, ſyrupoue capilli veneris ſingulare remedium eſt ad hunc affectum, inſignes enim vires habet leniendi & detergendi, excretricemque facultatem promouendi ad expulſionem materiæ virulentæ proſtatis concluſæ: Adde, quod quam ſit putredini inimica, intelligitur ex ipſius amarore. quam vero renibus & vrinariis partibus operam ſuam dicauerit, eo odore proprio, cuius impreſſionem relinquit in vrina, poſtquam deglutita eſt. *Quod ſi quis eſt, qui in bolos confractam deglutire nequeat, facile eſt eam potabilem reddere, diluendo ipſam in mortario cum oui vitello & vino albo, quemadmodum ex pharmacopola quodam didici, qui eam rem pro magno ſecreto habebat.*

Ad ſtranguriam a repletione.

Hordeatum Vacuantia. Terebinthina veneta ſuas vires in hoc morbo.

Terebinthina qui reddatur potabilis.

Si ab inanitione morbus venerit, curabitur pinguibus iniectionibus, oleoſis & remollientibus potionibus, omninoque aſſumptis & admotis his, quæ pari facultate inſtructa ſunt: vitatis denique his, vnde mali origo extitit.

Ad ſtranguriam ab inanitione.

Qui vero curandus ſit huius generis morbus, qui ex contagione ſeu impuro concubitu venerit, *ſequenti capite* abunde dicetur.

De Stranguria virulenta curatione propria.

CAP. XXI.

Iniectio inflammationem reſtringens.

INitium ducendum eſt à doloris mitigatione & inflammationis reſtinctione, quod fiet iniectione in vrethram facta ex decocto ſequenti tepido: *℞. ſeminum pſilij, lactucæ, papaueris albi, plantag. cydon. lini, hyoſcya. albi an ʒij detrahantur mucores in aquis ſolani & roſar. ad quantitatem ſufficientem: adde trochiſcor. alborum Rhaſis camphoratorum in pollinem redactorum, ʒj. miſce ſimul, & fiat iniectio frequens.* Hæc enim, quia refrigerandi vi pollet, inflammationem reſtinguet, dolorem mitigabit, & lentore ſuo vrethræ aſperitates leniet, tuebiturque obducto velut mucore aduerſus vrinæ & virulentorum humorum acrimoniam. Eius loco licebit vti lacte bubulo ab vbere vel igne tepente. Nec iniectum modo lac in hoc affectu prodeſt, ſed etiam ore aſſumptum: refrigerandi enim & detergendi vim habet, tenuitateque partium ad vrinæ ductus non lente permeat: extrinſecus litus fiet ex cerato Galeni refrigerante addita camphora, ex cerato ſcroti, & penis totius. Hæc antequam admoueantur, ſufficit ſi ab igne tepeſcant. Nam ſi incaleſcant amplius, refrigerandi, qua valent facultate, ſpoliantur. Poſt litum lintea iiſdem partibus imponenda ſunt, macerata in oxycrato ex aqua plantaginis, ſolani, ſemperuiui & roſarum compoſito. Quod ſi inter meiendum, & aliquandiu etiam poſt intolerabilis dolor ægrum excruciet, vt fere fit, ſuaſerim, vt vrinam reddat, demerſa mentula in matellam lacte vel aqua tepente plenam.

Lactis dotes ad ſtranguriam virulentam.

Dolore his artibus mitigato ad deterſionem vlcerum veniendum, hac aut ſimili iniectione: *℞. hydromelit ſimpl. ℥iiij ſyrupor: de roſis ſiccis, & de abſynt. an ʒß fiat iniectio.* Quod ſi validiori deterſione ſit opus licebit addere valde ſalubriter, vt ſæpiſſime ſum expertus, ægyptiaci modicum. Animaduerti etiam ſequens decoctum valde ad eam rem prodeſſe.

Vt vlcus ſit indolens. Iniectiones detergentes.

A ℞. *vini albi odoriferi ℔ ß. aquarum plantag. & roſar. an. ℥ij. auripigmenti. ʒß. viridis æris ℈j aloes optimæ ʒß. puluериſentur puluериſanda, & bulliant ſimul, ſeruetur decoctum pro iniectione.* Ingredientium huius decocti compoſitionem medicamentorum licebit quantitatem & vim augere vel diminuere, prout æger & ægritudo flagitare videbuntur.

Qui deterſa ſiccentur Vlcera.

Vlceribus ſic deterſis ad reſiccationem properandum, quo tandem cicatrice obducantur. Id fiet reſiccato humore ſuperfluo, & roboratis partibus quæ diuturna fluxione imbutæ & relaxatæ fuere, in quam rem ſequens decoctio valde vtilis eſt. ℞. *aquæ fabrorum ℔ j. pſidiarum, balauſt. nucum cupreſſi conquaſſatarum an. ℥j. ß ſumach. & berber. an. ℥ij. ſyrup. roſati & de abſynthio an. ℥j fiat decoctio,* ſeruetur pro iniectione ſæpius in vrethram ſyringe immittenda, quouſque nihil iam faniei effluat, tum enim de ſalute ſpes certa affulget.

De carunculis, quæ in vrethra ab ardore vrinæ veniunt.

Cap. XXII.

Quibus vlceribus partium genitalium ſuperueniant carunculæ.

B ACris humor, qui ex proſtatis glandulis ſtillat, aſſidueque per vrinarium ductum manat, obiter ipſum locis quibuſdam erodit, & ſua acrimonia exulcerat: vrethram quidem viris, fœminis vero vteri ceruicem. His vt & reliquis vlceribus, accreſcit aliquando caro ſuperflua, quę ſæpe impedimento, eſt quominus ſemen & vrina præterlabi & diffluere ſolita, & communi ſibi via poſſint, vnde multorum malorum origo: quo fit, vt eiuſmodi vlcera, quibus accreuerunt carunculæ, diligentiſſime curanda ſint. In primis vero ſciendum, num illa recentia ſint, num inueterata. Hæc enim illis curatu eo ſunt difficiliora, quod quæ illis ſuperuenerunt carunculæ, in callum, cicatrice etiam ſæpe ducta obduruerint. Cognoſcimus ſubeſſe carunculas, ſi catheter per vrinæ ductum libere permeare nequeat, ſed toties in via offendat quoties carũculæ obſtruentes occurrunt; ſi meiendi magna difficultas ſit, ſi tenui admodum filo, vel bifurcato vel tortuoſo vrina effluat: vel ſi guttatim tantum ſtillet cum torminum tanto cruciatu, vt ſæpe æger fæces egeſturiat, imo & ſæpe egerat, inſtar eorum, quibus calculus eſt in veſica. Poſt mictum, itemque poſt coitum vrinæ & ſeminis aliqua portio ad carunculatum ſalebras reſtitat, adeo vt æger penem comprimere cogatur ad eiuſmodi exprimendas reliquias. Aliquando plane vrina ſupprimitur, vnde veſicæ tanta diſtentio, vt inde data inflammatio vrinaque retro in corpus, refluа ægrum ad exitium præci-
C pitarint: viſa vero eſt nonnunquam vrina ſic expreſſa, multis locis præter naturam quaqua verſum diffluere & exudare per anum, perinæum, ſcrotum, penem, inguina.

Carunculæ calloſæ ſanatu difficiles.

Signa.

A carunculæ obſtructa Vrina ſuppreſſa quæ data porta ruens.

Cum primum ſubeſſe carunculæ aliquod ſeminium, ex commemoratis ante ſignis ſuſpicamur, curationem ſtatim adhibere conuenit: creſcit enim paruo admodum initio indies adeo caruncula, vt tandem inſanabilis euadat, curandi certe difficultatem his, quæ ante de eius eſſentia dicta ſunt facile augurari licet, adde quod difficulter remedia ad malum peruenire poſſint. Tempus ad eam ſuſcipiendam opportunius eſt verum ab hoc hyems: quanquam ſi malum premat, nihil eſt differendum. Dum procedit curatio, æger à venere penitus abſtinere debet, hoc enim exercitio, renes, vaſa ſpermatica, proſtatæ glandes, totuſque penis intumeſcunt & incaleſcunt, adeoque ex vicinis & ſupernis partibus attrahunt: vnde excrementorum in locis laborantibus cumulus, curationem longo interuallo retardans. In detergentium iniectionum vſu fugienda ſunt acria & corrodentia, quod ſic vrethra exquiſitiſſimo ſenſu prædita facile offendatur, vnde multorum & malorum accidentium conſecutio. Nec debemus terreri, ſi per interualla ſanguis ex latentibus carunculis fluere cernatur. Eſt enim id ad curationem compendium: quia materiæ coniunctæ portione ſublata, incremento malum prohibetur, pars ipſa pondere premente leuatur, quia carunculаrum cauſa materialis eſt ſanguis ſuperfluus. Itaque niſi talis hæmorrhagia ſponte ſua venerit, vtile erit eam prouocare intruſo paulo durius, cum cautione tamen, cathete-
D re. Si inueteratæ ſint & calloſæ carunculæ, fotu, litu, cataplaſmate, emplaſtro, & ſuffitu ſunt molliendæ, fotus hæc tibi erit ſpecies: ℞. *Rad. althea & lilior. alb. an. ℥iiij rad. bryoniæ & fœnicul. an ℥j ß. fol maluar. violar. parietar. & mercu. an. m. ß ſeminum lini. fœnugr. an ʒß. caricas pingu. n. xij. flor. m chamam. & meliloti an. p. j. contundantur contundenda, & incidenda incidantur, bulliant omnia in aqua communi, & fiat fotus cum ſpongiis* tenellis & mollibus ex magmate cataplaſma conficies in ſequentem modum: ℞. *prædicta materialia, terantur & ſtaticiantur, adde axungiæ porci, vnguenti baſiliconis an. ℥ij fiat cataplaſma*: imponatur poſt fotum vel ſtatim à fotu. Sequens linimentum, interim dum cataplaſma parabitur, adhibere poteris: ℞. *vnguentor. de althea & agrippa an. ʒj. ß. æſipi humidæ & axungiæ humanæ an. ℥j. butyri recentis, olei lilior. & chamæ. an. ʒvj. liquefiant ſimul addendo aquæ vitæ, ℥j. fiat linimentum,* admoueatur extrinſecus, qua parte ſubſunt carunculæ. Eodem conſilio imponuntur emplaſtra, quæ pro animi arbitrio varia ex variis fingere & concinnare poteris, excellit tamen ſupra omnia vi remolliendi, & eiuſmodi calloſas ſcabrities atterendi, emplaſtrum de Vigo fideliter diſpenſatum. Valet & ad eam rem ſequens ſuffitus: Elige lapidis molaris fruſta aliquot (hoc enim vtimur pro pyrite veterum) vel craſſiores lateres, poſtquam incanduerint igni, coniiciantur in haud ita magnum lebetem ſellæ deiectoriæ ſuppoſitum, in ſella ſedere iuſſo ægro, quaſi aluum exoneraturo, affunde in candentes lapides acerrimi aceti & aquæ vitæ optimæ partes æquales, circumie-
E ctiſque vndique veſtibus, ne quid fruſtra exhalet, aſcendentem vaporem ano, perinæo, ſcroto & vrethra æger excipiat: quinetiam, quo huius remedij vis fœlicius ſuccedat, ægrum nudum in dolio a. litera notato ſtatuere poteris, ſic vt ſuper aſſerem, qua parte genitalia ſubſunt perforatum ſedeat: inde lebetem, candentes lapides continentem, inter ipſius crura ſubiicere: mox per oſtiolum litera b. notatum lapides illos liquore commemorato, irrigare, exhalantem fumum ſic facile æger partibus laborantibus excipiet vt nihil eius, vndique ipſi obtectu & obuelato, depereat.

Curatio generalis.

Quid faciat carunculа difficilem ſanatu.

Tempus curationi opportunum.

Cur Venus fugienda.

Cur acria vel fugienda vel parce vſurpanda.

Curatio particularis.

Fotus.


Cataplaſma.

Litus.

Emplaſtrũ de Vigo efficax ad molliendam carunculam.

Suffitus.

Dolium ad excipiendum ſuffitum affabre factum. A



B

Ad Glaut. lib. 2. ca. 3.

Tali ſuffitui, Galeni ſententia, vis ineſt penetrandi, incidendi, liquefaciendi, remolliendi & digerendi ſcirrhoſas durities. C

Quæ inſuper remedia carunculis occaſione luis venereæ natis, ſint adhibenda.

Cap. XXIII.

Particularia luis venereæ vitia niſi generali virulentia remedio non ſanari.

Remolliendæ ergo primum carunculæ ſi calloſæ fuerint. Inde deterendæ & conſumendæ.


AT ſi ſuſpicio eſt ab humore virulento, ſeu luis venereæ veneno has carunculas veniſſe, oportet vt æger diætam illam obſeruet, quæ lue venerea infectis præſcribi ſolet: vtatur decocto guaiaci, linaturque ipſi perinæum, ac totus penis vnguento ad luem veneream concinnato: alias oleum & operam perdet Chirurgus. Interim dum in lecto ſudabit, iubebitur tenere inter crura diuaricata lagenam teſtaceam aqua feruēte plenam, vel laterem calidum inuolutum linteis, aceto & aqua vitæ irrigatis: ſic enim calor, vaporque ad genitalia ſe efferet, qui vnguenti impoſiti auxilio concurrente, materiam caruncularum liquabit. Remollitæ ſic carunculæ remediis conuenientibus ſunt conſumendæ. Principio igitur ſi callum cicatricemque duxerint (quod ex eo ſuſpicari licet, ſi nihil excrementitij humoris remittant) exaſperandæ ſunt, excoriandæ & atterendæ cathetere plumbeo, extremo ſuo ſurgentibus aſperitatibus limæ rotundæ inſtar ſcabro. Immiſſum illum in vrethram catheterem tamdiu verſabit, iens rediensque toties eandem viam Chirurgus, quamdiu & quoties ipſis comminuendis & atterendis neceſſe videbitur, attritas ſanguine multo manare ſinet, ad affectæ partis leuamen. Licet & in vrethram eodem conſilio demittere fiſtulam litera B. notatam, in quam inſerta ductilis argentea virgula, extremo ſuo rotundo excisoria, occurſu ſuo alliſu & attritu repetito, obnitentes carunculas deterere & complanare poſſit. D Certe hac arte multos grauiſſimis huius mali periculis implicitos explicui. Aliis magis placet fiſtula notata litera a. ſic vſurpata. Immittitur in vrethram obuerſis ad carunculas eius prominulis inciſuris excisoriis, inſuperque manu extrinſecus appreſſo ad eas pene, qua parte carunculæ ſubſunt.

Fiſtula

E

Fiſtula atterendis carunculis idonea.

B



A *Oſtendit fiſtulam cum inſerta, ſed non ſe proferente argentea ſua virgula.*
B. *Fiſtulam oſtendit cum inſerta virgula argentea, ſed ab extremo fiſtulæ prominente.*
a. *Oſtendit fiſtulam cum inciſuris exciſoriis.*
b. *Oſtendit inciſuras ſeu rugas & aſperitates exciſorias.*

Sic contrita caruncula conſpergenda eſt ſequenti puluiſculo, valde efficaci ad omnes pudendarum partium carunculas exterendas & conſumendas ſine magno dolore. ℞. *herba ſabinæ in vmbra exſiccatæ* ℥ij. *ochræ, antimonij, tuthiæ præparatæ an.* ʒß. *fiat puluis ſubtiliſſimus*, applicetur in ſequentem modum. Immittatur puluiſculus in fiſtulam feneſtratam vltimo nuper loco deſcriptam. Intrudatur fiſtula in vrethram, quoad inciſura feneſtrata ad carunculam peruenerit: tum in fiſtulæ tubum virgula argentea immittatur, cuius mucro linteolo obuoluto præfixus ſit. Sic enim promota, vna etiam præ ſe obuium puluiſculum promouebit, quouſque ad inciſuram feneſtratam, carunculæ ex aduerſo poſitam peruenerit, tum igitur ad recenti attritu cruentam carunculam ſe applicabit. Hinc reuocabitur fiſtula obuerſa ſeu auerſa ipſius feneſtra, ne obiter affixum carunculæ puluiſculum abripiat. *Puluis conſumens carunculas.* *Applicandi modus.*

C

Si dolor ingens ſuperueniat, lenietur, vnaque inflammatio reſtinguetur ſequenti iniectione: ℞. *ſuccorum portulacæ, plantag. ſolani, & ſemperuiui an.* ℥ß. *albumina ouorum num. vj. agitentur diu in mortario plumbeo, & tepida in vrethram ſyringe exprimantur.* Eius loco aliam etiam iniectionem facere licebit, quæ ante deſcripta eſt. Nec erit inutile genitalibus partibus repellentia remedia circumponere ad dolorem ardoremque prohibendum. Licet etiam alia adhibere remedia, conſumendæ carunculæ vi prædita, inter quæ, quæ ſequuntur, excellunt: *Iniectio reſtringens inflammationem.*

℞. *viridis æris, auripigmenti, vitrioli rom. aluminis rochæ an.* ℥ij. *infundantur omnia in acetum acerrimum, atque inter duo marmora in pollinem redigantur, tum æſtiuo ſoli exponantur, ſiccata rurſus in acetum acerrimum infundantur, indeque vt antea marmorum attritu, ſic comminuta, vt digitis ſubiecta nihil occurrat aſperum ſoli denuo exponantur, quouſque in pollinem tenuiſſimum reducantur, omniſque eorum euanuerit acrimonia, quod fiet octo fere dierum ſpatio. Hinc:* ℞. *olei roſati* ℥iiij. *lithargyri.* ℥ij. *coquantur ad ignem quouſque coierint in emplaſtrum ſolida conſiſtentiæ: ab igne tum ſemotis, adde pulueris prædicti* ℥ij. *miſceantur ſpatula, & igni ſubiiciantur, quouſque totum id in durum medicamentum concreſcat, adeo vt ipſi candela cerea vel virga plumbea adhæreſcere poſſit, ſic vt ne manibus quidem tractata excidat.* Hoc remedio vtuntur Chirurgi Monſpelienſes. Sequitur aliud: *Cap. 81. Emplaſtrũ Chirurgorũ Monſpelienſium ad carunculas.*

D

℞. *tuthiæ præparatæ,* ʒvj. *antimonii,* ʒiij. *trochiſcorum alborum Rhaſis camphoratorum,* ʒj. *corticis granat. aluminis vſti. an* ʒj ß. *ſpongiæ vſtæ.* ℈ij. *in pollinem omnia redigantur, poſtea.* ℞. *vng. diapompholigos & albi Rhaſis an.* ℥ij. *miſceantur cum prædictis pulueribus in mortario plumbeo, & diu agitentur, oblinatur hoc vnguento linteum tenuiſſimum, indeque candela cerea obuolutum in vrethram immittatur,* reuocata mox candela obtorſionibus contrariis his, quibus obuolutum fuit circa ipſam linteum. Lintei extremum pendebit ex vrethra, quo poſtea etiam reuocetur, vbi abunde effeciſſe aliquid in carunculam videbitur, cuius rei dabit ſigna ea ſui parte medicamento obducta, qua ipſam contigerit. *Aliud emplaſtrum.* *Ratio applicandi.*

Parantur etiam à nonnullis candelæ cereæ ex ellychnio, valido illo quidem, ſed tenui: quarum extremum, quod carunculas efficaci & atterente contactu attingere debet, compingitur ex ſequenti medicamento: ℞. *empl. nigri, vel diachylonis ireat.* ℥ij. *pulu. ſab. ochr. vitr. rom. calcin pulu. mer. au.* ʒß. *omnia liqueſcant ſimul ad dictum vſum.* Dum eiuſmodi remediis malum profligabitur, hoc ſedulo agat æger, vt amictu ſic mentulam concutiat, vt quidquid vrinæ reliquiarum reſtitare circum caruncularum obices poſſet, id omne excutiat: nam vel ſubſiſtens illic guttula, ipſa per ſe ſatis eſt ad medicamentorum admotorum vires omnes eludendas. *Cautio in reddenda vrina.*

E

Poſtquam deſcriptis remediis detrita & plane conſumpta fuerit caruncula, quod intelligere licet vrina libere & pleno meatu prodeunte, atque inoffenſo curſu catheterе per vrethram in veſicam penetrante, reſtat, vt exſiccentur vlcera & ad cicatricem perducantur: in quam rem efficax eſt & ſine morſu ſequens iniectio. ℞. *aqu. fabr.* ℔. ß. *nuc. cupr. galla. cort. grana an.* ʒj. ß. *alum. roch* ʒß. *bulliant omnia ſimul ſecundum artem, fiat decoctio pro iniectione.* qua tamdiu vtendum, quoad nulla humiditas excrementitia ſtillet è mentula. Sequens puluis validius deſiccat, adeoque cicatricem accelerat, tum etiam ſine morſu eſt. *Signa detritæ carunculæ.*

Inſectio epuloticæ. *Cape lapidem calaminarem lotum, teſtas ouorum vſtas, corallum rubrum, corticem granatorum, comminue omnia in pollinem, applicetur puluiſculus vlceribus, cum candela cerea uncta vnguento deſiccatiuo rubro, aliove ſimili.* Ad id etiam valent virgæ plumbeæ in vrethram, ad vlcera vſque, quam craſſiſſimæ poterunt demiſſæ, ante tamen argento viuo oblitæ, diu & præſertim noctu quam diutiſſime æger poterit, detentæ. Contactu B enim ſuo deſiccant, cicatricem obducunt: meatum vrinarium ſine dolore dilatant, ac denique prohibent, ne vlcerum parietes mutuo ſe adhæſu coinquinent.

Argentum viuum deſiccando cicatricem obducere.

De Bubonibus venereis. Cap. XXIV.

Bubonum Venereorum cauſa efficiens & materialis.

VItus luis venereæ hepati nonnunquam communicatur: id ſi facultate excretrice pollet, excernit in inguina, propria nempe emunctoria: inde bubones venerei emergunt. Horum materia magna ex parte eſt humorum frigidorum, lentorum & viſcidorum copia, vt colligere eſt ex tumoris duritie, albedine, doloris prauitate & curandi contumacia. Quæ alia etiam ratio eſt, præter eas, quæ ante ſunt commemoratæ, cur cenſeri debeat huius morbi virus, in humore pituitoſo fere ſe defigere. Sunt tamen aliquando bubones venerei ab humore calido, acri & bilioſo, cum ingenti dolore & ardore coniuncti, quique adeo ſæpe in vlcera virulenta & arrodentia degenerent. Bubonum venereorum alij accidentia ſunt luis venereæ ita coniuncta, vt ipſam denuntient: cuiuſmodi ſunt, qui paulo ante rumorem manifeſte conſpicui, mox ſine occaſione manifeſta deliteſcunt, & intro ad partes nobiles remeant. Alij ſeorſum à lue venerea exiſtunt, etſi eſſentiæ & materiæ ſimilitudinem cum illa habeant, quique ideo etiam perſtante lue ſaneſcere poſſunt. Cuiuſmodi illi ſunt, qui vulgo viſuntur, quique adeo cum prioribus comparati, ſimplices & minime impliciti dici poſſunt.

Qui bubones prænunciant luem Veneream.

Ad curationem non ſunt vſurpanda digerentia, ne tenuiore parte reſoluta, craſſior fæx intus ſe defigat & concreſcat: multo vero minus vtendum repellentibus, quia virulenta materia eſt. Solis ergo attrahentibus & ſuppurantibus locus eſſe debet humori prædominanti, & tumorem committenti, & conuenientibus: calidioribus nempe in œdematoſis & ſcirrhoſis, quam in his, qui phlegmones aut eryſipelatis naturam ſapiunt & retinent. Tumoribus eandem varietatem inſinuat à corporum raritate & denſitate ſumpta indicatio. Cucurbitularum applicatio valde efficax eſt ad extrahendum. Sed his detractis emplaſticum medicamentum ſtatim imponendum, denique ſuppurantibus agendum eſt. Pure confecto aperiendus tumor eſt cauterio potentiali, ſi ab humore frigido ſit: inducto enim calore, materiei crudæ reliquum facilius coquetur: adde, quod aperta huius generis vomica, facilius euacuabitur materia, nec penicula indere oportebit, ſed puluillos apponere ſufficiet. Reliquum curationis detergentibus perficietur: dehinc, ſi res exigat, ægro ſanguis detrahetur, & cathartico humores purgabuntur, ſed non ante perfectam prius maturationem. C

Cucurbitula.

Cauterium potentiale.

De Exoſtoſi, tophis, nodiſque luis venereæ occaſione ſubortis. Cap. XXV.

Nodorum & tophorum virulentorum materia.

TVmores duri, exoſtoſes, nodique materiam habent à pituita craſſa & viſcida, quæ diſſolui nequit, niſi remedijs calidis, quibus molliendi & liquandi vis inſit. In quam rem præter ea medicamenta, quæ ſcirrhis adhiberi ſolent, accerſendum eſt argentum viuum, hac fere forma. ℞ *emplaſt. filij Zach. & Ceronei an. ℥ iij. euphorb. ℥ ß. emplaſt. de Vigo ℥ ij. cerot. œſyp. deſcriptione philag. ℥ j. arg. viu. extin. ℥ vj fiat emplaſtrum* extendatur ſuper alutam ad vſum. Interea æger ſobrie viuat: ſic enim curabitur, modo oſſium ſubſtantia illæſa ſit. Si enim putredine & carie tentetur, non iam locus eſt deſcriptis remedijs, ſed apertione facta os neceſſario renudandum eſt, ſeu nouacula, ſeu cauterio potentiali, ſeu actuali: malim vero actuali id moliri, quia virus oſſibus imbibitum vna exhaurit, corruptique oſſis abſceſſum ſeu lapſum accelerat. Figura id inſtituetur apta nodo vtendo, rotunda nempe, quadrata, oblonga. Soleo ante candentis eiuſmodi ferri impreſſionem, nouacula ſuperiacentem carnem diuellere, quo dolor inde leuior ſit: quia niſi multo tempore obiecta caro comburi nequit, per quam ad os ignis peruenire debet. Sed non erit alienum, antequam de hac arte dicamus, cariei oſſium naturam expendere. D

Emplaſt. ad exoſtoſes.

Cur oſſa cariem contrahant, & quibus ſignis ea caries deprehendatur. Cap. XXVI.

6. Meth.

COntinui ſolutio in oſſibus facta, Galeno Catagma nominatur: hæc cariei fere cauſam præbet: attrita enim, colliſa, fiſſa, pertuſa, fracta, luxata, inflammata propria carne & cute renudata facile cariè tentantur: operculo namque ſuo ſpoliata alterantur, aeris, quem nunquam experta ſunt, appulſu: à quo præterea ſanguis propriumque ipſorum alimentum reſiccatur & exhauritur. Sed & per vulnera, vlcerave antiqua ſanies decurrens, ſucceſſu temporis in ipſorum ſe ſubſtantiam defigit, ſenſimque putrefacit: putredinem iſtam auget, & facit nimius oleorum & pinguium medicamentorum, humidorum nempe & ſuppuratoriorum vſus: hinc enim vlcus ſordidius euadit & malignius, vicinarum partium caro incaleſcit, in pus vertitur, quod mox in ſubiectum os defluens ipſum inflammat. Denique oſſa iiſdem omnino morbis obnoxia ſunt, quibus caro ſubiecta: quo & Galeno authore inflammationis initium ſæpe ab oſſibus eſt: at non pulſant, quia Veterum ſententia pulſus eſt arteriarum motus dolorificus: ſenſu vero carent oſſa. Quod equidem non negauerim, ſed fatendum etiam eſt, quæ ipſa inuoluit membranam, quæque ipſorum corpus ſubeunt arterias exquiſito ſenſu eſſe præditas. Itaque ab inflammato oſſe compreſſæ & incaleſcentes arteriæ, triſtem ſenſum in perioſtio excitant, adeo vt de pulſanti & profundo, ſeu in oſſium ſubſtantiam demerſo dolore, ægri conquerantur. Caries ſæpe oculis cernitur, nempe quando os renudatum eſt, tum enim à naturali colore in liuidum, flauum, aut nigrum euariat. Alias tactu demiſſo E

Carieioſſium frequens cauſa.

Hipp. lib. de Vlc. & fra. Lib. de tum. cont. nat.

Signa cariei

ſpecillo

A ſpecillo innoteſcit: cum nempe inæquale aliquid occurrit & aſperum, vel leui appreſſu in oſſis ſubſtantiam ſpecillum tanquam in carioſum lignum demergitur: os enim naturaliter conſtitutum durum eſt, carioſū vero molle. Non eſt tamen durities certum integri oſſis ſignum. Mihi enim viſa ſunt carioſa oſſa & renudata, ſic aliquando aeris cōtactu induruiſſe, vt ne terebra quidem, niſi valido conatu ipſa ſubire poſſet. Innoteſcit etiam oſſis caries, ſaniei ab vlcere manantis conditione: tenuior enim eſt & liquidior, quam quæ à ſimplici carnoſæ partis vlcere defluit: nec modo tenuior eſt & liquidior, ſed & fœtidior. Habent præterea talia vlcera carnem mollem, laxam, & mydoſam: ſuntque inſuper moroſa, & ſarcoticis epuloticiſque rebellia: quibus ſi aliquando paruerint cicatrice obducta, mox tamen ſponte ſua ſoluitur cicatrix, quia natura ſolido & ſano oſſium fundamento deſtituta, laudabilem & conſtantem carnem ſuperſtruere nequit. Nec vero ſatis eſt Chirurgo, carioſum & corruptum os pro cognito habere, teneat præterea oportet, ſitne ſuperficiaria illa corruptio, an altius in oſſis ſubſtantiam pertineat, vt ſciat quantum oſſis abſcedere debeat. Eius enim, quod corruptum eſt, abſceſſus ſola curatio eſt: abſcedit vero his, quæ inſigniter deſiccando, omnem eius humiditatem tum excremētitiam cariei authorem, tum

Duritiem non eſſe certum integri oſſis ſignum.

Carioſi oſſis curatio.

B alimentariam exhaurit. Sic enim exangue manet, & nutritionis adeoque vitæ expers. Quo fit, vt neceſſario abſcedat, glutine eo, quo cum ſanis partibus vicinia & vitæ communione continebatur deſtitutū: foliorum inſtar, quæ decidunt, exhauſto humido, quo tanquam glutine ramis propriis adhærebant. In hunc vſum catagmatici puluere inſtituti ſunt, ad eam cariem, quæ ſuperficiaria eſt, eliminandam. Vt; ℞ *puluer. aloes, cretæ combuſtæ, pompholygos an. ℥ij. ireos flor. ariſto. rot. myrr. cerus. an. ℥j. puluer. oſtreo. combuſt ʒß. terantur ſubtiliſſime, fiat puluis*, applicetur, vel ſolus per ſe, vel cum melle & pauca aqua vitæ. Impoſitum etiam ſequens emplaſtrum naturam excitat ad oſſium fractorum excluſionem, craſſiorisque & viſcidæ ſaniei in vlceribus deterſionem: ℞ *ceræ nouæ, reſ. pini, gum. amm. & elemi. an. ℥vj. tereb. ℥iij. puluer. maſtic myrr. an. ʒß. ariſtol. rot. ireos flor. aloes, opopa. eupho. an. ℥j. olei roſat. quantum ſufficit, fiat emplaſtrum ſecundum artem.* Euphorbium oſſium teſtulas ſquamaſque eadem die eximit Dioſc. ſententia. Huc etiam confert emplaſtrum de betonica. Vel, ℞ *olei caryoph. ʒß. camph. ℈ij. miſceantur ſimul in mortario, & vtere.* Quod ſi ſic, quod oſſis corruptum eſt, eximi nequeat, terebellis deſquamatoriis, radulisque deſcriptis in capitis vulneribus vti licebit: ſi præſertim caries grandius aliquod os & ſolidius inuaſerit. Quinetiam terebello hic appicto vtile erit os carioſum locis pluribus, qua caries occupat, perforare euſque, dum quidam veluti

Puluis catagmaticus.


Emplaſtrū deſquamatorium.

Lib. 3. c. 78.

C cruor per foramina exudet: ſic enim aere fruitur liberius, inſuperque his tanquam viis medicamentorum vis admiſſa efficacius agit.

Terebellum cum duabus cuſpidibus triangularibus, & clauicula, quæ in manubrio continentur. Itemque aliud, habens cuſpides quadrangulares & ſexangulares: grandiorum oſſium cariei conueniens.

D



Quod ſi profundior eſt caries, & os vel natura, vel euentu, occaſione ſcilicet aeris diutius admiſſi, ſolidius ſit, tum excidendæ ſunt carioſæ teſtæ inſtrumentis deſcriptis in capitis vulneribus, ea in os adi-

E gendo, malleis plumbeis, ne pars grauiore ictu perculſa & attonita turbetur. Teſtulæ & fragmenta volſellis eximenda erunt. Signa ademptæ omnis cariei ſunt, oſſis, quod ſubeſt, ſoliditas, & cruentus humor exudans.


Signa adempta omnis cariei.

De Cauteriis actualibus & potentialibus.

CAP. XXVII.

Cauteria actualia præferenda potentialibus. QVod ſi deſcriptis inſtrumentis locus non ſit, propter cariei malignitatem & magnitudinem, tum veniendum ad cauteria actualia & potentialia. Sed magis probatim actualia, quia partem roborādo excrementitios humores, quibus ipſa imbuta eſt, conſumunt, cariei nempe materiam; quod non ſic efficaciter fit potentialibus. Sæpe tamen his vti cogimur vt ægris, ignitum ferrum horrentibus, indulgeamus. *Cauteria potentialia.* Potentialia ſunt aqua chymiſtarum, aqua vitrioli, oleum feruens, ſulphur fuſum & bulliens & ſimilia: in quibus affūdendis prudentem Chirurgū eſſe velim, & induſtrium, ne temere partes vicinas ſanas vrente contactu violet: quæ temeritas dolores vehementes, inflammationes, & alia horrenda ſymptomata accerſeret. Quod ad actualia cauteria attinet, horum tanta eſt in figura varietas vt definiri nequeat, multo minus ſcribi. Varianda enim ſunt pro cariei amplitudine, & oſſium carioſorum figura & conformatione. *Oliuæ forma quæ.* Quæ vulgatiores habentur, horum formas hic viſum eſt appingere, hoc admonuiſſe contentus, horum alia punctim alia cæſim, alia latiore & oliuæ folij in formam acto mucrone agere. B


Varia cauteriorum actualium forma ad omnes omnium partium neceſſarios caſus.



C

Alia cauteria.


D



E

Alia ad

Alia ad eandem rem cauteria.




B

Quæ ſequitur cauterij forma nodis virulentis, qui in cranio ſunt, apta eſt, quando caraem, quæ os integit, eximere conſilium eſt: ea gratia cauum & ſcindens factum eſt figura triangulari & quadrangulari, in tria veluti brachia diuiſum vt quouis vti liceat pro arbitrio.

C

Caui & exciſorij cauterij delineatio.




D

Quæ ſequuntur cauteriorum formæ, locum habent in altius demerſis cariebus, in quibus haud liceat ſupra deſcriptis vti ſine contactu partium vicinarum ſanarum. Quod periculum vt vitetur, demittendum eſt ferrum ignitum ad carnem vſque per fiſtulam ferream; quæ cauſticum contactum à vicinis partibus & carnoſis arceat.

Cauteria actualia cum ſuis fiſtulis.

E



Magna ſequuntur incommoda ex temere, id eſt, frequentius appreſſis, vel diutius hærentibus o ffi cauteriis

Digitized by Google

A

Modus cauteriorum applicandorum.

cauteriis: immoderato enim illo & igneo calore non modo … carioſi oſſis humiditas abſumitur, ſed & humidum partis radicale & ſubſtantiſicum exhauritur: quo vno natura carioſas teſtulas eliminatura, operculo os ſanum à carioſo diſcriminatura, carnem ſuſtitutura, ſtat & nititur. Itaque cauteriorum apprimendorum modus pro cariei magnitudine, & excrementitiæ, ac quodammodo ſpumantis humiditatis per oſſis poros exudantis eſſe debet. Cæterum antequam cauterium in cariem profundius demerſam deprimas, qualis ea eſt, quæ in femur, & alias partes valde carnoſas cadit, diligenter vlceris vicinas partes, ſanas & carnoſas quodam velut operculo præmunire oportet, quia humor ignis contactu fuſus, alia etiam, in quæ ſe diffuderit, loca, olei bullientis inſtar adurit.

Oleum catellorum iuuat ſquamarum & teſtularum abſceſſum promouere.

Poſt inuſtionem promouendus eſt abſceſſus ſquammarum, inſtillato aliquoties oleo noſtro catellorum feruenti. Id oleum etſi ad eam rem valde aptum ſit, non cenſuerim tamen diutius effundendum, omnino vt bis aut ter inſtillaſſe ſufficiat. Tandem enim ſubſtantia ſua oleoſa tenui & humida os ſanum, quod carioſo ſubiacet, violare poſſet. Præterea ſicciſſima corporis pars os eſt: itaque vnctuoſa & humida medicamenta eius temperiei & conſiſtentiæ contraria ſunt. Cæterum dehiſcentes iam ſquammas crebro & blande commouere iuuat, & naturæ in excludendo tarditatem accelerat. Vim adhibere non licet, niſi forte cum à tenui velut filo pendent: alioqui ſi incautus Chirurgus ante vi ſquammas reuellat, quam natura operculum ſano oſſi interiecerit, nouæ alterationi & cariei ex aeris appulſu locum dabit. Præterea poſtquam

B

Cautio in cōmouendis oſſium carioſorum teſtulis.

excernentis naturæ vi, ſquama carioſa abſceſſerit, cauendum diligenter, ne ei, quod ſubeſt, oſſi exedentia ſeu corrodentia medicamenta imponas: ſic enim carnem abſumpſeris, quam natura ſuperattexuerit, quæ ex recenter concreto ſanguine coagmentata recenter coagulato lacti eſt mollitie ſimilis, tempore alioqui in ſolidiorem & duriorem conſiſtentiam euaſura. Hæc ſuberefcens caro, os carioſum ſuprapoſitum ſenſim ſuo loco mouet, & abſceſſus eius cauſa eſt: cogitur per initia in formam granorum mali punici, ſanie rubra, læui, æquali, minime fœtida & tandem alba diffluens. Tum igitur aſpergendi potius puluiſculi cephalici ex his rebus, quæ deſiccandi vim habeant morſus expertem, cuiuſmodi ſunt ex radice ireos florentiæ, aloe lota, maſtiche, myrrha, farina hordei, & ſimilibus. Tandem cicatrix obducenda.

Cephalici puluiſculi quales.

Squamas oſſium ſatius eſt ſolo naturæ impulſu abſcedere, quam medicamentorum aut inſtrumentorum vi auelli: quia quæ violentius & rapidius auelluntur, ſinus fiſtuloſis vlceribus ſimiles relinquunt. Quin nec membranæ, quæ computruerint in pus verſæ, violentius auelli debent, vel acrioribus medicamentis contingi: hinc enim ſubortus dolor inflammationis, conuulſionis, & aliorum pernicioſorum ſymptomatum conſecutionem non raro attulit. Itaque eſt ſatius id negotium naturæ committere, quæ ſucceſſu temporis excretrice facultate vſa, facile ſe carioſa illa ſubſtantia expediet: viuum enim quantum poteſt, procul id à ſe, quod mortuum eſt, ſemper amandat.

C

De potione vulneraria. CAP. XXVIII.

Vſus potionum vulnerariarum.

QVod ſi contumax oſſis caries, rebelleque item vlcus, deſcriptis remediis non ceſſerint, ægro præſcribere oportebit potionem, quam Vulnerariam nominant. Natura enim tali potione adiuta plane mira feciſſe mihi non raro viſa eſt in carioſorum oſſium correctione, & vlcerum conſolidatione. Hæ namque potiones etſi humores noxios per aluum non expurgent, valde tamen efficaces ſunt detergendis vlceribus, & ab omni excrementitiorum humorum colluuie vindicandis, ſanguini defæcando, & ab ichoribus omnique impuritate repurgando, fractis oſſibus agglutinandis, & neruis vnioni reſtituendis. De his ideo mihi viſum eſt hic dicere, vel hoc maxime nomine, quod Veteribus magnopere commendatæ, ab hodiernis Medicis & Chirurgis negligũtur. At ſi vulnerum, vlcerumque veterum curatio deterſione perficitur, & ſubſtantiæ deperditæ repoſitione, cui medicamento id potius datum eſt, quam ei, quod admirabili & prope diuina vi ſua ſic ſanguinem expurgat, vt ex eo tanquam è materia apta & laudabili, caro quæuiſque alia ſubſtantia deperdita prompte reſtitui, & reponi poſſit, pars priſtinę vnioni reddi? Quod ſi vlcera fiſtuloſa, carcinomata, arthritides, & ſimiles morbi, ſalſamentorum, ſpeciatorũ, acrium & eorum, quæ tenuiorum ſunt partium, vſu, vt ſynapi, cæparum, & alliorum, quauiſque alia in cibo & potu immoderantia efferantur & exacerbantur: cur non cibis potionibuſque medicatis & contrariis miteſcere, & ad æquiorem ſaltem conditionem reuocari poterunt? Ergo vt ſciant Chirurgi, ex quibus rebus tales compoſitiones exurgant, viſum eſt hic earum cenſum facere, vt componendi facultas adſit.

D

Scabioſa.	*Ariſtolochia.*
Sanicula.	*Veronica.*
Bugloſa.	*Agrimonium.*
Piloſella.	*Capillares.*
Pimpinella.	*Herba Roberti.*
Erythrodanum.	*Pes columbi.*
Tanacetum.	*Cynogloſſum.*
Summitates canabis.	*Caryophillata.*
Summitates rubi.	*Carpentaria.*
Cyclamen.	*Oſmunda regalis.*
Conſolida maior, minorque.	*Orminum.*
Verbena.	*Gentiana.*
Serpentaria.	*Herniaria.*
Arthemiſia.	*Braſſica rubra.*
Vinca peruinca.	*Scordium.*
Centaurum.	*Nepeta.*

E

Ophio-

A

Ophiogloſſum.	*Pentaphyllon.*
Betonica.	*Cancri fluuiatiles.*
Carduus benedictus.	*Macis.*
Flores cardiaci.	*Bolus armenum.*

Ex his omnibus Chirurgus, Medici arbitratu iudicioque deliget, quæ cuique vlceri, vulneri, partique vlceratæ idonea & propria putabit, pro temporis conditione, ægri temperie, & morbi ſpecie. Parantur vero decoctiones ex horum non modo decoctis, ſed & ſuccis in vinu albo aut œnomelite, quæ valent non ad ſanguinis modo maſſam emaculandam, detergenda vlcera ſaniuſa, virulenta, ſordida & dyſenterica, ſed & ad arcendam putredinem, deſquamanda oſſa, diſſoluendos in contuſionibus thrombos, elicienda, reuellenda, omninoque eliminanda peregrina omnia corpora, quemadmodum ſæpe quodam quaſi miraculo à me eſt animaduerſum. Parabantur vero hac fere forma. ℞. *ſanic. bugloſſ. ſcabio. beto. ſcordij & nepe. an. m. ß. vuar. mund. ſem. hype. & card. benedict. an. ℥j. trium flor. cord. an. p. ij. coquantur complete in aqua commun: poſtea in fine adde vini albi, mel. roſa. & cinnamomi quod ſufficit. fiat decoctio, colatur per manicam,* B detur mane tribus horis ante paſtum ad ℥iij. Poſſunt etiam vtiliter ex eo liquore iniectiones effici, & immitti in vlcera fiſtuloſa, ſinuoſa, itemque inde parari ſordidorum vlcerum lutiones: ea vero, ex quibus parantur ſimplicia, herbæ, flores & ſemina in ægrotorum iuſculis incoqui, vt medicamenti alimentoſi vicem præbeant. Quod ad morbi tempus attinet, quo demum ſalubriter vſurpari poſſunt, ſcriptum apud Guidonem legimus, non ſolitum ſe per vulnerum initia illas ægris præſcribere potiones, quod fere ex apertientibus, calidiſque, & ſanguinem attenuantibus, calefacientibuſque conſtent, vnde fluxionis in affectam partem periculum imminet. Itaque materia in pus verſa, cum nihil iam reſtat, niſi vt vlcus detergeatur, & carne impleatur, nulla iam ſuperſtite in parte inflammatione, ſalubriter eas potiones vſurpari poſſe puto.

Scopi componendarum potionum vulnerariarum.

Potionis vulnerariæ forma.

Quo morbi tempore ſalubriter vſurpari poſſint potiones vulnerariæ.

De Herpetibus & Rhagadibus luis venereæ.

C A P. XXIX.

CVratæ lui venereæ fere Herpetes & Rhagades ſuperueniunt, per palmas manuum plantaſque pedum ſulcos agentes: materiam obtinent à pituita ſalſa, aut bile aduſta, vel virus venerei reliquiis eo tranſmiſſis. C Curatio, quando præſertim inueterauit malum, difficilis eſt, quod iam humor eo influere multo tempore aſſueuerit, & quod aſſiduo influxu partis habitum imbutum corruperit: facilior vero ſi recens ſit malum. Recens vero eſſe cognoueris ex rubore, cum prurítu magno coniuncto, cutis non ariditate modo, ſed & craſſitie & ſpiſſitudine. Vetus vero præter commemorata ſigna, duritiés ſquamoſas & furfuraceas coniunctas habet, quæque adeo ſcalptu & frictione furfures remittant. Quod ad generalia remedia attinet, hepatis, habituſque corporis intemperies corrigenda eſt, quæ ſuperioris morbi & remediorum ſanguinis maſſam inflammare natorum occaſione, non poteſt non multum à natiua deſciuiſſe. Id fiet diæta conuenienter inſtituta, purgantibus, alterantibus ſeu nouantibus remediis, phlebotomia, balneis, cucurbitulis & corniculis quod ad topica & particularia, recenti malo allinetur aqua deſiccatiua & tenuis ſubſtantiæ ſequens: ℞ *aquæ roſ. & pariet. an. ℥j. aquæ alum. ℥ij. calcis vi. ℥ij. alum. ℥iij. pulu. ſubl. ℈iiij. fiat lenta & minima ebullitio in balneo mar.* Huius aquæ vis augebitur aut minuetur, pro mali more & conditione Vel: ℞. *olei de tartar. ℥ij. ſapo. com. ℥iiij miſce fiat vnguentum ad vſum.* Si Medico videatur, vtatur æger potione guaiacina, ſed dilutiſſima. At Herpetes Rhagadeſque veteres decoctis emollientibus, attenuantibus, & incidentibus remollire oportet, ſimul & litubus, vnguentis, & emplaſtris eiuſdem facultatis. Tum ſuffitibus reliquam curationem perficere, cuiuſmodi eſt ſuffitus ſequens. ℞. *pulu. cinnab. ℥ij. ladani, aſſa odor. ſtyrac. calā. an. ℥ ß. oliban. maſtich. an. ℥iij. olei tartari & theriac. quantum ſufficit,* D *fiant trochiſci, quorum vſus erit ad ℥ß. in ſingulas vices:* fumum partes ſolæ affectæ excipiant. Nonnulli frictionem manuum imperant vtiliter ex ſequenti remedio. *Cape cinerem ſeciatum, de quo fiat capitellum in manica. in capitello diſſolue coagulum, agitentur diu in mortario. fricentur, linanturque inde manus.* Vel: ℞. *vngu. enul. ℥iij. fugitiui ℥ij.* Vel: ℞. *reſ. pini ℥j. ceruſ. ℥ß. argen. viui ℥iij. ſucci citri & lapath. acuti an. ℥ß. incorporentur ſimul. & fiat linimentum ad vſum partis.* Huic ſi addideris ſublimatum lotum & præparatum, quo modo præparatur illud, quod in fucos venit, efficacius reddideris. Alij capiunt alumen vſtum in pollinem redactum incorporatumque cum oui vitello, ſucco citri, & pauca aloe diſtemperata in oxymelite ſcillitico.

Recentis mali nota.

Curatio recentium herpetum.

Aqua deſiccans herpetes vtiliter.

Curatio veterum.

Suffitus.

Litus.

De Infantum puerulorumque lue venerea.

C A P. XXX.

SÆpe in ipſo vtero huius morbi ſemina concipiunt fœtus, prodeuntque in lucem virulenti, ſurgentibus mox per totum corpus puſtulis, pari morbo inficientes quotquot ſibi vbera ſuggenda præbuerint nutrices: *vix vnquam* conualeſcunt, quia à prima conformatione malum contraxerunt: at qui grandiuſculi poſtea ſeu ex ſuctu virulentæ nutricis, ſeu alia quauis occaſione & contagionis ſpecie id malum contraxerunt, E ſanationem non raro recipiunt. In primis enim iubetur nutrix vti viginti vel amplius dies aqua theriacali, nunc deſcribenda, quo ſic ſe aduerſus morbi huius contagionem præmuniat, & lac de ſe fundat, quod alimenti & medicamenti vices gerat: meminerit, quoties infantem lactabit, papillam abluere & extergere, ne quod poeti per os halitu expirat virus, papillæ, quib. lac exudat, foraminulis apprimatur. Puerulorum vero puſtulæ illinentur vnguento, argentum viuū, ſed exigua quantitate, recipiente, vt enulato cū mercurio & alio ſimili. Tū cunis faſciiſq; inuoluentur, quæ ſuffitib. ante deſcriptis afflatæ fuerint. De cætero quam fieri poterit calide loco calido continebitur. Hæc & ſimilia

Curatio.

Ex internallis vnguento ſuffiri infans debet.

ſimilia fieri debent oon vno & continuo tractu, ſed ex interuallis, alioqui ab oris inflammatione & ſya-
liſmo periculum eſt. Si quæ vlcera io ore oriantur & ſerpant, contingeoda erunt aquis aote deſcriptis,
ſed viribus ſuis minutis, tantulæ & tenellæ ætatis habita ratione: ſi à nutrice malom ioſans contraxerit,
quamprimum mutanda nutrix eſt, alias ſanguine corrupto & virulento altus ſanari ounquam poterit.
Molti his artibus ſanationem receperuot: ſi qui perierunt, non remediorum culpa, ſed morbi maligni-
tate & vehementia perierunt.

Deſcriptio aquæ Theriacalis.

*℞. faſ. interioris ligni S. Gummoſi ℔ij. polypod. querni ℥iiij. vini alb. dulcedinis expertis ℔ ij. aquæ font. puriſ-
℔viij. aquar. cicho. & fumar. an. ℥iiij. ſem. ſinap. heder. & baccæ lauri an. ℥ij. caryoph. & macis an. ʒß. cortic. citr. ſac-
charo conditi, conſ. roſ. anthos, cicho. bugl. borra. an. ʒß. conſ. enul. camp. theria. vet. & mithrid. an. ℥ij. fiat omnium de-*
Modus faciē-
di.
*ſtillatio in balneo mariæ modo ſequenti. Infundetur guaiacum in mediis partibus vini & aquarum commemoratarum
duodecim horarum ſpatio, reliquum medicamentorum in reliqua vini & earundem aquarum parte, conquaſſatis his,
quæ conquaſſari poſſunt, ſex ſolum horarum interuallo: inde miſcebuntur omnia ſimul, quo liquor omnium in ſe vires* B
*facilius pellicere poſſit: Quod vt expeditius fiat, lagenis vitreis & diligenter obturatis incluſa bulliant, per quartam diei
integri partem, in lebete amplo aqua calida pleno, mox, in alembicum vitreum conijciantur, & deſtillationi ſubijcian-
tur. Stillatitij liquoris dentur in ſingulas vices ℥iiij. aromatiſentur: ʒj. cinnam. & ℈j. diamarg. addita ʒß. ſacchari,
quo gratior ſit potio.* Luis venereæ virulentiam talis potio ooo modo obtuodit, ſed oobilia viſcera con-
firmat.

Aqua the-
riacalis de-
ſcriptione
Rondeletij.

Paratur etiam à Roodelerio hoc modo. *℞. theria. vet. ℔j. acetoſ. m. iij. rad. gram. ℥iij. puleg. card. ben. an.
m. ij. florum cham. p. ij. temperentur omnia in vino albo, & deſtillentur in vaſe vitreo, aqua ſeruetur vſui, de qua capiat
æger ℥ij. cum ℥iij. aqu. acetoſ. & bugl.* Hoc faciendom eſſe monet, cum iogredietur lectum, aut æſtuarium: ſic
enim demum ſtillatitium hunc liqoorem ſudores facilius elicere, doloreſqoe leoire, ſioe per ſe detur,
ſeu cum decoctionem milij ſolis, vel rad. chynæ vel bardanæ: quanquam ſi pituitoſus ſit æger,
loco decocti chyoæ vſurpabitur decoctom guaiaci, nam propter teouitatem
cito peoetrat, & dolorificas materias expellit.

C

FINIS LIBRI DECIMIOCTAVI.

DE IN-

D

E

A

DE INFANTVM VARIOLIS, SEV MORBILLIS, ECTHYMATIBVS NEMPE, ET EXANTHEMATIBUS : Itemque de Vermibus & Elephantiaſi.

B

LIBER DECIMVSNONVS.

De Variolarum ſeu Exanthematum cauſis.

CAP. I.

QVia Variolæ & Rubeolæ (ſic Ecthymata & Exanthemata vulgus nominat) affectus ſunt, peſtis velut præcurſores & prænuntii ab humorum non modo vitio, ſed & ſæpe ab aeris inquinati labe geniti, & quia inſuper vermes multis in peſte naſcuntur. Propterea viſum eſt, peſtis ei, quem meditamur, tractatui, hunc de Ecthymatibus, Exanthematibus ac Vermibus præmittere: vnaque alium de Elephantiaſi, quia ſummæ humorum in corpore corruptionis ſoboles eſt, adiun-
C gere. Sunt igitur Ecthymata *puſtulæ*, Exanthemata vero *maculæ*, quæ in ſumma cute emergunt, à ſanguinis corrupti, eo naturæ impetu excreti, impuritate. Impuritatem illam, menſtrui ſanguinis reliquias eſſe Veterum pleriq; prodiderunt, in infantis corpore ſuperſtites, ex ea materia, vnde alimentum hauſit in vtero: quæ ad aliquod tempus reſides, ad primam calidioris æſtatis aut auſtrinæ & pluuioſæ tempeſtatis, vel cæcæ in aere perniciei opportunitatem excitatæ, & cum tota ſanguinis maſſa efferueſcentes, expandunt ſeſe in omnem corporis habitum. Argumento eſſe quod pauci ſint, aut fere nulli, quos ſaltem ſemel in vita morbus hic nõ inuaſerit, quod cum apparere incipit, non vnum aliquem adoriri contentus, in plures populariter graſſetur. Fere vero tantum inter Ecthymata & Exanthemata intereſt, quantum inter carbunculum & bubonem peſtilentem. Fiunt enim Ecthymata ex materia craſſiore & magis viſcida, ſanguine nempe pituitoſo. Exanthemata vero ex tenuiore & calidiore, nempe bilioſo: itaq; hæc nullas ſui notas præbent, niſi maculas exiles ſine tumore, vel rubras, vel purpureas, vel nigras. Ecthymata vero puſtulæ ſunt extuberantes, albæ quidem in medio, ſed in ambitu rubræ, mixtæ ſanguini pituitæ argumentum: quanquam vix per initia, primo nẽpe & ſecundo, quo apparere ſolent, die, dignoſcuntur: at tertio & quarto die ecthymata in molem &
D tumorem aſſurgunt album, antequam in cruſtam faceſſant. Exanthemata vero ſibi ſimilia manent. Præterea ecthymata acrimoniæ quibuſdam velut aculeis pungunt, & pruritum excitant, exanthemata minime, vel quia materia haud adeo eſt acris & mordax, vel quia tenuior cum ſit, facile exhalat, nec ſub cute concluſa hæret.

Quid ecthymata & exanthemata.

Materia Variolarũ.

Signa.

Cur exanthemata nõ ſint pruriginoſa.

Crebro ſternutant ægri, cum exitum hæ materiæ affectant, ob vapores putridos ab infernis partibus ſurſum ad cerebrum aſcendentes: febribus velut ſynochis tentantur cum dorſi doloribus, narium pruritu, capitis dolore, & vertiginoſa grauitate, quodam quaſi animi deliquio, nauſea, vomitu, vocis raucedine, difficili & crebra reſpiratione, in ſomnum inclinatione, membrorum omnium pondere, flammeis & tumidis oculis, vrinis rubris, & turbidis, deliriis denique.

Quod ad prognoſticon attinet, vere hoc pronuntiare licet, materiam, ex qua his affectibus origo eſt, qualitatis adeo malignæ, peſtilentis & contagioſæ participem eſſe, vt carnoſas partes laniaſſe non contenta, oſſa etiam arrodat, & corrumpat, luis venereæ inſtar: vt mihi obſeruare licuit non modo an. D 1568. ſed & pluries multorum, quo vixi annorum decurſu: cuius rei exemplum hoc proponere viſum eſt nobiliſſimum. Filia Claudii Piquei bibliopolæ regii in via Iacobea, quatuor vel quinque annos na-
E ta, ecthymatibus cum per menſem laboraſſet, nec natura veneni malignitatem vincere potuiſſet, abſceſſus oborti ſunt in ſterno & humerorum dearticulationibus: quorum edax & virulenta materia oſſa ſterni arroſit, & à ſe inuicem diremit, oſſium vero brachii epiphyſes & omoplatæ capitulum pariter eroſa, inſigni portione mulctauit. Cuius rei occulati teſtes mecum fuere Marcus Myron Medicus Pariſienſis, & Regis hodie primarius. Ioan. Doreau Comitis Briani Chirurgus, diſſecto coram cadauere. Quinetiam animaduertere licet in pleriſque huius morbi malignitate mortuis & diſſectis, eam in principibus partibus inuehi corruptionis impreſſionem, quæ hydropis, phthiſeos, raucitatis, aſthmatis, dyſenteriæ vlceratis inteſtinis, ac tandem mortis conſecutionem attulerit: prout puſtulæ per

Prognoſticũ.

Hiſtoria.

Quam grauium & pernicialium ſymptomatum conſecutionem inferant ecthymata.

hæc aut illa viſcera pari rabie debacchatæ ſunt, qua per corporis ſuperficiẽ furère cernuntur: non enim A externas modo partes deturbant, puſtularum, vlcerumq; altius ſeſe in carnem defigentium impreſſionibus & cicatricibus relictis, ſed & ſæpe mouendi facultatem adimunt, arroſis & labefactatis cubiti, carpi, genu & pedum dearticulationibus. Quinetiam multi inde videndi ſenſum amiſerunt, vt nobilis Do. Guymeneus: alii audiendi; alii olfaciendi, oborta hyperſarcoſi in meatu, tum narium, tum autium. Quod ſi reliquias fecerit morbus, haudq; eius vniuerſa materia naturæ robore excreta fuerit, ſymptomata poſtea emergunt, quæ humoris malignitatem reſipiunt, imo & ſymptomatum luis venereæ perniciem adæquant.

De curatione Variolarum ſeu Morbillorum, Ecthymatum nempe & Exanthematum.
CAP. II.

VAria eſſe ſolet huius morbi curatio, pro humoris venenatæ peſtilentiſque qualitatis expertis aut participis conditione. Si namque peſtilens ſit, & lacteus exiſtat puer, nutrici ea exhibenda, quæ veneni vim infringunt & expugnant, quemadmodum fuſius dicetur, cum ad curationem puerulorum peſte correptorum venerimus: vtcumque ſit, continendus eſt puer in conclaui calido, & à ventis tuto, B contegendus ſtragulis, veliſque lecti coccineis, quouſq; in ſummam cutim morbilli eruperint. Nutrici parentur iuſcula medicata ex portul. lactu. oxalide, cicb. borra. & hordeo gluma ſua caſtrato in nodulo incluſo, ſalita, ſpeciata, piſtorioq; opere confecta omnia vitabit, vini loco decoctum glycyrrhiz. vel paſſul. & tad. oxalidis potabit. Cathartica vero aſſumet, quaſi ipſa eo ipſo morbo laboraret. quo lac ipſi euadat medicamentoſum. Deniq; eandem diætam ſeruabit, quæ peſte correptis præſcribi ſolet, puerulo haud exhibenda pulticula, aut quam parciſſime. Quod ſi ablactatus ſit, carniũ eſu abſtinebit: quoad febris eum dimiſerit, & morbilli plane eruperint: earum loco veſcetur hordeato, amygdalato, iuſculis pullorum herbis, quæ ante dictæ ſunt ſapoiatis, panatella, gelatina, colatitiis, prunis, paſſuliſque damaſcenis. Potus ipſi erit priſana, vulgo dicta, parata ex hordeo caſtrato, radice graminis & oxalidis, vel ex nodulo quatuor ſeminum frigidorum, pulpa prunorum & paſſularum damaſcenarum cum eboris & cornu cerui puluiſculo. Inter paſtus eadem aqua temperari poterit ſyrupo violato, minime autem roſato, aut alio quouis adſtringente, ne humoris curſum foraſq; inclinationem reuocemus. Somnus ſit mediocris, profundior enim materias in centrum reuocat, & febrem auget: minime purgare, non ſanguinẽ detrahere oportet morbo creſcente aut vigente: niſi forte ingens aliqua adſit plenitudo, vel morbus aliquis complicatus, vt pleuritis, ophthalmia, angina id poſtulet, ne naturæ motus interturbetur, C ſed blando enemate aluum exonerasse ſufficiet: at à prima ſtatim morbi die & in declinatione licet caſſia, vel validiore medicamento humorum ſarcinam, & morbi reliquias è corpore exigere. In ſtatu vero & incremento ſatius eſt ſudorificis vti, quæ attenuatis humoribus & apertis cutis ſpiraculis à centro ad circumferentiam morbi cauſam propellant, quę in corpore reſes ad mortem ſufficeret, quemadmodum mihi & Ricardo Huberto Chirurgo videre licuit in duabus puellis, quarũ vna quatuor, altera ſeptemdecim annos nata erat: vtriq; n. ex morbillis mortuæ & diſſectæ interiora viſcera cruſtoſis puſtulis, his ſimilibus, quæ in cute emergunt, obſita viſa ſunt. Hæmorrhagiam per principia, nempe intra quartum aut quintum diem, è naribus obortam, non eſt putandum morbi materiam ortumq; abſcindere: non enim propterea papulæ per cutem erumpere deſinunt, quia vera hæc eſt & naturalis huius morbi criſis, quæ ſcilicet per ſuperficiem & corporis circumferentiam fit. Cæterum ſiſtenda non eſt talis hæmorrhagia, niſi forte exolutionis virium metum adferat. Prouocabitur foras materia decocto ficuum, lentium decorticatarum, ſeminis citri, fœniculi, apii, petroſelini, radicis graminis, paſſularum damaſcenarum, & dactylorum. Tale enim decoctum ſi ſudoris, certe & morbifici humoris foras in cutẽ propellendi vim habet; ſemina enim fœniculi & ſimilia aperiẽtia cutem reſerant; ficus leniunt materiæ D acrimoniam, & blande abſtergunt, lentes, fauces & laryngem interaneaq; omnia à puſtulis & alui fluxu moderata adſtrictione tuentur, cortice ſuo validius, quam morbi ratio poſtulet, adſtricturæ; dactyli ſtomacho conferre creduntur, vt & ſemen citri cor à veneno vindicare, glycyrrhiza gulæ ductum lenire, rauim impedire, blandoque halitu ſudorem ciere. Cæterum talia longe à paſtu exhibebuntur, non enim ſtatim à paſtu ſudare conducit. Sunt, qui probent puerulum inuolui linteis illo decocto calide imbutis, & poſtmodum expreſſis. Malim tamen veſicas, ſpongias & lateres calidos eodem conſilio admouere: certe milii, ficuum & paſſularum cum ſaccharo decoctum potenter ſudores promouet. Nec vero inutile eſt, interim, dum æger toto reliquo corpore coopertus ſudat, faciem flabello ventilare; ſic enim conſeruatur intus, adeoq; roboratur calor natiuus; propinquum animi deliquium auertitur, & excrementitiorum humorum foras validior fit excretio. In quam etiam rem valet nodulus ægri naribus admotus ex aceto & aqua roſacea cum camphora, ſantalorum puluere, & aliis odoratis, quæ vna rẽfrigerandi vim habent, id enim inſuper à naribus puſtulas arcet.

Pulticula puero deneganda.

Somnus profundior hic cur noceat maxime.

De purgatione, phlebotomia & ſudorificis.

Hiſtoria.

Decoctum ſudorificum.

Sudorem prouocare quando expediat.

Quæ partes ab ecthymatibus ſint muniendæ & præſeruandæ. E
CAP. III.

Oculi qui muniendi.

OCuli, nares, guttur, pulmones, & inteſtina præ cæteris partibus ab erumpentibus puſtulis ſunt vindicandæ: quia naturam obtinent & conſiſtentiam, quæ huius veneni malignitati obnoxia, facile corrumpitur & labefactatur. Oculi ergo ne lædantur, ſtatim à prima morbi ſuſpicione muniendi ſunt, cum coniunctis ſibi palpebris, aqua roſacea, omphacio cum camphoræ tantillo. Sunt, qui etiam in hãc rem parent decoctum ex ſumachio, berberide, cortice granatorum, aloe & croco pauco ſuccus granatorum

A torum acidorum & aqua albuminis ouorum cum roſacea inſtillata eodem confert. Itemque lac muliebre eidem aqua roſacea mixtum & ſæpius renouatum: denique omnia, quæ repellendi vim habent. Quanquam ſi inſigniter tumeant & rubeant oculi, ſola repellentia admouenda non ſunt, ſed admixtis digerentibus & abſtergentibus, naturæ familiaritate viſum roborare natis, temperanda ſunt, vt aqua fœniculi & euphraſiæ. Tum vero lucem aut rubra æger haud intuebitur, metu doloris & inflammationis quare in ſtatu morbi, cum doloris & inflammationis ſumma in oculis ſunt omnia, blande deſiccantia & digerentia oculis proprietate conferentia, conuenientiora ſunt, vt aloe, tuthia & antimonium lota, aqua fœniculi, euphraſiæ & roſarum. Nares tuetur nodulus ante commemoratus, linamentaque ex decocto adſtringēte expoſito imbuta, indita & admota. Fauces, gulam, laryngēq; tuebimur, & vocis integritatem conſeruabimus gargariſmate ex oxycrato, vel ſucco granatorum acidorum, grauis eorundem ore & dentibus crebro verſatis: itemque nodulis ex pſilio, ſemine cydo. & ſimilibus frigidis atque adſtringentibus. Pulmonibus & reſpirationi conſulendum eſt ſyrupo de iuiubis, violato, roſato, papaueris albi, granatorum, nenupharino & ſimilibus. Quando vero puſtulæ plane eruperunt, tum liberius paulo viuendi poteſtas ægro facienda eſt, atque in maturando, pure vacuando, deſiccando, deſquamandoque

Quando ſolis repellentibus oculi ſinendi non muniendi.

Os interius qui muniendum.

Qui pulmones.

B totos nos eſſe decet. Nam quod ad exanthemata attinet, reſolutione ſola, non autem ſuppuratione curationem recipiunt, ad ecthymata ſuppurant litu ex butyro recenti, fotu ex decocto rad. maluæ, lilio. ficuum, ſem. lini & ſimilium. Poſtquam maturuerint puſtulæ, excidendę ſunt volſellis, vel aperiendæ acu aurea vel argentea, ne concluſum pus ſubiectam carnem erodat, atque à morbo depreſſa veſtigia, cicatriculasque cauas, viſu fœdas relinquat. Vacuato pure deſiccabontur vnguento roſato, addita ceruſa, lithargyro, aloe in pollinem tritis cum croci tantillo. His enim non ſiccandi modo, ſed & carne implendi vis ineſt. Eodem conſilio farin. hordei & lupinorum diſſoluitur in aqua roſ. & cum tenui linteo inunguntur partes ægræ. Sunt, qui cute ſuilla in aqua & vino ſubelixa inunguot, mox farinam hord. aut lupinorum, vel vtraque affundunt. Alii crudum mel & recens expreſſum cum hordei farina miſcent, puſtulasq;, quo ſicceſcant, illinunt: ſiccatas in cruſtarum modum roſaceo oleo, violaceo, amygdalarum dulcium vel cremore lactis illinunt, vt excidant citius proruptis puſtulis. Acuti pruritus ægros ad ſcalpendum ſollicitant, vnde excoriationes & fœda vlcera: ſcalptus enim maioris attractionis cauſa eſt. Itaque ægro puerulo vinciendæ manus erunt, & prurientes partes fouendæ decocto biſmaluæ, hordei, & lupi-

Ad vitandas cicatriculas cauas.

Vt ſcalptus pruriginoſus vitetur.

C norum adiecto ſale. At iam excoriatæ cuti medendum eſt vnguento albo Rhaſis camphorato, addita pulueris aloes & cinnabaris, vel deſiccatiui rubri portione. Si quantumuis appoſitis impoſitiſque, quæ repellerent, remediis, nihilominus per oculos puſtulæ eruperint, curandæ diligenter erunt collyriis omnis generis, cauendo, ne inflammatio eius partis in eam molem exurgat, qua diſrumpantur oculi, & quod aliquando contingit, ex propria orbita exiliant. Cruſtoſa vlcera ſi quæ in naribus ſuboriantur, inditis linamentis promptiſſime deſiccabuntur, & ad dilapſum ſollicitabuntur.

Ad excoriationes remedia.

Ad erosa & ſancium vlcera.

Quæ in ore, palato, & gutture, cum raucitate, & deglutiendi difficultate exurgent, ea gargariſmatibus ex aqua hordei, plantaginis, & chærefolii diſſoluto vna ſyrupo roſato & diamorone ſaneſcent, verſabit æger ore ſaccharum roſarum, aut tabellas electuarii diatragacanthi frigidi. Cicatrices in facie relictæ ſi ad fœditatem vſque extuberarunt, volſellis excidendæ erunt, & inde inungendæ vnguento citrino recenti, vel hoc linimento: *℞ amyli triticei & amygdalarum excorticatarum an. ℥ j ß. gum. tragach. ʒ ß. ſeminis melonum, fabarum ſiccarum excorticat. farinæ hordei an. ℥ iij. in puluerem redigantur omnia ſubtiliter, deinde incorporentur aqua roſacea; & fiat linimentum ad facies litum cum penna*: mane id extergatur facie, lota aqua furfuris frumentacei, ad id & conducit lac virginale, adeps anſerinus, anatinus & gallinaceus, vtilis eſt,

Ad fœdas facies cicatrices complanandas.

D leniendæ cutis aſperitati, vt & oleum liliorum, ſanguis leporinus recens & calidus replendis & complanandis cicatricum cauitatibus, & dealbandis idoneus cenſetur, ſi ſæpius allinatur. Cuius loco cutem ſuillam calentem plærique affricant, putant etiam aquam ſtillatitiam florum fabarum, radicum liliorū, radicum arundinum, teſtarum ouorum, & oleum ouorum valde valere ad delendas & complanandas cicatrices.

Sanguis leporinus.

De animalibus quibuſdam & monſtroſis rerum figuris, quæ contra naturam in corporibus humanis naſcuntur, excurſus, ad futuram de vermibus diſquiſitionem velut prœmium.

Vt in maiore, ſic in minore hoc mundo noſtro venti fiunt, tonitrua, terræ motus, pluuiæ, aquarum inundationes, ſterilitates, fertilitates, lapides, montes, fructuum, itemque animalium variæ ſpecies exurgunt. Nam in abſceſſibus flatuoſis, hominum colico dolore cruciatorum inteſtinis flatus concluſos teneri, quis negabit? Plæriſque mulieribus flatus adeo alte per inteſtinorum anfractus obmurmurant, vt ranarum intempeſta nocte coaxantium gregem audire re putes, ſi adſtes propius. In abſceſſibus a-

Maioris & minoris mūdi ſimilitudo.

Ventorum in humano corpore generatio.

E quoſis, & hydropicorum aluo aquas contineri, ipſa indicat, quæ aquarum fit effuſione, curatio. Per febriles rigores & horrores, haud aliter vniuerſum corpus tremit & quatitur, quam per terræ motus, mugire & concuti ſub pedibus ſolum auditur. Calculos vero, qui è veſica extrahi, è renibus, at plæriſque aliis corporis partibus excerni viderit, in nobis lapides gigni, haud poterit inficiari. Quot vero occurrunt ſexus vtriusque homines, qui in facie, aut quauis alia parte, impreſſam oſtentant, vel concretam & pendentem geſtant, ceraſi, pruni, ſorbi, ficus, mori & ſimilium fructuum imaginem? Cuius rei, imaginatricis facultatis vim, concurrente formatricis opera, embryonis, in quamuis formam & figuram propriæ & natiuæ humiditatis occaſione ſequacis & cerei, mollitiem cauſam eſſe putant. Omnibus enim matres dum vtero geſtarentur, vehementi rerum ſimilium deſiderio æſtuaſſe comperias, quas dum ani-

Aquarum. Lapidum.

Fructuum a prima conformatione.

Cauſa eorū, quæ a matre in fœtum,

dum vero geritur, imprimuntur. *Li.1. de morbis occ. cap.1.*

mo ardentius conciperent, ſpecies in conceptum & fœtum tranſtulerunt, dum rebus ipſis frui non poſ- A
ſent. Gibbi vero, & craſſiores lupiæ montium inſtar habere quis ibit inficias? ſquallidam ſterilitatem;
quis hectica ſiccitate emaciatorum hominum habitui ſimilitudine reſpondere negare auſit? fertilita-
tem vero multorum carne & adipe luxurianti adeo abdomini, vt corporis pondus vix pedibus ſuſtine-
re queant? Animalia vero in animali, id eſt, homine varia variis locis gigni, ſequentes hiſtoriæ fidem fa-
cient. Narrat Hollerius, cuidam Italo ex frequenti odoratu baſilicæ herbæ, natum ſcorpium in cerebro,
vehementes dolores & longos, mortem denique attuliſſe. Scorpii illius aperto cranio inuenti imaginem
hic adeo appinxi.

Figura Scorpii.



B

Li.5. de partium morbis cap 7.

Hollerii coniecturam de Scorpii illius cauſa & ortu probabilem facit, quod ſcribunt Chryſippus,
Dyophanes, & Plinius, ex Baſiliſco inter duos lapides contrito, & ad ſolem poſito, proditurum Scor-
pium. Scripſit Fernelius, in quodam milite, qui reſimis erat naribus, ex fœdiore quadam eluuie diutius
cobibita, vermes duos villoſos inſtar digiti illic genitos, inuentoſque eſſe, qui tandem in furorem illum
adegerunt, febreque non admodum manifeſta, de medio ſuſtulerunt die circiter vigeſimo, horum talis
erat, quantum ex Fernelii verbis licet intelligere, effigies.

Vermium Fernelianorum effigies.



C

Hiſtoria.

Narrauit mihi Ludouicus Duretus, vir doctrinæ & fidei pleniſſimus, excretum ſibi per vrethram
cum vrina, poſt longum & difficilem morbum, animal viuum, colore rubrum, cætera millepedi ſimile,
hac fere imagine.

Imago millepedis per vrinam excreti.



Hiſtoria.

Comes Carolus de Mansfeldt æſtate ſuperiore graui & continua febre vexatus, in baſilica Guiſi-
ana, illuuiem excreuit per vrinarium ductum, animalis effigie adumbratam hac omnino forma. D

Vermiformis illuuies per vrinam excreta.



Nicolaus Florent. Gordon. lib. 7. cap 18.

In mulierum quoque vtero, variæ monſtroſorum animantium gignuntur formæ: alias ſolæ, alias
cum mola, alias cum fœtu naturaliter & bene conformato, vt ranarum, buffonum, ſerpentum, lacerto-
rum & barpiarum, quas ob id Longobardorum fratres dictas veteribus fuiſſe conſtat, quia his mulieri-
bus frequens id eſſet, vt vna cum naturali & perfecto fœtu vermes, ſerpentes, & monſtroſa id genus ani-
malia, in vtero ſuo genita excluderét, quia ſæpe illis charior fuerit corporis ornatus in veſtitu, quã cultus
in victu. Ita fiebat, vt fructibus, vrtica, herbis & aliis rebus mali ſucci dum viuerent, materiam congere- E
rent putridam, vel certe putredini & corruptioni valde obnoxiam, adeoque gignendis imperfectis illis
animalculis opportunam. Narrat Iobertus, duas mulieres Italas, eodem menſe ſingulas monſtroſum


Lib. errorũ popularium.

partum excluſiſſe: quæ veſtium interpollatori nupſerat, adeo exiguum edidit, vt murem craſſiorem cau-
da carentem referret. At quæ nobilis erat maiorem, felis craſſitie: ambo inſuper colore atros, vt primum
ab vtero prodierunt, in altum ſecundum parietem vnguium velut nixu erupiſſe, & tenacius adhæſiſſe.
Scripſit Licoſthenes, anno domini 1494. mulierem Cracouiæ, in platea, cui à ſancto Spiritu nomen eſt,
mortuum fœtum enixam, qui affixum dorſo ſerpentem viuum geſtabat, mortuumque iſtum fœtum at-
rodebat, vt ex appicta hic imagine licet intelligere.

Figura

A

Figura ſerpentis fœtui aſſimi.



B

Leuinus valde miram in hanc rem hiſtoriam narrat: *ſuperioribus*, inquit, *annis, me vſa eſt Medico mulier quaedam inſularis, quæ ex cõgreſſu cum nauta cum concepiſſet, celeriter illi adeo aluus intumuit, vt ad præſcriptum dynatura vſque terminum geſtando oneri non videretur ſuffectura: nono menſe exacto obſtetricem accerſit moxque poſt validos conatus & enixus, excluſit primo informem carnis concretionem, duabus vtrinque anſis in brachiorum longitudinem & modum exporrectis præditam, & à vitali quodam principio ſe ſpongiarum & vrticarum more motitantem ac palpitantem, poſtmodum delapſum ab vtero monſtrum eſt roſtro adunco, longo teretiq; collo, oculis vibrantibus, cauda acuminata, eximiaq; pedum agilitate, tali prope forma.* Li. de occul. nat. cap. 8.

Monſtri ab humano vtero excluſi effigies.

C



Vt primum id prodiit in lucem, fremitu, ſibiliſque totum cubiculum impleuit, in omnem ſe partem proripiens, vt latebram nanciſceretur: ſed ipſum mox vnanimi impetu facto, quæ aderant mulieres, puluinis coniectis ſuffocarunt. Tandem miſella multo labore fracta, fœtum maſculum peperit, ad eò male mulctatum & excarnificatum ab iſto mon-

D *ſtro, vt ſtatim à baptiſmo mortuus ſit.* Cornelius Gemma Louanienſis Medicus narrat, ab aluo puellæ Louanienſis quindecim annos natæ, multa ſurſum deorſumq; plane monſtroſa prodiiſſe. Inter cætera per anum cum fæcibus excretum animal viuum ſeſquipedem longum, pollice craſſiorem, anguillæ plane ſimilem, niſi quod cauda eſſet valde piloſa: effigiem monſtri ab eo poſitam in hunc ideo locum tranſtuli. Lib. de diuinæ naturæ characteriſmis.

Monſtri à virginali aluo excluſi effigies.



E

Magiſter Petrus Barque, & Claudius Magnus, Chirurgi Vertoduniani nuper mihi affirmarunt, curaſſe ſe vxorem cuiuſdam ciuis Vertodunenſis, quæ ex abſceſſu in ventre rupto, cum pure magnam vermium copiam reddidit, digitali craſſitie, capite acuto, qui ipſi inteſtina ſic arroſerant, vt diu fæces per vlcus reddiderit, nunc vero plane conualuerit. Hiſtoria.

Antonius Beneuenius Medicus Florentinus narrat, Ioannem Menuſierium quadragenariũ aſſiduis ſtomachi doloribus diuexatum, ſæpe in mortis propinquo extitiſſe, nec multis Medicorum conſiliis, quibus vſus erat, adiutum. Tandem cum ſe adiiſſet, ei vomitorium propinaſſe, cuius vi magnam copiam materiæ corruptæ & putridæ reddiderit, non tamen propterea dolore leuatum. Itaq; illi ſecundo Hiſtoria.

aliud vomitorium exhibuiſſe, cnius vi multam materiam priori ſimilem excreuir: Sed vna vermẽ quatuor digitos longum, capite rubro, rotundo, piſi craſſioris magnitudine, lanngine prima toto corpore obſitum, cauda increſcentis lunæ modum bifurcata, quatuor pedibus ingredientem, duobus anterioribus & totidem poſterioribus. A

Vermis vomitu excluſi figura.



Cauſæ efficientes materialesq; eorum, quæ in corporib. noſtris præter naturam gignuntur, corporum.

Quid memorem prodigioſa corpora, quæ in præter naturam abſceſſibus reperiuntur, calculos dico, cretam, arenam, carbonem, limacum cochleas, ſpicas, fœnum, cornua, pilos & pleraſque animalium viuorum mortuorumque ſpecies? Nihil enim eſt in earum rerum generatione (per corruptionem B facta, quam multiplex præcedit alteratio) quod attonitos animos noſtros & ſuſpenſos tenere debeat: Si præſertim conſideremus, fœcundam parentem omnium naturam, vniuerſæ materiæ, ex qua maior mundus contextus eſt, varias portiones & particulas in microcoſmum hominem indidiſſe, quo amplius ad magni illius imaginem, & vnum exemplar factus eſſe videretur. Itaque in eo ſibi placere, vt omnes actiones, motusque, quos obire & edere in mainris illius mundi ſcena ſolet, eoſdem in hoc paruo effingat nunquam in nnbis otioſam, modo ne materia deſit.

De vermibus, quibus in inteſtinis generatio eſſe ſolet. CAP. IV.

Qui Vermes generentur.

VErmium cauſa materialis eſt humor craſſus, viſcidus, & crudus, qui corruptionis initium in ventriculo nactus, mox in inteſtina delabitur: ibique computreſcit, haud laudabilis chyli formam in prima coctione nactus. Hic cum viſcidus ſit, tenaciter inteſtinis adhæret, nec facile cum reliquis fæcibus

Cur ſæpe Vermes ad os aſcendãt.

excernitur: itaque mora putreſcit amplius, caloriſque efficacia in vermium materiam & alimentum cadit: alimentario illo humore conſumpto, niſi nouus aliunde ſuppetat, qui famem ipſorum leuet, magna vi ſe per inteſtina vibrant, graues & magnos dolores cient, imo ſæpe ad ſtomachum irrepunt, indeque per os excernuntur, nonnunquam in palati foramina aſcendunt, & per nares prodeunt. C

Vermium differentia.


Vermes in triplici ſunt differentia: quidam enim rotundi ſunt & longi, alii lati & longi, alii parui & tenues. Primi dicti veteribus ſunt teretes, quaſi in longitudinem rotundi. Secundi Teniæ, quod faſciæ inſtar in longum & latum expanſum corpus habeant. Tertii Aſcarides, quod fere ſubſiliant. Aliæ vermium notantur differentiæ à colore petitæ, rubrorum, alborum, nigrorum, cinereorum, citrinorũ. Notantur & nonnulli villoſi, capite ad cotti piſcis inſtar, vaſto; quibuſdam in morbis vermes multi gignuntur, & per anum excernuntur, pili modo minuti, fere albi. Hiq; ſunt, qui Aſcarides dicuntur. Colorum in vermibus diuerſitatem, haud pari humorum, ex quibus fiunt, ſpecie diſtincta diuerſitas. Nam melancholicus & bilioſus humor qualitatibus ſuis ad vermium generationem plane ſunt inepti. Sed humoris chyloſi ſeu pituitoſi, ex quo fiunt, multiplex in colore propter corruptionem, varietas: longi & lati per tota ſæpe inteſtina expanduntur, mucoſæ & albuminoſæ ſubſtantiæ inſtar habentes, & certe viſus eſt mihi, qui è muliere prodierat ſerpenti ſimilis hexapodem longus, quod mirum videri non debet, cum á veteribus notatum ſit, viſos ſibi vermes tam longos, quanta eſt omnium inteſtinorum longitudo, id eſt, quanta eſt humani corporis longitudo ſepties ſumpta. Scribit Wierus viſum ſibi ruſticum, qui vermem excluſerit octo pedes & digitum vnum longum, rictu oris capiteq; anati ſimillimum, D quem ob id ſubiecta figura ſpectandum exhibere placuit.

Cauſa varietatis colorum in vermibus.

Hiſtoria.

Hiſtoria.

Vermis in inteſtini geniti & excluſi effigies.



E

In obſeruat. Quibus in alus locis gignantur Vermes.

Narrat Valeriola, viſum ſibi vermem nouem amplius pedes longum. Atque vt vermes ſpecies, ſic locis generationis à ſe inuicem diſcluſi ſunt. Teretes enim ſeu rotundi & longi fere in tenuibus inteſtinis gignuntur, reliqui in craſſioribus, præſertim vero Aſcarides. Nulli vero ortus eſt in ventriculo,

vtpote

A vapore primæ coctionis officina. Ibi quidem vermium futura materia corruptionis rudimentum naneiſcitur, at complementum in ſolis inteſtinis. Quibuſdam infantibus in vtero naſcuntur: propter humoris à matre ad ipſorum nutritionem confluentis vitium & cacochymiam: quam quia tum per anum non excernunt, cunctando putreſcit amplius, & vermium generationi conuenientem materiam ſufficit, quemadmodum ex Hippocratis ſententia nonnulli adnotarunt. Denique quauis ætate helluontibus & guloſis naſcuntur vermes, hisque item, qui praui ſucci cibis & facile corruptibilibus nutriuntur, vt fructibus horariis crudis caſeo & lactantiis. Cæterum vt innoteſcat, quibus in inteſtinorum locis degant vermes, hæc ſunt notanda, quando inteſtina tenuia obſident, dolore ſtomachi vexantur ægri, cum appetentia canina, qua multa & varia ſine ratione expetunt, magna nempe alimenti parte à vermibus illic degentibus abſumpta, frequenter in animi deliquium incidunt, propter ſtomachi exquiſitiſſimo ſenſu prædíti cum corde ſympathiam, pruriunt nares, fœtet anima, propter exhalationum ſurſum à corruptis in ventriculo cibis aſcenſum, fœtorem, & acrimoniam: qua occaſione in ſomnum etiam procliues ſunt, ſed à quo crebris aſſultibus & pauoribus ſubinde excitentur, febre continua & lenta detinentur, cum tuſſi ſicca, palpebrarum conniuentia, & coloris faciei crebra mutatione. At longi & lati,

Ad finem li. 4. de morb.

Signa vermium in tenuibus inteſtinis exiſtentium.

Vermium in craſſis inteſtinis degentium ſigna.

B craſſorum nempe inteſtinorum incolæ, produnt ſe deiectionibus conſperſis hac illac corpuſculis multis, ſeminis melonum vel cucurbitæ æmulis. Aſcarides vero innoteſcunt pruritu, quem in ano excitant, quaſi formicarum decurrentium ſenſu, teneſmo, & ani procidentia. Horum omnium ſymptomatum cauſa talis eſt. Somnus his turbulentus eſt, & ſæpe clamoſus, quando vapores, qui à concitatis in humore & pabulo ſuo conſimili vermibus, ad caput ſubmittuntur, calidi ſunt, acres & tenues: profundior contra eſt, quandu vapor nebuloſus eſt, à materia nempe craſſa & frigida ſubmiſſus. Deglutire ſe inter dormiendum ſomniant, quia dum vermes chyloſam inteſtinorum materiam auidius abſumunt, conſimilis rei ſenſum in phantaſia excitant. Dentibus ſtrident repletione quadam conuulſifica, vaporum copia diſtentis temporum & maxillarum muſculis. Tuſſis ſicca venit per conſenſum vitalium & reſpirationi dicatarum partium cum naturalibus: perculſo nempe diaphragmate à vaporibus acribus, & quaſi ſubeſſet humor aliquis excernendus, ad excluſionem, quæ tuſſi ſuſcipitur, irritato, acres iidem fumi orificium ventriculi impetentes, vel ſingultum, vel deliquium animi inferunt, pro conſiſtentiæ ſuæ, craſſæ vel tenuis conditione: ad faciei partes elati narium pruritum, caliginem oculis, & genis colorum mutationem repentinam inuehunt. Magni paruis ſunt calamitoſiores, rubri albis, viui mortuis, multi paucis, variegati vnicoloribus, quia maioris corruptionis ſunt indices. Qui cruenti, & ſanguine

Aſcaridum ſigna.

Symptomatum quæ in verminoſis apparent ſigna.

C conſperſi excernuntur, funeſti ſunt, nam indicant eroſam inteſtinorum ſubſtantiam. Sæpe enim corrodunt perforantque inteſtini, quo concluduntur, corpus, inde in varias alui partes penetrant, adeo vt aliquando per inguina, alias per vmbilicum proruperint, via exedendo facta, vt narrat Hollerius. Quandu verminatione laborantes pueri difficulter ſpiritum ducunt, & toto corpore madent, inſtantis mortis indicium eſt. Per febrium acutarũ initia, ſi teretes vermes viui prodeant, peſtilentis febris argumentum eſt, cuius nempe materiei malignitatem cum ferre nequiuerint, foras prodire neceſſe habuerint. Si vero mortui prodeant maioris in humore corruptionis, & venenatæ malignitatis indices ſunt.

Varii colorum vermes cur calamitoſiores.

Inſtantis verminoſis mortis indicia.

De curatione in vermibus adhibenda. CAP. V.

VNa omnino in hoc morbo indicatio eſt, vermium nempe ſeu viuorum ſeu mortuorum è corpore excluſio, vt qui ex his ſint, quæ ſunt toto genere contra naturam, vitanda omnia ſunt, quæ prompta ſui corruptione putredinem in corpore cumulant, cuiuſmodi ſunt fructus crudi, caſeus, lactantia omnia, piſces, cætera denique, quæ operoſæ ſunt & difficilis concoctionis, facilis autem corruptio-

Generalis curãda verminationis indicatio.

D nis. Pulticula pueris vtilis eſt, quia humidis nutriri poſtulant, hisque omnino, quæ lactis conſiſtentiæ & craſſitiei ſimilitudine quadam reſpondeant & facile coqui & aſſimilari poſſint, cuiuſmodi omnino pulticula eſt, modo fiat ex farina frumentacea, minime cruda, ſed ante in furno cocta, ne vel parata inde pulticula viſcidior & craſſior fiat: ſi tantum in patella bulliant, quantum lacti ſufficit, vel lac terreſtre nimis, nimisque item aquoſum, exoluta omni eius pingui portione, ſola caſeoſa & ſeroſa remanente, ſi tantum bulliat, quantum farinæ crudæ ad iuſtam coctionem neceſſe eſt, qua ſecus farina in pulticulas vtitur, craſſorum & viſcidorum humorum generationi materiam in ventriculo ſuppeditat, vnde obſtructio in primis venis, & hepatis ſubſtantia, ab obſtructione vermium in inteſtinis prouentus, & calculorum in renibus & veſica concretio. Crebro & euchymis cibis cibari debet æger, ne vermes alimenti defectu, inteſtinorum ſubſtantiam arrodant.

Qualiter paranda farina ſit, qua pueris in pulticulã ſumetur.

Qui a male parata pulticula vermes & calculi.

Cum vero eiuſmodi animalibus ex putrida materia ſit origo, purgandus eſt æger, & reprimenda putredo, remediis *in tractatu de peſte* deſcribendis ad promptam eorum excluſionem necemque, ſyrupus de cichorio, vel de limonibus cum rheubarbaro, pauco ſaccharo & theriaca pauca, aut mithridatio, ſingulare eſt remedium, modo febris abſit, licebit in eundem finem etiam vti ſequenti remedio: ℞. *cornu cerui, pulueris raſura eboris an.* ʒ j. ß. *ſeminis tanaceti & contra verm. an.* ʒ j. *fiat decoctio pro parua doſi, in cola-*

Cur & quib. purgandi verminoſi.

E *tura infunde rhei optimi* ʒ j. *cinam.* ℈ j. *diſſolue ſyrupi de abſynthio.* ℥ ß. *fiat potiuncula*, detur mane tribus horis ante iuſculum: oleum ex oliuis expreſſum, ore ſumptum vermes necat: quemadmodum & aqua polygoni cum lacte pota, omnia item amara vermes necant. Suaſerim tamen, ante indere clyſterem ex lacte, melle, & ſaccharo ſine oleis, & amaris: ne hæc dum fugiunt, inferioribus inteſtinis relictis, ſuperiora petant. Hoc enim vermibus inſitum eſt, vt amara fugiant, dulcia perſequantur, ex quo ſcire etiam licet, amaris, quæ per os ingeruntur, dulcia ſemper eſſe admiſcẽda, vt dulcedine illecti, deuorent auidius, id quod necem inferre poteſt. Itaque lacti ſaccharato probarim admiſceri ſemina

Qua arte deorſum facile deturbentur vermes.

Cornu ceruinum contra vermes efficax. *Portulacam valere contra vermes.* *Glandes ad quos potiſſimum vermes valeant.*

centaurij,rutæ,abſynthij,aloem & ſimilia; cornu ceruinum magnam vim haber contra vermes.Itaque A eius ſcobs,in aqua,quæ ægro in potum venit,vtiliter infunditur, vnaque etiam cum iuſculis in nodulo incoquitur.Sic & theriaca pota,vel in iuſculo diſſoluta vermes necat, portulaca in iuſculis cocta & deſtillationi ſubiecta,potaque contra vermes valet,quemadmodum cichorium & menta, valet & decoctum ex ſemperuiuo minore,& ſebeſten cum ſaccharo ante paſtum exhibitum, non minus efficaciter, quæ verminoſis exhibetur pulticula,quæque item poma cocta ſemine contra vermes dicto aſperguntur. Glandes vero hac forma parari & indi poterunt: *℞.coralli ſubalbi,raſuræ eboris,cornu cerui vſti & vreos an.℈ ij.mellis albi,℥ ij.ß.aquæ centinodiæ quantum ſatis eſt ad omnia concorporanda, fiant glandes*, ſingulæ ſingulis diebus immittantur pondere ʒ ij.pro puerulis:locum habent glandes maxime in aſcaridibus,vt qui adhæreant recto inteſtino,quibus pueris nihil poteſt indi per os, his cataplaſmata vmbilico imponenda ſunt ex puluere cumini,farina lupinorum,abſynthio, abrothano,tanaceto, foliis articardui, rutæ, puluere colocynthidos,ſemine citri,aloe,perſicaria, mentaſtro,foliis mali perſici, coſti amari, zedoaria,ſapone molli,& felle bubulo.

Emplaſtrũ contra vermes.

Extenditur ſæpe tale cataplaſma in totum etiam ventrẽ, admixtis adſtringentibus ad robur partis,vt oleo myrtillorum,cydoniorum,& maſtichino,imponitur & cæpa excauata in medio, impletaque aloe & theriaca,coquitur ſub cineribus aut prunis candentibus,teritur cum amygdalis amaris & B felle bubulo,parantur & emplaſtra ex amaris,quale eſt,quod ſequitur: *℞.fellis bubuli & ſucci abſynth.an. ℥ij.colocynt.℥j.terantur & miſceantur ſimul,incorporentur cum farina lupinorum, formetur emplaſtrum vmbilico imponendum.* Litus etiam & vnguenta eodem conſilio parari poterunt,ad oblinendum ventrem. Parantur & ex pilulis communibus emplaſtra vmbilico admouenda, iniuncto interim ano melle & ſaccharo,vt ſuperne amaris fugentur, inferne dulcibus illiciantur. Vel,

Vermium puluerem aſſumptum vermes fugare.

Cape vermes,qui iam excreti fuerint,vel ſponte prodierint,ſiccentur in patina ferrea candente, in pollinem redigantur cum vino vel alio liquore,exhibeantur per os,reliquos vermes prompte necare creduntur. Eodem confert ſuccus citri cum oleo amygdalarum amararum, aut oleo communi potus.Parantur & balnea aduerſus hunc morbum ex abſynthio,gallis,foliis mali perſici in aqua incoctis, demergitur infans.

Cautio.

Cæterum in vermium curatione animaduertendum maxime eſt, hunc morbum morbo grauiori ſæpe implicitum eſſe,vt febri acutæ & ardenti, diarrhoeæ & ſimilibus, in quibus,ſi,verbi gratia,præſente & coniuncta febre,ſemen vermes contra exhibueris,theriacam antiquam,myrrham, aloem, febris ardorem & diarrhoeam dyſenteriamve auxeris quia amara,horum affectuum curationi valde ſunt C contraria.Quod ſi contra ad diarrhoem,qua vermes excluduntur, corallum & farinam lentium exhibueris,febrem vehementiorem feceris, ſiccis, & adſtringentibus contumaciore reddita eius materia.

Febris aliquando ſymptoma aliquando morbus.

Itaque attentum Medicum eſſe oportet in perſpiciendo, num febris verminationis ſit ſymptoma,an contra eſſentialis ſit,an non ſymptomatica,vt hoc poſito in his maxime remediis inſiſtat,quæ aduerſos eſſentialem morbum præcipue pugnant, alias reperiuntur etiam remedia, quæ vtrique affectui repugnant, vt purgantia & ſubamara in febre & verminatione : amara & ſubadſtringentia in verminatione & diarrhoea.

Elephantiaſis breuis deſcriptio,ac de eius cauſis. Cap. VI.

Elephantiaſis cur ita dicta. *Lib 4. cap. 1.* *Lepra quid.* *Lib. 2. ca 11.* *In elephantia occultũ quoddam virus ſubeſſe.*

Elephantiaſis morbus dicitur, *quod hoc laborantibus cutis aſpera ſit, ſcabra, rugoſa & inæqualis, vt elephantis*: quanquam propter magnitudinem morbi id ei nomen impoſitum videri poſſit. Nonnulli ex Arabum ſententia,lepræ nomen ei impoſuere (improprie , tamen, quia lepra ſcabiei ſpecies quædam eſt,& cutis vitium,vulgo *Malum ſancti Marni* dictum) quo & nos in præſentiarum vtemur , vt quod vſu & vetuſtate iam inualuerit. Eſt igitur lepra Paulo *cancer vniuerſi corporis*,qui,vt addit Auicenna,comple- D ctionem , formam & figuram membrorum corrumpit. Cauſam Galenus manare putat ab errore facultatis ſanguificæ,cuius vitio aſſimulatio in carne & habitu corporis deprauatur, & à ſe naturæque regula valde mutatur. Ad Glauconem vero definit hunc morbum *effuſionem ſanguinis turbidi ac craſſi in venas,& totius corporis habitum.* Magnus cenſetur, quia virus cuiuſdam venenati eſt particeps, membra & vniuerſi corporis decorem corrumpentis. Virus vero venenati participem eſſe elephantiaſim,ex eo patet,quod nihil ſit neceſſe,eos, qui toto corpore ſuo ſunt melancholici, eſſe elephanticos: ex tribus morborum differentiis compoſitus eſt hic morbus. Primum enim intemperie conſtat contra naturã, calida nempe & ſicca per initia,& tandem humorum reſidente ebullitione,ardoreque exoluto frigida & ſicca,quæ cauſa eſt huius ſymptomatis coniuncta. Conſtat & mala compoſitione ſeu conformatione, quia figuram membrorum & pulchritudinem corrumpit. Conſtat & ſolutione continui, cum tandem vlceribus & rhagadiis caro,cutiſque multis locis findantur.

Elephantiæ cauſa primitiua. *Qui ſint a prima conformatione elephantici.* *Cur calidiores frigidioreſque item regiones faciant elephanticos.*

Elephantia ſeu lepra tres plerumque habet generales cauſas. Primitiuam,antecedentem, & coniunctam. Cauſa primitiua vel à prima conformatione eſt,vel iam natis ſuperuenit. A prima conformatione ineſſe ei creditur,qui menſibus vitioſis & corruptis, adque atram bilem vergentibus conceptus E ſit,qui ſemine alterutrius, vel vtriuſque parentum elephantico natu, eſt, elephanticis enim generantus elephantici,quia principibus partibus melancholico & venenato ſucco obſitis & corruptis: vniuerſam ſanguinis maſſam ſemenque ex ea & toto corpore deciduum infici neceſſe eſt. Iam natis vero hæc cauſa venit ex mora & incolatu in regionibus maritimis, vbi aer craſſus & nebuloſus temporis ſucceſſione ſimile vitium in corporis humores infert: quia Hippocratis ſententia, qualis aer, talis ſpiritus, tales & humores,mora quoque in locis calidioribus, quia ſanguinem ardoribus extorret, in frigidioribus vero, quia incraſſat,& congelatis ſpiritibus quodammodo ſtupefacit, primitiuæ huius morbi cauſæ cẽ-

ſeri

A ſieri poſſunt. Sic in Germaniæ quibuſdam oris non infrequentes ſunt elephantici: in Hiſpania vero & Aphrica tota frequentiores, quam in reliquo orbe, in prouincia Gallica, Narbonenſi Gallia, & Aquitania plures, quam in reliqua Gallia. Huius etiam generis cauſarum cenſentur conſuetudo & coitus conuictuſque cum elephanticis, quia halitu, ſudore & ſaliua in poculorum oris relicta, malum in contubernales & ſodales transferunt. Inuehunt & hunc morbum ſalſamentorum, ſpeciatorum, acrium, craſſiorumq; ciborum, vt carnis ſuillæ, aſininæ, vrſinæ, leguminum, lactantium aſſiduus vſus, ſic & vina craſſa & potentia, ebrietas, crapula, vita laborioſa, anxia, mœroris, curarum, & ſollicitudinum plena; quia ſanguinem incraſſant & adurunt. At retentio melancholicorum excrementorum, vt hæmorrhoidum, menſium, morbillorum, febris quoque quartanæ, certis tempeſtatum interuallis redire ſolitæ ſuppreſſio, antiquorum vlcerum reſiccatio, quia ſanguinis maſſam melancholica eluuie & fæce inquinant, hunc morbum accreſcere primitiuarum cauſarum ſpecie creduntur, quia eius impuritatis occaſione aſſimilatrix facultas ſuo munere fruſtratur. Cauſæ antecedẽtes ſunt, humores ad incenſionẽ corruptionemque & in atrum humorem à calore retorrido diſpoſiti: nam in corporibus quæ talis caloris dominatu tenentur, humores per aduſtionem facile in atram bilem faceſſunt, quæ tempore virus venenatæque qualitatis malignitatem & corruptionem acquirens, ortum dat & eſſentiam elephantiæ. Coniunctæ cauſæ ſunt humores atrabilarii, iamque venenatæ & malignæ qualitatis participes in vniuerſum corporis habitum effuſi, ipſum intemperie primum calida & ſicca, deinde frigida & ſicca, vitæ principiis contraria, inſuperq; maligna virulentia corrumpentes & deſtruentes. Hinc enim mortem conſequi ineuitabilem oportet, quia caloris & humiditatis moderatione continetur vita noſtra.

Elephantiæ cauſa antecedens. B *Coniuncta.* *Cur elephantia ſit lethalis.*

Quæ ſint elephantiæ ſigna prænuntia, & præſentis, & iam confirmatæ.

Cap. VII.

Corporum atq; humorum ad lepram diſpoſitionem ſignificant coloris natiui & floridi in facie mutatio, gutta, vt loquuntur, roſacea, rubræ, ſubliuidæq; ſuffuſiones & puſtulæ pilorum defluuium, ingens ſitis, oriſq; ſiccitas diurna, nocturnaq;, anima olida, vlcuſcula in ore, vocis in raucitatem mutatio, veneris ſupra naturam & conſuetudinem deſiderium. Sunt vero huius morbi quatuor tempora, principium, incrementum, ſtatus & declinatio. Principium dicitur, quando virus interiora & viſcera C nondum exceſſit: ex quo ipſorum vires languidiores fieri eſt neceſſe. Incrementum, quando virus foras prodit, ſignaq; & ſymptomata numero & viribus in dies augentur. Status, quando membra exulcerantur. Declinatio, quando faciei horridus iam eſt aſpectus, extrema, vlcerum profunditate & malignitate decidunt, adeo vt nemini, vel ex plebe, dubius morbus eſſe poſſit. Ex veterũ doctrina in exquirendis morbi huius præſentis ſignis, ad caput in primis attendere oportet. In facie enim morborum ſigna magis propria & vera maxime eluceſcunt, propter ſubſtantiæ ipſius mollitiem & raritatem, ſubtenſæque cutis tenuitatem: itaq; humor niger & aduſtus ipſi ſuffuſus, ſe facile prodit, non modo coloris, ſed characteris & molis mutatione, ſæpe etiam manifeſta læſione. Ergo in cranio animaduertendum, num alopecia areas faciat, atq; eorum, qui defluerunt, pilorum loco, tenuiores alii, breuiores & rariores ſuccreſcant, quod contingere veriſimile eſt alimenti pilis tuendis & gignendis idonei defectu, cutis capillatæ, eiuſmodi alimento perfuſæ, habituſq; ipſius corruptione, & ad continendos pilos ineptitudine: deniq; fuliginum ab humorib. & viſcerib. aduſtis ſurſum elatorũ acrimonia, pilorum radices erodente: quod ſi trahentem non modo pilus, ſed & circumſtantis pili radicem cutis carniſq; portio aliqua ſequatur, id erit perfectæ corruptionis argumentum. Sit igitur hoc primum elephantiæ ſignum. Secundum D & valde certum eſt tuberculorum ſub ſuperciliis, & pone aures, variiſq; faciei locis grani multiplicis inſtar rotundorum & durorum numeroſa & palpabilis circumſcriptio, facultatis aſſimilatricis defectu. Defectus huius cauſa eſt appellentis alimenti craſſities, qua in viarum anguſtiis impactum & ſubſiſtens, locoq; in quo hæret, velut circumſcriptum conglobatur, cruditatiſq; occaſione, quia non aſſimilatur, & mora, amplius induratur. Tertium ſignum eſt auricularum contractior & exactior rotunditas, craſſities & granoſa velut ſpiſſitudo: rotunditatis cauſa eſt loborum & carnoſæ ipſarum partis ab alimenti inopia & caloris vredine conſumptio: granoſæ vero craſſitiei alimenti affluentis terreſtris craſſities. Quartum ſignum eſt frontis rugoſitas velut leonina, cuius occaſione nonnullis dictus eſt hic morbus leontiaſis: cauſa eſt habitus corporis ingens ſiccitas: quæ eadem ratione, in annoſa quercu, rugoſum facit & aſperum ſcabrumq; corticem. Quintum eſt oculorum exacta rotunditas, & eorundem obtutus fixus ac immobilis. Certe oculi natura ſua ferme rotundi ſunt, apparent tamen obtuſi & latiuſculi parte antica, in conum vero deſinunt poſtica, ex concurſu & figura muſculorum atq; adipis ipſos veſtientis. His igitur vel laudabilis alimenti defectu, vel acrimonia tranſmiſſi humoris conſumptis, propriæ figuræ & rotunditati reſtituuntur. Conſumptis vero, qui oculos mouent, muſculis, conſumpto, qui lubricos ipſos E reddebat, adipe, fit, vt rigidi ſtent velut immobiles, partibus motum & motus facilitatem præſtantibus deſtituti. Sextum ſignum eſt nares extrinſecus patulæ, intrinſecus conſtrictæ & contractæ: nempe intus foras pulſus effuſoſque humor terreſtris & craſſus narium extremas pinnas in tumorem attollit: quo fit, vt eiuſdem humoris craſſitie quaſi obſtructi narium meatus appareant: depreſſi vero & reſimi propter reliquam faciem, omnemque viciniam, in molem ſolito maiorem ſublatam, adde, quod conſumpto, depulſo eo humoris arrodentis & exulcerantis acrimonia narium ſepto, ſubſidere ipſas & cruentas remittere cruſtas eſt neceſſe. Septimum eſt labrorum ſublatio, craſſities & tumor, gingiuarum vero ſordities, fœtor & arroſio, à vaporibus acribus ad os ſcandentibus; labra vero elephanticis à calore interno humores adurente & incraſſante eadem de cauſa tumidiora ſunt, quã

Principium elephantiæ. Incrementũ. Status. Declinatio. Signa præſentis & confirmatæ. Cur ſanitas morbiq; faciem loquuntur in facie. Cur defluuium capillorũ arguat elephantiã. Primum elephantiæ ſignum. Secundum. Cur in elephanticis aſſimulatio non bene fiat. Tertium. Quartum. Elephantia cur morbus leoninus dicta. Quintum. Sextum. Septimum.

Mauri-

Octauum.
Mauritanis, à ſolis ardore externo: Octauum ſignum eſt linguæ venarumque ei ſubiacentium velut va- A
ricoſarum tumor & nigrities, quod linguæ corpus natura ſpongioſum & rarum facile imbuatur humo-
ribus excrementitiis, & ab interioribus viſceribus in corporis habitum expanſis: quæ eadem cauſa eſt,
cur circumpoſitæ ipſi linguæ ſurſum deorſumque glandulæ rotundo tumore & duriuſculo circumſcri-
ptæ, haud aliter, quam ſcrophuloſis ſuibus ſentiantur. Denique tota ipſis facies rubris tuberculis &
grandinoſis aſſurgit, liuido & obſcuro rubore ſuffuſa eſt; oculi tanquam ſatyris flammei ſunt, truces &
fixi, à totius corporis melancholicâ & atrabilariâ cachexia, cuius in facie ſigna ſe produnt propter cau-
ſas ante commemoratas manifeſti, quanquam quibuſdam elephanticis facies etiam flauo, aliis ſubal-
Elephantiæ differentiæ tres à colore.
bido colore tincta eſt, pro humoris elephantico veneno baſis inſtar ſubſtrati, conditione: Medicis e-
nim elephantiæ inde tres traduntur ſpecies, vna colore ſubrubro nigricans, in melancholico humore:
Altera ſubflauo vireſcens in bilioſo: Tertia ſubalbido palleſcens in pituita aduſta fundata. Nonum ſi-
Nonum.
gnum eſt animæ; vt & omnium ab elephanticis manantium excrementorum fœtor, propter virus in hu-
moribus conceptum. Decimum eſt raucitas, quaſſaque & clangoſa atque obſcura vox, quaſi è naribus
Decimum.
manans; propter pulmones, neruos recurrentes, laryngiſque muſculos humoris virulenti & aduſti B
craſſitie imbutos, narium meatus interioris commemoratam conſtrictionem & obſtructionem: Tra-
cheæ denique arteriæ ab immoderata ſiccitate aſperitatem & inæqualitatem, qualis contingit his; qui
potentia & mera vina largius hauſerunt. Hæc immoderata muſculorum reſpirationi ſeruientium ſic-
Vndecimū.
citas, facit, vt diſpnoea etiam laborent. Vndecimum ſignum eſt & valde notandum, Morphæa, ſeu
Quid morphea & quas cauſas habeat.
vniuerſæ cutis defœdatio, cum arida ſcabritie & granoſa inæqualitate, qualis in anſeribus implumibus
apparet, cum multis paſſim herpetibus, ſcabieque fœda & vlceribus, non furfures modo, ſed & ſqua-
mas cruſtaſque remittentibus. Scabritiei aridæ cauſa eſt viſcerum humorumque incendio conflagran-
tium ardor, cutem inæqualiter contrahens, conſtringens & corrugans, haud ſecus, quam coria à calo-
re ſolis & ignis corrugantur. Fœdæ vero ſcabiei, & ſerpiginoſorum vlcerum cauſa eſt humoris atrabila-
rii exedens & corrodens conditio, corruptioque venenata, corruptionis & ipſa author, plane vt nihil
mirum ſit, ſi hepatis coctrice deprauata, aſſimilatrix ex inepta & maligna materia in habitum corporis
Duodecimū.
tranſmiſſa, nihil bene, pulchre & quod in rem corporis ſit, reſarcire poſſit. Duodecimum ſignum eſt
compunctionis cuiuſdam, veluti à ſtimulis & aculeis per vniuerſam cutem ſenſus, à vapore acri exitu
Decimum tertium.
prohibito, feriente & ſubdenſata cute intercepto. Decimumtertium, conſumptio & emaciatio muſcu- C
lorum, qui ſunt inter pollicem & indicem, non ob id modo, quod altrici & aſſimilatrici facultati ido-
neum deſit alimentum, quo reſarcire queant earum partium iacturam, id enim ipſis cum reliquo cor-
pore commune eſt: ſed quod cum in montoſum velut tumorem ſublati illi muſculi naturaliter aſſur-
Cur elephātici velut alati.
gant, eo ipſorum ſit depreſſio manifeſtior. Hæc eadem cauſa eſt, cur elephanticis alarum inſtar ſcapu-
læ promineant: emaciatio nempe partis interioris trapezitæ muſculi. Decimumquartum ſtupor ſeu
Decimumquartum.
ſenſus per vniuerſum corpus diminutio, propter oppilatos neruos ab humoris melancholici craſſitie
intercludente iter animali ſpiritui, ne peruenire poſſit ad partes, à quibus ſenſus ſuſcipitur, liberis in-
Qua nota elephantici probandi.
terim iis, qui in muſculos motus gratia ſparguntur: hacque maxime nota elephanticos probare ſoleo,
intruſa ſcilicet altius longiore & craſſiore acu, in craſſum tendinem exquiſitiſſimo ſenſu præditum, qui
ad calcem extenditur, alioqui penitiſſime in tendinem illum aut quemuis alium muſculum impulſam
acum, vix eſt quiſquam tam confirmatus elephanticus, qui ſenſurus non ſit, propter neruorum, vt iam
Decimumquintum.
dixi, in muſculos ſparſorum ab obſtruente humore libertatem. Decimumquintum eſt partium extre-
marum putrilago, à putrilagine & gangræna abſceſſus, propter humorum, eo viſcerum robore manan-
darorum corruptionem, pari labe partes, in quibus reſtitant, inficientem, adde quod ibidem exoleuit D
Decimum ſextum.
facultas animalis ſenſoria: at quoties facultatum aliqua partem aliquam deſerunt, reliquæ mox ean-
dem dedignantur. Decimumſextum eſt, quod terrificis inſomniis exterrentur: Nam per ſomnum vi-
dere ſibi videntur dæmones, ſerpentes, antra, ſepulchra, cadauera & ſimilia, propter atros humoris
Decimum ſeptimum.
melancholici vapores, viſis atris & triſtibus phantaſiam perturbantes, qua & ratione à cane rabido de-
morſi in hydrophobiam incidunt. Decimumſeptimum quod per morbi initia & incrementa vafri ſint
& furioſi ab humorum & ſanguinis ardore: tandem vero in ſtatu & declinatione vafri & ſuſpicioſi, ſen-
ſim exoleſcente ſanguinis & viſcerum incendio. Tum igitur omnia tuta timentes, & de propriis viri-
bus diffidentes, conantur aſtu malitioſe eos, cum quibus ſibi res eſt, circumuenire, quoniam viribus de-
Decimum octauum.
ſtitui ſe ſentiunt. Decimumoctauum eſt coitus venerei ſupra naturam deſiderium, tum quod calore
Elephantici cur ad venerem cæteris magis appetent.
peregrino intus vrantur, tum à flatu (ad cuius generationem humor melancholicus eſt aptiſſimus) per-
mixto, varieq; tanquam œſtro, per venas & partes genitales à calore præter naturam agitato & commo-
to. At tandem, poſtquam in frigidam & ſiccam intemperiem delapſis, refrixit ille ardor, venerem hor-
rent maxime: ſibi certe tum, imo etiam à morbi principio valde noxiam, quod ſpirituum & caloris na-
Decimum nonum.
tiui, quorum diſſipationem facit venus, haud exigua illis adſit copia. Decimumnonum eſt ſanguinis E
atri & liuidi craſſities tanta, vt ſi lauetur, arenoſum, quorundam iactata experientia, comperiatur: pro-
Vigeſimum elephantiæ ſignum.
pter aduſtionem & aſſationem ingentem. Vigeſimum eſt pulſus languor, ac debilitas (propter faculta-
tis vitalis & pulſificæ à vaporum craſſorum nebulæ oppreſſionem) vna vero vrinarum alias iumentorū
ſimiles craſſities, ſi meabilia vrinaria vaſa: alias tenuitas, ſi obſtructio ſubeſt, quæ per vrinæ ductus ſinat
Cur elephanticis vnctuoſa velut facies ſplendeat.
id modo, quod tenuius eſt, elabi; eadem vrina colore ſæpe cinereo pallet, ſæpe & reliquorum per hunc
morbum excrementorum more fœtet. Sunt certe multa alia elephantiæ ſigna, vt alui ſegnities ob he-
patis ardorem; ructus frequentes, ob ventriculi ab humoribus melancholicis refluxu conturbationem;
frequens ſternutatio, ob cerebri plethoram; ad id frequentiſſimū, quod facies totaq; cutis vnctuoſa eſt,

adeo

A adeo vt effuſa ſuper eam aqua nuſquam hæreat, occaſione credo interni ardoris, ſubcutaneum adipem culliquantis, quod ideo ſemper perfuſa & delibuta in elephanticis cernitur. Cæterum eiuſmodi ſignorum omnium alia eſſe dicuntur vniuoca, quæ tanquam parhagnomonica elephantiam neceſſario arguunt; alia æquiuoca, quæ etſi propria non ſint huic morbo, tamen ad eius dignotionem conferunt. Ea enim demum certa eſt elephantia, quæ omnibus vel certe plurimis ex ſignis commemoratis eſt comitata.

Quæ vniuoca, & æquiuoca elephantiæ ſigna.

De prognoſi in elephantia: & quæ cura adhibenda ſit his, quibus à lepra timetur.

Cap. VIII.

Elephantia morbus eſt, qui in prolem tranſit, contagioſus fere peſtis inſtar. Vix curabilis eſt incipiens; haud curabilis confirmatus, quia cancer eſt vniuerſi corporis: at vnus aliquis, partis vnius alte radices ſi egerit cancer, incurabilis cenſetur. Iam quæ ad hanc vſque diem inuenta ſunt aduerſus eum remedia, inferiora ſunt & viribus imparia. Deinde non ante huius morbi ſigna ſe produnt foras, quam humoris malignitate obſita & corrupta fuerint viſcera, præſertim in his quos alba dicta tenet elephan- B tia, quales circa Burdigalam, & in Gallica, quæ mare attingit, Britannia non pauci occurrunt: qui tamẽ tanto intus ardore æſtuant, vt pomum quod ad breue tempus manu continuerint, tanquam à multorum dierum ſole, mox corrugatur & inareſcat. Aliud eſt, quod curandi huius morbi auget difficultatem: trium nempe principum facultatum, quibus vita continetur æquale per hunc morbum vitium. Fallacia enim & terrifica per ſomnum viſa, in ſentiendo ſtupor, animalis facultatis vitium arguunt: vitalis vero, pulſus languor, vocis raucæ clangoſæque obſcuritas, ſpirandi difficultas, anima olida: naturalis denique hepatis in hæmatoſi deprauatio, vnde prima & ſumma huius mali labes. Ergo quia elephantia confirmata correptis ſalutem non poſſumus polliceri: his vero, quos nuper ea labes inuaſit, nõ audemus, reſtat, vt quibus artibus homines ab imminente tanto morbo expedire poſſimus, breuiter aperiamus. His primum in victu & vitæ genere fugienda ſunt omnia quibus ſanguis & humores vehementius incaleſcere poſſunt, quorum permulta ante ſunt commemorata. Eligant cibos boni & mediocris ſucci, quales deſcribemus in diæta, his, qui peſte correpti ſunt, adhibenda purgatio, phlebotomia, balnea & cornicula ad exhauriendam ſanguinis impuritatem, refrænandumq; hepatis ardorem ex docti Medici ſententia præſcribantur. Valeſcus de Tarenta caſtrationem in hoc caſu valde probat, nec e- C go eam improbandam cenſeo. Teſtium enim amputatione euitantur homines in morbum proni, ſicque in fœmineam naturam degenerant, & hepatis ſanguinem aſſantis ardore reſtincto, humidi & frigidi euadunt: quæ temperies elephanticorum intemperiei calidæ & ſiccæ toto eſt genere contraria, adde quod ſublata elephanticis gignendi facultate, tollitur ea huins mali contagio, quæ per prolis propagationem in humanum genus ſcæpit & effunditur.

Cur elephãtia ſit inſanabilis.

Leuce vniuerſalis.

Curatio.

Diæta elephanticorũ.

Caſtrationẽ vindicare ab imminente elephantia.

FINIS LIBRI XIX.

D

DE VE-

E

Digitized by Google

 A

DE VENENIS, DEQVE RABIOSORVM CANVM, ET VENENATORVM ANIMANTIVM MORSV ac puncturis. B

LIBER VIGESIMVS.

Quæ fuerit cauſa ſuſcepta huius de Venenis tractationis.

Cap. I.

AD ſuſcipiendam hanc de Venenis ex Veterum ſententia tractationem me quinque potiſſimum rationes impulerunt. Prima eſt, vt Chirurgum docerem, quæ remedia ſtatim exhibenda ſunt his, qui venenis læſi ſunt, interim dum maiora à Medico præſidia expectantur. Secunda, vt certis notis indiciiſque dignoſcere poſſit, qui venenis affecti vel infecti ſint, eaque de re ad iudices, eoſque omnes, quorum intereſt, referre. Tertia, vt qui procul ab vrbibus & maiorum remediorum copia in agris degunt agricolæ & nobiles, habeant aliquid ex liberis meis, quo familiares ſuos ab angue, rabioſo cane, & aliis virulentis animalibus morſos vel punctos in tanto, & tam repentino, tamque frequenti caſu iuuare poſſint. C Quarta, vt quiſque ſibi à venenis cauere, & accidentia, cum adſunt, internoſſe, notis vero extemplo remedium quærere queat. Quinta, vt ex mea hac lucubratiuncula cuique pateret, quæ mea ſit, quamque bene animata in Rempub. & ſingulos, ad Dei gloriam, voluntas: non enim hic tam veneficis arma, quam Chirurgis præſidia, quibus ſingulorum vitam aduerſum veneni tueri poſſint, porrigo: quod non intellexerũt, vel ſaltem intelligere ſe diſſimularunt, qui hanc meam opellam in deteriorem partem rapientes, maligne mentem meam interpretati ſunt. Ergo vt in rem tandem ingrediamur, initium ducemus à venenorum generali diuiſione, deinde ſingulas ſeorſim ſpecies perſequemur.

Quid Venenum.

Sed ante hoc pro rato ponemus, venenum id eſſe, *quod vel admotum, impulſumque, vel aſſumptum in humanum corpus, vim habet ipſius conficiendi*, haud ſecus, quam alimentum bene ſubactum reficiendi. Scribit enim Conciliator, veneno proprietates eſſe tota ſubſtantia alimentis contrarias: vt enim alimentum in ſanguinem vertitur, ſinguliſque corporis partibus, quibus alendis apponitur, perfecta aſſimilatione ſubſtituitur in earum illam portionem, quæ ſingulis momentis effluit. Sic contra venenum D corpus noſtrum in naturam ſibi ſimilem & venenatam conuertit; vt enim omne agens vires ſuas & qualitates in ſubiectum patiens imprimit, ſic venenum virium nobis toto genere contrariarum immoderatione, ſubſtantiam noſtram in naturam ſuam commutat: haud ſecus, quam ignis paleas momento in ſe conuertit, vnaque ipſas conſumit. Itaque à Veteribus, qui diligenter rerum naturalium vires peruestigarunt, vere hoc ſtatutum eſt, venenum id eſſe quod homines interficiat, ipſorum temperie, & corporis compoſitione, ac conformatione deſtructa & corrupta.

Veneni & alimenti natura ſunt contraria.

Venenorum differentia.

Cæterum venena omnia eſſe dicuntur, vel ab aere corrupto, vel ab animalibus, plantis, & mineralibus, vel ab artificioſa in deſtillando, ſublimando, & vane miſcendo veneficorum & ſuffitorum malignitate. Hinc variæ ducuntur venenorum differentiæ. Nec vero omnia eodem modo agunt: quædam enim naturam noſtram corrumpunt qualitatum manifeſtarum & elementariarum, ex quibus conſtant, immoderatione: alia à ſpecifica & occulta proprietate. Hinc alia aliis citius enecant: nec verum eſt, omnia ſtatim cor impetere, ſed alia aliis partibus perniciale bellum à natura indixerunt, vt cantharides veſicæ, cicuta cerebro, lepus marinus pulmonibus, torpedo manibus, quas vel per mediam piſcatoriam virgam ſtupefacit. Sic ex medicamentis quædam ſunt, quæ ſtatim cor iuuare & roborare nata ſunt, E vt crocus: alia, quæ cerebrum, vt ſtœchas: alia ventriculum, vt cinamomum. Sunt etiam quædam venena quæ vtroque modo, manifeſtis & occultis qualitatibus agunt, vt euphorbium: id enim & caloris exceſſu, & tota ſubſtantia, ſeu ſubſtantiæ totius cum noſtra diſſidio, naturam noſtram corrumpit. Argumento eſt, quod theriaca, quæ qualitatibus ſuis manifeſte calida eſt, ipſius vires, vt & omnium occultæ proprietatis venenorum infringit. Venena, quæ à ſpecifica & occulta proprietate agunt, non ob id agunt, quod calida, frigida, ſicca, humida ſint immoderatius, ſed quia talia ſint abſolute, eamque ab aſtris & cœleſti influxu habeant eſſentiam, quæ corporis humani vires diſſoluere & deſtruere nata ſit,

Non omnia Venena antipatheiam peculiarem cum corde habere. Euphorbiũ qua naturã noſtram corrumpat.

quia

A quia vel exigua quantitate ſumpta, qualitate tamen adeo perniciali ſunt, vt momento fere interficiant. Nec vero aſſumpta modo, ſed & appoſita venena necant: nec animalia venenata morſu modo, aut punctura, aut laniatu nocent, ſed & excrementis, vt ſaliua, cruore hauſto, contactu, anhelitu, ſpiritu.

Qui parua molis venena, vel ſolo tactu, tantas alterationes inducant.

Cap. II.

MIrum permultis videtur, qui fiat, vt venenum exigua quantitate aſſumptum, vel immiſſum, momento fere tam perniciales vires in vniuerſum corpus, omnes eius partes, facultateſque ac actiones inferat: adeo vt vel tantula mole admiſſa, non raro in altum homo intumeſcat. Nec minus mirum videri debet, qui, quæ veneno opponuntur alexiteria, & alexipharmaca, tam ſubito tantas & tam perniciales veneni vires infringant, cum haud fiat veriſimile, tam exiguam veneni aut antidoti particulam, ſe in tot & tam late diuiſas corporis noſtri particulas diuidere. *Sunt* inquit Galenus, *qui putant, res quaſdã ſolo tactu per qualitatis vim ea, quæ ipſis vicina ſunt, alterare poſſe: idque plane videri in marina torpedine, vtpote cui tam vehemens ſit potentia, vt per piſcatoru tridentem, tranſmiſſa ad manum alteratione, derepente totam reddat torpidam.* B At contra Philoſophi docent accidentia, cuiuſmodi qualitates ſunt, ſine ſuis ſubiectis, in alia ſubiecta migrare & diffundi non poſſe. Ergo rationi magis conſentanea eſt altera Gal. reſponſio, vt vel à ſpiritu quodam, vel tenui humiditate iniecta, venenorum & remediorum tot & tanti ſurgant effectus: non quidem quod ſpiritus ille tenuiſve humiditas in totum corpus, ſingulaſque eius, quod afficit, portiunculas dirimatur, ſed tantillum id, quod ſubiuit in corpus, iniectum nempe phalangii ictu, aut ſcorpii aculeo, proxima quæque pari per contagionem inficit & corrumpit qualitate, hæc alia ſibi vicina, donec à minima ſanguinis portione, ſi in venas ictus inciderit, in vniuerſam ſanguinis maſſam: aut pituitæ, ſi in ventriculum irruperit venenata labes, in omnes humores viſceraque veneni vis propagata & diffuſa fuerit. Minor de antidotis dubitatio eſt: hæc enim cum maiore mole ſumantur, vbi in ventriculum inciderint, loci calore tepefacta incaleſcunt, vaporeſque de ſe ſuſcitant, qui mox cum tenui ſubſtantia in totũ corpus effuſi, veneni perniciem viribus contrariis obtundunt & debellant. Itaque ſępe cernas, antipharmaca parciori, quam decet, mole exhibita, minus valere, nec votis noſtris in expugnanda veneni malignitate reſpondere: C omnino vt neceſſe ſit, ea non modo viribus, ſed & mole veneno eſſe ſuperiora.

Cap. 5. lib. 6. de loc. affe.

Vera ratio tam miræ venenorum efficaciæ.

Antidotorum contra venena efficaciæ vera ratio.

Num venenã ſint, quæ ad certum tempꝰ interficiant. Cap. III.

SVper quæſtione propoſita. Num venena ſint, quæ intra certum & definitum tempus (vt intra menſem aut annum) homines conficere poſſint. Reſpondet Theophraſtus, ex venenis alia quidem citius, alia tardius vim pernicialem ſuam exerere & proferre, certis tamen temporis limitibus, pro hominum arbitrio & voto, haud vlla reperiri, quæ agant. Nam quod alia aliis citius tardiuſve necem inferant, non id à ſe & propria natura habent, vt recte Medici cenſent, ſed ex eo, quod ſubiectum, in quod ſe dederint, magis minuſve ipſorum reluctatur, aut obſequitur efficaciæ. Id experientia verum arguit. Idem enim ſpecie venenum, eodem pondere & menſura, diuerſis diuerſa temperie & complexione hominibus exhibitum, hunc intra horam, illum intra ſex horas vel intra diem exanimabit, alteri contra ne nocebit quidem. Idipſum & experiri licet in purgantibus medicamentis: Idem enim catharticum variis hominibus eadem quantitate exhibitum, alios citius, alios tardius purgabit, alios parcius, alios copioſius, quoſdam ne hilum quidem purgabit, alios facile, alios cum dolore & torminibus. Cuius diuerſitatis non alia D eſſe cauſa poteſt, quam hominum diuerſa in complexione & temperie natura, quam nemo ſic exacte tenere & complecti poteſt, vt mente comprehendat, quouſque tandem calor natiuus, veneni viribus reſiſtere & obluctari queat; vel quam peruia, aut quam meabilia & patentia ſint corpora, quibus ad cor & partes principes veneno iter eſſe debet. Nam quibus (verbi gratia) latiores ſunt arteriarum ductus, his non modo celeriter, ſed & facile vna cum aere, qui continenter in corpus allicitur, venenum in cor permeat.

Nulla venena definito tempore necare.

Qui citius tardiuſve venena necent.

Num quæ animalia venenatis nutriuntur, venenata etiam ſint & tuto atque innoxie comedi poſſint. Cap. IV.

ANates, Ciconiæ, Ardeæ, Pauones, Meleagrides, & alia volatilia, buffonibus, viperis, aſpidibus, colubris, ſcorpionibus, araneis, bruchis, & aliis venenatis beſtiis nutriuntur: Num igitur eius generis animalia, tali eſca enutrita, homines, à quibus poſtea eſitantur, inficere poſſint, quæſtione eſt digniſſimum. Scribit Mathiolus, recentiores omnes, qui de venenis ſcripſerunt, hoc plane ſentire, talia animantia ſecure & innoxie ab hominibus comedi poſſe, quia venenatas beſtias in naturam ſuam conE uertant, dum illis veſcuntur, non viciſſim ab illis immutentur. Quæ ratio etſi multum habet probabilitatis, non efficit tamen, eiuſmodi beſtias penitus innoxias eſſe, ſi præſertim crebro in menſam & cibum veniant. Hanc opinionem tueri videntur Dioſco. & Galen. dum ſcribunt, lac, quod nihil aliud eſt, quam *ſanguis recoctus*, animantium ſcammonium depaſcentium, elleborum & tithymalum mirum in modum purgare hauſtum, Itaque Medici lactantem puerulum purgaturi, cathartica nutricibus exhibent: quo ſic earum lac purgandi vires nactum, pueris in alimentum & medicamentum cedat. Turdorum iuniperi baccas depaſcentium, carnes iuniperum redolent. Volatilia, quæ abſynthio aut allio nutriuntur, amarorem aut allii viroſum odorem ſaporemque eſitata præferunt. Aſelli cum alliis capti, ſic allium redolent, vt odorem illum aut ſaporem nulla ſalitura, nulla frictura, nulla elixatione deponant, quo ſolo no-

Innoxie comedi poſſe, quæ venenatis nutriuntur animantia & contra.

Lac quid.

Nutricum lac quo fiat medicamentoſum & purgans.

Caro aſellorum cur nõnunquam allium redoleat.

Lib. de ſym. facul.

A mine plerique, quibus allium videtur cicutis nocentius & ingratius, ab illis piſcibus abſtinere coguntur. Cuniculorum pulegio & iunipero nutritorum, carnes pulegium & iuniperum ſapiunt, contrà braſſica & ſanguine bubulo altorum ingratum illum ſaporem & odorem præferunt: iubent Medici, capras, vaccas, & aſinas, quarum lac hecticis exhibere volunt, his & illis herbis, quas ad huius aut illius morbi expugnationem valere autumant, multo ante & quotidie enutriri: non enim dubitare ſe Galenus profitetur, quin ſucceſſu temporis animalium carnes immutentur à cibis, quibus veſcuntur, & illorum odore tandem ſuffiantur. Itaque non probauerim, animalium, quæ venenatis nutriuntur, carnes in eſcam apponi; niſi multo poſt quam eiuſmodi cibis veſci deſierint, & vniuerſum venenum vi caloris proprii euictum & domitum fuerit, vt nihil eius in ſapore, odore aut ſubſtãtia reſtet, quin exolutum ſit vniuerſum.

Vnde plerũque repentinæ mortes.

Mortes enim repentinæ ſæpe contingunt, quarum cauſa ignoratur, quæ fortaſſe non aliunde petenda foret, ſed corporum euphatia & diſpathia facit, vt alii in necem & morbum ſumantur, alii in refectionem & alimentum.

Quæ ſint veneno infectorum hominum generalia ſigna. CAP. V.

Communia omnibus impotionatis ſigna.

QVæ ſint veneno infectorum hominum generalia ſigna primum dicemus, deinde ad particularia, B quibus hoc aut illo veneno infectum eſſe quempiam pronuntiare liceat, deſcendemus. Impotionatum veneno hominem omnino cognoſcimus, quando conqueritur de ingenti corporis totius grauitate, ſic vt ipſe ſibi diſpliceat. quando à ventriculi orificio ad os & linguam triſtis aliquis & horribilis ſapor exudat, omnino alius ab eo, quem cibi quantumlibet corrupti præferre ſolent: quando repentinæ fiunt coloris in vultu mutationes, nunc in liuidum, nunc in flauum, aliumve quemuis à communi hominum natura valde diſſitum: quando nauſea frequentique faſtidio vomiturit: inquietudo denique tanta ægrum exercet, vt omnia ſurſum deorſumque verſari videantur.

A propria & tota ſubſtantia ſumptum venenum agere intelligimus, quando ſine vllo inſignis caloris aut frigoris ſenſu, æger in crebram ſyncopem incidit, cum ſudore frigido: Talia enim venena fere non habent certam & deſtinatam partem, cui bellum indixerint, vt cantharides veſicæ; Sed vt tota ſubſtantia & occulta formæ proprietate agunt, ſic ſtatim & recta eſſentiam vitamque noſtram, & vitalis facultatis arcem atque principium, cor impetunt. Nunc quæ ſint ſigna, quibus internoſci queant venena, quæ manifeſtis & elementaribus qualitatibus agunt, expediamus.

Signa venenorum calore agentium.

Quæ caloris exuperantia præcellunt, linguæ, ori que toti, gulæ, ventriculo, inteſtinis, interaneiſq; C omnibus ardorem inurunt, cum magna ſiti, iactatione, & ſudore perpetuo. Quod ſi ad caloris exceſſum erodendi & putrefaciendi vim adiunctam habeant, vt arſenicum, ſublimatum, riſagallum, viride æris, auripigmentum & ſimilia, ventriculo & inteſtinis punctionum intollerabiles cruciatus, borborygmos cum ſonoro flatu, & per aluinas partes murmure, inferunt, ſitim præterea intolerabilem: His ſuperueniunt vomitus, cum ſudoribus nunc calidis, nunc frigidis, cum ſyncope, vnde cita mors.

Signa frigidorum venenorum.

Quæ refrigerandi vi necant venena, veternoſum ſoporem inferunt, à quo excitari non eſt facile: aliquando ſic cerebrum conturbant, vt ægri indecoros multos motus ore & oculis, brachiis & cruribus edant, phreneticorum more: ſudor frigidus ſuperuenit, facies liuet vel flauet, ſemper horrida: totum corpus ſtupet, breui moriuntur, niſi ſtatim ſuccurratur: huius generis venena ſunt, cicuta, papauer, ſolanum, hyoſcyamus, mandragora.

Siccorum ſigna.

Venena ſicca calorem ferme comitem habent, cum humiditate: nam etſi ſulphur calidum ſit & ſiccum, humiditatem tamen habet, quæ ipſius partes contineat: quomodo omnia, quæ conſiſtentiam habent, à vincente tamen ſiccitate ſicca dicuntur. Talia linguæ & gulæ ariditatem ſcabritiemque inferunt, cum ſiti inextinguibili: venter conſtringitur adeo, vt ne vrina quidem libere effluat: membra omnia ſiccitate ſquallent: ægri ſomnum inire nequeunt: huius generis venena ſunt, lythargyros, ceruſa, D gypſum, ſquama æris, limatura plumbi, antimonium præparatum.

Humidorũ ſigna.

Humida contra venena, perpetuum ſoporem inducunt, diarrhœam, neruorum omnium & articulorum exolutionem, adeo vt ne oculi quidem orbita ſua fideliter contineantur, ſed prominuli velut excidant: corporis extrema, vt manus, pedes, nares & aures putrilagine corruunt ſeu abſcedunt: quo tempore ſitis etiam vrget propter peregrinum calorem putredinis ſemper comitem, ſæpe authorem, tum mors propinqua eſt. Permulti negant reperiri venena humida, id eſt, quæ humiditatis efficacia enecent: quod in humidorum ſpecie, quæ ad quartum vſque gradum perueniant, non reperiuntur.

Hiſtoria.

Stat tamen contra exemplum eius, qui noctu dormiens, morſus eſt à ſerpente, quemadmodum Gilbertus Anglicus narrat: moriens enim, cum ei brachium ſeruus, dominum à ſomno excitaturus, traheret, caro omnis putrilagine conſumpta corruit, moxque & oſſa corruerunt omni carne exuta. Quod contingere non potuit, niſi ab exceſſu humiditatis venenatæ, quæ in ſerpentis dentibus & ſaliua latebat.

Sect. 3. lib. 3. epid.

Itaque adnotatum ab Hippocrate legimus, *anni tempeſtate pluuioſa, humida & auſtrali contigiſſe vt venenata & putrefacientis humiditatis maligna vi brachiorum & crurum carnes putrida per fruſta corruerent, oſſaque nuda manerent: imo & ipſa oſſa plerique putreſcerent & deciderent.* Nec certe lues venerea alia, quam humiditatis ſceptica & putrefaciente vi necat: cuius efficacia oſſium ſoli- E ditas liqueſcit, nedum carnes putrilagine tentatæ & arroſæ diffluunt.

Luem Veneream humiditatis exceſſu necare.

His & talibus venenis, quæ qualitate manifeſta & elementari agunt, cum in corpus quocunque modo recepta fuerint, opponendum eſt extemplo contrarium: etſi forte non conſtet, quæ & qualis ſit illa veneni ſpecies in indiuiduo.

Non omne venenum eſſe frigidum.

Quæ proprietate agunt venena, quo modo agant, ratione nondum inuentum eſt, ſed tantum experientia. itaq; oppugnanda paribus antipharmacis venient, quæ ſcilicet tota ſua ſubſtantia, cor & vitalem facultatem roborare, & venenorum vires retundere nata ſunt.

Cæterum

A Cæterum noſtræ huic de Venenis qualitate manifeſta & elementari agentibus diſtinctioni, contrariatur eorum opinio, qui venenatorum omnium animantium venenum ex eo frigidum eſſe adſtruunt, quod ab illis demorſi, aut puncti, ſtatim marmore frigidiores ſentiuntur: Quodque ſerpentes, frigoris metu, cum hyems inſtat, ſubterraneis ſe continent ſpeluncis, vel (quod ſolent viperæ) ſub lapidibus latent, ſub quibus ſæpe rigidæ & ſtupidæ deprehendantur, immobilesque facile manu capiuntur. At quæ percipitur in demorſis vel punctis frigiditas, non à veneni frigore inuecta eſt, ſed ex abſentia caloris natiui, vniuerſum ſe in ipſo inflicti veneni articulo à ſuperficie corporis in centrum contrahentis, tum tuendi cordis ſeu principis gratia, tum quia calorem vitalem nihil æque diſſipet, nihil æque oppugnet, quam venenum, cuiuſcunque ſit generis.

Cur veneno impotionati aut icti frigeant.

Qua arte & cautione declinentur venena. Cap. VI.

Declinare venena valde operoſum eſt, quod qui ea hodie miſcent egregie adeo ad fraudem & maleficium inſtructi ſunt, vt etiam oculatiſſimos fallant: dulcium enim & ſuauiter olentium rerum admixtione, ſic illorum ingratum ſaporem & odorem temperant, vt facile vel peritos lateant. Itaque B qui ſibi à venenis metuunt, à cibis multa arte conditis, valde dulcibus, ſalſis, acidis, vel alioqui ſapore alio inſigniter præditis cauere debent. Cum vero ſiti aut fame premuntur, haud auidius cibo potuve ſe implere debent, ſed diligenter ad eorum, quæ comedunt bibuntve, ſaporem attendere: præterea ante paſtus ea ingerere, quæ venenorum vires infringere valent, cuiuſmodi eſt euchymarum carnium iuſculum pingue: primo mane theriaca vel mithridatio cum conſerua roſarum, vel foliis rutæ, nuce, & ſiccis ficubus ſe præmunire: inſuper mox hauſto generoſi aut maluatici vini tantillo. In ſuſpicione vero hauſti iam ore veneni, ſomno ſibi interdicendum eſt. Nam præter quam quod vis ſæpe veneni tam rapida eſt, vt tanquam ignis ſtipulam, ſic vitam noſtram breui abſumat, tum vero ſomno in corporis penetralia magis allicitur. Extemplo igitur ſatius eſt ſibi vomitum ciere hauſto hydræleo tepido, vel butyro in calente oleo liquato, vel decocto ſeminis lini aut fœnugræci, vel iuſculo pingui, ſic enim vna venenum ingeſtum foras excluditur, vel acrimonia eius obtunditur, & aluus laxatur. Id quotidiana experientia cernere licet, vnctæ enim parti pyrotica, veſicatoria, ſimiliaque acria admota, nequaquam exulcerant. Nec vero vomitus hoc tantum prodeſt, quod venenum excludit, ſed eo etiam quod vel ſapore, vel odore, vel colore arguit ſumpti veneni ſpeciem: adeo vt tum propria alexiterio ſumpto tutius & facilius occurratur: ſi nihiluminus altius in inteſtina deſcēdiſſe venenum opinio ſit, clyſtere id quod reliquum C eſt, & adhæreſcit tunicis inteſtinorum, reuellere licebit. Quod ſi æger vomere nequeat, cathartica illi ſtatim exhibenda erunt, quæ magis proprie venenis obſiſtere dicuntur, qualia ſunt agaricum, aloe, centaurium minus, rheum barbarum, & alia ex docti Medici præſcripto. Inde infundendi clyſteres ex caſſia, decoctis pinguibus, ſebo veruecino, aut butyro, aut lacte bubulo cum mucaginibus lini, pſilii, cydoniorum & aliis, qui in dyſenteria exhiberi ſolent: vt talia veneni ad inteſtinorum tunicas adhæſum impediant, vnguine ſuo veneni acrimoniam obtundant, ac ſi quid exulceratum iam fuerit, leniant, omninoque partes ſanas à veneni efficacia maligna tueantur. Sit vero hoc perpetuum, ***vt qua via venenum in corpus ſubiuerit, eadem mox reuellatur;*** vt ſi naribus per odorata, ſternutatoriis excutiatur: ſi ore in ventriculum, vomitu excludatur: ſi ano in aluum, clyſtere: ſi per pudenda in vterum, iniectionibus per metrenchitem: ſi morſu, punctura aut laniatu, his, quibus vis ineſt ex alto corpore foras euocandi, reuellatur. Hoc diuerſiones moliuntur: his enim non tantum, ne venenum corrperat, impedimus, ſed & intus foras reuocamus. Quare vincula valida brachiis, femoribus, & cruribus iniecta in hoc caſu perutilia ſunt. Valent & amplæ cucurbitulæ cum multa flamma, variis corporis partibus admotæ. Valent & balnea aquæ calidæ, ex eorum decocto, quæ venenis reſiſtunt, vt abrotani, calamenthi, rutæ, betonicæ, marrubii, pulegii, lauri, ſcordii, apii, ſcabioſæ, mentæ, valerianæ, & ſimilium. Valent & ſudationes, ſudore tam D multo prouocato, quam ægri vires ferre valebunt. Quod ſi prædiues fuerit is, quem impotionatum vel veneno ictum ſuſpicamur, tutius in aluum bouis, equi aut muli condetur, mox in aliam poſtquam prior illa refrixerit, vt blando calore & halituoſo iugulati recens animalis, venenum foras euocetur, hoc ſi tamen nihil inconſulto Medico agatur.

Venenum metuentib. quæ in victu cautio adhibenda.

Cur ſomnus noceat impotionatis.

Cur & qui vomitus prouocandus.

Quando & quibus catharticis purgandus impotionatus.

Ad illos veneno remedia.

Qui corruptus & venenatus aer hominem inficiat & enecet. Cap. VII.

Inficitur aer & corrumpitur malignorum vaporum admixtione, ſeu à cadauerum inhumatorum poſt ingentes conflictus, ſeu ex terræ hiatibus poſt terræ motus exhalantium: in ſpecubus enim ſubterraneis aer diu concluſus, libertate & patentis aeris commercio priuatus corrumpitur, malignam qualitatem acquirit, quam mox in obuios transfert. Ineſt quoque auræ, quæ tonitrua, fulmina, fulguraque comitatur, certa malignitas, ſulphureum virus redolens, adeo, vt quæcunque feræ ſuffocata ea vi animalia comederint, rabida moriantur repente: ineſt enim fulminis igni vis rapidior, longeque tenuior, & maior, quam cæteris ignibus, adeo vt iure ignis velut ignium vulgo vocetur. Argumento eſt, quod E illibato ligno ferrum haſtæ præfixum, integra crumena concluſum argentum aurumque liquat. Suffitorum quoque artificio aer inquinatur, qui mox ore & naribus reſpirando, cute & arteriis perſpirando, in corpus & viſcera admiſſus, facile enecat, infectis primum ſpiritibus & humoribus, mox etiam ſolida principum partium præcipueque cordis ſubſtantia, & in ſuam naturam verſa, niſi ante citatis mature ſternutamento, vomitu, ſudoribus, aluo aut alia quauis excretionis ſpecie, homini prouiſum fuerit. Eſt enim, quod odore in corpus ſe fert venenum, rapidiſſimum & efficaciſſimum, quanto ſcilicet va-

Quot & quibus modis aer inficiatur.

Qui tonitrua & fulmina aerem inficiant.

Num vapore ab incenſa re venenata ſuſcitato interimi cari quiſquam poſſit.

poris aut exhalationis, quam humoris tenuior & rapidior eſt eſſentia. At nihilominus, inquies, non eſt A
credibile, vapore ignis vi ſuſcitato, vt facis aceſæ, aut foculi, ſeu pyrothecæ quenquam necari, quia venenata rei, quæ vritur, qualitas, ignis omnia perpurgantis & luſtrantis viribus digeritur & conſumitur. Falſa in vitæ male cautorum mortalium perniciem fictaque hæc ratio eſt: accenſæ enim ad luculentã flammam aſſulæ ſulphuratæ, vaporem nihilominus ſulphureum remittunt & effundunt: lignum vero aloes aut iuniperi, an quia flammis vritur, minus ſuauiter olet? Clemens ſeptimus eius nominis Pontifex maximus, Reginæ Regis matris patruus, præeuntis venenatæ facis toxico per fumum in corpus admiſſo infectus, interiit.

Hiſtoria.

Narrat Matthiolus, extitiſſe in foro Senenſi circulatores duos, quorum vnus cũ oblatum ab altero vetonicæ coronariæ florem intoxicatum naribus admouiſſet, repente mortuus corruerit. Quidam non ita pridem, cum malum odoratum clam intoxicatum olfeciſſet, naribus admotum, vertigine derepente correptus, faciem totam intumuit, ac niſi mature ſternutatoriis aliiſque remediis conſultum fuiſſet, eodem lethi genere, quo Clemens Pontifex breui interiturus erat.

Mire perniciales venenorum vires

Tutiſſimum omnino aduerſus talia venena alexiterium eſt non olfeciſſe. Quin etiam parari venena adeo rapida vi ferunt, vt ephippio oblita, lethiferam vim in inſeſſorem transferant: alia vero quibus ſtapedes obliti, funeſtam prorſus veneni qualitatem, in equitem, breui moriturum, per ocreas immittant. Quę B
etſi creditu difficilia ſint, quia carnem nudam non attingunt eiuſmodi venena, habent tamen exemplum in natura, quo ſe tueantur. Torpedo enim per intermedium rete narcoticam vim, lethalem certe, in brachium, indeque in corpus piſcatoris tranſmittit.

Quod ſingulis venenorum ſpeciebus ſua & propria ſint ſigna & effecta.

Cap. VIII.

VT venena ſpecie diſtincta ſunt, ſic ſingulæ ſpecies ſignis & effectis differunt: neque enim vnum aliquod veneni genus reperire eſt, in quod omnia omnium venenorum ſigna & effecta cadant: alias fruſtra Medici de ſingulorum ſignis & effectis propriiſque item ſingulorum remediis ſcripſiſſent. Cuiuſmodi enim id tandem erit venenum, quod ſtomacho, ventriculo, hepati, veſicæ & renibus ardorem inferat, quod ſingultum cieat, quod tremore & horrore totum corpus concutiat, quod vocem, quod orationem adimat, quod conuellat, quod pulſificam facultatem eneruet, quod reſpirationis libertatem intercipiat, quod veterno hominem conſopiat & ſtupefaciat, quod capiti vertiginem, oculis caliginem, quod ſtrangulatum, quod ſitim, quod hæmorrhagiam, febrem, iſchuriam, vomitum indeſinentem, faciei ruborem, liuiditatem, pallorem, virium exolutionem; & alia multa, quæ ſingula ſingulæ venenorum ſpecies inuehunt, ſimul & ſemel inferat? C

Calida venena citius interficere frigidis.

Deniq; nemo negabit, quin calida venena promptius interficiant, quam frigida, quia citius à calore natiuo de facultate in actum euocantur.

Quæ ſint venenorum ex ſingulis animalibus venenatis affecta, quæq; inde eruenda prognoſis.

Cap. IX.

Lib. 5. c. 27.

COrnelii Celſi, omniumque fere Veterum ſententia eſt, *omnem feræ morſum quoddam habere virus, alium tamen alio magis.* Magis virulenti ſunt, qui à venenatis beſtiis infliguntur, vt aſpidibus, viperis, colubris, toroque ſerpentum genere, baſiliſco, dracone, buffone, cane rabido, ſcorpio, aranea, ape, veſpa, & ſimilibus.

Omnium ferarum morſus eſſe virulentos.

Minus virulenti ſunt veneni expertium animantium, vt equi, ſimiæ, felis, canis haud rabidi, & multorum aliorum, quæ etſi natura ſua veneni expertia ſint, in ipſorum tamen morſibus ineſt aliquid magis dolorificum & cacoethes, quam in communibus vulneribus ab aliis cauſis inflictis: credo, quod in eorum ſaliua & ſanie ineſt, neſcio, quid naturæ noſtræ inimicum, quod malignam vlceri qualitatem inurit, quod etiam in laniatu animantium vngulatorum, vt leonum & felium experiri licet. D

Ruſſorum hominum morſus virulenti.

Quin ne morſum quidem hominum virus eiuſmodi expertem eſſe pleriqne adſtruunt, ruſſorum præcipue & lentiginoſorum, cum maxime ira incanduerint. Reliquorum morſus maligna qualitate vacare credibile eſt, cum ipſorum ſaliua vlceribus haud ita magnis pro remedio ſit.

Saliua humana medeti vlceribus.

Itaque ſi difficultas curandi inciderit in vulnus illatum morſu hominis, qui neque ruſſus, neque lentiginoſus, neque ira percitus ſit, non ratione immiſſæ ſaliuæ, malignæve vllius qualitatis occaſione illa contingit, ſed ratione contuſionis, quam haud incidentes, ſed contundentes, vtpore obtuſi, minime vero acuti dentes intulerint: quo fit, vt in carnem ſubire nequeant: niſi contundendo & conterendo, grauium & obtuſorum ictuum, telorumve more, quibus illata vulnera curatu contumaciora ſunt, quam quæ incidentibus & acutis telis inferuntur. Cæterum ex commemoratis venenatorum animantium morſibus pauci ſunt, qui non breui & fere momento mortem inferant: maxime vero ſi ſubierit venenum in corpus à viuo animali immiſſum, tali enim veneno ineſt calor multus, ineſt & tenuitas maior, quæ ipſi quaqua verſum in corpus mox penetraturo, pro vehiculo futura ſint; quo exempta animali mortuo venena carent.

Contuſa vulnera difficilius ſanari vulneribus. Quorum locorum & temporum venenata feræ morſus magis nocent.

Horum igitur alia horæ ſpatio hominem conficiunt, vt aſpidum, baſiliſcorum & buffonum venena: alia non ante biduum, triduumve necant, vt colubrorum: aranea vero & ſcorpius plus temporis ad necem poſtulant, omnia E
tamen vel minima mole admiſſa, breui magnas & perniciales, peſtifera velut aſpirante aura, mutationes in corpore excitant, ſimili vi membra ſingula & viſcera corrumpentia, & in ſuam naturam mutantia, qua eadem illa membra laudabiles cibos per ſanitatem in ſuam naturam mutant & ſubſtantiam adſciſcunt. Faciunt vero ad veneni perniciem locus, in quo vixerint feræ, & tempus: quæ enim arentium, montuoſorum & ſole peruſtorum locorum indigenæ ſunt, promptius interimunt, quam humidorum & paluſtrium. æſtate, quam hyeme pernicior eius vis eſt: à famelicis & irritatis, ieiuniſq;

quam

A quam à paſtis pacatiſque venenum eſt lethalius, quemadmodum & à iuuenibus, quo præſertim tempore in venerem ruunt, quam ab effœtis & decrepitis: à fœminis, quam à maribus; ab his, quæ alias pariter venenatas deuorant, quam quæ ab iiſdem abſtinent, vt à colubris, qui buffones, viperis, quæ ſcorpios, araneas & bupreſtes deuorant: quanquam efficaciæ venenorum ratio à propria, id eſt, tenui vel craſſa conſiſtentia, & corporis affecti ad patiendum aptitudine maiore minoreve pendet. Calidi namque homines, & venis arteriiſque amplis ac patentibus, veneno expeditius ad cor iter exhibent. Itaque frigidis anguſtiſque vaſis à pari veneno tardius moriuntur. Cibo refectis, non tam nocet venenum quam ieiunis: alimentis enim præterquam quod vaſa repleta, locum veneno non tam facile cedunt, cor inſuper ſpirituum multiplicatione roborant, adeo vt hoc renitatur validius perniciei venenatæ. Si ab occulta & ſpecifica proprietate venenum agit, curationem, prognoſimque facit difficilem: tumque ad alexiteria currendum, vt quæ tota etiam ſubſtantia venena oppugnent, maxime vero ad theriacam. quia eius compoſitionem remedia calida, frigida, humida & ſicca ſubeunt, quo fit, vt omnium venenorum vires obtundat: eorum maxime, quæ ſimplici & ſua natura conſtant, qualia ſunt, quæ à feris veniunt, plantis & mineralibus, non autem veneficorum & ſuffitorum deteſtanda arte miſcentur & parantur.

Cur theriaca omnium naturalium & ſimplicium venenorum vires obtundat.

B

Qua morſibus & puncturis venenatarum ferarum adhibenda ſit curatio.

CAP. X.

MOrſibus puncturiſque ferarũ venenatarum nulla interpoſita mora curatio eſt adhibenda, quæ omni arte venenum digerat, ac ne in corpus ſubeat, impediat: occupatis enim principibus partibus fruſtra poſtea remedia adferuntur. A veteribus igitur duplex eſt propoſita indicatio, quæ nos ad remediorum in tali caſu inuentionem duceret, nempe virulenti & venenati humoris vacuatio, & eiuſdem, affectique corporis immutatio ſeu alteratio. Cum vero vacuandi duplex ſit ratio, nempe vniuerſalis, quæ per interiora fit, & particularis, quæ per exteriora. A particulari ducendum eſt initium, per ea topica quæ eliciendis reuocandiſque venenis & retundendis idonea ſunt: non enim ſemper ab vniuerſalibus, quod plerique putant, curatio inchoanda, præſertim vero in morbis externis, vt vulneribus, fracturis, luxationibus, morſibus, puncturiſque virulentis. Itaque hic primo quoque tempore imponentur idonea ad venenatarum ferarum morſus & puncturas remedia: nempe ſtatim lauabitur vulnus vrina, aqua marina, vitæ, vel vino, acetove, in quo theriaca antiquiſſima diſſoluta fuerit, aut ſinapi. Sit ta-

Duplex curandorum morſuum venenatorum indicatio.

Lotiones ad virulentos morſus.

C lis lotio calidiſſima, & cum frictione validiſſima: relinquantur inde ſupra vulnus, & in eius ambitu linamenta in illo liquore macerata. Sunt, qui theriacam haud imponendam putant; quia (vt inquiunt) venenum intro compellat. At Galeni authoritas eam opinionem conuincit, ſcribit enim, theriacam ſi huic vulnerum generi ante imponatur, quam venena ad partes nobiles peruenerint, magno præſidio eſſe. Conuincit & ratio: theriaces enim compoſitionem viperina caro ſubit, quæ ſubſtantiæ ſimilitudine allicit, & vt magnes ferrum, aut ambra paleas euocat, venenum mox digerendum, vi calidorum medicamentorum admixtorum: at ingeſta in corpus, cor, parteſque principes à veneno tuetur, & ſpiritus auget ac confirmat. Theriacæ loco docet experientia opportune adhibitum mithridatium ſimiles ſanitatis fructus parere. Quæ vacuationis gratia intro foriſque ſumentur medicamenta, tenuium ſint partium oportet, quo prompte in omnem ſe partem inſinuent ad veneni malitiam retundendam. Itaque allia, cæpæ, porra hic valent apprime, quia vaporoſa: valent & ſcordium, ruta, dictamnus, centaurium minus, praſſium, eruca, lac ficuum immaturarum & ſimilia: bugloſſum ſylueſtre inter omnes plãtas vim habet inſignem aduerſum virulentos morſus, ex quo echium & viperinum dictum eſt, duabus de cauſis. Prima, qui in floribus ſecundum folia purpureis, ſemina capiti viperarum ſimilia geſtat: Altera quod non impoſitum modo viperæ morſum ſanat, ſed & percuſſis à ſerpentibus ex vino prodeſt,

Lib. de the.

Theriacam & admotã & aſſumptam prodeſſe contra venena.

Bugloſſi ſyluestris alexiteria vires.

D imo etiam eos, qui antea biberint, feriri non patitur. Eandem vim habet ſerpillum. Hæc etſi ſæpe qualitate, vt calore, cum veneno conſentiunt, proſunt tamen digerendo id & reſoluendo: quanquam quãtum fieri poterit, vacuationi ſimul & alterationi eſt conſulendum. Cucurbitulas magnas cum multa flamma, corniculaque imponere, ſi locus affectus patitur, eſt vtiliſſimum. Proſunt & ſuctus, ore antea eloto vino, in quo theriaca diſſoluta fuerit, & oleo, ne quid adhæreſcat, præmunito: ſic enim nihil adhæreſcet, modo vlcera nulla ſubſint. Prodeſt & hirudines appoſuiſſe: ſunt, qui gallinas vel noſtrates, vel meleagrides oua ponentes, culo (qui his patentior eſt) vulneri inſidere iubeant, iniecto in ipſum ante ſale, quo magis hiet, roſtro clauſo, & ex interuallis aperto, ne ſuffocentur, atque in mortuarum ſuffocatarumque locum alias ſubinde imponi, quod ſic venenum euocari, perque anum in volatile migrare putent. Sunt, qui malint volatilia viua, & per medium corpus diuiſa vulneri imponi, quod naturali diſcordia venenis reſiſtere ea autument. Certe calore, quo non buffones modo aſpides, viperas, ſcorpios & alia venenata animalcula concoquunt, ſed & arenam, calculos, & lapidoſa ſicciſſimaque ſemina ventriculo atterunt, & molliunt, veneno eliciendo, digerendoque apprime vtilia eſſe cenſendum eſt. Sed nihil æque prodeſt digerendo & retundendo veneno, quam cauteria impreſſiſſe, præſertim actualia: ignitum enim ferrum efficacia maiore & promptiore agit, vlcuſque in plures dies patens inurit. Itaque vt eſchara citiſſime excidat, procurandum ſcarificatu ad

E viuum vſque facto, multoque ſanguine loco delibuto. Sic enim veneno promptius patebit exitus. Sed velim nondum ſubiiſſe altius in corpus venenum, alias cauteria, non modo non proficient, ſed & vano labore cruciatum ægrum debilitabunt. Vulneri, viciniſque locis imponantur emplaſtra attrahentia ex galbano, terebinthina, pice nigra, & pingui, aliiſque gummoſis & reſinoſis. Poſt eſcharæ lapſum imponetur baſilicum, addito mercurii puluiſculo roboratum: huius puluiſculi in hoc caſu

Cauterii vires ad vſtulanda venena.

ſunt inſignes vires, quia virulentam ſaniem è vulneris fundo euocat, neque vulnus cito claudi permittit. A Quam in rem vel ſpongiam demittunt, vel radicem gentianæ, aut hermodactylorum vel acria medicamenta, vt ægyptiacum, vel mercurii puluiſculum cum aluminis puluiſculo mixtum, vel pollinem contriti pyrotici. Cæterum perpetuum hoc eſſe debet, vt vnguentis ſemper theriaca aut mithridatiũ, aut ſuccus hyperici, aut ſimilia, quibus vis ineſt attrahendi, digerendique veneni, vlceris vero abſtergendi, admiſceantur: quanquam ſi vehementior calor dolorem faceret, ſpirituum diſſipatione in gangrænam mox abiturum, cum proprii morbi curatione ad tempus neglecta, in ſymptomatis correctionem eſſet incumbendum. At vero in hoc caſu perpetuum hoc eſſe debet, *vt non ſanguis detrahatur, non catharticum, non clyſter, non vomitorium, non balneum, non aliud quidquam ſudoris prouocatorium exhibeatur, ante triduum a morſu aut punctura exactum.* Fugiat interim æger omnem laborem, præcipue vero coitum, ne perturbatione humoribus inuecta, venenum citius ad cor rapiatur. Tum igitur vacuationibus illis vniuerſalibus locus erit, cum veneni in venoſum genus vniuerſumque interius præſertim corpus effuſi ſuſpicio erit. Ante nihil niſi theriacalia aut mithridatium exhibendum, ſimiliaque, quibus infringendi veneni, & vniuerſi corporis benigno & vitali habitu roborandi vis inſit, etſi ſubſtantia eorum ventriculum non prætergrediatur. Sic enim pilulæ ingeſtæ, etſi ventriculum non excedant, ex articulis tamen & capite: clyſteres vero acriores, etſi inteſtinis cohibeantur, qualitate tamen cum halitu latius diffuſa ex diſtantiſſimis partibus attrahunt: quanquam alexiterium oportet exhiberi non qualitate tantum veneno validius, ſed & quantitate maius, vt facilius venenum ſuperare & exigere poſſit. Itaque bis in die exhibendum eſt, tandiuque perſeuerandum, quouſq; veneni vires fractas, prauorum ſymptomatum remiſſione & exolutione cognouerimus. Interim tamen non negligenda eſt partià veneno inuſta intemperies, quin potius ea corrigenda venit contrariæ intemperiei remediorum appoſitione: frigidorum quidem, ſi ardor ſummus partem afflictam vniuerſumque corpus occupet; calidorum contra, ſi illa marmore, quod ſæpe ſit, frigidior ſentiatur: atq; hæc de generali in venenis curatione ſufficiant, nunc ſingulorum ſpecialis curatio exponenda. B

Pulueris mercurii cõtra venenata vulnera vires.

Quando calida vulneribus venenatis non conueniant.

Alexiteria etiam magna doſi exhibenda.

Cur canes cæteris animalibus facilius in rabiem agantur, & quæ ſint ſigna.

CAP. XI.

Canum naturam ad rabiem eſſe diſpoſitam.

RAbiunt cæteris animantibus facilius canes, quia à natura eam ſunt ſortiti temperiem, & humorum conditionem, quæ ad id morbi genus facilem haberet inclinationem, & quandam veluti diſpoſitionem, quia cadaueribus & rebus corruptis, putridis, verminoſiſque veſcantur, & aquas lambunt ſimilis naturæ: ſed mœror anxietasque ex amiſſo domino, ſæpe eos in varia itinera tranſuerſos, olfactu obuia quæque laborioſe tentantes, & paſtus immemores agit. Ex eo labore ſequitur ſanguinis feruor, ex feruore eiuſdem in atram bilem conuerſio, vnde rabies. C Quanquam non ſemper caloris, ſed & frigoris etiam occaſione, contrariis nempe ex cauſis rabiunt canes: non enim ſub canicula tantum, ſed & per ſæuam hyemem in id morbi genus incidunt. Nam abundant humoribus melancholicis, frigidis nempe & ſiccis, canes. At eiuſmodi humores vt æſtate ardoris, ſic hyeme inclementi conſtipationis occaſione, per ſuppreſſionem fuliginoſorum excrementorum, facile in atram bilem faceſſunt. Hinc febris continua valde ardens, quæ maniæ ſeu rabiei conſecutionem adfert. Adde quod ſæua hyeme, calor intro concluſus conduplicatur, pariterque vt æſtas tetotrida humores melancholicos afficit, & in atram bilem conuertit. Aguntur etiam in rabiem canes cõtagione, morſi nempe ab alio cane rabido.

Non ab æſtiuo tantum calore, ſed & ab hyemali frigore rabire tentari canes.

Canis rabioſus oculis eſt micantibus & flammeis, cum obtutu fixo, truci & tranſuerſo, caput haud alacriter geſtat, ſed ad humum depreſſum in latus torquet; hianti eſt ore, & lingua exerta, liuida & nigricante; anhelosus multam ſaniem naribus, multam ſaliuam ſpumeam ore eructat: in inceſſu, quaſi omnia ſuſpecta haberet & timeret, haud vnam & certam viam tenet, ſed nunc dextorſum, nunc læuorſum ruit, titubansque ebriorum more non raro in terram præceps fertur: in omnia obuia qualiacunq; D illa ſint, hominem, arborem, parietem, canem impetu inuadit: hunc reliqui canes fugiunt, & odora vi eminus præſagiunt. Quod ſi alter imprudens in hũc forte inciderit, ei ſe demittit, abblanditur, clanculum ſeſe ſubducere tentans, fortior licet & grandior. Cibi potusque eſt immemor & negligens, non latrat, ſine diſcrimine tamen obuios omnes mordet, ne domino quidem parcens, vt quem ab hoſte non iam dignoſcat. Eſt enim atrabilarii & melancholici humoris hoc proprium, animam turbare, adeo vt melancholici non modo in ámicos & parentes, ſed & ſæpe in ſeipſos ſæuiant. Cæterum conſpecta aqua totus tremit horretque arrectis ſurſum pilis.

Canis rabidi ſigna.

Canes rabioſos etiam omnia timere.

Melancholici cur ſæui in ſeipſos.

Quibus ſignis cognoſcamus hominem demorſum à cane rabido.

CAP. XII.

Morſum rabidum per initia non valde vexare.

HOminem à cane rabido demorſum per initia non ita facile eſt cognoſcere, vel hoc maxime nomine, quod vulnus rabioſi canis dente inflictum, non magis initio ægrum diuexat quam vulnera quæuis ália: contraria plane ratione, quam à cæteris venenatis animantibus inflicta morſu vel E punctura vulnera: vt quæ ſtatim ab initio dolorem acutum, ſummum ardorem, tumorem & aliorum malignorum accidentium congeriem pro veneni ſpecie coniunctam habeant: at non ante rabidi morſus apparet malignitas, quam venenata vis ad partes nobiles inuaſione perniciali peruenerit. Cum tamen ſuſpicio erit eiuſmodi vulneris, licebit certam eius rei ſcientiam & experientiam nanciſci, ex intincto in vulneris ſaniem pane. Nam ſi eum famelicus canis negligat, imo auerſetur,

acne

A áe ne olfacere quidem audent, ſignum eſſe putant certum, vulneris a rabido cane inflicti. Addunt alii, Si quis panis illud fruſtum gallinis in eſcam dederit, morituras eodem die, quo deuorarint: mihi tamen poſterius hoc experientia tentanti non ſucceſſit: deglutito enim pane illo virulento, nequaquam habuerunt deterius. Itaque certius arbitror eſſe prius ſignum, eſt enim canum generi odora vis admodum inſignis & certa, qua virus animalis conſimilis olfactu facile deprehendant. Cum vero virulentia rabioſa partes nobiles iamiam inuaſit, ægroti multa taciti & mœſti cogitant, dentibuſq; per initia obmurmurant: ad rem haud reſpondent, ſolito iracundiores ſunt, atque inter dormiendum ſibi ſomnia fingunt viſis fallacibus & horrendis tetrin: deniq; in hydrophobiam incidunt. At poſtquam ſe iam in viſcerum nobilium ſubſtantiam venenum defixerit, omni eorum perturbata œconomia, omne protinus phantaſiæ, omne memoriæ, omne omnium ſenſuum, omne rationis & iudicii lumen extinguitur. Itaq; tum phanatici ægri, non iam præſentes, non familiares, imo ne ſeipſus quidem agnoſcunt, in obuios & in ſeipſos vnguibus, dentibus & calcitratu moleſti. Frequentes illis artuum oboriuntur de improuiſo cōtractiones velut conuulſoriæ; credo, propter ſiccitatem extraordinariam, quæ neruoſi generis omnem pene humiditatem abſorpſit: magna oris adeſt ſiccitas, ſitis intolerabilis citra potus tamen deſiderium:

Signa morſus rabidi.

Signa, quib. apparet, partes nobiles eſſe infectas.

B quod perturbata mente ſui & eorum quæ neceſſaria ſunt, fiant immemores & negligentes, flammei rubent oculi, totaque facies ſimili colore horret: canes cogitant, videreque videntur, imo & latrare ac mordere canum more geſtiunt; credo, quod virulentus ille humor in ſibi ſimilem naturam omnes eorum humores, totumque corpus iam demutauit, adeo, vt ſe quoque canes eſſe credant: ex quo vox illis raucescit, ex multo ad latrandum conatu decoris omnis impudentium canum more obliti, magno adſtantium horrore. Raucescit etiam vox illis á multa aſperæ arteriæ ariditate: lumen refugiunt, vtpote humori melancholico, quo imbutam omnem cerebri ſubſtantiam habent, inimicum: tenebras contra quærunt, ſibi nempe ſimiles & amicas. Cæterum aquam timent (etſi ſibi ſalutarem ad ſummam ardoris & ſiccitatis temperandam intemperiem) refugiuntque ſpecula, quod in his videre canes videantur, á quibus valde ſibi timent, quo nomine aquam politaque omnia & lucida, quæ ſpeculi vſum præſtant, horrent: adeo vt ſe tum humi ſternant, quaſi terra ſe occluſuri, ne iterum morſu rabido impetantur: aiunt enim demorſos à cane rabido ſemper eum animo verſare canem, in triſtem illam cogitationem defixa mente. Itaq; illo quaſi in aqua viſo, cohorreſcere metu, adeoque aquam refugere. Alii ſcri-

Cur rabidi homines latrent more canum.

Cur lumen fugiunt

Cur aquam timeant.

C bunt rabie ſummam induci corpori ſiccitatem, cui contrariam, humidiſſimum omnino elementum, aquam auerſentur, eamque eſſe formidatarum aquarum rationem. Ruffus ſcribit rabiem melancholiæ ſpeciem eſſe, melancholiæ vero proprium omnino ſymptoma eſt metus, Hippoc. ſententia. Itaq; hanc illamque melancholię ſpeciem harum aut illarum rerum metum ingenerare: præſertim vero rerum lucidarum, cuiuſmodi ſunt aquæ & ſpecula, quia tenebras & ſolitudines quærant melancholici, eo impellente humoris, quo ſuffuſi ſunt, atra eluuie. Sudore madent frigido, virus ſpumeum, fœtidum, vel æruginoſum diffluit ab vlcere, propter cauſæ antecedentis & partis vlceratæ ardorem. Vrina ſæpius viſitur aquoſa, propter renum incerniculа, & quaſi cribra conſtricta, veneni ardore & ſiccitate. Quanquam aliquando etiam craſſior appareat & nigrior, quando ſcilicet natura, valida excretrice facultate vſa, humorem melancholicum veneni ſedem per vrinas exigere aggreditur. Nonnunquam etiam plane ſupprimitur, vel calida ſiccitate incraſſata, vel alio verſa mente & muneris ſui oblita, quouſq; tandem ægri tot ſymptomatum atrocitate vexati, & doloris acerbitate victi, phanatici moriantur, propter remedia haud mature & opportune adhibita. Pauci enim eorum, quibus remediis mature prouiſum eſt, ex tali affectu perierunt.

Aphor. 23. ſect. 6.

Rabiem mature curatã eſſe ſanabilem vt plurimum.

De prognoſi in rabie inſtituenda. Cap. XIII.

D Non tam facile declinari poteſt, quæ à cane rabido nobis imminet pernicies, quam quæ á reliquis feris: quod domeſticum illud per ſanitatem animal nobiſcum hoſpitetur excubans. Virus vero, quod eius in ſiluа inſidet, calidum eſt & ſiccum, malignum, venenatum & contagioſum: ſic vt ſimilem ſibi intemperiem, corpori, cui ſe applicuerit, inurat, arteriarumque ductibus in vniuerſum corpus tranſmittat: non enim morſu punctura ve immiſſum tantum nocet, ſed & cuti applicitum, niſi ex tempore abſtergentur aqua ſalſa, vel vrina. Nec vero omni tempore pariter æqualiterque nocet id virus: nam pro aeris ad calorem aut frigus inclinatione, vulneris profunditate, corporis patientis robore, aut cacochymia, & ad putrendum diſpoſitione, ductuum libertate & latitudine magis minuſve nocet, citius aut ſerius maligna ſuperueniunt ſymptomata: aliis nempe quadrageſimo demum die, aliis ſemeſtre, aliis annum vnum poſt. Sunt, qui inde epileptici fiunt, tandemque phanatici. Qui in hydrophobiam inciderunt, nunquam conualeſcunt: quanquam non deſpondeat Auicenna, modo ſe adhuc in ſpeculo noſſe poſſint: hinc enim licet intelligere, nondum proſtratas eſſe omnes facultates animales, ſed valentibus egent purgationibus, vt dicemus poſtea. Narrat Aetius, extitiſſe Philoſophum quen-

Rabidi canis venenũ vel tantum appoſitum in rabiem agere.

Hydrophobia fit ne inſanabilis.

E dam, qui hoc morbo & hydrophobia correptus, cum magno animo in balneum deſcendiſſet, atque in aqua intuitus eſſet canis, à quo demorſus fuerat, imaginem, ibiq; ſubſtitiſſet, pudore correptum mox exclamaſſe. Quid cani cum balneo? quo dicto magna vi ſe in balneum demerſiſſe, de aqua intrepide hauſiſſe, ſicque vna cum illa hæreſi malum exuiſſe. Funeſtum ſignũ eſt ſeſe humi volutare, voce rauca eſſe: eſt enim id argumentum inductæ in aſpera arteria aſperitatis ab extrema ariditate. Denique principibus partibus occupatis nulla amplius ſalus vitæ ſperabilis eſſe poteſt.

Hiſtoria.

Poſſunt prehendi rabie homines, etſi à cane rabido demorſi non fuerint. Vt enim ex ſeſe humores ſæpe inflammantur, & cancrum excitant aut elephantiam, ſic in melancholicis rabiem. Morſus viperarum & aliarũ virulentarum ferarum haud ſimilia eorũ, qui à cane demorſi ſunt, excitant ſymptomata:

Digitized by Google

quia ante necant, quam illa prodire & demergere poſſint, magna vulnera morſu rabido inflicta, haud A æque periculoſa ſunt atque parua: illis enim multa ſanies venenata exudat, his vero concluſa intus fere omnis tenetur.

Quæ curatio à cane rabido demorſis ſit adhibenda. CAP. XIV.

Hiſtoria.

HIc quoque caſus cita remedia poſtulat: fruſtra enim adhibentur, quæ tarde poſt principia veniũt. Id expertus magno ſuo malo didicit Baldus Iuriſconſultus. Forte enim à catulo, quem in deliciis habebat, labium leniter morſus, cum rabiem ipſum neſciret, & vulnus ob exiguitatem negligeret, quarto poſt menſe phanaticus interiit, in vanum tum tentatis omnibus remediis. Ergo his, quæ ante de curatione generali vulnerum à virulentis feris morſu, puncturave inflictorum, tum euacuationis, tum alterationis ergo obſeruatis, omni arte ibidem expoſita venenum foras euocabimus: ac ſi quidem vulnus magnum ſit, ſanguinem diu & multum fluere ſinemus, ſic enim tantum veneni exhauritur: ſi magnum non ſit, amplificabitur ſcarificatu, ignito ferro, neque niſi exactis quadraginta, quod minus eſt, diebus replebitur & obſerabitur.

Oxalidis vires.

Oxalis trita & impoſita, eiuſdemque decoctum aſſumptum, magnarum eſt in hoc caſu virium, vt eſt ab Aetio proditum. Eodem conſilio ex ſynapi diſſoluto in vrina, vel aceto, B paratur lotio frictioque valde ſalubriter, relicto ſuper vulnus duplici panno eo liquore imbuto: deniq; omnia acria, pungentia, & validius attrahentia conueniunt. Itaque nonnulli erucam coctam, & cum butyro ac ſale tritam imponunt. Alii farinam orobi capiunt, melleq; ſale & aceto ſubigunt, calide imponunt. Valet fimus equinus in acri aceto elixus, vel ſulphur in pollinem redactum, & ſaliua humana ſubactum: confert & pix nigra fuſa cum ſale & modico euphorbio impoſita.

Pilos canis rabidi vulneri aſſu infuſos remedio eſſe.

Scribunt, canis, qui rabiē morſu intulerit, pilos per ſe impoſitos, ſubſtantiæ concordia ſeu ſimilitudine venenum intus foras elicere: ita enim & ſcorpium contritum, puncturæque, quam inflixerit, impoſitum, euocato immiſſo veneno ſanitatem reſtituere: vtrumq; certe pluries expertum certum euentum habuiſſe narratur. Alii frumentum crudum mandunt, & vulneri imponunt: alii fabas cineribus calentib. ſubiiciunt, inde decorticant & findunt, demumq; imponunt.

Oxylapathi vires.

Salubriter etiam oxylapathi decocto abluitur vulnus, & fouetur, indeque trita herba imponitur: decoctum præterea bibendum datur: Hocq; vno remedio multos ſe incolumitati reſtituiſſe, Aetius prædicat: ſic enim vrinam cieri copioſius, quod ſanitatis in hoc morbo compendium eſſe creditur. Sunt, qui betonicæ & vrticæ folia cum ſale communi conterunt, adhi- C bent: alii cæpam communem, rutæ folia & ſal eodem conſilio & modo parant: excellit tamen cæteris theriaca, in aqua vitæ, vel vino generoſo diſſoluta, duriuſq; parti affricta, ſic vt cruore manet, impoſitis, illo deterſo, linamentis eodem medicamento imbutis, moxq; ſuperpoſitis alliis vel cæpis communibus cum ſale vulgari & terebinthina intritis.

Hiſtoria.

Hoc ſolo remedio, vnam ex filiabus nobilis dominæ Gron à rabiei ſymptomatibus vindicaui, vulnuſq; perſanaui, cum ipſam, altius impreſſis in ſuram dextri cruris virulentis dentibus, canis rabioſus momordiſſet. Prodeſt & extemplo allium cum pane edere, indeque vini generoſi modicum bibere: nam allium calore ſpirituoſo partes nobiles à veneno tuetur. Sunt qui canis, qui momorderit, vel capti iecur toſtum comedi imperant: cuius remedii nondum mihi experimento conſtitit fides. Alii præſcribunt ſeminis agni caſti dragmam vnam, cum vino & butyro bibendam. Alii puluerem aſtacorum fluuiatilium vſtorum in vino diſſolutum, in potum exhibent. Vel;

Aſtacorum fluuiatiliū vires.

℞. rad. gent. ℥ ij aſtacorum fluuiatilium in furno combuſt. & in pollinem redact. ℥ iij. terr. ſigill. ℥ ß. miſce & ℥ j. eiuſmodi puluiſculi in decocto aſtacorum fluuiatilium diſſolue, & in ſingulas pluresq; vices potandam præbe.

Demerſionē in mare non eſſe certum contra rabiem remedium.

Permulti ſe in mare demerſere, nec tamen inde aduerſum rabiem quidquam adiumenti ſenſere: quemadmodum *libro ſuo de Venenis* prodit Ferrandus Pozetus Cardinalis: quare non eſt illi remedio fidendum: ad ea currendum potius, quæ libris Medicorum prodita, experientia certa & multiplici comprobata ſunt. D Cæterum cum nullum venenum niſi admiſſum in corpus noceat, non eſt quidquam mali ab aſperſa corpori noſtro, canis rabidi, viperæ, buffonis, ſimiliſve alterius virulenti animalis ſanie, quæ eodem momento exterſa fuerit, metuendum.

Quæ curatio hydrophobis, ſe tamen adhuc in ſpeculo agnoſcentibus, ſit adhibenda. CAP. XV.

Antimonii vires ad rabiem.

QVibus nondum facultas animalis rabioſi veneni malignitate obſeſſa tenetur, his validiores purgationes ſunt exhibendæ. Itaq; ſi alicubi, hic certe antimonio locus eſſe poſſe videtur, vt quod ſudores cieat, alui fluxum & vomitum. Leuioribus enim catharticis ſperare ſe efferam huius veneni malignitatem viſceribus iam admiſſam expugnare, extremæ eſt & periculoſæ dementiæ. Profecto tale tantumque periculum nunquam ſine periculo vincitur. Conducunt vero & balnea, quæ ſudore citato venenum digerant & exhauriant. Conducunt & multæ ac frequentes theriacales potiones, quæ malignum virus retundant & viſcera confirment: aquam vero liquidaq; omnia, quæ tantopere horrent, potanda exhibere oportebit in operto cyatho. Omnino impotionati, & à cane rabido aliiſque virulentis feris E demorſi, aut puncti, loco calido contineantur, & lucido, vt venenum, frigore intro compellendum, caloris vi foras euocetur citius, & aeris ſplendore ſpiritus recreentur, atque à centro ad corporis circumferentiam moueantur, odoratis rebus conclaue ſuffiendum.

Implere ſe cibis paulo liberalius valere contra rabiem & omnia venena.

Inſigniter calida ſalſaque ſtatim ab initio eſitaſſe vt cæpas, porra, ſpeciata omnia & vinum generoſum merum, haud præter rationem eſſe videtur: quod talia ſpirituoſo calore diffuſionem veneni in corpus prohibeant, & impleta viſcera corroborent. Sunt etiam, qui probent craſſa & viſcida comedi, quæ nempe illata vaſis obſtructione, iter veneno ad cor & partes intercludant. Eodemque nomine præſtare cibis ſe ad ſatietatem implere, quam infra modum edere: quod fame humorum exacerbetur malignitas, quo nihil virulentis vulneribus

poteſt

A poteſt eſſe infeſtius. Quanquam mox nempe ſub quintum aut ſextum diem, ad mediocritatē redeundum eſt, temperataq; omnia exhibenda, elixa potius, quam aſſa in aperientium decocto ad ciendam vrinam. Denique diæta eadem, quæ melancholicis tenenda; nec vero ante ſanguis mittendus, ne venenum ſic in venas trahatur amplius: at aluo eſſe libera ægrum ab initio bonum eſt. Potus ſit vinum dilutum mediocriter, oxymel ſimplex, vel ſyrupus de acetoſitate citri, cum aqua cocta, vel iulepus ſequens.

℞ ſuccor. limonum & malo. citr. an. ℥.ß. ſuc. gran. acid. ℥ ij. aqua acetoſ. min. & roſ. an. ℥ j. aqu. font. cocta quantum ſufficit. fiat iulepus, vt artis eſt. Vitandus ſomnus quouſque exolutæ veneni vires fuerint; ſomno enim humores in viſcera refluunt. Omnia, quæ venenis reſiſtunt, quocunque modo exhibenda limones, mala arantia, radices angelicæ, gentianæ, tormentillæ, pimpinella, verbena, carduus benedictus, borrago, bugloſſum, & ſimilia. Omnia vero euchyma ſint, quæ ægro deinde apponuntur, quales cenſentur carnes vitulinæ, hœdinæ, veruecinæ, perdicum, gallinaceæ, & alia eiuſmodi.

Somnus cur noceat demorſis a cane rabido, & omnino impotionatis.

De viperæ morſu & punctura, ſymptomatibus & curatione.
CAP. XVI.

B QVæ antea ad canes rabidos commemorata ſunt remedia, eadem in omnes puncturas virulentas, morſuſque transferri poſſunt: ſunt tamen præterea ſua cuiuſque propria. Viperæ in gingiuis, dentiumq; interſtitiis veſicæ ſubſunt, virulenta ſanie plenæ, quæ parti imprimitur, quā dentes morſu violarunt. Dolor pungens ſtatim oboritur, pars in molem primo attollitur ampliſſimam, indeque vniuerſum corpus, niſi occurratur: exudat è vulnere craſſa & cruenta ſanies, ſurgunt in ambitu veſiculæ, quales ab ambuſtione, carnem arrodit depaſciturque vulnus, iecur gingiuaſque vrgens inflammatio occupat, totumque corpus ariditate ſqualet, colore ſubflauo & pallido ſuffuſum, cum ſiti inexhauſta: tormina ex interuallis aluum excruciant, vomitus vexat bilioſus, ſingultu conuellitur ventriculus, crebra ſyncope prehenduntur ægri, cum ſudore frigido mortis prænuntio, niſi partibus nobilibus antequam ipſas venenum inuaſerit, remediis opportunis conſultum fuerit. Narrat Matthiolus, viſum ſibi ruſticū, qui dum falce pratum demeteret viperam forte mediam diuiſit, hanc cum putaret mortuam, fruſtum alterum, è quo caput prominebat, intrepidus manu prehendit: ſed fera irritata, capite vibrato, digitum eius momordit acriter: quem, vt fieri vel nihil tale cogitantibus ſolet, dum ori protinus admouiſſet, ſuctu ſanguinem ſaniemque expreſſurus, repente mortuus cecidit.

Viperæ morſus quibus dentibus.

Symptomata.

Hiſtoria.

Rex Carolus nonus Monſpeſſuli cum eſſet, contuli me in Fargii pharmacopolæ officinam, in qua tum theriaca, magno & ſplendido apparatu parabatur. Ibi non contentus intueri & circumſpicere viperas, quæ eam compoſitionem ſubituræ, multæ in ampulla vitrea habebantur, vnam tractare manu
C placuit: ſed dum eius dentes, qui in maxilla ſuperiore ſunt, membranula tanquam vagina veneni aſſeruatrice incluſi curioſius & incautius tracto, fera extremum indicem, qua inter vnguem carnemq; hiat, morſu mihi prehendit: vnde ſtatim subortus eſt acer dolor, tum partis exquiſitiſſimo ſenſu præditæ, tum veneni efferi occaſione: è veſtigio digitum ſupra vulnus arctiſſime conſtrinxi, vt ſanguinem, venenumque, ne ſe latius in corpus diffunderet, exprimerem: Theriacam antiquam in aqua vitæ diſſolui, ex qua intinctum, imbutumque bombacem vulneri impoſui, atque intra paucos dies hoc vno remedio plane conualui. Licet vti & mithridatio loco theriacæ ac pleriſque aliis ex alto ſubacri ſuo calore attrahentibus, vt ſcilla ſub cineribus cocta, alliis, porriſque tritis & impoſitis, hordei farina, cum aceto, melle, & ſtercore caprino ſubacta, impoſitaq; cataplaſmatis inſtar. Quibuſdam ſatis eſt extemplo lauiſſe & fouiſſe vulnus aceto, ſale, & pauco melle. Scribit Galenus, elici à vipera inflictum morſu venenum, impoſito vulneri viperæ capite: aſt alii viperam integram tritam imponunt.

Remedia ad morſum viperæ.

Lib. de theriaca.

De Hæmorrhoo ſerpente. CAP. XVII.


D HÆmorrhous ſerpens id nominis habuit, quia demorſu ſuo ſanguinem ex omnibus icti corporis ductibus ſtillare facit, corpore puſillo eſt, vt vipera, ardentibus igneo quodam fulgore oculis, & cute ſplendidiſſima. Dorſum ei, vt ſcribit Auicenna, eſt maculatum, multis notis nigris albiſque, ceruix anguſta, cauda prætenuis. Pars, quam momorderit, ſtatim nigricat, propter caloris natiui, quam eiuſmodi venenum, tota ſubſtantia inimicum molitur, extinctionem: ſuperuenit ſtomachi cordiſque dolor, afflatis veneni peſtifera qualitate his partibus: Sequuntur dolores illos, vomitus, exoluto ventriculi officio; ſequitur & diarrhœa labefactata omnium aluinarum partium in retinēdo œconomia, inteſtinorumque venis per ipſa ſparſis ſanguinem concluſum retinere haud valentibus. Nam & naribus, ore, auribus, ano, pene, vulua, oculorum angulis, vnguium radicibus, gingiuiſque, quæ putreſcunt, collabentibus inde dentibus, ſenſim ſanguis ſtillare cernitur. Sed & vrinæ ac ſpirandi difficultas ſuperuenit cum lethifera conuulſione. Remedium eſt ſcarificare è veſtigio, inurereque demorſam partem, vel etiam totam, ſi ſalua vita fieri poteſt reſcindere. Inde ex alto euocantia alexiteria adhibere.

Hæmorrhoum vnde dictum. Symptomata.

Mira hæmorrhagia.

E

Hæmorrhoi ſerpentis effigies.



De ſerpente ſeps dicto. Cap. XVIII.

Nominis ratio & ſepis deſcriptio.


SEps ſerpens id nominis habuit, quia parti, quam morſu violarit, ſubitam infert putredinem, virus ſui effera malignitate. Hæmorrhoo non eſt abſimilis, niſi quod caudam ſurſum ſinum more multiplici gyro, contorquet: coloris cinerei hunc ſerpentem eſſe ſcribit Pauſanias, lato capite, collo anguſto, aluo craſſiore, intorta cauda, dum incedit in obliquum deerrare cancrorum more. Cæterum variegatis & à ſe inuicem ſecretis maculis diſtingui villoſi tapetis inſtar. B

Symptomata.

Cauſtici & putrefacientis veneni feritate partem, quam momorderit acerbiſſimo dolore perurit, pilorum defluuium infert, atque, vt addit Aetius, primo manifeſti ſanguinis, paulo poſt vero ſaniei graueolentis ex vulnere facit excretionem. Affectæ partes putrefactæ dealbantur, ac totum corpus vitiligini, quæ Alphos dicitur, ſimili colore inficitur, adeo ſeptici huius veneni diritate, nõ modo ſpiritus exoluuntur, ſed & vniuerſum corpus, quaſi ab igne, peſtifero anthrace, aliiſque putridis tumoribus, calida & humida ſeu ſuffocante aeris conſtrictione ſurgentibus, tabeſcit. Porro opem & hi ſentiunt ex iiſdẽ rebus, quæ in viperæ morſu relatæ ſunt.

Sepis ſerpentis effigies.

C



De Baſiliſco. Cap. XIX.

Quanta veneni vis in baſiliſco.

SErpentum genera omnia veneni diritate Baſiliſcus facile ſuperat. Itaque á Nicandro proditum eſt, quod in quemcunque locum tranarit, reliqua protinus venenata diffugiunt animalia, quod nulla ex eis queant vel ſibilum eius ſuſtinere: cuncta enim hoc necare creditur, non vero ſolo morſu aut contactu, quin etſi quod ex eis ad cibum potumve capiendum properet, & baſiliſci iuxta locũ præſentiam perſentiſcat, recedit, neceſſarii etiam ad vitam alimenti negligens. D

Lib de theriaca.

Baſiliſcum ſerpentem eſſe flauum ſcribit Galenus, capite acuto, & eminentiis tribus, maculis albis diſtinctis, coronæ in modum aſſurgere: quo nomine ſerpentum rex dictus ſit.

Cur baſiliſcus ſolo aſpectu necare credatur.

Certe veneni eius tanta eſt in necando rapiditas, vt inde ſolo cum aſpectu homines reliquaque animantia conficere creditum ſit. Scribit Solinus mortui baſiliſci cadaueri admirandas etiam vires ineſſe. Itaque magno id olim á Pergamenis emptum eſſe, vt eius ad laquearia appenſi præſentia, araneas, aueſq; ab Apollinis templo auerterent: ne ſacro illæ loco telas ſuas texerent, hæ vero nidificarent. Certe eius mortui corpus nullũ animal carniuorum attingit: ſi vero fame coactum attingat, tum & ipſi illico eodem loci mors inſtat.

Plin. lib. 8. cap. 21.

Vim etiam tam perniciem atq; pernicialem ineſſe animantibus illis, quæ ab ipſo demorſæ interierint, quamcunq; in partem ſe conuerterit, herbas, fructiceſq; non contactu tantũ ſuo, ſed & anhelitu ſuffocat. Apud Heſperios Æthiopas fons eſt Nigris:

Catoblepas.

iuxta hũc fera appellatur Catoblepas modica alioquin, cæteriſq; membris iners, caput tantũ prægraue ægre ferens, id deiectũ ſemper in terrã: alias internecio humani generis omnibus, q oculos eius videre, confeſtim expirantibus: eadẽ & baſiliſci ſerpentis eſt vis: Cyrenaica hunc generat prouincia, duodecim non amplius digitorũ magnitudine, candida in capite macula, vt quodá diademate inſigni: ſibilo oẽs fugat ſerpẽtes, tali monſtro muſtellarũ virus exitio eſt, adeo nihil naturæ placuit eſſe ſine pari. E

Nihil in natura eſſe ſine pare.

Iniiciunt eas cauernis facile cognitis, ſola tabe necant illæ ſimul odore, moriunturq; & naturæ pugnã conficiũt. Si magnanimo leoni, ne nihil eſſet, quod timeret, natura inualidũ animal gallũ gallinaceũ oppoſuit, cuius vel ſolo cantu terretur, & in fugam vertitur.

Symptomata.

Scribit Eraſiſtratus percuſſos á baſiliſco demorſæ partis auream flauitiẽ comitari, reliqui vero corporis liuorẽ & tumorem, omnium paulo poſt muſculorũ carnibus fruſtatim putrilagine diffluentibus.

Curatio.

Antidotũ ei parari ex dragma vna caſtorei, diſſoluta in vino & bibita, vel ſucco papaueris. At Ætius ſuperfluum eſſe putat contra baſiliſcum auxilia ſcribere, quando conſpectus modo, & ſibilans auditus, eos, qui ipſum audiunt, tollat, ſimiliterq; ab ipſo conſpectos.

Baſiliſci

A

Baſiliſci effigies.



B

De Salamandra. CAP. XX.

SAlamandra non homines modo demorſos immiſſo veneno interficit, ſed etiam fructus, herbaſque, quas perreptarit, ſaliua, humoreq; craſſo, qui illi è toto corpore exudat, inficit, magno eorum, qui imprudentes herbas illas eſitarint, ſanitatis & vitæ incommodo, quare mirum videri non debet, quod à quibuſdam recentioribus proditum eſt, quaſdam familias ad vltimum interiiſſe, cum aquam è puteis bibiſſent in quos forte Salamandra deciderat. Nam ſi in arborem irrepſerit, fructum vniuerſum inficit, interficitque omnes, qui inde lectos fructus ederint, veneni qualitatibus frigida & humida, quibus aconito non cedit. Scribit Aetius. his, qui Salamandræ veneno infecti ſint, quaſdam corporis partes per ambitum liueſcere, adeo, vt etiam decidant ſæpius putrefactæ. Primum quidem maculas albas per corpus apparere, deinde rubras, poſtea nigras cum putrefactione & defluuio capillorum. Remedium eſt vomitum prouocare, clyſtere aluum exonerare, theriaca & mithridatio potionare. Auicenna
C aduerſus hoc veneni genus eadem præſcribit, quæ aduerſum opium, propter frigidam vtriuſque naturam: alexiterium eſt terebinthina, ſtyrax, ſemen viticæ, folia cupreſſi. Scribit Dioſcorides, Salamandram lacertæ genus eſſe, iners, varium, quod fruſtra creditum eſt ignibus non vri. At Plinius tam frigidam eſſe prodit, vt ſolo contactu ignem extinguat, candentibus carbonibus impoſita. Contra Matthiolus in ingentem flammam coniectam breui conſumi ait. Repugnantes illas ſententias ex Aetio conciliare facile eſt. *Penetrat*, inquit, *hoc animal per ignem ardentem, nihilque læditur, diſſecta & diſcedente ab eo flamma: Si vero per tempus aliquod in ipſo igne moretur, conſumpto frigido in eo humore conſumitur:* Nigricat Salamandra, maculis flauis ſtellatim diſtincta.

Salamandra vis perniciales. *Salamandra temperies.* *Symptomata.* *Curatio.* *Lib. 2. cap. 54.* *Qui Salamandra in ignibus viuat.*

Salamandræ effigies.




De Torpedine. CAP. XXI.

D TOrpedo ab efficacia nomen ſortita, quod ipſius contactu & viribus membra torpeſcant, in limoſis littoribus piſcium carnibus viuit, quos aſtu occupauerit. In imo enim latens ſic illos, qui ſibi propius adſtiterint, ſtupefacit, vt facilè his veſci poſſit. Eaſdem vires contra homines obtinet, ſtuporem enim in piſcatoris non modo brachium, ſed & totum corpus, vel per intermediam piſcatoriam virgam tranſmittit.

Torpedinis predatoria aſtus. *Vis ſtupefactiua.*

Torpedinis effigies.



E

De morſu aſpidum. CAP. XXII.

AB Aſpide ictus vulnus prorſum exiguum, quaſi ab adacta acu, citra tumorem conſpicitur. Demorſis hæc ſuperueniunt accidéria: caligo velox oculos obnubit, labor in totũ corpus multiplex, omnino

Symptomata.

leuis

leuis tamen, mediocris ſtomachi dolor afficit, frons perpetuo reuellitur: genæ contremiſcunt, ciliaque quaſi ſine ſenſu in ſomno vacillant: ſanguis, ille quidem exiguus, ſed ater deſtillat: hos mors, ſubortis conuulſionibus tollit, ad diei trientem non dilata, niſi oppurtunis remediis occurſum fuerit: mas duo vulnera, femella quatuor infert, vt in viperis contingit. A

Curandi ratio. Cæterum quia aſpidis venenum ſanguinem in venis arteriiſq; congelat, ideo aduerſum id calida & tenuium partium exhibenda ſunt, vt mithridatium aut theriaca in aqua vitæ diſſoluta, eademque in vulnus infundenda, calefaciendus æger balneis, frictionibus, ambulationibus & ſimilibus. Cum pars icta purpurea, nigra, viridiſve euadit, ſignum eſt veneni malignitate extincti & ſuffocati caloris natiui. *Hiſtoria.* Tum igitur amputare membrum ſatius eſt, ſi vires ferre poſſint, & nihil ſit, quod impediat. Scribit de Vigo, viſum à ſe Florentiæ circulatorem, qui quo melius & pluris pharmaca ſuo populo venderet, aſpidi mordendum digitum ſuum exhibuit, ſed quadrihorio poſt interiit. *Qua arte aſpides reddantur innoxia.* In quam rem luculentam hiſtoriam apud Mathiolum legere licet, quo loco ſcribit, impoſtores illos, quo magis ſucum faciant, populoque imponant, ſolere venari & captare viperas & aſpides longe poſt vernum tempus, cum ſcilicet lethalius venenum ſuum expuerint: *Gal. lib. de theriaca ad Piſ.* tum ipſas inſolentibus & quibus non aſſueuerint, cibis cicurare, ſic vt curatura multa tandem id conſequantur, vt virulentæ naturæ magnam partem exuant, nec hoc contentos cogere ipſas, vt multiplici morſu fruſta carnis defigant, vt in ea venenum, membranula inter dentes & gingiuas ſita conclusum deponant. B Denique eaſdem compellere, vt adſtringens medicamentum, quod ipſi in eam rem componunt & circumferunt, remordeant, lambant, & deglutiant, quod meatus obſtruat, quibus venenum diffluere conſueuit: tum enim demum innoxium eſſe earum morſum adeo, vt ictus nihil noceant. Illis igitur eas artes eſſe, quibus adulterinam theriacam ſuam cariſſime populo diuendant, quaſi, quæ tutiſſimum ſit aduerſus virulentos ictus remedium, Chriſtophorus Andreas *in œcoiatria* ſcribit, Hiſpaniæ inſulas ſerpentibus, aſpidibus, omnique genere ferarum virulentarum, paſſim differtas & fœtas eſſe: *Contra quorum ſerpentū morſus theriaca nihil profit.* contra quarum morſus nunquam quidquam præſidii in theriaca animaduerſum & compertum ſit. At in ſequenti antidoto vires multiplici experientia comprobatas, adeo certas & inſignes exiſtere, vt illius fiducia non dubitauerit ſe mordendum quantumlubet effero offerre aſpidi. *Certum cōtra aſpidum morſus remedium.* Capit vero id remedium folia thapſi barbati, caryophillatæ, leucoii rubri pari pondere, quæ in aceto acerrimo & ſani hominis vrina bulliant, ad partis læſæ fotum. Quanquam, ſi ab ictu multum iam tempus ſine remedio exactum ſit, omnino ſatius & certius eſſe, ſi æger eius decocti vncias tres C
ieiunus, duabus ante paſtum horis hauriat.

De Colubri morſu. Cap. XXIII.

Hiſtoria. Colubri morſus virulentam malignitatem, eiuſque malignitatis remedia fideli hiſtoria viſum eſt ſubucere. Dum rex Carolus nonus apud Molinios ageret, D. le Feure Regius Medicus & ego vocati fuimus, vt curaremus coquum dominæ à Caſtro-perteo. Hic cum lupulum in ſepibus legeret, ictus manum à latente colubro, ipſa ſtatim ori admota, vulnus, male callidus, ſuxit, ſaniei expreſſione dolorem, vt putabat, leuaturus. Sed extemplo ſic ei lingua intumuit, vt quæ ſentiret, proloqui non poſſet, brachium præterea totum ad ſcapulam vſque ſimiliter in altum tumorem ſublatum, tam acres ei dolorum cruciatus mouit, vt me præſente bis ſyncope præhenſus corruerit, facie flaueſcente & liuida, mortuo ſimilis, ac quamuis de ſalute deſperarem, penitus tamen deſertum hominem non paſſus, laui illi os theriaca in vino albo diſſoluta, eademque addita aqua vitæ potionaui. Tumidum brachium multiplici & profundo ſcarificatu aperui, *Curandi ratio.* qua maxime parte morſus inflictus eſſet, ſanguinem, qui totus ſeroſus ſeu ſanioſus erat, fluere copioſius permiſi, plagas theriaca & mithridatio in aqua vitæ diſſolutis laui, ægrum deinde in lecto calidiſſime ſtatui, ſudore procurato, & vigiliis iugibus imperatis, ne ſomnus veneni ad viſcera faceret euocationem. Hac arte tantum profeci, vt poſtera die ſymptomatum omnium D
malignorum eſſet expers. Itaq; id vnum ad perfectam ſanitatem reſtare putaui, vt vulnus diu apertum teneretur, & theriaca ablueretur, nec me fefellit opinio, paucis enim poſt diebus omnino conualuit.

De Buffonum morſu. Cap. XXIV.

Buffonum morſus quā noxius. Etſi Buffones dentibus careant, gingiuis tamen, quas prædutas & ſcabras habent, partem, cui adhæſerint, ſic arcte conſtringunt, vt venenum ſuum in partem, totumque inde corpus per conſtrictæ partis poros adigant. Id inſuper venenum mictu, ſaliuatione & vomitu in herbas eructant, præſertim vero in fraga, quæ vehementer appetere dicuntur. Hinc repentinæ & occultæ mortis cauſa multis conflatur. *Hiſtoria.* Auditum habeo à viro fide digniſſimo, extitiſſe mercatores duos, qui non longe ab vrbe Tholoſana, interim dum pararetur prandium, in hoſpitii hortum cum deambulandi cauſa ſoli diuertiſſent, folia ſaluiæ legerunt, eaque illota vt lecta fuerant, in vinum ſuum merſerunt. Nondum pranſi erant, cum illis repentina vertigine præhenſis totum diuerſorium ſuſque deque verti viſum eſt, *Qua buffonū venenū ſymptomata inferat.* tum occæcati in ſyncopem lapſi ſunt, obortis per interualla conuulſionibus interruptam. Cæ- E
terum labris linguaque nigricantibus balbutiebant, aſpectu toruo, & horrido, cum effreni vomitu, ſudore frigido, mortis, quæ mox illis, in altum tumorem toto corpore ſublatis, contigit, prænuntio. Cum de veneno ipſis exhibito iuſtitiæ eius municipii cuſtodibus iniecta eſſet ſuſpicio, manus in hoſpitii dominum omneſque conuiuas iniectæ ſunt: *Qui planta & arbores afflare & aſpergi aura.* quæſtione habita conſtanti & vna voce ſinguli reſponderunt, iiſdem mortuos illos cibatos potionatoſque, quibus & reliqui, hoc vno excepto, quod ſaluiam vino ſuo non affudiſſent. Quæſitum ex Medico eſt, num ſaluia veneno infici poſſet. Reſponſum eſt poſſe: ſed in rem præſentem veniendum, vt innoteſceret, num virulenta aliqua fera ſaliua ſua

& ſanie

A & ſanie venenata arbuſculum aſperſiſſet. Id leuicule & per coniecturam tantum pronuntiatum, oculis verum compertum eſt. Subterraneum enim foramen ad eius radicem inuentum eſt, totum buffoonibus differtum, qui inſtillata aqua tepida illecti, fidem fecerunt venenum à ſe in plantam illam ſaliua & vrina illarum: Ex quo intelligere licet, quam parum prudenter agant, qui herbas fructuſque recenter lectos illotos deuorent. Cauendum etiam, ne in agris obrepente ſomno decumbamus iuxta foramen, quod ſibi velut domicilium buffones aut ſimilis perniciei aliæ virulentæ feræ delegerint. Inde enim in pulmones duci poteſt aura venenata, lethifera. Abſtinendū eadem de cauſa à ranarum eſu menſe Maio, quod tum buffonibus prolis gratia coeant. A bobus inter paſcendum exiles nonnunquam buffones vna cum herbis deuorantur, futori mox magna mali cauſæ: inde enim tantum boues intumeſcunt, vt ſæpe rumpantur. Nec vero buffonum venenum intus modo ingeſtum perniciale eſt, ſed etiam cuti aſperſum: niſi quis locum ſtatim abſterſerit vrina aut aqua & ſale. Admiſſo buffonum veneno ægri flaueſcunt, toto corpore intumeſcunt, diſpnoea aſthmatica corripiuntur, vertigine, conuulſione, ſyncope & tandem morte prehenduntur. Hæc tam horrenda ſymptomata nonmodo ratione elementarium huius veneni qualitatum, frigiditatis & humiditatis, quæ ſummæ buffonum veneno inſunt, ſed multo magis occultæ proprietatis, quæ nata eſt humores eius corporis, ad quod peruenerit, putrefacere, cre-

E ſanie virulenta ſonarum venenatarum queant.

Vel ſolo afflatu buffones nocere.

Rana maiales.

B dendum eſt contingere. Ergo procurare vomitum oportebit, ſi præſertim ore id ſumptum venenum eſt, clyſterem indere, veneni vim omnibus alexiteriis calidis & attenuantibus infringere, vt theriaca & mithridatio in vino generoſo diſſolutis: tandem vero balneis, æſtuariis, & valido multoque exercitio ipſum digerere. Rondeletius *lib. de Piſcibus*, eadem illa de veneni buffonum, quæ diximus, diritate adſtruit, raro tamen ipſos mordere, ſed vel vrinam, quam multam in ampla veſica colligunt, vel ſaliuam ſputumque virulentum in obuios & eos, qui adoriūtur, eiaculari: quin etiam herbas, vel venenato eorum ſpiritu afflatas, multo magis vrina vel ſaliua aſperſas, his, qui eas eſitant, ad mortē ſufficere. Alexiteria vero eſſe ſuccum betonicæ, plantaginis, artemiſiæ, præterea & teſtudinis ſanguinem, cum farina in pilulas ſubactum, mox in vino diſſolutum & ingeſtum. Proditum à Plinio eſt, buffonum corda & lienes venenis obſiſtere. *Falſa vulgi opinio eſt, in buffonum capitibus lapillum reperiri chelonitidem, aduerſum venena efficacem.*

Curandi ratio.

Alexiteria ad buffonū venenum.

Chelonitis.

De Scorpii punctura. CAP. XXV.

SCorpius *animalculum* eſt *corpore in oui formam obrotundo, multis pedibus, & cauda oblonga, vertebris multis, tanquam articulis coagmentata vertebrarum eiuſmodi vltima, reliquis craſſior & paulo longior eſt, ad cuius api-*

Scorpii deſcriptio.

C *cem præfixus eſt aculeus, quibuſdam duplex, cauus, frigido veneno differtus*, quod defixo illo aculeo in corpus obuium eiaculatur, vtrinque quinque habet crura, chelis & forcipibus ſolidis furcata, anteriora duo reliquis grandiora ſunt, fluuiatilibus aſtacis haud abſimilia: ſubatro & veluti fuligineo colore eſt, obliquo inceſſu, roſtro, pedibuſque tam pertinaci ſæpe adhæſu obuiis hominibus ſe affigens, vt vix inde auelli poſſit. Sunt, qui alas habent ſimiles alis locuſtarum, ſata, virentiaq; omnia morſu & vredine vaſtantiū. Tales Galliæ ignoti ſunt: Euolant hi, regiones varias, volantium formicarum inſtar. Id ex eo, quod narrat Mathiolus, fit veriſimile, quia Caſtellę in Hiſpania coloni terram fodiendo ſæpe ſcorpiorum agmen reperiunt. quod eo ſe hyeme intulit. Scribit Plinius, Scorpiones, Æthiopicæ cuidā regioni fugatis colonis, vaſtitatem induxiſſe. Multas ſcorpionum ſpecies Veteres diſtinxere, pro colorum, quibus prælucent, varietate: nam alii flaui, alii fului, ruffi rutilive, alii cinerei, alii virides, alii albicantes, alii atri, obſcurique, alii alis prædiri, alii minime, pro regionibus, quas incolunt, magis minuſve lethales perhibentur. In Thuſcia enim & Scythia plane lethiferi ſunt, at Tridenti & in Pharo inſula innoxio ictu. Locus à ſcorpio venenato defixus ſtatim inflammari incipit, rubeſcit, induseſcit & tumeſcit, viciſſimque dolore premitur, modo ſiquidem æſtuat, modo frigore occupatur, labor repente fatigat, ſubinde auctior, ſubinde remiſſior: conſequitur ſudor, horroris febrilis ſenſus & capillorum arrectio, pallor membra deco-

Scorpii cauda.

Scorpii alati

Symptomata, quæ ſcorpii venenum infert.

D lorat, & tanquam ex pungente acu per vniuerſam cutem dolor ſentitur: flatus per ſedem exeunt, vomiturit æger & egeſturit, ſed fruſtraneo conatu, febri continua & ſyncopali habetur, tandem mortifera, niſi occurſum fuerit. Scribit Dioſcorides, terreſtrem ſcorpionem tritum & impoſitum ſuæ plagæ remediū eſſe, quin & aſſarum ad eadem comedi. Commune, ſed certum alexiterium eſt, plagam perungere ipſo ſcorpionum oleo. Sunt, qui lac ficulneum vulneri inſtillant, alii calamentum tritum imponont, alii farinam hordeaceam rutæ decocto ſubactam. Limaces cum teſta triti & impoſiti dolorem ſtatim ſedant. Sulphur ignem non expertum, reſina terebinthina exceptum, & emplaſtri modo adiectum opitulatur, opitulatur & ruta trita impoſita. Similiter &, quæ inde nomē traxit, ſcorpioides herba confert, & bryoniæ radix elixa, & cum pauco ſulphure ac veteri oleo mixta. Agaricum in pollinem redactum, vel ex vino ſumptum, venenorum antidotum Dioſcoridi cum ſit, certe ſi ſerpentes ictum vibrarunt, morſumq; ſubfixerunt, mire auxiliatur. Horum tamen omnium vicem penſat iugis balnei vſus, euocatus ſudor, & dilutæ vini potiones: fugantur vero ſcorpii ſuffitu ex ſulphure & galbano oleum quoque ſcorpionum, ipſorum foraminib. inſtillatum, exitu eos arcet. Idem præſtat raphani ſuccus. Nam vel eo vel allii ſucco oblitum hominem nunquam adorientur: imo ne ad eum quidem accedere propius audebunt.

Lib. 2. c. 10. & lib. 6. cap. 44.

Dioſcor. lib. 3 cap. 1.

Allii vel raphani ſucco arceri ſcorpios.

E

De morſu & punctura Apum & Erucarum. CAP. XXVI.

APes, Veſpæ, Crabrones, Fuci, Oeſtra, morſu puncturave cute vulnerata ingentem dolorē inferūt, propter veneni, quod in corpus per vulnus immittunt, diritatem, haud ſemper tamen lethalem, quanquam ſi quando denſiore agmine in hominem inuolent, interficere poſſunt. Sic enim & equos ali-

Veſparum, crabronum & aſtrorum puncturas haud ſemper eſſe lethales.

quando interfecerunt. Ergo quia ab his puncti aut alioqui icti propter doloris acerbitatem à virulentiore & lethaliore animali vulnus ſibi inflictum putant, ſciendum, quæ eiuſmodi ictus ſigna comitentur. Ingens igitur ſtatim dolor oboritur, qui eouſque perſeuerat, quoad denticuli, aculeive in parte relicti exempti fuerint. rubore pars ſuffunditur, tumore circum attollitur, puſtula denique veſiculave aſſurgit. Remedio eſt è veſtigio ictum ſuxiſſe vehementius, ſuctuque infixos aculeos reuulliſſe, quod ſi ſic reuelli nequeant, locus, ſi nihil impediat, incidendus eſt, vel cineres cum fermento & oleo ſubacti imponendi. Salubriter etiam in calentem aquam pars demergitur, & per integram fere horam fouetur, tandemque aqua marina abluitur. Naſturtium tritum & impoſitum dolorem ſedat, humoremque tumore contentum diſcutit. Idem præſtat fimus bubulus, in oleo & aceto maceratus, calensque impoſitus. Sunt qui eadem animalcula trita parti allinunt, & imponunt, quemadmodum de ſcorpiis dictum eſt. Fabæ præmanſæ & impoſitæ dolorem ſedant. Acetum, mel, & ſal calidiſſime impoſita proſunt, ſi præterea intinctus pannus relinquatur in parte; remedio eſt & ſulphur viuum ſaliua humana ſubactū. Ficuum immaturarum lac melli concorporatum efficacius eſſe putant, multum tamen theriaca illita præſtantius. Veſpæ non mordent punguntve eos, qui corpus ſuum ſucco maluæ cum oleo mixto oblinierint; citiſſime fugantur ſuffitu ſulphuris & aliorum. Veſpa ſicubi viperam mortuam viderit, in eius virus demergere aculeum dicitur, indeque homines tingendorum intoxicandorumq; telorum, artem edoctos. Erucæ tuſſæ & piloſæ, multipedes Latinis dictæ, maxime quæ pinorum alumnæ ſunt, ingentem pruritum, ruborem, tumoremque in parte, quam momorderint, aut quacunq; ratione attigerint, ſi præſertim duriore attritu, excitant. Remedio ſunt cæpæ contritæ cum aceto, & ſingula, quæ ante ſunt commemorata.

Symptomata punctura veſparum & crabronum. *Remedia.* *Intoxicandorum telorum artem vnde didicerimus.* *Erucarum morſus quales.* A B

De morſu Araneorum. Cap. XXVII.

Araneorum differentia.

ARanei telas varia arte texunt, in his tamen foramen ſibi ſemper excauant, in quo tanquam in inſidiis latentes, irretitas muſcas retinere in eſcam ac deprædari poſſint. Araneorum multa ſunt geone-
1 ra; vnum *Rhagium* dicitur, rotundum, acino nigro ſimile, vnde nomen habuit, ore minimo ſub media
2 aluo, pedibus breuiſſimis tanquam imperfectis, dolor à morſu eius qualis à ſcorpione. Alterum *Lupus*
nuncupatur, quod non tantum muſcis inſidietur, ſed & apibus & veſpis, omnibusq; ad telam aduolan-
3 tibus animalculis. Tertium *Myrmecion* nominatur, formica maius eſt, ſed capite illi ſimili, corpore ni-
gro & lucentibus tanquam guttis albis, deorſum maxime verſus intercurſantibus diſtinctu. Quartum
4 *Veſparium* dici poteſt, veſpis nempe cætera ſimile, niſi quod alis careat, colore ſubrubro, herbis tantum C
victitans, horum morſus virulentos eſſe Veteribus creditum eſt. Venenum vero ex en frigidum videri, quod quæ emergant ſymptomata, ſint flatus in aluo, extremitatum corporis refrigerationes, ſtupor in demorſa parte cum frigoris ſenſu, & horrore. Abluendum è veſtigio vulnus aceto quam calentiſſimo. Imponere inde cæpas & allia contrita decet: ſudorem denique arte, balneis & æſtuariis prouocare; nihil tamen æque efficax eſt, atque theriaca & mithridatium.

Qualeſit araneorum venenum.

De Cantharidibus & Bupreſti. Cap. XXVIII.

Cantharidum deſcriptio. *Bellum indixere veſicæ.* *Qualia excitant ſymptomata.* *Remedia ad cantharides.* *Hiſtoria.*

CAntharides aureo velut colore ſplendent, viſu gratę propter cæruleum colorem aureo diſtinctum, odore tamen ingrato. Calidæ ſunt & ſiccæ in quarto gradu, adeoque cauſticæ, & arrodentes, venenatæque: non tantum perurentis illius qualitatis occaſione, ſed ob cæcam quandam, quam natura illis indidit aduerſum vrinæ dicatas partes, diſcordiam & antipathiam: cuius effectus proferunt nonmodo ſi ore in corpus ingerantur, ſed etſi corpori ad excitandas veſicas applicentur. Quibus hę datę ſunt, picē aut ſimile quid cedrię reſipiunt, odorem illum manare veriſimile eſt à liquatis putredinoſo calore, in ventriculo, inteſtinis, & hepate humoribus, ſublatisq; inde vaporibus: ingeſtę enim, ab ore ad ventrem vſq; cuncta arrodunt, exulcerant & perurunt: vnde dyſenteria, manantibus excrementis carnium recēs mactatarum lotura referentibus. Hinc febris ardens ſuperuenit, vertigo, amentia, iactatio, vaporum à fuſis vſtulatisq; partibus & humorib. elatorum copia turbato cerebro, quę ideo cum apparent, immedicabile eſſe malum ſcire licet. In partib. vrinę dicatis ardorem inflammatorium excitant, excoriationem, penis inuitam arrectionem, inde cruentam & dolorificam ſtranguriam, cuius loco perfecta ſæpe ſuperuenit iſchuria, vnde gangręna & partis necroſis, toti mortifera. Ingeſtis cantharidib. remedium eſt vomitus, lactis bubuli potus temperando ardori, ſiccitati corrigendę, mitigandis vlcerib. & dyſenteriæ ſiſtendæ perutilis: adeo per clyſteres etiam id lactis genus infundendum. Eius loco vti licebit oleo communi vel amygdalarum dulcium ad veneni ventriculi parietibus affixi retundendam acrimoniam. Reliquam & integram huius veneni curandi rationem licebit ex ſequenti hiſtoria colligere. Scortū quoddam, quo iuuenem Abbatem, in ſui amore detineret, lauta cœna excepit, additis etiam conditibus puluiſculo cantharidum conſperſis. Poſtera die cum merum ſanguinem ano virgaque rigida Abbas redderet, Medicos vocauit: qui ſtatim, ex commemoratis ſupra, quæ ipſi abunde aderant, ſymptomatibus, intellexerunt, et cantharides exhibitas fuiſſe, vomitoriis ergo aluum ſuperne ciēt, clyſteres ex hordeo mundato, oryza, decocto maluarum, ſeminis lini, fœnugræci, oleo liliaceo, ſebo hircino infundunt, paucam mox theriacam cum multa conſerua violarum, quę venenū foras eliceret, exhibent, lac potandum præbent, iniectiones in vrethram & inteſtina, ex refrigerantibus, vt ſuccis lactucæ, portulacæ, cucumeris, cucurbitæ, melonum, ex lentis & viſcidis, quo facilius & diutius vlceratis partibus blādo oblitu adhæreſcerent, vt mucaginibus pſilii, maluarum, cydoniorum, ſyrupo de nenuphare, papauere & violis, butyro recenti, & oleo amygdalarum dulcium fieri procurant, ſolum hordei decoctum, D E

A coctum, aut priſanam vulgo dictam ei in potum concedunt, cibant vitulinis, hœdinis, & porcellorum cum lactuca, portulaca, hordeo, & violaria elixis carnibus: quæ ſua humiditate aluum laxarent, & lentore inductam aſperitatem oblinirent, refrigerantia lumbis, pectini, & perinæo admouent ad ardorem temperandum: Tandem in balneum tepidum ægrum demergunt, nihil denique non tentarunt, ſi qua arte venenum foras elicere aut infringere poſſent; Sed fruſtranei omnes illorum fuere conatus: Interiit enim Abbas non remediis conuenienter præſcriptis deſtitutus, ſed veneni efficaci contumacia victus. Longe fœlicius ceſſit nobili cuidam mulieri Medicorum labor aduerſus hoc ipſum malum; rubris huic & ardentibus fœdisque puſtulis facies vniuerſa deformis erat, adeo vt hanc tanquam elephanticam omnes aduerſarentur, parati hominum conſortio interdicere: Lutetiam venit, vocatisque Hollerio & Grealmo Medicis, me vero & Caballo Chirurgis, anxie quærit, ecquid aduerſum faciei tantam deformitatem remedii ſit. Expenſo diligẽter malo, elephantia vacare ipſam pronuntiamus. Cęterum vniuerſæ faciei imponendum eſſe veſicatorium ex cantharidibus; tribus vel quatuor horis poſt è facultate in actum redacto medicamento, inſigniter illi ardere veſica, ceruix vero vteri intumeſcere cœpit, cum torminibus, aſſiduo vomitu, mixtione & deiectione, corporis & membrorum phanatica iactatione, febre B perurente & plane ignea. Cogo repente Medicos, in eam ſententiam itum eſt, vt illi lac multum potandum exhiberetur, per anum in inteſtina per vrethram in veſicæ & vteri ceruicem iniiceretur, in lauacro tepido decoctionis ſeminis lini, radicum & foliorum maluæ, biſmaluæ, violariæ, hyoſcyami, portulacæ, & lactucæ ad doloris vſque ſedationem contineretur. Lumbi & genitalia vnguento roſato & populeone in oxycrato agitatis & concorporatis linerentur. His artibus mitiuerunt omnia ſymptomata. E facie interim tota in veſicas ſublata, cum purulenta multa ſanies proruPiſſet, euanuit in perpetuum, quæ ante faciem occupabat, deformitas, adeo, vt paulo poſt viro deſponſata, multa prole fœlix, hodie etiam ſuperſtes incolumi ſanitate fruatur.

Victus his vtilis quos cantharides male habet. — *Hiſtoria.* — *Etiam capiti admotas cantharides veſicam vlcerare.* — *Remedium ad puſtulas elephanticas.*

Bupreſtes & ipſæ de cantharidum genere ſunt, ipſis nempe tũ ſpecie tũ vitib. abſimiles. Bupreſtin ſi bos, veruexve, aut aliud animal inter paſcendum deuorarit, continuo tympani inſtar intumeſcit, ex quo & nomen inditum: homo ſi ingeſſerit, ſimilia, quæ à cantharidibus, patietur, ſed præterea tam ventriculus, quam tota aluus mirum in modum vt in aqua inter cutem difflata, turgeſcit. Inflationem illam tympani ſimilem contingere veriſimile eſt ab humoribus, veneni ignea acrimonia, liquatis & in vapores reſolutis. His eadem, quæ potis cantharidibus, auxiliantur. Deniq; vt in omni alio veneno ingeſto, ſic & C hic: ſi virus ore ſumptum adhuc in ventriculo eſſe intelligatur, vomitus prouocandus eſt: Si in inteſtina deſcenderit, clyſteribus euocandum: Si in vniuerſum iam corpus effuſum, ea exhibenda, quæ vim habẽt exigendi veneni intus foras à centro ad circumferentiam, cuiuſmodi ſunt balnea & æſtuaria.

Nominis ratio. — *Cur a bupreſti aluinarũ partium inflatio.* — *Remedia ad bupreſtes.*

De Hirudinibus. Cap. XXIX.

VIrulentæ ſunt hirudines; præſertim vero, quæ aquarum limoſarum ſunt alumnæ: minus illæ, quæ nitentes & puras aquas incolunt. Itaque quoties in vſum medicum venire debent, ante dies aliquot ſunt aqua lympida continendæ, vt illic ſaniem ſuam deponant: alias partibus, quibus morſu adhæſerũt, vlcera relinquunt curatu difficilia, eoque magis, ſi vi auellantur: quia denticulos ſuos in carne defixos relinquunt. Qui igitur forte hirudinem deuorant, interrogandus eſt de parte, in qua hirudo ſui, id eſt, ſuctionis ſenſum excitet. Nam ſi in gulæ principio vel medio adhæſerit, quo reuellatur, proluendæ ſæpius fauces erunt collutione ex ſynapi in aceto diſſoluto. Si iuxta ventriculi orificium impegerit, oportet vt ſenſim deglutiat oleum æger cum pauco aceto. At ſi ſtomacho vel ventriculi fundo adhæreat, par-D tium diuulſione, quandam velut ſuctionis imaginem præbebit, ſanguinem expuet æger, ac præ timore melancholicus fiet. Inde vt reuellatur, ſorbenda aqua tepida cum oleo, quod ſi ne ſic quidem erui poſſit, admiſcenda aloe, aut quid ſimili amarore præditum, ſic refigetur, & vomitu exeludetur. Id cernere licet in his, quæ externæ cuti adhærentes, rerum amararum conſperſione, cruoris plenæ, vel inanes decidunt. Tum ſumenda adſtringentia, quæ ſanguinem ex demorſa parte manantem compeſcant, cuiuſmodi eſt conſerua roſarum cum terra ſigillata, bolo armeno, atq; aliis, quæ validius adſtringunt, ſi opus ſit. Nam ſi craſſiori venæ alicuius vel arteriæ ramo adhæſerint, difficilius erit currentem ſanguinem ſiſtere. Sed quoniam non modo terra virulenta animalia educat, ſed mare etiam, de his nunc dicendum, à Muræna ducto exordio.

Quæ hirudines ſint virulentiores. — *Quo praparanda in vſum medicum.* — *Varia pro partium, quibus adhærent hirudines, varietate remedia.* — *Hirudinum corpori affixarum lapſum quo procuretur.*

De Muræna. Cap. XXX.

MVræna *piſcis marinus eſt, lampetræ ſimilis, latior tamen & rictu ampliore, dentibus longis, acutis, & introflexis, colore eſt fuſco, ſubalbis maculis diſtincto, duorum cubitorum longitudine.* Veteribus in deliciis erat, quia laudabili ſucco eſt, & quia diu in piſcinis viua nutritur, & quando viſum eſt, apponi poteſt, quemadmo-E dum ex Craſſi hiſtoria ſatis notum eſt, morſu ſuo eadem, quæ vipera, infert ſymptomata, quibus eadem etiam remedia auxiliantur. Certe murænæ tanta eſt cum vipera familiaritas, vt illo relicto natali maris elemento in terras inſiliat, viperamque in ſua vſque latibula perquirat, vt ei ſe venereo coitu coniungat, quemadmodum ab Æliano & Nicandro eſt proditum.

Murana deſcriptio. — *Vipera & murana naturalis amicitia.*

De Dracone marino. Cap. XXXI.

DRaco marinus, Viuæ nomen apud Gallos, à viuacitate obtinuiſſe creditur: quod expiſcatus, & mari ſubductus diu poſtea viuere dicatur, venenati ſunt eius aculei, illi maxime, qui ad branchiarum apices ſunt. Quæ cauſa eſt, cur ei piſcium generi caput amputent coqui, antequam in menſa offerãt: imo

Rhotomagi non ante macello exponitur, quam caput exemptum fuerit: ictum pars vulnerata grauiter A dolet, cum inflammatione, febre, animi deliquio, gangræna & necroſi mox lethifera, niſi occurſum celeriter fuerit. Non ita pridem vxor Fromagetii curiæ libellorum ſupplicum ſcribæ, huius piſcis aculeo icta eſt in digito medio: ictum ſubſecuti ſunt partis tumor & rubor ſine magno dolore. Cum videret tumorem in horas augeri, vicinæ ſuæ vxoris Bragelonii rerum priuatarum iuridici comitialis, quæ ex ſimili caſu neglecto paulo ante interierat, periculis facta cautior, me accerſit, ego intellecta morbi cauſa, digito dolenti totique pariter manui cataplaſma impoſui ex craſſiore cæpa ſub prunis cocta, fermento & pauca theriaca. Poſtera die iuſſi, vt manum totam demergeret in aquam calentem, ad venenum foras eliciendum, mox multiplici ſcarificatu, ſed ſuperficiario, cutem in ambitu diuiſi, diuiſionibus hirudines appoſui, ſuctu detracto ſufficienter ſanguine, theriacam in aqua vitæ diſſolutam admoui. Sequenti die detumuerat manus, doloris plane expers, pauciſque poſt diebus plane conualuit. Hunc piſcem diſſectũ ſuoque vulneri impoſitum remedio eſſe ſcripſit Dioſcorides.

A dracone marino icti quo patiantur.

Hiſtoria. Remedia ad ictos a dracone marino.

De Paſtinaca. CAP. XXXII.

QVi à marina Paſtinaca percuſſi ſunt, vt ſcripſit Aetius, his vulneris locus manifeſte apparet. Sequitur autem dolor pertinax, & totius corporis ſtupor: Cumque acutum & firmum habeat aculeum, B quo vehementiſſima vi in altum impulſo nerui ſauciantur, fit, vt in aliquibus mors derepente totum conuellens corpus, comitetur. Quin & arboribus, quarum radicibus infixus fuerit, exitialis eſt & mortiferus. Quanquam dentium doloribus vtilem, ſi eo gingiuæ circumſcalpantur, prodit Plinius: imo in pollinem redactum cum elleboro albo, vt per ſe ſine alia vi, nullo dolore excidant, perficere. Vtiliter comeditur iſte piſcis, ſi caput & caudam exceperis, quibuſdam duo ſunt aculei, aliis vnus tantum; acuti ſunt illi aculei, vtrinque denticulis ad caput conuerſis ſerrati, ſcribit Oppianus illos virulentiores eſſe Perſarum ſagittis toxico tinctis: veneni enim vim ſeruare piſce mortuo, quam non in animantia modo, ſed & in plantas exerant. Piſcatores capto huic piſci, ſtatim aculeos detrahunt, ne veneno lædant. Quod ſi forte icti fuerint diſſecto hepar eximunt, & vulneri imponunt: vſtus præterea piſcis in pollinem redactus, vulneris ſui verum eſt alexiterium. Viuit paſtinaca in locis cœnoſis iuxta littora maris, piſcibus, quos ſuo aculeo, denticulos in eam rem ad caput conuerſos habente, venatur & retinet. Non eſt abſimilis Raiæ, eius ob id effigiem hic appoſui.

Quæ patiuntur percuſſi a paſtinaca.

Lib 9. ca 48. Quam virulentus ſit paſtinacæ aculeus.

Paſtinacæ marinæ effigies; C



D

E

De Leporine marino. CAP. XXXIII.

LEpus Marinus Plinio maſſa, ſeu informis caro nominatur. Galenus enim limaci, teſta exempto, ſimilem adſtruit: valde virulentus eſt Veterum omnium iudicio, quare non eſt eius inutilis cognita deſcriptio: ne forte imprudentes veſcamur, intentius intueamur, aut olfaciamus: tum etiam vt eo poſſimus vti aduerſum venenum ſuum: non maris modo, ſed & ſtagnorum marinorum, præſertim cœnoſorũ

Leporis marini deſcriptio.

incola

A incola eſt. Coloris eiuſdem cum pilis leporis terreſtris, foramen ei in capite eſt, quo carnem quandam profert, retrahitque, cum viſum eſt. Pauli, Aetii, Plinii, Galeni, & Nicandri vna eſt & conſentiens opinio, grauidam mulierem ſi hunc intentius intueatur, vomituram, mox vero aborſuram. Qui huius venenum biberunt, ait Dioſcorides, hi alui dolore afficiuntur, & vrina ſiſtitur. Si vero vrinam reddunt, cruenta illa eſt & ſanguinea: ſudore manant fœtido, & virus piſcium redolente: bilioſus vomitus ſanguini interdum promiſcuus ſubſequitur. Toto illos corpore flaueſcere ſcribit Aetius: facies intumeſcit, pedesque, ſed præcipue membrum genitale, quæ cauſa eſt, cur non libere fluat vrina. Galenus proprium leporis marini eſſe ſcribit, vt pulmonem exulceret. Alexiterium eſt lac aſininum, vel paſſum continue datum: aut radicis maluæ, foliorumque decoctum. Ad capillorum defluuium vtilis eſt: eius hic effigiem ex Rondeletii *de Piſcibus libro* appinxi.


Conſpectum leporem marinum abortum facere.

Quæ patiantur ingeſto leporis marini veneno.

Alexiteriũ ad leporis marini venenum.

Leporis marini effigies.

B



De Felis veneno. CAP. XXXIV.

FElis cerebrum deuoratum, nonmodo homini venenum & peſtiferum eſt, ſed præterea eiuſdem pilus, anima, quibuſdam etiam & conſpectus eſt exitialis. Et ſi vero omnis pilus, nihil cogitantibus nobis ingeſtus, ſuffocando ſit ſatis, obſtructis reſpirationis inſtrumentis, felis tamen pili occulta quadam vi cæteris ad hanc rem nocentiores perhibentur, ſed & eorum ſpiritus tabifico quodam veneno infectus eſt. Nouiſſe enim ſe quoſdam ait Mathiolus, qui cum felibus adeo delectarentur, vt nunquã ſine ipſis lectum ſomni cauſa peterent, inſpirato inde diutius vna cum aere eorum ſpiritu in tabem viciato pulmone incidere. qua tandem confecti obiere. Quinetiam lædere illos ſuo oculorum intuitu, ex eo conſtat, quod quidam reperiantur, qui his viſis aut auditis pauore quodam illico conſternentur, quanquam id non ex felium modo malefica vi prouenire exiſtimauerim, ſed etiam ex propria hominũ natura, congenita & à cœlo demiſſa qualitate; *Cum*, inquit Mathiolus, *Germanus quidam hyemis tempore nobiſcum cœnaturus in hypocauſtum intraſſet, quo plurium amicorum ſodalitas conuenerat, mulier quædam huius viri naturæ conſcia, ne is viſo felis catulo, quem educauerat, iratus diſcederet, illam in arcula quadam in eodem cœnaculo concluſerat. Sed quamuis nec vidiſſet ille, nec audiuiſſet catulum, cũ pauco poſt tempore aerem felis halitu infectum inſpiraſſet, irritata ſtatim ea temperamenti qualitate felium inimica, prorumpente ſudore, pallida admodum facie omnibus admirantibus conclamarē cœpit tremebundus. Hic aliquo in angulo latet felis, nec niſi fele foras elato ſibi reſtitui potuit.* Cæterum qui felis cerebrum in cibis ederint, crebris percelluntur vertiginibus, fiuntque ſubinde ſtolidi & amentes. Sanantur procurato vomitu, exhibitoque huius veneni alexiterio, id eſt, moſchi dimidio ſcrupulo in vino diſſoluto & epoto. Sunt, qui Diamoſchi confectionem quotidie mane horis quatuor ante cibum præſcribant. Ex his intelligere eſt, quam minime fabuloſum ſit, quod vulgus dictitat, *feles infantibus eſſe exitiales*, ipſorum enim ori, toto corpore incumbentes, fuliginis exitum & thoracis motum intercipiunt, ac peſtifera, quam de ſe dimittunt, aura & exhalatione tenellorum infantum ſpiritus inficiunt & præfocant.

C

Felis ingeſtum pilum maxime ſuffocare.

Felis auram pulmoni eſſe tabificam.

Hiſtoria.

Mira felis & hominis antipathia.

D

Alexiteriũ ad felis cerebrum.

Feles infantibus præſertim eſſe noxios.

De Plantarum quarundam venenis. CAP. XXXV.

DE ſcriptis animalium venenis, ad ea, quæ plantarum ſunt, nunc veniendum, initio à Sardonia ducto, quam & Apium riſus nominant. Ranunculi hæc ſpecies eſt, quæ veſcentibus mentem adimit, & quadam neruorum diſtentione labia in rictum contrahit, vt riſus ſpeciem præbeant; ab hac affectione de ſardonio riſu Adagium in vulgus infauſto omine, manauit. Eius, vt loquuntur, bezahardicum eſt meliſſæ ſuccus.

A Sardonia Sardonium riſum.

Sardonia bezahardicum.

Napelli ſucc⁹, fructus, ſubſtantiave ſumpta, hominem eodem die interemit, vel quod tardiſſimũ eſt, triduo. Imo, qui antidotis, alexiteriisque mature & conuenienter exhibitis, lethiferam eius vim euadunt, in febrem hecticam & maraſmum incidunt, vel epilepſiæ redduntur obnoxii, quemadmodũ ab Auicenna eſt proditum. Indeque eſt, quod Barbari in eo tela tingunt: Statim enim labra inflammantur, lingua vero intumeſcit adeo, vt præ tumore ore amplius contineri nequeat, ſed foras magno horrore prodeat, oculi inflammantur è capite prominuli, vertigine & animi deliquiis tentantur ægri, crura præ debilitate promouere nequeunt, toto corpore turgiduli & cachectici, tanta huius veneni feritas eſt. Bezahardicum eius proditur eſſe animalculum quoddam, quod muris inſtar in radice napelli gignitur & victitat: ſiccatum enim & duarum dragmarum pondere bibitum remedio eſt. In eius inopia vtilicet ſemine raphani, aut napi epoto, oleo ſcorpionum corpore vna perun cto.

E

A napelli veneno feritas.

Napelli bezahardica.

Mus napelli

Dorycino & ſolano manico ſeu mortali accidentia effectaque ſunt haud multum diſſimilia. Do-

A dorycini veneno quæ ſymptomata.

rycinum epotum lactis ſaporem in guſtu refert, continentes ſingultus ciet, linguam humoris pondere A vexat, ſanguinem ore, mucoſa quædam quaſi dyſentericis aluo excerni cogit. Remedio ſunt conchylia omnia tam cruda, quam toſta, locuſtæ etiam marinæ, & gammari, & pota eorundem iuſcula.

A ſolano manico quæ ſymptomata.

Solani vero manici radix dragmæ vnius pondere pota ex vino, ſpecies faci vanas, imaginesq; non iniucuodas obuerſari, ſed duplicatus hic modus, ad tres vſque dies mentis alienatiooem adfert, quadruplicatus vero interimit. Eadem huic remedia ſunt, quæ & dorycino.

Ab hyoſcyamo quæ ſymptomata.

Hyoſcyamus potus aut comeſus ſimilem ebriis alienationem mouet: hanc inſequitur corporis iactatio cum diſtortione, exolutio animi deliquio ſimilis. Sed inter cætera id inſigne eſt ſymptoma, quod ſic delirant ægri, vt putent, ſe flagris corpore cædi: vnde vocis diuerſitas tanta, vt quandoque rudant aſinorum mulorumque more, aliquando hinniant equorum modo, vt eſt ab Auicenna proditum. Antidotum ſunt piſtacia largius manducata, theriaca quoque & mithridatium cum vino generoſo meraco, abſynthium etiam, ruta, & lac.

Fungi natura lethales.

Fungorum alii ſpecie ſua & natura venenati ſunt & lethiferi, qui ſcilicet fracti varios illico mutãt colores, ſtatimq; computreſcunt (quales eos dicit Auicenna, qui cæſii & lethales depreheoduntur) alii etſi natura tales non ſint, maiore tamen, quam par eſt, copia in ventriculum ingeſti tales, id eſt, lethiferi B fiunt: nam cum natura frigidi admodum ſint & humidi, adeoq; lentore non modico ſcateant, vtpote terræ aut arborum, quibus adnaſcuntur, pituita excrementitia, victum, vinctumq; ſua quantitate corporis calorem ſuffocant: ſtrangulatusq; ſuſpendio ſimiles, deniq; mortem cõcitant.

Qui innoxie fungi poſſint comedi.

Certe non poſſum, quin helluonũ miſertus, qui etſi ſciant, fungos eſſe mortis ſeminum, hoſpitiumque, eos tamen magno apparatu in cibis auidiſſime deuorant, ipſos doceam, explicemque artes, quibus concupitam tanto ardore eſcam, ſine vllo ſanitatis diſpendio ingerant. Sciant igitur, tum demum innoxie fungos ſumi poſſe, ſi prius cum ſylueſtribus pyris decocti fuerint. Quod ſi ſylueſtria pyra deſiderentur, ea ſupplere poſſunt ex domeſticis, quæ cæteris auſteriora habentur, ſeu recentia illa ſint, ſeu ſole ſiccata.

Fungorum bezahardicum.

Præſtant idem arboris tam folia, quam cortex, præſertimq; ſylueſtris. Siquidem fungorum bezahardicum pyra ſunt: aliud tamen profert Conciliator, alium ſcilicet erudum, & comeſtum: cui ſimiliter & acetum commode addi poteſt, vt humores lentos, viſcidos, & craſſos incidere & attenuare poſſit, eſu fungorum copioſius in nobis cumulatos & ſuffocationis periculum importantes, vt eſt Galeni ſententia.

In 5 epid.

Ephemerũ quæ inferat ſymptomata.

Sumpto Ephemero, quod aliqui Colchicon, aut ſylueſtrem Bulbum appellant, pruritus in toto corpore excitatur, non ſecus atque iis, qui vrtica aut ſcilla laceſſantur. Interna roſionem ſentiunt; ſtomachus cum ingenti grauitate exæſtuat: at cum inualeſcit morbus, cruor ſtrigmentis admixtus per al- C uum exigitur. Antidotum eius eſt lac muliebre, aſininum aut vaccinum, tepidum & multum.

Mandragora quæ inferat ſymptomata.

Mandragora copioſius ſumpta, tum radice, tum fructu veternoſum ſoporem inducit, triſtitiam animo, corpori exolutionem & languorem: adeo vt poſt multos clamores & torſiones ægri eodem in ſtatu, quo deprehenſi ſunt, lethargico velut modo, conſopiantur. Itaq; olim mandragoram exhibebãt, cum reſcindendi membri ſenſum adimere volebant. Poma quidem matura, & ſemine vacua tuto edi poſſunt: viridia vero & cum ſemine mortifera ſunt. Siquidẽ exoritur intolerabilis ardor, qui vniuerſam corporis ſuperficiem adurit; lingua & os areſcunt; quam ob cauſam ore perpetuo hiante cernuntur, frigidum aerem captantes, quib. niſi illico ſuccuratur, pereunt conuulſi. Contra vero facile liberantur, ſi ſtatim hauſerint, quæ opem ferre poſſunt. Inter quæ Conciliatoris ſententia excellit, ſemen raphani eſum cum ſale & pane per triduum. Sternutamenta mouenda ſunt ſi ægre illo remedio reuocentur, & decoctum coriandri aut pulegii in aqua tepida exhibendum.

Cur veneficus non ſit in vſu opium.

Ingratus ſucci papaueris nigri: quem Opium appellant, ſapor, perinde atq; mandragoræ facile obſtat, ne cibis potuive inſertus lateat capientem: præſertim cum necem non inferat, niſi inſigni quantita- D te ſumatur. Sed quia periculum eſt, ne Medicorum aut Pharmacopolarum ignorantia largius, quam par ſit, exhibeatur, innoteſcet error his ſignis. Conſequitur veternus cum perfrictione & pruritu vehementi, adeo vt ſępe excitatus ęger veternum, quo vinctus tenebatur, diſcutiat, commiſſis tamen ſemper palpebris cum impotentia diducendi.

Ab opio ſumpto quæ ſymptomata.

Sed & ex eo labore opii virus redolens ſudor diſtillat, corpus palleſcit, ardent labia, maxilla laxatur, reſpiratio parua adeſt & rara, id eſt, frigidum expirant. Cum oculi liuent, niſi diſtorſio adſit, & oculorum in ſua orbita depreſſio, propinquam eſſe mortem ſciendum eſt. Bezahardicum eius eſt caſtorei puluis pondere dragmarum duarum in vino exhibitus.

A cicuta quæ ſymptomata.

Cicuta pota vertigines excitat, mentem turbat, adeo vt pro phanaticis ægri haberi poſſint: oculis caliginem offundit, ſingultus ciet, extremos artus congelat: denique conuulſos ſuppreſſo arteriæ ſpiritu ſtrangulat. Quare ſtatim ab initio, vt etiam in reliquis cicuta vomitu excutienda eſt: deinde deiectio clyſmatis molienda, vt quod ad inteſtina prolapſum eſt, excernatur: tum demum ad vinum meracum, quod magno hic auxilio eſt, veniendum. Petrus Aponenſis putat antidotum eſſe potionem ex theriacæ dragmis duabus, cum decocto dictamni, aut gentianæ in vino: qui effecta cicutæ planius ſcire cupiet, prælegat ea de re commemoratam hiſtoriam, quæ ſcribitur apud Mathiolum.

In 6. Dioſc.

Ab aconito ſymptomata.

Plin. lib. 27. cap. 2.

Aetius. Lib. 27 c. 2.

Aconitum, ab Aconis vico Periendinorum, vbi plurimũ naſcitur, dictum. Mathioli ſententia, lupos, vulpes, canes, feles, apros, pantheras, leopardos, & omnes ſylueſtres feras carnib. admixtũ & deuo- E ratum necat: at mures ſolo odoratu interficit. Scorpii ſi aconiti radice tanguntur, torpeſcunt, atq; à torpore moriuntur: tincta eius ſucco tela immedicabilia vulnera faciunt. Cui aconitũ inter bibendum exhibitum eſt, ei ſtatim lingua cum adſtrictione quadam dulceſcit, qui paulo poſt in amarorẽ degenerat, vertigines offundit, lachrymas ciet, grauitatem pectori & præcordiis adfert, flatuũ ex aluo prorupnonẽ facit, omnium artuum tremorem inducit. Plinius huius veneno tantam attribuit rapiditatem, vt tactis eo genitalibus fœminini ſexus animalium, eodem die mortem inferat: nullum præſentius remedium,

quam


A quam citus à ſumpto veneno vomitus. At conciliator eius antidotum ariſtolochiam eſſe putat. Aconitũ tamen in vſus humanę ſalutis vertere, Scorpionum ictibus aduerſari experiundo, datum in vino calido: ea nempe eſt natura, vt hominem occidat, niſi inuenerit, quod in homine perimat: cum eo ſolo colluctatur velut pari intus inuento. *Sola hac pugna eſt, cum venenum in viſceribus reperit, miruq́, exitialia per ſe ambo cum ſint duo venena, in homine commoriuntur, vt homo ſuperſit*, ait Plinius. Plures eius ſpecies, quarum vna florem fert caſſidis inſtar habentem, quaſi in hominum armata perniciem: altera vero hic appicta, folia habet cyclamini aut cucumeris, radicem Scorpii caudæ æmulam.

Aconitum medetur ſcorpio veneno ingeſto.

Differentiæ aconiti.

Figura ſpeciei cuiuſdam Aconiti.

B



C

Sunt etiã in arborum genere venena: exemplo erunt Taxus & Nux. Iumẽta ſi Taxi folia comederint, emoriũtur. At homines ſi ſub ea dormiãt, aut in eius vmbra ſubſideant, læduntur, & ſępenumero moriuntur. Si v.ederint, alui profluuio corripiuntur dyſenterico, frigore per vniuerſum corpus, & ſtrãgulatu ex faucib. Quæ omnia Taxus facit nõ tam elementari & frigida qualitate, quã occulta malignitate, qua humores corrũpit, & inteſtina abradit: huic eadẽ, quæ cicutæ cõueniunt; remedio n. eſſe generoſum vinum epotũ, Nicander prodit. Eſt quoq; in nuce arbore venenũ, quod ſe expertũ Greuinus teſtatur, dum imprudens ſub ea conſediſſet, dormiuiſſetq; media æſtate. Experrectus enim frigoris ſenſum toto corpore habuit, capitiſq; grauitatẽ, & ſenarium dierũ dolorem. Eadem, quæ & aduerſus Taxum, proſunt.

A taxo ſymptomata.

In nuce arbore eſt venenum.

Quæ ſint & dicantur Bezahardica. CAP. XXXVI.

QVia Bezahardi in ſingulorũ venenorum remediis exponendis frequens à nobis facta mentio eſt, quid ſibi velit id nome, & quæ eius ratio ſit, ſi expoſuero, operæpretium fecero. Venenũ abſolute, id eſt, *quod ſpecifica quadam, & natura noſtræ inimica antipathia vitã rapit*. Itaq; antidota & alexiteria Arabib.

D patria & vernacula lingua Bezahardica dicta ſunt, quaſi vitæ tutamina. Gręcis, Latiniſq; id nomẽ ignotum, ſolis Arabibus & Perſis celebratũ eſt, quia inde res ipſa primum venit: quemadmodũ eſt diſerte à Garcia de Hortis Medico Proregis Indiæ enarratũ, *in hiſtoria*, quã edidit *de Aromatibus & Simplicib. Indiæ. In Perſia, inqt, & Indiæ quadã regione, viſitur hirci genus, dictum Pazain* (itaq; proprie loquẽdo lapis dici deberet Pazar, ex dictione Pazain, quę Hircum ſignificat: ſed nos corrupto vocabulo Bezar dicimus) *colore fere ruffum, altitudine mediocri, in cuius ventriculo concreſcit calculus Bezar, in formã coaguli. Senſim vero aggeritur circum feſtucam laminatim, inſtar tunicarum cepæ, ſic vt prima lamina ſublata, quæ ſequuntur, clariores & ſplendidiores, quo vlterius progreſſus ſit, appareant: quod inter cætera boni Bezahardi, ac minime adulterini eſt argumentum. Varia ille lapis forma viſitur, fere tamen glandis figura eſt aut oſſiculi dactylorũ, coloris nunc ſanguinei, nunc mellei, alias ſubflaui, ſæpius tamen viridis nigrantis, qualis color in his, quæ Malabathra ſimilia dicuntur, vel in felibus zibetam fundentibus lucet. Nullum in ſui medio cor ſeu nucleum habet hic lapis, ſed parte caua puluiſculum eius loco inſitum continet, iiſdem ſecum viribus præditum. Cæterũ leuis eſt & haud ita durus: verum, qui facile ſcalpi & limari poſſit, alabaſtriti modo, adeo vt liqueſcat diutius in aqua maceratus. Initio vulgaris apud nos, nec magni admodum pretii erat, quia noſtrates, qui in Perſia negotiabantur, facile illum recuperabant. At poſtquam eius vires innotuere, rarior & carior eſſe*

E *cœpit, & edicto Regum regionis cautum, ne quis hircum peregrinis negotiatoribus venderet, niſi prius iugulatum, lapide ſtatim detracto ad Regem deferendo. Ex notis, quibus hic lapis probatur (multi enim adulterini huc ad nos importantur) prior iam expoſita eſt, altera eſt, quod digitis compreſſus ſtatu oris bubalini corii inſtar inflatur: nam ſi flatus perrumpit, nec in eius denſitate ſubſiſtit, pro adulterino habetur. Vtuntur eo, noſtro exemplo edocti, non aduerſum venena modo, ſed & contra ferarum virulentarum morſus. Purgantur his in anno ditiores regionis, Martio ſcilicet & Septembri menſe: Quinque inde diebus continuis huius lapidis in aqua roſarum macerati, puluiſculum granorum decem pondere in ſingulas vices ſumunt: hoc enim remedio iuuentutem ſibi & membrorum robur conſeruari putant. Sunt, qui pondus triginta granorum aſſumunt: cautiores tamen duodecim grana non excedunt.*

Quid venenum abſolute.

Signum veri Bezahardi.

Reliqua nota veri bezahardi.

Vſus bezahardi.

Addit idem author, fœliciſſime ſe vti ſolitum eiuſmodi puluiſculo in morbis melancholicis inneteratis, vt prutitu, ſcabie, impetigine, & lepra: itaq; eadem ratione ſalubriter aduerſus quartanam febrem adhiberi poſſe. Se prætetea pro comperto habere, ſcobem illum, qui in medirullio lapidis concluſus latet, aſperſum morſibus ferarum virulentarum, virulentiæ protinus periculis ægros liberare, quin & anthracibus peſtilentibus rupta vomica impoſitum vniuerſum virus peſtilens exigere. Quoniam vero variolarum & rubeolarum morbus Indiæ eſt epidemius, ſæpe vero & pernicioſus, aduerſum eiuſmodi morbillos fœliciter quotidie ſumitur duorum granorum pondere in aqua roſacea. Huic Garciæ Medici ſententiæ ſuffragatur Mathiolus, teſtatus ſe pluribus experimentis compertum habere, lapidē hunc longe magis præſtare aduerſum deleteria venena, quam cætera non modo huius facultatis ſimplicia medicamenta, ſed etiam quam theriacalia, & alia quæuis antidota. Suffragatur & Abdalanarach: *Lapidem*, inquit, *quem vocant Bezahar, iam ipſi vidimus apud filios Almirama cuſtodis legis Dei: pro quo lapide is magnificam ac prope regiam ædem Corduba rependit.* A

Li. 5. in Diſcor. cap. 73.

Hiſtoria. Iactabat ſuperioribus annis coram Carolo Rege, tum apud Claromontanos Aluerniæ agente, huius lapidis aduerſum omnia venena certiſſimas vires nobilis quidam, penes quem ex eo genere vnus erat Hiſpania importatus. Quærenti tum ex me Regi, Num quod eſſet alexiterium, quod contra deleteria omnia pariter æqualiterque valeret, Reſpondi, nequaquam id naturam admittere: neq; enim venenorum omnium ſimiles eſſe effectus, neque ab eadem cauſa manantes: quædam enim ab occulta & ſpecifica totius naturæ proprietate agere, alia ab elementari aliqua qualitate præcellente. Itaq; ſuo cuique ſuum & proprium contrarium opponendum eſſe, calido frigidum, eique quod formæ proprietate occulta oppugnaret, aliud, quod eadem vi propugnaret: facile vero eſſe eius rei periculum facere in facinoroſis cruci damnatis. Placuit Regi conditio: Adductus eſt à Latrunculatore coquus, qui ob pelues argenteas duas furto in domini ædibus ſubductas, patibulo breui affigendus erat. Reſciri tamen ex eo ante Rex voluit, Num venenum ſumere vellet, ea lege, vt ſi alexiterium, quod vires diuinas contra venena omnia habere dicebatur, ſtatim ipſi à veneno exhibendum eum à morte vindicaret, vita illi ſarta tectaque eſſet. Alacriter aleam iſtam ſubiturum ſe reſpondit coquus, grauiora etiam non redimendæ modo vitæ, ſed & infamis mortis vitandæ gratia ſubiturus. Ergo a Pharmacopola, qui tum in officio erat, exhibitum illi fuit venenum, extemploq; à veneno Hiſpania aduectum bezahardicum. Quibus ingeſtis mox vomere cœpit, & per inferiora multa cum diris torminibus excernere, inclamareque ſibi igne quodam viſcera peruri. Itaque aqua ſitienti & poſcenti oblata eſt: horam vnam poſt cum bona Latrunculatoris venia ad ipſum intromiſſus, hominem comperio in terram prouolutum, manibus pedibuſque feræ more gradientem, lingua ab ore exerta, flammeis oculis, vomiturientem cum frigidis ſudoribus copioſis, ſanguine denique per aures, nares, os, anum, & vrethram manante. Exhibui hauriendas olei vncias octo, ſed nihil opis attulit, id enim tardius venit remedium. Itaq; magno cum cruciatu & vlulatu tandem mortuus eſt, cum vix ſeptima à ſumpto veneno hora eſſet exacta. Cadauer præſente Latrunculatore, & quatuor aliis diſſecui, comperique ventriculi fundum tanquam ab inuſto cauterio atrum, aridumque: ex quo intellexi ſublimatum ipſi fuiſſe exhibitum: cuius vim, bezahardicum Hiſpanicum eludere non potuit: Rex id in ignem dari iuſſit.

Nequaquā vnum aduerſus omnia venena eſſe poſſe alexiterium. B C

Sublimati vis cauſtica.

De Metallicis venenatis. Cap. XXXVII.

A ſublimato ſymptomata. Metallica vel è terræ viſceribus eruuntur, vel ex fornacibus petuntur. Horum permulta ſunt venenata, vt arſenicum, ſublimatum, gypſum, ceruſa, lythargyros, ærugo raſilis, auripigmentum, limatura ferri, æris, magnetis, calx & ſimilia.

Qui ſublimatum ſumpſerunt, his lingua & fauces tam conſtringuntur & exaſperantur, quam ſi cornorum acrium ſuccum hauſiſſent: illam aſperitatem lenientibus collutionibus emendare, niſi multo labore & tempore potis non eſt: nam ſimul atque in ventriculum deſcendit, contra adhæreſcit: Itaq; breui poſt rodit atque exulcerat, ſitim inexhauſtam & angores inexplicabiles infert: linguæ tumor, deliquium cordi, vrinæ ſuppreſſio, thoraci diſpnoea, ventri tormina, artubus omnibus contorſiones adeo ingentes ſuperueniunt, vt niſi ſuccurratur, moriantur ægri: mox enim ipſis inſuper, niſi mature cohibitus fuerit, veneni furor edax & igneus, laniata cum ventriculo inteſtina, & pertuſa, tanquam à candente ferro denigrantur, & auribus, naribus, ore, vrethra, & ano ſanguis profluit, ac tum deſperata res eſt. Hi & quicunq; ſimiliter corrodentia medicamenta hauſerunt, iiſdem omnibus remediis curantur, quibus illi, qui Cantharides ſumpſerunt. D

Ærugo raſilis. Ærugo raſilis ſic reſpirandi inſtrumenta obſtruit, vt ſtrangulentur, qui deuorarint. Curantur iiſdem remediis, quibus illi, qui Arſenicum ſumpſerunt.

Lithargyros. Lithargyros, ſeu argenti ſpuma, ventriculi & ſtomachi pondus infert, vrinam ſupprimit, corpus tumidum & liuidum facit. Medemur his malis citato ſtatim vomitu, moxque fimo columbino in vino generoſo diſtemperato propinato. Petrus Aponenſis iubet exhiberi oleum amygdalarum dulcium, & caricas. Vtile eſt etiam clyſmata relaxantia & humectantia exhibere, aluumque butyro recenti aut oleo liliorum inungere. E

Squama aeris. Squama æris bibita, alui fluxum & vomitus ob ſtomachi tormina inuehit. Remedio eſt, ſi æger ſtatim vomat, ſi in balneum deſcendat ex limacum decocto paratum, ſi butyro & oleo liliorū ventrem & thoracem inungat, ſi clyſmatibus relaxantibus & humectantibus ſollicitetur aluus.

Magnes. Magnes dementat eos, qui ipſum ingeſſerint. Alexiterium eius eſt ſcobs auri & ſmaragdi in vino generoſo epotus, clyſmata ex lacte & oleo amygdalarum dulcium.

Limatura plumbi & ferri. Limatura plumbi, & ferri ſcoria, ſeu ſtercus, aut recrementum, magnorum his, qui ſumpſerunt,

cru-

A cruciatuum cauſæ ſunt. Quibus medemur multo lacte & butyro recenti liquato, vel oleo amygdalarum dulcium ſine igne extracto, clyſmatibus relaxantibus & humectantibus ad doloris integram vſque leuationem.

Arſenicum ſeu Riſagallum.

Riſagallum, quia naturæ eſt calidiſſimæ & ſicciſſimæ, ſitim ardoremque totum in corpus infert, tantamque humorum omnium colliquationem, vt etſi præſidiis mature adhibitis ægri mortem effugiant, in reliquum tamen vitæ membris ad ſolita munia vti nequeunt, eorum vigore deſtituti, propter ingentem reſiccationem, & articulorum contractionem. Alexiterium eſt oleum de nucleis pineis mature & ad ſelibram vſque exhibitum; inde vomitus, poſtea multi lactis potus, ex eodemque clyſmata & iuſculorum ſorbitiones pingues.

Calx viua, auripigmētum ſeu arrhenicum.

Calx viua & auripigmentum, Arrhenicum Græcis dictum, epota ſtomachum & inteſtina ſummo cum doloris cruciatu arrodunt, ſitim inexplebilem, faucium & gulæ aſperitatem, diſpnoeam, iſchuriam & dyſenteriam inuehunt. Adiuuantur omnibus pinguibus, humectantibus, & relaxantibus, adeoque acrimoniam obtundentibus, potionibus lenientibus, & aluum lubricam reddentibus, tum etiam cremoribus, atq; ſeminum quorundam ſpiſſamentis, vt decocto ſeminis lini, maluæ, biſmaluæ, &
B aliis in Cantharidum curatione fuſius expoſitis.

Aqua fortis chymiſtarū.

Aquæ illi omnium acerrimæ, qua aurifices & chymiſtæ aurum ab argento ſeparant, omnino difficilis cura eſt, quod illico in totum corpus diffundatur, peruſtis ante gula & ſtomacho: mederi tamen eadem arte licet, qua calci viuæ & auripigmento.

Ceruſa.

Ceruſa ſingultus ciet, tuſſimq; linguam aridam facit, & corporis extremas partes frigore torpentes, oculos grauitate nutantes. Ægri ſæpiſſime media luce vanum phantaſma, quod reipſa nullum eſt, cernunt, vrinam nigram fundunt, ſæpe & cruentam, ſuffocati moriuntur, niſi quis auxilium adhibuerit. Auxilium eſt Aetii & Auicennæ ſententia ſcammonium ex mulſa potum, aliaque diuretica, eaque etiam, quæ vomitus & aluum cient.

Gypſum.

Gypſum, quia in ventriculo receptum lapideſcit, propterea ſtrangulationem creat, conſtrictis & obſtructis reſpirandi inſtrumentis. Iiſdem remediis ex eo ingeſto curantur ægri, quibus qui ex fungorum eſu laborant, aut ex ceruſa. Addendus in clyſmata adeps anſerinus, oleoque liliorum & butyro venter inungendus.

C

De Argento viuo. Cap. XXXVIII.

Ratio nominis.

ARgentum viuum id nominis habuit, quia argentum colore refert, & in perpetuo eſt motu, quaſi agitante anima & Endelechia præditum. Magna de ipſo inter authores controuerſia eſt. Plerique enim illud calidum adſtruunt: inter quos eſt Galenus, Haliabas, Rhaſes, Ariſtoteles, Conſtantinus. Iſachius, Platearius, Nicolaus Maſſa; opinioni ſuæ fidem faciunt, argumento ex iuuantibus & lædentibus ſumpto. Præterea ex eo, quod partium tenuitate tanta polleat, vt metallica denſa & dura penetret, diſſoluat, omneſque caloris effectus proferat: nempe attenuet, incidat, ſiccet, ore ſaliuam, aluo fæces, veſica vrinam, & toto corpore ſudores promoueat, nec tenuiores modo humores ciet, ſed & craſſos, lentos ac viſcidos, vt lue venerea tentati experiuntur, hoc in litus aut emplaſtra adhibito.

Lib. 4. ſimp. in 2. pract. cap. 148. 3. ad Alm. 4. Meteor.

Alii id ſumme frigidum affirmant, ſummeque humidum, quia ſtupefaciendo dolores ſedat in emplaſtris appoſitum, inhibita puſtularum, inflammationumque bilioſarum acrimonia. Humiditate vero ſua ſcirrhoſos tumores emollit, concretiones diſſoluit & liquat, vt in tophaceis, nodoſiſque tumoribus apparet: quin & perunctis anhelitus animæq; fœtorem inducit, non alia ratione, quam quod humores obuios ſumma ſua humiditate putrefacit. Sententiam hanc confirmant Auicennæ experientia, qua in Simia, quæ argentum viuum ebiberat, ſanguinem circa cor concretum eſſe inuentum diſſe-
D cto cadauere affirmat.

In li. 6 Dioſ. cap. 28.

Quibus rationibus motus Mathiolus ſcribit argentum viuum exceſſu ſummo frigido & humido homines interimere, ſi largius bibatur, quia ſanguinem, vitaleſque ſpiritus congelet, tandemq; ipſam cordis ſubſtantiam: quemadmodum Pharmacopolæ cuiuſdam apud Conciliatorem narrata hiſtoria intelligere licet, qui febrilis ſitis reſtinguendæ cauſa exhauſto argenti viui pleno vaſculo, id enim primū ſe obtulerat, aquam ſubeſſe ratus, paucis poſt horis interiit, reddita ante eiuſmodi argenti viui per anum portione multa, reliqua vero in eius diſſecti & euiſcerati ventriculo inuenta ponderis libræ vnius, reperto præterea ſanguine circa cor concreto. Alii frigiditatis argenti viui alia argumenta ſtatuunt, ex eius nempe compoſitione ſumpta, quia ex plumbo & aliis metallis frigidis conſtet. Sed debile id cenſendum eſt argumentum. Calx enim viua ex ſilice & lapidea materia, quæ frigida eſt, coaluit, & tamen cauſtico calore præpollet.

Hiſtoria.

Li. 4. de nat. rer.

Paracelſus argentum viuum ſtatuit interiore ſubſtantia calidum, externa vero frigidū eſſe, nempe quale ex fodinis manat, frigidum eſt. At arte præparatum frigiditate illa exui, ſolámq; apparere, & relinqui caliditatem: ita vt metallorum tranſmutationi tincturæ loco ſit. Et certe ratum habetur id apud
E Chymiſtas, metalla omnia extrinſecus frigida eſſe, propter aqueam, quæ illic dominatur, ſubſtantiam: intrinſecus vero calore multo eſſe prædita, qui tum apparet cum frigiditas ſimul cum humiditate ſecernitur, calcinatione enim cauſtica euadunt.

Tra. de caſu & offen.

Multis præterea pro venenato habetur argentum viuum, repugnat tamen experientia: narrat enim Marianus Santus Baralitanus viſam ſibi mulierem, quæ certis de cauſis & affectionibus, pluribus vicibus argenti viui ſeſquilibram hauſerit, quam ſine noxa per aluum reddebat. Quinetiam multos ſe nouiſſe, qui in ileo deſperato (quem Miſerere mei nuncupant) imminente morte liberati ſint, hauſtis argenti viui cum aqua ſola libris tribus. Pondere enim ſuo inteſtinum velut vinctum expedit & eno-

&euoloit, prædurasq; & obſtruentes fæces deorſum deturbat: addit & valuiſſe in colico affectu apud A alios id medicamentum trium vnciarum pondere hauſtum. Scribit Antonios Muſa, ſibi familiare eſſe argentum viuum puerulis ex vermibus moribundis exhibere. Confirmat id Auicenna, aſſerens argenti viui potum multis fuiſſe innoxium: itaq; id ipſum vnguentis ſuis ad puerorum tineam & ſcabiem admiſcet, ex quo manauit in vulgus ruſticorum remediũ, vt argento viuo cum butyro aut axungia mixto, & capiti illito pediculi extinguantur. Affirmat Matthiolus, videri pleriſque ſummum id, & extremum remedium parturientibus mulieribus, quæ parere nequeunt. Sancte affirmo, me, quo de hac controuerſia mihi conſtaret, periculum feciſſe in canis catulo exhibita argenti viui libra vna, quam epotam innoxie per aluum deiecerit. Ex quibus licet intelligere, id venenatæ qualitatis omnino eſſe expers.

Ad parturientes remedium ab argẽto viuo.

Certe vnicum id eſt luis venereæ & verum alexiterium, vlceribus præterea malignis valde accommodatum remedium; vtpote quorum malignitatem validius expugnet, quam alia quæuis primis qualitatibus agentia medicamenta. Imo ad ſcabiem illam contumacem, quæ vulgo *Malum ſancti Manis* dicitur, non eſt aliud præſentius remedium. Quin eſt à Guidone ſcriptum, ſi eo oblita lamina plumbea vlceri imponatur aliquandiu & conuenienter deligetur, orarum calloſam duritiem remolliri, ipſumq; ad cicatricem perduci, quod & ſæpius eſt à me expertum. B

Ad malum S. Manu.

Profecto ante Guidonem Galenus valde commendauerat argentum viuom ad vlcera maligna & cancros; nec vero plumbum (quod plerique venenatum adſtruunt, quia plurimo dicitur conſtare argento vioo) Galenus adſtruit venenatum: ſed hoc tantum prodit, aquam, diutius in fiſtulis & vaſis plumbeis cunctantem, propter cænum, quod in plumbo colligi ſolet, dyſenterias inferre, quod idem æri cupro contingeret: alioqui haud innoxie plerique tot annos glandes plumbeas imo corpore ſuo circumtuliſſent, & quotidie circumferrent. At argentum viuum quantam vim habeat reſoluendi, & dolores inflammatorios ſedandi, ſequentibus hiſtoriis eſt à Theodorico Hereo comprobatum. *Non ita pridem*, inquit, *puero Doctoris cuiuſdam Medici subortæ erant parotides cum ingenti tumore, calore, dolore & pulſu. Huic de communi Medicorum, qui aderant, ſententia medicamentum impoſui anodynum, cuius tanta fuit vis, vt primo apparatu tumor manifeſte reſederit, dolor vero valde minuerit. Secundo apparatu remiſsiora rurſum facta ſunt omnia. Tertio cum cataplaſmatis anodyni tantas vires admirarer, animaduerti admixtum ipſi eſſe argentum viuum, contigiſſeque id incuria Pharmacopolæ, qui ſimplex anodynum à nobis præſcriptum medicamentum, miſcuerat in mortario, in quo paulo ante vnguentum, argentum viuum recipiens, admixtum fuerat, relictis eius ibidem & adhuc adhærentibus reliquiis. Id quod ſemel caſu fœliciter contigerat, in conſilium poſtea verſum eſt. Similis enim morbo nobili cuidam mulieri laboranti, & regionem omnem, quæ pone aures eſt, ac præterea gulam, genaque multam partem occupanti, cum natura remediis communibus adiuta, nec reſolutione, nec ſuppuratione, materiam concluſam dolore & pulſu grauiter diuexantem, vacuare poſſet, de Medicorum conſenſu ante vſurpatũ medicamentũ, argentũ viuum admiſcui, ſicque paucis poſt diebus digeſtus tumor reſolutione euanuit.* At neruorum robur exoluit, dicet aliquis, vt cernere eſt in his, qui eo ob luem veneream obliti, artubus omnibus in vitæ reliquum contremiſcunt. Verum id quidem, ſi quis eo intemperantius ſine modo & morbo, qui tantum remedium requirat, fuerit vſus: ſic enim inauratores, plumbi fuſores, eoſque, qui in fodinis operam præſtant, aſſiduo vaporum argenti viui ad cerebrum, neruorum principium conſenſu, reſolutis ſpiritibus, diſſipatoque humido radicali & ſubſtantifico, neruorum tremori obnoxios cernimus. Profecto ſi extinctum & concorporatũ axungiæ ſuillæ, panni oræ oblinatur, quæ cinguli inſtar corpus cingat, abiguntur pediculi, pulices & cimices: illitum vero vmbilico vermes conficit in inteſtinis. C

Lib. 7. de comp. med. ſec. locos.

Hiſtoria.

Ad parotides.

Hiſtoria.

Contra pediculos.

Contra vermes.

Argenti viui ſpecies.

Duæ ſunt argenti viui ſpecies; naturalis vna, artificialis altera. Naturalis per venas, viſceraq; ſubterranea diffluere cernitur, reperiturque inter metalla, & in formicibus fodinarum argentearum. Artificialis fit ex minio, vt eſt apud Vitruuium, & ex ſcobe eboris. Veriſimile quoque eſt, ex omnibus id D metallis elici poſſe artificio quodam, præſertim vero ex plumbo & cinabari. Has ſpecies colore fuſco & nigrante, ſubſtantia lenta & craſſa, quæque dum fluit, veſtigium lentum, adipis fuſi inſtar relinquit, tanquam plumbi excrementum facile diſtinxeris.

Rationes expurgandi argẽti viui.

Omnium probatiſſimum argentum viuum eſt purum, clarum, tenue & candidiſſimum: expurgatur plumbea fæce, tenuiuſque redditur elixum in acri aceto, cum ſaluia, roremarino, thymo, lauendula. Vel catulo libræ pondere in ſingulas vices datur epotandum, per anumque deiectum rurſum in aceto elixatur: ſic enim vires admirandas ſortitur; effectus parit mirabiles opportune exhibitum, nihil ipſi magis contrarium eſt igne: Ignis enim vi argentum viuum natura ſua ponderoſum ſuperiora ſcandit, aurumque deſerere cogitur, quo ipſi nihil eſt amicius.

De cornu Vnicornu. CAP. XXXIX.

PErmulti hodie ſunt, qui egregie ſe aduerſum venena, veneficiaque omnia putant munitos, ſi cornu Vnicornis puluiſculum, vel certe infuſum paratum & ad manum habeant. Itaque me operæpretium facturum putaui, ſi quantum veritatis inueterata hæc & penitus hominum animis inſidens opinio haberet, examinarem diligentius. Id quo fiat melius, tres mihi ſcopos ipſe proponam, in quos omnes rationes conferam. E

Primus erit de ſignificatione vocaboli Vnicornis.

Secundus, an aliquid ſit huic nomini ſubiectum, quod reuera exiſtat, an potius imaginatium ſit, & tanquam Chymæra aut Tragelaphus.

Tertius, ſi id, quod animalis eiuſmodi dicitur eſſe cornu, aliquid virium & facultatis habeat contra venena.

Quod ad primum attinet, de dictione Vnicornis obſcuritas paolo maior eſt, quid ſignificet apud Gallos,

A Gallos, quam apud Latinos aut Græcos. Receſſit enim Gallica dictio longius à voce & ſignificato: at apud Latinos quod dictione Vnicornis, animal ſignificetur vnico cornu inſtructum, tam clarum & perſpicuum eſt, quam vulgo notum idem illud portendi apud Græcos, dictione Monoceros.

Quid ſignificetur nomine Vnicorni.

Quod vero ad ſecundum ſcopum ſpectat, arbitror, id animal, quod Vnicornis dicitur, & vulgo intelligitur, imaginarium quid potius eſſe, quam in rerum natura exiſtens. In quam ſententiam his potiſſimum coniecturis ducor: quod ex his, qui terrarum orbem peragrarunt, nullus hodie ſit, qui profiteatur viſum ſibi eiuſmodi animal. Profecto Romani domito orbe, omnium, quæ rara adeoq; pulchra eſſent, inquiſitores diligentiſſimi, ſi vſpiam aliquo orbis in angulo talis latuiſſet fera, eius ſibi copiam feciſſent, & nummis ſuis aut armis inſculpſiſſent, quemadmodum Crocodilos, Elephantes, Aquilas, Pantheras, Leones, Tigres, & alia his regionibus ignota animantia inſculpſerunt.

Quod Vnicornu, qualis dicitur fera, non exiſtat.

Quod ad eos, qui de Vnicorni ſiue audita, ſeu tradita, ſeu animo ad voluptatem & arbitrium concepta ſcripſerunt, vix duos reperias, qui ſibi conſentiant, ſeu in corporis ſeu in morum & conditionum eius deſcriptione. Plinius ſcribit, Vnicornes reliquo corpore equo ſimiles eſſe, id eſt, vt interpretatur Cardanus, equina magnitudine, capite Ceruo, pedibus Elephanto, cauda Apro, vno cornu nigro media fronte, cubitorum duum. Munſterus, qui (vt ludit Mathiolus) Vnicornes nunquam niſi pictas viderat, B has contra non equina magnitudine eſſe prædicat, ſed trimeſtris hinnuli, non pedibus elephantinis, ſed fiſſis caprinorum in modum, cornu non duum modo, ſed & trium ſæpe cubitorum altitudinis, colore muſtelino, ceruice non admodum procera, nec valde crinita, rarioribus nempe & breuioribus pilis inſtructa, ex altero tantum latere pendentibus, cruribus macilentis & tenuibus, natibus quidem ardeis, ſed valde piloſis. Cardanus ab vtroque diſſentiens ſcribit cornu illi in media fronte tres tantum digitos longum prominere.

Lib. 8, c. 21.

Munſteri de Vnicornibus opinio.

Andreas Theuetus meminit Vnicornis, viſæ nobili cuidam Turcæ Sengeaco, quæ magnitudine ſemeſtrem aut quinquemeſtrem Taurum æquaret, vnico vero cornu non in media fronte, ſed in ſummo capitis vertice geſtaret, at cruribus & pedibus aſininis eſſet, pilo tamen longiore, & auribus Rengifero animali ſuppolatibus noto haud abſimilibus, tanta eſt de huius feræ effigie varietas. Sed non minor de moribus & ingenio. Plinius enim aſperrimam eſſe feram Monocerotem, mugituq; graui ſcribit, itaque viuam nunquam capi. Aſperitatis eius rationem reddit Cardanus, quod ſcilicet indigena ſit & incola deſertorum Æthiopiæ regionis, ſqualidæ, fœdæ, buffonibuſque & virulentis eiuſmodi feris obſitæ.

Tom. 1. lib. 5. ca. 5. coſm.

Alii contra ingenio illam mitiſſimo, omninoque amabili, & omnium facillimo prædicant, mo-C do ne quis ipſam data opera offendat, & inclementius tractet. Nam cum ex terra capite demiſſo paſtum non petat, quia cornu inde arcetur longitudine, neceſſe eſt, vt ex arboribus pendentes fructus decerpat, ex raſtris, è manu denique humana, è qua profecto fructuum oblata omnia genera, herbas, ſpicarum faſciculos, poma, pyra, arantia, legumina intrepide & innoxie legit. Eo vero vſque res proceſſit, vt fingant eam virginum amore capi, ipſarum pulchritudine delinita, adeo vt in earum contemplatione defixa, & blandimentis allecta, hoc ſæpe compendio à venatoribus capiatur.

In hac ſententia eſt Ludouicus Vartomanus, negans feroces eſſe Vnicornes: duas enim ait vidiſſe ſe ex Æthiopia miſſas ad Sultanum, qui eas in Meha fœlicis Arabiæ vrbe, Mahumetis ſepulchro nobili, cratibus concluſas continebat & alebat. Theuetus eouſque peregrinando iactat, diligentiſſimeque ab incolis perquiſiuiſſe, quid ſentirent de eiuſmodi fera, nunquam tamē de ea reſcire quidquam potuiſſe. Ex quo videre facile eſt, haud viſas fuiſſe noſtris, nec Vartomani temporibus eiuſmodi feras. Opinionum profecto tam diſſentientium tanta contrarietas, facile adducit me, vt credam, Vnicornis haud eſſe proprium animalis exiſtentis in rerum natura nomen: remque plane commentitiam eſſe à pictoribus, & rerum naturalium ſcriptoribus ad legentium aut ſpectantium voluptatem pro arbitrio effictam. Vt enim via recta vna eſt, flexus vero multi: ſic veritatis vna eſt, ſibi perpetuo ſimilis & ſimplex oratio, D mendacii multiplex, & quæ ſe opinionum repugnantia & diſſimilitudine, omnibus etiam tacentibus, facile refellat.

Vartomani de Vnicornium ingenio ſententia.

Quid igitur, dicet aliquis, cuiuſmodi animantium ſunt cornua, quæ toto genere à reliquis differre cernimus, ſi Vnicornium non ſunt? Theuetus cenſet, ea nihil eſſe aliud, quam Elephantorum oſſa, eo, quod cernimus, artificio circinata & donata: ſic enim in Orientalibus regionibus Ardeliones iſti & circumforanei homines, Ruhardi piſcis mari Rubro & Æthiopico noti dentes, circumagunt, excauāt, ſequaceſq; arte redditas arbitraria voluntate producunt, & pro cornu Vnicornis exponunt, venduntque. Certe id, quod dicitur Cornu Vnicornis vſtum, ſimilem ebori odorem ſpirat. Aſſerit vero Cardanus Elephantis dentes ſeu oſſa arte mollia reddita, quo & quantum voluerimus ſequi & extendi bubulorum cornuum inſtar. Quid enim eſt in omni rerum natura, quod non auri ſacra fames in huius aut illius effigiem ſimulata expreſſaq; imagine adulteret?

Cuiuſmodi ſint Vnicornium, quæ iactantur, cornua.

Sed tempus eſt, vt ad tertium ſcopum veniamus. Demus Vnicornes eſſe, an propterea efficitur, eorum cornua tantæ aduerſum venena & veneficia eſſe efficaciæ? Si experientia & rerum euentis agendum eſt, ſancte hoc affirmare poſſum, pluries me tentaſſe, nunquam tamen quidquam ex cornu iſto, E quod pro Vnicornis iactatur, aduerſum venena fœliciter ægris mihi commiſſis ſucceſſiſſe. Si teſtibus & authoritatibus pugnandum, magna pars melioris notæ Medicorum iampridem hoc cornu valere iuſſit, & diuinas illi admirandaſq; vires, propter quas antea tantopere expetebatur, detraxit, multis quidem iuſtis, ſed duabus potiſſimum rationibus.

Vnicornis cornu non eſſe efficax contra venena.

Prima eſt Rondeletii, qui hoc in genere adſtruit, cornua nullo neque ſapore, neque odore eſſe prædita. Itaque nihil virium in re Medica poſſidere, niſi forte ad deſiccandum. *Nec me latet*, inquit,

Li. de pond. cap. 19.

plures

A

Cornua oſſaque nulla niſi deſiccandi vires habere.

plures facultates illarum prædicari ab iis, qui lucrum, quæſtumque de iis faciunt: vt & raſura Vnicornis, quam auro pendunt, propterea quod venenis & vermibus vt plurimum aduerſetur. Quod non minus præſtare cornu cerui, raſuramque eboris exiſtimo: quod cauſa eſt, cur ad eundem morbum pauperibus Elephantis dentem, diuitibus autem cornu Vnicornis, quod vnum præ cæteris expetunt, pàri ſucceſſu præſcribam.

Hæc Rondeletii ſententia eſt, qui ſine diſcrimine pro vnicornis cornu ſolebat ſubſtituere nonmodo cornu cerui aut dentem Elephantis, ſed etiam oſſa equina, canina & myrobolarum.

Altera ratio eſt, quod quicquid venenis reſiſtit, eſt cardiacum, id eſt, cordi quod venena præſertim appetunt & oppugnant, roborando natum: at nihil roborandi cordis vim habet, propter laudabilem ſanguinem & aerem, quia duo illa ſolum cordi ſunt familiaria, vtpote ſanguinis arterioſi & ſpirituum vitalium officinæ. Conſeruantur enim omnia ſimilibus, vt deſtruuntur à contrariis, ſingula vero, quæ gignunt, gignunt ſibi ſimile. At cornu Vnicornis vt nullum odorem, ſic nec vllum in ſe aerem continet totum terreſtre & aridum. Nec vero facultatis concoquentis vi in ſanguinem verti poteſt, quia vt exuccum, ſic & excarne eſt: Quare vt nec in chylum, ſic nec in chymum ſanguinemve faceſſere aptum eſt. Nulla igitur ſimilitudine aut familiaritate cordi iungitur. Iam vero apud Hippocratem & Galenum de cornu Vnicornis ne verbum quidem vnum, qui tamen tot ſententiis cornu ceruinum commendarunt. Itaque Capellanus primarius Caroli noni Regis Medicus, crebro dicere ſolebat, ſe perlubenter eum morem ſublaturum, de cornu Vnicornis fruſto in pateram regiam demergendo, ni noſſet, eam opinionem tam alte in hominum animis infixam eſſe, vt vereretur, ne non ratione expugnari poſſet. Adde quod (dicebat) ſi ſuperſtitioſum eiuſmodi remedium non prodeſt, certe nec admodum obeſt: niſi forte eorum fortunis, qui id auro redimunt, vel etiam ex euentu, quod principes dum decantatis huius cornu viribus plus æquo confidunt, negligunt ſibi aliis conuenientioribus aduerſum venena remediis cauere. B

Superſtitioſum remedium.

Ita ſæpe incautos mors inopina rapit:

Cum aliquando ex Ludouico Durero Regis Medico & Profeſſore, propter excellentem, quam iure de eius doctrina docti omnes animo cóceptam habent opinionem, quæſiuiſſem, quid de eiuſmodi cornu ſentiret: Reſpondit ille, nihil ſe ei virium attribuere. In cuius rei confirmationem ſecundam rationem multis ante verbis expoſitam, pluribus ille & diſertius enarrauit: nec vereri ſe in auditorio ſuo, doctorum hominum vndique ad ipſum audiendum concurrentium theatro, id alta voce & explanata oratione prædicare. Quod ſi quando temporum & conſuetudinis vitio victus id cornu præſcriberet, non alio ſe id conſilio facere, quam, vt mederetur animi deliquiis, quæ contingunt ex ſeroſorum humorum in ventriculi orificio natantium copia, quæ incompoſitos homines facit: quod huic cum aliis pari facultate præditis mixto, vis inſit terreſtri ſua ſiccitate aquoſi humoris abſorbendi. C

Quibus cordis paſſionibus cornu Vnicornu vtile.

At dicet aliquis, nullus neque Lemniæ, neque Armenæ terræ ſuccus ineſt, nullus item odor aut ſpiritus aereus? Certe quidem. Sed nec talia vere & proprie cardiaca dicuntur: at tantum ex euentu & accidenti, quia ſcilicet adſtringendi vi, qua pollent, obſeratis vaſorum ductibus, veneno ad cor aditum intercludunt. Hæc mea eſt de cornu Vnicornis ſententia, quam ſi quis non probauerit, mihi gratiſſimum fecerit, ſi ſuam publicæ vtilitatis gratia candide oppoſuerit: interim hoc, quod nunc facio, æqui bonique conſulerit.

FINIS LIBRI VIGESIMI.

D

DE PE-

E

A

DE PESTE.

LIBER VIGESIMVSPRIMVS.

B

Peſtis deſcriptio. CAP. I.

Quid peſtis.

PEſtis *morbus eſt ferus & contagioſus, qui ſub vulgarium ſpecie paſsim in bruta & homines inuolans, multos de medio tollit, febris continuæ, bubonum, anthracum, exanthematum, nauſeæ, vomituum, & aliorum eiuſmodi malignorum accidentium comitatu cinctus.* Perniciosus eſt hic morbus non tam qualitate elementari, quam venenata quadam malignitate, cuius vires communis putredinis conditionem ſuperant. Quanquam negare nolim, certis illam corporibus, temporibus, & regionibus magis noxiam eſſe, quemadmodum & pleriquc alii morbi, de quibus meminit Hipp. Sed hic tantum colligere licet, peſtis vim & diritatem augeri aut minui poſſe pro concurrentium qualitatum elementarium conditione, non autem omnem eius inde naturam & eſſentiam pendere.

Sect. 3. aph.

C Peſtiferum venenum vitali præſertim ſpiritui, cuius officina & fons eſt cor, bellum indixit, adeo vt ſi vitalis ſpiritus robuſtior ſit, venenum illud longe à corde exigat: Sin debilior, victus & iam impreſſione hoſtili infectus, in cordis arcem recedit, pari contagione cor, totumque adeo corpus, in ipſum arteriarum ductibus ſparſus, inficiens. Hinc febres peſtilentes, alias ſimplices & ſolitariæ, alias aliorum affectuum turba cinctæ, vt bubonum, carbunculorum, puſtularum, & exanthematum vnius, pluriumve colorum. Eiuſmodi affectus ortum habere veriſimile eſt à facultate excretrice valida aut debili, irritata efferæ materiæ malignitate. Omnino tamen varia ſymptomara, mutationeſque emergunt pro patientis corporis conſtitutione, & humoris, in quo maxime defixum eſt, peſtis virus conditione, cauſæ denique efficientis natura. Hac mihi deſcriptione viſum eſt primo in hanc materiam aditu peſtis naturam adumbrare. Hanc enim propria definitione complecti vix licet, quod etſi in natura definitæ & certæ ſint eius vires, in hominum tamen animis haud omnino certæ & manifeſtæ ſint, tum quod nunquam vniuſmodi contingat: adeo vt in tanta varietate generale aliquid ſtatuere & exploratum, perarduum ſit.

Qui peſtis hominem enecet.

Cauſa bubonum, anthracum & exanthematum in peſte.

De Peſtis extraordinaria cauſis diuinis. CAP. II.

D RAta, conſtans, & ab omni ſeculorum memoria inter Chriſtianos recepta opinio eſt, peſtem, alioſque morbos, qui in hominum vitam graſſantur, ſæpe iuſta Dei vindicis ira immitti. Id iamdudum docuit Propheta: *Quæ, inquit, afflictio? quæ lues ciuitatem corripiet, quam nõ magna Dei manus intulerit?* Quod equidem meditati nos nunquam non decet: duabus de cauſis eſt. Prior eſt; vt ſemper obuerſetur animo idipſum, quod ſanitate fruimur, viuimus, mouemur, & ſumus, à Deo eſſe, & ab illo patre luminum deſcendere: eoque nomine magnas illi ſemper merito habendas gratias. Altera, vt cognitis calamitatibus, quibus immiſſis in ſui vindictam diuina procedit ira, reſipiſcamus tandem, & nequitiæ via relicta, ea, quæ recta eſt, inſiſtamus. Sic enim diſcemus quærere in Deo, nobis, cœlo & terra veram cauſarum peſtis cognitionem, & philoſophia quadam diuina doceri, Deum eſſe principium, & cauſam cauſarum ſecundarum, quæ ſine prima illa nihil prorſum moliri, tentare, multo minus perficere poſſint. Ab hac enim vim, ordinem, & ordinis conſtantiam mutuantur: ſic vt primo illi & principi in nobis, rotoque mundo Deo, inſtrumenti vice inſeruiant ad ſingula opera ſua perficienda, conſtanti illa ordinis viciſſitudine, quam ab initio immutabilem poſuit. Quare peſtis omnis cauſa in propinqua inferioraque hæc principia conferenda non eſt: quod ſolent Epicuri & Luciani aſſeclæ; qui naturæ nimium multa, imo

Amos 3. Act. 17.

Cauſæ ſecundæ a Deo ſeu prima cauſa vim, ordinẽ & conſtantiam habere.

E omnia tribuentes, Dei nihil reliquerunt prouidentiæ. Contra aſſidua cogitatione expendere & tenere debemus, Quod quemadmodum Deus omnipotenti ſua vi, omnia ex nihilo ſumma, media, infima creauit, ſic idem immortali ſua ſapientia eadem conſeruat, moderatur, quo vult, deducit & inclinat, imo ipſarum ordinem totamque naturæ œconomiam pro arbitrio immutat. Hanc nos peſtis extraordinariæ cauſam vt agnoſcimus & recolimus, ſic hic non perſequimur, Theologiſque relinquendam cenſemus, quod naturæ limites, in quibus nunc conſiſtere volumus, excedat. Itaque ad cauſas peſtis naturales veniamus.

Contra Epicurum diuinæ prouidentia oppugnatorem.

De Peſtis naturalibus cauſis, omninoq; de Peſtis ab aeris corruptione ſeminio. A

Cap. III.

Peſtis duæ generales cauſæ. Lib. 6. de loc. affect.

PEſtis naturales & generales cauſæ omnino duæ ſunt, nempe aëris corrupti inſectio, & humorum viciatorum ad illam infectionem ſuſcipiendam præparatio: corrumpi enim humores noſtros poſſe, & in eam deſciſcere alienationem, quæ veneni adæquet malignitatem, ex Galeni doctrina ante notatum eſt. Corrumpitur vero aer, quando temporum quatuor anni tempeſtates ſuas non habent tempeſtiuitates, ſeu à ſeipſis degenerant, vel per alterationem; vel per alienationem: vt ſi vniuerſa anni conſtitutio humida ſit, & à craſſis, atriſque nubibus pluuioſa. Si Hyems fuerit mollis & tepida, ſine aquiloniæ tempeſtatis, quæ frigida & ſicca eſt, adeoq; putredini contraria, vlla ſucceſſione. Si Ver, quod temperatum eſſe debet, intemperiei aliquo exceſſu laborauerit Si Autumnus facibus per aerem medium ardentibus, ſtellis currentibus, aut quaſi decidentibus, cometis terrificis & nunquam impune viſis ominoſus fuerit. Si Æſtas auſtrina & ſilens. Si denique viſæ ſint nubes à Meridie ferri in Septentrionem. Eiuſmodi & alias tempeſtatum anni haud naturales conſtitutiones, nemo vnquam melius vel diuinius perſecutus eſt Hippocrate *in libris Epidem*. Hinc ergo aer corruptionis, peſtiſque ſemina haurit, quæ demum qualitatum exceſſu ſimili inuecto, in corporum noſtrorum humores, tenues præſertim & ſeroſos, B ſpargit. Quanquam non hinc ſemper peſtis neceſſario emergat: ſed alias aliud morbi diri & contagioſi genus. Nec vero à ſuperioribus tantum cauſis aer corrumpitus: ſed & vaporibus putridis & inquinatis, vt inſepultorum cadauerum, terræ hiatuum, apertatum cloacarum per aerem confluum diſſeminatis. Sæpe etenim mare in terras ſe effundens, & in limo, vel in apertis terræ motu hiatibus vaſta piſcium monſtrorumq;, quæ ſuo æquore occultat, corpora relinquens peſti, ob putredinem inde ſuſcitatam, occaſionem materiamq; dedit. Sic enim noſtris temporib. Balæna in Tuſcum littus eiecta, peſtem mox toti regioni intulit. Sed vt piſces in aerem, ſic aer quoq; corruptus ſæpe in mare & piſcium genus peſtem infert: cum præſertim vel ſummis aquis innatant, vel etiam terræ ſubiectæ vaporibus peſtilentibus, & per medium aquæ corpus in aerem ſurgentibus inficiuntur: quod poſtremum raro accidere meminit Ariſtoteles. Sed tamen non eſt infrequens, vt peſte per aliquam regionem graſſante, piſces multi paſſim circa littora eiecti, & magnis aggeribus iacentes viſantur. Sulphurei vero, aut malignæ euiuſuis alterius qualitatis participes vapores, ex ſubterraneis locis per terræ motus apertis hiatib. & voraginibus effuſi, non aerem modo corrumpunt, ſed & ſemina plantaſq;, & fructus omnes, quibus veſcimur, inficiunt: C ſicq; peſtiferam labem vna cum alimento in nos animantiaq;, quibus veſcimur, transferunt.

Quibus ex cauſis inficiatur & corrumpatur aer.

Li. 8. de hiſt. anim.

Quod quam verum ſit, declarauit Empedocles, qui occluſo obturatoq; magno terræ hiatu in montium conuallibus aperto, totam Siciliam à peſte, quæ inde graſſabatur, vindicauit. Tetras eiuſmodi expirationes ſi venti derepente exorti à regionibus, quibus ante peſtiferæ erant, in alias depulerint, ſimul quoque peſtem immiſerint. Hæc ſi ita ſunt, dicet aliquis, oportebit igitur vbicunque fœtidæ & putrentes aſſurgunt exhalationes, vt circum ſtagna, cloacas, & laniarias, ibi peſtem regnare, homineſque illic operam præſtantes, veneno peſtifero ſtatim ſuffocari: at id falſum experientia deprehendit. Reſpondemus, peſtiferam putredinem longe aliam & diuerſi generis eſſe à communi, vt quæ occultæ cuiuſdam malignitatis, & toto genere vitæ noſtræ infenſæ ſit particeps, cuius non eſt facile rationem plane atque aperte exponere. Peſtiferam tamen contagionem quotieſcunque & vndecunque erepſerit, tanquam familiaritate quadam ſibi iunctam, facile & quamprimum excipit, fouetque vulgaris illa vbicunque ſit putrefactio, tandem & ipſa in peſtiferam malignitatem degenerans, haud certe ſecus, quam qui peſte graſſante ſuboriuntur, in corporibus noſtris morbi putridi, feritatis tamen & contagionis primo expertes, vt abſceſſus, febres putridæ, & alii vitio humorum proprio ſuſcitati, facile in peſtiferos degenerant, peſtis labe, ad quam præparationem iam quandam habent, ſtatim excepta. Itaque peſte regnante ſi aſerim eiuſmodi famoſa fœtore loca, tanquam peſtem ipſam fugienda: ne ſi ad eam labem ſuſcipiendam D aliqua ſit in corporibus noſtris & humoribus præparatio, (ſine qua, vt docet Galenus, nulla eſt agentis in ſubiectum efficacia, alioqui peſtifera tempeſtate omnes æquo peſtis corriperet) ſequatur mox diſpoſitionem illam peſtiferæ qualitatis impreſſio. Cæterum aerem peſtilentem cum dicimus, haud ſyncerum & elementarem, ſimplicemque, qualis eſt natura ſua, intelligimus: talis enim non eſt corruptioni obnoxius, ſed malignis vaporibus, terra, ſtagnis, cloacis, mari ſuſcitatis inquinatum iam, & à natiua puritate & ſimplicitate degenerantem & alienatum. At vero inter omnes aeris ad peſtilentem luem ſuſcipiendam apti conſtitutiones, nulla eſt aptior calida, humidaque & ſilente. Eiuſmodi enim qualitatum exceſſus putredinem facile acceſſit. Itaque Auſtro calido, humidoque, maritimis præſertim in locis, flante, haud diu carnes ſeruari poſſunt, quin ſtatim corrumpantur. Notandum præterea, quod quæ peſtilens malignitas ex hominum cadaueribus ſuſcitatur, ea humano generi, quæ ex boum, bubulo, quæ ex ouium, ouillo propter naturæ ſympathiam & familiaritatem facilius communicatur, haud ſecus, quam quæ vnum aliquem in vna familia prehenderit peſtis, ea mox in cæteros eiuſdem familiæ propter temperamenti ſimilitudinem graſſatur velocius, quam in alios alterius familiæ toto temperamento diſſimiles. E Sic igitur à naturæ bonitate alteratus, alienatuſve aer, in corpora præparata & diſpoſita, inſpiratu & tranſpiratu neceſſario allectus, peſtis ſemina, adeoque peſtem ipſam infert.

Peſtiferam putredinem longe differre a communi putredine.

Per peſtilentem aeris conſtitutionem morbos omnes in peſtem degenerare. Lib. 1. diff. feb.

Aerem putreſcere qui intelligendum ſit.

Auſtrinam aeris conſtitutionem peſtis eſſe fomitem.

Peſtis a quibus in quos maxime graſſetur.

De humorum ad putrendum, peſtiferaque impreſſiones admittendas, præparatione.

Cap. IV.

EXpoſitis cauſis, à quibus aer putreſcit & corrumpitur, fitque peſtilentis & venenatæ conſtitutionis particeps, exponendum nunc, quæ res putrere humores faciant, ipſoſque adeo ad recipiendam & retinendam

A retinendam peſtilentem auram, venenatamq; qualitatem diſponant. Putreſcunt humores vel à plenitudine, quæ obſtructionem parit; vel intemperiei exceſſu; vel denique corruptæ & mali ſucci materiæ admixtione, quam potiſſimum in corpore cumulat deprauata in victu diæta: ebibitis enim abunde vinis vapidis & mucidis, aquiſve cœnoſis, cloacas, ſordeſq; vrbis excipientibus & ſtagnantibus; fructibus vero & leguminibus, in annonæ penuria, ſine delectu in ventrem ingeſtis, vt piſis, fabis, lentibus, viſcia, glandibus, filicis & graminis radicibus in panem denſatis, peſtis ſuccedere ſolet. Tales enim cibi obſtruunt, malos ſuccos in corpore cumulant, facultatumque robur exoluunt, vnde humorum putredo, & in humorum putredine ad peſtis ſemina excipienda, concipienda, edendaque præparatio & diſpoſitio. Quod teſtantur, quæ tum erumpunt, fœda ſcabies, maligni abſceſſus, vlcera rebellia, febreſque putridæ, omnia maioris putredinis & corruptionis prænuntia.

Tres cauſæ cur putreſcant humores.

Hanc humorum corruptionem promouent animi vehementes perturbationes, iræ, mœrores, triſtitiæ, angores, metus: quæ omnia naturæ in coquendo œconomiam omnem labefactant, vt enim per dies caniculares æſtus & ardoris efficacia, vini ſubſidentes fæces in altum attolluntur, & vinoſæ toti ſubſtantiæ per quandam velut ebullitionem permiſcentur: ſic melancholici humores, ſanguineæ maſſæ craſſamenta, per animi pathemata excitati,

Animi pathemata humorum putredinem promouere.

B vniuerſum ſanguinem fœculenta impuritate ſua conſputcant. Id experiebamur ſuperiorib. annis prælio ad ſancti Dionyſii fanum conſerto, vulnera enim omnia quouis telo inflicta in magnas fœdaſque putredines, corruptiones cum febribus eiuſdem generis abibant, ad mortemque fere terminabantur, admotis quantumlibet diligenter remediis omnibus, quæ res multis ſuſpicionem falſam iniiciebat, intoxicatorum vtrinque ab hoſtibus telorum. Non enim aliunde, quam ab aeris praua conſtitutione, exulceratiſque odio, ira, & metu militum animis. Putredinis & corruptionis ſigna manifeſta in ſanguine, eadem die, qua quis vulneratus fuerat, miſſo, & in diſſectorum poſt principibus viſceribus elucebant.

Vina ſub caniculam cur conturbentur.

Quæ ſigna in aere & terra peſtem prænuntient. CAP. V.

SI quando aer, annique tempeſtates à naturali conſtitutione deſciuerint, iis, quos ante dixi, modis, ſi frequentia & per aerem volitantia diuve pendentia meteora, ſi ſulphurea tonitrua aerem infecerint, ſi fructus, ſemina, legumina vermiculantur, ſi aues nidos, oua fœtuſque ſine cauſa deſerant, ſi mulieres vulgo abortire cernantur, hauſto ſcilicet & continenter inſpirato aere vaporoſo, corrupto & fœtui vitæque principiis infenſo, quo ſuffocatus fœtus mox excidit & exigitur, imminere iamiam peſtem ſcire

Cur tempeſtate peſtifera frequentes ſint abortus.

C licet. Non tamen impreſſiones illæ aereæ ſolæ aerem corrumpunt, ſed ex tetris terræ aquarumque aut cadauerum halitibus, & venenatis vaporibus agente ſole ſuſcitantur, qui ſui præter naturam mixtione aerem alterabilem, tenuem nempe & humidum facile corrumpunt, vnde varii pro ſua quæq; corruptionis ſpecie emergunt epidemii, & in vulgus paſſim graſſantes morbi, qualis illa omnibus decantata grauedo anheloſa.

Cur aer facile inficiatur.

Anno Chriſti milleſimo quingenteſimo decimo in omnes fere mundi regiones, Galliæ vero oppida pagoſq; cunctos debacchata, cum ſumma capitis grauitate (vnde Cuculla Gallis dicta) cum cordis pulmonumq; anguſtia atq; tuſſi, cum febre continua, nonnunquam & delirio. Hæc quanquam plures attigit, quam iugulauit, quia tamen, qui vel ſanguinem ſibi detrahi, vel corpus cathartico purgari patiebantur, fere moriebantur, ideo ſe illo ſuo impetu, proprioque ac inaudito veneni genere peſtilentem prodidit.

Grauedo anheloſa multis lethifera.

Talis etiam extitit ſudor Anglicus, ſeu febris ſudorifica: quæ inſolens, magno terrore à Britannia in omnem inferiorem Germaniam, Galliamque Belgicam ab anno Chriſti milleſimo quingenteſimo vigeſimo quinto, in annum milleſimum quingenteſimum trigeſimum, Autumno potiſſimum peruagata eſt: vt primum lues hæc in ciuitatem quandam inuaſerat, derepente ſu-

Sudor anglicus peſtilens.

D pra quingentos aut trecentos in dies corripiebat, dum hinc alio cõmigraſſet, perculſi mox quaſi eſſent languore diſſoluti, animi defectione corruebant, decumbenteſque perpetuo ſudore diffluebant, cum febre, cum pulſu crebro, celeri & inæquali, neque ſudori modus erat ante morbi ſolutionem, ſoluebatur autem vno aut ſummum altero die, quanquam liberati diu poſtea languebant, omnibus cordis palpitatio conquiſita, alios quidem duos treſve annos, alios omnem vitam comitata. Initio multos ſuſtulit, cum nondum illius vis eſſet percepta. At poſtea admodum paucos, vbi exercitatione & vſu deprehenſum eſt, eos, qui ſudores exciperẽt, proliceréntque, & ſe cardiacis munirent omnes reſtitui. Cæterum certis temporibus pleriq; alii populares morbi ſerpere ſolent, vt febres putridæ, diarrhoeæ, dyſenteriæ, rheumatiſmi, tuſſes, phrenitides, anginæ, pleuritides, perineumoniæ, ophthalmiæ, apoplexiæ, lethargi, exanthemata, rubeolæ, variolæ, ſcabies, anthraces ſeu carbunculi, puſtulæ malignæ. Quare peſtis nec ſemper, nec vbiq; vnius & eiuſdẽ generis eſt, ſed diuerſi: quæ cauſa exiſtit, cur varia illi nomina imponerentur, pro effectuum, nempe, quos pareret, & ſymptomatum, quibus comitata eſſet, varietate & putredinis modo, ſpecie, occultaq; in aere proprietate.

Peſtem non eſſe vnius morbi definitũ nomen.

Aiunt, peſte imminente fungos boletoſque ſolito frequentiores è terra emergere, per ipſam vero longe plurima ſerpere virulentorum animalculorum genera, aranearum nempe, erucarum, bruchorum, papilionum, cicadarum, ſcarabeorum, crabronum, muſcarum, ſcorpionum, limacum, locuſtarum, rubetarum, vermium & ſimilium è putredine ſo-

Quæ ſigna in terra peſtem prænuntiant.

E boleſcentium. Sed & feræ ſpecuum, & ſubterraneorum locorum vaporoſæ malignitatis pertæſæ, ſpelæa, latibulaq; propria deſerunt, & alio magnis agminibus talpæ, buffones, viperæ, colubri, lacertæ, aſpides, crocodili migrare cernuntur. His enim vt tempeſtatum aeris, pluuiarum nempe, nimborum & ſerenitatis: anniq; temporum, vt veris, æſtatis, autumni, hyemis præſagiendorum Dei beneficio & naturæ inſtinctu vis manifeſta ineſt, quam cantu, occentu, garritu, volatu, tripudiis, alarum plauſu & ſimilibus ſignis teſtantur, ſic & peſtilentiæ præſentiendæ.

Feris vt tempeſtatũ mutationumq; aeris, ſic peſtis præſagiendæ vim ineſſe.

Quin etiam earum, quæ minus mature & opportune ſibi cauerint, malignæ ſubterraneæ auræ veneno peſtifero ſuffocata, non in ſpecubus modo, ſed & in

Peſtiferos vapores quæ plantis & animantib. ſint lethiferi

camporum planitie paſſim occurrunt cadauera, vapores illi non ſimplici, ſed occulta malignitatis putredine corrupti, è ſubterraneis locis ſolis & ſyderum vi in aerem proiiciuntur, illicque in nubes denſati ſuo in ſata, arbores herbaſque delapſu, omnia terra edita inficiunt & corrumpunt, ſimulque quæ his veſcuntur, animantia conficiunt, bruta tamen citius, quam homines: vt quæ in terram, talis veneni fomitem & parentem, ſemper prona, ad parabilem è terra paſtum abiecta ſunt. Itaq; tum callidi multoq; vſu periti agricolæ, nunquam armenta aut pecudes ad paſtum eo tempore dimittunt, antequam ſol radiorum ſua vi pendulum inſidentem ve ramis foliis, herbis, ſpicis, fructibusque peſtiferum hunc rorem exinaninerit, & in auras inſenſiles diſſiparit. Contra vero ei peſtilentiæ, quæ à maligna qualitate cœlitus, ob malignum terrumq; ſyderum concurſum, demiſſa eſt, volucrum hominumque genus, vtpote cœlo vicinius, magis eſt obnoxium. A

Quæ aſtu paſtores pecudibus, ne rore peſtilenti ſuffocentur, prouideant.

Quibus cautionibus in ſpiritu & diæta adhibitis, præcauere ſibi à peſte liceat.

CAP. VI.

Loci mutatio certiſſimum ad præcauendam peſtem præſidium.

Duo ad præcauendam in regione peſtilenti peſtem præſidia.

Diæta præcauenda peſte ſalubris.

Signa peſtilentiæ prænuntia expoſita ſunt, nunc quibus artibus imminentem illam tempeſtatem auertere, & nobis ab illa præcauere liceat, exponendum. Nullum certius præſidium Veteribus viſum eſt, quam citiſſime in remotiſſimas à loco peſtilenti terras emigrare, tardiſſime vero remigrare. At quibus per negotia & occupationes mutare locum nõ licet, duo in primis omnino erunt curanda. Primum eſt; vt corpus, corporiſq; partes principes aduerſus veneni ſeu peſtiferæ & venenatæ auræ quotidie imminentes inſultus roborentur. Alterum, vt venenati aeris vires retundantur, quominus virus ſuum corpori imprimere poſſint; quod fiet qualitatis in eo eminentis exceſſum contrariæ oppoſitione corrigendo. Nam ſi æquo calidior ſit, refrigerantibus erit temperandus. Si frigidior, calefacientibus; quanquam minime id ſufficit. Oportet præterea venenatæ luis inquinamenta per ipſum ſparſa, effuſis odoratis & venenum expugnantibus halitibus emendare & repurgare. Corpus roborabitur, validiuſque infecto aeri reſiſtet, ſi excrementitiis humoribus vacet, quod fiet catharſi & phlebotomia: diæta de cætero conuenienter inſtituta: nempe ciborum immenſa varietate vitata, vitatis calidis & humidis, hiſque omnibus, quæ facile in ventriculo corrumpuntur & obſtruunt, qualia ſunt, quæ à piſtore dulciario parantur. Satietatem & ebrietatem fugere decet: vtrumq; enim vires deiicit, quas tuetur ciborum euchymorum mediocris vſus. Exercitia mediocria paſtus præcedant in aere libero, & venenata labe vacuo. Aluus ſit libera, ſeu natura, ſeu arte. Cor vitæ domicilium, cæteraque viſcera roborentur cardiacis & alexiteriis epithematum, lituum, emplaſtrorum, aquarum, pilularum, puluiſculorum, tabellarum, opiatarum, ſuffituum, & aliorum, quæ mox dicemus, forma adhibitis & aſſumptis. Aer eligatur purus, & ab omni inquinamento liber, à lociſque fœtentibus valde diſſitus: talis enim vitæ tuendæ, ſpiritibus recreandis & reparandis eſt accommodatiſſimus; contra nebuloſus, craſſiſque & fœtidis vaporibus infectus ſpiritus obtenebrat, appetentiam deiicit, corpus languidum & male coloratum reddit, cor opprimit, multorum morborum author. Borealis ventus à Septemtrione flans, quia frigidus eſt & ſiccus, ſalubris exiſtit. Auſtralis contra, flans à Meridie, quia calidus & humidus eſt, corpus ignauia exoluit, poros aperit, & peſtifero veneno peruios reddit. Occidentalis etiam inſalubris eſt, quia ad Meridiem valde accedit, quare vnde ſpirant illi venti, ea parte obſcrandæ erunt feneſtræ, aperiendæ vero ad Septentrionem & Orientem, niſi forte peſtis inde veniat. Ignis luculentus in omnibus ædium cubiculis excitabitur, totaque domus rebus aromaticis ſuffietur, vt thure, myrrha, benioino, ladano, ſtyrace, roſis, myrti foliis, lauendula, roremarino, ſaluia, ſatureia, ſerpillo, maiorana, geniſta, pomis pini ligni abietini fruſtulis, granis iuniperi, caryophyllis, auiculis cypris, iiſdem veſtimenta ſuffientur. Sunt, qui hircum domi habere magnum eſſe præſidium putent contra auram peſtiferam, quia ædium vaſtitas viroſo vapore, quem hircus expirat, repleta, refellat aditu auram venenatam, quæ eadem ratio in ſuffitu odorato locũ habet. Prætereaq; demonſtrat famelicos peſte facilius occupari, quam mediocriter cibatos: cibo enim non modo corpus roboratur, ſed & diffuſis vaporibus ductus omnes replentur, quibus alioqui peſtifera aura viam ſibi ad cor faceret. De hirco tamen aliam rationem plebs ſubiicit, quod ſcilicet malus vapor malo alio vapore, tanquam cuneus cuneo fugetur: quæ res mihi in mentem reuocat id, quod eſt ab Alexandro Benedicto proditum, extitiſſe Scytham Medicum, qui peſtem ab aeris infectione manantem ceſſare fecit, interfici iuſſis omnibus vrbis canibus, felibus, ſimilibuſque animalibus, horum enim cadaueribus per vicos abiectis, noui putridi vaporis tanquam recentis aduenæ vi, vetus hoſpes peſtiferis aeris ſedibus deiectus eſt, ſicq; peſtilentia quieuit. Venenorum enim non modo cum alexiteriis, ſed etiã cum venenis antipathia eſt. Dum peſtilentia ſæuit, non eſt vtile pedem domo efferre ante ſolis ortum: Expectandum ergo eſt, quouſq; radiorum ſuorum viuifico lumine aerem luſtrarit, diſperſis nebuloſis omnibus & nocturnis ipſius inquinamentis: qualia in aere pendere ſolent in locis cœnoſis, præſertim & conuallibus. Fugiendæ ſunt conciones, cœtuſve omnes populares. Si peſtis æſtate incœperit, caloriſque æſtiui miniſterio ſæuire potiſſimum videatur, ſatius eſt, de nocte iter ob neceſſaria negotia inceptum, inſtitutumve peragere, quã de die, quia à ſolis ardore vim, robur, & ſubſtantiæ, qua permeate & intro ſubire citius poſſit, tenuitatem, accipit venenum, corpora vero humana tum patẽtiora ſunt, de nocte craſſiora, & denſiora omnia. Contraria erit ratio, ſi à frigore vires & celeritatem mutuari venenum videatur. Cæterum ſemper vitanda erit luna, præſertim plena. Tum enim corpora languidiora ſunt & effœta, atq; humoribus excrementitiis magis differta; quemadmodum & ligna: quæ ob id ſua luna, id eſt, decreſcẽte cædi debent. Poſt leues aliquot in cubiculo deambulationes ſtatim tentandum, vt ſuſcitato calore, ſpiritibuſque viſcera nobilia roborentur & ad ipſa ductus impleantur, interclusa B C D E

Nebuloſi & fœtidi aeris incommoda.

Cur auſtralis ventus peſtifer.

Ignes contra peſtẽ vtiles.

Moderatam repletionem eſſe præſidiũ contra peſtẽ.

Mira ars abigẽda peſtis.

Venenorum cum venenis antipathia.

Nocturna aer interdum tempeſtate peſtifera iter ingrediendum.

Cur vitanda luna tẽpore peſtis.

A ſic venturo extrinſecus veneno via. Quibus alliorum vſu caput non tentatur, nec æſtu viſcera incandeſcunt, vt ruſticis, & aſſuetis, his ea primo mane cum vino generoſo ingerere, quolibet antidoto aduerſum peſtiferas nebulas, nocturnasque caligines certius eſt præſidium & incantamentum: vapore enim calido, multoque in corpus vniuerſum ſtatim diffuſo, ipſum replent & roborant momento. Quod ad aquam ſpectat, ſi quidem peſtis venenum ab aeris labe ſit, aqua pluuialis penitus fugienda eſt, quia aeris contagio non poteſt non eſſe infecta. Quare fontium, & quam altiſſime depreſſorum puteorum aqua præferenda eſt. Si vero à vaporibus ſubterraneis malum manarit, pluuia eligenda eſt. Tutius tamen eſt omnem aquam coctione ante mitificare, eamque cæteris præferre, quæ oculis pura & nitens, linguæ ſaporis omnis expers, naribus inodora probabitur, quæque præterea extremas caloris & frigoris mutationes celerrime ſubibit:

Alliorum eſum tueri a peſte.

Quæ aqua eligenda tēpeſtate peſtifera.

De cardiacis remediis, quibus præmunire corpora in peſtis metu, & curare peſte iam obſeſſa licet. CAP. VII.

QVibus cibus niſi multo labore, exercitio, & fame emptus, non eſt gratus, quique ientaculorum amantes non ſunt, his antequam domo pedem efferant, redditis alui excrementis, alexiterio aduerſum
B peſtilentiæ virus cor eſt præmuniendum. Inter quæ excellit aqua theriacalis duarum vnciarum pondere, cum vini generoſi pari quantitate ſumpta, naribus hauſta, ore & auribus affricta: cor enim roborat aqua theriacalis, venenum fugat, nec ad præcautionem tantum valet, ſed etiam ad præſentis mali curationem. Sudoribus enim prouocatis venenum intus foras propellit: parari debet menſe Iunio, quo tempore à ſolis calore vitali omnium ſimplicium medicamentorum ſumma vis eſt, compoſitio eſt huiuſmodi:

Aqua theriacalis & aſſumpta & admota vires contra peſtem.

*℞. rad. gentianæ, cyperi, tormentillæ, dictamni, enulæ camp. an. ℥ j. fol. tapſi bar. card. bened. morſus diab. pimpinellæ, ſcabioſæ, oxalidis agreſtis minoris, an. m. ß. ſummitatum rutæ p. j. baccarum myrti. ℥ j. roſar. purpurearum, flor. bugloſſi, borrag. & hyperic. an. ℥ j. mundentur omnia, piſentur & macerentur, xx iiij. horarum ſpatio in vinis albi aut maluatici, aquæ roſar. & oxalidis an. ℔ j. deinde reponantur in vaſe vitreo, addantur theriacæ & mithridat. an. ℥ iiij. fiat deſtillatio in balneo mariæ, aqua ſtillatitia phiala vitrea excipiatur, eique rurſum addantur croci. ℥ j. terræ ſigillatæ, boli armeniæ, ſantali citrini, raſuræ eboris, limaturæ cornu cerui iunioris prope caput aſſumpti an. ℥ ß. obſerata tum phiala ſoli exponatur, octo vel decem dierum ſpatio, ſumatur quantitas præſcripta mane quoties opus erit: innoxie datur lactantibus puerulis, grauidisque; ſed quo gratior ſit, colari debet per manicam, addito ſaccharo & cinamomo
C conquaſſato. Sunt*, qui radice enulæ camp. zedoariæ aut angelicæ ore verſatæ, & dentibus præmanſæ, ſibi ſatis cautum eſſe putent. Alii *rad. gentianæ tritæ ʒ j in vini albi ℥ ij. per noctem macerant* & mane ebibunt. Alii vinum Abſynthites ſumunt. Alii *terræ ſigillatæ vel ſcobis cornu cerui, ʒ j an ouo tremulo* excipiunt cum croci tantillo, & vini, ℥ ij. ſuperbibunt. Sunt, qui in aqua vitæ & vino albo generoſo bolum armenum, radicem gentianæ, tormentillæ, dictamni, ſemen iuniperi, caryophyllos, macis, cinamomum, crocum & ſimilia infundunt, deſtillationique in balneo mariæ ſubiiciunt.

Compoſitio aquæ theriacalis.

Quæ ſequitur aqua cardiaca, magnarum eſt virium: *℞. rad. ariſt. longæ & rotundæ, tormentillæ dictamni an. ʒ iij. zedoariæ, ʒ ij ligni aloes, ſantali citrini, an. ʒ j. fol. ſcordii, hyperic. acetoſæ, rutæ, ſaluiæ an ℥ ß. ſeminis iuniperi, baccarum lauri, an. ʒ iij ſeminis citri. ʒ j. caryophyl. macis, nucis moſch. an. ʒ ij. maſtiches, olibani, boli armeni, terræ ſigillatæ, raſuræ eboris, cornu cerui, an. ℥ j. croci ℈ j. conſeruæ roſar. florum bugloſſi & nenuphar. theriacæ veteris an. ℥ j camphoræ, ʒ ß. aquæ vitæ ℔. ß. vini albi ℔. ij. ß. fiat diſtillatio in balneo mariæ.* Vſus aquæ huius ſtillatitiæ idem eſt, qui & aquæ theriacalis.

Aqua cardiaca.

Valet etiam electuarium ſequens: *℞. theriacæ optimæ ℥ iij. radicis tormentillæ, ſeminis iuniperi & cardui bened. an. ʒ j. ß. boli armeni præparati ʒ ß. ſpecier. electuarii de gemmis & diamarg. frigidi, raſuræ cornu cerui. coralli
D rubei, an. ʒ j. cum ſyrupo de corticib. & acetoſitate citr. miſce fiat electuarium liquidum in forma opiatæ*; ſumatur ſingulis matutinis ad quantitatem nucis auellanæ, ſuperbibendo, ℥ ij. aquæ ſcabioſæ, ceraſorum, cardui bened. & ſimilis cardiacæ, vel vini generoſi.

Electuariũ cardiacum.

Vtilis eſt etiam opiata ſequens, ex qua tabellæ concinnari poſſunt: *℞ rad. angelicæ, gentianæ, zedoariæ, enulæ camp. an. ʒ ij. ſeminis citri & acetoſæ an. ʒ ß. corticis citri ſicci, cinamomi, baccarum lauri, iuniperi & croci, an. ℈ j. conſeruæ roſar. & bugloſſ. an. ℥ j. ſacchari optimi quantum ſufficit formentur tabellæ ponderis*, ʒ ß. capiat vnam horis duabus ante paſtus; vel fiat opiata cum æquis partibus conſeruæ bugloſſi & mellis anthoſati, arida illa omnia excipiendo. Vel:

Tabella cardiaca.

℞. rad. valer. torment. dictamni. fol. rutæ, an. ℥ ß. croci, macis, nucis moſch. an ʒ ß. boli armeni prap. ℥ ß. conſeruæ roſar. & ſyrupi de limonibus an. quantum ſufficit, fiat opiata ſatis liquida, Vel:

Opiata cardiaca.

*℞. rad. ariſtol. vtriuſque, gentianæ, tormentillæ, dictamni an. ʒ j. ß. zinziber. ʒ iij. fol. rutæ, ſaluiæ, menthæ puleg. an. ʒ ij. baccarum lauri, iuniperi, ſeminis citri, an ℈ iiij. macis, nucis moſch. caryophyl. cinam. an. ʒ ij. xyloaloes & ſantali citrini, an. ʒ j. thuris maſculi, maſtiches, raſuræ ebor. cornu cerui an. ℈ ij. croci ʒ ß. boli armeni, terræ ſigil. coralli rub. margarit. electuar. an. ʒ j. conſeruæ roſar. florum bugloſſi & nymphææ, theriacæ optimæ veteris an. ℥ j. ſacchari albiſſimi quart. v. adde ſub finem confect. alkermes ʒ ij. camphoræ in aqua roſar. diſſolutæ ℈ j. fiat opiata ſecundum ar-
E tem; doſis eſt a ʒ ß. ad ℈ j ß.*

Theriaca & mithridatium fideliter compoſita, cæteris cardiacis omnibus excellunt, addendo pro ſingulorum ℥. ß. conſeruæ roſar. vel bugloſſi, violæ. ℥ j. ß. boli arm. præpa. ʒ iij. ex his mixtis & agitando concorporatis fiat conſerua, capienda mane ad quantitatem auellanæ: Eligatur theriaca haud recentior quatuor annis, nec vetuſtior duodecim, quæ paulo recentior eſt, bilioſis cenſetur magis idonea: vetus vero pituitoſis & ſenibus. Initio enim opii admixti vires ad annum fere vnum manent integræ. Poſtea quo pluribus annis proceditur, eo longa velut fermentatione vires eius abolentur: ſic vt tandem

Cuius ætatis theriaca probatiſſima.

Cur theriaca paulo recentior boliſis ſit ſalubrior.
Conditum cardiacum.
Panis marſicus.

tota compoſitio euadat calidiſſima. Confectio alkermes valet etiam ad huius morbi tum præcautionem, tum curationem Rhabarbarum quoque nucis auellanę magnitudine cum caryophyllo vno, dentibus attritum & ore verſatum, creditur appulſum aeris peſtilentis arcere, quemadmodum & ſequens compoſitio: *℞. corticum citri & mali aurei ſaccharo conditorum an. ʒ j. conſerua roſar. & rad. bugloſſi an. ℥ iij. ſeminu citri. ℥ ß. ſeminum aniſi & fœun. an. ʒ j. rad. angel. ℈ iiij. ſacchari roſati quantum ſufficit, fiat conditum coopertum foliis aureis*, quo vtatur ex cochleari in exitu à domo. Vel; *℞. gran. pini mundatorum & piſtaciorum infuſorum per vj. horas in aquis roſar. & ſcabioſa. an. ℥ ij. amygdal. excorticatarum in aquis prædictis lb. ß. corticum citri & mali aurei ſaccharo conditorum an. ʒ j. ß. rad. angelica. ℈ iiij. miſce ſecundum artem ad formam panis marſici, vel confectionis alterius*, & teneatur fruſtulum frequenter in ore. A

Sequentes tabellæ ſunt efficaciſſimæ in eodem caſu. *℞. rad. dictamni, tormen. valer. enula camp. eryng. an. ʒ ß. boli armens, terra ſigil. an. ℈ j. camphora cinam. ſeminis oxalid. agreſtis, zedoaria an. ℈ j. ſpecier. electuarii diamarg. frigidi, ℈ ij. conſerua. roſar. bugloſſ. corticis citri conditi, mithrid. theriaca an. ʒ j. ſacchari optimi diſſoluti in aqua ſcabioſa, & cardui bened. quantum ſufficit, fiant tabella ponderis, ʒ j. vel ʒ ß.* capiat mane ante paſtum.

Pilularum ruffi contra peſtem vſus.
Compoſitio.

Pilulæ Ruffi habitæ ſunt ſemper ad præcautionem valde efficaces, adeo vt Ruffus ipſe, qui his diligenter vſus fuerit, neminem prehenſum nouiſſe ſe prædicet, compoſitio eſt talis; *℞. aloes hepatica ʒ ß. ammoniaci electi ʒ ii. myrrha ʒ ij. ß. maſtiches, ʒ ij. croci g. vij. confundantur omnia & concorporentur cum ſucco mali citrei aut ſyrupo de limonibus, fiat maſſa, ſeruetur in aluta*, capiatur pondus, ʒ ß. mane duabus vel tribus horis ante paſtum, ſuperbibatur aqua acetoſæ, quæ aciditate ſua & partium tenuitate veneni putredioisque vires adeo infringit, vt experientia docuerit, acetoſam præmanſam & deuoratam, ſcorpionum punctutas innoxias reddere. Quod ad ea, quæ præſcriptarum pilularum compoſitionem ſubeunt, aloe deterget & purgat, mirrha reſiſtit putredini, maſtiche roborat, crocus facultates, quibus corpus regitur, vitales præſertim & animales, exhilarat & alacriores reddit. B

Aloeticarū pilularum vſus noxius his, qui ſunt hæmorrhoidibus obnoxii.

Quæ ſequuntur pilulæ, valde etiam probantur: *℞. aloes, ℥ j. myrrh. ℥ ß. croci orien. ℈ j. agar. tro. ʒ ij. rhei electi pulue. ʒ j. cinam. electi ℈ ij. maſtiches, ʒ j. ß. ſeminis citri. g xij. pulueriſentur omnia vt decet, & cum ſyrupo capill. ven. fiat maſſa*, vſurpetur vt dictum eſt. Si indurerit maſſa, pilulæ in præſens deuorandæ remolliantur ſyrupo limonum. Vel; *℞ aloes lotæ. ℥ ij. croci. ʒ j. myrrha. ℥ ß. ammoniaci in vino albo diſſoluti. ℥ j. mellis roſati, zedoariæ, ſantali rub. an. ʒ j. boli armen. prep. ʒ ij. coralli. rub. ℥ ß. camphora ℈ ß. fiant pilula ſecundum artem*. Cæterum ſi qui ſint hæmorrhoidibus obnoxii, non debent hoc genere pilularum, quæ multam aloem recipiunt, omnino, aut certe ſæpius vti.

Verum & varum mithridatium.
Ruta grauidis noxia.

Aiunt, Mithridatē propria manu obſignaſſe, qua die quis ex ſequēti antidoto nucis auellanæ magnitudinem ſumpſerit, pauco vino ſuperbibito, eum à veneno fore immunem. *℞. nuces iugl ſiccas non mucidas nu. ij. ficus nu. ij. folia ruta xx. ſalis gr. iij. terantur & concorporentur, vtatur vt dictum eſt*: id remedium vtile etiam eſſe prædicatur demorſis punctisve á fera virulenta, vel hoc nomine, quod rutam recipiat. Sed propterea eius medicamenti vſu grauidis interdicere oportet, ruta enim calida & ſicca cum ſit in tertio gradu, dicitur vterum valde purgare & menſes ciere, vnde ſuccus fœtui ſubducitur. Ex tanta præſcriptorum remediorum varietate ſibi quiſque quod palato magis arridebit, quantum ſatis eſſe videbitur, deliget. C

De topicis remediis extrinſecus adhibendis. CAP. VIII.

Qualia ſint topica, quæ valent contra peſtem.

NOn ſunt negligenda foris impoſita aut manu geſtata remedia, quæ vires habent aduerſum peſtilentiam inſignes & proprias. Sunt vero talia omnia aromatica, adſtringentia, halituoſa, adeoq; arcendi longe aditu ingreſſuque in corpus venenatæ & peſtiferæ auræ, cordis & cerebri roborandi viribus prædita. Huius generis ſunt ruta, meliſſa, roſmarinus, ſcordium, ſaluia, abſynthium, caryophylli, nux moſchata, crocus, radix angelicæ, leuiſtici, & ſimilium, quæ per noctem in acri aceto & aqua vitæ macerabuntur, & oui craſſitie ſumpta nodulo includentur: vel potius ſpongia eiuſmodi infuſo madefacta & imbuta geſtabitur. *Nihil enim eſt quod rerum aromaticarum vim ſpirituoſam facilius ebibat, & conſtantius retineat, quam ſpongia.* Quare eius vſus debet eſſe præcipuus, ſeu odorata naribus, ſeu epithemata, fotusve cordi parentur, odorata illa calida frigidave pro temporis & peſtis ſpecie varia deligentur. Æſtate igitur, verbi gratia, in aceti roſati & aquæ roſatum portiones æquas cinamomum & caryophyllos contritos cum pauco croco infundes & macerabis, in id totum ſpongiam demerges, linteoque mundo inuolutum manu circumferes, naribus ſæpius admouendam Vel; *℞ abſynth. m. ß. caryophyl. nu. x. rad. gentian. & angel. an. ℥ ij. aceti & aqua roſar. an. ℥ ij. theriaca & mithrid. an. ʒ j. conterantur & commiſceantur omnia ſimul, ſpongia, vt dictum eſt, demergatur & geſtetur.* Poſſunt illa eadem includi pyxidulis ex ligno odorato comparatis, vt iunipero, cedro, cupreſſo, & in eundem vſum circumferri. Sed malis odoratis nihil eſt geſtatu facilius: horum forma talis eſt: *℞. ſantali citrini, macis, corticum citri, roſar. fol. myrt. an. ʒ ij. benzoini, ladani, ſtyracis an. ʒ ß. cinam. croci. an. ℈ ij. camphora & ambra an. ℈ j. algaliæ, moſchi an. gr iij. cum aqua roſarum infuſionis tragacanth formetur pomum odoriferum.* Vel; *℞. roſar. rub. florum nymph. viol. an. ℥ j. ſantalor. omnium, coriandr. corticis citri. an. ℥ ß. camphor ʒ j. pulueriſentur omnia, & cum aqua roſar. & tragacanth. fiat pomum.* Hyeme tale parabitur: *℞. ſtyracis calamitæ, benzoini an. ʒ j. ß. moſchi algaliæ an ℈ ß. caryophyl. lauend. cyperi an. ʒ ij. rad. ireos flor. & calami arom. an. ʒ ij. ß. ambra. griſ. ʒ ii. gummi traga. diſſoluta in aqua vita & roſar. quantum ſufficit, fiat pomum.* Licet etiam in eandem rem circumferre puluiſculos odoriferos ex ambra, ſtyrace, inde florent. nuce moſch. cinamo: mace, caryophill. croco, benzoino, moſcho. camphora, roſis, violis ſchœnantho, maiora. & ſimilibus, ex quibus mixtis parari poterunt puluiſculi compoſiti ſic.

Spongia liquoribus odoratis & cardiacis imbuta.
Mala odorata.
Puluiſculi odoriferi.

D E

℞. rad.

A ℞. *rad. ireos flor.* ʒ *ij. cyperi, calami aromat. roſar. rub. an.* ℥ ß. *caryophyl.* ʒ ß. *ſtyracis calam.* ʒ *j. moſchi gr. viij. miſce, fiat puluis in ſacculo.* Vel: ℞. *rad. ireos flo.* ʒ *ij. roſar. rub. ſantali albi, ſtyracis calam. an.* ʒ *j. cyperi,* ʒ *j. calami aromat.* ʒ *j. maiora.* ℥ ß. *caryophyll.* ʒ *iij. lauendu.* ʒ ß. *coriandri.* ʒ *ij. moſchi boni.* ℈ ß. *ladani, beniouin an.* ʒ *j. nucu moſch. cinam. an.* ʒ *ij. fiat puluis ſubtilis, concludatur ſacculo.* Proderit præterea regioni cordis ſacculum imponere ex ſantalo citrino, macere, caryophyllis, cinamomo, croco, theriaca conquaſſatis, concorporatis & aceto forti atq; aqua roſarum conſperſis æſtate, generoſo vero & maluatico vino hyeme. Aromatica hæc & ſpirituum ſuauiter fortiterq; olentium plena, admirabiles habent vires ad principes corporis partes roborandas, ſtimulandum excretricem facultatem ad veneni depulſionem. Contra fœtida & male olentia nauſeam excitant, & animi adeoq; virium exolutionem, ex quo patet, quam *inepti ſint*, *qui ex cloacis & latrinis peſtilenti aeris conſtitutione hauriendos, primo præſertim mane, tetros vapores ſuadent.*

Sacculi odorati.

Fœtentia omnia cor ſpiritus, facultateſq; omnes diſſoluere.

Nec ſufficiet talia circumferre antidota, proderit totum corpus lauiſſe aceto decoctionis granorum iuniperi, baccarum lauri, radicis gentianæ, calendulæ, hyperici & ſimilium, diſſoluta mox in decocto eiuſmodi theriaca aut mithridatio. Cæterum *acetum omnibus in genere venenis ſeu calida ſint, ſeu frigida aduerſatur, putredinem arcet*, quia frigidum & ſiccum: itaq; in hoc cadauera, carnes, herbæ, fructus, & alia ple-B raque in multum tempus imputria aſſeruantur. Nec verendum, ne illitum corpori, frigore ſuo obſtruat. Nam tenuium eſt partium, & incocta aromatica aperiendi vim habent. Qui totum corpus eo lauare moleſtum duxerit, lauet ſaltem axillas, regionem cordis, tempora, inguina, & genitalia, quibus cum viſceribus nobilibus magna eſt & aperta ſympathia.

Aceti aduerſum venena omnia vires.

Si lotus diſplicet, fiat litus, ex vnguento ſequenti: ℞ *olei roſati* ℥ *iiij. olei de ſpica.* ℥ *ij. pulueris cinamo. caryophyl. an.* ʒ *j* ß. *aſſæ odoratæ,* ℥ ß. *moſchi gr. vj. theriacæ* ʒ ß. *terebinth. venetæ,* ʒ *j.* ß. *ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum molle.* Licet & auribus olei maſtichini, de ſaluia, caryophyllis & ſimilium guttas aliquot, cum pauca zibetho, vel moſchu inſtillare.

Vnguentum cardiacum.

Alia in peſtis metu ad præcautionem obſeruanda. Cap. IX.

IN primis fugiendus eſt coitus venereus: hoc enim virtutes exoluuntur, ſpiritus diſſipantur, corporum ſpiracula rareſcunt, naturæ denique præſidia omnia labefactantur. Fugienda vita ſedentaria & cra-C pula. Hinc enim obſtructio, ſuccorum corruptio & ad putredinem peſtilentiamq; corporum præparatio. Mulieribus hoc ſtudioſe agendum, vt menſes liberaliter fluant: nam præter conſuetudinem ſubſiſtentes corruptionem facile acquirunt, & reliquos humores in ſui conſortium contagione pertrahunt. *Quibus fiſtuloſa aut alioqui antiqua erunt vlcera, illa ad cicatricem perducere peſtilenti conſtitutione minime oportebit, ſatius erit noua potius facere, & conuenientibus ac decliuibus locis aperire*, vt his tanquam ductibus, corporis humorum ſentina diffluat. Haud ſiſtendæ hæmorrhoides, hæmorrhagiæ & ſimiles ſolennes euacuationes, niſi forte modum exceſſerint. Nihil quidquam eorum cœnandum, in quibus ſomitem peſtilentia facile nanciſcitur, cuiuſmodi ſunt cannabis, linum, culcitræ, ſtragulæque, in quibus peſte correpti decubuerint, pelles, pelliculataque omnia veſtimenta, tapetia, panni, procul habitandum à cœmeteriis, illis præſertim, in quibus haud alte in terram defodiuntur cadauera, vt in Lutetiano ſanctorum Innocentium cœmeterio fieri ſolet: in quo propterea non raro contingit à canibus ſuffodi, erui & laniari cadauera, procul etiam à patibulis, carnificinis, lanienis, piſcariis, locis, in quibus coria perficiuntur: longe à tinctoribus, candeſariis, interpolatoribus, propolis, pellionibus, alutariis, lociſq; in quibus metalla funduntur & ducuntur. Fimi, ſtercoraque, maxime ſuum, cloacæ, ſtagnantes aquæ & cœnoſæ, ſimilis denique fœtoris omnia procul arcenda ab ædibus, minime in his latrinis exoneranda aluus, in quas peſte corre-D ptorum excrementa deuciuntur. Vitanda conſortia eorum, qui peſte correptos inuiſere ſolent. Medicorum nempe, Chirurgorum, Pharmacopolarum, Sacerdotum, clinicarum mulierum, & foſſorum, veſpilonumve. Nam etſi quis peſte minime inquinatus ſit, prudiens tamen è peſtilente loco, poterit peſtilentiæ ſemina ſecum in veſtimentis tanquam ſomitus circumferre. Id intelligere licet exemplo eorũ, qui in aromatariorum & ſuffitorum officina aliquandiu manſerunt: ſuffitus enim per aera ſparſus perfundit ſuo ſeu bono ſeu malo odore eiuſmodi hominum veſtes, adeo vt & ipſi inde digreſſi iis, quibus occurrerint, circumferre vnguenta credantur, vitandæ vigiliæ iuges, ſomnus profundior, animi perturbationes omnes, ita præſertim, fames, ſitis, iter ſub ardenti ſole: hunc enim feruor ſpirituum ac ſanguinis diariam ſæpe excitauit, quæ in peſtilentem non raro viſa eſt degenerare: ſimul vero dilatata cutis ſpiracula aeri peſtilenti ingreſſum in corpus præbuere, qui diſpoſitos ad putredinem illa occaſione humores contagione peſtifera facile corripuit.

Venus cur fugienda.

Fluentia & fiſtuloſa vlcera conſtitutione peſtifera ſalubria.

Loca vitanda tempeſtate peſtifera.

Quorum præſertim hominum conſortia vitanda.

Nihil agere decet tempeſtate peſtifera, vnde vehementius incaleſcere poſſis.

De Magiſtratuum in peſtilenti conſtitutione officio. Cap. X.

HOc curare ſedulo debent Magiſtratus, vt nihil ſordium in locis cum priuatis tum publicis colliga-E tur, omnia in ſingulis ædibus, viciſq; munda ſint, fimi, ſordiumq; genera omnia extra vrbem deportentur: ipſa etiam beſtiarum vt canum & felium interfectorum cadauera, quia enim peſte correptorum excrementa ſæpe lambunt, ſæpe deglutiunt, ideo familiari ſuo in vicinas ædes ſanas ingreſſu peſtem propagare poſſunt. Itaque vrbe exigi aut interfici debent, efferri & altius in terram effodi. Putei, fontes, ipſaque flumina omni impuritate liberanda, & repurganda, ne frumenta mucida, corruptæ carnes, olidi piſces veneant & exponantur, cauendum. Publicæ balneæ & æſtuaria prohibenda: quia in his corpora exoluuntur, & aeri peſtifero magis peruia redduntur. Curam peſte correptorum Medicis, Chirurgis, Pharmacopoliſque doctis, peritis & probis committent, qui probati erunt peſtis

Cur canes & feles potiſſimum necādi tempeſtate peſtifera.

Cur balnea publica & æſtuaria prohibenda peſtilenti tempeſtate.

peſtis correpti, hi à ſana plebe ſegregabuntur, & in loca ei rei deſtinata dimittentur: Id enim longe ſatius & humanius eſt, quam in ſua quemq; domo occludere. Prouidebunt, ne ſuppellex peſte correptorum venundetur, ſigna, notaſq; certas apponent ædibus peſtifera calamitate famoſis, ne quis obiter in periculum ruat. Quare eadem de cauſa vt Chirurgi, reliquique, qui ægris ex peſte aſſident, nota aliqua aſpectabili, & in omnium oculis poſita inſignantur, procurabunt, vt prætereuntes periculi admoneantur, vt cadauera defunctorum, quamprimum inhumentur, prouidebunt: momento enim amplius & grauius putreſcunt, quam reliquorum alio quouis mortis genere defunctorum cadauera. Itaque ipſa ne aues quidem reliquæve feræ carniuoræ abiecta attingere audent: ſi deguſtarint mox & ipſæ interituræ. Cuſtodes portarum vrbis admonebunt, qui diligenter explorent ne hoc mali genere infecti, aut ex peſtilenti loco venientes in vrbem ſubeant. Ab vno enim mox malum propagabitur latius, & veneni ſcintilla, breui tota vrbe clara dabit incendia. A

Peſte defunctorum cadauera citiſſime putreſcere.

—— velut grex totus in agris.
Vnius ſcabie cadit & porrigine porci.

Et quia nihil eſt, quod aerem perfectius luſtrare, & omnium ſordium aut inquinamentorum genere repurgare queat, quam ignis, ideo luculentos ignes ex lignis rebuſque odoratis, iunipero, terebinthina, geniſta & ſimilibus paſſim per compita publicis, priuatiſque locis excitari & perpetuo foueri imperabunt. Cuius remedii loco narrat Leuinus Tornacenſes milites præſidiarios de more habuiſſe graſſante peſte, murales cannas ignivomaſque machinas puluere bombardico implere ſine globo ſolitos, vbique obuerſas, explodereque ſub noctis & diei crepuſculum, vt impulſi aeris vehementia peſtiferæ nebulæ alio depellerentur, & ſuccenſi pyrii pulueris ardore aeris venenata & peſtifera qualitas corrigeretur. Deniq; monitos magiſtratus peruelim, vt intentos oculos animoſque habeant in parricidale quoddam & impium veſpilonum genus, qui lucri, quod graſſante peſte longe maximum faciunt, cupiditate amplius illecti, parietes, ianuas, limina, ſerraſque ædium ſanie & vnguentis hominum peſte laborantium oblinunt, vt peſte in illas quoq; mox graſſante diffugientibus dominis, dilapſaque omni familia ſoli in illis regnent, & quicquid placuerit, libere & impune inde efferre valeant, ſtrangulatis etiam ſæpe his, qui illic iacent moribundi, ne conualeſcentes ipſos reos peragere poſſint. Quod contigiſſe Lugduni anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto, ipſe memini. B C

Lib. 2. de occul. nat. mirac. Bombardas ignouomas diſploſas aerem expurgare. Veſpilonum fraus nefaria.

Quæ cautio adhibenda ſit in Medicis, Chirurgis & Pharmacopolis deligendis, qui curæ peſte correptorum præſint. CAP. XI.

MAgiſtratuum intereſt in tanta Reip. afflictæ neceſſitate, Medicos doctos, Chirurgos, Pharmacopolaſque peritos, probos præterea & Dei legem magis, quam quæſtum præ oculis habentes, curæ hominum peſte correptorum præficere: in primis vero haud Chirurgos & Pharmacopolas ad buccinæ ſonum ſpe magiſterii gratis & ſine examine conſequendi proclamatos euocabunt: ſed præmiis & honeſta mercede, non modo tum, cum neceſſitas vrget, ſed etiam poſt exactam peſtilentem tempeſtatem, perſoluenda allicient. Nam qui per præconem tanquam ad pileum ſerui, Chirurgi, & Pharmacopolæ euocantur, ſæpius imperiti & inexperti homunculi ſunt, qui ſibi quam inſcii ſint conſcii, magiſtrorum examen veriti, nullam aleam quantumuis periculoſam recuſant, magiſterii Chirurgici obtinendi cupiditate. In tales homines incidere longe eſt deterius & periculoſius, quam in latrones & ſicarios: hos enim conſilio & viribus quantum licet fugimus: illos quærimus & amplectimur: inuentis apertum & nudum iugulum porrigimus, ſuccidias humanas de nobis per imperitiam facturis, certe temporum vitio & magiſtratuum incuria fere fit, vt ſi qui Medici Chirurgique probi, docti & periti in hanc curam venerint; hi fere exilii aut mulctæ metu à magiſtratu coacti veniant, & id officium faciant: Ergo quia inuiti, etiam minus ſe alacres, vigilantes & induſtrios in eo ægris præſtando exhibent. Inuiti autem & coacti ideo veniunt, quia anteacti temporis memoria ſatis norunt, quam ſordidos & illiberales magiſtratus, exacta peſtilenti tempeſtate ſe in pacta mercede perſoluenda, erga ſuæ conditionis homines, qui fortiter pericula adierint, præbere ſoleant, inde enim contingit, vt in reliquum vitæ domi otioſi frigeant: dum infames, & metuendi populo ſunt, hoc vno nomine, quod peſte correptos non ita pridem curarent. Ergo in probis, doctis, & peritis hominibus qui hanc tam periculoſam & difficilem prouinciam expediant, deligendis, magiſtratus peruelim eſſe prudentes, fideles, & liberales. D

Non magiſterii, ſed honeſtæ mercedis ſpe inuitandos eſſe Chirurgos.

Quibus artibus ſibi cauere debeant, qui peſte correptos curandos ſuſcipiunt. CAP. XII.

IN primis cogitate & pro certo tenere debent, haud ſe ab hominibus, ſed à Deo hominum conſilia actioneſque, quo viſum eſt, dirigente ad id munus vocatos eſſe. Itaq; confidenter ſibi in eam curam ingrediendum eſſe, quod ſortes noſtræ vitaque & mors in manibus Domini ſint, neq; tamen interim negligenda putabunt remedia, quæ præcautiones ergo à Deo hominibus ſubminiſtrata ſunt, ne Dei dona negligendo, Deum negligere & impie in tot bonorum largitorem agere videantur. Itaque primo quoque tempore, purgatione & phlebotomia humores ad putredinem & peſtilentiæ ſemina concipienda aptos ſibi detrahent, duo ſibi vlcera, tanquam excrementitiorum humorum quæ quotidie in nobis ſenſim congeruntur, riuos, appreſſis cauteriis aperiant, vnum quidem in brachio dextro paulo infra epomidem muſculum, alterum trium ſub genu digitorum interuallo parte externa cruris ſiniſtri. Id ad præcautionem vſu valde certum & comprobatum eſt remedium; totum corpus abluant ſequenti lotione. *℞. aquæ roſar. aceti roſati aut ſambucini, vini albi aut maluatici an. ℔. vj. rad. enulæ camp. angelicæ, gentian.* E

Sortes noſtræ in manibus Dei.

Quibus locis apprimenda cauteria tempeſtate peſtifera.

A *tian. biſtorta zedoariæ, an. ℥iii. baccarum iuniperi & hederæ an. ℥ii. ſaluiæ, roriſmarini, abſynthii, rutæ an. m. j corti-*
cis citri. ℥ ß. theriacæ & mithridat. an. ℥ j. conquaſſanda conquaſſentur, bulliant lento igni, & ſeruentur ad vſum ante
commemoratum. Imponenda cordi epithemata, vnguenta & marſupia ibidem fuſius deſcripta. Adnota- *Cap. 9. Epiſt. 2.*
tum à Ioanne Baptiſta Theodoſio legimus, vtiliter inter cætera *cordis regioni imponi arſenicum, vt ſenſim* *Arſenicum*
veneno cor aſſueſcat, minusque poſtea ipſorum vnum ipſum primo petentium incurſu lædi. Non laneis, non pellicu- *cordi impo-*
latis indumentis, in quibus inſidere, latere & foueri venenata aura poteſt, ſed biſſo, multitio, aut ſi nu- *nendum ad*
nus licet, coriis barbaris & perfectis, tela geminatorum vndulata & cancellata, hisque ſimilibus induan- *peſtem &*
tur. Mutent ſæpe veſtes, indusia, lintea, eaque ſuffiant halitu rerum aromaticarum: caute ad ægrum ac- *qua de cau-*
cedant, cautius eundem alloquantur, auerſi nempe potius, quam aduerſi, ſic denique, vt oris eius neq; *ſa.*
anhelitum, neque corporis, vlcerumve, vrinæ, fæcum, vllius denique generis eius excrementorum ha- *Quomodo*
litum, vaporem, aut odorem excipiant. Ego cum aliquando peſte correpto homini, ad quem inuiſen- *adeũdi Me-*
dum vocatus eram, propius & imprudentius adſtarem, vtque bubonem, quem in inguine dextro, an- *dico ægri.*
thraces vero duos, quos in aluo habebat intuerer, confertim diductis ſtragulis ipſum renudaſſem, actu- *Historia.*
tum denſus vapor, teter, & putridus ex rupto carbunculorum abſceſſu, tanquam è fimo agitato, per na-
B res in cerebrum mihi inſiluit, ex quo oborta leipothymia mortuo ſimilis præceps in terram ſine ſenſu
decidi: paulo poſt excitato omnia velut vertiginoſo in gyrum circumagi videbantur. Iterumque rela-
pſurus eram, niſi apprehenſa lecti columna me ſubſtentaſſem. Cæterum vna res me tum conſolata eſt,
quod affecti mihi cordis dolore aut palpitatione, fortiue vitium & contumaci exolutione, nulla appa-
ruerunt ſigna: argumentum diſſipatorum tantum ſpirituum à venenato vapore animalium, nullatenus
vero læſæ cordis ſubſtantiæ: confirmauit opinionem, ſubſecutum mox ſternutamentum tanto impetu
decies repetitum, vt hæmorrhagiæ conſecutionem attulerit, quæ me excretio, credo, omni veneni im-
preſſione liberauit. Diſcant, ſapiantque moniti meo exemplo cæteri.

De ſignis præſentis peſtilentiæ. CAP. XIII.

VT quis dicatur peſte correptus, non eſt expectandum, vt dolor, tumorve in axillis aut inguinibus *Vnde præ-*
oboriatur, exanthemata vel ecthymata per corpus ſpargantur, anthraces ſucciteſcant: permulti e- *ſentis peſtis*
nim veneni vi ante moriuntur, quam talia appareant: quare à corde, vitæ domicilio primario quodque *ſigna certa*
veneni impetu primum, maximeque impeti ſolet, prima & certiſſima huius morbi ſigna ſunt petenda. *petenda.*
Ergo peſte correpti crebris animi deliquiis tentantur: Pulſus ipſis alias remiſſior & rarior eſt, alias fre-
C quentior, de nocte maxime: Punctiones tanquam ab aciculis toto corpore ſentiunt, ſed nares pruriunt
præſertim: occaſione ſcilicet malignorum vaporum à viſceribus ſurſum & in ſuperficiem effuſorum: ar-
det pectus, palpitat cor, cum dolore ſub papilla ſiniſtra, diſpnoea & aſthmate, tuſſi, cardialgia, hypochõ-
driorum, à vaporum caloris febrilis vi ſuſcitatorum copia diſtentorum, elatione ſæpe tanta, vt tympa-
nite laborare videantur. Nauſea exercentur, ſæpe & vomitu multo & laborioſo, quo viridia, nigra o- *Cauſa vo-*
mninoque varia, his per inferiora deiici ſolent proportione reſpondentia excernuntur: rapto ſcilicet in *mitus in his,*
cordis conſenſum ventriculo per viciniam & vaſorum communionem. Sanguis ſæpe ſolus & ſincerus *quos peſtis*
vomitu tandem reiicitur. Sæpe non vomitu tantum è ventriculo, ſed & non raro ex naribus, ano, & mu- *tenet.*
lieribus ex vtero. Interiora nonnunquam vruntur, exteriora algent, rapto à forti viſcerum incendio in-
tus cucurbitulæ modo animantis vniuerſo calore. Tum palpebræ tanquam à ſugillato liuent, vniuerſa
facies viſu horrida eſt, & plumbeo colore tincta, oculi flammei rubent, & tanquam ſanguine aut alio *Peſte corre-*
humore turgentes collachrymantur. Denique vniuerſo corporis habitu multum à ſe mutato, & ſubfla- *ptis faciem*
tio ſibi penitus ſunt diſſimiles. Quibuſdam febris ardens, quæ ſe vlceratis faucibus, inexhauſta ſiti, lin- *repente a ſe*
guæ ariditate & nigritie prodit, tantam phrenitidem inflammato cerebro immittit, vt nudi diffugien- *ipſa mutari.*
D tes è feneſtris ſe aut in puteos vicinaue flumina præcipites agant. Aliis ſic membrorum compages exol-
uitur, vt ſe ſuſtinere nequeant; ab initio profundiore & inexpugnabili ſomno ſepulti, febre vapores craſ-
ſos ab humoribus crudis, frigidis quibus abundant, tanquam à ſuccenſis viridibus lignis ad cerebrum *Peſte corre-*
ſubmittente. Talis ſomnus illos præcipue detinet, dum materia bubonis aut carbunculi cogitur & ſup- *pti cur ſopo-*
puratim concipit. Sępe à ſomno illo excitatis ſparſæ, per cutem apparent maculæ cum ſudore fœtido *roſi.*
Quod ſi acriores ſint, qui excitantur ad caput halitus, pro ſomno vigilias iuges inferent, omnino vt pro
corporum temperie & humorum conditione varia in peſte correptis emergant ſymptomata, vrinæ, nec
ſemper, nec omnibus eiuſdem ſunt coloris & conſiſtentiæ. Nam aliquando ſanorum ſunt vrinis ſimi- *Cauſa tan-*
les, colore nempe & ſubſtantia laudabiles: quod corde, præſertim affecto à venenata aura ſubeunte, *ta varieta-*
ſpiritus magis afficiantur, quam humores. Imo illi iam confecti ſint, & corrupti, his affici & corrumpi *tis ſympto-*
adhuc incipientibus. At vrinæ, humorum effectorum & partium, in quibus fiunt, colliguntur, & per *matum in*
quas meant, tantum ſunt indices. Hæc ratio longe mihi videtur veriſimilior, quam eorum, qui dicunt *variis homi-*
naturam veneni malignitate deterritam certamen fugere, nec morbificam materiam aggredi. Quibuſ- *nibus peſte*
dam ſic deiecta eſt appetentia, vt totum triduum & quatriduum in inedia & omnis cibi abſtinentia exi- *correptis.*
E gant. Denique mira & prope infinita eſt ſymptomatum varietas, quæ in hoc morbi genere apparet & *Cur in peſte*
pullulat, pro veneni, vt diximus, ſpecie, corporum & partium effectarum conditione. Non enim omnia *vrina ali-*
in omnibus apparent, ſed alia in aliis, & certa tantum in certis. *quando ſa-*
norum vri-
nis ſimiles.

Quæ ſigna peſtis ſint lethifera. CAP. XIV.

IN peſte funeſtum eſt continenter & ardenter febricitare: lingua arida ſcabra & nigra eſſe, diſpnoea
laborare, intro magnam, foris paruam reſpirationem eſſe: ſiti inexhauſte, iugibusque vigiliis, deliria,
phreni-

Vlceroſa & clamoſa ab initio laſſitudo peſtem lethiferam arguit. Vrina.

Anthraces peſtem lethiferam faciunt.

A phrenetidem & furorem ſuperuenire;conuelli etiam, ſingultire, corde palpitare, frequenter & vehementer animo linqui. Iactatio præterea cum nauſea, vomitu aſſiduo, porraceo, atro, cruento, facie liuida, nigra, horrida, aſpectu truci, & ſudore frigido mortifera eſt. Sunt, quibus ſtatim ab initio vlceroſæ laſſitudines, clamoſæ & ſub cute cum atroci doloris cruciatu pungentes veniunt, oculi in orbita atrociter vibrãtur, vox rauceſcit, lingua tremula balbutit, anim⁹ delirans abſurda loquitur. Hi certe periculoſiſſime ægrotant, non ſecus, quam illi, quibus vrinæ liuent, nigricant, turbatæ ſunt lixiuio vel vrinis iumentorum ſimiles, cum æneorem ſtare vario, liuido nempe, viridi, nigro, & pingui, oleoſoque araneorũ telis ſimili, rotundo corpuſculo ſupernatante. Si anthracum caro nigra eſt & arida, tanquam ab inuſto candente ferro, ſi illi vicina liuet, ſi materia reſlua & foris intro relapſa deliteſcit. Si diarrhoea ſuperueniat cum deiectionibus valde fœtentibus, liquidis, tenuibus, viſcidis, nigris, viridibus, æruginoſis: ſi vermes ab inſigni humorum corruptione deiiciantur totque excretionibus nihil æger iuuetur: ſi caligent frequenter oculi: ſi nares contrahantur; ſi ſpaſmus cynicus, ſi tortura oris conuulſis æqualiter vel inæqualiter faciei muſculis: ſi vngues nigreſcant; ſi denique creber ſingultus, toti vero corpori conuulſio aut reſolutio ſuperueniat, mors eſt in propinquo, & cardiacis tantum, minime vero catharſi, aut phlebotomia pugnandum. B

De ſignis peſtis ab aeris inquinamentis citra humorum vitium manantis.

Cap. XV.

Cur iisdem bubones haud erumpunt.

AB aeris corruptione manare peſtilentiam intelliges, ſi valde contagioſa eſt, & momento in plures ſerpit. Si velociter & multos interficit, adeo, vt multi, dum ſolita negotia obeunt, per porticus, plateas & vicos deambulant, nullo morbi malive ſigno apparente, nullo dolore premente, repente corruant & moriantur: nam aeris corrupti pernix & valde cita eſt pernicies in ſpiritibus noſtris inficiendis, cordis viribus conficiendis, ægroque interficiendo, haud tanta iactatio ægros diuexat, quia labori illi vires ſtatim veneni rapida malignitate diſſipatæ non ſufficiunt, frequenti propterea ſyncope prehenduntur, paucis bubones, paucis puſtulæ ſurgunt: eadem omnino de cauſa, qua vrinæ ſanorum ſimiles ſunt.

De Signis peſtis ab humorum vitio & putredine in corpus allecta.

Cap. XVI.

Quib. ſignis ſcire liceat, peſtem in hoc aut illo humore inſidere.

Signa peſtis in bilioſo humore inſidentis.

Signa peſtis ſanguine inſidentis.

Peſtis pituita inſidentis ſigna.

Peſtis humori melãcholico inſidentis ſigna

In qua ſpecie peſtis inſpicienda ſit vena.

Cur peſte correptorum alii ſitiant, alii minime

CAuſas corruptionis humorum à plethora, obſtructione, intemperie & ciborum cacochymia ante repetiuimus: nunc corrupti cuiuſque humoris in nobis dominantis ſigna exponenda ſunt, vt contrarii oppoſitione ad ſanitatem naturæque integritatem reuocari, vel excerni arte medica poſſit. Ergo ſi flauius ſolito corpus appareat, vitium facientis & copia & qualitate bilis ſignum eſt: Si nigrius, melancholici humoris: ſi pallidius, pituitoſi: ſi rubidius venisque elatis tumentius, ſanguinis. Puſtularum, tumorumque & macularum ſurgentium color humoris prædominantis colorem quoque exprimit; vt & excrementa vomitu, ano, & aliis locis deiecta: corporis affecti ſegnities & alacritas, febris præſentis circuitus, tempus anni, ætas, regio, diæta. C

Obſtructionẽ tollunt, quę vim habẽt incidẽdi, penetrandi, attenuãdi, detergendi. Obſtructionis occaſione febres vna cum peſte veniunt, non continuæ modo, ſed & intermittentes paroxyſmo, tertianario vel quartanario. Quę igitur in humoris bilioſi infectione corruptioneve defixa eſt peſtis, ſeipſum ſeipſum ſignis commemoratis bilis prædominantis prodit, nempe calore cutis, puſtularum & excremẽtorum, tum pręterea interficiendi rapiditate & ſymptomatum vehementia, oris amaritudine, deiiciendi laborioſo & aſſiduo conatu propter bilis inteſtina, in ipſo tranſitu ſtimulantis & abradentis acrimoniam. Quæ in craſſiorum humorum, vt ſanguinis, corrupta ſubſtantia inſidet: multis & copioſis ſe ſudoribus prodit, diarrhoea, per quam multa & varia deiiciuntur: ſæpe etiam cruenta. Quæ à corrupta pituita eſt, cum profundiore ſomno inuadit, omnium membrorum ſpontanea laſſitudine: à ſomno tãdem excitatis omnium artuum tremor non raro ſuperuenit: obſtructa humoris craſſitie ſpiritus in mẽbra via. Quæ vero in melancholici humoris vitio ſedem habet, cum capitis grauitate & dolore coniuncta eſt, multa triſtitia, pulſu profundo & paruo. D

Cæterum peſtis in humorum corruptione reſidentis certiſſimum omnino ſignum ab vrinis petẽdum eſt. Nam vitiatorum humorum ſigna in vrinis non poſſunt non elucere. Itaque turbatæ vrinæ & iumentorũ vrinis ſimiles, nigræ aut virides eius rei fidem facient, clariſſimam. Cæterum quoſdam ſitis male habet, alios ne tantillum exercet quidem, quia in ſtomacho ſeu ventriculi orificio bilis pituitave aliquando tantum putrent, aliquando præterea naturalium partis facultatum, vt appetentiæ œconomiam labefactent. Quod ſi tum aeris, tum humorum vitio & infectione febris contingat, magna erit commemoratorum ſignorum confuſio.

De prognoſi in peſtilentia inſtituenda.

Cap. XVII.

Hiſtoria.

FVturos morborum motus & euentus optime prædicere licet, perſpecta morbi & ſymptomatum eius natura, corporis totius & partis obſeſſæ conditione, functione & præſtantia: quanquam hoc dici in genere poteſt, morborum peſtilentium non eſſe certas prædictiones ſalutis aut mortis. habent enim motus valde inconſtantes, nunc rapidos aut celeres; alias tardiores, alias momento fere eodem, quo quis afflatus fuerit aura venenata inter ambulandum, negotiave ſolita obeundum ſuffocantes, ſurgentibus per cutem puſtulis cum acri dolore, ac ſi vniuerſum corp⁹ apum aculeis vndiq; compungeretur, quod in peſte Lugdunenſi Carolo Rege Lugduni agente, ipſi oculis iudicibus obſeruauimus. Contingit nonnunquam, vt ſæuientium paulo ante ſymptomatum ſubita fiat remiſſio, E

ægriq;

Digitized by Google

A ægrique melius habere videantur, imo omnino belle. Id Mariæ, vni ex miſcellatis Reginæ matris ancillis contigit famoſa illa peſtilenti anni conſtitutione, dum Rex Carolus in Roſſilionenſi caſtro ageret. Illi enim peſte afflatæ, bubo in inguine obortus, ſubito ad interiora refluxu euanuerat, adeo vt tertio morbi die, mali, morbique expertem ſe prædicaret, niſi quod vrinæ difficultate premeretur (inflammata credo veſica materiæ intro relapſu) cæterum animo & corpore conſtans, perque cubiculum obambulans eadem illa die interiit. Cuius rei nouitas perterritum Regem, diſceſſum illinc maturare coegit.

Hoc morbi genus etſi neminem, cuiuſcunque ætatis, temperiei, complexionis, diætæ & conditionis ſit, prætereat: ſæpius tamen iuuenes bilioſos & ſanguineos inuadit, quam ſenes frigidos & ſiccos, quibus humiditas putredinis fomes longo ætatis decurſu eſt deſumpta, & viæ, vaſaque & cutis ſpiracula, quibus intro ſubire & penetrare aura venenata poſſit, anguſtiora. Adde quod ſenes domi ſe contineant, iuuenes vero voluptatum & negotiorum cauſa in aere & ſub dio ſæpius verſentur, vnde peſtis inquinamenta crebrius veniunt.

Quinam peſti ſint maxime obnoxii.

Cur iuuenes citius peſte corripiuntur quam ſenes.

Quæ a corruptione humorum peſtis naſcitur, haud ita contagioſa eſt, quam quæ aeris vitio ſerpit. Sed eo peſtilentiæ genere pituitoſi & melancholici citius grauiuſque affliguntur, quia ipſis humores ſunt viſcidiores, & craſſiores, corporaque frigida, & minus perſpirabilia, quibus ex cauſis humores citius grauiuſque B putreſcunt. Cacochymi homines huic etiam peſtilentiæ magis ſunt opportuni: nam in ſuccorum prauitate magna eſt ad putredinem præparatio. Hoc ex eo intelligas quod peſte regnante nulli fere alii morbi per vulgus graſſentur eorum, qui ex cacochymia ortum habent: ſtatim enim omnes in peſtem degenerant. Itaque eum apparere & vagari incipiunt, peſtis breui deſituræ, iamque deſinentis eſt argumentum. Cæterum cacochymos eos hic demum intellectos volo, quibus nulli patent in cute meatus, & tanquam riui præter naturam, quibus cacochymia diffluat & repurgetur. Obſeruaui enim eos peſte minus tentari, quibus cancri ſunt vlcerati, quibus nares fœda ozæna diffluunt, lue venerea abſceſſibus & vlcerib. fœta correptos, ſcrophuloſos, elephãticos, leproſos, ſcabioſos: omnes denique, quib. vlcera ſunt in corpore fiſtuloſa & fluẽtia: eodem priuilegio gaudere etiã putem quartanarios, quia ſudorifico, qui in quartum quemque diem incidit, horrore multam congeſtæ cacochymiæ excretionem faciunt. Id veriſimilius eſt, quam credere, venenum, quod extrinſecus imminet, ab eo, qui in interno corpore latet, fugari. Grauidas contra mulieres, quia multa cacochymia menſtruali exitu prohibita turgent, huic morbo magis patere animaduerti, correptaſque rariſſime conualeſcere. Atri *liuidiue abſceſſus, ecthymata, exanthemata eodem colore ſuffuſa lethalem omnino morbum arguunt. Bubonem præcedere, & antequam febris* C *veniat, apparere, ſalutare eſt*: mitioris enim veneni indicium eſt, & victricis naturæ, quæ ipſa per ſe multam eius portionem foras depellere à viſceribus potuit. *At ſi febri bubo ſuperueniat, omnino funeſtum & lethale ſignum eſt*: ab efferа enim venenatæ materiæ malignitate non quidem tranſlatæ, ſed propagatæ id contingere certum eſt: non per naturæ victoriam, ſed materiæ multitudinem: cuius pondere natura oppreſſa vincitur. *Luna decreſcens peſte correptis ſæpe fatalis eſt ad interitum*, quia tum humores ſub plena Luna collecti magis turgent mora & copia, & facultates, quibus corpus regitur, ſunt debiliores, propter caloris natiui, qui ante Lunæ plenæ lumine, adeoque calore fouebatur & augebatur, imbecillitatem. Nam vt eſt ab Ariſtotele proditum, *exitus menſium frigidiores ſunt & debiliores*: ideo mulierum generi tum fere mẽſtrua profluuia contingunt. *In aere craſſo & nebuloſo peſtis minus ſæuit, & contagioſa eſt*, quam in tenui, ſiue à calore ſolis ea ſit tenuitas, ſiue ab Aquilonari flatu & frigore. Ideo Lutetiæ, vbi natura & ſordium copia aer caliginoſior & craſſior eſt, peſtilentia minus ſæua, minuſque contagioſa eſſe ſolet, quam in Prouincia Gallica; tenuitas enim aeri pro ſtimulo eſt. *Eſt tamen omnino & vbique lethale hoc malum*, quia ſcilicet ſtatim cor, vitæ arcem, impetit: ſaltem non fere ante eius ſigna per corpus apparent, quam corde iam occupato: at vix quemquam reperias, qui de aduocando Medico cogitet, qui ſibi & tanto malo mederi velit, antequam morbi ſigna oculis & tactui manifeſta emergant, tum vero cor obſeſſum tenetur: corD de vero obſeſſo & occupato, quæ iam ſalus vitæ ſperabilis eſſe poteſt? Ergo quia tardius remedia veniunt, promptum vero & veluti alatum in vitæ noſtræ perniciem eſt malum, ideo ex eo plures intereunt. Adde, quod ad primam tam diri & efferi mali ſuſpicionem, ſic imaginatio, ſic mens, cuius in corpus & corporis humores varie concitandos, magna & incredibilis vis eſt, metu imminentis mortis, & deſperatione ſalutis perturbatur, vt vna perturbatis humoribus, naturæ præſidia omnia collabi & ruere ſit neceſſe. Hoc ex eo intelligere eſt, quod imperterriti iſti & mire confidentes, tum clinici, tum veſpilones, etſi peſte correptis ad omnia etiam trulæ & matellæ viliſſima officia præſto ſint, non fere tamen afficiantur malo, & affecti rarius conficiantur.

Cur peſte regnante reliqui morbi ceſſent.

Cur grauidæ facilius peſte corripiantur.

Cur Luna decreſcente peſte correptis ſit perniciales.

Li. 9. de hiſt. anim. ca. 2.

Cur peſtis vbique ſit lethalis.

Metus & confidentia quam vim habeant tẽpore peſte graſſante.

Quomodo fiat ſuſciteturque in nobis febris peſtilens. CAP. XVIII.

Fomitem quidem ſæpe in corporibus noſtris inuenit, ſæpe & illecebram peſtis humorum nempe putredinem, aut ad putreſcendum habilitatem: *nunquam autem primam originem; ab aere inquinato hæc ſemper eſt.* Febris ergo peſtilens ſic in corpore ſuſcitatur. Peſtilenti aere per inſpirationem in pulmones, & tranſpirationem in extrema venarum, & arteriarum in cutem ſparſarum oſcula attracto, ſanE guis vel in ſanguine humores putrentes iam, vel ad putrendum paratiores primum inficiuntur, & in venenatum quid, agenti nempe ſimile, conuertuntur. Humores illi calcis viuæ aqua primum affuſa conſperſæ inſtar vaporem de ſe putridum excitant, qui in principes partes & cor maxime elatus, ſanguinem ſpirituoſum in ipſius ventriculis feruentem, vnaque vitales ſpiritus contagione inficit; hinc feruor quidem febrilis: Is feruor cum maligna qualitate in vniuerſum corpus per arterias effuſus, peſtife-

Peſtis prima origo ſemper ab aere.

peſtifero veneno omnia, etiam ſolidas oſſium partes, imbuit, variasque præterea turbas pro ſui ſpecie, A & corporis, humorumque, in quibus præcipue peſtis ſe defigit, conditione excitat. Veneni tum & naturæ oppugnatæ conflictus emicat, à quo ſi natura victrix receſſerit, excretrice facultate vſa, ipſum longe à partibus nobilibus amandabit depelletque, vel ſudoribus, vel vomitibus, hæmorrhagia alui, aut vrinæ profluuio, bubonibus, carbunculis, puſtulis, maculis, cæteriſque id genus per cutem eruptionibus. Sin contra venenum potentius eſt, natura ſuppar & proſtrata iacet, ſubortaque crebra primum palpitatione, mox frequenti ſyncope, homo tandem interit. Eſt enim id præ cæteris peſtis, peſtilentisq; febris iudicium, virium ſtatim ab initio, nullo labore, nulla præcedente effatu digna vacuatione confractio & exolutio. Cætera ſigna ex præcedentibus ſunt repetenda.

Natura victa ſigna.

Quem in locum ſe recipere debeat æger peſtifera aura primum afflatus.

Cap. XIX.

Aeris mutationem valere ad ſanationem peſtis.

Diximus, perpetuam peſti primamque originem ab aere eſſe: ergo vbi primum peſtifera aura afflatus erit æger, poſtquam ſumpto alexiterio ſibi prouiderit, in aerem ſalubrem & à peſte immunem quantum fieri poteſt, ſe ſubducet: in aeris enim mutatione magna ſpes futuræ ſanitatis conſiſtit. Vnum namque ex omnibus aerem frequentius & copioſius allicimus, vt quo ne ad punctum quidem tempo- B ris vita carere poſſit: itaque ex illo allecto intromiſſi veneni pendet emendatio & correctio, vel incrementum, prout ſcilicet purus & ſyncerus veniet, vel inquinatus. Sunt, qui putent, arcto conclaui aerem vndiq; quantū fieri & ferri poteſt, obſeratis ſcilicet feneſtris ab ingreſſu arcente, ægrū concludendum eſſe: ego ſatius eſſe exiſtimo, feneſtras illas apertas eſſe, vnde flat, ſubitque ventus ei, qui venenatam auram intulit, ex diametro contrarius: nam etſi nulla alia aliunde cauſa affluat, certe à ſeipſo aer minime diſſlatus, & arcto loco citra flabellationem concluſus facile corrumpitur. Itaque per immotum ſilentemque à ventulo vel minimo aerem ſuaſerim ipſum circa ægrum concitandum flabello, vel craſſiore & maiore tela in oxycraro macerata, ſic in alto librata ex fuſte craſſiore, vt illius concuſſione aer concuti & agitari, æger vero leui refrigerio recreari & exhilarari poſſit. Transferendus quotidie in nouum cubiculum æger eſt, mutandæ ſtragulæ & lintea, ignis perpetuus & luculentus ſit, præſertim de nocte in conclaui, quo decumbit æger, quo purior aer fiat & defæcatior à nocturnis vaporibus, tetriſque & peſtilentibus ægri & excrementorum eius halitibus. Interim ne, (ſi æſtas vigeat) excitati ignis calore æger reſoluatur, & diſſipatis ſpiritibus languidior euadat, conſpergendum erit cubiculi ſolum oxycraro, vitium pampinis in aqua frigida madefactis, foliis floribusque nenupharis, populi & ſimilibus. Abſtinendum ardentiſſima æſtate à ſuffitibus validioribus & nimium odorantibus, quia caput tentando dolorem augent. C Ægri lecto cubiculoque toti circumponentur lintea craſſiora, in oxycrato aut aqua roſarum, ſi ſumptus ferre poteſt, parato, madefacta. Illa ex non admodum alba tela ſint oportet, ſed ſubatra: quia albedo multa & ingens diſſipat viſum, doloremq; capitis auget diſſipatis ſpiritibus: qua de cauſa claro & multo ſole illuſtrari cubiculum minime decet. Contra de nocte accenſa fumalia præſto ſint oportet, quæ moderato lumine ſpirituum foras moderatam reuocationem faciant. Odorati ignes parabuntur ex fruſtulis ligni iuniperi, geniſtæ, fraxini, tamaricis, corticis malorum arantiorum, medicorum, limonum, caryophyllorum, benioini, gummi arabici, radicis ireos, & myrrhæ, craſſiuſcule cōquaſſatis, coniectisq; ſimul in prunas ardētes pyrotheca concluſas. Certe accenſi iuniperini ligni aut baccarum halitus ſerpentes è tota vicinia fugare creditur. Fraxini vero, authore Plinio, contra venena tanta vis eſt, vt ne matutinas quidem, occidentesve vmbras, quam ſunt longiſſimæ, ſerpens arbori eius attingat, adeo ipſam procul fugiat. Experti prodimus, ſi fronde ea gyro claudatur ignis & ſerpens, in ignem potius, quam in fraxinum fugere ſerpentem. Alia eſt etiam ars aeris corrigendi. In candentes lapides lebete concluſos, acetum decoctionis rutæ, ſaluiæ, roriſmarini, baccarum lauri, iuniperi, nucum cupreſſi, & ſimilium effunditur, inde vapor, fumuſve craſſior, & odoratus in cubiculum vniuerſum effunditur. Parari præterea ſuffitus poſſunt ex materia craſſiore & viſcida magis, vt craſſiorem, diuturnio- D remque fumum ignis vi exhalet, cuiuſmodi ſunt ladanum, myrrha, maſtiche, reſina, terebinthina, ſtyrax calamita, olibanum, benioinum, baccæ lauri, iuniperi, caryophylli, vna intritis ſaluia, roremarino, maiorana & ſimilibus. Diuitibus parantur candelæ & fumalia cerata, ſebo vel ceræ aromaticis rebus admixtis, flagrantia. Spongia macerata in oxycrato ex acero roſato & aqua roſarum parato de coctione caryophyllorum, camphora pauca addita ægro ad manum eſſe debet, vt hac crebro naribus admota ſpiritus animales recreentur & roborentur,

Calorem vitet reſoluere.

Aerem concluſum facile corrumpi.

Peſte correptos vnctos nendos eſſe loco moderato lumi[illegible].

Materia ignium odoratorum.

Lib. 16 c. 13. Fraxini & ſerpentum mira antipathia.

Aqua odorata.

Aqua ſequens in hanc rem eſt valde efficax: ℞. *rad. ireos flor.* ℥ iiij. *zedoar. ſpica nard. an.* ʒ vj. *ſtyrac. calam. benioin. cinamo. nucis moſc. caryoph. an.* ℥ j. ß. *theria. vet.* ℥ ß. *craſſiuſculum conterantur in puluerem, & per duodecim horas, macerentur in lib. iiij vini albi generoſi ſuper cineres calidos deſtillentur in alembico vitreo*; in liquore ſtillatitio ſpongia immergatur, imbutaque linteo aut pyxidula concludatur, & naribus ſæpe admoueatur. Vel, ℞ *aqu. roſ. & acet. roſ. an.* ℥ iiij. *camph. g. vj. theria.* ʒ ß. *diſſoluantur ſimul, includantur phiala vitrea, quam æger ſæpe naribus admoueat.*

Nodulus.

Opportunior eſt etiam ſequens in hanc rem nodulus: ℞ *roſ. p. ij. rad. ireos flo.* ℥ ß. *calam. arom. cinam. caryophyl. an.* ʒ ij. *ſtyra. calam. & benioini an.* ʒ ß. *cyperi* ʒ ß. *redigantur in puluerem craſſiorem, & fiat nodulus inter duas ſyndones craſsitudinis pila palmaria.* Madefiat ſubinde in aqu. roſ. ℥ viij. & acet. roſ. ℥ ij. admoueat æger E naribus. Pro temporum ratione varianda ſunt aromatica: nam æſtate nec moſcho, nec zibetho, nec ſimilibus calidis vtendum: quin nec omnino odoratis validioribus & flagrantioribus mulieres ſtrangulationi ab vtero obnoxiæ, aut febricitantes, aut cephalalgici vti debent: mitiora eligenda venient. Sufficient itaque parata ex pauca camphora, & caryophyllis conquaſſatis & macerans in aqua roſarum & aceto roſato.

Quibus valida odorata noceant.

Quæ

Quæ victus ratio eſſe debeat, ac primum quis ciborum delectus.

Cap. XX.

Cur pleniùs nutriendi peſte correpti.

VIctus ratio in peſtilente morbo debet eſſe refrigerans, & reſiccans: minime tenuis, ſed paulo plenior. Quia enim per id genus morbi multa fit diſſipatio ſpirituum, & facultatum exolutio, quam ſequitur frequens ſyncope, ideo copioſiore cibo, coctu diſtributuque facili, ea iactura, quam citiſſime fieri poteſt, reparanda venit. Itaque nemo eorum, qui peſte correptus tenuiter vixit, vnquam conualuit: pauci eorum, qui plenius nutriti, cibos appetiuerunt, perierunt. Dulcia, craſſa, humida, viſcida, quæque omnino & exquiſite tenuium ſunt partium, edulia vitanda ſunt: dulcia enim flammam facile concipiũt humida putreſcunt, craſſa & viſcida obſtruunt, putredinemque adeo acceſſunt: quæ tenuium ſunt partium, humores nimium attenuant, inflammant, calidoſque & acres halitus in cerebrum ſuſcitant, à quibus febris augetur. Itaque vitanda *allia*, cæpe, ſinapi, ſalſa: ſpeciata omnia, legumina, quia flatus craſſos gignunt obſtructionis authores, fugienda ſunt: at eorum decoctum, quia diureticum eſt non omnino

Legumina fugienda, at ipſum decoctum appetendum.

B eſt contemnendum. Sit igitur hæc cibandi ratio panis eligatur bene coctus, ſubactus, fermentatus, & ſubſalſus, frumentaceus, vel farragineus, nec tenerior, nec plurium dierum. Eligantur carnes, quæ facile coquantur & diſtribuantur, laudabilem ſuccum multum gignant, paucum vero excrementoſum. Cuiuſmodi ſunt veruecinæ iuuenes, vitulinæ, hœdinæ, lepuſculorum, pullorum, pullaſtrorum, perdicularum, pipionum, turdorum, alaudarum, coturnicum, merularum, turturum, attagenarum, phaſianorum & ſimilium, vitatis fluuiatilis auibus. Inſuccentur carnes in omphacio, aceto, ſucco limonum, arantiorum, citreorum, punicorum acidorum, fructuum oxyacanthæ, vuæ criſpæ, & ribes, oxalidis domeſticæ & ſylueſtris. Sunt enim omnia eiuſmodi acetoſa in hoc morbi genere valde ſalubria: nam appetentiam excitant, febris ardorem compeſcunt, ciborum in ventriculo corruptionem remorantur, humorum putredini & venenatæ qualitati reſiſtunt. Quanquam his minus vtantur, qui ventriculo ſunt imbecilliore, ſenſu exactiore prædito, & pulmonum morbis, tuſſique obnoxij, vel vtentur temperatis ſaccharo & cinamomo. Elixis ſi quando veſcatur æger, ſaporabuntur iuſcula lactuca, portulaca, ſcariola, borragine acetoſa, lupulo, bugloſſa, creſſone, pimpinella, calendula, chærefolio, ſeminibus refrigerantibus, hordeo & auena mundatis, cum pauco croco: nam crocus ſpiritus multos gignit, & veneno reſiſtit. His ad-

Acida laudãtur in peſte.

Quibus acida vitanda.

Crocum eſſe cardiacum.

C dantur radices aperientes ad liberanda obſtructa: omnino tamen iuſcula multa humiditatis occaſione erunt vitanda: capparum fructus prima menſa comeſti appetentiam excitant, obſtructionesque expediunt, ſed non admodum multo oleo & ſale condiri debebunt, vtiliter iuſculis incoquuntur. Piſces omnino improbandi ſunt, quia facile in aluo corrumpuntur. Si tamen his delectetur æger, eligendi ſunt ſaxatiles, aquarum nempe puratum, arenoſarum, calculis rupibuſque attritarum incolæ, & friabiles: huiuſmodi ſunt truttæ, lucij, percæ, gobites fluuiatiles, aſtaci fluuiatiles in lacte extincti teſtudines, & id genus alij. Quod ad marinos attinet, veſci poterit auratis, cuculis, lyris, aſellorum ſpeciebus omnibus, ericis, trichus ſale minime conditis, his, quibus à margaritarum niueo ſplendore nomen eſt, & rhombis. Oua in aqua elixa, & cum ſucco acetoſæ confecta proſunt: quemadmodum & hordeata ſaporata granis mali punici acidi, & ſi febris vehemens eſt, ſeminibus papaueris albi. Talia hordeata coctu diſtributuque facilia ſunt, nonnihil detergent, multum humectant & aluum molliunt. Sunt tamen, quibus nauſeam mouent & capitis dolorem, his abſtinendum erit: ſed in hordeati locum veniet panatella, panis infriatus in decocto capi. In ſecundam menſam apponentur vuæ paſſæ in aqua roſacea cum ſaccharo in præſens elixa, pruna damaſcena acida, ceraſa acidula, poma curtipendula, pyra panchreſtana. Vltima denique menſa cydonia ſub prunis cocta, cydoniatum, conſerua roſarum, bugloſſi & ſimilia exhiberi poterunt. Vel ſequens puluis: *℞ coriand. prap. ℥ij. marg. electar. roſ. raſu. ebor. cornu cerui,*

Piſces.

Hordeata quibus proſint & obſint.

Puluis poſt paſtum.

D *an. ʒß. carabet ℈ij. cin. ℈j. raſ. cornu vnicor. & oſſis de corde cerui, an. ℈ß. ſacch. roſ. ℥iiij. fiat puluis* vſurpetur poſt paſtum. Si debilior ſit æger, veſcetur gelatina parata ex carne capi & vitulina elixis in aqua oxalidis, cardui benedicti, borraginis cum portione aliqua aceti roſati, cinamomo, ſaccharo, & aliis, vt præſens neceſſitas poſtulare videbitur. De nocte parata in omnem euentum adeſſe oportet, euchymarum carnium expreſſa cum tantillo ſucci citrei mali aut punici.

Liquor reſtaurans.

Quod ſequitur, reſtaurans omnium inſtar eſſe poterit: *℞ conſ. bugl. borrag. violar. nenuph. & cich. an. ℥ij ſpec. elect. diamarg. frig. trochiſc. de camph. an. ʒiij. ſemi. citr. card. bened. acetoſ. rad. dictam. tormẽt. an ʒij aquæ decoctionis capi iuuenis cum lactuca, portulaca, bugloſ. & borrag incocti ℔vj ponantur in alembico vitreo cum carne duorum pullorum, totidem perdicum, & quindecim foliis auri puri, fiat deſtillatio lento igne. Cuius cape liquoris ſtillatitij ℔j. ß. coletur per manicam cum ſacch. albi ℥ij. & cinam. ʒß.* vtatur æger tempore [illegible]. Vel *carnem vnius capi veteris & cruris vituli, duas perdices conciſas, cinamo. integri, ʒij. compones ſine vllo liquore in alembico vitreo fideliter obturato, curabisque, vt bulliant in balneo mariæ ad perfectam vſque coctionem.* Si enim coquuntur carnes illæ in proprio ſucco citra vllam ab igne noxam, ſuccus inde prælo exprimatur: expreſſi ſucci exhibe in ſingulas doſes ægro vnciam vnam cum aquis cardiacis, triantatalo & diamargarito frigido. Conditutæ fru-

Fames quã ſit noxia peſte correptis.

E ctuũ dulcium vitandæ ſunt, quia dulcia ſe in bilem vertunt: at acidulorum prunorum, ceraſorum, & ſimilium vtiliter ſumi poſſunt. Cæterum cum *nullum morbi genus ſit, quod æque vires debilitet atque peſtis*, omnino neceſſarium eſt, parca quidem manu, ſed frequenter ægrum cibare, habita ſemper ratione conſuetudinis, ætatis, regionis, & temporis: nam per inanitionem periculum eſt ne venenata materia in ſuperficiem corporis depoſita, à ventriculo famelico ad interiora reuocetur, & ventriculus ipſe excrementitiis humoribus bilioſis, calidis, tenuibus & acribus repleatur, vnde ſtomachi morſus & alui tormina.

 A

Qualis peſte correptis debeat eſſe potus.

CAP. XXI.

Oxymel.

SI febris ſubeſt magna & ardens, vino abſtinendum, niſi forte oborta ſyncope, eius loco bibetur oximel ſequens. *℞ aqu. opti. ℔ vj. in his bulliant mellis ℥ iiij. ad conſumptionem tertia partis continenter deſpumando, colato liquori & in vaſe ſyncero repoſito, adde acet. ℥ iiij. cinam. quod ſufficit ad aromatizandum*, vel parabitur hydro ſaccbara vt ſequitur: *℞ aqu. font ℔ iiij ſacchar. optimi ℥ vj. cinamom ℥ ij. colentur per manicam citra vllam coctionem: cum vti voler, adde ſucci citreorum parum.*

Hydroſaccharum.

Syrupus de acetoſitate citri excellit inter omnes, qui aduerſus peſtem vſurpantur.

Salubris etiam eſt vſus iulapij ſequentis: *℞ ſucci oxalidis diligenter depurati ℔ ß. ſucci lactucæ pariter defæcati ℥ iiij. ſacchari optimi lib. j. bulliant ſimul ad perfectionem, colentur, clarificentur, addendo ſub finem aceti parum*, vtatur inter paſtus cum aqua cocta, vel aquæ oxalidis, lactucæ, ſcabioſæ & bugloſſi paribus portionibus, vel *iulapij deſcripti colati & clarificati cape ℥ iiij. miſceatur cum libra vna aquarum cord. commemoratarum, bulliant parum: ab igne ſubſtractis infunde ſantali citrini ʒ j. cinam. conquaſſati ʒ ß. coletur per manicam*: Vbi refrixerit, detur ægro in potum cum ſucco citri. Qui pomatium, pyratium, cereuiſiam, aut zythum bibere conſueuit, poterunt ei potionis indulgere, modo perſpicua ſit, nitens, nitida ac tenuis, parataque ex fructibus ſubacidis, nam turbida & fæculenta non modo craſſos humores gignit, ſed etiam primæ corporis regionis cruditates, inflationes & obſtructiones, vnde febri incrementum. B

Oxycrati commoda. Quibus noceat.

Oxycrati potus ſequenti modo exhibitus ardorem febrilem contemperat, humorum putredinem, veneniq; feritatem reprimit, & aquam per venas meare facit, modo tamen hæmoptoici, tuſſiculoſi, ſingultientes, omninoq; debili ſtomacho & ventriculo non ſint ægri: talibus enim acida omnia ſunt fugienda: *℞ aqu. font. lib. ij. acet. albi rubriue ℥ iiij. ſacch. albiſ. ℥ iiij ſyru. roſ. ℥ ij. bulliant parum*, detur ægro in potum. Vel; *℞ ſuccor. limonum & citreorum an. ℥ ß. vini granat. acidorum ℥ ij. aqua oxalidis minoris & roſ. an. ℥ j. aquæ fontanæ coctæ quantum ſufficit, fiat iulepus*, vtatur inter paſtus. Vel: *℞ ſyrup. de limon. & de ribes an. ℥ j. aqu. nenuph. ℥ iiij. aquæ font. coctæ lib. ß fiat iulepus* Vel: *℞ ſyrup. de nenup. & acetoſ. ſimp. an. ℥ ß. diſſolue in aqua oxalidis min. ℥ v. aqu. font. lib. j. fiat iulepus:*

Aqua gelida potus quibus & quando vtilis. Lib. 3 cap. 7.

Quod ſi æger iuuenis ſit, valenti ventriculo, & bilioſus natura, non improbarim ipſum aquam fontanam gelidam pleno hauſtu copioſius haurire: id enim demum efficax eſt ad reſtinguendum & ſuffocandum ardorem febrilem, contra, qui frigidam ſæpe & parca manu bibunt, tanquam igni fabrili aquam inſtillarent, flammam incendiumq; augent, & in plures dies velut fouent. Ergo Celſi ſententia, cum in ſummo morbus eſt incremento, vtique non ante diem quartum magna ſiti antecedente, frigida aqua copioſe præſtanda eſt, vt bibat etiam vltra ſatietatem: at cum iam venter & præcordia vltra modum repleta ſatiſque refrigerata ſunt, vomere debet. Quidam ne vomitum quidem exigunt, ſed ipſa aqua frigida tantum ad ſatietatem data pro medicamento vtuntur. Vbi vtrumlibet factum eſt, multa veſte operiendus eſt, & collocandus æger, vt dormiat; fere enim poſt longam ſitim & vigiliam, poſt multam ſatietatem, poſt infractum calorem plenus ſomnus venit, per quem ingens ſudor effunditur, idque præſentiſſimum auxilium eſt. Fallenda tamen interdum ſitis veniet fruſto carnis melonum, cucurbitæ, cucumeris, folijs lactucæ, acetoſæ, portulacæ, in aqua frigida madefactis, aut teſſela mali citrei in aqua roſarum macerata, & ſaccharo aſperſa ore continentis, & ſubinde mutatis. At ſi ætate confectus ſit æger, viribus infirmis, natura pituitoſus, vinoq; deditus, exacto febris ſtatu, ac ſummo iam ardore deferueſcente, poterit vinum dilutiſſimum in paſtu bibere ad virium reſtaurationem, & ſpirituum diſſipatorum ſuffectionem. C

Quibus artibus fallenda ſitis in febri. Ad linguæ & oris ſcabritiem.

Omnino ſitim magnam ferre non debet æger, ſed hanc vel potu reſtinguere, vel oris ex oxycrato & ſimilibus collutione fallere, eademque faciem & manus lauare, id enim etiam vires recreat. Si diarrhoea ſeſe turbabit, aqua chalybeata bibita erit ex vſu, ea que inſuper coctum extinctis in eo pluribus & pluries candentibus ab igne calculis. Ad linguæ oriſque totius ſiccitatem & ſcabritiem confert collutio refrigerata, humectans & leniens, ex aqua mucosa infuſionis ſeminum cydoniorum, pſillij, addito camphoræ tantillo, cum aqua plantaginis & roſarum. Sordes inde rudicula reuellendæ & abſtergendæ, hinc humectandum os contento aliquandiu & verſato oleo amygdalarum dulcium cum ſyrupo violaceo mixto. Si ſcabrities in vlcera degenerauerit, contingenda erunt aqua infuſionis ſublimati, aut aqua chymiſtarum. D

Ad linguæ & oris vlcera.

Cæterum quia aquæ potus frequentem ſupra mentionem fecimus, viſum eſt hic de aquæ delectu & bonitate pauca adiungere. Non eſt negligendus aquarum delectus, quia victus multa pars ex aqua pendet: nam præter quam quod ea vel ſola, vel cum vino mixta in potu vtimur, tum ipſa panem ſubigimus & denſamus, carnes elixamus, iuſcula ſorbemus.

Aquarum delectus.

Putant igitur permulti, aquam pluuialem, quæ æſtate decidit, & ciſterna bene poſita constructaque colligitur, omnium eſſe ſaluberrimam: Inde fontanam, quæ è montium iugis per rupium, ſilicum, & calculorum confragoſa decurrit: Tertio ordine putealem, vel quæ è montium imis emergit radicibus. Fluuiatilis etiam bona eſt, quæ media hauritur & ex profluente. E

Paluſtris peſſima eſt, ſi præſertim reſes ſit: talis enim ferax eſt & patiens multorum virulentorum animalium, vt colubrorum, buffonum, & ſimilium. Niualis etiam & glacialis peſſimæ ſunt propter noxiam vim refrigerandi & terreſtrem naturam. Sed inter puteanas & fontanas illæ cenſeri debent probatiſſimæ, quæ inſipidæ ſunt, inodoræ, decolores: cæterum claræ, aeris ſereni inſtar, hyeme ſubtepidæ, & æſtate frigidæ, quæ cito calent & cito refrigerantur, id eſt, quæ ſunt leuiſſimæ, in quibus legumina, napi & ſimilia facile & cito coquuntur: quas denique qui de more bibunt voce clara ſunt & canora, pectore integro & ſano, renidenti & viuido faciei colore.

Hip. ſect. 5. aph. 26.

De Ale-

A
De Alexiterin in peſte vſurpandis CAP. XXII.

AGendum nunc de propria huius morbi curatione,quæ quam citiſſime adhibenda eſt,quia id vene-
ni genus pernicitate remediorum vincit celeritatem.Itaque in hanc partem peccandum potius, vt
tempeſtate peſtifera quemlibet morbum peſtilentem eſſe putes, & tanquam peſtilentem cures, quia
quandiu peſtilentiæ ſeminibus inquinatus eſt aer,humores in corpore excrementitij talis aeris ineuita-
bili commercio facile inficiuntur, vt nullus tum fere veniat morbus peſtilentiæ expers, id eſt, qui non ſit
peſtilens natura ſua ab initio, vel qui mox talis non fiat. Plerique à ſanguinis detractione,alij purgatio-
ne,alij ab alexiterio curationis initium ducendum putant. Nos habita ratione præſtantiæ partis illius,
quæ à peſtifero veneno oppugnatur,primo quoque tempore exhibendum alexiterium putamus,quod
proprietate ſpecifica tantum tueatur cor à veneno, quantum oppugnatur. Quanquam ſunt etiam alia
alexiteria,quæ veneni, peſtiſque periculis cor ægrum que expediunt, non tantum, quia veneni vires to-
ta ſua ſubſtantia infringunt,ſed etiam quia id toto corpore fugant& exigunt vomitu,diarrhoea,ſudore,
aut alio ſimili vacuationis genere.

Initium cu[ra]tionis morborum peſtilentium ab alexiterio ducendum.

Ea quantitate alexiterium exhibeatur,quæ debellando quoquomodo veneno ſufficiat. Itaque id
B quia ampliore quantitate ingerere non eſt tutum , ne naturam noſtram , cui conſeruandæ adhibetur,
euertat, ideo quod ſimul & ſemel ingerere non licet, id vicibus partiendum cenſeo, vt tamdiu eius ali-
qua portio quotidie exhibeatur, quoad omnibus veneni accidentibus, effectis, impreſſionibuſque de-
letis nihil iam à veneno corpori ſit metuendum.

Qua quantitate exhibendum alexiterium.

Eiuſmodi alexiteriorum quædam ex ipſorum venenorum portionibus apta proportione cum a-
liis medicamentis vim veneno contrariam habentibus contemperatis & commixtis conſtant, vt the-
riaca,quæ viperina carne conſtat, vt ſcilicet admixta venena vehiculi loco ſint ad deducendum totum
illic alexiterium,ſeu potius alexiterij vires, vbi præcipuum venenum & magis lethalem fecit impreſſio-
nem:quia naturæ ſimilitudine & ſympathiæ lege, venenum ad venenum ſtatim rapitur,ferturque. Alia
mera venena ſunt, ſed quæ alterum alteri, & viciſſim ſibi mutuo alexiteria ſunt,quomodo ſcorpij pun-
ctura medetur ſcorpius ipſe. At cæteris omnibus alexiteriis præcellunt theriaca & mithridatium : nam
roborando viſcus nobiliſſimum & vitæ arcem,ſpiritus etiam diſſipatos recreant & reparant,venenum-
que debellant,non aſſumpta modo,ſed & admota cordis regioni, bubonibus & carbunculis:venenum
enim ad ſe occulta proprietate,vt ſuccinum paleas attrahunt,& attractum digerunt, diſſipant, interne-
C cinisque omnibus viribus ſpoliant, quemadmodum *lib. de ther. ad Piſ.* rationibus & veriſſimis experi-
mentis à Gal.eſt demonſtratum.

Cur alexiteriis venena admiſceantur.

Venena quædam venenis eſſe alexiteria.

Theriaca dotes.

At,inquies,calida hæc ſunt,peſtis vero ardenti febri ſæpe eſt implicita. Dicimus non tantum im-
minere homini à febre quantum à peſte periculum : quanquam ne febrem in exhibenda theriaca om-
nino negligere videamur dum ipſam cum cardiacis refrigerantibus mixtam propinamus & admoue-
mus,vt cum trociſcis de camphora, ſyrupo limonum, de nenuphare, aqua oxalidis & ſimilibus. Quo
eodem conſilio,non nimium annoſam,ſed mediæ ætatis theriacam eligimus, vt annotinam, aut duo-
rum annorum:fortioribus datur ad ſeſquidragmam,aliis ad dragmam. Sumpta theriaca, mithridatio,
vel alio quouis alexiterio deambulare debet æger,omnino tamen, quam poterit moderate:non vt ple-
rique, qui vbi ſe peſte afflatos ſenſerint, bacchari & impetu curſare non deſiſtunt, quoad vires corpori
ſuſtinendo iam non ſint,ſic enim naturam exuluunt,adeo vt debellando veneno ſufficere nequeat.

Quis modus in deambulando à ſumpta theriaca.

Poſt mediocrem igitur deambulationem lecto calide tradendus erit æger,&multa veſte operien-
dus,admotis inſuper plantis pedum calidis lateribus,& veſicis ſuillis, aqua calida repletis inguinibus &
axillis,vt ſudor prouocetur.Eſt enim ſudor in hoc morbi genere præſtantiſſimū auxilium , tum febri ad
humorum vacuationem, tum peſti ad veneni foras euocationem, quanquam non omnis ſudor ſanita-
tis fructus proferat. Narrat enim Georgius Agricola,viſam ſibi Miſniæ in Germania mulierem, cui ſu-
dore triduano ſanguis per caput & thoracem manabat,& nihilominus interiit.

Hiſtoria.

Sudorem prouocabit ſequens potio:*℞.rad.chinæ in taleolas ſecta ℥j. ß.guaiaci ℥ij. corticis tamariſci ℥j.*
rad.angel.℥ij. raſura cornu cerui ℥j.baccarum iuniperi ℥iij.ponantur in phiala vitrea duodecim libras capiente,affun-
datur aqua fontana vel fluuiatilis optima ℔viij. macerentur noctem totam ſuper cineres calidos: Mane bulliant omnia
in balneo mariæ ad conſumptionem medietatis, quod ſex vere horarum ſpatio fiet : Colentur per manicam,inde iterum
colentur,ſed cum ℥vj. ſacchari roſati & theriacæ tantillo: dentur eius liquoris vnciæ ſeptem vel octo , prouo-
cabunt ſudorem.

Sudorifica potio.

Vtiliter etiam ſequens puluis præſcribitur:*℞.fol.dicta.rut.rad. torment.bet.an.ʒ.ß.bol.arm.præ. an. ʒj*
terræ ſig. ʒ iij. aloes,myrrhæ an.ʒß.croci orient.ʒj.maſtic.ʒij.puluerentur omnia ſecundum artem. Detur ʒj.diſſo-
luta in aqua roſar. vel oxalidis ſylueſtris:aſſumpto puluiſculo illo deambulabit æger, inde in lecto col-
locabitur,& ſudorem ſibi,quo diximus modo,prouocabit.

Puluis ſudorificus.

Sequens aqua valde commendatur contra venena:*℞.rad gent.& cype.an.℥iij. card. bened. pimpinel.*
an m.j.ſem.oxalid.ſylueſtris,& morſus diab.an.p.ij.baccar.heder.& iunipe.an.ʒß.flor.bugl.viol.& roſ.rubr. an. p. ij.
E *craſſiuſcule puluerentur omnia:inde madeſcant per noctem in vino albo & aqua roſ.tum addatur bol. arm. ʒj ther. ʒß.*
deſtillentur omnia in balneo mariæ, ſeruetur ſtillatitius liquor in phiala fideliter obturata. Capiat æger ſex vncias
cum ſaccharo,& cinamomi ac croci tantillo:tum deambulet, ſudorem ſibi prædicto modo peracta de-
ambulatione prouocet.

Stillatitius contra venena liquor.

Aquæ theriacales & cardiacæ ante deſcriptæ huic inſtituto ſunt perutiles. Sed & ſequens valde
probatur:

℞ oxalid.agreſt.minor.m.vj.rutæ m j piſtentur & macerentur in aceto viginti quatuor horarum ſpatio.adden-
do theria ℥iiij.fiat deſtillatio in balneo mariæ:ſtatim atq; ſe perculſum æger præſenſerit, capiat eius aquæ ℥iiij.

In ſudando quis modus

inde ambulet & ſudet. Sudandi finis erit, cum vel exolui incipient vires, vel refrigerari manans humor, A
tum enim ſiccis linteis & ſubcalidis detergendum corpus, *nunquam ſudor prouocandus pleno ventriculo* : ſic enim calor à coquendi munere auocatur. *Interdicendum ſomno inter ſudandum*, ne cum calore & ſpiritibus venenum intro ſe condat in viſcera. Ergo ſi in ſomnum æger propenſior ſit, valida frictione, vinculis extremitatibus corporis iniectis, multo ſtrepitu adſtantium & confabulationibus excitetur, bona de morbo ſpe impleatur: quod ſi ne ſic quidem ſomnus impediri poſſit, diſſoluatur caſtoreum in acri aceto & aqua vitæ, in nares & aures immittatur. Denique in perpetuis, quantum fieri poterit, vigiliis primo die contineatur, reliquis vel ad quartum vſque diebus, id eſt, ad perfectam vſque veneni excretionem vltra tres vel quatuor horas non dormiat. Interim tamen ex viribus, qui præſens aderit, Medicus æſtimabit omnia: virium enim timenda diſſolutio, quam iuges vigiliæ inferunt, niſi poſt tres à ſudore horas non cibetur, interim vt vires conſtent, ſumat corticem citri conditum, conſeruam roſarum, panem toſtum vino intinctum, carnem myrobalani aut ſimile quid.

Interdicendum ſomno & qui.

De Epithematibus, & fotu ad nobilium partium robur comparandis.

Cap. XXIII. B

Etiam inter alexiteria cenſenda ſunt topica quædam, quæ, quam citiſſime fieri poteſt, admouenda extrinſecus, vt epithemata cardiaca, & hepatica, ad partium nobilium tutelam & facultatum robur: longe nempe à viſceribus venenatam auram repellentia. Miſcentur ex cardiacis non modo calidis, ſed etiam frigidis, vt æſtum contemperent & repellant validius. Imponuntur tepida cum panno coccino, aut diplomate linteo, vel ſpongia molli in his madefactis, modo ne partium eiuſmodi nobilium regiones carbunculus occuparit: ad carbunculum enim non decet vti repellentibus.

Ex qualibus comparanda epithemata in peſte.
Carbunculo non conuenit repellentia.

Epithematum ſequentes habes formulas. ℞. *aquar. roſ. planta. & fol. an.* ℥iiij. *aquæ acetoſ. vini gran. & acet. an.* ℥iij. *ſanta. rub. & coral. rub. puluerif. an.* ʒiij. *theriac. vet.* ℥ß *campho.* ℈ij. *croc.* ℈j. *caryoph.* ʒß. *miſce, fiat epithema.* Vel: ℞ *aqu. roſ. & plantag. an.* ℥x. *acet. roſ.* ℥iiij. *caryoph. ſant. rub. coral. rub. puluerisatorum, ſpec. diamargaritiſrigid. an.* ʒi ß. *camphoræ & moſchi an.* ℈j. *fiat epithema.* Vel: ℞. *aquarum roſarum & meliſſa an.* ℥iiij. *aceti roſat.* ℥iij. *ſantal. rub.* ʒj. *caryophyl.* ʒß. *croci* ℈ij. *camphoræ* ℈j. *boli armeni, terra ſigillata, & zedoaria an.* ʒj. *fiat epithema.* Vel, ℞. *acet. roſ. & aquæ roſ. an.* ℔. ß. *camphoræ* ℥ß. *theriac. & mithridat. an.* ℥. j. *fiat epithema.* Vel: ℞. *aqu. roſa. nenup. bugl. aceto. aceti roſ. an.* ℔ß. *ſant. rub. roſ. rub. an.* ʒiij. *florum nenuphar. violar. campho. an.* ʒß. *mithridat. & theria. an.* ʒij. *Terantur & miſceantur ſimul omnia.* In ipſo, quo vtendum erit, articulo ſeorſim in vaſculo eorum excipiatur portio, qua tepida foueatur viſcus affectum. C

Epithematũ cardiacorũ formula.

Suntne purgatio & phlebotomia neceſſaria per morborum peſtilentium initia.

Cap. XXIV.

Firmato præſidiis & alexiteriis corde, ad phlebotomiam & purgationem veniendum. De phlebotomia ingens eſt inter Medicos controuerſia. Quia illam ſuadent, aiunt, febrem peſtilentem defigere ſe in ſanguine, in eodemque venenum peſtilens ſedem ſuam ſtabilire: itaque inde in reliquos humores facile ſerpere, niſi detracto ſanguine vna & venenum ſanguini inſidens dematur. Qui contra ſanguinem mitti non probant, aſſerunt, ſæpius contingere, vt à putredine ſanguis ſit immunis, reliquos tantum humores veneni infici contagio. Si quis meum iudicium in quæſtione illa ancipiti requirat, dico, peſtem alias à ſolo aeris vitio pendere, alias inſuper ab humorum corruptione & infectione: cuius initium ab aeris vitio & contage venerit, id vitium per ductus corporis in viſcera tandem peruenit, quemadmodum ex abſceſſibus intelligere eſt, qui nunc pone aures, nunc ſub axillis, alias in inguinibus prorumpunt, prout cerebrum, cor aut hepar inuectione affecta fuerint. Hinc enim & anthraces manant, aliæque materiæ collectiones, & eruptiones, quæ quauis corporis parte cernuntur, natura nempe excretricis facultatis robore vſa, ad excernendum intus foras, quod moleſtum & inimicum eſt. Hunc igitur naturæ motum ſi Medicus imitari debet, profecto nec purgandum, nec ſanguinem detrahendum putabit: ne motu contrario foris intro reuellendo, naturæ motum, qui fit intus foras, interturbet. Sic ſæpe videmus, quibus ob bubones venereos purgatio præſcribitur, vel ſanguis detrahitur, his materiam reddi inſuppurabilem, eiuſdemque intro reuocatione luis venereæ inferri conſecutionem. Quare *emergentibus bubonibus, carbunculis, aliiſque eruptionibus peſtilentibus, quarum cauſa ſit in ſolo aeris vitio, à purgatione & phlebotomia abſtinendum.* D

Rationes probantium & improbantium phlebotomiam in peſte.
Controuerſia compoſitio.
Cur purgatio & phlebotomia non conueniant peſti ſpiritibus defixæ.

Sufficiet vero cor, omneſque partes nobiles alexiteriis, vi veneni retundendi proprie præditis, intrinſecus & extrinſecus præmunire.

Non enim dubium eſt, quin debilitata vtroque vacuationis genere natura, exhauſtiſq; vna cum ſanguine ſpiritibus, aura venenata in vacuum corpus facilius ſubeat & recipiatur, receptaque in idem debilius factum, tyrannidem exerceat. E

Anno Domini ſeſquimilleſimo ſexageſimo quinto, qui annus toti fere Galliæ peſte peſtilentibuſque morbis fœtus & funeſtus fuit, ex omnibus vrbium, per quas Carolo nono Regi iter Bayonam erat, Medicis & Chirurgis diligenter & ſtudioſe ſciſcitatus ſum, quid ægris ſucceſſiſſet ex purgatione & phlebotomia, vna voce reſponderunt, obſeruaſſe ſe ſedulo, omnes peſte correptos, quib. liberaliter ſanguis detractus fuerat, & corpus valide purgatum, deterius inde habuiſſe, tandemque interiiſſe: reliquos quibus ſolis alexiteriis prouiſum eſſet, fere cunctos euaſiſſe: id enim genus peſtis haud ab humorũ corruptione, ſed à primario & ſolitario aeris vitio cauſam habebat. Idem euentus antea notatus fuerat in anhelosa grauedine, cuius ſupra meminimus: nempe ex purgatione & ſanguinis detractione deterius ægris ſucceſſiſſe. Non negauerim tamen, quin ſi ingens aliqua in corpore plethora ſubſit

Hiſtoria.

vtri-

A vtriq; remedio locus eſſe poſſit, præſertim per initia, etſi materia effetum habeat orgaſmom, vnde metus immineat irruptionis in partem aliquam nobilem. Scimus enim ab Hippocrate ſancitum, quod *quicunque morbi ex repletione ſiunt, hi vacuatione curentur: & quod in morbis valde acutis, ſi materia turget, medicari eadem die expedit: tardare enim in talibus malum eſſe*: ſed talia non peſtis ratiooe & occaſione fiunt, verum corporum affectorum, & affectuum vna cum peſte complicatorum. Tum igitur licer fortaſſe liberaliſſime ſanguinem mittere & validiſſime purgare, ne peſtilens venenum materiam paratam offendat, & correptam contagione inficiat, vnde peſtis nouas & longe maximas vires aſſumat: præſertim cum moneat Celſus. *Quo celerius eiuſmodi tempeſtates corripiunt, eo maturius auxilia, etiam cum quadam temeritate eſſe rapienda.*

Quando in peſte purgationi & phlebotomiæ ſit locus.

Aph. 22. ſect. 1.

Aph. 10. ſect. 4.

Cap. 7. lib. 3.

Ergo ſi venarum tumor magnus ſubeſt, ſi oculorum & faciei flammeus rubor, ſi arteriarum in temporibus pulſatio, ſi ſpirandi ex pondere difficultas, ſi ſputum cruentum, mittere ſtatim ſanguinem ob illas, quas dixi, cauſas, nulla mora facta, expediet. Sed ex baſilica ſiniſtra mittere videbitor ſatius, quo materierum phlethoricarum onere cor & lien promptius expediantur. Non quolibet tamen teõpore miſſus ſanguis prodeſt: nam per rigores febriles tutum non eſt, tum enim reuocatis calore & ſpiritibus
B ad interiora, exteriora ſanguine deſtituta algent: itaque ſine virium iactura, ſumma humorum perturbatione ſanguis tum detrahi nequit. Eſt & animaduertendum, præſentibus eiuſmodi cauſis plethoricis aliam eſſe mittendi ſanguinis indicationem in febre peſtilente ſimplici, aliam in ea, quæ bubonum & anthracum comitatum habet adiunctum. Nam horum alterutro aut vtroque cum vehementi & ardentiſſima febre coniunctis aperienda erit vena, quæ præter naturam tumori erit magis vicina, ſeruata fibrarum rectitudioe, vt hac aperta ſanguis magis è directo trahatur: omnis enim putrentis ad partes nobiles ſanguinis attractio vitanda, vt quæ ſit ægro & naturæ moleſtiſſima. Sit ergo, exempli gratia, plethoricus æger repletione, quæ ad vaſa dicitur, & quæ ad vires: ſubſit vna tumor peſtilens in partibus ad caput & collum attinentibus, è cephalica vel mediana detrahendus erit ſanguis, aut ex aliquo earum ramo per brachium lateris dolentis ſparſo. Quod ſi adipis, aut alia occaſione tales venæ non ſe prodant in brachio, ſunt, qui probant eam aperiri venam, quæ eſt inter pollicem & indicem, demerſa in aquam calentem manu, quo illa tumeat vena, & allecto caloris opera ſanguine impleatur. Si ſub axillis & circum eiuſmodi loca tumor eſt, aperienda baſilica erit, aut mediana, quæ ſupra manum perreptat: ſi ad inguina, poplitea vel ſaphena, aut alia quæuis ſupra pedem tumentior, ex affecto ſemper latere. Cæte-
C rum *ante tertium diem phlebotomia fieri debet*: eſt enim hic morbus ex genere acutorum, vt qui non raro intra viginti quatuor horas omnia ſua tempora percurrat. In detrahendo ſanguine virium rationem habebis. Animi deliquium inſtare intelliges ex leui ſudore, quo repente oborto frons madet, ex cardialgia cum nauſea, ex deiicieodi voluntate, uſcedine, labiorum liuore, totius faciei ſubita in pallorem mutatione: denique & certiſſime ex pulſu paruo & tardo. Tum igitur digito admoto ſtatim occludenda vena, quoad redierit ad ſe æger, vel naturæ ſpoote, vel arte, exhibito pane vino tincto, vel alia re ſimili: tũ ſanguinem, ſi haud iuſta copia detractus ſit, ruſus ſines fluere, quantum morbi magnitudo & vires poſtulare videbuntur. Quo facto, proderit alexiterium aliquod ex commemoratis ægro bibendum exhibere, quod ſimul vires reparet & venenum reſtingat.

Cur ex baſilica ſiniſtra in peſte ſanguis detrahendus.

E qua vena in ſingulis tumoribus peſtilentibus ſanguis detrahendus.

Quo morbi tempore ſanguis detrahendus.

De purgantibus in morbo peſtilente medicamentis

Cap. XXV.

SI propriis in memoriam reuocatis indicationibus, neceſſaria videatur in hoc morbi genere purgatio ea vt præſens caſus & neceſſitas poſtulare videbuntur, præſcribenda veniet: expenſo ſcilicet quod morbus rapidus ſit, quique remedus egeat, quæ prompte humorem noxium, in quo inſedit fouetur que
D aura venenata, e corpore exigant: variis pro humoris ſpecie & ægri conditione. Exhibentur in hanc rem ſcommonij in puluerem redacti grao. vj. vel etiam decem, cum dragma vna theriacæ. Fiuot & pilulæ hac fere forma:

Qualia in peſte conueniãt cathartica.

℞ *theria & mithrid. an.* ℨj. *ſulph. viui ſubtiliter puluerati* ℨß. *dyacryd. gr. iiij. fiant pilulæ.* Vel:

℞ *aloes* ℨiij. *myrrhæ & croci an.* ℨj. *ellebo. albi & aſari an.* ℈iiij. *cum theriaca veteri. fiat maſſa*, capiat ℈iiij. pro doſi tribus horis ante paſtum, pilulæ Ruffi vtiliter dantur imbecillioribus. Veteres valde commendarunt ad hunc affectum agaricum, quia humores noxios ex omnibus membris prolicit, vireſque habet theriacæ affines, cor enim roborare creditur & venenum purgando exhaurire. Robuſtioribus pondere dragmarum duarum datur, imbecillioribus pondere ſemidragmæ. Præſtat infuſum in decocto exhiberi, quam in ſubſtantia: *ſic enim electum, & in trochiſcos fideliter præparatum diuinum dici poteſt medicamenti genus.* Multorum experimentis antimonium prædicatur: ſed quia eius vſum Medicorum ſcholæ Pariſienſis concilio & decreto condemnatum ſcio, de eo hic dicere ſuperſedebo.

Pilulæ contra peſtem.

Agarici contra peſtem dotes.

Antimonij vſus.

Sudorifica reliquis præcellere potaodum, quando ab aura venenata peſtilentia eſt. Inter quę eius quod ſequitur, efficacia magno multorum bono probata eſt in peſte, quæ nuper per Germaniam graſ-
E ſata eſt, quemadmodum literis mihi ſigoificauit Matthias Rodlerus ducis Georgij Comitis Palatini Cancellarius

Capiunt arthemiſiæ faſciculum vnum, & ex eius cineſacti cinere lixiuium conficiunt cum aquæ lib. iiij. id mox in vaſe figulino vernice oblito ignibus ſubiicitur, vt bulliat ad liquoris conſumptionem, ſubſidente terrena fæce ſalis inſtar ex qua fingantur trochiſci ponderis vnius floreni aurei.

Eiuſmodi trochiſcorum vnus, duoue pro robore ægri diſſoluuntur in vnciis tribus vini generoſi maluatici: bibitur, à potione obambulat æger ſemihoræ ſpatiu, inde lectu ſe traditur, ſudat ibi duas treſue horas: vomitus ſuperueniunt, aluus quoque laxatur tanquam ſumptu antimonio, ſic fere omnes liberabantur,

Efficax remedium ſudoriſicum ſimul & catharticum.

Arthemiſiæ dotes.

qui præſertim mature id remedium, antequam ad cor vſque perueniſſet, ſumpſerant, quemadmodum & ego fœlici ſucceſſu Lutetiæ in aliquot ægris ſum expertus. Certe arthemiſia Veteribus valde laudata eſt, ſumpta admotaque in ſerpentum venenatis morſibus, vt non dubitem, quin magnas contra peſtem vires habeat. Auditum habeo ex Gilberto Heroaldo Monſpelienſi Medico certiſſimum, multorumque experimentis, tum ſuis, tum aliorum probatiſſimum aduerſus peſtem remedium eſſe muriæ encraſicholorum, ſeu gari ℥ iij. hauſtu vno ebibitas. Eſt enim peſtis nihil fere aliud, quam *inſignis quædam putredo, cui corrigendæ & edomandæ nihil tam eſt accommodatum quam garum* illud ſeu encraſicholorum vi aſperſi ſalis ad ſolem fuſa liquataque ſubſtantia. Sunt, qui ſeminis ebuli ʒj. in vino albo infundunt, id hauſtum ſimilia ferme antimonio præſtare affirmant. Alij par pondus ſeminis rutæ conteri cum theriaca, quod fabæ magnitudinem æquet, in vino maluatico diſſoluunt, bibuntque. Alij foliorum & ſummitatum geniſtæ m. j cum vini albi ſelibra conterunt, bibendum ægris exhibent, vomitus mox, aluum & ſudores promoturum. Certe qui à virulentis beſtiis morſi ſunt, adligata ſupra vulnus geniſta, venenum vltra diffundi & ſerpere prohibent. Itaque & potus ex eo comparatus venenum aditu ad cor prohibere poterit. Quidam capiunt *radicis enulæ campanæ, gentianæ, tormentillæ, grani tinctorii & geniſtæ, ſcobis eboris & cornu cerui ſingulorum ſemidragmam, omniaque contrita in vino albo, & aqua vitæ horarum quatuor & viginti ſpatio infundunt ſupra cineres calidos, mox colo tranſmittunt*, vncias fere quatuor exhibent, ſudores prouocat inde comparata potio, & venenum infringit. Eaſdem vires habet ſequens potio: ℞ *ſyrup. acris* (ex muſto minime comparati) ℥ ß. *theriacæ aut mithri. quod æquet fabæ magnitudinem, diſſolue in vino albo & pauca aqua vitæ*, bibat æger, deambulet & ſudet. Licet etiam craſſiorem cæpam excauatam, theriacæque ſemidragma & aceto impletam ſub cineribus coquere, inde exprimere: expreſſum ſuccum cum aqua oxalidis, cardui benedicti, aut alia quauis cardiaca, vinoque generoſo diluere, & ægro propinare ad ſudorem prolicieodum & venenum debellandum. Vel *cape alliorum craſſiuſculæ nucis magnitudinem, rutæ & chelidonij maioris, cuiuſque folia viginti, terantur omnia in vino albo & pauca aqua vitæ*, eaque expreſſum detur bibendum. Sunt, qui chelidonij maioris & maluatum ſuccum cum aceti vnciis tribus expreſſum, & olei nucum ſeſquuncia bibunt, mox enim à multa deambulatione venter ſurſum deorſumque laxatur, & ſic liberantur. Cum venenata aura iam in humores irrepſit, infecitque, putant foliorum laureolæ ſiccorum dragmam vnam in aceto biduum maceratam & bibitam, præſtantiſſimum eſſe remedium ad ſudorem, deiectionem, & vomitum ciendum. Mathiolus *tractatu de Morbo gallico*, ſcribit puluerem mercurij cum ſucco cardui benedicti, aut electuario de geminis exhibitum, peſtem priuſquam ſe in corpore obfirmauerit, abigere, vomitu, deiectione, & ſudore prouocatis. Eundem effectum in eodem morbo præſtare calcanthi dragmam vnam in aqua roſarum diſſolutam. Sunt, qui olei ſcorpionum paruam quantitatem cum vino albo exhibent, ad vomitu exhauriendum venenum, quo eodem cordis regionem carpi & temporum illinunt. His ſæpius repetitis in corporibus præſertim fortibus & exercitatis vtendum cenſeo, quia debiliora medicamenta nihil aut parum vacuant, humores tantum exagitant, vnde febris incrementum. Vbi venenum abunde euacuatum videbitur, exhibenda erunt, quæ ventriculum roborent, humorumque agitationem compeſcant: cuiuſmodi compoſitio alkermes eſſe dicitur.

Synapi hauſtum contra peſtem.

Pulueris mercurij & calcanthi contra peſtem vires.

Confectionis alkermes facultas.

De multis, quæ vna cum peſte inuadunt, ſymptomatibus, & primum de capitis dolore.

Cap. XXVI.

Phrenitidis in peſte cauſa.

SI venenum in cerebrum rapitur, idque natura expellere nequeat, inflammatio ipſi membraniſque ipſum veſtientibus ſuperuenit: quæ nunc imaginationem, nunc iudicium, nunc memoriam lædit, turbat, abolet, prout cerebri anteriora, media aut poſteriora inflammatione vehementius correpta fuerint: omnino certe hinc emergit phrenitis, cum oculorum & faciei flammeo rubore, capitis totius grauitate & ardore. Si clyſteribus & ſanguinis aperta brachij cephalica detractioni id malum non cedat, arteriæ temporum venient aperiendæ, detracta inde ſanguinis copia tanta, quantam ſymptomatis magnitudo & vires ægri poſtulare videbuntur: certe *aperta arteriæ vulnus æque facile & prompte coaleſcit atque aperta vena.* Cæterum ea tali arteriotomia promptum ſequitur auxilium propter tenſiuos vapores, & acres, vna cum ſanguine arterioſo longe copioſiſſimos exhalantes. Iuuat & hæmorrhagiam prouocare, ſi per hanc viam natura ſe exonerare geſtiat. Nam vt eſt ab Hippocrate pronuntiatum, *caput dolenti & vndique laboranti pus vel aqua, vel ſanguis per nares, os aut, aures effluens morbum ſoluit*. Prouocatur talis hæmorrhagia forti in mungendo contentione, interiorum narium ſcalptu, punctura ex ſeta equina, diuturna capitis depreſſione. Domino Fontano Equiti torquato, dum eſſemus Bayonæ, ſanguis ſponte naturæ profluxit è naribus biduum totum, ſic demum febris peſtilens, qua laborabat, quieuit, oborto vna copioſo ſudore, moxque anthraces ſuppuratum conceperunt, & me curante Dei beneficio conualuit. Si nimium fluat ſanguis, vinculis ante manibus, brachiis & cruribus iniectis, ſpongiis oxycrato imbutis axillis ſubmiſſis, cucurbitulis, mammis, & hepati, lienique admotis, immittere in nares oportebit goſſipium ſaligneum, vel adſtringens aliquod medicamentum confectum ex interfeminei vel iuguli leporum pilis, bolo armeno, terra ſigillata, ſucco plantaginis & centinodiæ concorporatis, ægro præterea in altiore loco collocato

Arteriotomiæ fructus.

Aphor. 10. ſect. 6.

Hiſtoria.

Hæmorrhagia quibus artibus cohibeatur.

Si poſt eiuſmodi hæmorrhagias nihilo dolor lenior fuerit, veniendum ad hypnotica comparata hac forma:

Hypnotica.

℞ *lactu. recentium m. j. flor. nenuph. & violar. an. p. ij. caput vnum papaueris albi contuſum, ſeminum quatuor frigidor. ʒ ij. liquiritiæ paſſul. an. ʒ j. ß. fiat decoctio: in colatura diſſolue diacody ſine ſpeciebus ℥ j. ß. fiat potio larga danda*

hora

A *hora ſomni.* Paratur & hordeatum *in aqua nenupharis & acetoſæ ſingulorum vnciis duabus, additis opij gr. vj. aut octo, quatuor ſeminum frigidorum, & papaueris albi ſingulorum ſemuncia, eadem cum lactuca & portulaca m iuſculis incoquuntur.* Dantur & pilulæ de cynogloſſo infundendi clyſteres hypnotici ſic parari: ℞ *decoctionis hordei mundati, quart. iiij. olei violati & nenupharini an. ℥ij. aquæ plantaginis & portulacæ, vel ſuccorum potius ℥iij. camphoræ gran. vij. album. ouorum iij. fiat clyſter.* Oxyrrhodino, raſo ante capillitio, caput fouendum, relicto duplici panno eodem madefacto & ſæpius renouato. Pulmones veruecini à mactato recens animali adhuc calentes capiti imponentur, cucurbitulæ ceruici & ſcapulis cum ſcarificatu & ſine ſcarificatu apprimentur. Brachiorum & crurum frictiones validæ & conſtrictiones fient, ad vaporum humorumque acrium à capite diuerſionem.

Clyſter hypnoticus.

Frontalia parabuntur hoc modo: ℞ *olei roſati & nenupharini, an. ℥ij. olei papauerini, ℥ß. opij. ʒj. aceti roſati, ℥j. camphoræ, ʒß miſceantur ſimul.*

Frontalia hypnotica.

Parabuntur noduli ex floribus papaueris, hyoſcyami, nenupharis & mandragoræ, tritis in aqua roſacea cum pauco aceto & camphoræ tantillo, naribus ſæpe admouendi.

Fronti etiam in hunc finem admouentur cataplaſmata. Vel: ℞ *mucag. ſeminis pſilij & cydon. in aqua*
B *roſar. extracta ℥iij farinæ hordei. ℥iiij. pulueris roſar rubr. florum nenuph. & viol. an. ʒß. ſeminis papaueris & portulacæ an. ℥ij. aquæ roſar. & aceti roſati an. ℥iij. fiat cataplaſma,* tepidum fronti & capiti imponatur. Vel: ℞ *ſuccorum lactucæ, nenuphar. hyoſcyami, portul. an. ℔. ß. roſar. rubr. pulueriſatarum, ſeminis papaueris, an. ʒß. olei roſ. ℥iij. aceti ℥ij. farinæ hordei quantum ſufficit. fiat cataplaſma ad formam pultis liquidæ.* Sedato his remediis capitis ardore, & cerebri inflãmatione, ad foris digerẽtes, & reſoluentes erit veniendum, qui materias vaporum diſcutiant. Cæterum frontis & ſincipitis validæ conſtrictiones, vulgo in capitis dolore fieri ſolitæ, hic omnino fugiendæ, propter eas, quas in capitis vulneribus diximus, cauſas.

Poſt hypnotica capiti admota admouenda eſſe digerentia.

De ardore Renum. Cap. XXVII.

Renum ardor temperatur litu ex vnguento refrigerante Galeni recenter diſpenſato, additis ouorum albuminibus diligenter agitatis, quo vnguenti humiditas diutius perſtet integra. Renouandus is litus prioris abſterſis reliquiis, ſingulis horarum quadrantibus. Vel,

Litus ad renes.

℞ *aquæ roſar. ℔. ß ſucci plantag. ℥iiij. albumina ouorum iiij. olei roſacei & nenupharini an. ℥ij. aceti roſati.*
C *℥iij. miſce ad vſum:* Litu facto imponentur folia nenupharina recentia, vel ſimilium herbarum refrigerantium, mox & diploma linteum oxycrato imbutum & expreſſum, ſæpiuſque mutatum. Haud in calcitra plumea cubabit æger, ſed in ſtragula ex auenæ gluma facta, vel in matta ſubiecta vndula multiplici Regioni cordis interim refrigerans medicamentum & venenum infringens admoueri poterit, quale ſequitur.

℞ *vng. roſati. ℥iij. olei nenupharini ℥ij aceti roſ & aquæ roſar. an ℥j. theriacæ ʒj. croci, ʒ ß. ex his liquefactis & confuſis fiat vnguentum molle,* quod pannu coccino obductum regioni cordis imponatur. Vel: ℞ *theriacæ optimæ, ʒj. ß. ſucci citri acidi & limonis an. ʒß. coralli rubri & ſeminis roſar. rub. an. ʒ ß. camphoræ & croci an gr. iiij. incorporentur omnia ſimul, & fiat vnguentum vel linimentum.* Ad ægri in cubili iacentis caput ab epiſtomio in ſubiectam peluim ſtillans aqua pluuiæ æmula collocabitur, fient lenes ſcaptus in volis manuum & plantis pedum. Obſcuro loco procul ab omni ſtrepitu æger continebitur, ſic demum ſomnum inire poterit.

Vnguentum ad cor.

Murmur ſtillantis aquæ inuitat ſomnum.

De eruptionibus & maculis, quas Purpura nomine intelligunt.

D

Cap. XXVIII.

Maculis per peſtilentes febres cutis ſuffunditur variis locis, pulicum aut cimicum morſui ſimilibus: nec ſimplices ſemper maculæ ſunt, ſed aſſurgunt nonnunquam in grani milij formam. Quo plures viſuntur, eo ægro melius futurum eſt, pro veneni feritate & materiæ conditione, vario viſuntur colore, rubræ, flauæ, ſubnigræ, violaceæ, ſeu purpureæ, cæruleæ, liuidæ, nigræ. Et quia fere purpurei ſunt coloris, ideo Purpuræ nomine Gallis intelliguntur. Lenticulæ aliis dicuntur, quod ſæpe lenticulari colore & effigie viſuntur. Papiliones etiam nominantur, quia alatorum papilionum inſtar varias ſubito inuolent corporis velut regiones, nunc faciem, nunc brachia, nunc crura, nunc totum corpus, ſæpe non ſuperficiem modo cutis occupant, ſed altius in carnem depreſſæ cernuntur, cum præſertim à materia ſiunt craſſa & aduſta. Viſuntur nonnunquam magnæ & latæ integrum brachium, crus aut faciem eryſipelaris inſtar occupantes: denique variæ omnino ſunt pro humoris quantitate aut qualitate peccantis varietate. Si purpureo aut nigro colore ſunt, cum crebra ſyncope, ſubitoque ſine cauſa manifeſta intro refugiant, mortem portendunt. Eruptionis macularum eiuſmodi cauſa eſt, ſanguinis feruor ob admiſſi aut concepti veneni feritatem.

Exanthemata peſtilentium differentia.

Varia nomina & nominum ratio.

Euaneſcentia per deliteſcentiam exanthemata lethafera.

E Sæpe cum febre peſtilenti oboriuntur: nonnunquam ante bubonis aut anthracis eruptionem, nonnunquam poſt. ſed tum ingentem humorum in corpore corruptionem teſtantur: vt cui deplendæ non ſuffecerint bubones & anthraces, itaque ſæpe ſic ad mortem apparent. Sæpe ſolæ erumpunt ſine bubone aut anthrace: & hæ ſi rubræ ſint, nec malorum prætera ſymptomatum adiunctionem habeant minime lethales exiſtere ſolent, apparent fere tertio aut quarto morbi die, nonnunquam tardius: aliquando niſi poſt mortem non apparent, quia nondum reſtrictus eſt humorum feruor putredinis ſoboles: quare tũ maxime putredinoſus calor, qui ſub mortẽ maximus eſt, in cutẽ excrementitios humores excernit, macularũ materiã: vel quia natura in extremo cõflictu maiore aliquo, quã ſoleret, conatu extra

Cur nonnunquam poſt mortem erũpant exanthemata.

(quod rebus omnibus moribūdis familiare eſt)ſub ipſum interitus articulum humoris peſtiferi portione ſe in cutem expediunt:de cætero extremo illo conatu ſic debilitata, vt ſub reliquo pondere proſtrata fatiſcat. A

De curatione eruptionum ſeu macularum.

C A P. XXIX.

Intus foras attrahere & propellere remediū eſſe exanthematum.

CAuendum in primis, ne humorem foras viam affectantem repellentibus intro adigas. Iraque frigus vitandum, purgantia omnia, phlebotomia, ſomnus profundior ſeu ſoporoſus. Talia enim omnia humores intro reuocant & in contrarium naturæ eunt. Satius erit attrahentibus admotis, & ſudorificis aſſumptis naturæ ad exteriora motum promouere, alias ſuppreſſis eruptionibus, periculum eſt, ne vel cor veneni teſlui copia opprimatur, vel in aluum conuerſione lethalis dyſenteria exoriatur. Quę incommoda vt vitentur, ſtatui hic remedium proponere, cuius efficacia mihi multis experimentis nota & explorata eſt, cum ob expultricis infirmitatem, & cutis denſitatem ac duritiem, macularum materia erumpere prohibetur, & ſub cute deliteſcere cogitur ipſa in tubercula ſublata, in eius remedij inuentionem per ſimilium comparationem deductus fui. B

Indicatio agendi per ſimilium comparationem.

Nam cum intelligerem venereæ luis eſſentiam (quemadmodum & peſtis) in virulentia quadam occulta & venenata qualitate poſitam eſſe, in eam facile opinionem deſcendi, quod quemadmodum vnguenti ex argento viuo compoſiti illitu humores craſſi, viſcidi, fixi in oſſibus, & immoti funduntur, liquantur, atque roborata irritataue expultrice è centro corporis in ſuperficiem euocantur, ſudoribus citatis & ſaliuatione expurgantur: ſic futurum in febribus peſtilentibus, vt eodem litu roborata natura patefactis meatibus ſe venenati & peſtilentis humoris portione illis maculis, puſtulis, omnique eruptionum genere in cutem exoneraret. Itaque multos, in quibus natura viam ad cutim ſegnius affectare videbatur, aluo ante clyſtere laxata, & aqua theriacali propinata, quæ vitalem cordis facultatem muniret, ventriculum autem minime diſtenderet, tanquam lue venerea laborarent, oblini, & quem ſperaueram euentum, obtinui. Aquæ theriacalis loco vti licebit decoctu guaiaci, quod calefacit, deſiccat, ſudorem prouocat, & putredinem arcet, addito præterea aceto, vt tenuitate ſubeat promptius, & à putredine magis vindicet. Vnguenti talis eſt deſcriptio.

Vnguentum ex hydrargyro ad exanthemata ſegnius impoſte erumpentia.

℞. axungiæ ſuillæ ℔. j. *coquatur aliquantulum cum foliorum ſaluiæ, thymi, roriſmarini an. m. ß. coletur, & in ea extinguatur argenti viui, quod prius in aceto bullierit cum prædictis herbis* ℥v. *ſaluiæ vitri.* ℥iij. *theriacæ & mithrid. an.* ℥ß *terebinth. ven. olei ſcorpionum & laurini an.* ℥iij. *vitelli ouorum ad duritiem coctorum nu.* vj. *incorporentur omnia in mortario, fiat vnguentum,* quo inungatur æger ad alas præſertim & inguina, vitatis partibus ad caput, pectus, & ſpinam dorſi attinentibus, hinc in lecto calide collocatus, & multum coopertus, ſudet per duas horas: à ſudore detergeatur, & ſi fieri poteſt in alium lectum transferatur, ibique iuſculo ex capi decocto & ouis ſorbilibus, ſimilibusue aliis cibis euchymis & coctu ac diſtributu facilibus reficiatur: reiteretur ſecundo, imo etiam tertio die frictio, niſi ante maculæ prodierint. Si ſaliuatio ſuperueniat minime impedienda illa erit, proruptis omnino maculis ac puſtulis, & ſudandi fine facto diuretica exhibere ex vſu eſt: his enim reliqua macularum materia, quæ forte tota erumpere non potuit, facile per vrinas expurgatur. C

Diuretica ad exanthematum reliquias dandas.

In proœmio lib 6. Dioſc.

Si qui potentes & primæ nobilitatis homines eiuſmodi vnguento inungi recuſent, includantur in recenter euiſcerato mulo equoue, atque ex vno in aliud eiuſmodi animalium corpus, poſtquam prius refrixerit, transferantur, donec eruptiones ſe prodiderint natiuo calore allectæ. Sic enim Valentinum Alexandri ſexti Pontificis F I L I V M, veneno lethifero, quod hauſerat, ſe expediuiſſe, prodit Mathiolus.

De Bubone peſtilenti. C A P. XXX.

Bubonis peſtilentis deſcriptio.

Quo differat bubonis materia à materia anthracis.

Signa ſalutarium & lethalium bubonum.

Bubones colore cutis ſimiles.

BVbo peſtilens *tumor eſt per initia oblongus & mobilis, in vigore turbinato mucrone acutus, immobilis alteque glandulis infixus, quo ſe materia venenata & peſtifera cerebrum exonerat in glandulas, quæ ad aures & gulā ſunt: cor ad eas, quæ in axillis exiſtunt: Hepar ad eas, quæ in inguinibus*: cum ſcilicet tota maculis, puſtuliſque per cutem erumpentibus exhauriri non potuit. Materia conſtat craſſiore & viſcidiore, quemadmodum anthrax acriore, feruenti nempe adeo, vt eſcharam inducat parti, in quam ſe defixerit. Initio dum adhuc fit & generatur bubo, funiculi prætenſi vel nerui indurati ſenſum cum dolore punctorio infert: mox materia velut in glandem colligitur, ſenſimque ac breui tempore attollitur & inflammatur, his, quæ commemorata ſunt, comitantibus ſymptomatibus. Si ruber eſt tumor & ſenſim augeſcit, ſalutare ſignum eſt. At ſi liuet aut ater eſt, & tardiſſime ad iuſtam magnitudinem peruenit, lethale. lethale etiam eſt, derepente augeri, & furente velut impetu ad debitam magnitudinem perueniſſe, ſummaque omnia doloris, tumoris, & ardoris ſymptomata ſubito & momento habuiſſe. Viſi ſunt nonnunquam bubones colore natiuæ cuti ſimiles, cætera tumoris œdematoſi æmuli, qui tamen mox ægrum ad exitium præcipitabant, eorum more, qui liuidi & atri exiſtunt, *quare buboni fidere omnino non conuenit.* D

De Bubonum curatione. C A P. XXXI.

Cucurbitularum in bubone curatio Vſus.

BVboni, cum primum apparuerit, cucurbitula cum magna flamma imponenda eſt: niſi forte ex eo ſit genere bubonum, qui ardoris & tumoris ſumma ſtatim habent omnia, ſed ante cutis liliaceo oleo inungenda eſt, quo laxior facta, potentius, ampliuſque attrahat cucurbitula: hærere parti illa debet per horæ quadrantem, & repeti iterumque imponi ſingulo quoque trihorio, ſic enim demum potentius venenum à viſcere nobili foras attrahitur, ſuppurationis, vel reſolutionis, quodcunque tentauerit opus natura, citius abſoluitur. Quod etiam fiet impoſito ſequenti litu. E

℞. vng.

A *℞. vng. de althea. ℥j. ß. olei de ſcorp. ʒß. mithridat. diſſoluti cum aqua vitæ, ʒß.* relaxandæ cutis vim habet id linimentum, reſerandi ſpiracula ipſius, diſcutiendæque portionis materiæ eius, cuius attractionem cucurbitula fecerit, eius loco fiunt fotus remollientes, diſcutientes, attrahentiaque alia remedia & ſuppurantia mox deſcribenda. Veſicatorium loco infra bubonem idoneo impoſitum magnam vtilitatem adfert, non autem ſupra. Exempli gratia: Si gulam occupet bubo, apprimendum erit ſcapulæ eiuſdem lateris veſicatorium: Si alas, medio brachio ſeu humero parte interna: ſi inguina medio interiori femori, vt duplici ductu materiæ ad exitum aperto, pars, in qua venenum colligitur, promptius exoneretur. Veſicis excitandis conueniunt tithymalus, batrachium, perſicaria, pes leonis, bryonia, medius viburni cortex, cortex tapſi barbati, flammula. Si ſimplicium eiuſmodi remediorum copia non ſit, imponendum ſequens compoſitum omni tempore parabile:

Linim.
Fotus.
Veſicatoria ad bubonem quibus locis apprimenda.
Veſicatoria ſimplicia.

℞. cantharidum puluer. piperis, euphorbij, pyrethri an. ʒß. fermenti acris ℥ij. ſynapi. ℥j. aceti parum. Additur acetum ad cantharidum vim efferenem quodammodo retundendam, quin etiam in eiuſmodi medicamenti inopia ſufficiet oleum feruens, aut aquam feruentem inſtillare, vel accenſam candelam, aut etiam candentem carbonem imponere: ſic enim veſicæ excitabuntur, hæ mox reſcindendæ ſunt, curandumque vt vlcera diu maneant aperta & fluentia, impoſitis caulium rubrorum foliis, betæ aut hederæ in aqua calente extinctis, oleoque aut butyro recenti iunctis. Sunt, qui cauteria apprimunt: at veſicatoria celerius agunt: contra antequam cauteriorum eſcharæ deciderint, æger animam exhalare poteſt: ſufficiunt vero euacuando peſtilenti veneno vlcera relicta à veſicatoriis, quia id qualitate magis, quam quantitate pugnat. Fouebitur abſceſſus, quemadmodum ante præſcriptum eſt: Inde ſequens remedium quod attrahendi vim habet, imponetur. *Cepam magnam excaua, & imple theriaca cum foliis rutæ: deinde coque ſub cineribus calidis, poſtea contunde cum pauco fermento & axungia ſuilla ad quantitatem ſufficientem:* imponatur calidum abſceſſui, mutetur, ſubſtituatur aliud nouum ſingulis ſex horis. Vel: *℞. rad. biſmaluæ & lilior. an. ℔ß. ſeminis lini, fœnugr. & ſynapi an. ʒß. theriacæ, ℥j. ficus ping. nu. x. axungiæ ſuillæ quantum ſufficit, fiat cataplaſma ſecundum artem.* Vel: *℞ capar. & alliorum ſub cineribus coctorum an. ℥iij. contunde cum fermenti acris ℥j. addendo vnguenti baſilic. ℥j. theriacæ, ℥j. mithrid. ʒß. axungiæ ſuillæ veter. ℥j. cantharid. pulueriſatarum ℈j. ſtercoris columbini ℥ij. contundantur, miſceanturque omnia in cataplaſma.* Huc valet etiam vetus coagulum: calidum enim eſt & proinde attrahens cum fermento veteri & baſilicone mixtum. His vti licebit quoad in iuſtum tumorem abſceſſus ſublatus ſit. At ſi ſtatim ab initio magna ſubeſt inflammatio cum dolore acuto, vt ſæpe fit, præſertim cum abſceſſus ſunt de genere carbunculorum, abſtinendum ab eiuſmodi remediis calidis & attrahentibus, itemque ab his, quæ valde emplaſtica ſunt & viſcida: quæ nempe poros penitus occludunt: vel quod in collecta materia tenuius eſt, reſoluunt, profuturum, ſi maneret, accelerandæ ſuppurationi: vel plus etiam materiæ calidæ, quam pars ferre poſſit, attrahunt, vnde corruptio potius ſequitur, quam maturatio: denique febrem & dolorem augent, vnde conuulſionis & gangrænæ mortiferæ metus. In tali igitur caſu, frigidis & temperatis topicis vti ſatius eſt, cuiuſmodi ſunt hyoſcyami & acetoſæ folia ſub prunis cocta, puls Galeni & ſimilia.

Compoſitũ veſicatoriũ.
B
Affluentia vlcera ne claudantur.
Veſicatoria cur cauteriis poſtliora in bubone peſtilenti.
Cataplaſmata valide attrahentia.
C
Quando calida minime bubonibus imponenda.

Non pauci extiterunt ægri, qui mortis metu ipſi ſibi conſtanti manu bubonẽ forcipibus fabrilibus reuulſerunt: alij circum effoderunt. Alij denique eo immanitatis deuenerunt, vt ſibi ipſi ea parte candens ferrum altiſſime imprimerent, vt veneno via pateret. Quorum ego omnium nihil probare poſſum non enim vt virulentarum beſtiarum morſus, ſic tales abſceſſus foris veniunt, ſed intrinſecus: adde quod ſic incrementum accipit dolor, humorque malignus efferatior redditur. Itaque ſufficere putanda ſunt remedia relaxantia, & poros reſerantia, foraſque tranſpiratu veneni portionem digerentia huiuſmodi ſunt ſequentia.

Contra eos, qui bubonẽ peſtilentem ferro reuelluns.

D *℞. rad. biſmal. & liliorum an. ℥vj. florum chamæm. & meliloti an. m. ß. ſeminis lini. ʒß. fol. rutæ m ß. bulliant & colentur, in colatura ſpõgiæ immergantur, hisq; tumor diu foueatur.* Vel: *℞. micam panis calidi, & aſperge aqua theriacali, vel aqua vitæ cum lacte vaccino vel caprillo, & tribus vitellis ouorum, excipiantur omnia ſtupis & calide imponantur.* Vel: *℞. fermenti acris ſecalini, ℥iiij baſiliconis, ℥ij vitellos ouorũ n iij. olei lilior. ℥ij. theriacæ. ℥j. excepta ſtupis applicentur ſimiliter.* Vel: *℞. diachylon. cõmunis & baſiliconis, an. ℥ij. olei lilio. ℥j. ß. liqueſiant & miſceantur ſimul,* applicentur vt ſupra.

Fotus digerens.
Cataplaſma anodynum.

Vbi pure facto maturuiſſe bubonem viſu, tactu & ratione cognoueris, aperienda vomica eſt, vel ſcalpello, vel potentiali cauterio aut actuali, ſed præſtat potentiale, (niſi forte omnino immanis ſubſit inflammatio) quia venenum ex alto in ſuperficiem attrahunt, & materiebus ampliore moliuntur exitum. Nec vero expectandum, vt natura ipſa per ſe vomicam ſibi aperiat: ſic enim periculum eſt, ne dum tardat natura, ſuſcitetur vapor venenatus, qui, per arterias cor per neruos cerebrum, per venas hepar feriens, peſtilentis luis nouam acceſſionem faciat. In Cuius rei metu ſunt etiam, qui perfectam maturationem ſeu ſuppurationem haud expectari velint, & in media quaſi cruditatis & maturitatis via aperiendum dictitent.

Cur potentiali, quam actuali cauterio præſtat vomicam bubonum aperire.
Ante peſtilẽtis bubonis vomica aperienda, quã plane maturuerit.

Quanquam niſi tumor ante; quantum ſatis eſt, maturuerit, dolor, febris, ſymptomataque omnia, irritata veluti fera, exacerbantur, vnde vlcus emergit malignum, ſæpe in gangrænam degenerans. Fere E decimo aut duodecimo die abſolutum apparet ſuppurationis opus, citius, tardiuſue pro cura adhibita & materiæ, partiſque conditione, rupta vomica vtendum etiam adhuc ſuppurantibus & remollientibus ad materiæ reliquias maturandas, deterſo interim vlcere detergentibus in ipſum demerſis, vt dicetur in anthracũ curatione. At ſi tumor intro recurrere ſeque recondere videatur, tum impoſitis cucurbitulis cum ſcarificatu, omnino acribus remediis, imo & cauteriis cum potentialibus tum actualibus eſt reuocandus. Cauteria cum impoſita fuerint, prodeſt inferius apprimere veſicatoria, vt veneno exitus aliquis apertus ſit, tantiſper dum eſchara deciderit.

Ad delitefcẽtiam retro reſilientis in viſcera bubonis remedia.

Sic enim qui lue venerea laborant, quandiu vlcera quæpiam aperta & fluentia habent, tãdiu à dolore

qui

Ad dolores hos vanescẽtes ad aliquod tempus mitigandos.

qui ſaltem effatu dignus ſit, immunes ſunt: quæ ſi caſu aliquo ſe occluſerint, mox cruciatus rediuiui repetunt. A Si bubonis malignioris ſuſpicio ſit ex colore viridi, aut nigro & flammato, cuiuſmodi fiunt ab humore melancholico per aduſtionem in atrabilarium conuerſo craſſo & rebelli, adeo vt ex eius copioſiore in partem influxu gangrænæ metus ſit & necroſis, tum repellentibus circum abſceſſum loca munienda erunt: minime vero abſceſſus ipſe repellentium hæc erit forma.

Quando repellẽtia a bubone peſtilenti admouenda.

℞ ſucc. ſemperuiui, portul. acetoſæ, ſolani an. ℥ij. aceti ℥j. albumina ouor. nu. iij. olei roſati & nenuph. an. ℥ij. ß. agitentur & buboni circumponantur ſæpe renouanda. Vel malum granatum acidum coque in aceto, contunde cum vnguento roſato vel populeone recenter facto, applicetur, vt dictum eſt. Si hæc ne influxum quidem retardent, abſceſſus ipſe, quæque vicina in ambitu loca erunt, multo ſcarificatu venient aperienda ſi modo eum pars permiſerit: vt portione veneni pars exonerata extinctionis caloris natiui & proprij, à maiore humorum confluentium mole & malignitate in metu non ſit. Inter ſcarificandum vitabuntur maiora vaſa effrenis hæmorrhagiæ metu, quam in hoc caſu non eſt facile ſiſtere, tum quod pars ipſa inſigniter inflammata ſit, humor ipſe effrenis, cuius præterea excernendi magno deſiderio natura partis, totiuſque animantis commodis & conſeruationi excubans, æſtuare videtur. Interim tamen tantum B ſanguinis humoriſque effluere ſines, quantum æger ipſe citra virium iacturam tolerare poſſe videbitur.

Quando ſcarificandus bubo peſtilẽs. Cur in bubone præſertim peſtilenti eſ frenis hæmorrhagia metuenda.

Gallinæ oua ponentes imponenda bubonibus peſtilentibus.

Licebit inſuper fotibus relaxantibus, remollientibus, & reſoluentibus ſuperfluam veneni portionem diſcutere. Vt: *℞ rad. althea, lilior & enula camp. an. ℔. j. ſeminis lini & fœnugr. an. ℥j. ſeminum fœnic. & aniſi an. ℥ß. fol. ruta, ſaluia, roriſmar. an. m. j. florum chamem. melil. an. m. iij. bulliant omnia ſimul fiat decoctio pro fotu ex ſpongia ſecundum artem.* Licet etiam poſt prædictum ſcarificatum, gallinas ſeu noſtrates, ſeu meleagrides oua ponentes, quo hiantiore ſint culo, in eam rem ipſi inſuper ſale inſerto, turbini mucronato buboni imponere, vt mox clauſo ex interuallis roſtro venenum in ſe inſpirent & tranſumant, longe potentius, quam cucurbitulæ, vt quæ præterea proprietate quadam contra venena à natura donatæ ſint: argumento, quod buffones, aſpides, & ſimiles virulentas beſtias deuorent & concoquant, oportebit in ſuffocatæ ab attracto veneno gallinæ locum alteram ſufficere, mox tertiam, quartam, quintam & ſextã intra ſemihoræ ſpatium. Sunt, qui malunt ipſas aut catulos diſſectos calentes imponere, vt ſemiviuentis adhuc animantis calore, veneni portio in auras diſcuſſa vaneſcat. Quod ſi nihilominus gangræna in propinquo ſit, ſcarificatu profundiore carnes incidere oportet, vitatis maioribus, non modo vaſis, ſed & neruis, conuulſionis metu: & poſt ſufficientem hæmorrhagiam abluere ægyptiaco, theriaca & mi- C thridatio diſſolutis in aqua marina, vitæ, & aceto. Tali enim lotioni vis ineſt ſiſtendæ putredinis, retundendi veneni & ſanguinis à concretione prohibendi. Denique, ſi ne ſic quidem vitare gangrænam licet cauteria apprimenda parti erunt actualia præſertim, vt quæ efficacius vim veneni hebetent, & partem roborent, mox ab impreſſo candente ferro eſchara ad viuam vſque carnem ſcarificata reſcindetur, vt venenati vapores, humoreſque exitum ad effluxum habeant, non enim expectandum eſt, quoad ſponte ſua excidat. His inunctionibus ſolent eius lapſum accelerare. *℞. mucaginu althea, ſeminis lini an. ℥ij. butyri recentis vel axungia porci ℥j. vitellos ouorum nu. iij. incorporentur ſimul, fiat linimentum*: id etiam præſtant butyrum, axungia ſuilla, oleum roſatum cum vitellis ouorum.

Ad partis bubone obſeſſa gangrænam.

Linimenta ad accelerandum eſcharæ lapſum.

Detergẽtia.

Eſchara lapſa, vtendum erit detergentibus, Vt: *℞. ſuccor. plant. ag. clymeni & apij. an. ℥iiij. mellis roſ. ℥iiij. terebinthina veneta ℥v farina hordei ℥iij. aloes ℥ij. olei roſ. ℥iiij. theriaca ʒ ß. fiat mundificatiuum ſecundum artem.* Vel: *℞. terebinth. veneta, ℥iiij. ſyrupi de roſis ſiccis & de abſynthio an. ʒ. j. puluerum aloes, maſtiches, myrrha, farina hordei an. ʒj. mithridatij ʒ ß. incorporentur ſimul.*

Ad depaſcẽtia vlcera.

Quod ſequitur, vlceribus depaſcentibus & putridis eſt valde idoneum: *℞. auripigmenti rubri. ʒj. calcis viua, aluminis vſti, corticum granat. an. ʒvj. thuris, gallarum an. ʒiij cera & olei quantum ſufficit, fiat vnguentũ* valide id deterget, putridas carnes abſumit, humiditates virulentas gangrænæ procreatrices abſorbet. Nullum tamen excellentius eſt, Ægyptiaco viribus aucto, vt quod præterea ſuccreſcentem luxurian- D temque carnem abſumit, eius enim compoſitionem neque olea, neque ceræ ſubeunt, quibus rebus acrium medicamentorum, eiuſmodi vlceribus conuenientium, vis retunditur & quodammodo hebetatur, quam diutiſſime vlcus apertum tenebitur. Permulti enim viſi ſunt, quibus cum per abſceſſus multum ſatiſque ſordidæ & venenatæ eluuiei effluxiſſe videretur, adeoque ipſi conualuiſſe putarentur, paulo poſt interierunt. Interim dum hæc fient, non erunt omittenda cardiaca ad cordis robur. Repetenda etiam ex interuallis erunt purgantia, vt vndequaque venenatorum humorum onere natura leuetur.

Vlcera peſtilentia tardius ad cicatricem deducenda.

De carbunculi peſtilentis natura, cauſis & ſignis.

Cap. XXXII.

Quid carbũculus.

Signa carbũculi.

PEſtilens carbunculus *exiguus tumor* eſt, vel *puſtula maligna potius, feruens & furens, à ſanguine per propria ſubſtantiæ corruptionem vitiato.* Indomabilis huius malignitatis occaſione ſæpius fit, vt anthrax natura domitoi regi aut vinci nequeat. Initio vix grani milij, aut piſi magnitudinem æquat, tenaciter adhærens parti, & immobilis, adeo, vt ſuperiectam cutem à ſubiecta carne diuellere non ſit potis. At mox breui excreſcit bubonum inſtar, idque in rotundum & acutum cum ingenti ardore, dolore lancinante, & tã- E quam ab infixis acubus punctorio, vrente & intolerabili, ſub veſperam præſertim, de nocte & dum ciborum in ventriculo coctio fit, magis, quam cum facta eſt. In medio viſitur veſicula, quæ lante diſtenta apparet. Hanc ſi reſcindas, ſubiectam carnem vſtulatam cum nigrore comperies, tanquam à candente carbone appreſſo: ex quo carbunculi forte nomen meruit. Quæ vero circumſtat caro, cœleſtis velut iridis, vario colore fulget, rubro, obſcuro, cæruleo, purpureo, liuido, nigro: ſemper tamen cum flammato fulgore picis atræ inſtar, vel gemmæ verius carbunculum nominant, vnde & carbunculi nomen traductum

Carbunculi nomen vnde ductum.

A ctum putant. Clauum vulgus appellat, quod dolorem infixo clauo haud abſimilem inferat. Exiſtunt nonnulli carbunculi, qui ab vlcere cruſtaceo ſine puſtula, tanquam ab inuſto pyrotico aut candente ferro initium ducunt. Colore & hi nigro ſunt, creſcuntque celeriter, pro materiæ tamen, ex qua fiunt conditione: *omnes peſtilentes carbunculi febrem continuam adiunctam habent*, pars obſeſſa velut ab incumbente plumbo grauiter onerari videtur, imo etiam arctius vinculo velut quodam conſtringi: credo propter ſpirituum partis oppreſſionem, & caloris natiui ſuffocationem: ſuperueniunt animi deliquia, iactationes, delitia, furores, gangrænæ, nec roſes non parti modo, ſed & toti animanti mortiferæ: quemadmodum nonnunquam à bubone peſtilenti contingere cernimus. *Sunt enim bubo & carbunculus valde cognati tumores, & quorum vix vnus ſine altero inuadat, materia eiuſdem* generis conſtantes: niſi quod quæ bubonem facit, craſſior eſt & viſcidior, quæ carbunculum, acrior, feruidior, & maiori tenuitate furens: adeo, vt eſcharam parti, cui inſidet, inurat, vt paulo ante notauimus.

Symptomata carbunculi.

Quid carbũculum à bubone penes materiam differat.

Quæ in bubonibus, quæque in carbunculis peſtilentibus ſit prognoſis.

CAP. XXXIII.

B SVnt, qui peſte correpti vnico modo carbunculo obſidentur, ſunt qui pluribus in plures corporis partes ſparſis. Contingit pleriſque, vt bubone & carbunculo ante præhendantur, quam febre: quod ſalutem ſperabilem facit, ſi modo nulla præterea maligna accidentia ſuperueniant. Signum enim eſt victricis naturæ, quæ ante peſtilens venenum foras excluſerit, quam cor occupare potuerit. At *poſt febrem carbunculum venire & bubonem, funeſtum eſt*: Signum enim id extitit occupati cordis, & furore veneni agitati incenſique: vnde mox febrilis ardor & humorum corruptio in vniuerſam corporis ſuperficiem ab illo velut centro propagatur. *Non turbari mente ab initio ad ſeptimam vſque diem bonum eſt ſignum. Funeſtum eſt carbunculum bubonemque intro mox, poſtquam emerſerint, recedere & ſe condere*: ſi præſertim mala accidentia hanc deliteſcentiam conſequantur.

Tumores peſtilentes febri ſuperuenire curfuneſtum.

Si poſtquam ad ſuppurationem perducti fuerint, ſtatim ſine ratione reſiccentur, malum eſt. Qui ex ſanguine fiunt carbunculi maiorem eſcharam faciunt, quam qui à bile: quia ſanguis craſſioris eſt conſiſtentiæ, itaque plus carnis occupat: humor contra bilioſus parcior & tenuior eſt, ſummam fere tantum cutem occupans, vt in eryſipelate cernere eſt. Animaduerti carbunculos, qui eſchara ſua medium fere dorſum occuparent: C alios, qui clauiculas ſurſum gulam verſus ſpectantes ſubtenſam ipſis earnem adeo exederent, vt trachea arteria nuda conſpiceretur, mihi obortus aliquando carbunculus medium epigaſtrium occupabat, adeo, vt delapſa eſchara peritonæum nudum oculis ſe videndum præberet: relicta cicatrix manus palmam æquat. Haud fere citra animantis perniciem & mortem in tantum ſe ſpatij diffundunt. Exiſtunt carbunculi, qui à ſubiectis mento partibus incipientes, ſenſim ad clauiculas vſque propagantur, & hominem ſtrangulant. Sic multis bubones ab inguinibus in magnam epigaſtrij muſculorum partem aſſurgunt. Denique ab eiuſmodi abſceſſibus magnitudine vaſtis, & aſpectu horridis mors vel toti animanti vel certe parti imminet. Nam poſt conſolidationem, tumor reſtat elephanticus, qui partis actionem abolet, vt in multis obſeruaui. Sæpe etiam materiæ putrentis corruptio tanta eſt, vt caro oſſa nuda relinquat: articulos vero & ligamenta, ebibitæ humiditatis occaſione, plane reſoluta: ſaniem enim putridam & virulentam ſæpe carbunculi remittunt: à qua vlcera ipſorum phagædenica & ſerpentia fiunt, multis veſiculis in vicinis & circumiacentibus partibus excitatis, quibus mox in vnum dehiſcentibus ingens fit vlcus.

Vaſtos abſceſſus peſtilentes eſſe lethiferos.

Raro hi & tardiſſime ad ſuppurationem perueniunt, ſaltem, quæ pus fundat laudabile, ſi præſertim ex bile fiant, quia ab ardore reſiccata facile materia aſſatur, non maturatur. Tum igitur, ſi nulla medicamentorum ope ad ſuppurationem perduci poſſunt. Si tumori interim ſua nigredo permaneat, ſi D tentata apertione, vel nihil humiditatis, vel ſaltem paucum modo quid & atrum remittant, funeſti omnino ſunt, & ab his vix vnus è multis millibus ſeruatus eſt. Veſiculæ miliares à vaporibus ex ſubiecta materia excitatis, & exitu denegato ſub cute cohibitis, non neceſſario mortem in carbunculis portendunt.

Membrorũ ſyderationes intellige, quarum Hip. & Thucid. meminerunt.

At ſi vna pars turgidula & tanquam inflata cernatur, ſi colore viridi aut atro viſatur, ſi puncta vſta ve pars non ſentit, ſignum eſt gangrænæ mortiferæ. *Vix vnquam ſine febre ſunt bubones aut carbunculi*: vehementior tamen ea eſt, cum emunctoria aut neruoſas partes occupant, quam cum carnoſas: minor nihilominus eſt, leuioraque item omnia accidentia ſunt bene temperatis hominibus & robuſtioribus. *Non externas modo, ſed & internas nonnunquam partes occupant carbunculi: ſæpe vtraſque ſimul*. Si cor ſic carbunculo obſideatur, vt nihil eius foras conſpicuum emergat, actum eſt de vita, repenteque tales ægri moriuntur bibentes, edentes, ambulantes, nihil denique de morte cogitantes. Si in diaphragma aut pulmones ruit carbunculus ſuffocati intereunt: ſi in cerebrum, phanatici: Si in partes vrinæ dicatas, à ſuppreſſa vrina, quemadmodum contigit Capitiatæ iſti Reginæ matris ancillæ in caſtro Roſſilionenſi, de qua memini antea. Si in ventriculum, ſigna profert, quæ ſequenti hiſtoria commemorabuntur. Dum in Noſocomio E Pariſienſi Chirurgum agerem, iuuenis quidam & vegetus ex ſodalitio ſancti Victoris monachus, clinicarum eius loci fœminarum procurator in continuam febrem derepente incidit, cum lingua nigra, arida, ſcabra (ob putridos, ardentes & corruptos plane humores exudantes, vaporeſque in eam & totũ os ab interaneis aſſurgẽtes) & venatico velut cani exerta, ſiti inexhauſta, ſyncope crebra, ac nauſea. Morbi vehementia & malignitate totus cõuulſus, mortuus eſt tertio die, ex quo extinctum propinato veneno inter noſocomij clinicas percrebuit, qua de re vt cõſtaret, iubent noſocomij gubernatores eius cadauer diſſecari, aduocato mecum Medico & Chirurgo. Animaduertimus in fundo ventriculi veſtigium quaſi ab inuſto cauterio, cum eſchara ſeu cruſta vnguem lata, reliquum ventriculum valde contractum

Funeſti carbunculi.

Carbunculi viſcera obſidentes.

Hiſtoria.

& velut

Digitized by Google

& velut corneum, quibus viſis, præſertimque eſchara, quæ altius ſubibat in ventriculi ſubſtantiam, vnâ A omnes voce impotionatum illum ſublimato, aut arſenico pronunciauimus. Sed ecce, dum epigaſtrium conſiderem, multas maculas nigras varie per cutem cadaueris ſparſas animaduerti. Tum igitur concilium rogo, vt animaduertant maculas eiuſmodi: mihi enim fieri veriſimile à peſtilente, vt loquuntur, purpura illas eſſe. Negabant Chirurgus Medicuſque, atque à pulicum, cimicumque morſu illas eſſe di-

Qui diſtinguere liceat, pulicum an peſtis occaſione macula incorporis ſurrexerint.

ctitabant. At ego & numerum earum toto corpore copioſum expendere ſuadeo, ſimul & aliam in carnes depreſſionem. Nam impulſis altius aciculis nouaculaque mox reſciſſa cute, ſubiectam carnem valde nigram deprehendimus, narium, vnguium & aurium liuorem, totiuſque corporis reliquis communibus motibus minime familiarem conſtitutionem animaduertimus. Tum vero & faciem ſic à ſe ipſa mutatam, vt vix à familiaribus recognoſci poſſet. His argumentis perſuaſi, ſententiam mutauimus, reſultumuſque ſubſignato elogio, ipſum ex peſtilenti carbunculo interiiſſe.

De Peſtilentis carbunculi curatione. Cap. XXXIV.

Cur emplaſtica & multo calore attrahentia non ſint ſalubria carbunculo.

EX commemoratis ante peſtilentis anthracis ſymptomatibus, maxime vero ex doloris acerbitate, materiæ venenatæ malignitate, & febre ardente coniuncta, patere arbitror, cur huic tumorum ge- B neri valde calida emplaſtica & attrahentia non ſint imponeoda: quia veneni in tenues auras exhalationem & diſſipationem impediunt, quia conſtipando poros maiorem, quam ante eſſet, calorem in parte accendunt. Itaque ſatius eſt relaxantia imponere, quæ ardorem temperent, & cutis ſpiracula halituum gratia reſerent. Ergo per initia fouebitur locus hydræleo calido, in quo theriacæ modicum diſſolutum fuerit, relictis inſuper eo imbutis ſtupis, vel goſſipio, vti etiam licebit decocto maluarum, radicum liliorum, ſeminis lini, ficuum pinguium cum oleo hypericeonis ad rarefaciendam cutem, materiamque fo-

Cataplaſmata ad peſtilentem carbunculum.

ras alliciendam, ſequenti die imponeodum ſequens cataplaſma: *℞. fol. acetoſa & hyoſciyami an m. ij. coquantur ſub cineribus calidis poſtea piſtentur cum ouorum vitellis iiij. theriaca ʒ ij. olei liliorum, ℥ iij. & farina hordei quantitate ſufficienti, fiat cataplaſma ad formam pultis ſatis liquida:* dolorem ſedat, ardorem reprimit & pus mouet. Vel: *℞ rad. althea & lilior an. ℥ iiij. ſeminis lini. ℥ ß. coquantur complete & traiiciantur per ſetaceum, addendo butyri recentis, ℥ j ß. mithridat. ʒ j farina hordei, quantum ſufficit, fiat cataplaſma,* vt decet.

Quæ ſequuntur, efficaciſſima ſunt ad materiam venenatam foras alliciendam, & ſuppurationem perficiendã, quãodo præſertim humorũ influxus maior non eſt, quã vt pars ſit ferendo: *℞. rad. alth. & lilior. alborum, ceparum, fermenti an ℥ ß. ſeminis ſynapi. fimi columbini, ſaponis mollis an. ʒ j. limaces cum teſtis, vj. ſac-* C *chari optimi, theriaca & mithridat. an. ʒ ß. piſtentur omnia & incorporentur cum vitellis ouorum, fiat cataplaſma,* imponatur calide. Vel: *℞. vitellos ouorum, vj. ſalis com. puluerati ʒ j. olei liliorum & theriaca an. ℥ ß. farina hordei quantum ſufficit, fiat cataplaſma.* Vel: *℞. diachylonis parui ℥ iiij. vng. baſiliconis ℥. ij. olei violar. ℥ ß. fiat medicamentum.*

Scabioſa vis contra carbunculos.

Veterum permulti magnopere commendarunt ſcabioſam inter duos ſilices contritam, mixtamque cum axungia veteri, vitellis ouorum & pauco ſale, ad pus in carbunculis mouendum, quin & ouum ipſum cum oleo violaceo & farina hordei mixtum anodynum eſt & ſuppurans.

Radicem raphani attrahere potenter venenũ.

Radix raphani in taleolas ſecta, ſæpiuſque carbunculis, & peſtilentibus omnibus abſceſſibus impoſita potenter attrahit venenum.

Tuſſilaginis ſuccus carbunculorum ardorem extinguit, quemadmodum & morſus diaboli herba contrita & impoſita.

Carbunculi mucro quando, cur & quibus inurendus.

Sequenti remedio ſæpe vſus ſum fœliciter ad carbunculorum ardores, doloreſque ſedandos, & promouendam ſuppurationem: *℞. fuliginis e caminorum parietibus deraſæ ℥ iiij. ſalis com. ℥ ij. redigantur in pollinem additiſque duobus ouor. vitellis agitentur ſimul, quoad pultis conſiſtentiam adeptum fuerit medicamentum*, te- D pidum carbunculo imponatur. In incremento inurendus eſt carbuoculi mucro, ſiquidem niger viſatur, inſtillato ferventi oleo vel aqua chymiſtarum. Tali enim inuſtione tanquam fulmine ictum venenum ſuffocatur, dolorque mitior multo redditur, quemadmodum multiplici & frequenti experientia comprobaui, nec verendum eſt, ne inſtillatio illa feruentium rerum nimium ſit dolorifica, nihil enim præter carbũculi mucronem attingit: qui eſcharæ, quæ inde incipit, occaſione fere ſenſu caret. Poſt inuſtionem

Abſceſſũ eſchara ſanitatem polliceri.

Duplex indicatio.

perſeuerandum erit in commemoratis remediis, quouſque orbiculi inſtar circum abſcedere eſchara videbitur, quod futuræ ſanitatis augurium eſt, ſignum nempe validæ naturæ & veneni potentis. Poſt lapſum eſcharæ detergentibus blandis vtendum erit, qualia ſunt, quæ in bubone peſtilenti deſcripſimus, non omiſſis interim ſuppurantibus medicamentis & remollientibus, vt dum quod purulentum eſt, abſtergatur, quod crudum adhuc ſubeſt, ſimul ad ſuppurationem perducatur. Tum enim duplex ſe oſtentat indicatio: vna eius, quod in parte crudum reſiſtit, maturandi: altera eius, quod coctum & purulentum in vlcere ſubeſt, detergendi.

Cur pruritũ diuexentur partes tumori peſtilenti vicina.

Fotus ad pruritum.

Cur tumorũ peſtilentium vlcera difficulter cicatrice obducantur.

De Pruritu & Vredine vlceribus peſtilentibus ſuperueniente, deque obducendæ cicatricis ratione. E

Cap. XXXV.

QVæ circum vlcus peſtilens ſunt partes, ſæpe in ſuperficie excoriantur, propter puſtulas vlceroſas, quæ hinc inde cum vredine & pruritu acuto pungunt, vellicantque partem. Cauſa tum extrinſecus, tum intrinſecus venire poteſt. Intrinſecus quidem ex ſanie tenui & mordicante, quæ ab vlcere reſudans partes vicinas irrigat. Extrinſecus vero à pororum cutis conſtipatione, quam inferunt remedia aſſidue impoſita. Ei vitio vt occurratur, foueri debet locus rebus diſcutientibus & relaxantibus, vt aqua chymiſtarum, quæ iam ſeparandis metallis inſeruierit, aqua aluminoſa, aqua calcis, muria & ſimilibus. Cæterum vlcera, quæ à carbunculis & bubonibus relinquuntur, cicatrice difficulter obducuntur, propter corrodentem ſaniem à ſanguine bilioſo, aut pituitoſo & ſalſo, qui totius ſubſtantiæ

corruptione

A corruptione in vitio exiſtens abſceſſum facit. Adde, quod eiuſmodi vlcera fere orbicularia ſunt, talia vero ideo difficilius cicatricem ducunt, quia collectæ in fundo ſaniei liberum exitum ad effluxum non permittit. Ita ſanies ex ſe acris & corrodens mora rurſum maiorem acrimoniam & nitroſitatem acquirit, adeo vt vrente ſuo & proximas carnes liquante contactu, coire, coniungique, & vniri vlceris latera impediat: interim vero vlceris labra callum contrahunt, quo niſi reſciſſo, vel medicamentis conſumpto coaleſcere vlcus nequit, quia rotulenti glutinis materiam adimplenda vlcera ſufficientis exudationem denſitate ſua prohibet. Vlcere igitur complanato, & ad reliquæ carnis æqualitatem redacto, carne inſuper repleto, epuloticis agendum eſt, quibus nempe vis ineſt vlcera cicatrice obducendi, denſata & indurata carnis ſuperficie. Horum duo ſunt genera: Quædam enim citra morſum validum adſtringunt & deſiccant, cuiuſmodi ſunt malicorium & cortex quernus, tuthia, lythargyros, cremata oſſa, ſquama æris, gallæ, nuces cupreſſi, minium, pompholix lota, antimonium, bolus armenus, teſtæ oſtreorum crematæ & lotæ, calx nouies lota, & multa metallica. Alia vicina ſunt his, quibus excreſcens caro conſumitur: ſed parce omnino illa adhiberi oportet, cuius generis ſunt vitriolum elotum, alumen coctum, quod reliquis epuloticis præſtat propter inſignem reſiccandi & adſtringendi vim, carnes conſolidans, quæ excrementitio humore imbutæ flaceſcunt.

B Cicatrix ducta quia fere in hoc vlcerum genere deformis manet, rubra nempe, liuida, atra, tumida, ſcabra, propter ingentem aduſtionem tanquam à pruna ardente parti inuſtam, ideo breuiter delibanda hic remedia quædam cenſui, quibus eius vitia corrigi & emendari poſſint.

Cur orbicularia vlcera difficulter ſaneſcant.

Epuloticorũ duo genera.

Aluminis vſus epuloticus.

Si igitur tumidior ſit cicatrix, complanabitur impoſita conuenienti deligatura, & arcte appreſſa parti lamina plumbea argento viuo illata. Dealbabitur vero, ſi inungatur calce viua nouies lota (vt manſueſcat & acrimoniam deponat) cum oleo roſaceo concorporata. Alij tartari, id eſt, fæcis eius vini generoſi, quæ aſſulis doliaribus adhæret, libras duas ſumunt, vrunt, & in puluerem deducunt, linteo excipiunt, & ex teſtudine cellæ ſubterraneæ & humidæ, algidæque pendere ſinunt, vaſculum ſubiiciunt, quo ſtillantem liquorem excipiunt, oblinendæ & fricandæ diu cicatrici expetitum. Eadem vis ineſſe creditur ouorum ei humori, qui per teſtam, dum ad prunas coquuntur, exudat, vt & vnguento citrino & emplaſtro de ceruſa recenter paratis.

Ad cicatricum deformitatem remedia.

Sequentes tres compoſitiones valde probantur: *℞. axungiæ ſuillæ nouies lotæ in aceto acerrimo ʒiiij. cinabaris, ſucci citri, & aluminis vſti an. ʒß ſulphuris viui ignem haud experti ʒij. camphoræ. ℈ij. fiat puluis, deinde*

C *incorporentur omnia ſimul & fiat vnguentum.* Cutem attenuat & maculas abſterget.

℞. olei hyoſcyami, olei ſeminis cucurbitæ an. ʒj. olei tartari. ʒß. ceræ albæ. ʒiij. liqueſiant ſimul lento igne: deinde adde ſpermatis ceti. ʒvj remoueantur prædicta ab igne, donec infrigidentur: poſtea adde trociſcorum alborum Rhaſis pulueratorum ʒiij. camphoræ ʒj. tandem cum mali citrei ſucco omnia diligenter commiſce. fiat linimentum.

℞. rad. ſerpentar. ʒj. bulliat in aqua com. ℔j. ad dimidias, deinde adde ſulphuris viui ignem non experti, & aluminis crudi pulueriſati an. ʒiß. colentur prædicta & addatur camphora ʒj ſucci hyoſcyami. ʒjß. ſeruetur medicamentum in vaſe plumbeo aut vitreo, & cum vti volueris, imbuantur eo lintea parti imponenda. Iiſdem medicamentis licebit vti in faciei ruboribus emaculandis, mane faciem extergere oportebit aqua furfurum tepida.

Vnguenta ad cicatrices attenuãdas & emaculandas.

De multis alijs euacuationum generibus, & inprimis de Sudore & Vomitu.

Cap. XXXVI.

NOn abſceſſibus modo commemoratis, & puſtularum, macularumque eruptionibus peſtilens venenum expurgatur, ſed etiam ſudore, vomitu hęmorrhagia, hæmorrhoidibus, menſibus, alui fluxu & aliis, adeo, vt omni excretionis genere natura veneno expediatur lethifero, eo præſertim, quod nondum ad cor

D peruenerit. Sed habenda in primis ratio inclinationis naturæ, attendendumque, quam potiſſimum viam meditetur & quo criſim affectet. Quanquam tales euacuationes non ſemper ſunt criticæ, ſed non raro ſymptomaticæ: quod ſæpe natura ſic irritatur materiæ indomabili malignitate, vt ipſam nec mitificare poſſit, penituſque crudam à ſe amandare quacunque ratione cogatur. Ergo ſi per ſudores criſim & excretionem natura affectare ex madore cutis, vrinæ ſuppreſſione, aliiſque ſignis natura videatur, ſudorem his, quibus ante diximus, artibus prouocabimus. Proditum à Veteribus eſt, *omnes ſudores in morbis acutis ſalutares eſſe, qui in diem criticum incidunt, qui vniuerſales ſunt & calidi, & ante die decretorio præſignificati.* Sed in tam rapido & funeſto hoc peſtilentiæ morbo, criſim minime expectare oportet, ſed quamprimum & quacunque licebit naturam tam dito & potenti hoſte expedire.

Cur non ſemel ſed vt multiplex ſæpe via peſtilens venenum expurgetur.

Attendendum diligenter ad naturæ motus & inclinationes.

Sudoris futuri ſigna.

Sudores ſalutares ſeu critici.

At vero vomitu ſæpe humores lentore & craſſitie excrementitij repurgantur, qui validis catharticis excludi non potuere. Itaque & hoc quoque excretionis genere ſperari poteſt peſtilentis veneni excluſio: ſi nihil ergo ſit, quod impediat, & frequenti nauſea natura hanc viam affectare videatur, promouebitur eius conatus exhibita potione ex aquæ tepidæ ſelibra, olei communis vnciis quatuor, aceti vncia vna, ſucci raphani tantillo, ſumpta potione penna anſerina eodem oleo imbuta, vel roriſmarini ramo fauces irritare oportebit, vel digitis eodem immiſſis vomitum ſibi prouocare. Vomitum etiam ciet

E potio tepida ex aquæ decoctionis ſeminis lini, mucilaginoſæ vnciis octo. Vel: *℞. rad. raphani in taleolas ſectι, vel ſeminis eius & ſeminis attriplicis an. ʒiij. bulliant in aqua communis, quod ſufficit pro doſi, in colatura diſſolue oxymelitis & ſyrupi acetoſi an. ʒß. exhibeatur potio larga & tepida.* Vel: *℞. oxymelitis Gal: ʒvj. olei com. ʒij. paretur potio tepida.*

Criſim in peſte non eſſe expectandã.

Ad vomitũ in nauſea promouendum.

Cæterum natura, niſi ſponte ſua motum illum ſuſcipiat, non cogenda, coactus enim & violentus vomitus ventriculi fibras neruoſas diſtendit, vires proſternit, vas in pulmone rumpit, vnde cruenta & letha-

Vomitus cur minime cogendus.

lethalis expuitio. Itaque ſi vano ſe & nocituro vomendi conatu ventriculus concuſſerit, roborandus potius veniet ſacculis fartis ex roſis, abſynthio & ſantalis. Intrinſecus autem ſucco cydoniorum, berberis & iuſculis in eundem finem paratis. A

De Sputo, Saliuatione, Sternutamento, Emunctione, Ructu, Singultu, & Mictione.

Cap. XXXVII.

Expuitionis in morborũ curatione vires.
Saliuationis vires.

QVod ſputis & ſaliuatione inſignes fiant euacuationes, pleuriticorum exemplo intelligere eſt, verſa enim in pus pleuritidis materia, purulenta ſanies à pulmonum rara & ſpongioſa ſubſtantia ſucta, indeque in tracheam arteriam tranſumpta ore reiicitur. Saliuatione vero & expuitione quantopere iuuentur lue venerea infecti, nemo eſt, qui neſciat. Cæterum prouocabuntur hæc maſticatoriis ex radice ireos, pyrethri, maſtiche, & ſimilibus. Idem fiet ore verſata mucagine ſeminis lini.

Sternutationis & emunctionis vires & cauſa.
Cur ſternutamentum fiat cum ſtrepitu.
Quo plethorico & pulmonariis noceat ſternutatio.

Sternutatione & Emunctione, cerebro excretricis facultatis ſuæ robore, ad noxiorum excluſionem incitato, ſuperfluos excerni humores, eorum, quibus cerebrum humidius eſt, argumento, vt ſenũ & puerorum, qui per nares aſſidue purgantur, licet cognoſcere: incitatur cerebrum ad vtrumque excretionis genus à cauſa vel interiore vel exteriore. Interiore, vt pituitoſa vel vaporoſa materia, quæ cerebro concluſa ipſum offendit: exteriore, vt ſolis radio naribus excepto, vel eo penna immiſſa vel inſufflato acri & vellicante puluiſculo ex helleboro, euphorbio, pyrethro, ſynapi & ſimilibus ſternutatoriis. Tum enim cerebrum excretrice propria conſtringitur ad rerum moleſtarum excretionem. Cum ſtrepitu proſilit ſternutamentum, quia materiebus per loca anguſta exitus eſt: nempe per oſſis cribroſi, quod ad narium radices eſt, colatorios ductus. In corpore inſigniter plethorico cieri ſternutamentum non debet, niſi præceſſerint vniuerſalia remedia, ne maior fiat in cerebrum attractio, apoplexiæ, vertiginis & ſimilium ſymptomatum conſecutionem illatura. B

Ructus commoda.

Ructu flatus ventriculo concluſi cruditatis vel ciborum flatuoſorum ſoboles excernuntur, hi odore ſuo & ſapore ſuaui, fœtido, dulci, amaro aut acido humorum, è quibus ſuſcitantur, conditionem & cruditatis ſpeciem oſtendunt. Cruditatibus ventriculum exonerat vomitus. Intemperies vero contrariis alterantibus corrigitur à Medico præſcribendis.

Singultus quid.
Singultus cauſa.

Singultus *contractio & extenſio eſt fibrarum ventriculi neruoſarum ad ea, quæ eius tunicis contumacius impacta hærent, excludenda* quanquam non repletio tantum ſed & inanitio eius in cauſa eſt. Sæpe & teter vapor aliunde, vt ex bubone axillaceue peſtilenti, in ventriculum irrumpens: acida quoque & acria omnia, quia pungunt, vellicant irritantque ventriculi tunicas, vt acetum, ſpeciata ſimiliaque ſingultum excitant: *à purgatione, à vulnere, à vomitu ſingultus frequens & contumax malum eſt: at ſi mox conuulſio ſuperueniat, mortiferum.* Remedia ipſi pro cauſarum varietate varia adhibebũtur. Nam ei, qui ab inanitione eſt, ſingultui repletio medetur: ei, qui eſt à repletione, vacuatio: qui à putrido & venenato vapore eſt, theriaca & alexiteriis tollitur: qui ab acidis & acribus, curatur vſu craſſorum, pinguium & frigidorum. C

Per vrinas etiam vniuerſum corpus iudicari.

Vniuerſum vero corpus ſæpe & per vrinas expurgatur: *His enim maxime & proprie febrilis materia euacuari ſolet*: non pauci vero lue venerea infecti, cum litu ex argento viuo ad expuitionem & ſaliuationem deduci non poſſent, diureticis exhibitis vrinarum multarum copioſo effluxu curationem receperunt.

Quæ & quibus noceant diuretica.

Diuretica, quibus vrinæ profluuium promouere licet, deſcripta ſunt *tractatu de Calculo.* Cæterum abſtinendum eſt ab acrioribus diureticis, cum præſertim in veſica inflammatio ſubeſt: ſic enim humores noxij in partem affectam deducuntur, vnde gangrænæ mortiferæ periculum. Tum igitur per ſudores diuerſionem moliri ſatius erit.

De Menſtrua & hæmorrhoidali purgatione.

Cap. XXXVIII. D

Quæ menſes cieant.

MVlieres menſtruæ purgationis beneficio magnis, peſtilentibus & omnino funeſtis ſæpe morbis defungi fidem facit non rario modo, ſed & multiplex experientia: incitanda ergo ea venit remediis tum aſſumptis, tum admotis: aſſumitur igitur vtiliter cortex caſſiæ, vel cinamomum potius, cortex radicis mori, crocus, agaricus, nux moſchata, ſabina, diacrydium. Quod ſi affectus vehementiora remedia requirit, radices tithymali, antimonium, cantharides (parca manu ſumptæ) menſes potentiſſime mouent. Conferunt ad id frictiones & ligaturæ in femoribus & cruribus factæ: cucurbitulæ in interiore & media femorum parte impoſitæ, ſanguinis è ſaphena detractio: hirudines appoſitæ orificio ceruicis

Aromatica quæ & menſes cieant.

vteri peſſaria, noduli, clyſteres, balnea, fotus ex rebus odoratis, quæ odoris ſui fragrãtia & calore potius, craſſos humores attenuent, incidant, obſtructa venarum orificia reſerent, cuiuſmodi ſunt radices biſmaluæ, ireos, petroſelini, fœniculi, bruſci, folia floreſqueque hyperici, aſparagi, erucæ, meliſſæ, chærefolij, arthemiſiæ, menthæ, pulegij, ſatureiæ, roriſmarini, rutæ, thymi, hyſſopi, ſaluiæ, baccarum lauri, geniſtæ, zinziber, caryophylli, piper, nux moſchata & ſimilia: quorum ebullientium vaporem ceruice vteri per infundibulum in forato ſedili ſedens mulier vndique tecta, ne quis temere exhalet, excipiet. Ex iiſdem parabuntur balnea tum vniuerſalia, tum particularia. Vtilia etiam ſunt peſſaria hac forma. E

Peſſaria ad ciendos menſes.

℞. theriacæ & mithrid. an. ʒß. caſtorei & gummi ammoniaci an. ʒj. miſce cum bombace in ſucco mercurialis tincto. fiat peſſarium, vel *Cape radices petroſelini & fœnugr. ſub cineribus coctas: deinde contuſas cum puluere ſtaphyſagriæ, pyrethri, croco & oleo liliorum*, fiat inde peſſarium ad formam ſuppoſitorij aut nodulorum. Vel,

℞ puluer. myrrhæ & aloes, an. ʒj fol. ſabinæ, nigellæ, arthemiſ. an. ʒij. rad. ellebori nigri ʒj. croci ℈j cum ſucco mercur. & melle communi, fiat peſſarium in bombace. Quod ſequitur validius eſt: *℞. ſucci rutæ & abſynth. an. ʒij. myrrhæ, euphorbi, caſtorei, ſabinæ, diacrydij, terebinth. galbani, theriacæ an. ʒj fiat.*

A ℥j. *fiat peſſ. rium ſecundum artem*, ab peſſariorum altero extremo pendeat funiculus, vt facile, cum libitum fuerit ex ceruice vteri reuocari queant. At ſi fluxus ille menſium ſemel citatus modo immoderatius ruat, ſiſtendus erit alimentis craſſioris & viſcidi ſucci exhibitis, ſectione venæ brachij, admotis ſub mammarum regione cucurbitulis, ſupernarum partium, vt brachiorum frictionibus & ligaturis, immiſſis peſſariis admotiſque hypogaſtrio, pectini & lumbis, emplaſtris refrigerantibus & adſtringentibus, repoſita in conuenienti loco muliere, nec ſuper culcitram plumeam iacente.

Menſes immoderatius fluentes qui cohibeantur.

Sequens iniectio erumpentem per vterum ſanguinem ſiſtit: ℞. *aquæ plantag. & fabror. an. ℔ j. nucum cupreſſi, gallar. immaturarum an. ℥ij. verber. ſumach balauſt. vitrioli rom. aluminis rochæ an. ℥ij. bulliant omnia ſimul, & fiat decoctio, de qua fiat in vterum iniectio.* In his omnibus adminiſtrandis, quantum res locusque patientur, pendere velim Chirurgum ex Medici ſententia. At ſi per hæmorrhoidas natura ſe expedire velit peſtilenti materia, licebit eas prouocare frictionibus & ligaturis validis in partibus inferioribus, vt femoribus & cruribus factis, cucurbitulis cum magna flamma interiori femori appreſſis, calidis & attra-
B hentibus ano impoſitis, cuiuſmodi ſunt fotus, emplaſtra, vnguenta, quale vulgo fit ex cæpa ſub cineribus cocta, & cum theriaca atque oleo rutæ concorporata. Hæmorrhoidales venæ, poſtquam his artibus ſe in conſpectum dederint, aſperioribus linteis fricandæ erunt, vel foliis ficulneis, vel cæpa cruda, aut felle bubulo concorporato cum puluere colocynthidos, applicabuntur denique hirudines præparatæ, vel etiam ſcalpello aperientur, ſi ex ano inſigniter promineant, & multo ſanguine turgeant. Quod ſi immoderatius fluant, ſiſtentur iiſdem, quibus menſes, remediis.

Iniectio in vterum ad ſiſtendos menſes.

Quibus prouocentur hæmorrhoides.

Quibus hæmorrhoidales venæ reſerentur.

De Alui fluxu prouocando. CAP. XXXIX.

IN aluum & inteſtina ſæpiſſime natura tum per ſe & ſponte ſua, tum laxantibus & purgantibus remediis adiuta, vniuerſam peſtilentis morbi materiam, tanquam in corporis vniuerſi ſentinam, deponit, vnde diarrhoeæ fiunt, lienteriæ, & dyſenteriæ, has excretionis per aluum ſpecies diſtinxeris ex excrementorum deiectorum ſpecie. Nam ſi liquida & ſincera ſint, id eſt, vnius ſimpliciſque humoris naturam retineant, biliosi nempe melancholici, aut pituitoſi, & ſi magna copia excernantur, ſine inteſtinorum vlcere aut excoriatione, vehementique & abradente dolore, Diarrhoea dicitur, aliis vero humo-
C ralis alui fluxus. Lientericus fluxus dicitur, cum ventriculi inteſtinorumque facultate retentrice, à cacochymiæ vel collectæ, vel aliunde influentis, aut frigidæ & humidæ intemperiei vitio exoluta, cibi crudi, & quales fere aſſumpti ſunt, deturbantur. Dyſentericus quando multa & varia, cum cruciatu, torminibus & vlcere inteſtinorum, ab acri & vaſorum tunicas erodente bile, excernuntur, cruore ſæpe reſperſa.

Diarrhoea quid.

Lienteria quid.

Dyſenteria quid.

Cæterum ſi in vllo morbi genere, certe in peſtilenti alui fluxus ſuperueniunt quantitate immoderati, & contentorum qualitate horribiles, liquidorum nempe, viſcidorum, ſpumantium tanquam à fuſo adipe, fuluorum, ruſſorum, purpureorum, viridium, cinereorum, nigrorum, & omnino valde fœtentium. Cauſa eſt varia & multiplex cacochymia, quæ à veneno peſtilenti correpta, in varias & toto genere à natura tum ſua, tum vniuerſali differentes abeunt ſpecies, per propriæ ſubſtantiæ corruptionem: cuius ſignum inſeparabile eſt fœtor, quam non raro etiam comitatur verminatio.

Cauſa variarum & fœtentium deiectionum in peſte.

In caſtris Ambianenſibus peſtilens dyſenteria per exercitum vagabatur, hac merus ſanguis, robuſtiſſimis etiam militibus, per anum manabat: diſſectis quorundam cadaueribus animaduerti venarum & arteriarum meſaraicarum oſcula reſerata, elata & tumentia, omnino, qua in inteſtina deſinebant co-
D tyledonum inſtar habentia, à quibus, dum comprimerem, ſanguis expreſſus ſtillabat. Nam ſolis æſtiui tum ſæuiſſimis ardoribus, & ira accenſis militum animis, multus humor bilioſus & acris genitus receſſum habebat in aluum.

Hiſtoria.

Cæterum craſſane an tenuia inteſtina vlcerata ſint, intelliges magis ex cruoris cum fæcibus permixtione, quam ex doloris ſitu: illic clyſtere magis agendum eſt, hic ſumptis ore medicamentis. Ergo ſi ex torminibus, teneſmo, murmure, & fluctuatione inteſtinorum, ſuſpicio ſit in peſtilenti morbo naturæ per inferiora ſeſe exonerare ſtudentis, neque interim illi ex voto ille ſuccedat conatus, arte iuuandus & promouendus erit: vt ſumpta potione ex *hieræ ſimplicis ſemuncia & diaphanici dragma vna diſſolutis in aqua abſynthij.* Vtiles ſunt & in hanc rem clyſteres, non modo quia tormina & dolores ſedant, & continuatione, ſucceſſioneque ex toto corpore attrahunt, ſed etiam quia inteſtina & venas meſaraicas infarctu liberant, adeo vt apertis reſeratiſque meatibus natura ſe poſtea liberius expediat humoribus noxiis. Talibus clyſteribus etiam theriacam ad duas treſue dragmas nonnunquam admiſcent, vt vna eademque opera venenatam materiarum malignitatem obtundant. Parantur eodem conſilio glandes ſeu ſuppoſitoria *ex mellis cocti vncia vna, & hiera picra ac ſalis communis ſingulorum ſemidragma*: vel quo acriores ſint, *ex mellis ℥iij. fellis bubuli ℥j. ſcammonii in pollinem redacti, euphorbii & colocynthidis an. ʒ ß.*

Signa craſſorum & tenuium inteſtinorum vlceratorum.

Clyſteres ad ciendam aluum.

E Horum vicem ſæpe ſupplent noduli hac forma parandi: ℞. *vitellos ouo. nu. iij fellis bubuli & mellis an. ʒ ß. ſalis comm. ʒ ß. agitentur & concorporentur ſimul, exceptaque inde luteolo portiones, reuincta in nodulos formentur, nucis auellanæ magnitudine, in anum intrudantur.* Hos acriores effeceris addito euphorbii aut colocynthidos puluiſculo.

Suppoſitoria.

Noduli.

De ſiſtendo alui fluxu. CAP. XL.

EFfrenes & immoderati alui fluxus, quia facultates exoluunt, & ægrum in tabem mortemque deducunt, ideo mature, ſi tales futuri appareant, ſiſtendi ſunt, ore anoque ingeſtis & admotis. In eam rem paratur pulticula ex farina frumentacea cocta in aqua decoctionis vnius granati mali acidi, berberidis, boli armeni, terræ ſigillatæ, & ſeminis papaueris albi, ſingulorum dragma vna.

Sſ 2 Sequens

Sequens amygdalatum ventriculum roborat,& billioſi humoris inteſtina ad excretionem proritantis,acrimoniam mitigat: *Cape amygdalas dulces coctas in aqua hordei extinctionis chalybis aut ferri, terantur in mortario marmoreo, traiiciantur, exprimanturque in amygdalatum, quod addita dragma vna pulueris diarrhoe abbatis ægro exhibeatur.* A

Pulticula aluum cohibens.

Quod ſequitur remedium,didici ex Capellano Regis Medico primario, qui id à patre acceptum magni ſecreti loco habebat,& ægris fœlici admodum ſucceſſu præſcribere ſolebat: *℞.boli armen.terræ ſigillatæ,lapidis hæmat.an.ʒj picis naualis ʒjß.coral.rubr.margar.elect.cornu cerui vſti & loti in aqua plantag.an.℈j. ſacchar.roſ.ʒij fiat puluiſculus,*de quo capiat æger cochlear vnum ante cibum vel cum oui vitello. Christophorus Andreas in *Oecaiatria*,valde commendat ſtercus canis, qui ſolis oſſibus arroſis per triduum ante victitarit. Cydoniorum carnes vel cydonia ipſa ſub cineribus cocta,vel in olla elixa,cotoneorum conſerua, fructus berberis conditi, myrobalanus, nux moſchata toſta ante cibum ſi ſumantur, ventriculum roborant & aluum ſiſtunt.

Remedium Capellani ad ſiſtendũ aluiflux flumn.

Victus.

Euchymis & aſſis potius, quam elixis veſci debet æger. Potus erit aqua chalybeata, decoctionis mali granati acidi & conquaſſati,vel decoctionis mali cydoniati,meſpilorũ, ſorborum,mororũ, rubi & ſimilium adſtringendi & corporis humiditates conſumendi vi præditorũ:miſceri poterit hæc aqua cum ſyrupis de ribes, iulepo roſato & ſimilibus. B

Potus.

Litus.

Illinetur ventriculi aluique regio oleo maſtichino,moſcharelino,myrthino & cydoniorum. Vtiliter etiam imponitur panis recenter è clibano extracti cruſta macerata in acero & aqua roſarum: vel cataplaſma ex roſis rubris,ſumach,berberis,myrtillis carne cydoniorum,maſtiche,farina fabarum & melle roſato,exceptis aqua chalybeata. Iniicientur clyſteres anodyni, abſtergentes, adſtringentes, conſolidantes,nutrientes.

Clyſteres ad aluĩ fluorẽ.

Sequenti humorũm acrimonia obtunditur,& dolor ſedatur: *℞. fol. lact.hyoſc.acetoſ.portul.an.m.j. florum violar.& nenuph.an.p.j fiat decoctio ad ℔ j.in colatura diſſolue caſsiæ fiſtul.ʒvj.olei roſati & nenuphar. an.ʒjß.fiat clyſter.* Vel: *℞.roſ.rub.hord.mund.& ſem.plant.an.p.j fiat decoctio colatura adde olei roſ. ʒij. vitel. ouo. ij.fiat clyſter.* Vel: *℞.decoctionis capi,cruris vitulini,& capitis veruecis vna cum pelle,℔ij.in qua coquantur fol.violar. malua,mercur.& plant.an.m.j.hord.mund.ʒj.quatuor ſem.fri.maior.an.ʒß.in colatura ℔ß diſſolue caſsiæ recenter extr. ʒj.olei viol.ʒiiij.vitel.ouo ij.ſacch.rub.ʒj.fiat clyſter.* Vel: *℞ flor.cham.melil.& aneth.an.p.j.rad.biſmal.ʒj.fiat decoctio in lacte. collatura adde mucag.ſemi.lini & fœnugr.extracta in aqua malua ʒij.ſacchar.rubr. ʒj. olei chamo. & aneth. an. ʒjß. vitel.ouor. ij.fiat clyſter.* Tales clyſteres diu continendi aluo ſunt, vt dolorem promptius ſedent. C

Quando inteſtinorum ramenta in deiectionibus apparent, argumentum eſt ſubeſſe in inteſtinis vlcus: itaque tum vtendum clyſteribus detergentibus & conſolidantibus,cuiuſmodi eſt ſequens: *℞.hor. integri p.ij.roſ.rub.flor.cham.plant.apii an.p.j.fiat decoctio. In colatura diſſolue mellis roſati, & ſyrupi de abſynthio an. ʒjß.vitellos ouorum ij.*

Clyſter ad vlcerata inteſtina.

Qui ſequitur conſolidat: *℞ ſuc.plantag.centinod.& portulac.an.ʒij .bol. armen.ſangui. dracon. amyli an. ʒj.ſebi hircini diſſoluti ʒiij fiat clyſter.*

Lac vaccinũ elixũ cum plantagine & ſyrupo roſato vlceratis inteſtinis optimũ etiam eſt remediũ.

Adſtringit,qui ſequitur clyſter: *℞ caud.equinæ,plant.polyga.an.m.j.fiat decoctio in lacte vſtulata ad quart. iij.& colatura adde bol.armen.terræ ſigil.ſang.dracon.an.ʒij. albumina duor.ouor.fiat clyſter.* Vel: *℞.ſuccorum plantaginis,arnoglaſsi,centinodiæ portulacæ,reſidentia facta depuratorum quantum ſufficit pro clyſtere. Addendo pulueris boli armeni,terræ ſigillatæ,ſanguinis draconis an. ʒj.olei myrthini & roſati an. ʒij.* Si ſanguis purus manet per inteſtina,ſuaſerim validius adſtringentia vſurpare. In quam rem valde commendanda puto decocta malicorij, nucum cupreſſi, roſarum rubrarum, ſumach, aluminis & vitrioli parata in aqua fabrorum ſine oleis in clyſteres indita. Eodem decocto proderit anum & perinæum totamque aluum fouere. Non ante adſtringentes clyſteres vſurpari debent, quam exhibitis catharticis humores noxij attracti & expurgati fuerint,alias enim ex his ſuppreſſis in corpore oppreſſio morbifica continget. D

Clyſter valde aſtringens.

Si adeo fractis viribus ſit æger, vt ore alimenta capeſſere vel deglutire nequeat, clyſteres nutrientes exhibendi erunt. Vt: *℞. decoctionis capi pinguis, & cruris vitulini coctorum cum acetoſa,bugloſſo,borragine, pimpinella & lactuca ʒx.vel xij.in quibus diſſolue vitellos ouor.num.iij.ſacchari roſati & aquæ vitæ an. ʒj. butyri recentis non ſaliti, ʒij.fiat clyſter.*

Clyſter nutriens.

De euacuatione,quæ fit per inſenſibilem tranſpirationem. CAP. XLI.

Tumores iã pure confectos ſæpe digeri natura vi.

PEſtilens venenum, vt ſæpe tranſpiratu per poros cutis haurirur in corpus, ſic ſæpe eadem via inaſpectabili vacuatione exhauritur. Calor enim noſter natiuus in nobis nunquam otioſus attenuatos in vapores,halituſque noxios humores in auras per cæca cutis ſpiracula digerit. Argumento eſt, quod tumores abſceſſuſque contra naturam, confecto iam etiam pure, ſola naturæ & caloris efficientia ſine vllis artis præſidiis vaneſcere & reſolui,diſcutique non raro videmus. Itaque dubium non eſt,quin natura vegeta expedire ſe peſtilenti veneno per tranſpirationem queat, iam etiam abſceſſu aliquo, vt bubone aut anthrace prorupto,& certa in corporis parte collecta materia: naturæ enim robuſtæ & vegeto calore ſubnixæ nihil eſt impoſſibile,cum præſertim meatuum libertas adeſt. E

Quæ curatio infantibus & pueris peſte correptis adhibenda. CAP. XLII.

Mulierẽ nutricem puerulo eſſe medicinam.

LActantium & ablactatorum puerorum, ſi quando peſte correpti fuerint, alia paulo eſt curandi ratio,ab ea, quæ huc vſque deſcripta eſt. Lactantis igitur infantis nutricem ita ſe gerere in diæta & medicamentis oportet,ac ſi ipſa peſte correpta eſſet. Diæta conſiſtit in rerum ſex non naturalium vſu.

Diæta

A Diæta igitur ſi moderata fuerit, non poteſt non eius moderationis fructus ac lac nutricium, proindeque ad infantem peruenire, vt qui ſolo fere lacte nutriatur. Eandem diætam & ipſe infans, quantum licebit, ſeruare cogetur in ſomno, vigilijs, & eorum præſertim, quæ ſuperflua ſunt, excretione. His veſcetur nutrix, quæ febrilis ardoris vim mitigant, iuſculis nempe refrigerantibus, herbis medicatis, & mediæ materiæ cibis: vino penitus abſtinebit, papillam aqua vel ſucco oxalidis ſaccbaro roſato diluto, quoties infantem mammæ admotura eſt, oblinet. Ipſius vero infantis cor theriacæ ſcrupul. vno in lacte nutricis, iuſculo pulli vel aqua cardiaca diſſoluto, & pluribus vicibus exhibito, præmunire contra gliſcentis veneni impetum licebit. Eodem medicamento cordis regionem, emunctoria, & vtrumque carpum oblinere extrinſecus oportebit: nec erit inutile theriacam in aceto roſato, aqua roſarum & aquæ vitæ tantillo diſſolutam, naribus odorandam crebrius admouere, vt ſic natura, quacunque licebit, arte iuuetur in retundenda veneni malignitate.

Cardiaca puerulo exhibenda.

Ablactati pueri, iamque grandiuſculi medicamenta per os ſumere poſſunt: nam cum craſſiores, B lacteque ſolidiores cibos concoquere, & in ſanguinem conuertere poſſint, facile etiam leue aliquod medicamentum de potentia in actum excitare poterunt. Itaque potio illis erit paranda ex theriacæ granis duodecim, cum aliqua ſyrupi de cichorio portione diſſolutum in aqua cardiaca, vel in capi iuſculo: niſi quis malit cum conſerua roſarum boli forma exhibere: *parce tamen exhibenda puerulis eſt theriaca, quia largius ſumpta, accenſis humoribus, ne febrem inferat, periculum eſt.* Parabitur iiſdem iuſculum crebro ex cochleari ſumendum, ex capi oxalide, lactuca, portulaca, ſeminibus frigidis ſaporati, additis boli armeni & terræ ſigillatæ ſingulorum vncia vna in nodulo vinctis & expreſſis, decocto. Bolus enim armenus ſeu à ſiccandi vi inſigni, ſeu à proprietate occulta hoc habet, vt potus peſte affectos (Galeni ſententia) celeriter curet, qui modo arte Medica curari poſſunt: adeo, vt *qui bolo armeno peſte expediri nequeunt, nullis alijs remedijs iuuari poſſint.*

Cathartica ablactatis exhiberi poſſe.

Theriaca cur pueris parcius exhibenda.

Boli armeni vis.

Lib. 9. ſimpl. cap. 7.

Quia vero puerorum corpora calida, humida & halituoſa ſunt, ſudore prouocato ex decocto ſeminis petroſelini, vuarum damaſcenarum, ficuum, radicis oxalidis, ſcobe cornu ceruini, aut eboris cum pauco croco, facile venenatæ materiæ portione per cutem liberantur. Sudor quo promptius & copioſius manet, admotis ſpongijs, in ſaluiæ, roriſmarini, lauendulæ, lauri, chamemeli, meliloti, & maluarum, C decocto immerſis expreſſiſque, vel veſicis ſuillis eodem decocto ſemiplenis axillis, inguinibuſque admotis promouebitur amplius. Ipſis interim dum ſudant, flabellabitur facies, admouebitur naribus theriacæ in aceto roſato, & aqua roſarum diſſolutæ nodulus, omnino in ſudando modus erit adhibendus, quod diſſipabili & facile reſolubili ſubſtantia ſint pueri: adeo vt ſæpe etſi non ſudent, ſudoris tamen commoda ſine ſudore ſentiant, digeſta caloris vi in tenues auras veneni materia.

Sudorifica quos pueris adferant ſanitatis fructum.

Cæterum inter ſudandum, dum flabellatur facies, odorataque cardiaca naribus admouentur, recreata natura & roborata, quæ alioqui ſudore languet, vegetius, validiuſque incumbit in veneni excretionem. Poſt ſudorem deterſum prodeſt ſumpta potiuncula ex conſerua roſarum, ſcobe cornu ceruini, aut eboris, in aquis bugloſſi & acetoſæ diſſolutis ad refrigerium & cordis præſidium.

In ſudando modus.

Si quis in axillis, inguinibuſne illis tumor ſuperueniat, iuuabitur fotu remolliente, relaxante & attrahente, cataplaſmate inde ſuppurante aliquo ex præſcriptis, omnino blande, reliqua curatione, tenellæ ætatis habita ratione, peracta.

Si purgandi inciderit neceſſitas, ſequens catharticum tuto & vtiliter præſcribi poterit.

℞. rhabarbari puluériſati ʒj. infunde in aqua cardui benedicti cum cinamomi ℈j. in colatura diſſolue catholic.
D *ʒij. ſyrupi roſar. laxat. ʒiij. fiat parua potio.*

Catharticè pueris exhibendi forma.

Hæc eſt peſtilentiæ, febriſque peſtilentis, quantum ego à Doctoribus Medicis intelligere, & quantum ipſe varia & multiplici experientia diſcere per Dei gratiam potui, curatio: à quo vno bonorum omnium, quæ mortalibus contingunt, authore vera & certa peſtis præſidia petenda & ſperanda ſunt.

FINIS LIBRI VIGESIMIPRIMI.

A

Sequens amygdalatum ventriculum roborat,& bilioſi humoris inteſtina ad excretionem proritantis,acrimoniam mitigat: *Cape amygdalas dulces coctas in aqua hordei extinctionis chalybis aut ferri, terantur in mortario marmoreo, trauciantur, exprimanturque in amygdalatum, quod addita dragma vna pulueris diarrhod. abbatis ægro exhibeatur.*

Pulticula aluum cohibeas.

Quod ſequitur remedium,didici ex Capellano Regis Medico primario , qui id à patre acceptum magni ſecreti loco habebat,& ægris fœlici admodum ſucceſſu præſcribere ſolebat: *℞.boli armen.terræ ſigillatæ,lapidis hæmat.an.ʒj.picis naualis ʒjß.coral.rubr.margar.elect.cornu cerui vſti & loti in aqua plantag.an.℈j; ſacchar.roſ.ʒij.fiat puluiſculus*,de quo capiat æger cochlear vnum ante cibum vel cum oui vitello.Chriſtophorus Andreas in *Oecolatria*,valde commendat ſtercus canis, qui ſolis oſſibus arroſis per triduum ante victitarit. Cydoniorum carnes vel cydonia ipſa ſub cineribus cocta,vel in olla elixa,cornorum conſerua, fructus berberis conditi, myrobalanus, nux moſchata toſta ante cibum ſi ſumantur, ventriculum roborant & aluum ſiſtunt.

Remedium Capellani ad ſiſtendũ aluiſ fluxum

Victus.

Euchymis & aſſis potius, quam elixis veſci debet æger. Potus erit aqua chalybeata, decoctionis mali granati acidi & conquaſſati,vel decoctionis mali cydoniati,meſpilorũ, ſorborum,morotũ, rubi & ſimilium adſtringendi & corporis humiditates conſumendi vi præditorũ:miſceri poterit hæc aqua cum ſyrupis de ribes , iulepo roſato & ſimilibus. B

Potus.

Litus.

Illinetur ventriculi aluique regio oleo maſtichino,moſchatelino,myrthino & cydoniorum. Vtiliter etiam imponitur panis recenter è clibano extracti cruſta macerata in aceto & aqua roſarum:vel cataplaſma ex roſis rubris,ſumach,berberis,myrtillis carne cydoniorum,maſtiche,farina fabarum & melle roſato,exceptis aqua chalybeata. Inijcientur clyſteres anodyni, abſtergentes, adſtringentes, conſolidantes,nutrientes.

Clyſteres ad alui fluorẽ.

Sequenti humorũm acrimonia obtunditur,& dolor ſedatur : *℞.fol.lact.hyoſc.acetoſ.portul.an.m.j. florum violar.& nenuph.an.p.j fiat decoctio ad ℔ j.in colatura diſſolue caſsiæ fiſtul.ʒvj.olei roſati & nenuphar. an.℥jß.fiat clyſter.* Vel: *℞.roſ.rub.hord.mund.& ſem.plant.an.p.j fiat decoctio colatura adde olei roſ. ℥ij. vitel. ouo. ij.fiat clyſter.* Vel: *℞.decoctionis capi,cruris vitulini,& capitis veruecis vna cum pelle,℔ij.in qua coquantur fol.violar. maluæ,mercur.& plant.an.m.j.hord.mund.ʒj.quatuor ſem.fri.maior.an.ʒß.in colatura ℔ß diſſolue caſsiæ recenter extr. ʒj.olei viol.℥iij.vitel.ouo ij.ſacch.rub.ʒj.fiat clyſter.* Vel: *℞ flor.cham.melil.& aneth.an.p.j.rad.biſmal.ʒj.fiat decoctio in lacte. collatura adde mucag.ſemi.lini & fœnugr.extracta in aqua maluæ ℥ij.ſacchar.rubr. ʒj. olei chamæ. & aneth. an. ℥jß. vitel.ouor. ij. fiat clyſter.* Tales clyſteres diu continendi aluo ſunt,vt dolorem promptius ſedent. C

Quando inteſtinorum ramenta in deiectionibus apparent, argumentum eſt ſubeſſe in inteſtinis vlcus:itaque tum vtendum clyſteribus detergentibus & conſolidantibus,cuiuſmodi eſt ſequens: *℞.hor. integri p.ij.roſ.rub.flor.cham.plant.apii an.p j.fiat decoctio.In colatura diſſolue mellis roſati,& ſyrupi de abſynthio an. ʒjß.vitelloſ ouorum ii.*

Clyſter ad Vlcerata inteſtina.

Qui ſequitur conſolidat: *℞ ſuc.plantag.centinod.& portulac.an.℥ij.bol. armen.ſangui. dracon. amyli an. ʒj.ſebi hircini diſſoluti ℥iij.fiat clyſter.*

Lac vaccinũ elixũ cum plantagine & ſyrupo roſato vlceratis inteſtinis optimũ etiam eſt remediũ.

Adſtringit,qui ſequitur clyſter: *℞.caud.equinæ.plant.polygo.an.m.j.fiat decoctio in lacte vſtulato ad quart. iij.& colatura adde bol.armen.terræ ſigil.ſang.dracon.an. ʒij. albumina duor.ouor.fiat clyſter.* Vel: *℞.ſuccorum plantaginis,arnogloſſi,centinodiæ portulacæ,reſidentia facta depuratorum quantum ſufficit pro clyſtere. Addendo pulueris boli armeni,terræ ſigillatæ.ſanguinis draconis an. ʒj.olei myrthini & roſati an. ℥ij.* Si ſanguis purus manet per inteſtina,ſuaſerim validius adſtringentia vſurpare. In quam rem valde commendanda puto decocta malicorij, nucum cupreſſi, roſarum rubrarum, ſumach, aluminis & vitrioli parata in aqua fabrorum ſine oleis in clyſteres indita.Eodem decocto proderit anum & perinæum totamque aluum fouere.Non ante adſtringentes clyſteres vſurpari debent , quam exhibitis catharticis humores noxij attracti & expurgati fuerint,alias enim ex his ſuppreſſis in corpore oppreſſio morbifica continget. D

Clyſter Valde adſtringens.

Si adeo fractis viribus ſit æger, vt ore alimenta capeſſere vel deglutire nequeat, clyſteres nutrientes exhibendi erunt. Vt: *℞. decoctionis capi pinguis, & cruris vitulini coctorum cum acetoſa,bugloſſo,borragine, pimpinella & lactuca ℥x.vel xij.in quibus diſſolue vitellos ouor.num.iij.ſacchari roſati & aquæ vitæ an. ʒj. butyri recentis non ſaliti,℥ij.fiat clyſter.*

Clyſter nutriens.

De euacuatione,quæ fit per inſenſibilem tranſpirationem. CAP. XLI.

Tumores vã pure confecto ſæpe digerit natura &c.

PEſtilens venenum, vt ſæpe tranſpiratu per poros cutis hauritur in corpus, ſic ſæpe eadem via inaſpectabili vacuatione exhauritur. Calor enim noſter natiuus in nobis nunquam otioſus attenuatos in vapores,halitusque noxios humores in auras per cæca cutis ſpiracula digerit. Argumento eſt, quod tumores abſceſſuſque contra naturam, confecto iam etiam pure, ſola naturæ & caloris efficientia ſine vllis artis præſidiis vaneſcere & reſolui,diſcutique non raro videmus. Itaque dubium non eſt,quin natura vegeta expedire ſe peſtilenti veneno per tranſpirationem queat, iam etiam abſceſſu aliquo, vt bubone aut anthrace prorupto,& certa in corporis parte collecta materia: naturæ enim robuſtæ & vegeto calore ſubnixæ nihil eſt impoſſibile,cum præſertim meatuum libertas adeſt. E

Quæ curatio infantibus & pueris peſte correptis adhibenda. CAP. XLII.

Mulierẽ nutricem pueruli eſſe medicinam.

LActantium & ablactatorum puerorum , ſi quando peſte correpti fuerint , alia paulo eſt curandi ratio,ab ea,quæ huc vſque deſcripta eſt.Lactantis igitur infantis nutricem ita ſe gerere in diæta & medicamentis oportet,ac ſi ipſa peſte correpta eſſet.Diæta conſiſtit in rerum ſex non naturalium vſu.

Diæta

A Diæta igitur ſi moderata fuerit, non poteſt non eius moderationis fructus ac lac nutricium, proindeque ad infantem peruenire, vt qui ſolo fere lacte nutriatur. Eandem diætam & ipſe infans, quantum licebit, ſeruare cogetur in ſomno, vigiliis, & eorum præſertim, quæ ſuperflua ſunt, excretione. His veſcetur nutrix, quæ febrilis ardoris vim mitigant, iuſculis nempe refrigerantibus, herbis medicatis, & mediæ materiæ cibis: vino penitus abſtinebit, papillam aqua vel ſucco oxalidis ſaccharo roſato diluto, quoties infantem mammæ admotura eſt, oblinet. Ipſius vero infantis cor theriacæ ſcrupul. vno in lacte nutricis, iuſculo pulli vel aqua cardiaca diſſoluto, & pluribus vicibus exhibito, præmunire contra gliſcentis veneni impetum licebit. Eodem medicamento cordis regionem, emunctoria, & vtrumque carpum oblinere extrinſecus oportebit: nec erit inutile theriacam in aceto roſato, aqua roſarum & aquæ vitæ tantillo diſſolutam, naribus odorandam crebrius admouere, vt ſic natura, quacunque licebit, arte iuuetur in retundenda veneni malignitate.

Cardiaca puerulo exhibenda.

Ablactari pueri, iamque grandiuſculi medicamenta per os ſumere poſſunt: nam cum craſſiores, B lacteque ſolidiores cibos concoquere, & in ſanguinem conuertere poſſint, facile etiam leue aliquod medicamentum de potentia in actum excitare poterunt. Itaque potio illis erit paranda ex theriacæ granis duodecim, cum aliqua ſyrupi de cichorio portione diſſolutum in aqua cardiaca, vel in capi iuſculo: niſi quis malit cum conſerua roſarum boli forma exhibere: *parce tamen exhibenda puerulis eſt theriaca, quia largius ſumpta, accenſis humoribus, ne febrem inferat, periculum eſt.* Parabitur iiſdem iuſculum crebro ex cochleari ſumendum, ex capi oxalide, lactuca, portulaca, ſeminibus frigidis ſaporati, additis boli armeni & terræ ſigillatæ ſingulorum vncia vna in nodulo vinctis & expreſſis, decocto. Bolus enim armenus ſeu à ſiccandi vi inſigni, ſeu à proprietate occulta hoc habet, vt potus peſte affectos (Galeni ſententia) celeriter curet, qui modo arte Medica curari poſſunt: adeo, vt *qui bolo armeno peſte expediri nequeunt, nullis aliis remediis iuuari poſſint.*

Cathartica ablactatis exhibere poſſe.
Theriaca cur pueris parcius exhibenda.
Boli armeni vis.
Lib. 9. ſimpl. cap. 7.

Quia vero puerorum corpora calida, humida & halituoſa ſunt, ſudore prouocato ex decocto ſeminis petroſelini, vuarum damaſcenarum, ficuum, radicis oxalidis, ſcobe cornu ceruini, aut eboris cum pauco croco, facile venenatæ materiæ portione per cutem liberantur. Sudor quo promptius & copioſius manet, admotis ſpongiis, in ſaluiæ, roriſmarini, lauendulæ, lauri, chamemeli, meliloti, & maluarum, C decocto immerſis expreſſiſque, vel veſicis ſuillis eodem decocto ſemiplenis axillis, inguinibuſque admotis promouebitur amplius. Ipſis interim dum ſudant, flabellabitur facies, admouebitur naribus theriacæ in aceto roſato, & aqua roſarum diſſolutæ nodulus, omnino in ſudando modus erit adhibendus, quod diſſipabili & facile reſolubili ſubſtantia ſint pueri: adeo vt ſæpe etſi non ſudent, ſudoris tamen commoda ſine ſudore ſentiant, digeſta caloris vi in tenues auras veneni materia.

Sudorifica quos pueris adferant ſanitatis fructus.

Cæterum inter ſudandum, dum flabellatur facies, odorataque cardiaca naribus admouentur, recreata natura & roborata, quæ alioqui ſudore languet, vegetius, validiuſque incumbit in veneni excretionem. Poſt ſudorem terſum prodeſt ſumpta potiuncula ex conſerua roſarum, ſcobe cornu ceruini, aut eboris, in aquis bugloſſi & acetoſæ diſſolutis ad refrigerium & cordis præſidium.

In ſudando modus.

Si quis in axillis, inguinibuſue illis tumor ſuperueniat, iuuabitur fotu remolliente, relaxante & attrahente, cataplaſmate inde ſuppurante aliquo ex præſcriptis, omnino blande, reliqua curatione, tenellæ ætatis habita ratione, peracta.

Si purgandi inciderit neceſſitas, ſequens catharticum tuto & vtiliter præſcribi poterit.

℞. rhabarbari puluériſati ℥j. infunde in aqua cardui benedicti cum cinamomi ℈j. in colatura diſſolue catholic.
D *℥j. ſyrupi roſar. laxat. ℥iij. fiat parua potio.*

Catharticis puero exhibendi forma.

Hæc eſt peſtilentiæ, febriſque peſtilentis, quantum ego à Doctoribus Medicis intelligere, & quantum ipſe varia & multiplici experientia diſcere per Dei gratiam potui, curatio: à quo vno bonorum omnium, quæ mortalibus contingunt, authore vera & certa peſtis præſidia petenda & ſperanda ſunt.

FINIS LIBRI VIGESIMIPRIMI.

A

DE EORVM, QVÆ SEV NATVRA, SEV EX EVENTV DESVNT, REPARANDORVM ARTIBVS.

B

LIBER VIGESIMVS SECVNDVS.


Qua arte veri oculi iactura cælari poſſit.

CAP. I.

Quartum Chirurgi munus.

LIBRIS ſuperioribus de Tumoribus, Vulneribus, Vlceribus, Fracturis, Luxationibus, abunde diximus, quibus artibus diſſoluta & diſtracta vnirentur, vnita diſtraherentur, ſuperflua demerentur. Reſtat nunc, vt de quarto Chirurgi munere dicamus: quo, quæ ſeu natura primę conformationis vitio, ſeu poſtea ex euentu deſunt, ſupplemus. Ergo ſi caſu aliquo, vt ab inflammatione, vnus alicui oculus effuſis humoribus crepet & dirumpatur, vel ingenti ictu orbita ſua excutiatur, aut propriæ ſubſtantiæ conſumptione tabeſcat, haud equidem reparandæ hac ex parte viſionis aut oculi functionis ſpes vlla eſſe poteſt, amiſſi tamen oculi deformitatem, quod vnum in tanto caſu ſupereſt ſolatium, hac arte cælare poteris, ſi curato & ſanato vlcere, in excuſſi effuſiue aut conſumpti, locum, alium factitium aureum, argenteumue opere tectorio expolitum, ſic encauſto pictum ſubſtitueris, vt natiui oculi perluciditatem & gemmeum decorem habere videatur. C

Oculi factitij, vtraque facie externa & interna exhibiti, ex auro, encauſto depicto & tectorio opere expoliti.




D

Quod ſi hunc arte paratum oculum, vel nolit æger, vel caſu aliquo impeditus orbita non poſſit admittere, alium hac via parare licebit. Virgula ferrea flexilis & incurua præſto erit, ei ſimilis, qua mulieres paſſos alioqui crines coercere & reuincire ſolent: quo ſcilicet arctius aut laxius dimidium caput, cui cingendo ab imo occipite ſupra auriculam, ad maiorem oculi angulum circumponetur, conſtringere queat. Hæc ſerico obducta, vtraque extremitate latiuſcula erit, ne quam partem acumine pungere & premere poſſit. Sed ea, qua vacuæ orbitæ obducetur, erit latior & tenui aluta obducta, vt in ea pictoris arte oculi amiſſi colores expreſſi ipſum adumbrare poſſint. Eius virgulæ figura talis eſt. E

Virgula

A

Virgula ferrea, qua amiſſi oculi dedecus penſare licet.



B


Qua arte excecta naris portio reparari, aut in exciſi naſi locum alter fictus aſſui poſsit. CAP. II.

Reſciſſus ſemel à facie naſus totus, vel à naſo narium portio reſtitui & ſuo toti vniri rurſum nequit: non enim in hominibus res perinde ſe habet, atque in plantis. Languidus enim calor plantis obtigit atque iners, in omnem porro ſtirpis ſubſtantiam æquabiliter diffuſus, nec facile diſſipabilis, hoc iudicio, quod arborum defracti, auulſi, aut abſciſſi rami aliquantum viuunt, poſſuntque inſiti reuiteſcere & fruticari: neque enim in iis vlla eſt ſedes cordi vere comparata, è qua neceſſe ſit hunc calorem quoquouerſum in omnes partes influere & illabi. At contra perfectiorum animantium, vt hominum, partes diſſectæ continuo vita priuantur, quoniã non ex ſe, ſed aliunde influentibus virib. nutriũtur, viuunt, ſentiunt, omninoque ſuſtinentur: neque proprio ſolum calore, vt ſtirpes, verum etiam aſcito gubernantur, vt ſupra iecoris vim naturalem, alia etiam ex corde vitalis eis adueniat. Quare in reſecti naſi locum alium factitium ſubſtituere ars neceſſe habet, quia eam iacturam natura ſarcire nequit: ſuppoſitus ille artificio naſus ex auro erit, argento, papyro, aut conglutinatis linteis, eius coloris & figuræ, quæ ad naturalem proxime accedat, reuinctus ad occiput aut pileum ſtabilietur funiculis. Quin etiamſi vna cum naſo labri ſuperioris portio reſecta fuerit, licebit eam appendice, naſo illi factitio adiecta, quam myſtax velabit, adumbrare, ne quid, quod ad faciei ornatum faciat, miſero homini deſit. Vtriuſque ideo naſi effigiem hic appingendam duxi. *Cur plantarum reſecta partes: Viuiſcere poſſint hominum vero nequeunt.*

C

Naſi factitii, tum ſolius per ſe, tum cum labro ſuperiore myſtace obducto, effigies.

D



E

Extitit ſuperioribus annis in Italia Chirurgus, qui reſectæ portionis naſi reparandæ hanc rationem inſtituerat: naſi mutili calloſa labra circumcidebat, quomodo in implendis roſtris leporinis fieri ſolet. Inde lacunam nouacula tam magnam in bicipite brachij muſculo excauabat, quantum amputatæ naſi portionis amplitudo exigere videbatur: in eam mox naſum, qua parte mutilus erat, demergebat, capite ad brachium tanquam ad palum, ſic tum reuincto & colligato, vt immotum & ſtabile nullam in partem flecti poſſet. Quadrageſimo inde demum die, quo ſcilicet tempore peractam carnis brachij cum *Mira reparanda narium portionis abſciſſæ ars.*

naſo agglutinationem ſuſpicabatur, tantum eius pro deperdita naſi portione circumcidebat, quantum ipſi reparandæ ſatis eſſe putabat. Id informe poſtea quaſi lambendo parabat, complanabat, & ad reliqui naſi æqualitatem quantum ars patitur, reducebat. Ægrum interea panatella, carnibus expreſſis, omnibuſque deglutitu, coctu, & diſtributu facillimis nutriebat. Medicamentis vero haud aliis tantum ſiſſarcoleos opus perficiebat, quam balſaminis quibuſdam liquoribus agglutinantibus. A

Hiſtoria. Minor natu familię à S. Thoano naſi argentei & probroſi, quem multos iam annos circumferebat, pertæſus, ad Chirurgum illum in Italiam perrexit, & artis commemoratæ induſtria naſum recuperauit, magna omnium qui ipſum ante nouerant, admiratione. Poſſibile id quidem opus eſt, ſed arduæ omnino plenumque difficultatis, tum patienti ægro, tum agenti Chirurgo: vel hoc nomine, quod carnis, quæ è brachio reponitur, temperies longe differt à carnis naſi temperie, & quod reſtituti naſi foramina qualia ante erant, excauari nequeunt.


De Dentibus in lapſorum, locum ſubſtituendis.

CAP. III. B

Qua facienda, antequã noui dentes ſubſtituantur. *Sect. 2. lib. de art. ſent. 25.*

HOc non eſt infrequens, vt ictu aliquo graui dentes anteriores dimoueantur, frangantur, excutiantur. Qui caſus oris deformitatem infert, & expreſſius loquendi libertatem intercipit. Itaque reſtituta maxilla & priſtinæ ſoliditati reſtitutis gingiuis, alij dentes in excuſſorum locum oſſei vel eburnei reponendi ſunt, & tum inter ſe, tum ad proximos ſanos & integros, præcipue quidem aureo aut argenteo filo, ſin minus, etiam lineo alligandi & deuinciendi, quemadmodum ab Hippocrate proditur, & ſubiecta figura demonſtratur.

Dentium inſitorum & colligatorum effigies.




C

De Palati lacunæ replenda. CAP. IV.

Cauſa & nota palati deperditi.

NOn raro fit, vt bombardulæ igniuomæ miſſili globo oſſis palati portio fracta, vel virulentæ luis carie exeſa procidat, quo fit, vt minus expreſſe loquantur ægri, ſed obſcurius & turbidius: his etiam opis aliquid adferre arte noſtra operæpretium duximus. Id fiet repleta palati lacuna, argentea vel aurea lamina paulo maiore, quam ipſa lacuna ſit. Cæterum craſſitie, quæ aurei nummi ſolaris craſſitiem non excedat, figura teſtudinea: ad eius exteriorem, quæ ſcilicet cerebrum verſus ponenda eſt, partem religata hærebit ſpongiola, quæ mox humore à cerebro ſtillante vbi ſe ingurgitarit, ſic lacunam, tumidior facta, implebit, vt excidere lamina ipſa nequeat, ſed per ſe hæreat, ſtetque tanquam defixa. Horum inſtrumentorum ſeu laminarum figura eſt eiuſmodi, quorum certum & qualem enarraui, vſum, non vno, ſed frequenti experimento comprobaui in bellis Tranſalpinis. D


Figura laminarum palati obturatricum.



E

obtura-

A *Obturatricis alterius ſine ſpongiola lamina figura, cui retinaculum à poſtica parte prominet, quod exiguo roſtro coruino, hic etiam appicto, obuertitur, cum illa in palati cauum inſerenda eſt.*




B

Quæ ſit ars iuuandi eos, qui ab amputata linguæ portione fari nequeunt.

C A P. V.

CAſus huic remedio, vt multis aliis, locum in arte & authoritatem dedit. Cuidam in Iuoyo caſtro quatuor & viginti à Biturigum vrbe miliaribus commoranti, linguæ inſignis portio reſecta fuerat, ex quo infans totum triennium manſit. Contigit aliquando, vt dum in agris cum falcariis ex ſcutula lignea biberet, ab aliquo circumſtantium titillaretur, titillatum non ferens, ſubito in voces articulatas & intelligibiles erumperet. Id ipſe miratus, & rei nouitate tanquam miraculo delectatus, eandem ſcutulam, eodem, quo ante ſitu, in os indidit, planeque tum & articulate ſic loquebatur, vt ab omnibus intelligi poſſet. Itaque diu poſtea in ſinu ſemper habuit ſcutulam ad ſenſa mentis proloquenda: quouſque tandem artium magiſtra, & ingenij largitrice neceſſitate ſuadente, excidi ſibi & affabre fieri inſtrumentum ligneum curauit, quale eſt, quod hic appictum cernitur, quod ſemper ex collo appenſum circumferebat, tanquam vnicum mentis interpretem, & loquelæ miniſtrum. *Remedium caſu inuentum.* C *Artium magiſtram & ingenij largitricem eſſe neceſſitatem.*

Inſtrumentum ad amputata lingua lo uelaque inde intercepta defectum ſupplendum.



Eiuſmodi inſtrumenti vſus talis eſt. A. pars eius ſuperior eſt, quæ ſeſquicapitati argentei craſſitie eſſe debet, quā ſic ille inter inciſorios dentem continebat, vt ab ore haud promineret, imo nihil ore præter naturam habere videretur. B. pars inferior eſt & tenuior, nempe capitati argentei craſſitie, quam reliquæ linguæ tenaci adhæſu componebat, recta ad ligamentum membraneum, quod ſub lingua eſt. Quod interius ſcalptum & nonnihil excauatum eſt litera C. notatum, interior inſtrumenti pars eſt. D. exterior. Reſte vero, quam cernis ſuſpenſum è ceruice geſtabat id inſtrumentum. Cuius cum mihi Textor Medicus Biturix doctiſſimus copiam feciſſet, eius ipſe periculum feci certiſſimo & quale narratum eſt euentu, in adoleſcente, cui lingua amputata fuerat. Idem in ſimili caſu, reliquis Chirurgis cenſeo faciendum. *Vſus eius inſtrumenti.* D

De celandis & reparandis faciei quibuſdam vitiis.

C A P. VI.


COntingit non infrequenter, vt à ſubito incenſi pulueris in faciem inuolatu, aut à peſtilenti carbunculo ſic facies deformetur, vt citra horrorem inſpici vix queat. His ſic perſona aptanda eſt, vt non omnino inuenuſte inter homines verſari poſſint. Labra vero ſi vel enſe amputata fuerint, vel anthracis E peſtiferi, aut vlcerati cancri edacitate populata, adeo vt magna deformitate renudati dentes viſantur; Si quidem conſumptio magna non ſit, reparanda erunt, ea, quam in roſtris leporinis & cura cancri vlcerati diximus, arte. At ſi vegrandis illa fuerit, aptandum erit aureum labrum opere tectorio ſic expolitum & pictum, vt à faciei colore non plane diſſimile ſit. Affixum id & reuinctum pendebit ex pileolo.

De raptis auriculis. C A P. VII.

QVi vel natura mutuli ſunt auriculis, vel caſu aliquo, vt vulnere, anthrace, cancro, ferarumue morſu ſiquidem haud tota rapta ſit auricula, ſed eius adhuc non contemnenda reſtet portio, ea ſtylo locis aliquod perforabitur: foramina, poſtquam peruia cicatrice obducta fuerint, ad ea vinculis adnectetur conueniens & deſideratus auriculæ lobus. At ſi omnino rapta & populata fuerit auricula, integra alia ex conglutinata papyro, vel corio aptanda erit, ſic reuincta funiculis ex vertice aut occipite, vt nutritus,

prom iſ-

promiſſuſque capillus, vel geſtatus pileolus, fraudem & deformitatem celet. Niſi manus eam pictoris induſtria carnis colore infucatam virgula ferrea occipiti circum poſitam, ſic in deperditæ locum affigere quemadmodum antea in oculi iactura diximus, delineatio talis eſt. A



B

De gibberum corrigenda deformitate.


Cap. VIII.

MVltorum, præſertim vero puellarum corpora, quia humidiora & molliora ſunt, gibba, ætatis progreſſu, fiunt, præſertim ex ſpinæ dorſi ſcolioſi & obſtipitate. Id vitium multis quidem de cauſis naſcitur, nempe à prima in vtero conformatione, & poſtea caſu aliquo, vt ictu, lapſu, ſed præſertim indecoro iuuenilium & mollium adhuc corporum ſitu & poſitu in ſtando, ambulando (cum maxime præcocius ad ingrediendum coguntur) ſaltando, ſuendo, ſcribendo, aut ſimile quid agendo. Vt interim omittam raram ruſticis, vrbanis vero frequentiſſimam & paſſim obuiã ſtipitatis & gibberoſitatis, aut repandiatis occaſionem ex veſtimentorum conſtrictione & anguſtia, dum puellas ſtultæ matres inoceo corpore eſſe ſtudent: tenella enim iſta ætate molliaque nimium & mucoſa ſpinæ dorſi ligamenta, eam recto & conſtanti caſu continere nequeunt, ſed ſequacia nimium eius vertebras in interiorem, exteriorem, aut lateralem partem protrtere & proiicere ſe facile permittunt. Deformitati illi remedio erunt thoraces ferrei multis & crebris foraminulis peruij, quo leuiores ſint, apti & affabrefacti, ſic tomento farti, vt nullam corporis partem oblædere queant. Singulo quoque trimeſtri noui cudendi & habendi his, qui nondum incrementi metam attigerunt: alias enim corporis ob quotidianam acceſſionem, arctiore conſtrictione, malum præſens acceſſione cauſæ morbificæ cumulabitur. Qui vero ſuum iam adepti ſunt incrementi modum, his non magnopere thoraces illi profuturi ſunt. C D

Cauſa obſtipitatis ſpinæ dorſi.

Frequens gibberoſitatis cauſa in puellis.

Thoracis ferrei ad corrigendam corporis obſtipitatem delineatio.



E

Qua arte liceat his ſuccurrere, quibus inuoluntarie vrina effluit, & vrethra deficit.

Cap. IX.


Qui dicantur ſtranguriosi.

STranguriosis, quacunque ex cauſa vitium id naſcatur, vrina guttatim & præter voluntatem effluit. Valde moleſtum hoc ſymptoma eſt, negotioſis præſertim hominibus: itaque in eorum gratiam hic appictum

appictum excogitaui inſtrumentum. Effictum est ad ſubligaculi interfemoralis effigiem, ex ferro albo, quatuor vnciarum capax. Inſerendum eſt in ægri interfemorale ſubligaculum, cui etiam ligula adiunctum erit per armillam conſpicuam. In eius inſtrumenti apertam & hiantem oram litera C. notatam penis ſui extremum demiſſum æger habebit. In hac ferrea bracheola eſt altiuſcule demerſa, litera B. notata, tum ſuſtinendo extremo peni dicata, tum ſubtili coagmentatione collocata, ne quæ in eius inſtrumenti catinum ſtillauit vrina, retro compulſa & reſlua regeratur & recurrat inter incedendum. A. vero & D. totum illud inſtrumentum monſtrant. Illud quidem anteriorem eius faciem, hoc vero poſteriorem: ipſius igitur talis eſt deformatio. *Inſtrumenti ad ſtranguriosos ſitus.*

Figura inſtrumenti, quod Catinum, ſiue Vrinæ caſtellum dicere poſſis.


B



Quibus totius virilitatis amputatione radicitus & aluotenus reſciſſus eſt penis, valde laborant hi in reddenda vrina, ita vt mulierum more tum reſidere cogantur. In illorum gratiam hanc fiſtulam per- *Inſtrumenti ad emiratas vſus.*
C nio ductu digitum craſſam excogitaui, quam ex ligno, vel ferro albo potius monſtrare licebit. A. & C. ductus eius craſſitiem & longitudinem monſtrant. B. circumiectum ipſi in ſummo marginem ipſo ductu longe latiorem & potentiorem. D. Extremam marginis ſuperficiem. Applicandum imo pectini id venit inſtrumentum, parte ſumma margine circumfuſa ad vrinæ meatum. Sic enim fluentem vrinam ductu ſuo excipiet, emittetque recto & minime reſidere coacto homine.

Fiſtula, quæ amiſſi penis in reddenda vrina vicem præbet, deformatio, quam ideo Vrethram factitiam poſſis nominare.

D



Qua arte pollicis, aut alterius cuiuſuis digiti aut manus emortua arrectio, corrigi poſſit.


Cap. X.

NEruo, tendineue penitus reſectis, actio illa, cuius in parte authores erant, vna plane aboletur: itaque flecti intendiue membrum inhabile eſt, niſi ipſi opis aliquid arte chirurgica allatum fuerit. Id ego præſtiti nobili cuidam è familia Annæ Mommorētij Galliæ equitum magiſtri, cui in prælio ad Druidas commiſſo, vulnus tantum gladio militari ad dextræ manus externa parte articulum inflictum erat, *Hiſtoria.*
E vt tendinibus, qui pollicem erigunt, plane reſectis, etiam conſolidata & perſanata plaga, pollex intro inflexus & in manus volam demiſſus maneret, nec extendi & ſurrigi poſſet, niſi forte vi reuulſus ab altera manu, ſed tum etiam ſtatim reuoluebatur. Itaque nec enſem ipſe, nec pugionem, nec haſtam capere aut tractare poterat, armis omnino inutilis, ſine quibus vitam nullam putabat.

Cum igitur de amputando inutili illo & comprehenſioni officiente pollice me conſuleret, negaui facturum: aliam enim rationem comprehenſam me animo habere, qua pollici afflicto ſuccurrerem. Itaque thecam ex ferro albo ipſi deformandam curaui, in quam pollicem ipſum inderet: duobus loris ad armillas duas ſupra manus articulum ſic artificioſe theca illa vincta & colligata erat, vt inten-


vt intentus, erectuſque pollex maneret, ideoque militarium armorum genus omne captare & tractare A
ille poſſet.

Dactylotheca ferrea ad pollicem vel alium quemuis digitum contendendum & erigendum deformatio



SI cui, vulnere, nerui tendineſque, qui ſuperne manum continent, diſſecti fuerint, adeo vt iam manum ſurrigere non liceat, hoc, quod ſequitur, inſtrumento, recta & plana facile continebitur, tenuis, rigida tamen, ferri albi lamina ſerico, ſimiliue faſcia molli obducta interno carpo & volæ ad primam vſque digitorum dearticulationem ſubiicietur, ſuperneque ad extremum carpum conuenientibus loris renodabitur. Sic, quia depreſſæ ſemper & pendulæ manus incommodum vitatur, hoc ideo inſtrumentum manus ſurrectorium dicetur. B

Manus ſurrectorium.



C

De corrigendis Varis & Valgis. CAP. XI.


Qui dicantur vari. VAri Latinis dicuntur, quibus pedes cruraque intro inflexa & obtorta ſunt. Conformationis id vitium, vel iam inde ab vtero eſt, culpa matris, quæ vel eodem ſtilo intro conuerſorum crurum vitio tenetur, vel per grauiditatis omne fere tempus deſedit cruribus decuſſatis. Aut poſt editum in lucem D
Cauſa cur pueri vari fiant. fœtum contingit, quod eius crura vitioſe faſciis obuoluta in cunis fuerint, vel compreſſa & deprauato ſitu inter geſtandum, aut ambulandi conatum à nutrice collocata: ſunt enim infantum oſſa valde mollia & fere cerea. Quibus contra extrorſum pedes cruraque ſpectant & intorquentur, Valgi nominantur. Huius deprauatæ conformationis eædem, quæ ſuperioris cauſæ eſſe poſſunt: vtroque vitio non pedes tantum, ſed & genua ſæpe obliquantur. Quod qui vitare & emendare volet, oſſa in locum ſuum ſedemque natiuam & debitam reſtituet, ſic vt varis oſſa foras adeo propellat quaſi valgos: valgis contra
Valgi qui dicantur & quibus ex cauſis fiant. introrſum, quaſi varos reddere vellet: nec compuliſſe ſatis eſt, compulſa præterea continere illic decet, alias haud firmiter ſtabilita relabentur. Continebuntur faſciis & plagulis appoſitis, his partibus, in quas vitioſe oſſa ſeſe inferunt, & inclinant. Parantur in eam rem ocreæ ex corio elixo, capitati nummi craſſitie, anteriore parte ſecundum oſſis tibiæ rectitudinem & ſub planta pedis fiſſæ: vt vndique diductæ, pedi, crurique aptentur facilius, parti affectæ imponetur ſequens remedium.

Ad continenda oſſa compoſita emplaſtrū. *℞. thuris, maſtiches, aloes, boli armen. an ℨj. aluminis rochæ, reſinæ pini ſiccæ, ſubtiliſſime pulueriſatorum, an. ℨiij farinæ volatil ℥jß. albuminum ouorum quantum ſufficit, fiat medicamentum.* Addere licet terebinthinam E
ne citius & vehementius quam pars eſt exſiccetur.

Cæterum cauendum, ne pueros, qui valgi vel vari nuper fuerunt, ad incedendum ante cogas, quam firmatis fuerint articulis, alias compoſita & reſtituta oſſa, incedendi labore præcoci rurſum excident. Quin etiam cum iuſtum erit ad incedendi conatum tempus, induentor ipſis calcei altiuſculi ſoccorum inſtar, ſupra pedium nexi, vel fibula conſtricti, vt oſſa ſuis ſedibus firmius contineant. Cæterum calcei ſolea ſit ibi altior, quo pes vitioſe videtur inclinare.

Parua-

A *Paruarum ocrearum, quarum vna clauſa, altera aperta eſt, deformatio.*




B

Qua arte in manuum, brachiorum, & crurum amputatorum locum, alia ſubſtituere liceat.

Cap. XII.

COgit nos ſæpe neceſſitas, artes inuenire, quibus naturam poſſimus imitari, amiſſorumque artuum defectus ſupplere. Itaq; eo iam ventum eſt, vt factitiis cruribus incedendi & ſtandi, brachiis comprehendendi, complectendi, & omnino tractandi munere fungeremur: vtriſque denique flexiones & extenſiones neceſſarias obiremus. Eiuſmodi factitiorum membrorum deformationem, & ſingulorum organorum, quibus tales machinæ mouentur, vſum, & proprias nomenclaturas, magnis & multis precibus erui ex ingenioſiſſimo fabro ferrario Lutetiæ habitante, quem noti, pariterque ignoti omnes
C paruum Lotharingum cognominabant: vt qui fabrilia tractant opera ad horum exemplar & imitationem alia ſimilia moliri & cudere poſſint, profutura non corporis modo neceſſitati, ſed etiam ornatui, ipſorum ideo hic imagines appingere placuit.


Manus factitia ex ferro imago.



D


E

Monſtrat ſequens figura externam manum factitiam, quaque ipſam liceat brachio vel manicæ thoracis adnectere. A



B

Factitii & ferrei brachii deformatio.




C

D

E

A

Factitiorum crurum deformatio.




B

C

Cruris lignei in pauperum gratiam deformatio.

D



E a. *Monſtrat factitii cruris arborem ſiue arrectarium.*

b b. *Duo velut furculata obnitentia fulcra, in qua media crus inditur, horum, quod breuius eſt, interius eſſe debet.*


CC. *Puluinar, genu in fundo duorum obnitentium fulcrorum ſubiiciendum, quo quieſcat mollius.*

d d. *Corrigias cum ſuis in annulo fibulis per obnitentia fulcra duobus loris traiectas ad reuinctum crus in medio conſtringendum & continendum.*

E. *Femur ipſum; vt intelligatur, quo eſſe debeat ſitu in crure factitio.*

Contingit non infrequenter, vt ex tendinum aut cruris neruorum vulnere æger poſt conſolidationem, niſi ægre & admodum laborioſe incedere queat, cruris nempe ſurrigentibus muſculis male obſequenti pedi, vix trahendo ſufficientibus. Huic malo vt medeamur, oportet ad calceolum, ægro illi pedi obuolutum, adnectere faſciam, literis A A. notatam, linteam tres digitos latam, in medio crure toto, qua proferat ſe genu, fiſſam, arctius ad occultata thoracis foramina adſtrictam ligulis, quæ pedem ad faciliorem inceſſum quodammodo ſurrigat. A

Faſcia ad erigendum pedem comparata, delineatio.



B

C

De clauditate corrigenda & ſubleuanda. CAP. XIII.


NOn deforme modo, ſed & valde moleſtum eſt clauditatis malum. Si quem igitur id ſymptomatis genus ob alterum crus breuius vexauerit, ei opitulabimur ſubiecto hoc, quod nunc deſcripturi ſumus, ſubalari fulcro ſeſſili. Huius enim adminiculi ope nixus, non rectus modo incedere poterit, ſed etiam facile & ſine multo labore. Illius copiam mihi fecit Nicolaus Picardus Ducis Lotharingiæ Chirurgus. Delineatio talis eſt.

D

E

A

Subalaris fulcri ſeſſilis deſcriptio.



B

A. *Monſtrat ſubalaris illius admiuiculi arrectarium, quod ligneum eſt.*
B. *Sedeculam ferream, qua femur ſecundum natium ductum complectitur.*
C. *Obnitens fulcimentum, quod ſedeculam, cui tota fere mole incumbit corpus, fulcit.*
D. *Stapedem ferreum incuruum, vt firmiore & minus labili nixu in eo pes ſtare & uti poſſit.*
E. *Obnitens ſtapedis fulcimentum.*
C F. *Carchebum ferreum, multi cuſpidatum: quo tanquam annulo præcingitur arrectarii extremum inferius, ne in lubrico prolabatur.*
G. *Subalaris fulcri tranſuerſarium tigillum, quod alæ ſubiicitur.*

FINIS LIBRI VIGESIMISECVNDI.

D

E

 A

DE HOMINIS GENERATIONE.

LIBER VIGESIMVS TERTIVS. B

PRAEFATIO.

Maris & fœminæ diſtinctio. — *Cauſa diſtinctionis.* — *Semen quid.* — *Laudabilis ſeminis conditiones.* — *Semen a toto corpore deciduum.* — *Morbi pleriq; cur hæreditarij.* — *Qui intelligendum, ſemen a toto corpore defluere.*

Vniuerſi opifex & creator Deus, à primis ſtatim mundi exordiis, conſilio ineffabili, & ineſtimabili prudentia, non humanam modo, ſed & omnium animantium ſpeciem duplici, maris ſcilicet & fœminæ, ſexu diſtinxit, vt veneris illecebris incitata, coniunctionis appetitu tenerentur, procreandi cauſa. Id enim benignus ille parens aduerſum fatalem ſingulis indiuiduis impoſitam moriendi neceſſitatem, tanquam ſolatium eſſe voluit: vt quoniam ſingulares ſubſtantiæ indiuiduæ æterne conſeruari nequeunt, in ſpecie ſaltem per propagationem, & ſingulorum indiuiduorum, quæ procreatione fit, ſucceſſionem perſiſtant. In illa iucundæ voluptatis plena coniunctione, quam maxime Deus matrimonii fœdere ſanciuerit, mas & fœmina ſemina effundunt, quæ ſtatim concurſu facto commixta & confuſa recipiuntur, & conſeruantur in muliebri vtero. Eſt vero ſemen ſpumoſus humor, vitali ſpiritu differtus, cuius beneficio quadam velut ebullitione & fermentatione, attollitur & creſcit amplius, vtrumq; ex parentis vtriuſque ſanguine puriori ſecretum, fœtus materiale & formale principium confert, virile quidem in vterum immiſſum & conceptum principis cauſę & efficientis ratione obtinet, fœmineum vero materiæ ſubiacentis. *Laudabile ſemen debet eſſe album, ſplendens, lentum, globulentum, ſambuci vel palmæ odore, apib. expetitum, & in aquæ fundum merſabile, nam quod innatat infœcundum cenſetur. Eius quidem multa portio à cerebro, ab vniuerſo tamen corpore ſingulisq́; eius, tum ſolidis, tum mollibus particulis, ipſum totum deciduum eſt. Niſi enim à toto corpore id totum deflueret, ex eo omnes & ſingulæ fœtus partes minime formarentur; quandoquidem ſimilia à ſimilibus fiunt. Hinc eſt, quod fœtus non effigie modo & facie, ſed & artuum conformatione, partiumq; interiorum complexione & temperie parentes refert: adeo vt morbi, translata huius aut illius viſceris in prolem imbecillitate, ſæpe hæreditarii fiant. Sunt tamen, qui hanc ſeminis à toto corpore deciſionem non penes molē & materiam, vt quæ ſanguinis totius defecta tantum quadam portio ſit, ſed penes vim & formam intelligendum putent, nempe à ſingulis tantum partibus ſpiritus animales naturales & vitales formationis & vitæ opifices, idemq́; & vim formatricem in ſemen à teſtibus elaboratum defluere. Argumento eſſe, quod pleriq; mutilis parentibus, integri & omnium partium numeris abſoluti edantur fœtus.*

C D

Quas ob cauſas natura cum partium genitalium vſu maximam voluptatem coniunctam eſſe voluerit. Cap. I.

Orgaſmus, quo incitata ruūt in coitum animantia. — *Quæ res hominem adigant ad coitum.* — *Genitalia cur ſeroſo humore proluta.*

PArtium generationi dicatarum functionem ingens quædam voluptas comitatur: eandem, cum in ipſis partibus materia turget, furens quædam cupiditas in omnibus ætate florentibus animalibus præcedit, multis ex cauſis, quarum præcipua eſt, vt ſpecies in perpetuum ſalua, indiuiduorum propagatione & ſubſtitutione conſeruaretur. Bruta enim, quæ ratione carent, quæq; propterea de conſeruatione ſuæ ſpeciei ſollicita eſſe nequeunt, nunquā fere in mutuos complexus venirent, niſi effrenis cuiuſdam libidinis œſtro, & veneris tanquā ſtimulis incitata adigerentur. Homo vero rationis particeps, diuinum plane & excelſum animal, nunquam ſe, nunquam animum ſuum in rem tam turpem tamque abiectam quam venereus eſt coitus, demitteret, atque proſterneret, niſi vel incitæ partibus iſtis venereæ catulitiones mentis eius ſeueritatem remollirent, vel ipſa etiam ratio admoneret, non cum vitæ tempore eſſe dimittendam commemorationem nominis ſui, ſed cum omni poſteritate, quantum fieri poteſt, & conſequi licet, prolis propagatione, adæquandam. Itaque propter hanc vtilitatem natura genitales partes longe exactiore & exquiſitiore ſenſu, quam reliqua corporis membra donauit per inſignes neruos ad eas tranſmiſſos. Tum eaſdem humore quodam ſeroſo, E

ſemiu

A ſemini haud abſimili, ſed liquidiore & tenuiore, proſtatis ſeu glandulis, quæ viris ad initia ceruicis veſicæ, mulieribus autem ad fundum vteri ſitæ ſunt, prolui voluit. Hæc humiditas acrimoniam quandam & mordacitatem habet: id enim humoris genus omnium maxime poteſt partes ipſas ad agendum irritare, voluptatemque, dum ipſæ agunt, geſtientem præbere. Sic plane humores ſeroſi & acres ſub cute aceruati, ſi incaleſcunt, iucundo quodam pruritu titillant, & ſuo motu voluptatem excitant. At non his modo humorum copia & qualitate turgentium ſtimulis genitalium membrorum natura ad excretionem pungitur & irritatur: ſed concluſus præterea ſpiritus multus ac calidus expirare gliſcit, ex quo naſcitur incredibilis quidam voluptatis exceſſus, quo perfuſa genitalia in omnem partem expanduntur. Penis quidem viris, quo recta ſemen in muliebrem vterum eiaculentur: mulieribus vero vteri ceruix, quo ſemen id effuſum hianti velut ceruicis illo ore excipiant, tum etiam, vt ſuum per vaſa ſpermatica ad proprios teſtes tranſmiſſum effundant. Hæc vaſa ſpermatica, ſuperiacens nempe vena & ſubiacens arteria, flexus multos numero æquales efficiunt, capreolorum varie implexorum inſtar, eiuſmodi implexu ſanguis & ſpiritus, qui ad teſtes feruntur, diutiſſime coquuntur, & in ſeminalem ſubſtantiam dealbantur. Hi flexus poſtremi in teſtes terminantur. Teſtes vero cum ſint laxi, rari, & cauernoſi ſeu

Vaſorum ſpermaticorum flexum cauſa.

B ſpongioſi, humorem, qui in vaſis cœptus erat concoqui, excipientes, & ipſi rurſus percoquunt: perfectius quidem ad fœtus procreationem maſculorum teſtes, imperfectius autem fœminarum teſtes, vt qui frigidiores ſint, minores & debiliores. Albeſcit vero ſemen contactu teſtium, quorum ſubſtantia albet. Mas *animal eſt, quod in alio generat*: fœmina, *quod in ſeipſo*, per vaſa ſpermatica, quæ in internam vteri capacitatem implantantur. Profecto niſi tot voluptatum illecebras & irritamenta natura parauiſſet, vix quiſquam vnquam mas extitiſſet, qui conceptionis humanæ locum, tot ſordes, quæ aſſiduo influxu ipſum alluunt, viciniam ſubiecti craſſi inteſtini & ſuperpoſitæ veſicæ contemplatus, mulierum amplexus perſequi voluiſſet. Nec vlla viro ſe iungere fœmina appetiuiſſet, quæ nonimeſtris geſtationis labores, quæ partus matri ſæpe funeſtos dolores animo voluiſſet. Qui coitu intemperanter vtuntur viri, ſæpe pro ſemine crudum & cruentum humorem, ſæpe & merum cruorem reiiciunt, vnde non infrequenter à virium exolutione mors ſuccedit, nonnunquam meiendi difficultas ſuperuenit, conſumpto humore illo viſcido & oleoſo, quem natura proſtatis inſitum eſſe voluit, ad vrinæ vias lubricandas, & aduerſum vrinæ ipſius præterlabentis acrimoniam muniendas, adeo vt Chirurgi poſtea neceſſe habeant, expreſſo ſyringe in vrethram oleo, reddendæ vrinæ facilitatem & indolentiam procurare. Ad generationem oportet marem diſtento & rigido pene ſemen in vterum eiaculatorio quodam

Fœminis teſtes eſſe imperfectiores.

Quid mas, quid fœmina.

Cur pleriq; viri mulieresq; a coitu abhorreant.

Cur ab intemperanti coitu ſtrangurta.

Quæ neceſſaria ad generationem

C impetu effundere. Idem vero ipſum, mulierem hianti & patente vtero incunctanter excipere: ne mora obiecta ſemen refrigeſcat, & ſpirituum diſſipatione infœcundum euadat. Diſtenditur penis, dum neruoſa, ſpongioſa & caua ipſius ſubſtantia ſanguine & ſpiritu flatuleoto impletur & turget. Vterus oſculo ſuo maſculum ſemen in ſe allicit: Per cornua autem, exceptum vaſis ſpermaticis, quæ iuxta ipſa ſunt, à teſtibus muliebribus muliebre ſemen cauitate ſua admittit, vt eius cum virili coniunctione, confuſione, & commiſtione temperetur, & ad quandam æqualitatem reuocetur. Non enim citra duorum ſeminum perfecte elaboratorum in eodem temporis articulo concurſum, & vteri intemperie & complexione laudabilem diſpoſitionem generatio ſeu conceptio ſuccedit in hac ſeminum mixtione. Si virile ſemen qualitate & copia muliebri præpolleat, mas edetur: Sin contra, fœmina. Quanquam in vtroque ſexu & maſculinum & fœmineum ſemen ineſt, quemadmodum experientia quotidiana intelligere eſt, eorum virorum, qui cum ex priore vxore fœmineam tantum prolem ſuſcepiſſent, ex altera, cui ſecundo nupſerunt, tantum maſculam ſuſcipiunt. Idem licet animaduertere in quibuſdam mulieribus, quæ primis nuptiis mares tantum pepererunt, ſecundis vero fœminas demum pariunt. Quinimo nec idem homo eodem ſemper modo affectus eſt ad marem aut fœmellam gignendam. Nam pro ætatis, tempera-

Cur mas, cur fœmina gignantur.

D menti, & diætæ varietate, ſemen nunc maſcula virtute præditum effundit, nunc euiratum & fœmineũ, vt nihil iam mirum ſit, ſi ex iiſdem nunc mares, nunc fœminæ gignantur.

Qua qualitate ſit ſemen, è quo mas, quaque id, è quo fœmina gignitur. CAP. II.

EX ſemine calidiore & ſicciore mares, ex frigidiore & humidiore fœminæ gignuntur. In frigore enim, quã in calore virium multo minus eſt, & in humiditate, quam in ſiccitate. Idque cauſæ eſt, cur fœmina tardius in vtero, quam mas formetur. In ſemine latet vis procreatrix & formatrix: in melonis enim (verbi gratia) ſeminio poteſtate inſunt truncus, rami, folia, flores, fructus, forma, color, odor, ſapor, & ſemen. Par eſt de reliquis ſeminibus ratio. Sic pyri caudex ſectus inſitis pomi ſurculis, poma fert: omnimodoque experimur inſitionis vi & intuemur, ſectam arborem ſe in alterius arboris, eius nempe, quæ inſita & inſerta fuerit, ramos vertere. Cæterum etſi, qui prodit fœtus, patrem aut matrem ſimilitudine exprimat, prout huius aut illius ſemen in mixtione excelluerit, fere tamen fit, vt liberi patri, quam matri ſimiliores ſint, quod mulierum in concubitu magis in maritum defixa ſit mens, quam mariti in vxorem. Eorum autem, quæ in concubitu & conceptu animo grauiter obuerſantur ideæ, in

Cur mas citius in vtero, quam fœmina formetur.

Semen eſſe poteſtate id, vnde defluxit.

Cur fœtus patri magis ſimiles ſint.

E fœtum mox transferuntur & imprimuntur. Sic enim narrant, Æthiopiæ quandam reginam fœtum album edidiſſe, cum in mariti complexu aliquid candidiſſimum valida cogitatione animo voluiſſet. Itaque nolebat Heſiodus coniuges dare operam liberis, cum è funere redirent, ſed cum è conuiuiis aut ludis, ne triſtis & funeſta cogitatio in fœtum illata, vitæ eius iucunditatem, mœſta triſtium imaginationum aſpergine confunderet. Contingit nonnunquam, etſi raro, vt fœtus nec patrem, nec matrem, ſed auum aut aliquem aliũ ex conſanguineis vultus effigie exprimat: quod in parentũ viſceribus imis, inſita lateat vis & natura auorum: quę cum iners diu latuerit, nonnunquam ſe occultæ alicuius

Quando danda opera liberis.

Cur fœtus nonnunquã auum referat.

occaſionis vi expromit. In quo pictori, res ad viuum exprimenti, ſimilis natura videri poſſit: quæ quan- A
tum ſubiecta materia patitur, prolem in omnem parentum habitum effingat, adeo vt ſæpe etiam paren-
tum morbi, hæreditario velut iure, in fœtus transferantur. Nam & ſimi, ſimos: & claudi, claudos: & ele-
phantici, elephanticos: calculoſi, calculoſos: aſthmatici, aſthmaticos: & arthritici, arthriticos generant.
Cur aliquando a morboſis ſani gignantur. Semen enim gignentis vim, naturam, temperiem, & complexionem ſequitur. Itaque ſani, ſanis:
& morboſi fere morboſis eduntur, niſi forte alterutrius è parentibus ſani ſemen, alterius mor-
boſi impreſſionem morbidam correxerit, vel vterus temperatus & ſanus, benigno velut fotu ſuo e-
mendarit.

Quid cauſa ſit, cur in brutorum genere fœminæ grauidæ, marem quouſq; peperint, nec appetunt, nec admittunt. CAP. III.

Venerearū rerum ſenſus cur brutis datus. CAuſa eſt, quod tantum, quantum ſenſu mouentur, ad id ſolum, quod adeſt, quodque præſens eſt,
ſe accommodant, paululum admodum ſentientes præteritum & futurum. Ita fit, vt elapſæ volu-
ptatis, poſtquam conceperint, immemores, à coitu abhorreant. Veneris enim ſenſus illis tantum datus
Cur in brutorum genere mares ad fœminas venere fruentes vndique & e longinquo accurrant. eſt à natura ad ſpeciei ſuæ conſeruationem, minime vero ad voluptatem & delectationem. Cæterum
mares ad eas libidinis æſtu furentes, turgentes, & velut œſtro percitas ideo accurrunt, quod tum ex ea- B
rum vulua & obſcœnis genitalibusque partibus, viroſus odor in aerem efferatur, qui ipſorum nares ac
cerebrum feriens coitus imaginationem, deſiderium, & ardorem inicit. Mulieribus contra videtur ve-
nerei coitus ſenſus à natura datus, non tantum ad ſobolis propagationem & ſpeciei humanæ conſerua-
tionem, ſed etiam ad humanæ vitæ miſerias, voluptatis illius tanquam blandimentis leniendas & de-
mulcendas: facit etiam ad id multus & calidus circum præcordia ſanguis, quo turgent, qui imaginatio-
Cur mulier etiam grauida venerem appetat nis, cuius in humores imperium eſt, impulſu, à corde & viſceribus per proprios ductus, in genitalia de-
truſus, ipſas ad venerem nouam ſubinde incitat. Brutorum quidem mares libidinis ſtimulis perciti & a-
gitati furent, tentigine rumpuntur, ſæpe & rabiunt. At mox poſtquam cum ſui generis fœmina libidi-
nem expleuerint, omnino manſueſcunt, & feritatem illam deponunt.

Quæ in coitu ad generationem obſeruanda ſint. CAP. IV.

Quibus accendatur mulier ad venerem & conceptum. MAritus cum in coniugis thalamum venerit, omni illam deliciarum, omni blandimentorum gene-
re excipiet, at ſi paulo tardiorem aut frigidiorem ſenſerit, molli complexu fouebit, demulcebit, ti-
tillabit, nec ex abrupto, tenſis derepente neruis, in agrum naturæ irrumpet, ſed ſenſim irrepet potius, C
laſciuis verbis oſcula laſciuiora miſcendo, genitalia & mammas contrectando, vt flammam ipſa accipi-
at, & ad venerem incendatur. Sic enim demum proprii ſeminis excernendi, & virilis vna concipiendi
deſiderio fremit & ardet vterus. Quod ſi talia inflammandæ mulieri non ſufficiunt, ſunt enim fere mu-
lieres viris ad ſeminis excretionem tardiores, iuuabit ante vuluam fouiſſe decocto herbarum calidarū
in vino maluatico, aut alioqui generoſo incoctarum, indidiſſe in vteri ceruicem & oſculum moſchi aut
Seminum concurſum ad conceptionem eſſe neceſſarium zibethæ tantillum. Cum inſtare proprii ſeminis effluxum ex titillante voluptate percipiet, virum ea de
re admonebit, vt eodem, ſi fieri poſſit, temporis articulo, & ipſe ſemen ſuum eiaculetur, vt ex ſeminum
concurſu conceptus fiat, fœtusque tandem prodeat. Id quo fœlicius ſuccedat, non ſtatim ſe opere pera-
cto à complexu muliebri diuellet vir, ne aer in vterum adhuc hiantem ſubeat, ſeminaque appulſu ſuo
corrumpat, antequam plane confuſa coierint. Quieta, digreſſo viro, ſe continebit mulier, cruribus de-
cuſſatis, & molliter in altum ſublatis: ne motu, decliuiq; ſitu ſemen excutiatur. Quæ cauſa eſt, cur ſibi
etiam tum à ſermone, præſertim contentioſo, tuſſi, & ſternutatione temperare debeat, & ſomno, ſi fie-
ri poſſit, ſe tradere.

Quibus ſignis concepiſſe mulierem intelligere liceat. CAP. V. D

Vari in facie grauidarum. SI à coitu ſemen exceptum haud exciderit, ſi in ſeminum concurſu totum corpus leniter cohorruerit,
contrahente nempe ſe vtero ad eorum compreſſionem & complexum, ſi lenis doloris ſenſus circa
vmbilicum & hypogaſtrium oberret, ſi ſomnolenta ſit mulier, ſi à viri complexu abhorreat, ſi facies ſit
decolor, concepiſſe illam ſcire licet. Quibuſdam poſt conceptum vari ſurgunt in facie, oculi de-
Cur multa grauida laudabiles cibos auerſentur, illaudabiles vero expetant. primuntur, album ipſorum liueſcit, vertigine caput tentatur, elatis à ſuppreſſo menſtruali ſanguine
vaporibus, mœror & mœſtitia mentem occupat, cum faſtidio & moroſitate, vaporum nempe caligine
obductis ſpiritibus, & inſolito onere grauato corpore, dentium & gingiuarum dolores, animi deliquia
ſuperueniunt, appetentia deprauatur cum nauſea & pica, quo fit, vt boni ſucci cibos auerſentur, illau-
dabiles vero & multa præter naturam appetant, vt carbones, lutum, cineres, ſalſamenta rancida, acer-
bos, auſteros, & acidos fructus, piper, acetum & ſimilia acria, omninoque alia à natura & vſu abhorren-
Suppreſſa menſtrua tripartito diuidi. tia, pro ſuppreſſi humoris in ventriculi orificium redundantis conditione. Deprauata eiuſmodi appe-
tentia, quibuſdam ad partem vſq; durat, aliis tertio grauiditatis menſe, cum capilli fœtui ſuccreſcunt
ingraueſcens: tandem ſub quartum grauiditatis menſem exoluitur, quod grandior & vegetior iam
fœtus, excrementitii & ſuperflui humoris magnam partem abſumat. Suppreſſa enim in grauidis men- E
ſtrua tripartito diuiduntur: purior portio in fœtus alimoniam faceſſit: quæ huic purior eſt, ad mammas
ſenſim aſcendit: omnium impuriſſima in vtero circum fœtum ſubſiſtit, ſecundinaſque facit, in quibus
fœtus molli tanquam in culcitra, recubet. Sunt grauidæ, quibus vrina fluit acrior, feruentior & ſub-
cruenta: non incaleſcente tantum veſica ex ſubiecti vteri ſanguine concluſo feruentis compreſſione,
Hip. 1. de morb. mul. ſed & tenuiore eiuſmodi ſanguinis portione in veſicam expreſſa & exudante. Mammarum vero &
venarum, quæ ſub mammis in pectore & circum ipſas exiſtunt, tumor, ſoliditas, & lactis expreſſi fluxus,
ſigna

A ſigna grauiditatis cum ſubſultorio in alno motu ſunt certiſſima. Nec vero per grauiditatem mammarum tantum venæ, ſed & vniuerſi corporis tumentiores exiſtunt, præſertim vero femorum & crurum: adeo vt ſæpe multiformi plexu ſibi mutuo intertextæ varicoſæ appareant. Vnde corporis totius inertia, grauitas, & incedendi, appetente præſertim partus tempore, difficultas. Denique *ſi vis noſcere, an conceperit mulier, cum dormitura eſt, ei aquam mulſam potandum dato: Nam ſi alui tormina patiatur, concepit: ſin minus, non concepit*, ait Hippocratis.

Aphor. 41. ſect. 5.

Vterum ſtatim contrahi excepto & concepto ſemine. Cap. VI.

POſtquam effuſa in vteri capacitatem coierint maris & fœminę ſemina, tum orificium eius arctiſſime contringitur & conniuet, ne ipſa excidant. Ibi fœmineum in maſculini ſeminis alimoniam & incrementum cedit, quia ſingula his nutriuntur & creſcunt, quæ ſibi ſimilia & familiaria ſunt. Eſt vero ſeminis cum ſemine, quam cum ſanguine familiaritas & ſimilitudo longe maior, cum coaluerint coagulantur, & arcto parietum vteri complexu ſic incaleſcunt, vt circum tenuis concreſcat pellicula, ei ſimilis, quæ ſupra lac pingue & cremore ſuo minime caſtratum obtenditur. Denique ſeminalis illa concretio
B oui abortiui inſtar habet, cuius nempe in teſtaceam duritiem nondum concreuit inuolucrum, circum amplexu multo ſe interſecantia viſuntur filamenta, cum ſubſtantia quadam viſcida, albuginea & rubra, atro velut ſanguine ſuffuſa. In medio ſubapparet vmbilicus, vnde illa producitur pellicula. Certe multa, quæ ad fœtus humani in vtero conceptionem attinent, intelligere licet ex obſeruatione viginti ouorum, quæ quis fouenda gallinæ ſuppoſuerit, ſic vt ſingula ſingulis diebus frangas & diligenter contempleris. Vigeſimo enim demum die, pullus perfectus apparet, cum vmbilico. Humani fœtus illa pellicula ſecundina ſeu chorion nominatur, vulgo vero fœtus culcitra. Hæc ſexto demum die perficitur Hippocratis ſententia: non continendis modo confuſis ſeminibus vtilis, ſed etiam ſugendo per vaſorum orificia in vterum deſinentia alimento. Eiuſmodi orificia Græci Cotyledonas, Latini Acetabula nominant. Sunt autem excauatæ velut eminentiæ, his ſimiles, quæ in ſepiarum velut pedibus & promuſcidibus, duplici ordine frequentes ad attractionem ciborum complexum cernuntur. Non admodum apparent illa in mulieribus, vt in brutorum pleriſq; fœminis acetabula. His igitur ſecundina vndique vtero adhæreſcit ad conceptorum ſeminum conſeruationem, nutritionem, & incrementum.

Cur fœmineum ſemen in alimentum viriles cedat.

Compendiũ intelligendæ conceptionis humanæ.

Lib. de nat. pueri.

Cotyledones quid.

C

De generatione Vmbilici. Cap. VII.

POſtquam mulier conceperit, commemoratorum acetabulorum cuique aliud mox vas adnaſcitur, vena nempe venæ, & arteria arteriæ: mollia hæc & recentia adhuc vaſcula tenui membranula compinguntur, quæ ipſis extrinſecus ſubtenſa adhæreſcit, his enim & membranæ, & ligamenti, & tunicæ, ſeu munimenti loco eſt, & cum reliquis reduplicatur ad cingendum vmbilicum ex vena & arteria vmbilicali conflatum. Nouella fœtus hæc vaſcula ſuis oſculis vteri cotyledonibus ſingula ſingulis reſpondent, perexigua & pertenuia ſunt tanquam radicum in terram depactarum vltimæ fibræ; vbi proceſſerint longius, combinantur ſic, vt ex duobus vnum vas fiat: donec tandem connexionis continuatione, vaſcula illa omnia in duo ingentia vaſa deſinant & degenerent, vmbilicalia dicta, quia vmbilicum cõſtituant, & in fœtus corpus per vmbilici foramen ſubeant. Hic ſingularem naturæ & Dei prouidentiam Galenus admiratur, quod in tanta vaſorum multitudine, tam longo productionis & itineris tractu, nunquam vena arteriæ, aut arteria venæ ſe applicet & confundat, ſed quodque tantum vas ſui generis vaſi ſe adiungat. Vena quidem vmbilicalis in corpus pueri ingreſſa, ſtatim ſe cauæ hepatis parti applicat, arteria vero in duas finditur: quæ ſecundum veſicæ latera duabus ſe arteriis iliacis applicant, ſtatimque peritonæo tunica integuntur, & eiuſdem beneficio partibus, quas obeunt, adnectuntur. Nouellæ illæ
D venæ & arteriæ ſunt veluti fœtus radices: vena vero & arteria vmbilicalis trunci arboris inſtar habent, ad deducendum alimentum fœtui nutriendo idoneum. Primum enim viuimus vita plantæ in vtero, deinde vita animali, atque vt prior fœtus tunica Chorion ſeu Allantoides, ſic altera Amnios ſeu Agnina dicitur, quæ ſemen ſeu fœtum vndique inuoluit. Tenniſſimæ ſunt hæ membranæ, telis aranearum tenuitate ſimiles, ſibi inuicem ſuperattextæ, multiſque præterea locis connexæ villorum quibuſdam tenuitatibus, quæ ſimilium adiunctione tandem robur acquirunt. Ex quo intelligere eſt, quid cauſæ ſit, cur variis & violentis tum grauidæ matris inter eundum & ſaltandum, tum fœtus in vtero motibus, non fere membranæ illæ abrumpantur: Sic enim villorum eiuſmodi nexibus coniunguntur, vt inter ipſas nihil, neque vrina, neque ſudor interueniat, quemadmodum diſſecto grauidæ mulieris cadauere, diligenter inſpicienti, ac non ex aliena opinione, quantumlibet inueterata, pendenti, certa fide intelligere licebit, nequaquam tamen tantum eſt eiuſmodi membranarum robur, quin facile in ipſo partus articulo diſtringi à calcitrante puero, & diuelli poſſunt.

Nunquam venam arteria ſe applicare.

Hominem viuere primum vita plantæ.

Hip. membranas eis, quæ fœtum in vtero inuoluunt, ſecundas appellat, Galeni ſententia de vſu part.

De Vaſis vmbilicalibus. Cap. VIII.

E
VEterum permulti ſcripſerunt in vmbilico quinque cerni vaſa, venas nempe duas, duas arterias, & vrachum. At mihi multa in multis cadaueribus obſeruatione peruestiganti, nunquam niſi tria notare licuit: venam nempe vnicam, quæ valde ampla eſt, adeo vt ſuo ductu linguæ adſtrictoriæ ferrum facile admittat, & duas arterias, haud ita amplas, ſed longe anguſtiores, quod copioſiori ſanguine opus eſſet fœtui ad conformationem, partium nutritionem & incrementum, quam ſpiritu vitali. Eiuſmodi vaſa, vmbilici corpus, quod nono demum die conformari creditur, conſtituentia, ſui velut reduplicatione & implexu nodos, cinguli Franciſcani nodis ſimiles faciunt, vt nodoſis illis ſuis anfra-

Veterum opinio confutata.

Vmbilici puerilis nodos quem vſum habeant.

occaſionis vi exptomit. In quo pictori, res ad viuum exprimenti, ſimilis natura videri poſſit: quæ quan- A
tum ſubiecta materia patitur, prolem in omnem parentum habitum effingat, adeo vt ſæpe etiam paren-
tum morbi, hæreditario velut iure, in fœtus transferantur. Nam & ſimi, ſimos: & claudi, claudos: & ele-
phantici, elephanticos: calculoſi, calculoſos: aſthmatici, aſthmaticos: & arthritici, arthriticos generant.
Semen enim gignentis vim, naturam, temperiem, & complexionem ſequitur. Itaque ſani, ſanis:
& morboſi fere morboſis eduntur, niſi forte alterutrius è parentibus ſani ſemen, alterius mor-
boſi impreſſionem morbidam correxerit, vel vterus temperatus & ſanus, benigno velut foru ſuo e-
mendarit.

Cur aliquando a morboſis ſani gignantur.

Quid cauſa ſit, cur in brutorum genere fœminæ grauidæ, marem quouſq; peperint, nec appetunt, nec admittunt. Cap. III.

Venerearũ rerum ſenſus cur brutis datus.
Cur in brutorum genere mares ad fœminas Venere fruentes vndique & e longinquo accurrant.
Cur mulier etiam grauida Venerem appetat.

CAuſa eſt, quod tantum, quantum ſenſu mouentur, ad id ſolum, quod adeſt, qnodque præſens eſt,
ſe accommodant, paululum admodum ſentientes præteritum & futurum. Ita fit, vt elapſæ volu-
ptatis, poſtquam conceperint, immemores, à coitu abhorreant. Veneris enim ſenſus illis tantum datus
eſt à natura ad ſpeciei ſuæ conſeruationem, minime vero ad voluptatem & delectatiooem. Cæterum
mares ad eas libidinis æſtu furentes, turgentes, & velut œſtro percitas ideo accurrunt, quod tum ex ea- B
rum vulua & obſcœnis genitalibusque partibus, viroſus odor in aerem efferatur, qui ipſorum nares ac
cerebrum feriens coitus imaginationem, deſiderium, & ardorem inijcit. Mulieribus contra videtur ve-
nerei coitus ſenſus à natura datus, non tantum ad ſobolis propagationem & ſpeciei humanæ conſerua-
tionem, ſed etiam ad humanæ vitæ miſerias, voluptatis illius tanquam blandimentis leniendas & de-
mulcendas: facit etiam ad id multus & calidus circum præcordia ſanguis, quo turgent, qui imaginatio-
nis, cuius in humores imperium eſt, impulſu, à corde & viſceribus per proprios ductus, in genitalia de-
truſus, ipſas ad venerem nouam ſubinde incitat. Brutorum quidem mares libidinis ſtimulis perciti & a-
gitati furent, tentigine rumpuntur, ſæpe & rabiunt. At mox poſtquam cum ſui generis fœmina libidi-
nem expleuerint, omnino manſueſcunt, & feritatem illam deponunt.

Quæ in coitu ad generationem obſeruanda ſint. Cap. IV.

Quibus accendatur mulier ad Venerem & conceptum.

MAritus cum in coniugis thalamum venerit, omni illam deliciarum, omni blandimentorum gene-
re excipiet, at ſi paulo tardiorem aut frigidiorem ſenſerit, molli complexu fouebit, demulcebit, ti-
tillabit, nec ex abrupto, tenſis derepente neruis, in agrum naturæ irrumpet, ſed ſenſim irrepet potius, C
laſciuis verbis oſcula laſciuiora miſcendo, genitalia & mammas contrectando, vt flammam ipſa accipi-
at, & ad venerem incendatur. Sic enim demum proprii ſeminis excernendi, & virilis vna concipiendi
deſiderio fremit & ardet vterus. Quod ſi talia inflammandæ mulieri non ſufficiunt, ſunt enim fere mu-
lieres viris ad ſeminis excretionem tardiores, iuuabit ante vuluam fouiſſe decocto herbarum calidarũ
in vino maluatico, aut alioqui generoſo incoctarum, indidiſſe in vteri ceruicem & oſculum moſchi aut
zibethæ tantillum. Cum inſtare proprii ſeminis effluxum ex titillante voluptate percipiet, virum ea de
re admonebit, vt eodem, ſi fieri poſſit, temporis articulo, & ipſe ſemen ſuum eiaculetur, vt ex ſeminum
concurſu conceptus fiat, fœtusque tandem prodeat. Id quo fœlicius ſuccedat, non ſtatim ſe opere pera-
cto à complexu muliebri diuellet vir, ne aer in vterum adhuc hiantem ſubeat, ſeminaque appulſu ſuo
corrumpat, antequam plane confuſa coierint. Quieta, digreſſo viro, ſe continebit mulier, cruribus de-
cuſſatis, & molliter in altum ſublatis: ne motu, decliuiq; ſitu ſemen excutiatur. Quæ cauſa eſt, cur ſibi
etiam tum à ſermone, præſertim contentioſo, tuſſi, & ſternutatione temperare debeat, & ſomno, ſi fie-
ri poſſit, ſe tradere.

Seminum concurſum ad conceptionem eſſe neceſſarium.

Quibus ſignis concepiſſe mulierem intelligere liceat. Cap. V. D

Vari in facie grauidarum.
Cur multa grauida laudabiles cibos auerſentur, illaudabiles vero expetant.
Suppreſſa menſtrua tripartito diuidi.

SI à coitu ſemen exceptum haud exciderit, ſi in ſeminum concurſu totum corpus leniter cohorruerit,
contrahente nempe ſe vtero ad eorum compreſſionem & complexum, ſi lenis doloris ſenſus circa
vmbilicum & hypogaſtrium oberret, ſi ſomnolenta ſit mulier, ſi à viri complexu abhorreat, ſi facies ſit
decolor, concepiſſe illam ſcire licet. Quibuſdam poſt conceptum vari ſurgunt in facie, oculi de-
primuntur, album ipſorum liueſcit, vertigine caput tentatur, elatis à ſuppreſſo menſtruali ſanguine
vaporibus, mœror & mœſtitia mentem occupat, cum faſtidio & moroſitate, vaporum nempe caligine
obductis ſpiritibus, & inſolito onere grauato corpore, dentium & gingiuarum dolores, animi deliquia
ſuperueniunt, appetentia deprauatur cum nauſea & pica, quo fit, vt boni ſucci cibos auerſentur, illau-
dabiles vero & multa præter naturam appetant, vt carbones, lutum, cineres, ſalſamenta rancida, acer-
bos, auſteros, & acidos fructus, piper, acetum & ſimilia acria, omnino que alia à natura & vſu abhorren-
tia, pro ſuppreſſi humoris in ventriculi orificium redundantis conditione. Deprauata eiuſmodi appe-
tentia, quibuſdam ad partem vſq; durat, aliis tertio grauiditatis menſe, cum capilli fœtui ſuccreſcunt
ingraueſcens: tandem ſub quartum grauiditatis menſem exoluitur, quod grandior & vegetior iam
fœtus, excrementitii & ſuperflui humoris magnam partem abſumat. Suppreſſa enim in grauidis men- E
ſtrua tripartito diuiduntur: purior portio in fœtus alimoniam faceſſit: quæ huic purior eſt, ad mammas
ſenſim aſcendit: omnium impuriſſima in vtero circum fœtum ſubſiſtit, ſecundinaſque facit, in quibus
fœtus molli tanquam in culcitra, recubet. Sunt grauidæ, quibus vrina fluit acrior, feruentior & ſob-
cruenta: non incaleſcente tantum veſica ex ſubiecti vteri ſanguine concluſo feruentis compreſſione,
ſed & tenuiore eiuſmodi ſanguinis portione in veſicam expreſſa & exudante. Mammarum vero &
venarum, quę ſub mammis in pectore & circum ipſas exiſtunt, tumor, ſoliditas, & lactis expreſſi fluxus,
ſigna

Hip 1. de morb. mul.

A ſigna grauiditatis cum ſubſultorio in aluo motu ſunt certiſſima. Nec vero per grauiditatem mammarum tantum venæ, ſed & vniuerſi corporis tumentiores exiſtunt, præſertim vero femorum & crurum: adeo vt ſæpe multiformi plexu ſibi mutuo intertextæ varicoſæ appareant. Vnde corporis totius inertia, grauitas, & incedendi, appetente præſertim partus tempore, difficultas. Denique *ſi vis noſcere, an conceperit mulier, cum dormitura eſt, ei aquam mulſam potandum dato: Nam ſi aluo tormina patiatur, concepit: ſin minus, non concepit*, ait Hippocratis.

Aphor. 41. ſect. 5.

Vterum ſtatim contrahi excepto & concepto ſemine. Cap. VI.

POſtquam effuſa in vteri capacitatem coierint maris & fœminę ſemina, tum orificium eius arctiſſime conſtringitur & conniuet, ne ipſa excidant. Ibi fœmineum in maſculini ſeminis alimoniam & incrementum cedit, quia ſingula his nutriuntur & creſcunt, quæ ſibi ſimilia & familiaria ſunt. Eſt vero ſeminis cum ſemine, quam cum ſanguine familiaritas & ſimilitudo longe maior, cum coaluerint coagulaotur, & arcto parietum vteri complexu ſic incaleſcunt, vt circum tenuis concreſcat pellicula, ei ſimilis, quæ ſupra lac pingue & cremore ſuo minime caſtratum obtenditur. Denique ſeminalis illa concretio B oui abortiui inſtar habet, cuius nempe in teſtaceam duritiem nondum concreuit inuolucrum, circum implexu multo ſe interſecantia viſuntur filamenta, cum ſubſtantia quadam viſcida, albuginea & rubra, atro velut ſanguine ſuffuſa. In medio ſubapparet vmbilicus, vnde illa producitur pellicula. Certe multa, quæ ad fœtus humani in vtero conceptionem attinent, intelligere licet ex obſeruatione viginti ouorum, quæ quis fouenda gallinæ ſuppoſuerit, ſic vt ſingula ſingulis diebus frangas & diligenter contempleris. Vigeſimo enim demum die, pullus perfectus apparet, cum vmbilico. Humani fœtus illa pellicula ſecundina ſeu chorion nominatur, vulgo vero fœtus culcitra. Hæc ſexto demum die perficitur Hippocratis ſententia: non continendis modo confuſis ſeminibus vtilis, ſed etiam ſugendo per vaſorum orificia in vterum deſinentia alimento. Eiuſmodi orificia Græci Cotyledonas, Latini Acetabula nominant. Sunt autem excauatæ velut eminentiæ, his ſimiles, quæ in ſepiarum velut pedibus & promuſcidibus, duplici ordine frequentes ad arctionem ciborum complexum cernuntur. Non admodum apparent illa in mulieribus, vt in brutorum pleriſq; fœminis acetabula. His igitur ſecundina vndique vtero adhæreſcit ad conceptorum ſeminum conſeruationem, nutritionem, & incrementum.

Cur fœmineum ſemen in alimentum virili cedat.

Compendiũ intelligendæ conceptionis humanæ.

Lib. de nat. pueri.

Cotyledones quid.

C *De generatione Vmbilici.* Cap. VII.

POſtquam mulier conceperit, commemoratorum acetabulorum cuique aliud mox vas adnaſcitur, vena nempe venæ, & arteria arteriæ: mollia hæc & recentia adhuc vaſcula tenui membranula compinguntur, quæ ipſis extrinſecus ſubtenſa adhæreſcit, his enim & membranæ, & ligamenti, & tunicæ, ſeu munimenti loco eſt, & cum reliquis reduplicatur ad cingendum vmbilicum ex vena & arteria vmbilicali conflatum. Nouella fœtus hæc vaſcula ſuis oſculis vteri cotyledonibus ſingula ſingulis reſpondent, perexigua & pertenuia ſunt tanquam radicum in terram depactarum vltimæ fibræ; vbi proceſſerint longius, combinantur ſic, vt ex duobus vnum vas fiat: donec tandem connexionis continuatione, vaſcula illa omnia in duo ingentia vaſa deſinant & degenerent, vmbilicalia dicta, quia vmbilicum cõſtituant, & in fœtus corpus per vmbilici foramen ſubeant. Hic ſingularem naturæ & Dei prouidentiam Galenus admiratur, quod in tanta vaſorum multitudine, tam longo productionis & itineris tractu, nunquam vena arteriæ, aut arteria venæ ſe applicet & confundat, ſed quodque tantum vas ſui generis vaſi ſe adiungat. Vena quidem vmbilicalis in corpus pueri ingreſſa, ſtatim ſe cauæ hepatis parti applicat, arteria vero in duas finditur: quæ ſecundum veſicæ latera duabus ſe arteriis iliacis applicant, ſtatimque peritonæo tunica integuntur, & eiuſdem beneficio partibus, quas obeunt, adnectuntur. Nouellæ illæ D venæ & arteriæ ſunt veluti fœtus radices: vena vero & arteria vmbilicalis trunci arborei inſtar habent, ad deducendum alimentum fœtui nutriendo idoneum. Primum enim viuimus vita plantæ in vtero, deinde vita animali, atque vt prior fœtus tunica Chorion ſeu Allantoides, ſic altera Amnios ſeu Agnina dicitur, quæ ſemen ſeu fœtum vndique inuoluit. Tenuiſſimæ ſunt hæ membranæ, telis aranearum tenuitate ſimiles, ſibi inuicem ſuperattextæ, multiſque præterea locis connexæ villorum quibuſdam tenuitatibus, quæ ſimilium adiunctione tandem robur acquirunt. Ex quo intelligere eſt, quid cauſæ ſit, cur variis & violentis tum grauidæ matris inter eundum & ſaltandum, tum fœtus in vtero motibus, non fere membranæ illæ abrumpantur: Sic enim villorum eiuſmodi nexibus coniunguntur, vt inter ipſas nihil, neque vrina, neque ſudor interueniat, quemadmodum diſſecto grauidæ mulieris cadauere, diligenter inſpicienti, ac non ex aliena opinione, quaorumlibet inueterata, pendenti, certa fide intelligere licebit, neſquaquam tamen tantum eſt eiuſmodi membranarum robur, quin facile in ipſo partus articulo diſtringi à calcitrante puero, & diuelli poſſunt.

Nunquam venam arteriæ ſe applicare.

Hominem viuere primum vita plantæ.

Hip. membranas ois, quæ fœtum in vtero inuoluunt, ſecundas appellat, Galeni ſententia de vſu part.

E *De Vaſis vmbilicalibus.* Cap. VIII.

VEterum permulti ſcripſerunt in vmbilico quinque cerni vaſa, venas nempe duas, duas arterias, & vrachon. At mihi multa in multis cadaueribus obſeruatione peruestiganti, nunquam niſi tria notare licuit: venam nempe vnicam, quæ valde ampla eſt, adeo vt ſuo ductu linguæ adſtrictoriæ ferrum facile admittat, & duas arterias, haud ita amplas, ſed longe anguſtiores, quod copioſiori ſanguine opus eſſet fœtui ad conformationem, partium nutritionem & incrementum, quam ſpiritu vitali. Eiuſmodi vaſa, vmbilici corpus, quod nono demum die conformari creditur, conſtituentia, ſui velut reduplicatione & implexu nodos, cinguli Franciſcani nodis ſimiles faciunt, vt nodoſis illis ſuis anfra-

Vetus opinio confutata.

Vmbilĩci puerilis nodulis quem vſum habeant.

amfractibus currentem ſanguinem remorantes perfectius concoquerent & elaborarent: quemadmodum in eiaculatoriis vaſis ſpermaticis cernere eſt, quem etiam in vſum ſemiulnæ longitudine vmbilic⁹ ille viſitur, adeo, vt pleriſq; naſcentibus, terna, quaternave obuolutione collo femorive implicitus cernatur. Quandiu vtero materno concluditur fœtus, vmbilico tantum, non etiam ore cibum capeſcit, imo neque oculorum, neque aurium, neque narium, neque ani munere fungitur, nec vero cordis officia deſiderat. Sangnis enim ſpirituoſus ad ipſum per vmbilicales arterias commeat in arterias iliacas, & ab arteriis iliacis in reliquas omnes corporis totius arterias, harum enim ſolo motu ſpirat fœtus. Itaque haud putandum eſt, in fœtu aerem per pulmones in cor inferri, ſed contra à corde in pulmones. Nam nec cor in ſanguinis ſpiritumve vitalium generationem aut elaborationem incumbit. His enim, vt ſunt à matre confecta & elaborata, contentus eſt fœtus: qui quouſque plenam, integramque & euidentem membrorum & artuum omnium deſcriptionem nactus fuerit, pueri nomen haud mereri videtur, ſed genituræ tantum, embryonis aut fœtus. A

Fœtum vmbilico non ore cibum ſumere.

Fœtus quomodo ſpiret.

De ſeminum in vtero ebullitione ſeu fermentatione, & trium ampullarum, ſeu trium principum viſcerum concretione. Cap. IX. B

PRimis ſex conceptionis diebus nouella vaſcula fieri proferrique ex maternorum vaſorum acetabulis, tanquam fibræ in totum ſemen ſparſæ creduntur. Illa vt vterum, ſic & Chorion ipſum pariter, æqualiterque perforant. Hacque via non in fœtum modo commeatus partium conformationi & nutritioni neceſſarius defertur, ſed etiam in venulas ipſi chorio varie intextas. Ita fit, vt non loci modo, ſed & ſanguinis etiam, ſpirituumque vitalium influentium occaſione bulliat, & tanquam fermentetur ſemen ipſum, moxque in tres ampullas ſurgat, bullis ſimiles, quas aqua pluuia ſuo in flumen illapſu excitat, ampullæ illæ trium principum viſcerum, hepatis nempe, cordis & cerebri concretiones quædam, & inchoatę deformationes exiſtunt: huc vſque ſemen, ſeminis modo appellatione cenſetur, poſtea vero ſurgentibus illis ampullis, embryonis nomine, ad perfectam vſque membrorum deformationem, donatur; quarto die, poſtquam vmbilicalis vena conformata eſt, ſanguinem craſſiorem & plenioris alimenti ex cotyledonibus ſugit. Hic quia craſſior eſt, facile eo concreſcit & coagulatur loco, quo mox hepar plenum abſolutumque comparere debet. Tum enim inſigni ſupra reliquas partes magnitudine notabile eſt, ex eo Parenchyma dictum, quod affuſi ſanguinis concretio tantum quædam ſit: ab eius gibba parte enaſcitur craſſior venæ cauæ truncus, qui tenues velut villos ſuos in omnem eius ſubſtantiam diffundit: inde in duos ramos finditur, quorum vnus in ſuperiores, alter in inferiores partes, partiumque particulas propagatur. Vmbilicales interim arteriæ, ſanguinem ſpirituoſum ex arteriarum maternarum acetabulis ſugunt: ex quo, feruidiore nempe & magis ſpirituoſo, in ſecunda ampulla conformatur cor, ſubſtantia carnoſa ſolidiore & denſiore præditum, qualem decebat eſſe eius viſceris, quod caloris fonte manat, & perenni cietur motu. In hoc vis formatrix duos ſinus excauauit, dextrum vnum, ſiniſtrum alterum. In dextrum inſeritur venæ cauæ truncus, alimentum cordi neceſſarium deferens. In ſiniſtro efformatur arteriæ caudex: qui & mox bipartito finditur, maiore ramo ſeſe in ſuperas, inferiore vero, qui amplior eſt, in inferas partes, partiumque particulas inferens, & vitam caloremque vna ſecum vitalem deferens. C

Tres ampullæ.

Quando ſemen embryonis nomine donetur: Hepar cur parenchyma dicatur.

De tertia velut ampulla, in qua cerebrum caputque conformatur. Cap. X.

SEminis portio longe maxima in tertiam hanc ampullam faceſſit: cerebro ſcilicet, capitique toti materiam ſuffectura. Multum vero ſemen in capitis & cerebri conformationem ideo faceſſere oportuit, quia partes non vt cor & hepar ſanguineæ ſunt, ſed fere exangues: oſſeæ nempe, medulloſæ, cartilaginoſæ, neruoſæ, & membranaceæ: cuiuſmodi partes, vt venæ, arteriæ, nerui, ligamenta, panniculi & cutis ſpermaticæ dicuntur, quia primam ex ſolo fere ſemine conformationis materiam ſortitæ ſunt. Quanquam poſtea ſanguine, vt reliquæ etiam carnoſæ & muſculoſæ partes, nutriuntur: ſed qui mox vbi ad ipſas appulerit, in ſpermaticum quid, aſſimilatricis inſitæ viribus, degeneret. Formato cerebro reliquæ capitis partes ſe adiungunt, maximeque illæ, quæ muniminis loco ipſi circumpoſitæ in oſſa ſenſim indurantur. Caput ſenſuum ſedes & mentis rationiſque domicilium, in ſupremo ideo locatum eſt, vt hinc, tanquam ex arce, ſubiecta reliqua membra, ipſorumq; actiones & functiones regeret. Illic enim anima rectrix reſidet, hincque in reliquum corpus deriuatur & influit. Conformatis tribus illis principiis, natura futuræ corporis moli palos, & velut ſuſtentacula quærit. In quam rem oſſa architectatur. Prima omnium formari putantur, ſeu potius conformata apparent, oſſa ilium interiectis vertebris conuexa: inde reliqua omnia membra, ſuis exſculpta cauitatibus & foraminibus: quæ in capite ſeptem manifeſta & peruia notantur: duo nempe aurium, duo naſi, duo oculorum &, vnum oris: in ſubiectis capiti partibus, vnum eſt ani, alterum vrethræ ſeu veſicæ canali, fœminis prӕterea vnum ceruici vteri, ſine quo matres fieri nunquam poſſent. His perfectis natura tandem nobile illud ſuum opus, obducta cute vndique expolit. Abſoluto operi & microcoſmo Deus, naturæ & rerum omnium author, animam demum infundit, quod ex Moſis ſententia probat D. Auguſtinus: *ſi quis*, inquit, *grauidam percuſſerit adeo, vt inde abortiat, morte luat, ſiquidem infans formatus in vtero fuerit. At ſi nondum membrorum conformationem & diſtinctionem adeptus fuerit, luat ære.* Itaque ab Adamo, aut parentibus deriuari animam non eſt credendum: ſed ſingulis momentis, & in ipſo conformati fœtus articulo à Deo creari, & in fœtum infundi. Sic igitur molæ, ſimiliſque confuſionis & indigeſtæ molis monſtra, etſi ob tremulum quendam & incertum motũ vitæ participia videantur, minime tamen mente & rationali anima informata cenſenda ſunt: ſed quod mouentur, nutriuntur & creſcunt, id ab vteri inſita facultate, D E

Cur potior ſeminis portio faceſſat in capitis & cerebri generationem.

Cur caput in corporis ſummo locatum.

Exod. 20. quæſt. 52.

Mola non viuit vt fœtus.

& ſpiritu

A & ſpiritu prolifico ſemini permixto totum habent. Cæterum infans in vtero, vt ante trigeſimum diem conformationem perfectam non adipiſcitur, ſic non ante ſexageſimum mouetur: quod tempus ſæpius etiam mulieres latet, propter motionis exilitatem. Sed iam de anima, à qua vt omnis in corpore functionis, ſic & generationis principium eſt, paucis dicere aggrediamur.

De anima. Cap. XI.

ANima in corpus migrat, ſimulatque id perfectam in vtero membrorum diſtinctionem & conformationem adeptum fuerit: quod maribus fere, ab inſito & informante calore vegetiore, contingit die quadrageſimo: fœmellis vero quadrageſimo quinto, alias citius, alias tardius, pro agentis efficacia, & materiæ ſubiectæ obedientia. Nec tamē infuſa anima ſuis ſtatim elucet functionibus omnibus, quod circumformata inſtrumenta ſolidam conſiſtentiam, niſi multo poſt tempore & ætatis progreſſu, animę miniſteriis, præſertim diuinioribus, neceſſariam non adipiſcantur. Vitiantur vero animæ illa inſtrumenta, vel à prima in vtero conformatione, quemadmodum quibus in turbinem acutum eſt caput, vt Troiani belli temporibus Therſiti, noſtris vero Tribuletio & Tonino: vel poſtea caſu aliquo, vt obſtetricum violenta manu, quæ molli cranio, ſubiectis cerebri ventriculis compreſſionem & anguſtiam in-
B tulerit: lapſu, ictu, errore in victu, vt ebrietate, febre, quæ lethargum, carum, aut phrenitidem inuehant.

Animā non migrare in fœtum niſi poſt typoſin.

Cur anima ſuis functionibus omnibus non ſtatim eluceat in fœtu.

Infuſæ animæ varias ſtatim dotes indidit Deus: hinc aliis datus eſt per ſpiritum ſermo ſapientiæ, aliis ſcientiæ, aliis efficacia ſanationum, aliis poteſtatum, dominatuum & imperiorum, aliis prophetiæ, aliis linguarum, aliis aliarum gratiarum, vt primæ & æternæ Dei viſum eſt prouidentiæ, cui nemo obloqui aut obſiſtere debet. Num enim dicet figmentum ei, qui finxit, cur me finxiſti ad hunc modum? An non habet poteſtatem figulus, vt ex eadem maſſa fingat, aliud quidem vas in honorem, aliud vero in ignominiam? Harum rerum rationes nec mei inſtituti eſt, nec ad quemquam pertinet peruestigare, ſed tantum ſuſpicere cum humilitate. Id vnum dicam, nobilem & ingenuam animam elementaria & caduca negligere: rapi vero in cœleſtium & diuinarum rerum contemplationem, qua non ante libere fruitur, quam ab hac concretione corporea ſecreta fuerit, & ſuæ origini reſtituta.

Paul. 1. Cor. cap. 12.

Eſt igitur anima *Entelechia ſeu perfectio interior, omnium in nobis motionum ſeu functionum naturalium & animalium cauſa prima, & vera hominis forma.* Eſſentiam eius obſcuram, multis deſcriptionibus exprimere conati ſunt Veteres: nam & ſpiritum cœleſtem & eſſentiam ſuperiorem incorpoream, inuiſibilem, immortalem, à ſe ipſa tantum, id eſt, mente & intellectu comprehenſibilem eam dixerunt. Alii nun-
C quam dubitarunt, quin ex vniuerſa mente diuina delibatas animas haberemus, quæ vt viuæ ſunt, ſic corporibus, quibus vniuntur, vitam largiuntur. Anima hæc etſi in totum corpus, ſingulaſque eius particulas corporeæ omnis molis & mixtionis expers fuſa ſit, eſt tamen tota & integra & in ſingulis ſeorſim partibus, vna ſimplex, indiuiſibilis, compoſitionis & concretionis omnis expers, plurimis tamen facultatibus & virtutibus inſtructa, quas per varias edit corporis partes: ſentit enim, imaginatur, iudicat, meminit, intelligit, cupiditates, voluntates, animaleſque omnes motus regit, videt, audit, olfacit, guſtat, tangit, variis omnino corporis membris: ab hiſque tot & tantis viribus, varias ſortitur appellationes. Anima dicitur, quia corpus ex ſe mortuum animat. Spiritus nominatur, quia ſpirat in corporibus. Ratio vero, quia verum à falſo tanquam radius quidam diuinitatis diſcernit. Mens quia præterita cogitat, recolit & meminit. Animus, quia animos inerti præbet corporeæ moli. Senſus denique & intellectus, quia ſenſibilia & intelligibilia comprehendit. Incorporea cum ſit, locum extenſione corporea minime occupat, etſi totum corpus repleat. Simplex vero, quia eſt, nec creſcit, nec minuitur; neque enim in pumilione minor eſt quam in gygante, æque perfecta & magna ſecundum naturam ſuam in infante, quā in viro.

Anima quid.

Animam in toto eſſe corpore, & ſingulis eius partibus.

Animam vnam eſſe ſimplicem & impartibilem.

Forma humana Varia nomina & nominum rationes.

D Sunt vero corporum anima, qua viuunt, informatorum, genera tria: primum imperfectiſſimum omnium, plantarum eſt: alterum eſt brutorum: tertium hominum. Plantæ viuunt per animam vegetantem: bruta per ſenſitiuam: homines per intelligentem. Atque vt ſenſitiua brutorum anima vegetātis viribus omnibus inſtructa eſt, & functionibus fungitur, ſic humana intelligens, inferiorem vires omnes ſub ſe comprehendit, non vlla diuiſione ſecretas, ſed cum ratione & intelligentia in vnam humanam formam & animam, à qua pendent, indiuiſibiliter vnitas. Cæterum quia paulo ante diximus, animę varias in variis corporis partib⁹ eſſe & apparere functiones, his reliquis omiſſis, eas modo perſequemur quæ principes dicuntur.

Corporum animatorū tria genera.

Animam ſuperiorem inferioris Vires omnes in ſe continere.

Quatuor multorum ſententia humanæ animæ numerantur functiones principes, à totidem facultatibus, tandemque ab vna anima prodeuntes: Senſus communis, Imaginatio, Ratiocinatio, & Memoria.

Senſum communem ſeu interiorem, à ſenſuum exteriorum inſtrumentis, ſenſibilium rerum delatus, tanquam ab internuntiis, ſpecies & ſimulachra, vehente per neruorum ductus ſpiritu, excipere putant: nec excipere modo, ſed & cognoſcere, percipere & diſcernere. Non enim oculus, in quo viden-
E di ſenſus eſt exterior, album, nigrum ve cognoſcit: itaque colorum diſcrimina diſcernere nequit, vt nec lingua ſaporum; nec nares odorum, aut auris ſonorum, aut denique manus qualitatum tactilium: Imo ne ſe quidem videre oculus ſentit, aut auris audire, aut nares olfacere, lingua ſapere, manus tangere: hæc enim omnia ſenſus communis opera & munia ſunt. Hic enim cognoſcit, oculum album quid vidiſſe, nigrum, rubrum, hominem, equum, nauem, & ſimile aliud materiale, etiam tum, cum aberit, nec ſe amplius videndum, olfaciendum, audiendum, guſtandum, tangendum ſubiicet. Exteriores enim ſenſus omnes, ipſorumque vniuerſæ functiones in communem ſenſum deſinunt & referuntur, tanquā circuli lineæ à circumferentia in centrum, vt hæc figura demonſtrat.

Senſus communis quid.

Senſus communis functio duplex.

Quo



Quo nomine ſenſus communis ſeu princeps, in quo ſita ſit primaria ſentiendi anima nuncupatur, quod ſenſuum exteriorum tanquam miniſterio & ſatellitio vtatur ad multa & varia cognoſcenda, quorum diſcrimina cernit & diiudicat: ſimplicia tamen, & ſeorſim, ac citra compoſitionem & connexionem, quæ ex eis verum quicquam aut falſum conſtituat, aut vllam argumentationem concludat: id enim ſolius eſt mentis & intelligentiæ ſeu rationis. Hoc namque naturæ fuit conſilium, vt externi ſenſus rerum ſimulachra ſuperficiare tantum, leuiter & obiter exciperent, ſpeculi inſtar, haud in alium finem, quam vt ea mox in ſenſum communem, tanquam in centrum & principem referrent, quæ ipſe tandem intelligenti ſeu ratiocinanti animæ facultati, quam in anteriore cerebro ſitam eſſe Auicenna & Auerroes crediderunt, colligenda traderet. B

Senſus interior cur cõmunis dicatur.

Senſum communem ſimplicia tantum cognoſcere.

Senſum communem ſequitur Phantaſia, ſeu Imaginatio; ſic dicta, quod ab ea rerum imagines & ideæ, Phantaſmata Græcis dicta ſurgant. Hæc nunquam niſi dormientibus quieſcit: quanquam ne his quidem ſemper: ſæpe enim inter dormiendum ipſis ſomnia fingit, earum rerum imagines obiicit, quæ nunquam ſenſibus perceptæ fuerant, quæ rerum natura & vniuerſi ordo non admiſerit. Magna huius animæ facultatis in nobis vis eſt, adeo vt ſæpe corpus totum ſibi obſequens reddat. Sic enim produnt hiſtoriæ, Alexandrum Magnum, Timotheo Muſico bellicum ad citharam canente, continuo è menſa ſurrexiſſe, armaque popoſciſſe: eodem contra concentus ardorem remittente, menſæ ſeſe reddidiſſe & conſediſſe; tanta erat vis imaginationis Muſico immiſſa concentu, quæ victoris terrarum animos ſibi obnoxios reddebat, quorum nempe varia agitatione, nunc ipſum ferocientum velut in prælia truderet, nunc pacatum & remollitum poculis & epulis reſtitueret. Quotus vero quiſque extitit, qui ſuperioribus annis Græculum illum & Mahumetanum Schœnobatem pedibus in pelui compoſitis in fune ſalientem intuitus, oculos à tam horrendo ſpectaculo, cuius gratia venerat, non auerterit, toto corpore & artubus omnibus non contremuerit, metu perculſus, ne ſubita ille ruina ceruices ſibi frangeret. Hoc eodem metu turbati plurimi ex altiſſimo loco ſpectantes, repente præcipites labuntur, periculi imaginatione victi, & vincti ſic, vt viribus propriis fulcire ſe nequeant. Recte igitur & benigne nobiſcum Deus egiſſe videtur, qui ad hanc imaginandi tantam vim, aliam adiunxit, quæ rationis & intelligentiæ dicitur: quæ falſa à veris pericula diſcernens, hominem erigeret, ac ne vanis imaginibus conſternaretur, contineret. C

Imaginatio quid.

Imaginationis vis.

Græculus ſchœnobates

Sub hæc igitur inſurgit, & in opus erumpit Ratio, principum animæ facultatum facile princeps: quæ ſimplicia, & ſeorſum poſita rerum ſimulachra congerit, copulat, componit, & in vnum aceruum confert: vt diuidendo, colligendo, ratiocinando verum à falſo diſcernat & diiudicet. Hæc intelligentiæ & mentis facultas nullo corporis organo obnoxia eſt, libera ipſa & in intima quæque atque abdita incredibili celeritate penetrans: per quam ſcilicet homo conſequentia cernit, principia & cauſas rerum videt, earumque progreſſus, & quaſi anteceſſiones non ignorat, ſimilitudines comparat, rebusq; præſentibus adiungit atque annectit futuras, quid ſequendum aut fugiendum ſit, certo ſtatuens. Hæc eadem animorum motus ferocientes refrænat, linguam præcipitem coercet, admonetque non ante verba oris clauſtris laxanda eſſe, quam multo & diligenti adhibito examine de rebus ipſis, quarum mentio incidit, iudicium & ſententiam tulerit. D

Ratio quid.

Rationis opera.

Rationem, iudiciumque ſequitur Memoria, quæ ſuſcepta è ſenſibus ſimulachra omnia, quæque ratio ſtatuerit, conſeruans, fidelis cuſtos & conſeruatrix cuncta amplectitur & continet, moxque tum propria vi & poteſtate, tum illorum adnixu & impulſu in cerebri corpore inſculpit & conſignat citra vllum materiæ veſtigium: vt cum opus fuerit, tanquam è theſauro & tabellis recondita & inſcripta illa depromere poſſimus: Alioqui quid referret tam multa legere, audire, animaduertere, niſi illa animo concepta cerebri & memoriæ cuſtodia aſſeruare valeremus? Huc profecto vnicum nobis à Deo aduerſus rerum ignorationem & obliuionem datum eſt remedium & ſubſidium: quod etſi per ſe naturaque ſua multum valeat, frequenti tamen & aſſidua excolitur & ſtabilitur meditatione. Hinc ſapientiam memoriæ & experientiæ filiam Veteres prodidere. Huius domicilium in poſteriore, ſeu cerebelli ventriculo plerique eſſe prodiderunt; inſita nempe ſiccitate & ſoliditate apto continendis rerum imaginibus.

Memoria quid.

Sapientia memoriæ & experientiæ filia.

De naturalibus excrementis in genere: deque iis in ſpecie, quæ fœtus in vtero concluſus excludere ſolet. CAP. XII.

Quid excrementum.

Excrementum primæ coctionis.

Triplex ſecundæ coctionis excrementum.

ANtequam qualia & quibus ductibus excrementa fœtus in vtero concluſus excernat, dixero, dicendum in genere arbitror, quæ ſint excrementa, quæ omnibus hominibus ſecundum naturam excerni ſolent. Excrementum id omne dicitur, *quod natura à laudabili & alibili ſucco ſecernere & excernere ſolet.* Eiuſmodi excrementorum plura ſunt genera. Primum primæ eſt coctionis, quæ in ventriculo abſoluitur, quod ab inteſtinis propulſum per anum excluditur. Alterum à iecore manat & triplex eſſe ſolet, vnum bilioſum, quod multa ſui portione in veſicam felleam deponitur, vt illinc in inteſtina exudans, excretricem ipſorum facultatem ſollicitet & irritet ad fæcum excretionem: Alterum eſt ſeroſum, E

quod

A quod cum ſanguine in venas ſubit, vt ipſi pro vehiculo ſit in omnes corporis particulas & capillares venas, nutritionis gratia penetraturo; quo munere poſtquam functum eſt, partim per ſudores exigitur, partim in veſicam renocatum vna cum vrinis excernitur. Tertium eſt melancholicum, quod à liene attractum, poſtquam tenuiore & puriore ſui portione ipſi in alimentum ceſſerit, partim per hæmorrhoidales venas infra expurgatur, partim in ventriculi orificium, ſtimulandæ appeteritiæ ergo deponitur. Vltimum, vltimæ coctionis, quæ in habitu corporis abſoluitur, proprium, partim per tranſpirationem inſenſibiliter exhalat, partim ſudoribus exhauritur, partim etiam manifeſtis & cuique parti propriis canalibus effluit, vt cerebro præ cæteris partibus accidit: id enim genito hoc excrementi genere ſe exonerat per narium, oris, aurium, oculorum, & oſſis palati ductus, per cranii ſuturas. Si quid eiuſmodi excrementorum, vel omnino, vel diutius, quam par eſt, retineatur, retentionis cauſis mederi oportebit diæta & pharmacia Sunt aliæ præterea excrementorum non naturalium ſpecies, de quibus abunde *in tractatu de Peſte* diximus?

Triplex tertia coctionis excrementum.

Vrachi vſus

Infans materna aluo conclusus, vrinam, cum primum partium integram conformationem adeptus eſt, reddere incipit per vmbilici ductum ſeu vrachum. At inſtante partus tempore occluditur vrachus, tumque maſculus per vrethram, fœmella vero per veſicæ ceruicem vrinam deponit. Cum reliquis

B excrementis, ſudoribus nempe & ſeroſis eiuſmodi menſtruæ materiæ ſuperfluitatibus in chorio ſeu allantoide colligitur hæc vrina innatanti fœtui facilius geſtando vtilis. At in enixu, membranas calcitrādo fætus dum diſrumpit, humores eiuſmodi effluunt, quod obſtetricibus iamiam proditur fœtus indicium eſſe ſolet. Etenim ſi vna cum fluentibus illis aquis fœtus prodeat, facilis & fœlix partus eſt: illarum enim humiditate ceruix vteri, genitaleſque omnes partes relaxantur & lubricantur, conantique & exitum tentanti fœtui facilius & citius obſequitur. Contra ſi illis excretis tardet fœtus, difficilis ſequitur partus: in arido enim & ſicco manet infans moxque præ ſiccitate ceruix vteri obſcœnaque omnia contrahuntur, niſi forte artificio ad imitationem naturæ comparato, multo oleo relaxante muliebria obſtetrices in tali caſu inunxerint. Cæterum nihil fæcum per anum fœtus in vtero excernit, niſi forte appetente partu, & ruptis enixu membranis propriiſque conceptaculis: non enim cibum ore capit, quare otioſus eſt illi ventriculus, nec tum chyloſeos vlliuſve coctionis munere fungens. Quo fit, vt ex ipſo nihil in inteſtina deponi poſſit. Nec vero ſemel animaduerti, infantes ſuo & ſtato tempore in lucem editos, qui imperforato eſſent ano, adeo vt reſciſſa ferro membrana, quæ obiecta erat, foramen ipſis moliri neceſſe habuerim. Et certe fætui laudabiliore menſtrui ſanguinis portione in vtero nutrito, qui poſ-

Prodituri iamiam fœtus & facilis partus indicium.

Fœtus prodeuntes ano imperfecto.

C ſunt talia excrementa congeri? Ergo fœtus duo tantum excrementorum genera, quandiu vtero concluſus tenetur, deponere ſolet, ſudorem & vrinam, in quibus ipſe natat, non autem ſeorſim habentur allantoide quadam membrana ſecluſi, vt in hœdis, canibus, ouibus aliiſque brutis cernere eſt, cum in humano genere chorion & allantoides ſeu farciminalis eadem plane membrana ſint.

Mulier ſi marem concepit, alacrior, vegetior, & toto grauiditatis tempore coloratior eſt: ſi vero fœminam, male colorata; quoniam frigidior eſt fœmina mare, mas vero calidior maternum calorem conduplicat, quo fit, vt melius fœta appetat, & ad oblata melius ſe habeat. *Mares moueri incipiunt tertio menſe & dimidio, fœmellæ tardius. Grauidæ ſi marem conceperint, dextras partes ad omne opus validiores habent & promptiores*: quare in pedem dextrum primum progredi incipiunt, in manumque dextram, cum exurgunt, inniruntur lubētius, dextra mamma citius intumeſcit, & ſolidior eſt. *Fœtus mares in dextris magis, fœmina vero in ſiniſtris mouentur.*

Aph. 42. ſe. 5.

Aph. 47 ſe. 5

Quo enixu fœtus in lucem prodeat, deque enixus ſeu conatus illius cauſis.

Cap. XIII.

D QVando ſtatum & definitum partus tempus aduenerit, grandior tum fœtus copioſiori eget alimento: quod cum ipſi abunde ab vmbilico non ſuppetat, magno conatu foras viam affectat: tunc igitur impetu quodam validius mouetur, membranas, quibus continetur, diſrumpit. Tam violentos motus quia vterus ferre nequit, nec diutius membranarum conceptaculis fœtum amplius fulcire, laxatur. Per vteri dehiſcentis oſculum, aerem ſubeuntem dum perſequitur, fœtus in caput pronus fertur, ſicq; tandem naſcitur, & naturæ ordine in lucem prodit, magno tum ſuo propter corpuſculi mollitiem, tum matris propter ceruicis vteri neruoſæ, & oſſium ilium ab oſſe ſacro, quo via fœtui pateat, diuulſionem, dolore: alioqui niſi eiuſmodi oſſa diuellerentur, qui non modo gemelli duo mutuo complexu ſibi cohærentes & coniuncti, ſed vel vnicus fœtus tam anguſto colli vteri ductu prodire & emergere poſſet? Id ita eſſe, non ratio modo, ſed & experientia verum perſuadet. Puerperas enim ſtatim à partu diſſecui, in quibus animaduerti oſſa ilium ab oſſe ſacro digiti interuallo diſtracta, quin etiam pleriſque parientibus, qui me auxilii in tam difficili conatu gratia aduocarant, ſubiecta coccygi manu certo & auribus hauſi, & contactu percepi crepitantium diuulſionis vi oſſium ſtrepitum. Sed & narrarunt mihi hone-

Cur infans in caput naſcatur.

Oſſium ilium a ſacro diuulſio in partu aſtruitur.


E ſtiſſimæ matronæ multæ, ſe aliquot ante partum diebus, eorum iam ſe diſtrahentium fragorem cum dolore percepiſſe. Multis etiam poſt partum diebus, coccygis regio, oſſiſque ſacri (quam Renum regionem nominant) ſic pleriſque dolet, vt natura ſolutam oſſium ilium continuitatem reparare haud valente in reliquum vitæ claudicent: oſſa vero pubis, quod plerique putant, diſtracta nunquam animaduerti. Ferunt naſcentibus in Italia puellis os coccygis abrumpi, quo futuris poſtea matribus via latior & laxior ſit. Sed falſo id iactatur commentum: fractum enim id os, naturæ, vt fieri ſolet, vel ſolius ſponte, ſubſtituto callo repararetur, ex quo poſtea partus difficilior & laborioſior exiſteret.

Italicum commentum.

De ſitu infantis in vtero. CAP. XIV. A

Varia fœtus in vtero collocatio.

INfantis in vtero certa ſitus Ratio notari nequit. Variam enim illam omnino tum in viuis, tum in mortuis mulieribus animaduerti: has quidem ſtatim atq; expiraſſent diſſecando: illas vero qua poteram induſtria & manus dexteritate in enixu iuuando: immiſſa enim in vterum manu fœtum alias in caput, alias in pedes, aliquando in manus, nonnunquam in pedes manuſque ſimul obuerſum obſeruaui, quemadmodum ſubiecta figura demonſtrat.





B

In genua nonnunquam prodenntem, in vnum alias in pedem, alias in dorſum, alias in ventrem, pedibus manibuſque ſurſum elatis, vt præcedens figura docet, comperi. C

Diuaricatis nonnunquam pedibus ſeſe mihi ad egreſſum obtulit, alias vnico brachio protenſo, eratq; talis fœtus Hermaphroditus.

Viſi ſunt mihi aliquando gemelli, quorum vnus in caput ſe offerebat, alter in pedes, vt ſubiecta figura docet.




D

Diſſectis grauidarum mulierum cadaueribus, tenellos adhuc fœtus, quales quadrimi ſunt, animaduerti, figura velut orbiculari ſitos, capite in genua reclinato, geminis manibus ſub genubus, calcibus vero ad nates iunctis. Sancte affirmo, mihi viuum fœtum, diſſecta matre ſtatim atq; expiraſſet, in longum exporrectum, viuentemque adhuc facie in cœlum conuerſa, iunctis velut ad ſupplicandum manibus.

Quod legitimum & naturale, quodq; contra naturam ſit naſcendi tempus. E
CAP. XV.

Homini non eſſe definitũ naſcendi tempus.

OMnibus animantibus certum eſt & definitum concipiendi & pariendi tempus, vni homini nullum fere eſt definitum. Alias enim ſeptimo menſe, alias octauo, alias, quod plurimum fit, nono, alias decimo, nonnunquam etiam incipiente vndecimo humani fœtus prodeunt. Maſurius author eſt, L. Papyrium Prætorem ſecundo hærede lege agente, bonorum poſſeſſionem contra eum dediſſe,
cum

A cum mater partum ſe tredecim menſibus diceret tuliſſe, quooiam nullum certum tempus parieodi ſtatutum videretur. Qui ſexto menſe prodit infans, vitalis eſſe nequit, quod nec toto corpori, nec membris ſua adhuc ſit perfectio & maturitas. Septimo menſe maxime vitalis ratione & experientia deprehenditur. At octimeſtris raro, aut nunquam eſt vitalis. Rationem putant eſſe Aſtronomi, quod Saturnum habeat horoſcopum, cuius frigiditas ac ſiccitas vitæ principiis plurimum contrariæ ſint. Phyſica tamen ratio verior eſt: Siquidem commenti ſunt Phyſici Embryon ſæpe menſe ſeptimo ab vteri conceptaculis egreſſum affectare, ac in id colluctari plurimum, verum conatu excidere, atque interim fatigatum effici imbecillius. Quod ſi nec dum refectis viribus, octauo rurſum eundem petat conatum, oblæſum frequentius intermori. Quanquam vegetæ quædam & validæ mulieres fœtus vitales octauo menſe edere creduntur, vt de Ægyptiis teſtatur Ariſtoteles, de Naxiis Poetæ, de Hiſpanis plerique.

Plin. lib. 7. cap. 5.
Octimeſtris partus cur haud fere vitalis.
Lib. 4. de hiſt. anim. cap. 7.

Id porro in partu mirari ſatis non poſſum, vterum, qui toto grauiditatis tempore ſic obſeratus fuit, vt ne ſpecillum quidem admitteret, niſi forte quando ſuperfœtationis ergo, aut vterinæ expurgationis ad breue tempus dehiſcat, derepente in ipſo partus articulo dehiſcere, adeo vt exitum fœtui præbeat, pauloque poſt ſe contrahere quaſi nunquam hiaſſet.

B Cæterum quia primi partus difficiles & valde laborioſi ſolent eſſe, ſuaſerim primipatis aliquot ante partum diebus, locos ſequentibus vnguentis remollire: *℞. ſpermatis ceti ℥ ij. olei amygdalarum dulcium ℥ iiij. ceræ albæ, & medullæ ceruinæ ℥ iij. axungiæ anſeris & gallinæ, an. ℥ j. terebinthinæ venet. ℥ ij. fiat vnguentum pro femorum, pectinis, perinæi, & locorum ſeu obſcœnarum partium ac genitalium litu.* Non erit inutile, faſciam ex corio canino tenuiſſimo parare, quæ eodem vnguento illita & geſtata, facilius geſtando fœtui vtilis erit. Balnea quoque ex herbarum remollientium decocto parata, relaxandis genitalibus appetente partu valde conducent.

Partus naturalis & facilis. Difficilis.

Partus naturalis & facilis is demum cenſetur, *quo in caput infans prodit, aquarum effluxum ſine mora ſecutus*: difficilior eſt, qui in pedes prodeunte fœtu fit; reliqui omnes difficillimi. Itaque obſtetrices monendæ ſunt, vt quoties neutro commemoratarum partium prodire infantem cognoverint, ſed vel in dorſum, vel in ventrem, vel in pedes manusque ſimul, vel in porrectum brachium, vel quauis alia denique contra naturam forma, ipſum conuertant, & in pedes trahant: cui operi perficiundo ſi ipſæ non ſufficiant, Chirurgum exercitatum accerſant.

De Inſtantis partus ſignis. CAP. XVI.

C

Quomodo collocanda in lecto grauida inſtante partu.

DOlor acrior ſub vmbilico & ad inguina premit, inde ſe ad lumborum vertebras reflectens, tum præcipue, cum ab oſſe ſacro diuelluntur, ilia & coccyx foras diſpellitur, genitalia cum dolore intumeſcunt, febrilis quidam velut horror corpus inuadit, ex naturæ ad excretionem accinctæ conatu facies rubet. His apparentibus, parentur omnia ad partum parturienti neceſſaria. In primis igitur conuenienter & media figura in lecto collocetur, ſic nempe, vt nec ſupina penitus iaceat, nec ſedens, ſed erecto, & non nihil ſublimi dorſo, quo liberior ſit reſpiratio, & eniti validius poſſit. Curuatis vnaque diuaricatis abductiſque à ſe inuicem cruribus eſſe debet; calcibus vero ad nates reductis, elatis præterea aliquantum naribus, ſic vt ad fuſtem lecto in tranſuerſum poſitum adnitatur. Sunt quædam, quæ in ſedili pariunt, ad eam rem affabrefacto: aliæ rectæ & in pedes ſtantes pariunt, manibus tantum in ſpondam lecti aut ſcamnum nixæ.

Cæterum cauendum diligenter eſt, ne fœtam mulierem ante in partus labores conücias, quam imminentis partus commemorata ſigna apparuerint. Irrito enim ſic labore franguntur, vt cum ſerio enitendum eſt, vires illis deficiant. Si omnia in enixu pulchre cedant, naturæ & obſtetrici partus negotium
D totum committendum eſt. Monenda tantum parturiens eſt, vt cum acuti torminum dolores adeunt, ipſa quam validiſſima expreſſione, clauſis, ſi ita videtur, ore & naribus conitatur, obſtetrice interim ſuperne deorſum fœtum protrudente.

Litus effuſarum præcocium in pariendo conatu aquarū defectum ſupplens.

Quod ſi multo ante excretarum aquarum, & reſiccati vteri occaſione partus ſit difficilior & laborioſior, ſequens litus eſt parandus: *℞. butyri recentis ſine ſale in aqua arthemiſia loti ℥ ij. mucaginum ficuum, ſeminis lini, & althea cum aqua ſabina extracta, an. ℥ ß. olei liliorum vnciam vnam, fiat linimentum*, quo obſtetrix frequenter oblinat genitalia

Puluis ad accelerandum partum.

Paretur & qui ſequitur, puluis: *℞. cinnamom. corticis caſsia fiſtula, dictamni, an. ʒ j. ß. ſacchari albi ad pondus omnium, fiat puluis tenuiſsimus*, capiat ſemunciam in vices ſingulas, cum decocto ſeminis lini, aut vini albi, celeriorem enim & faciliorem partum facit.

Aph 35. & 49 ſect 5.

Oblinet etiam obſtetrix manus ſuas ſequenti vnguento, quoties in locos demittendæ erunt, eodemque genitalia inunget: *℞. olei de ſemi. li: ℥ j. ß. olei de caſtor. ℥ ß. galliæ moſchatæ ʒ iij. ladani ʒ j. fiat linimentum.* Sternutamentum autem prouocabitur, immiſſo in nares piperis aut ellebori albi pulueriſati tantillo. Semen lini contuſum cum aqua arthemiſiæ & ſabinæ exhibitum, partum accelerare creditur.

Potio partū accelerans.


E Commendatur ad id ſequens etiam remedium. *℞ corticis caſsiæ fiſtulæ coquaſſata ℥ ij. cicerum rubr. m. ß. bulliant cum vino albo, & aqua ſufficienti, addendo ſub finem ſabinæ ℥ ij. fiat decoctio: In colatura pro doſi adde cinamomi ʒ ß. croci grana vj. fiat potio*: qua ſumpta cieatur ſternutamentum, quo dictum eſt modo, ore & naribus occluſis.

Contingit nonnunquam, vt in lucem prodeat infans portione agninæ membranæ caput velatus, cum præſertim multo, valido, & fœlici enixu matris, genitalibus naturæ robore dilatatis, vna cum effuſis aquis ſeſe protulit, tumque fœlicem fore fœtum ominantur obſtetrices, tanquam cum capitio, vt loquuntur, natum. At ego huic non fœtui modo, ſed & fœtæ fœlicitatem, corporiſque incolumitatem

De ſitu infantis in vtero. CAP. XIV. A

Varia fœtus in vtero collocatio.

INfantis in vtero certa ſitus Ratio notari nequit. Variam enim illam omnino tum in viuis, tum in mortuis mulieribus animaduerti: has quidem ſtatim atq; expiraſſent diſſecando: illas vero qua poteram induſtria & manus dexteritate in enixu iuuando: immiſſa enim in vterum manu fœtum alias in caput, alias in pedes, aliquando in manus, nonnunquam in pedes manuſque ſimul obuerſum obſeruaui, quemadmodum ſubiecta figura demonſtrat.





B

In genua nonnunquam prodeuntem, in vnum alias in pedem, alias in dorſum, alias in ventrem, pedibus manibuſque ſurſum elatis, vt præcedens figura docet, comperi. C

Diuaricatis nonnunquam pedibus ſeſe mihi ad egreſſum obtulit, alias vnico brachio protenſo, eratq; talis fœtus Hermaphroditus.

Viſi ſunt mihi aliquando gemelli, quorum vnus in caput ſe offerebat, alter in pedes, vt ſubiecta figura docet.

D

Diſſectis grauidarum mulierum cadaueribus, tenellos adhuc fœtus, quales quadrimi ſunt, animaduerti, figura velut orbiculari ſitos, capite in genua reclinato, geminis manibus ſub genubus, calcibus vero ad nates iunctis. Sancte affirmo, mihi viuum fœtum, diſſecta matre ſtatim atq; expiraſſet, in longum exporrectum, viuentemque adhuc facie in cœlum conuerſa, iunctis velut ad ſupplicandum manibus.

Quod legitimum & naturale, quodq́; contra naturam ſit naſcendi tempus. CAP. XV. E

Homini non eſſe definitū naſcendi tempus.

OMnibus animantibus certum eſt & definitum concipiendi & pariendi tempus, vni homini nullum fere eſt definitum. Alias enim ſeptimo menſe, alias octauo, alias, quod plurimum fit, nono, alias decimo, nonnunquam etiam incipiente vndecimo humani fœtus prodeunt. Maſſurius author eſt, L. Papyrium Prætorem ſecundo hærede lege agente, bonorum poſſeſſionem contra eum dediſſe,

cum

A cum mater partum ſe tredecim menſibus diceret tuliſſe, quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum videretur. Qui ſexto menſe prodit infans, vitalis eſſe nequit, quod nec toto corpori, nec membris ſua adhuc ſit perfectio & maturitas. Septimo menſe maxime vitalis ratione & experientia deprehenditur. At octimeſtris raro, aut nunquam eſt vitalis. Rationem putant eſſe Aſtronomi, quod Saturnum habeat horoſcopum, cuius frigiditas ac ſiccitas vitæ principiis plurimum contrariæ ſint. Phyſica tamen ratio verior eſt: Siquidem commenti ſunt Phyſici Embryon ſæpe menſe ſeptimo ab vteri conceptaculis egreſſum affectare, ac in id colluctari plurimum, verum conatu excidere, atque interim fatigatum effici imbecillius. Quod ſi nec dum refectis viribus, octauo rurſum eundem petat conatum, oblæſum frequentius intermori. Quanquam vegetæ quædam & validæ mulieres fœtus vitales octauo menſe edere creduntur, vt de Ægyptiis teſtatur Ariſtoteles, de Naxiis Poetæ, de Hiſpanis plerique.

Plin. lib. 7. cap. 5.

Octimeſtris partus cur haud fere vitalis.

Lib. 4. de hiſt. anim. cap. 7.

Id porro in partu mirari ſatis non poſſum, vterum, qui toto grauiditatis tempore ſic obſeratus fuit, vt ne ſpecillum quidem admitteret, niſi forte quando ſuperfœtationis ergo, aut vterinæ expurgationis ad breue tempus dehiſcat, derepente in ipſo partus articulo dehiſcere, adeo vt exitum fœtui præbeat, pauloque poſt ſe contrahere quaſi nunquam hiaſſet.

B Cæterum quia primi partus difficiles & valde laborioſi ſolent eſſe, ſuaſerim primiparis aliquot ante partum diebus, locos ſequentibus vnguentis remollire: *℞. ſpermatis ceti ℥ ij. olei amygdalarum dulcium ℥ iiij. ceræ albæ, & medullæ ceruinæ ℥ iij. axungiæ anſeris & gallinæ, an. ℥ j. terebinthinæ venet. ℥ ij. fiat vnguentum pro femorum, pectinis, perinæi, & locorum ſeu obſcœnarum partium ac genitalium litu.* Non erit inutile, faſciam ex corio canino tenuiſſimo parare, quæ eodem vnguento illita & geſtata, facilius geſtando fœtui vtilis erit. Balnea quoque ex herbarum remollientium decocto parata, relaxandis genitalibus appetente partu valde conducent.

Partus naturalis & facilis is demum cenſetur, *quo in caput infans prodit, aquarum effluxum ſine mora ſecutus*: difficilior eſt, qui in pedes prodeunte fœtu fit; reliqui omnes difficillimi. Itaque obſtetrices monendæ ſunt, vt quoties neutro commemoratarum partium prodire infantem cognouerint, ſed vel in dorſum, vel in ventrem, vel in pedes manuſque ſimul, vel in porrectum brachium, vel quauis alia denique contra naturam forma, ipſum conuertant, & in pedes trahant: cui operi perficiundo ſi ipſæ non ſufficiant, Chirurgum exercitatum accerſant.

Partus naturalis & facilis.

Difficilis.

De Inſtantis partus ſignis. CAP. XVI.

C

Quomodo collocanda in lecto grauida inſtante partu.

DOlor acrior ſub vmbilico & ad inguina premit, inde ſe ad lumborum vertebras reflectens, tum præcipue, cum ab oſſe ſacro diuelluntur, ilia & coccyx foras diſpellitur, genitalia cum dolore intumeſcunt, febrilis quidam velut horror corpus inuadit, ex naturæ ad excretionem accinctæ conatu facies rubet. His apparentibus, parentur omnia ad partum parturienti neceſſaria. In primis igitur conuenienter & media figura in lecto collocetur, ſic nempe, vt nec ſupina penitus iaceat, nec ſedens, ſed erecto, & nonnihil ſublimi dorſo, quo liberior ſit reſpiratio, & eniti validius poſſit. Coruatis vnaque diuaricatis abductiſque à ſe inuicem cruribus eſſe debet; calcibus vero ad nates reductis, elatis præterea aliquantum natibus, ſic vt ad fuſtem lecto in tranſuerſum poſitum adnitatur. Sunt quædam, quæ in ſedili pariunt, ad eam rem affabrefacto: aliæ rectæ & in pedes ſtantes pariunt, manibus tantum in ſpondam lecti aut ſcamnum nixæ.

Cæterum cauendum diligenter eſt, ne fœtam mulierem ante in partus labores conücias, quam imminentis partus commemorata ſigna apparuerint. Irrito enim ſic labore franguntur, vt cum ſerio enitendum eſt, vires illis deficiant. Si omnia in enixu pulchre cedant, naturæ & obſtetrici partus negoD tium totum committendum eſt. Monenda tantum parturiens eſt, vt cum acuti torminum dolores aderunt, ipſa quam validiſſima expreſſione, clauſis, ſi ita videtur, ore & naribus enitatur, obſtetrice interim ſuperne deorſum fœtum protrudente.

Quod ſi multo ante excretarum aquarum, & reſiccati vteri occaſione partus ſit difficilior & laborioſior, ſequens litus eſt parandus: *℞. butyri recentis ſine ſale in aqua arthemiſiæ loti ℥ ij. mucaginum ficuum, ſeminis lini, & althea cum aqua ſabinæ extracta, an. ℥ ß. olei liliorum vnciam vnam, fiat linimentum*, quo obſtetrix frequenter oblinat genitalia.

Litus effuſarum præcocium in pariendo conatu aquarũ defectum ſupplens.

Paretur & qui ſequitur, puluis: *℞. cinnamom. corticis caſsiæ fiſtulæ, dictamni, an. ʒ j. ß. ſacchari albi ad pondus omnium, fiat puluis tenuiſſimus*, capiat ſemunciam in vices ſingulas, cum decocto ſeminis lini, aut vini albi, celeriorem enim & faciliorem partum facit.

Puluis ad accelerandum partum.

Oblinet etiam obſtetrix manus ſuas ſequenti vnguento, quoties in locos demittendæ erunt, eodemque genitalia inunget: *℞. olei de ſemi. lin. ℥ j. ß. olei de caſtor. ℥ ß. galliæ moſchatæ ʒ iij. ladani ʒ j. fiat linimentum.* Sternutamentum autem prouocabitur, immiſſo in nares piperis aut ellebori albi pulueriſati tantillo. Semen lini contuſum cum aqua arthemiſiæ & ſabinæ exhibitum, partum accelerare creditur.

Aph. 35. & 49. ſect. 5.

Potio partũ accelerans.

E Commendatur ad id ſequens etiam remedium. *℞. corticis caſsiæ fiſtulæ coquaſſatæ ℥ ij. cicerum rubr. m. ß. bulliant cum vino albo, & aqua ſufficienti, addendo ſub finem ſabinæ ʒ ij. fiat decoctio: In colatura pro doſi adde cinamomi ʒ ß. croci grana vj. fiat potio*: qua ſumpta cieatur ſternutamentorum, quo dictum eſt modo, ore & naribus occluſis.

Contingit nonnunquam, vt in lucem prodeat infans portione agninæ membranæ caput velatus, cum præſertim multo, valido, & fœlici enixu matris, genitalibus naturæ robore dilatatis, vna cum effuſis aquis ſeſe protulit, tumque fœlicem fore fœtum ominantur obſtetrices, tanquam cum capitio, vt loquuntur, natum. At ego huic non fœtui modo, ſed & fœtæ fœlicitatem, corporiſque incolumitatem

portendi puto, quia facilis partus id indiciom eſt. Nam cum partus difficilis eſt, & laborioſus, ounquam A fœtus ſecum vna eiuſmodi membranam profert, ſed reſtitat illa in viæ & genitalium anguſtiis. Sic enim coluber cum ſenectam exuere vult, per anguſta locorum inferre ſeſe ſoler.

Quæ puerperæ ſtatim a partu exhibenda.

Sratim à partu puerperæ exhibenda ſunt ſucci amygdalarum dulcium ſaccharati & ſioe igne extracti, cochlearia duo vel tria. Sunt, quibus vitelli ouorum cum ſaccharo magis placent, alius magis arridet hypocraticum vinum, aliis carnium conſumptum, aliis gelatina: omnino varia exhiberi poſſunt pro variis, quæ ęgram præmunt, caſibus, & Medici conſiliis, in torminum dolore ſedando, vires fractas prompte recreando, aut nutriendo.

Cauſa torminū a partu.

Puerperis vero mox à partu oboriuntur, tormina, quod tum venæ, natura ad excretionem tota, conuerſa, menſtrualis materiæ ſuppreſſas per nouem menſes reliquias in vterum magna vi eructent; quæ quia craſſæ ſunt, limoſæ & fœculentæ, ſine magno labore, conatu & dolore tum venarum, vnde prodeunt, tum vteri, per quem eunt, prorumpere nequeunt: inde vero ex reſtitantis earum portionis in flatus conuerſione, & aeris ambientis imprudenti admiſſione intumeſcat vterus cum omnibus genitalibus, niſi digerente & remolliente oleo, aluinarumque partium commoda per faſcias deligatione prouiſum fuerit. B

Edito fœtu quid ſtatim agendum. Cap. XVII.

Cur ſecunda citiſſime a partu reuellenda.

Edito fœtu debet obſtetrix ſecundinam blande, quantum fieri poteſt, ſtatim educere: ſin minus, etiam immiſſa in vterum manu reuellere, alias ſi quæ interponatur mora, maior erit in extrahēdo labor, quia à partu vteri orificium ſtatim cootrahitur, & obſeratur. Inde à ſecundina puer expediendus eſt.

Vmbilici pueruli a partu deligatio.

Duplici igitur filo vinciendus eſt pollicis ab abdomine latitudine vmbilicus. Vinculuio arctius non ſit, ne quæ vltra ipſum vmbilici pars eſt, citius, quam par eſt, excidar; nec laxius, ne funeſta hæmorrhagia ſanguis per vaſa vmbilicalia diffluat, & aer frigidus intro in puerum ſubeat. Nexu, vt decet, peracto, reſecandus vmbilicus nouacula peracuta duobus infra oexum digitis. Sectioni imponendus pannus lioteus duplex, in oleo roſaro, aut aroygdalarum dulcium maceratus ad doloris ſedationem: ſic enim paucis poſt diebus, quod infra nexum eſt, vna cum vinculo excidet, conſtricta nempe vena & arteria nutritionis & vitæ beneficio deſtitutum: id vulgo obſtetrices nudo fœtus abdomini incumbere faciunt, vnde dolorifica tormina propter frigiditatem eius, quod calore vitali deſtitutum ſeoſim emoritur. Hoc ipſum igitur linoxylo inuoluere ſatius eſt, donec gangræna correptum deciderit. C

Inconſulte agunt obſtetrices, quæ ſtatim edito fœtu vinctum vmbilicum reſcinduot, non expectata excluſione ſecundinæ.

His peractis, roſaceo vel myrtillorum oleo extergendus & à ſordibus fæculentis vindicandus eſt infans, quæ cuti tenacius adhærent. Sic præterea cutis ſpiracula coarctantur, & corpuſculi habitus roboratur magis. Sunt, qui aqua calida & vino adſtringente infantes abluunt, deinde commemoratis oleis oblinunt. Alii non ſimplici vino abluunt, ſed in eo roſas rubras, folia myrti, addito pauco ſale incoquuor, & inde lotione per ſex aut quinque dies repetita non ſordes modo eluunr, ſed & ſi quid in tenello infantis corpuſculo contuſum à duro enixu colliſumque eſt, digerunt, & carnibus eliſis robur addunt.

Vitia, quæ vulgo recens natis pueris de ineſſe contingunt.

Singuli manus pedumque digiti tractandi præterea ſunt & explicandi, crurum & brachiorum articuli extendendi, & contrahendi pluribus diebus, pluries; vt quod humoris excrementitii in articulis reſidet, id motu concaleſactum & agitatum reſoluatur. Si quod artubus in conformatione aut constructione, ac eum viciois ſocietate vitium ſit, id mature corrigatur. Spectandum, num naturalium ductuū aliquis obiecta membranula, vt nonnunquam fit, obductus ſit: nam ſi quid tale aurium, narium, oris, penis, & vteri orificiis officiat, id à Chirurgo reſcindendum, & immiſſis, inſertisque peſſis aut linamentis meatus libertas retinenda, ne vulneris oræ rurſum agglutinatæ coeant. D

Conformationis vitia mature corrigenda.

Si ſextus adnatus fuerit digitus, ſi digiti ſibi mutuo cohæreant, anſerini pedis inſtar, ſi ligamentalis, quæ ſub lingua eſt, membrana breuior & adſtrictior lactandi facultatem adimat, mox loquendi opportunitatem ademptura: ſi quid denique ſimile contra oaturam occurrat, id omne Chirurgi induſtria emendabitur.

Remedia ad cancroſum os puerile.

Adhæreſcit nonnunquam recens editis puellis colore & conſiſtentia cretaceum aliquod excrementum ad oris internas partes, linguamque totam. Id vitium ab oris intemperie natum, Cancrum album Gallorum vulgus nominat, & lactandi libertatem intercipit, in vlcera mox in fauces vſque gulamque ſerpentia, niſi detergeatur, degenerans, & mortis cauſas pleriſque inferens. Quod ne accidat, medendum ipſi erit deterſione procurata ex linteolo bacillo alligaro, immerſoque in medicamentum mediocris conſiſtentiæ ex oleo amygdalarum dulcium, melle & ſaccharo paratum. Hoc enim blande affricto madefactæ & deterſæ ſordes eluuntur. Prodeſt etiam olei amygdalini cochlear vnum deglutiendum ad aluum lubricandam, ad faucium & tracheæ arteriæ gulæque aſperitates leniendas, diluendam viſcidam pituitam, quæ tuſſim, imo & diſpnoeam ipſis plerumque infert. Si palpebræ cohæreant, vel ſibi mutuo, vel adnatæ aut corneæ tunicæ agglutinatæ: ſi hydrocephalos E in capite ſubſit, commemoratis ante proprio cuiuſque vitii tractatu remediis medebimur. Pleriſque ab vtero ſuccreſcunt maculæ, quas Gallorum vulgus Signa oominat. Ex his aliæ planæ ſunt & cuti æquales, aliæ in tumorem exaltatæ & verrucoſæ, alias villoſæ, oonnunquam læues, atræ, liuidæ, fere tamen rubræ. In facie ortæ ipſam ſæpe totam ſucceſſu temporis magna deformitate occupant, Cauſa nonnullis putatur menſtruæ materiæ portio quædam, vteri parietibus à receoti fluxu adhuc, ſi forte tum cum viro coeat mulier, adhæreſcens, aut quodam velut rore in vterum è venis ſtillans, ſeminibusque eodem, quo coagulantur, articulo, permixta & concorporata, ſuo proinde colore,

fœtus

A fœtus hanc aut illam partem è ſeminali corpore ductam, inficiens. 'Mulieres in picam aut malaciam cauſam referunt, quæ vt fœtui nondum conformato imaginatæ & ardenter concupitæ rei imaginem imprimere poteſt (vt phantaſiæ admirabiles ſunt in corporibus noſtris vires) ita iam conformato non magis poteſt, quam potuit Chypo tegi, à taurorum conſpecto attentius certamine, mox dormienti cornua in fronte excitare. Eiuſmodi macularum aliæ ſunt ſanabiles, aliæ minime, quales ſunt grandiores & quæ labra, nares aut palpebras obſident. Verrucoſæ vero quia malignæ cuiuſdam qualitatis & melancholiæ materiæ ſunt participes, quæ curatione irritantur, tangendæ non ſunt: facile enim in carcinoma (Noli me tangere nomine) irritatæ abeunt. Quæ igitur curabiles ſunt, exiguæ ſunt, & in parte, quæ pro arbitrio tractari poteſt. Ergo radicitus tranſadigentur acu filum ducente, & fili velut anſis in altum ſublatæ reſcindentur, quod reſtabit vulnus, generali vulnerum methodo curabitur. Sunt, qui putant maculas rubras in tuber elatas, elui litu frequenti ſanguinis menſtrualis, aut ſecundinæ ſeu farciminalis. Quæ villoſa talpæ, vel ſoricis in morem, & mediocriter elata, lataque erunt huius generis tubercula, radicitus tribus, quatuorve locis acu filum ducente tranſadigentur, & arcte deligabuntur, ſic vt tandem nutritione & vita deſtitutæ decidant. Poſtquam delapſæ erunt, relictum vlcus curabitur, quo vlcera B ſolent modo.

De luſa Veſtis de Chypo rege hiſtoria. *Quæ ſint inſanabiles.* *Quæ & quo ſanabiles.*

Si quæ caro inde ſuperflua ſuperſit, impoſito ægyptiaco, mercurii puluere & ſimilibus: ſi metus ſit, ne ab radice repullulent, radicitus inuratur oleo de vitriolo, aut aqua forti

Eſt & aliud macularum genus liuidi coloris aut violacei, faciei præſertim labra occupans, cum tumore molli, laxo, raro, indolente, venis in ambitu velut varicoſis: id tumorum genus pueris exclamantibus, & adultis iraſcentibus ſpiritu flatulento intumeſcit amplius, varioque tum viſitur colore, Meleagridum criſtæ æmulo, eiulatu & ira exactis reſidet tumor ſibi iam ſimilis. Cæterum ne his quidem attingendus eſt curationis ergo.

Quæ ſit ratio auellendarum à partu ſecundarum. CAP. XVIII.

SEcundas crediderim id habuiſſe nominis, quia à fœtu ſecundæ ſunt, altero veluti faſce fœtam mulierem grauantes: nam ſi plures ſint in vtero fœtus ſexu diſtincti, totidem ſeorſim habebuntur ſecundæ, quæ res obſtetricibus valde notanda venit. Excluſo fœtu nonnunquam reſtitant in vtero, multis ex cauſis: vt ab infirmitate fœtæ mulieris, quæ in excludendo fœtu vires prope omnes ſuas conſumpſerit: vel à repente exorto in ceruice vteri, genitalibusque omnibus tumore, propter longum & difficilem C partum, & aerem frigidum imprudenter admiſſum: ſic enim viarum libertas intercipitur, adeo vt nihil intus foras prodire poſſit: vel quia in vtero intorquentur & reduplicantur, effuſis affatim vna cum fœtu omnibus aquis, adeo vt in arido & ſicco maneant: vel quia vtero adhuc hærent venarum & arteriarum nexibus, quod fere fit in his, quæ abortiunt. Et quemadmodum poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi auelluntur, ſi matura & cocta, decidunt; ſic ſecundas immaturo partu vix vis aufert, maturo ipſa facile maturitas.

Secundæ cur ita dictæ. *Cauſa reſtitantium ſecundarum.*

A ſecundis retentis multa & difficilia veniunt ſymptomata, vt ſuffocatio hyſterica, & crebra ſyncope elatis in diaphragma cor & cerebrum & ex eis putreſcentibus, craſſis vaporum nebulis: itaque quam citiſſime reuellendæ veniunt ab vtero, molli ſi fieri poteſt, vmbilici tractu. Quod ſi ſic non licet, collocanda erit mulier, quo ſolet locari modo, cum ipſi fœtus, qui naturæ ſponte non prodit, arte extrahendus eſt. Ergo obſtetrix oleo inunctam manum blande in vterum immittet, ducem ſecuta vmbilicum, ſicque comprehenſas ſecundas, ſi adhuc hæreant vtero per cotyledonas, leniter hac & illac concutiet, vt ſic excuſſas leniter educat, non autem violentius extrahat, ne vna ſequens vterus procidat: violenta enim attractione vaſorum aliquod, aliquod item ligamentorum neruoſorum, quibus vicinis D corporibus adhæret vterus, laniari poteſt, vnde ſanguinis è propriis conceptaculis effuſi corruptio, à corrupto & putrente inflammatio, abſceſſus & gangræna mortifera. Nec leuius eſt à conuulſione ruptis neruoſis corporibus periculum, nec item minus ab vteri procidentia manifeſta. Si qui vna cum ſecundis in vtero ſubſint ſanguinei thrombi, hos vna eademque opera obſtetrix reuellet, & ad vltimum minimumque vſque perſequetur. Viſæ ſunt mulieres, quæ ſecundas, quas nulla ars reuellere potuerat, putridas & temperie corruptas, fruſtatim per vuluam multis horrendis ſymptomatibus, ſuperuenientib' excluſerunt. Promouere etiam licet excernentis naturæ conatus ſternutatoriis, ceruicique vteri fotibus aromaticis, iniectionibus remollientibus & lubricantibus: his contra, quæ fœtidum odorem ſpirant, naribus admotis, potione ex arthemiſia & baccis lauri in œnomelite exhibita, aut pulueris ſabinę ſemidragma, vel mulieris capillis vſtis, & in puluiſculum redactis, atque in potum oblatis, omnibus denique menſes mouentibus.

Symptoma à reſtitantibus ſecundis. *Extrahendarum reſtitantium ſecundarum ratio.* *Procidentiæ vteri cauſa.* *A rapto violentius vna cum ſecundis vtero quæ ſymptomata.*

Quæ fœtui per os exhibenda ſint, antequam papilla admoueatur.
CAP. XIX.

E PRodeſt palatum totumque pueri os interius theriaca leniter & melle aut ſucco amygdalarum dulcium ſine igne extracto fricare, & ita agere, vt eiuſmodi rerum deglutiat aliquid: ſic enim multa ab ore proiicitur pituitoſa humiditas, imo & commoto ſtomacho vomitu excluditur. Excrementitiis illis humoribus ſi lac ſuctum admiſceatur, facile corrumpitur: à corrupto lacte elati ad cerebrum vapores, pernicioſa pueris ſymptomata inferunt. Excrementitia autem multa ventriculo puerorum & inteſtinis contineri, ex eo ſcire licet, quod cum primum prodierint in lucem, ſæpe antequam lac ſuxerint, vel aliud quicquam ore deglutiuerint, multa varie colorata, citrina, viridia, nigra, inferne excludunt. Itaque multi ad torminum materias mature vacuandas non tantum commemorata exhibent, ſed & ſy-

Ad proliciendam e ſtomacho pueri pituitam. *In ventriculo pituitoſo lac facile corrumpitur.*

tupum laxatiuum ex roſis pallidis. Cæterum antequam ſerio lactetur infans, proderit lac illi è papilla ſæpius in os exprimere, vt ſic ſenſim conſueſcant attrahendo lacti ventriculi fibræ. A

Quod matres fœtum nutrire debeant. Cap. XX.

Lac maternum familiariſſimum fœtus alimentum.

OPtandum eſſet, vt matres omnes nutricatus officium liberis præſtarent: eſt enim lac maternum fœtui longe familiarius alimentum, quam cuiuſuis alterius nutricis, quia illud nihil aliud eſt, quam ſanguis ille in mammas dealbatus, quo ante in vtero alebatur. Non tamen primis ſtatim à partu diebus puerum puerpera lactare debet, ſed abſolutam expectare lochiorum expurgationem. Interim vero ſugi ſe ab alio pluribuſue alumnis aliis, vel etiam virgine abſtemia patietur, quo lac ſenſim ad mammas attrahatur, & ſenſim quoque depuretur. Primis enim puerperii diebus ex partus labore commotior adhuc eſt, & perturbatis in corpore humoribus: Lac vero, quo ipſius tument mammæ, longa illic mora, à bonitate naturæ deſciuiſſe videri poteſt, quemadmodum ipſius quodammodo concreti craſſitiea, calor ad tactum manifeſtus, citrinuſque color abunde teſtatur. Itaque in eius euacuati locum alter purior ſucceſſiſſe debet, quo infans nutriatur: quinetiam ſi quando poſtea quopiam præter naturam affectu febre, diarrhoea, & ſimili prehendatur, alteri lactandum infantem præbebit, ne nutricis morbi in alumnum tranſeant. Adde, quod matres longe vigilantiores ſunt in liberis ſuis educandis, quam ſtipendiariæ nutrices, quæ non tam fœtum, quam fructum amare ſolent. Quæ matres filios ſuos non nutriunt, hæ integræ matres non ſunt, nec materno plene officio liberos demerentur, vt dicebat Marcus Aurelius Romanorum Imperator. Quod vero hoc eſt contra naturam imperfectum atque dimidiatum matris genus? peperiſſe ac ſtatim à ſeſe abieciſſe? aluiſſe in vtero ſanguine ſuo neſcio quid, quod non videant, non alere nunc ſuo lacte, quod videant iam viuentem? iam hominem? iam matris officia implorantem? B

Nutricum morbi vna cum lacte in alumnū tranſeunt.

Gal. lib. 12. cap. 1.

De Nutricum delectu. Cap. XXI.

PLerique mariti tenellis vxoribus ſuis parcendum eſſe volunt: adhiberique puero nutrices, nec ad dolores, quos in pariendo tulerunt, minus quoque nutricationis graue & difficile accedere: propterea deligenda nutrix eſt, quæ iam ſecundo aut tertio pepererit. Nam mammæ, quæ plenæ olim fuerunt, & impleri conſueuerunt, venas arteriasque habent craſſiores, & copioſioris lactis capaciores. In nutrice decem ſunt, quæ diligenter veniunt expendenda; ætas, habitus corporis, mores, lactis conditio, non mammarum modo, ſed & papillarum forma, tempus à partu, vltimi infantis ſexus, vt grauida non ſit, vt ſana ſit. C

Quæ in nutrice requiruntur.

Aetas nutricis optima.

1 Quod ætatem ſpectat, non debet eſſe minor viginti quinque annis, nec maior triginta quinque: quod enim interiacet tempus, vigoris tempus eſt, temperatum magis, magiſque ſanum, & excrementitiis humoribus minus abundans. Cæterum quia corpus haud iam creſcit, ideo ſanguine tum magis abundat. Poſt trigeſimum quintum vero menſtrua pleriſque deſinunt, ex quo intelligere eſt parciore illas alimento frui.

Habitus nutricis optimus.

Lib. de inf. nutrit.

2 Bene habitam & corpore quadrato nutricem eſſe decet, pectoreque lato, viuido colore, nec pinguem, nec macram, ſed gracilem, haud molli carne, ſed denſa & ſolida, quo robuſtior ſit, & vigiliarum, laborumque circa alumnum obeundorum tolerantiſſima, minime ruffa ſit, aut lentiginoſa, ſed fuſca: tales certe candidis ſunt calidiores, quo fit, vt alimentum in ſanguinem perfectius concoquant, & excrementa digerant melius. Nam Sexti Cueronenſis ſententia, *vt terra fuſca fertilior eſt alba; ſic fuſca mulier lacte eſt pinguiore.* Inſpici debet diligenter caput, ſi non ſit tinæa, ſeu achorib. germinans, ſi rubiginoſis & carioſis non ſit dentibus, anima olida, cute vlceribus fœda, arthritico aut elephantico minime genita.

Qualiter moratam nutricem eſſe debeat.

3 Alacris eſſe debet, diligenſque in puero nitide & munde tenendo, caſta, ſobria, hilaris, alumno aſſidue arridens, circa ipſum aſſidue cantillans, diſtincte & articulate loquatur: hanc enim ſolam habet puer loquendi magiſtram. Bene morata ſit, quia nutricum mores vna cum lacte in natos abeunt. Sic canum catuli, quos lupa aut leæna nutrierint, ferociores erunt: contra leunculi ſæuitiam deponunt, ſi lacte caprillo aut bubulo nutriantur. Agnis ſi capra nutrix adhibeatur, lana videbuntur duriore: contra capreoli, quos ouis educarit, pilo erunt molliore. D

Cur a coitu nutrix abſtinere debet.

Sobria ſit, vel hoc nomine, quod pleræque vino & epulis, graues, quos ſibi & papillis inter dormiendum admouerant, infantulos ſuffocarunt. Abſtineat à concubitu cum viris, conturbat enim ſanguinem coitus, adeoque lac ipſum: lactis copiam minuit, quia menſes ciet, viroſam quandam qualitatē lacti conciliat, qualem ſpirare eos ſentimus, qui veneris deſiderio & fœtida libidine incaleſcunt. Adde, quod inde non raro grauidæ recedunt, vnde & lactanti alumno, & concepto fœtui incommodum: illi quidem deterioris alimenti & deprauatæ nutritionis, quia laudabilior ſanguis ſubſiſtit circum locos à conceptu ad nutritionem & incrementum fœtus, impurior vero faceſſit in mammas, vnde lac impurius gignitur: huic vero paupertatis alimenti, quia quantum accedit alumno, tantum decedit fœtui concepto.

Qualibus mammis nutricem eſſe debeat.

4 Pectore lato eſſe debet, & mammis mediocriter tumentibus, non laxis & pendentibus, ſed mediæ inter molle & durum conſiſtentiæ, tales enim ſanguinem in lac perfectius excoquunt, quia in carne ſolida calor vegetior eſt, & magis coactus. Solidæ denſæque carnis fidem faciet, non ipſe modo contactus, ſed & venarum tumore & liuore manifeſtarum per mammas, tanquam in multiplices riuos deſcriptio: nam in carne laxa latent, quia ſubſident. Quæ mediocri tumore exaltatæ ſunt mammæ, lactis quantum ſatis eſt alendo fœtui, comprehendunt. In durioribus vero & denſioribus, lac velut conſtrictum ſuffocatur. Itaque à ſugente puello non facile elicitur; deinde durioris mammæ occurſu E

naſus

A naſus ei eliditur, quo fit, vt vel faſtidiẽs ſtatim recedat à mamma, vel ſi pergat naſum apprimere, tandem ſimus euadat.

Papillæ vero ſi latent intro contractæ, non facile comprehendi pueri labellis poterunt: itaque 5 ſuctus ei erit laborioſus. Si craſſiores ſint, totum eius os implebunt; itaq; lingua ad ſuctum & deglutionem vti expedire non poterit.

Lactis naturam & conditionem ex quantitate, qualitate, colore, odore & guſtu metimur. Parcius lac præterquam quod alendo fœtui non ſufficit, inſuper laudabile eſſe nequit: intemperiem enim aliquam, vel corporis totius, vel certe mammarum arguit, præſertim vero feruidam & ſiccam: copioſius vero tandem nutricem ſucco exhaurit, & dum totum non conſumitur à puero, concreſcit & coagulatur, corrumpiturque in mammis: quanquam in hanc partem peccare lac malim, redundantiæ enim copiæ remedio eſt effuſio, antequam papillæ alumno admoueantur. Quod conſiſtentia medium eſt inter craſſum & tenue, id demum eſt laudabile: fidem enim facit vegetæ & validæ facultatis lac in mammis gignentis. Ergo eius gutta in politum & mundum vnguem inſtillata, ſi immoto vngue diffluat, aquoſi lactis ſignum eſt. Si depreſſo & commoto hæreat, coagulati & craſſioris. At ſi immoto vngue perſtet immotum, & depreſſo diffluat ſenſim, boni lactis fidem facit. Quod exquiſite album eſt, id demum B eſt optimum: eſt enim lac nihil aliud, quam *ſanguis dealbatus*. Itaq; ſi alio viſatur colore, ſanguinis ex quo fit, vitium arguit: vt ſi fuſcum ſit, ſanguinem arguit melancholicum. Si flauum, biliosi; ſi liuens & pallidum, pituitoſi; ſi ſubrubrum, cruditatis à virtute lac gignente infirma eſt argumentum. Odore debet eſſe ſuaue, blandum & iucundum. Nam ſi velut acrimonia quadam nares feriat, quale fere eſt lac ruffarum mulierum & lentiginoſarum, feruidam & bilioſam naturam arguit: ſi acore, frigidam & melancholicam. Guſtu dulce & velut ſaccharatum eſſe debet; amarum enim, ſalſum, acidum aut ſtipticum vitioſum eſt. Hic ſubit, naturæ prouidentiam admirari, quæ ſanguinem, quo pueri nutriemur, in lac dealbari voluerit. Quod ni ita extitiſſet, quis eſt, qui à tam triſti & horrendo ſpectaculo delibuti cruore rictus puerilis oculos & mentem non aduertiſſet? quæ mater, quæ nutrix non expauiſſet, ſingulis momentis exanimata, metu ſanguinis toties & tanta copia in fœtus alimoniam effuſi? adde quod duobus victus compendiis butyro & caſeo caruiſſemus.

Quæ in lacte expendenda. 6

Conſiſtentia lactis laudabilis.

Cur lac exquiſite album eſſe debeat.

Lac quid ſit.

Cur ruffa aut lentiginoſa bona nutrix eſſe nequeat.

Nec vero niſi quinq; aut ſex à partu exactis diebus puerum mammis lactandum admonere debet, 7 tum propter commemoratas ante rationes, tum quod tantuli temporis quiete ad fractas vires recolligendas C opus habet. Interim curet ſibi à virgunculis abſtemiis lac ſugi, vel ipſa ſibi ſugat factitia papilla, 8 cuius paulo poſt figuram ſubiiciemus.

Ab edito in lucem maſculo nutrix præferenda eſt: Eius enim lac minus excrementoſum eſt, quia melius excoctum, maſculi concepti calore matris calorem conduplicante. Sed & cum ex maſculo grauidæ mulieres melius toto grauiditatis tempore habeant, argumento, quod melius coloratæ ſunt, & ad omnia obeunda alacriores, nemini dubium eſſe poteſt, quin & ſanguis ipſis laudabilior ſit, proindeque lac melius. Oportet præterea nutricem puerũ ſtato & legitimo tempore peperiſſe. Nam ab interna cauſa abortus, arguit latens aliquod in corpore & humoribus ſubeſſe vitium.

Cur nutrix ex maſculi partu præferenda ſit.

Ab abortu nutrix cur non ſit pri-ma.

Quæ nutrix diæta vti debeat, & quo ſitu infantem in cunis collocare.

CAP. XXII.

Diæta nutrici varie præſcribenda eſt in cibo, potu, ſomno, vigilia, exercitio & quiete, pro varia pueri in habitu & temperie natura. Nam ſi, verbi gratia, puer ſanguine omnino feruidiore ſit, diætam in victus ratione & vitæ inſtituto refrigerantem ſequi nutrix debet. In genere cibabitur cibis euchymis, quantitate & qualitate moderatis, in aere verſabitur puro & libero, ſalſis, ſpeciatis & omnibus acribus, vino, præſertim mero, & virorum concubitu abſtinebit, omnes quidem animi perturbatio-D nes, ſed iram maxime vitabit: exercitio vtetur mediocri, ſed brachiorum & partium ſuperiorum potius, quam inferiorum, quo ſanguinis in lac conuertendi maior fiat ad mammas attractio. In cunis ſic infantem collocabit, vt caput reliquo corpore ſit altius: quo ſic excrementitii humores à cerebro, in ſubiectos canales deriuentur & excernantur facilius. Sic vero faſciis inuoluet, vt ceruicis & dorſi, totiuſque ſpinæ æqualis ſit tractus. Quandiu lactatur infans, nec dum cibo veſcitur ſolidiore, in dorſum omnino recumbere ipſum eſt ſatius, quam in alterutrum latus: Eſt enim dorſum tanquam carina in naui, corporis totius baſis & fundamentum, quo propterea facile & tuto quieſcere poteſt infans. At in latus ſi decumbat, periculum eſt, ne coſtarum oſſa mollia adhuc, nec ſatis ſolida, & laxioribus vinculis nexa, ſub reliqui corporis pondere fatiſcant, & obtorqueantur, ſicque gibboſus euadat. Cum vero dentire incipit, & cibo veſci paulo ſolidiore, ſimulque oſſibus & oſſium compagine ſolideſcere, ſenſim conſueſcere debet decubitu nunc in hoc, nunc in illud latus. Denique quo magis ætate & robore creſcet, eo magis & frequentius in latera recumbet, eum vero in locum obuertatur in cunis poſitus, vnde lumen ex oppoſito & directo capere poſſit, alias periculum eſt, ne luſcus fiat. Oculus enim cum natura ſua perlucidus ſit & luminoſus, lumen ſemper quærit, tenebras vero horret, vt o-E mnia ſibi ſimilibus gaudent, contraria auerſantur. Itaque niſi è directo lumen infanti affulſerit, anxie omnem in partem ſe vibrat, oculos caputque contorquet, quo potiri ipſo poſſit. frequens vero vibratorum oculorum illa contorſio in naturam tandem abit, & habitum contrahit. Ita fit, vt vel luſcus euadat infans, ſi in vnam ſolum partem pertinaciter & diu oculos obtorſerit, vel iiſdem tremulis, aſſidue nictantibus, & male ſtabilibus, ſi in multas, varias omneſq; partes circum vicinas. Quæ cauſa eſt, cur à magiſtra experientia edoctæ nutrices, in cunis iacentium capiti, vimineum arcum, pannis velatum ſubtendere ſoleant, quę incertos & vagos puerilium oculorũ motus contineat, ſtabiliat & dirigat.

Iram nutricibus valde officere.

Exercitiũ, quod brachiis obitur, nutrici mo-tum eſſe.

Qualis puerulis in cunis debeat eſſe collocatio.

Qualiter ad lucem obuertendus infans in cunis debeat.

Cur arcum vimineum iacentium in cunis capiti ſubtendatur.

Cur luſca nutrix puerulũ luſcum reddat.

Luſca nutrix puerum niſi tranſuerſim intueri nequit: Inde fit, vt puer, quemadmodum reliquo corpore, ſic & oculo humidus, mollis, & flexibilis, longa & aſſidua conſuetudine habitum ita inſpiciendi facile contrahat, quem poſtea mutare & deponere nequeat. Nam *deteriora, quibus à teneris annis aſſueuimus, pertinaciter hærent; bona facile mutantur in peius.* In luſcorum enim oculis maxime & frequentiſſime agunt muſculi illi duo, qui oculos ad maiorem, aut minorem canthum adducunt. Hi ergo, illive in contorſione illa multo vſu roborati, vt proprii officii exercitatio robur auget, antagoniſtas muſculos facile vincunt, & ſibi obſequi cogunt, atque adeo iiſdem inuitis oculum in hunc aut illum angulum trahunt & connertunt. A

Pueri qui ſcæuolæ euadant.

Sic pueri ſcæuolæ ſeu læui euadunt, dum otio & inertia dextram manum languere ſinunt, agendi autem continuo vſu & exercitio ſiniſtram roborant, & copioſius in ſe alimentum trahere permittunt. Quod ſi viri iam facti membriſq; omnibus conformati, & confirmati, multa cum claudis conſuetudine neſcio quid clauditatis inter ambulandum, vel inuiti & nihil cogitantes mentiri cogimur, adeo vt tandem etiam claudicemus, cur idem in puerulis non continget, quorum laxa molliſque ſubſtantia in omnem habitum fluxa eſt & cerea? Cæterum parentum etiam hæreditario vitio vt claudi & gibboſi, ſic & luſci euadunt pueri.

Quæ ſit ratio parandæ puerulis pulticulæ. Cap. XXIII. B

Tres laudabiles pulticulæ conditiones.
Coquenda in pulticulã farinæ ratio.
Cur farina, quam pulticulam puerilem paratur, ante coqui debeat.
1. de ſanit. tuenda.

ALimentum pueris idoneum eſt pulticula, quia humido egent cibo: itemq; eo, quod craſſitie lacti reſpondeat, neq; coctu & diſtributu ſit difficile. Has tres conditiones habet pulticula, modo paretur ex frumentacea farina, minime illa quidem cruda, ſed cocta. Reponitur in fictili olla noua, quę mox in clibanum immittitur, ibiq; tamdiu relinquitur, quoad panis, qui vna immiſſus fuerit, coctus extrahatur; ſic cocta mions viſcida eſt & cruda. Qui crudam farinam lacti miſcent, coguntur alterutrum ſubire incommodorum, vt craſſam viſcidamq; farinam pueri ingerant, ſi nempe tantummodo pulticula coquatur ignibus in patella, quantum lacti ſatis eſt; vnde obſtructiones in venis meſaraicis, & hepatis venulis in inteſtinis tormina & vermes, atq; calculi in renibus. Vel lac ingerant portione ſua pingui ſeu butyroſa & ſeroſa caſtratum, ſola remanente terreſtri & caſeoſa, ſi tam diu pulticula elixetur, quamdiu farinæ eſt ſatis: tantam enim elixationem lac non requirit, nec certe ferre poteſt, quantum farina. Quibus ex cruda farina vſurpata nihil accidit damni, hi magnas merito gratias naturæ agere debent. Quin & Galenus ſolo nutricio lacte pueros nutriri vult, quandiu id abunde nutrici ſuperent ad nutritionem & incrementum. Multi profecto viſuntur pueri, qui ſolo lacte contenti ſunt, & pulticulam reſpuunt, nec niſi trimeſtres admittunt. C

Ad puerilẽ aluum lauandam cataplaſma.

Si quando ſuppreſſa aluo ſint pueri, parandum illis cataplaſma ex *aloes dragma vna, ellebori albi & nigri ſingulorum granis quindecim omnibus cum felle bubulo, quod ſatis eſt, incorporatis, & ſuper goßipium pulticulæ inſtar extenſis, ad palmæ manus amplitudinem, vmbilico imponendum calide.* Sed & eidem huic cataplaſmati vis etiam ineſt vermium necandorum.


Ad puerorũ tormina.

Contingunt pueris tormina clamoſa, à cruditatibus: his medendum, impoſita ventri lana ſuccida in oleo chamæmelino calente macerata.

Ad papillæ vlcuſcula.

Si quando inciſoriorum dentium acumine grandior iam puer nutricis papillam momorderit, vlcus relinquitur curatu contumax, quod ſubinde & à lactante puero, & veſtimentorum aſtrictu refricetur, curatur fotu aquæ aluminoſæ impoſito mox operculo plumbeo, galeri inſtar, facto, multis in ſummo foraminibus peruio, quibus tum lac, tum collecta vlceris ſanies exudare poſſit, nam & plumbum vlceribus ipſum per ſe remedio eſt.

Operculi plumbei nutricis papillæ vlceratæ imponendi figura.



Quot & quibus modis eiulantes infantes placentur.
Agitatio rapidior quãtum infanti noceat.
Clamor moderatus puerulo quid conferat.
Immoderatus quid noceat.

Quatuor modis licet eiulantes pueros placare, nempe exhibita papilla, agitatione in cunis, cantu, & linteaminum, quibus inuoluitur, mutatione. Haud vehementius agitandi in cunis ſunt, ne lac ſuctum violentiore motu corrumpatur, quare neque quauis alia ratione vehementius aut rapidius concutiendi. Non admodum clamore prohibendi ſunt: Sic enim pectus & pulmones dilatantur amplius, calor natiuus vegetior fit, cerebrum, nares, oculi, & os fuſis lachrymis & pituita expurgantur, non tamen diutius illos, aut contentioſius clamare permittendum, enteroceles aut epiploceles rupto aut laxato peritonæi proceſſu metu. D

E

De Ablactandis pueris. Cap. XXIV.

Quando ablactandi pueri.

ABlactantur nonnulli menſe decimo octauo, alii vigeſimo: fere omnes ſecundo anno, tũ enim dentibus inſtructi ſunt, quorum pręſentia videtur natura ſolidius quoddam lacte & pulticula alimentum poſcere, quo etiam delectantur, oblatoque veſcuntur auidius. Itaque ablactationis certus non eſt termi-

A terminus, nec omnino alius, quam exertorum dentium; latentes autem in gingiuarum velut vagina dentes aliis citius, aliis tardius exeruntur: non enim alium in finem, quam ad mandendum à natura proferuntur, ante proruptos dentes ſi ablactantur pueri, & ſolidiore cibo nutriantur, multis à cruditate morbis obnoxii ſunt, Auicennæ ſententia: quia infirmus adhuc ipſorum ventriculus ea caret ciborum, quę in ore fit mandendo, præparatione: qua ne viri quidem citra noxam carere poſſunt. Duobus annis exactis, & dentibus proruptis, ſi vehementius appetat puer ſolidiores cibos, & concupiris cum voluptate & fructu veſcatur, tuto illum iam ablactare poſſumus; credere enim par eſt, non illi fruſtra hãc ſuggeri naturæ inſtinctu ſolidiorum ciborum appetentiam. Sine hac, ne ſi cætera quidem adſint, id eſt, dentes, & anni, ablactandus venit. Nam quæ ſine appetentia ingeruntur, nequaquam proficere ne viris quidem poſſunt. Iam ſi imbecillis ſit & tenui ac varia valetudine, ablactari non debet. At cum tandem ablactando opportunum aderit tempus, nutrix haud tam frequenter illum ad papillam admittet, quo ſenſim deſueſcat, tandem amaris oblinetur papilla, vt aloe, aqua infuſionis colocynthidis, aut abſynthii, ſynapi, fuligine in aqua diluta & ſimilibus. Cæterum qui pueri capite & toto corpore ſcabioſi ſunt, qui multam ore & naribus pituitam fundunt, qui aluo abunde deiiciunt, ſani & validi futuri ſunt.

Cur niſi proruptis dentibus puer haud ablactandus.

Quo ablactandi puero.

Qui validi & ſani pueruli.

B Sic enim demum excrementitiis humoribus repurgãtur: qui contra ſons nitent; multorum in corpore morborum materias congerunt, qui ætatis ſucceſſu ſe prodent. Certe eiuſmodi materiarum in dorſi ſpinam delapſu multi repente gibbuſi aut obſtipi aut repandi facti ſunt.

Repentinæ gibboſitatis frequens cauſa.

Quibus ſignis cognoſcere liceat, viuatne, an mortuus ſit, qui in vtero latet, infans.

CAP. XXV.

SI nec Medici impoſita manus, nec mater moueri fœtum percipiat: ſi aquæ effluxerint, ſi ſecundinæ prodierint, mortuum eſſe fœtum, qui vtero cõcluditur, pronuntiare licet; eſt enim hoc poſtremum, certiſſimum huius rei ſignum. Nam cum fœtus in vtero non ſpiret, niſi per arteriam vmbilicalem, excepto per arteriarum vteri cotyledonas ſpiritu, efficitur neceſſario ſecundina ab infante diuulſa nullum deinceps aerem, ſpiritum nullum ad infantem commeare. Quare quoties ante excluſum fœtum ſecundina excluſa fuerit, ſcire licet, mortuũ ipſum in vtero eſſe. Fœtus mortuus matri ponderoſior eſt, quam idem ante viuus eſſet, quia ſpiritibus & facultatibus, quibus ante regebatur, non ſuſtinetur amplius.

Certiſſimũ fœtus in vtero mortui ſignum.

C Sic cernimus, mortuos homines, itemque ieiunos ſe ipſis viuis, & moderate cibatis, eſſe ponderoſiores. Cum in hanc aut illam partem conuertitur fœta, vna & fœtus velut immobile quoddam ſaxum prouoluitur: Acuti dolores ad vmbilicum & genitalia excruciant matrem, cum meiendi & egerendi perpetuo deſiderio: quod in eius, quod moleſtum & mortuum eſt, excretionem natura tota ſit. Quicquid enim viuum eſt, quantum poteſt, procul à ſe id, quod mortuum eſt, amandat, quia illud ab hoc toto differt genere. At ſimilitudo, ſi quid aliud, res conciliat & coniungit. Tactu frigida genitalia ſentiuntur, frigoriſque ſenſum percipere ſe in vtero mater queritur, propter extinctum fœtus calorem, quo ante fœtę calor conduplicabatur: fœtida multa ab vtero manant, imo & matri fœtet anima: crebra ſyncope corripitur: quæ omnia feræ ſub ſecundum aut tertium à mortuo fœtu diem contingunt. Nam citius multo in vtero materno mortuus infans corrumpitur, quam in libero & perflato aere, quod Galeni ſententia omnia calida & humida calido pariter & humido loco concluſa, ſi præſertim afflatu aeris loci vel denſitate vel anguſtia careant, prompte putreſcant. Ergo ab elatis ſurſum ad cor & cerebrum à cadauere vaporibus, talia manare ſymptomata probabile eſt; facies plane à ſeipſa mutata deſciuit, liuida, horrida, mammæ flacceſcunt, venter fit ſolito tumidior & durior. In omnibus ſiquidem putreſcentibus calor natiuus euaneſcit, in eiuſque locum ſubito alter, qui præter naturam eſt, ſuccedit: huius actione

Fœtus in aluo mortuus cur matri ponderoſior.

Viuum eſſe mortui impatiens.

Li. de tumor.

Cur fœta mortuo fœtu aluo ſit tumidiore.

D putridi & liquati humores mox in vapores & flatus conuertuntur, vapores illi quia plus occupant repletque ſpatii (ſic enim aiunt phyſici ex vna parte aquæ fieri decem aeris) ideo corpus putridum in maiorem molem attollunt. Id animaduertere licet in corporibus, quæ gangrænam concipiunt. Nam & multos acres vapores de ſeipſa effundere, & nihilominus intumeſcere intuemur. His ſignis cum primũ cognouerit fœtum mortuum Chirurgus, hoc curabit, vt matri quam celerrime conſulat. Ac ſi quidem nihil Medici potionibus, baineis, ſuffitibus, ſternutatoriis, vomitoriis, litubus expellendo fœtui dicatis profecerint, ad ſequens opus ſe accinget, ante tamen vires fœtæ æſtimabit. Nam ſi ipſas ex pulſu paruo & debili, exſpiratione parua & rara adeoque frigida, ex facie plane à ſeipſa mutata & cadauerosa, ex frigidis ſudoribus, ex gelidis extremitatibus, deiectas eſſe ſuſpicatus fuerit, abſtinebit ab opere, imminentem mortem prædixiſſe contentus. Si contra vires validæ adhuc ſubſint, confidenter & induſtrie, qua ſequitur arte, matrem mortis periculis expediet.

Deiectarum fœtæ virium ſigna.

De fœtus, tum viui, tum mortui chirurgica ab vtero extractione.

CAP. XXVI.

E PRima cura eſſe debet de aere cubiculi temperando, & ad mediocritatem quandam, ne frigidior aut feruidior ſit, reuocando. Inde opportuno ſitu collocanda ægra: nempe in ſponda lecti extrema, trãſuerſim, naribus, ſubiecto puluinari ſolido, elatioribus, media figura ita cõponenda eſt, vt nec plane ſupina ſit, nec omnino inſidens & erecta. Sic n. molliter quieſcet, & ſpiritũ facile ducet, nec tenſa erũt vteri ligamẽta, vt reſupinatæ tenderẽtur, calces ad nates ſubadducendi ſunt, illicq; faſciis linteis & latis omninoque mollibus reuinciendi. Faſcia primum ceruicib. aptabitur, inde per clauiculas decuſſatim ad ſingulos

Quo ſitu collocanda fœta, cui fœtum mortuum eſt extrahẽdum.

Qualiter deliganda.

ſingulos pedes adducetur, illicque iterum decuſſabitur, & circum crura femoraq; dioaricata obuoluetur, tandemque ad ceruices, vnde primuo manauit, referetur, adeoq; ibidem firmiter nectetur, vt ægra ſe commouere nequeat, quo plane modo in calculo à veſica extrahendo diximus. Cæterum oe vel tandem defatigetur, vel dum extrahitur fœtus, attrahentis Chirurgi manum corpus fœtæ ſequens attractionis vim diſſoluat, hoc curabit Chirurgus, vt mulier pedum plantis ſpondæ lecti innitatur validiſque miniſtris hinc inde cruribus & humeris cootineatur. Inde oe aer in vterum ſubeat, & opus honeſtius peragatur, calido & duplici linteamine pudenda eius & femora velabuntur. Tum vero Chirurgus vnguibus reſectis, & annulis, ſi qui digitos cingerent, extractis, nudatis & liberis brachiis manibuſque multo oleo perunctis, molliter vuluæ alas diducet, & in oſtium vteri, multo ante vnguine illitum & lubricatum, leni & blando motu ſenſim manum inferet, pertentabitque ac diſquiret pueri ſitum ac formam, ſolusne, an eum alio geminus, vel cum mola ſit. Dato igitur, quod naturaliter in caput pronus ſe ad vteri oſtium offerat, molliter ſurſum verſus repellendus & circumuoluendus erit, veſtigatoſque pedes ad vteri oſtium adducere oportebit, atque alterutrum foras proferre, & ſupra calcem nodo laxo iniecta latiuſcula inſtita & ſimili, qua mulieres capillos redimere ſoleot, viocire: ſic vinctum pedem in vterum reſtituere, mox ſimiliter veſtigatum alterum, ab vtero proferre, tumque eum, qui vioctus eſt, vioculo reuocare, ambobuſque iunctis ſenſim & blande ab vtero fœtum extrahere. Chirurgi conatus iuuabuor miniſtri compreſſo matris abdomine, mater vero aobelitum comprimendo, & ore naribuſque occluſis, quam magna vi poterit ad diaphragma exprimendo, quo validior fiat excretio. Ideo autem velim vinctum pedem io vterum retrudi, ne ſi in vteri oſtio ſtet, manui Chirurgi io vterum ad alterum veſtigandum & proferendum immittendæ, tanquam obex officiat.

Qualiter ſe ad extrahẽdo fœtum opus accingere Chirurgum debeat.

Qualiter fœtus mortuus in vtero ſit obuertendus & deligandus.

A

B

Cæterum ſi geminus ſit in vtero fœtus, caueat Chirurgus, ne vnius pede prolato alterius fœtus pedem prolatum ipſi diſparem coniungat, ſic enim trahendo nihil proficeret, & mater plurimum læderetur: non falletur autem, ſi vinculum ſecutus recta ad pedem vinctum intro feratur, indeq; tentando ad eiuſdem fœtus, cuius pes vinctus eſt, inguina perueniat. Inde enim in oppoſitum & ſocium femur, tandemq; in crus & pedem, qui ſæpe ad dorſum, ſæpe ad ceruices teuolutus latet, certo dedocetur. Sic vt dictum eſt, trahendo cum ilibus tenus puerum foras produxerit ibi ſubſiſtet, oeq; eoim æquum eſt brachiis ſecundum laterum loogitudinem expanſis reliquum opus traheodo perſequi. Alterutro ergo ex his ſie, vt dictum eſt, expanſo, alterum ſurſum ſecundum colli loogitudinem ſupra caput protrudatur, alias vteri orificium craſſo illo corporis trunco liberatum, mox vbi trahendo ad ceruices ventum erit, conſtringet ſeſe, naturæ, vnionem vnice appetentis, ſponte, ſicq; ſtrangulabitur fœtus eliſo gutture, inde niſi voco ſub mentum, io os, aut oculorum orbitam iniecto, non extrahendus. Quod ſi, quod non raro contingit, in manus ſe proferat infans, non proinde tamen ſibi extractionis exordium inde ſumendum Chirurgus putabit, quantumuis partes illæ in conſpectum ſe dent, & facilem educandi fœtus anſam oſtentare videantur: ſic enim capite & ſcapulis reduplicatus prodire oeceſſe haberet: quod nec teotatum ſuccedit, nec ſine ſumma matris pernicie tentari poteſt. Vocatus ego aliquando ad infantis eductionem, qoem obſtetrices brachio ſe oſtentante extrahere cum tentaſſent, gangrænæ, adeoque mortis cauſam intulerant, indicaui, è veſtigio retrudendum eſſe in vterum, quod ſe oſteotabat, brachiũ, & aliter fœtum obuertendum. Sed cum retrudi noo poſſet propter tum genitalium matris, tum brachii fœtus tumorem ingentem, reſcindeodum è veſtigio putaui ſectis nouacula muſculis omnibus proxime humerum, ante tamen ſurſum, quam maxime fieri potuit, carne reducta, vt forcipe dehine excisorio amputato oſſe caro relabens, & amputati oſſis teſtulis ſe opponens, impediret, ne cootactus ſui aſperitate matris genitalia vulneraret: quibus peractis tentando & veſtigando in pedes obuertendum eſſe infantem, & qua ante expoſuimus arte, extrahendum curaui. Quod ſi tantus eius tumor ſit vel natura, vel ex eueotu, nempe putredinis, quæ ipſi mortuo ſuperuenerit, occaſione, vt ad Chirurgi arbitriũ obuerti nequeat, neq; qua ſe parte obtulerit, extrahi, minuendus tumor indeque extrahendus. Id vna eademq; opera ſic fiet. Ad vteri, exempli gratia, dilatatum & hians orificiom, quod noſtrates obſtetrices Coronameotum appellant, ſe oſtentet, ſed capite omnino, quam par eſt, craſſiore & flatoſo, eoq; morbi genere deformato, quod Mucrophiſocephalos Græcis dicitur, vncinum Chirurgus ſub mento, vel in os, vel in orbitam oculorum, vel quod citius & expeditius eſt, in occiput defiget. Sic enim aperto cranio concluſo flatui exitum aperiet, & detumeſcente ac ſubſidente capitis tumore, ſenſim infantem trahet, non autem confertim, oe diſrumpatur, quod vncino arreptum eſt. Vocioorum figura eſt eiuſmodi.

Ad cauendũ fœtus, qui extrahitur ſtrangulatum cautio. Cur in manum non extrahendus fœtus mortuus.

Hiſtoria.

Ad flatus, quibus tumet mortuus fœtus, minuendos.


C

D

E

Vncin-

A *Vncinorum extrahendo fœtui mortuo idoneorum, itemq́; cultelli curui reſcindendo puerili in vtero abdomini idonei deformationes.*




B

Quod ſi torax ſimili tumoris vitio laboret, vncinos in clauiculas defiget. Si venter hydrope vel tympanite teneatur, vncinum vel in notis coſtis, id eſt, intercoſtalibus muſculis, vel, ſi præſertim in pe-
C des deſcendat, ad oſſa, quæ ſunt ſupra pubem infiget, vel cultello incuruo, hic appicto, leui manu in vterum demiſſo exciſionem in abdomine puerili molietur, per vulnus interanea omnia amolietur, ſic enim exenterato aquæ vna effluent. Sed horum omnium nihil aggredietur Chirurgus, niſi fœtu mortuo, & fœta in tantum tamque præſens vitæ periculum adducta, vt euadendi ſpes alia nulla ſit.

Quod ſi quo caſu contingat, vt reſectis ſigillatim reliquis fœtus membris, ſolum caput in vtero reſtet, quod nos aliquando inuiti & dolentes vidimus, tum ſiniſtra manus oleo liliorum vel butyro recenti illita in vterum demittenda eſt, tentandoque, os inſertis in ipſum digitis veſtigandum: tum dextra, ſecundum ſiniſtræ manus ductum, vncinus ſenſim & quaſi furtim ſubmittendus eſt, in osque aut oculum, aut ſub mentum defigendus, ac vbi bene firmatus fuerit, paulatim caput extrahendum. Vncini luco licebit vti depictis infra inſtrumentis, quæ ego ex Franciſci Dalechampii Chirurgia huc intuli. Sunt enim eiuſmodi, vt corpus ſphæricum & globoſum ſuis ramalibus, tanquam digitis, facile comprehendere poſſint. *Qua arte quod ſolum fœtus in vtero reſtat caput extrahendum ſit.*

Pedes gryphii, inſtrumenta nempe comprehendendo infantis capiti, ſi quando ſolum in vtero remanſerit, idonea.

D



E

Cæterum

Cur ſolum caput difficilius ex vtero reuellatur.

Cæterum non admodum facile eſt, caput, cum ſolum remanſit in vtero, comprehendere & auellere. A Nam lubrica rotunditare ſua inſtabile huc illuc dilabitur & fluctuat: niſi forte ventris ſuperne & ad latera facta compreſſio ipſum coerceat, & coercitum his inſtrumentis comprehendendum præbeat.

Quæ cura mulieri, ſtatim atq; pepererit, ſit adhibenda.

CAP. XXVII.

Frigus inimicum puerperis.

Ab admiſſo frigore quæ puerperæ veniant ſymptomata.

Secunda ab vtero adhuc calẽtes puerperæ hypogaſtrio imponenda.

Vnguenta ad puerperæ hypogaſtriũ, ne corrugetur.

Gaulterina tela vulgo dicta.

MVlieri puerperæ, cui præſertim vi extractus & exectus eſt infans, nihil tam eſt inimicum, quam frigus, quare in totum & omni ſtudio à frigore tuenda & munienda eſt. Nam poſt partum inanis & vacua aerem omnia ſubeuntem facile admittit, hinc frigeſcit, diſtenditur & intumeſcit vterus, vaſorum ipſius orificia occluduntur, vnde lochiorum ſuppreſſio. Hinc vero grauia multą ſymptomata, nempe hyſterica ſuffocatio, tormina, dolorifica, febres, & alia ſæpe funeſta. Id incommodum quæ vitare volet, femora decuſſata tenebit, ſic enim præterea, quæ diuulſa fuere, coeunt & coniunguntur arctius. Conſtringetur hypogaſtrium faſcia mediocriter lata, quæ ab vtero aerem frigidum arceat, & ſanguinem rota ipſius ſubſtantia concluſum exprimat. Tum igitur puerperæ expreſſum capi exhibendum, B vel incluſum cum croco & ducis dicto puluiſculo, vel panis toſtus in vino aromatite intinctus ad vires reſtaurandas & prohibẽda tormina. Extracta ſecundina & adhuc ab vtero calens vteri regioni, hyeme præſertim imponenda, æſtate vero veruecis recenter iugulati & excoriati pellis ventri toti ac lumborũ regioni. Obſerato diligenter conopæo, feneſtriſque omnibus cubiculi, & ianuis, ne qua aer frigidus ſubire queat, quieti tradatur. Impoſita pellis veruecina poſt quinque vel ſex horas eximatur, & ſequenti vnguento hypogaſtrium vngatur. ℞. *ſpermatis ceti.* ℥ ij. *oleor amygdal. dulcium & hyperic, an.* ℥ j. ß. *ſepi hircini.* ℥. j. *olei myrtillor.* ℥ j. *ceræ nouæ quantum ſufficit, fiat vnguentum*, quo vngatur bis in die. Vmbilico imponatur emplaſtrum de galbano, quod medium zibethæ aut moſchi granis aliquot delibutum ſit, ſic tamen ne ad nates odor ille perueniat. Toti ventri imponatur ſequens tela Gualterina: ℞. *ceræ nouæ.* ℥ iiij. *ſpermatis ceti.* ℥ j. ß. *terebinth. venetæ in aqua roſar. lota.* ℥ ij. *oleor amygdal. dulcium & hypericonis an.* ℥ j. *oleor maſtichini & myrtini an.* ℥ ß. *axungiæ cerui.* ℥ j. ß. *liqueſiant ſimul, auferendo ab igne, immerge telam canabinam ad ventris, cui applicanda erit, magnitudinem.* Hæc remedia, ne corrugetur ventris externa regio, prohibent.

Sed inter omnia excellit ſequens remedium: ℞. *limacum rub.* ℔. j. *florum anthos quart.* iij. *conciſa omnia conijciantur in vas figulinum plumbo oblitum, & fideliter obſeratum, demergatur in fimum equinum, ibique ſit per quadraginta dies: Inde totum id exprimatur, expreſſusq; liquor in ampulla vitrea bene obturata aſſeruetur, &* C *per triduum aut quatriduum ſoli exponatur*, illinatur puerperæ venter.

Puluiſculus ad tormina.

Torminibus ſi excrucietur inſigniter, exhibebitur illi ſequens puluiſculus. ℞. *aniſi conditi.* ℥ ij. *vncis moſch. cornu cerui vſti an.* ℥ j. ß. *nucleorum dactyl.* ℥ iij. *ligni aloes & cinamomi an.* ℥ ij. *fiat puluis ſubtiliſsimus*; capiat. ℥ j. cum vino albo calido. Vel; ℞. *rad. conſolidæ maior.* ℥ j. ß. *nucleorum perſicorum, nucis moſch. an.* ℈ ij. *carab.* ℈ ß. *ambra griſ. gra.* iiij. *fiat puluis*; capiat ℥ j. cum vino albo, vel ſi febricitet cum capi decocto.

Applicabuntur genitalibus, ventri & renibus marſupia calida ex auena & milio, frixis in ſartagine cum vini albi tantillo.

Ad laniatũ ab enixu & partu perinæum.

Quod ſi extractionis ab vtero violentia, quod contingere poſſe, Veteres prodiderunt, matris genitalia laniata ſint, adeo vt duo ani & vuluæ foramina in vnum coierint, tum perinæi, quod laniatũ eſt, ſutura ſarciendum venit, vulnuſq; de cætero arte tractandum. Is caſus matri, etiam in poſterum infœlix eſſe ſolet, nam ipſi parturienti, genitalia, quod fœtus ſit ſatis ad exitum, pateſcere & diduci nequeunt, propter obductam cicatricem. Itaque neceſſe habet Chirurgus eius primam oram nouacula diuidere, tum totam dilaniare, alias nunquam paritura eſt mulier, quantumuis parturiat & enitatur. Id curationis genus in duabus Lutecianis mulieribus vſurpatum à me memini. D

Quæ cura puerperæ mammis adhibenda ſit. CAP. XXVIII.

Ad lac a mammis deorſum per lochia deturbandum.


Cucurbitula quæ vi & quibus vim lac e mammis reuellãt inguinibus & ſupra vmbilicum affixa.

SI lac maiore ad mammas impetu & copia affluat, & nutricatus officio puerpera fungi nolit, inungendæ ipſæ ſunt litu ſequenti, ad ipſum repellendum & per vterum deturbandum. ℞. *olei roſ. & myrtini, an.* ℥ iij. *aceti roſ.* ℥ j. *incorporentur ſimul, & quater in die illinantur mammæ*, moxque à litu aſpergantur puluere myrtillorum, poſtea imponatur emplaſtrum ſequens. ℞. *puluer. maſtichini, nucis moſc. an.* ℥ ij. *nucis cupreſsi* ℥ iij. *myrt, balauſt. an.* ℥ j. ß. *ireos florentiæ.* ℥ ß. *olei myrtini.* ℥ iij. *terebinth. venetæ.* ℥ ij. *ceræ nouæ quantum ſufficit, fiat emplaſtrum molle.* Creditur in berula, creſſone, & buxi foliis in vrina & aceto elixis, efficaciſſimum eſſe ad lac è mammis fugandum præſidium. Alii lutum accipiunt, quod in fundo vaſculi eorum, qui gladios acuunt, ſubſidet, cum oleo roſato miſcent, & tepidum mammis imponunt: ſedare dolorem, compeſcere inflammationem, breuique lac è mammis depellere creditur. Idem præſtare perhibetur hederæ terreſtris, vincæ peruincæ, ſaluiæ, roſar. rub. & aluminis rochæ decoctum in oxycrato paratum, & fotus forma vſurpatum: Eaſdem vires habent fæx vini rubelli cum aceto mammis impoſita: aqua deſtillata ex ſtrobilis immaturis & impoſita, inſuccatis ex ea linteis pannis: vel cicuta cum cu- E curbitæ foliis recentibus trita & admota. Vſu probatum eſt, quod ſequitur, remedium. Saluiæ, apii, rutæ, chærefolii folia minutim conciſa cum oxyrrhodino incorporant, & conflatum inde medicamentum mammis tepidum imponunt, ter in die, priore abiecto, aliud ſimile ſubſtituunt. Interim cucurbitulæ internæ femorum & inguinum parti ſupraque vmbilicum affigentur. His enim vis ineſt lactis è mammis in vterum reuocandi & attrahendi per venas, quibus vterus cum mammis communicat. Sed & puerpera ſibi vel virgines, vel catulo[illegible]moue bit, qui lac tenacius mãmis, impactũ ſuctu exhaurient;

lin

A in quorum inopia hoc commenti ſumus inſtrumentum vitreum, cuius oſculo ampliore papillæ affixo, altero anguſtiore & fiſtulato ori indito, poterit ipſa ſibi ſugendo lactantis officium præſtare.

Guttuli, & tanquam factitiæ ex vitro papillæ deformatio.



B

Eius factitiæ papillæ loco, ampulla vitrea ante calefacta & oſculo ſuo mammæ affixa, calore & fuga vacui lac foras in fundum ſuum quodam velut ſuctu pellicit: expurgatis, vt decet, lochiis, quod fere fit viginti à partu dierum ſpatio.

Quod dierũ ſpatio lochia expurgentur.

Si puerpera neque febricitet, neque alio quouis ſymptomate prohibeatur, in balneum deſcender, paratum ex decocto maioranæ, menthæ, ſaluiæ, roriſmarini, arthemiſiæ, agrimoniæ, pulegii, florũ chamæmeli, meliloti & anethi, in aqua fluuiatili aut fontana puriſſima. Sequenti die ſimile aliud balneum parabitur, cui addentur ſequentia: *℞. far. fabarum & auenæ an. ℔ iij. farinæ orobi, lupinorum & gland. an ℔ j. aluminis rochæ ℥ iiij. ſalis comm. ℔ ij. gallarum, nucum cupreſſi, an. ℥ iij. roſar. rub. m. vj. caryophyl. nucis moſc. an. ℥ iij. bulliant omnia in aqua com. fiat ſaccus in panno lineo, coniiciatur in balneum, in quo frequenter extinctum ſit ferrum candens.* in eo reſideat puerpera pro arbitrio ſuo; egreſſa è balneo, tradatur lecto calide, ſumatque vel citri corticem conditi, vel panem toſtum in vino aromatite intinctum, ſuderque, ſi forte emergat ſudor illic ſuo arbitratu. Poſtera luce fotus adſtringentes genitalibus admoueantur hoc modo:

Balneum lochiis purgata puerpera conueniens.

℞. gal. nucum cupreſſi, corticum granat. an. ℥ j. roſar. rub. m. j. maioranæ, thymi, an. m. ß. aluminis rochæ & ſa-

C *lis com. an. ℥ ij. bulliant in vino auſtero, fiat decoctio pro fotu ad vſum dictum.*

Fotus adſtringentes pro loco.

Qui ſequitur ſtillatitius liquor, valde nobilis & efficax eſt ad mammas, parteſque alias quaſuis laxiores conſtringendas & coercendas: *℞. caryophyl. nucis moſc. nucum cupreſſi. an. ℥ j ß. maſtich. ℥ ij. alumin. rochæ. ℥ j ß. glandium & corticis quercus an. ℔ ß. roſar. rub. m. j. cort. granat. ℥ ij. terræ ſigill. ℥ j. cornu cerui vſti ℥ ß. myrtillor. ſanguinis draco. an. ℥ j. bolo armeni. ℥ ij. ireos floren. ℥ j. ſumac. berber, Hypoquiſtidos an. m. ß. conquaſſentur omnia, & macerentur ſpatio duorum dierum in ℔ j ß. aquæ roſar. ℔ ij. prunorum ſylueſtr. meſpilor. pomorum quernorum, & ℔ ß. aquæ fabrorum, aceti denique fortiſſimi ℥ iiij.* poſtea fiat deſtillatio lento igne, & ſeruetur vſui ſtillatitius liquor, quo foueantur partes bis in die: & à fotu relinquantur panni lanei denſi, aut ſtuppæ lineæ inſuccatæ & expreſſæ ſupra eas. His peractis in mariti complexus puerpera redire poterit.

Ad laxiores mammas conſtringendas ſtillatitius liquor.

Quæ ſint difficilis & laborioſi partus cauſæ. Cap. XXIX.

A Fœta id, à fœtu alias vitium pendet. A fœta quidem, ſi pinguior ſit & abdominoſa, aut macrior, aut iunior, vt quæ Sauanarolæ viſa eſt nono ætatis anno grauida, aut inexperta, aut annoſior, aut debilior, vel natura, vel ex euentu; his nempe, qui paulo ante partum præceſſerunt, morbis, hæmorrhagia

Difficilis partus a fœta cauſa.

D ingenti, quæ ſub ipſum enixus tempus inciderit. Sed & qui enixus ante maturi fœtus tempus venit, partum facit difficilem, crudo nempe adhuc fructu, nec exceſſu facili. Anguſtius etiam vteri orificium & collum, vel à prima conformatione, vel poſtea caſu aliquo, vt vlcere cicatrice obducto: aut durius & calloſius ob ipſius laniatum, qui præcedentis difficilis partus vitio contigerit, vel obſtetricum nimium ruſtica & rudi manu, liberam vteri dilatationem impedit ad partum facile & fœliciter excludendum neceſſariam, adeo, vt niſi in ipſo pariendi articulo obducta cicatrix ferro reſcindatur, fœtus & fœta in vitæ diſcrimen veniant: Prohibentur nonnunquam parturientes pudore & præſentis alicuius viri reuerentia, vel mulieris alicuius, quam odio habent, horrore parere, & magno enixu fœtum excludere. Si quam par eſt citius ab vtero ſecundina diuulſa fuerit, ingenti hæmorrhagia citata cruore vterum complet, quo fit, vt vteri facultas excretrix, expedire, quod ſui muneris eſt, agere nequeat: haud aliter, quam veſica vrina nimium plena & diſtenta contingit iſchuria. Multo vero magis vterus impeditur, & pariendi & facilitas retardatur, ſi vna cum obſtruente ſecundina, vel mola, vel aliud contra naturam corpus ſubſit in vtero. Animaduerti ego aliquando mulierum duarum, quas mortuo in vtero fœtu expediueram, ſecundinas plenas & diſtentas arena, ei ſimili, quæ in fluminum ripis conſpicitur, adeo vt ſua vtriuſ-

Pathemata animi enixum adeoque partum impedire.

E que arena libram vnam penderet.

A fœtu vero difficilis & laborioſi partus vitium eſt; Si craſſior ſit, ſi tranſuerſus veniat: ſi auerſus & in nates, ſi in manus ſimul & pedes, ſi mortuus & ex corruptione tumidior: ſi monſtroſus, vt ſi biceps, ſi geminus, ſi multiplex, vt ſeptemplex, quemadmodum viſum ſibi narrat Albucaſis: ſi addita mola, ſi infirmior, ſi poſt effuſas aquas haud ſe ſtatim concuſſerit ad exitum & obtulerit.

Difficilis partus a fœtu cauſa.

Fit tamen aliquando, vt neque in fœta, neque in fœtu mali cauſa ſit, ſed in aere, qui frigidior genitalia conſtringit, nec laxari patitur: calidior autem ignauia fœtam exoluit, reſolutis ſpiritibus, in qui-

Externa difficilis partus cauſa.

bus omne robur: aut etiam in obſtetrice ignara & inexperta, quæ matris & infantis conatus non arte A regit, non adiuuat.

Facilis partus qui. Quæ partũ faciliorem reddant.

Facilis partus eſſe ſolet, ſi ſtato & legitimo fit pariendi tempore, ſi ſtatim poſt effuſas aquas fœtus alacriter & in caput ſe offerat, matre pariter alacri & vegeta. Quæ difficulter parere ſolent, ſub ipſum partus tempus in ſemicupium demergendæ ſunt, paratum ex decocto radicum & ſeminum remollientium, oblinendæ genitalibus, vtero præſertim & ceruice, vnguine multo; expedienda fæcum eluuie onerosa inteſtina, inde excretrix facultas ſollicitanda acriore clyſtere, vt vna concurrentibus partus tumoribus facilior ſequatur fœtus excluſio. Cæterum collocandam parturientem ſuaſerim potius in reclinatoria ſella perforata, quàm in lecto, quo oſſibus, quæ diduci in partu debent, minor ſit ad ſe dilatandum opportunitas.

Quæ ſint abortionis cauſæ. Cap. XXX.

Quid abortio. Effluxio quid. Ab effluxione primũ habere mulieres quam a vero partu.

ALiud Abortio, aliud Effluxio eſt. Abortionem vocant *fœtus iam formati & vitalis præcipitatam ante maturitatis tempus excluſionem*: Effluxionem vero *ſeminum commixtorum, & iam per aliquot dies coagulatorum delapſum, membranarum & concreti ſanguinis ac informis carnis quadam ſpecie, obſtetrices noſtrates Falſum germen appellant.* B Ingentium mulieribus dolorum & torminum acerbiſſimorum effluxio hæc cauſa eſt: ſuperſtitem relinquens corporis infirmitatem longe maiorem, quam à vero & maturo partu.

Abortionis cauſæ.

Abortionis, à qua Abortiuus fœtus nominatur, multæ ſunt cauſæ, vt diarrhoea ingens, ſtranguria cum ardore & inflammatione coniuncta, tormina acuta, valida & continua tuſſis, vomitus effrenis, labor improbus ex curſu, ſaltu, choreis, lapſu ab alto, grauioris oneris ſublatione, geſtatione ex equo ſuccuſſatorio, ex curru, ex frequentiore & ardentiore cum viris coitu, ex graui ad ventrem ictu: Inordinati enim omnes eiuſmodi & vehementiores rapidioresque motus vteri ligamenta diſſoluunt. Abortum etiam faciunt quęcunque maternam aluum ſubiectumque huic vterum comprimunt, cuiuſmodi ſunt aſſulæ illæ ligneæ, eburneæ, aut balenaceæ, quas mulierculæ veſtibus ad ſternum & pubem ſubiiciunt, ad corpuſculi venuſtatem, quo iunceæ appareant. His enim & ſimilibus iuſtum & debitum incrementum capeſſere prohibetur fœtus, adeo, vt ante legitimum tempus prodire velut per expreſſionem cogatur. Tonitru, bombardarum bellicarum fragor, nolarum vehemens ſonus abortire mulieres cogunt iuniores præſertim, quarum corpus mollius, laxius, & rarius eſt, quam grandiorum. Idem faciunt longa & arcta ieiunia, hæmorrhagia, cum præſertim fœtus grandior eſt: nam ſi bimeſtris tantum ſit, non C par ſubeſt periculum, quod tum haud multo egeat alimento. Chronicus quoque matris morbus, qui ſanguinem abſumit, fœtum ante tempus alimenti copia deſtitutum egredi cogit. Sed & plethora ex ciborum ingeſtorum copia maiore, quia vires & fœtum deprauat & opprimit, abortum ſæpe facit: quemadmodum & cacochymorum ciborum vſus ex pica & malacia. Balnea vero quia vteri ligamenta relaxant, & æſtuaria quia feruido & ſuffocante aere hauſto ad frigidam auram foris captandam fœtum incitant, abortionis ſæpe cauſas intulere.

Alui conſtrictio arctior abortionem facit.

Balnea & æſtuaria quæ abortionem faciãt.

Hip. aph. 45. ſect. 5.

Quæcunque mulieres mediocriter corpora habentes, ſecundo aut tertio menſe ſine cauſa manifeſta abortiunt, iis acetabula vteri plena mucoris ſunt, & non poſſunt ex pondere fœtum continere, ſed diſrumpuntur. Rapidæ quoque, vehementes, & continuæ animi perturbationes ſeu ex ira, ſeu ex metu, quia turbas magnas in corpore cient, inter abortus cauſas cenſentur. Quæ corruptura ſunt fœtus ſeu aborſura, iis mammæ extenuantur. Itaque mulieri vtero gerenti ſi mammæ repente graciles fiant, futuri abortus ſignum eſt: Mammarum enim talis ſubſidentia contingit, reuocata à mammis per venas & arterias communes in vterum lactis materia alimenti fœtui neceſſarii inopia. Hanc inopiam diutius non ferens fœtus extra quærit, quod intus deficit: inter enim cauſas, quæ fœtum ad exitum ſollicitant, frequentes illæ paſſim habentur apud Hippocratem, copioſioris aeris & alimenti neceſſitas. *Ergo mulieri vtero gerenti ſi altera mammarum* D *gracilis fiat, geminos habenti alterum abortit. & ſi quidem dextra mamma gracilis fiat, marem; ſi vero ſiniſtra, fœminam. In abortu quàm in legitimo partu longe grauius affliguntur & torquentur mulieres*; quia quicquid contra naturam eſt, moleſtum & oneroſum eſſe ſolet ſæpe & periculoſum. *Si quis in primo partu error commiſſus ſit, is fere & in reliquos ſubſequentes manare ſolet.* Itaque erroris illius conſulto Medico exquirendæ cauſæ, iiſdemque ex ſententia occurrendum.

Hip aph. 53. & 37. ſect. 5.

Aph. 38 ſe 5. Ab abortu quàm a maturo partu grauius affici mulieres.

Primi partus errorem in ſequentẽ manare.

Emplaſtrum fœtum continens.

Certe quod ſequitur emplaſtrum renibus impoſitum vterum firmat, & fœtum continet: ℞. ladani. ʒij. galangæ ℥j. nucis moſch. nucis cupreſſi, bols armeni, terra ſigill. ſanguinis draconis, balauſt. an. ʒß. acaciæ, pſidiorum, hypocyſtis. an. ℥j. maſtich. myrrhæ. an. ʒij. gummi arabici ʒj. terebinth. venetæ. ʒij. picis naualis. ℥j. ß. ceræ quantum ſufficit, fiat emplaſtrum ſecundum artem, extendatur ſuper alutam ad vſum. Si partes pruritus ſuperuenient, eximetur emplaſtrum & eius loco vng. roſatum aut refrigerans Galeni, vel quod ſequitur imponetur: ℞. olcor. myrthi, cydonior. & maſtich. an. ʒj. hypoſt. acaciæ, bol. armeni, ſanguinis dracon. an. ʒj. ſantali citrini. ℥ß. ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum ſecundum artem.

Qui fœtus in hominũ genere decem & vndecim menſibus geſtentur.

Marem citius excludi & vterum calidiorem citius excludere.

Sunt mulieres, quæ decem totos & vndecim menſes fœtum geſtant in vtero, eiuſmodi fœtus ex multa & copioſa mole, viribusque & ſemine conformationem habuerunt; vnde & ipſi maiores, craſ- E ſiores, validioresque exiſtunt, quo fit, vt ad plenam ſui abſolutionem perfectionemque plus temporis requirant; nam ne in fructibus quidem craſſorum tam cita eſt & velox, quam tenuiorum maturatio. At fœtus tenuiores citius, ſeptimo nempe aut nono menſe ad maturitatem perueniunt. Si cætera in magnitudine & mole corpora paria ſint, fere fit, vt fœtus fœmina niſi confecto aut certo affecto nono menſe non prodeat in lucem. Mas vero inſiti caloris maturitatem prouidentis occaſione ſub eiuſdem menſis initium. In calido præterea vtero citius maturatur & perficitur fœtus, tardius vero in frigido; eſt enim caloris maturare.

Quibus

A

Quibus artibus fœtum in vtero matre mortua iuuare liceat.

Cap. XXXI.

SI parturiente muliere lethalia omnia appareant, præſto adeſſe debebit Chirurgus, qui ipſam ſtatim atque animam exhalarit aperto vtero diſſecet: quo ſaluum & incolumen ſeruare fœtum liceat; neq; enim ad eam rem ſufficere putandum eſt, ſi matre mortua os apertum, ſi hiantia genitalia, qua licet arte, contineantur, non enim niſi per vmbilicalis arteriæ dilatationes & contractiones infans materna aluo concluſus, & membranis inuolutus ſpiritum ducere poteſt. At matris mortuæ pulmones haud iam ſuo funguntur munere. Non igitur aerem ambientem per os & aſperam arteriam in ſuam ſubſtantiam & arteriolas per corpus ſuum ſparſas allicere queunt: quare neque ipſum per venalem arteriam in cor tranſmittere. Cordi ſi deficiat aer, deficit quoque & Aortæ ſeu magnæ arteriæ, quæ à corde ipſum haurire ſolet: deficit & vteri arteriis, quę magnæ illius canaliculi ſunt, in quos hauſtus à corde aer deriuatur, & influit in minores has omnium corporis partium adeoque vteri arterias. Quare & ſecundinæ cotyledonibus, & vmbilicali fœtus arteriæ, & arteriis eiuſdem iliacis, ipſiuſque tandem cordi & corporis toti deficiat neceſſe eſt. Hac enim ductuum continuatione è pulmonibus maternis hauſtus aer in fœtum B dimanare ſolet. Quia igitur mors motuum omnium matri ceſſationem infert, tutius eſt ipſam ſtatim atque expirarit, incidere. Inciſione vero initium à xyphoide cartilagine ducendum, cute, muſculis & peritonæo in ſcuti formam exciſis, illæſis tamen inteſtinis: tum elatus ſurſum vter⁹ incidendus, ne imprudentius adacta nouacula violetur fœtus. Hunc ſæpe immotum intueberis ac tanquam mortuum. Non quidem quod vere mortuus ſit, ſed quod matre mortua ſpirituum affluxu deſtitutus, imbecillitatem magnam contraxerit: quanquam vere mortuus ſit nec ne, cognoſces tractato vmbilico, ex arteriæ pulſu illic exiſtentis; adde, quod mox poſtquam aerem hauſerit, & eius tanquam appulſu recreatus fuerit, membra ſingula ac totum denique corpus motitabit. In tanta virium fœtus infirmitate haud equidem ab ipſo ſecundas, diſſecto vmbilico diuelles, ſed potius aluinæ toti eius regioni impones, vt extremus, ſi quis caloris ſpirituumque halitus ſuperſit, eo velut fomento excitari & foueri poſſit. Cæterum non poſſum ſatis mirari eos, qui ſibi viſas mulieres affirmant, quibus non ſemel nouacula abdomen cum ſubiecto vtero reſciſſum ſit ad fœtum nunquam alioqui proditurum, extrahendum. Id enim ſalua matre fieri poſſe mihi perſuadere nunquam potui, ptopter neceſſariam vulneris in epigaſtrii muſculis, vteriq; ſubſtantia magnitudinem: grauidæ enim & parturienti mulieri cum vterus multo ſanguine, vndiq; diC ſtentis vaſis turgeat, ingentem inde hæmorrhagiam, prorſumque lethalem conſequi neceſſum foret. Deinde conſolidato vteri vulnere, haud permiſſura eſt obducta cicatrix ipſum denuo ad nouæ prolis geſtationem dilatari. His aliiſque ex cauſis id curationis genus, quod periculi & deſperationis plenum eſt, minime vſurpandum cenſeo.

Cur matri mortua os, genitaliaq; hiare fœtus concluſo & vtero non ſufficiat ad reſpirationem.

Qui excidenda aluo matris mortua ad ſaluum retinendum fœtum.

Qui ſcire liceat mortuus ne ſit fœtus an non.

De Superfœtatione. Cap. XXXII.

SI duos pluresve fœtus vtero geſtet mulier, eoſque ſuis ſingulos ſecundis inuolutos & diſcluſos, ea fit, quæ ſuperfœtatio dici ſolet. At qui iiſdem ſecundis inuoluuntur, vno eodemque concubitu ex multo & copioſo ſemine concepti creduntur, nullo nec concipiendi, nec pariendi dierum interiecto numero, vt enim ſtatim à paſtu ventriculus bene & ſecundum naturam habens, ſic circum cibos contrahitur, vt ipſos, quamuis pauci ſint, geminis velut manibus vndique comprehendat, adeo vt neque in hanc, neque in illam partem fluctuare queant, quo concoquere & in chylum vertere ipſos poſſit: ſic vterus circum duo ſemina ſimul atque in ipſius capacitatem effuſa fuerint, ad conceptionem cogitur: & ita cogitur, vt ſuis vndiq; lateribus conſtricta ipſa in vnum confundat, neque eorum vnam portionem in hoc, aliam in illud vteri latus & regionem deerrare permittat, adeo vt vno concubitu ex eodem ſeD mine plures edi fœtus nequeant, ſuis quique ſecundis diſcreti. Adde, quod nullæ ſint eiuſmodi in mulierũ vtero cellæ, quales in brutorũ vteris eſſe memorantur: quæ ob id plures vno conceptu & partu fœtus edere ſolent. Iam vero ſi qua ſui regione vterus muliebris ſe exceptis ſeminibus ad conceptionem non appreſſerit & proxime admouerit, aerem ipſa contineri, ne quid in rerum natura vacui detur, neceſſe fuerit, ab eoque mox ſemina illa alterari & corrumpi. Ergo plurium fœtuum ſecundis diſcretorum, id eſt, minime gemellorum, generatio eſt eiuſmodi. Mulier ſi ex hodierno cum viro concubitu conceperit, ſed ipſi aliquot mox à conceptu diebus vteri orificium exacto non claudatur, imo etiam dehiſcat nonnihil, ſi tum illa rurſum cum viro coierit, & ita coeat, vt ab vtroque ſeminis fœcundi in vterum fiat effuſio, noua ſequetur conceptio, ſeu ſuperfœtatio. Eſt enim ſuperfœtatio nihil aliud, quam *ſecunda quædam conceptio, cum ſcilicet grauida iam mulier iterum viri concubitu vſa concipit*, Hippocratis ſententia. Cur vero poſt primam conceptionem vterus, qui conniuebat, reſeretur & dehiſcat, multiplex cauſa profertur. Sunt enim, qui putent, vterum poſt conceptionem certis temporum interuallis aperiri, vt excrementitiis quibuſdam materiebus, quæ in ipſo congeri ſolent exitus pateat: itaque grauidam, quæ tum in viri amplexus venerit, concipere. Alii aiunt, vterum vel ex ſeſe & natura ſua ſeminis & veneris auidiorem, vel iucunda, quæ à viro fit, titillatione, præferuida libidine effeE ratum & incitatum, denuo dehiſcere ad ſeminis virilis exceptionem: Sic enim nec admodum raro ventriculi orificium à paſtu clauſum mox reſeratur, oblatis nouis cibis, quanquam non quibuſuis, ſed delicationbus, & velut cupedus, nec quibuſuis hominibus, ſed edacioribus. Dehiſcere autem ſic vterus certis temporum interuallis pluries poteſt, inde multiplex naſci ſoboles, cuius, vt concipiendi, ſic & pariendi tempus ſit varium. Nam vt ſcribit Plinius, vbi paululum temporis inter duos conceptus interceſſit, vterque perfertur, vt in Hercule & Iphiclo fratre eius apparuit: & in ea, quæ gemino partu alterum marito ſimilem, alterum adultero genuit. Item in Proconneſia ancilla, quæ eiuſdem diei coitu,

Vterum muliebrem cellis variis non eſſe diſtinctum.

Ratio ſuperfœtationis.

Superfœtatio quid.

Lib. de ſuperfœtatio.

Cur vterus poſt conceptũ ſemen denuo nonnunquã aperiatur.

Lib 7. ca 11.

Ariſt. l. 7. de hiſt. ani. c. 4.

alterum domino ſimilem, alterum procuratori eius: & in alia, quę vnum iuſto partu, quinque menſium A
alterum edidit. Rurſus in alia, quæ ſeptem menſium edito puerperio, inſecutis menſibus geminos enixa eſt. Superfœtationis id etiam argumentum eſt, quod quot ſunt in vtero fœtus (niſi forte gemini ſint eiuſdem ſexus) tot erunt ſecundæ, quemadmodum mihi ſæpe videre contigit. Veriſimile vero eſt, quod ſi eodem conciperentur temporis articulo, vna etiam eſſet, qua inuoluerētur, ſecundina. Cæterum numeroſior, quam duorum fœtuum in muliere ſoboles monſtroſa ex eo videri poſſit, quod duæ tantum mammæ ſint à natura mulieri tributæ: quanquam numeroſæ ſobolis exempla referemus poſtea.

De Mola. CAP. XXXIII.

Ratio nominis.

MOlæ nomen à Myle Græco nomine, quod piſtrinariam molam notat, detortum eſt. Nam piſtrinariæ molæ mola ſimilis eſt tum figura circulari, tum dura & denſa conſiſtentia: qua eadem ratione rotula Gena vulgo dicta, Græcis Latiniſque Mola, & Myle etiam dicta eſt. Eſt igitur, de qua hic agimus, mola, nihil aliud, quam *falſa quædam impregnatio carnis informis, rotundæ ac duræ vtero concepta, tanquam rudis, indigeſta minimeque in membra dearticulata, ad diſtincta molis, à ſemine corrupto morboſo aut imbecillo, & menſium affluxu immodico*, quemadmodum eſt ab Hippocrate definitum: Hæc nulla ſecundina, ſed propria tantum membrana inuoluitur. Sunt, qui putent, ex muliebris ſeminis, & ſanguinis menſtrui concurſu citra ſeminis virilis commercium, molam conflari. At Galeni ſententia. Non vt gallinæ ſine maribus oua pariunt, ita mulierem aliquis aliquando vidit ſine viro, vel molam, vel eiuſmodi aliud quidpiam concepiſſe: nam à ſemine virili cauſa tantum & principium motionis exiſtit, à muliebri vero generationis tantum materia ſubminiſtratur. In eadem ſententia eſt Auicenna, qui molam fieri putat, ex ſeminis virilis infœcundi cum ſemine muliebri confluxu, dum illud hoc ipſo, quod infœcundum eſt, muliebre ſemen & menſtrualem materiam tanquam fermentum, mazam aut coagulum caſeum attollere in ampliorem molem poteſt, minime vero conformare. Quæ eadem Fernelii ex Hippocratis & Auicennæ placitis ſententia exiſtit. Faciunt etiam ad molæ generationem immodica menſium copia, quæ virile ſemen iam infœcundum & imbecillius obruit, & ab incœpto conformationis opere victum deſiſtere cogit. Non enim vt vermibus, ſic molæ à ſimplici calore in viſcidum & craſſum humorem agente generationem eſſe, ſed ab vtroque ſemine prolifici quodammodo ſpiritus efficientia, ex membranis intelligere licet, quibus mola inuoluitur, ex ligamentis, quibus nonnunquam vero fœtui per ſuperfœtationem genito colligatur: deinque ex incremento & graui quodam atque inerti motu: ad molæ generationem niſi neceſſarium eſſe ſeminis virilis confluxum omnib. perſuaſum fuerit, non inualidum ſane, non exiguum fuerit mulieribus ad proſtituti pudoris prætexendū dedecus argumentum & velum.

Quid mola.

Lib. de ſteri.

Molam non fieri abſque congreſſu viri.

Cap. 7. li. 4. de vſu par.

Qui fiat mola.

B

C

Quibus ſignis molæ geſtationem à veri fœtus geſtatione liceat diſtinguere. CAP. XXXIV.

Mola vtero concluſæ ſigna.

IN mola vtero concluſa eadem fere, quæ in vero fœtu concepto apparent. Molæ tamen ſigna magis propria hæc ſunt: dolor ab initio pungens ventrem ferit tanquam à colica paſſione, venter celerius, quam ex vero fœtu intumeſcit, maioreque cum duritate tenditur, difficilius geſtatur, vt quæ contra naturā ſit, & animæ animalitatiſque expers. Statim ab initio intumeſcunt mammæ, ſed mox ſubſident & flacceſcunt, fruſtra enim lac eo natura tranſmitteret nullo exiſtente in vtero fœtu & alumno. Ante tertium menſem mouetur mola, quanquam obſcure, fœtus vero nequaquam. Cæterum motus ille molæ non eſt ab anima intelligente, ſed ab vteri facultate, & ſpiritu ſeminali per molæ ſubſtantiam diffuſo: nutritur enim tantum & creſcit plantarum more mola, non ab anima extrinſecus è cœlo adueniente, vt fœtus. Cæterum qui ſuo & legitimo tempore fœtui aduenit motus, longe differt à motu molæ: fœtus enim dextrorſum & ſiniſtrorſum in omnemque partem blande & leniter mouetur; mola autem grauitate figitur, atque impetu quodam prouoluitur in quodcunque latus mulier incumbat, globi inſtar. Mulier molam in vtero geſtans in dies macreſcit, artubus quidem omnibus, ſed præſertim cruribus, quanquam eadem illi ſub veſperum intumeſcant, adeo vt ad inceſſum euadat tardior, calore natiuo partes à corde remotiores paulatim deſtituente: ſed & alnus ipſi, reſtitante circum locos menſtruali materia, nec molæ in nutritionem abſumpta, tanquam ab hydrope tumet, niſi quod & durior eſt, & pulſata digitis non tinnit. Vmbilicus non prominet vt ſæpe ex vero & legitimo fœtu concepto, nec vnquam menſes profluunt, vt non raro in vera grauiditate: ſed non raro ingentes fluores ſuperueniunt, qui ventris pondus non mediocriter importuno faſce leuant. Mola plerique leuiter adhæreſcens tertio quartoue menſe excidit, nondum ad iuſtam magnitudinem perducta: nonnunquam vero hæret vteri parietibus, acetabuliſque firmiſſime, vt hanc aliquæ quatuor quinqueve annos, interdum & totam vitam vtero geſtarint.

Quæ vi moueatur mola.

Quam differat molæ motus à motu fœtus.

D

Mola in vtero fluctuans.


Hiſtoria.

Molam totos ſeptemdecim annos vtero circumtulit vxor Guillelmi Rogerii vaſorum ſtannecorum figuli, in S. Victoris vico, quam quinquagenariam & mortuam cum diſſecuiſſem, vteri corpus comperi fere ſolutum, & nequaquam his, quibus ſolet, vinculis adſtrictum, tantum ceruice ſua vinctum, & præterea proximo omento ſubhærentem, vnico teſticulo dextro præditum, eoque latiore & laxiore. Cornua nequaquam niſi forte parte illa conſpicua erant: vaſa ſola ceruice admittebat, eaq; manifeſta & tumentia: caput humanum amplum totus æquabat. Hunc a reliquo cadauere reuulſum in ædes meas detuli, vt per otium, quid concluſum totos iam ſeptemdecim annos contineret, oculis, manibus & mente cōſequerer, aduocatis primariis in arte Medicis, Maſilęo, Alexio, Vigoreo, à Sācto-pōte, E
Feureo,

A Feureo, Broeto, Violaneo, Grealmo, Rattibio, Mareſtotio, Miloto, Altino, Riolano, Luſſonio; Chirurgis vero Bruno, Cointetello, Guillemeau. Talibus igitur & tot viris præſentibus vterum diſſecui, *Deſcriptio geſtata ſeptemdecim annos mola* teperique toto corpore ſuo, propriaque tunica (altera quippe à peritonæo adeſt, integra & ſana) ſcirrhoſum, durumq; adeo, vt in ipſum ferri validis viribus adacti acumen vix ſubire poſſet: trium digitorum ſpiſſitudinem eius corpus habebat. In media capacitate carnea moles inuenta eſt, manus ambas in pugnum contractas craſſitie æquans, mammæ vaccinæ ſimilis, vteri parietibus niſi certis locis adhærens, denſa valde & inæquali grumoſaque ſubſtantia, corporibus multis, qualia in atheromatibus reperiri ſolent, cartilagineis præterea & tanquam oſſibus conſperſa. Vna omnium ſententia fuit, eiuſmodi molem initio molam fuiſſe, quæ temporis ſucceſſu in ſcirrhoſum corpus vna cum vteri propria ſubſtantia degeneraſſet. In media inſuper vteri ceruice tumorem notauimus craſſitie & rotunditate meleagridis ouo ſimilem, ſubſtantia durum, cartilaginoſum & oſſeum, totam ceruicem occupans, præſertim vero vteri interius orificium, quod Gallorum vulgus Coronamentum nominat, adeo vt hac nihil in vterum ingredi aut egredi poſſet. Pendebat omnis illa moles libras nouem & vncias duas: quam
B ego, quod monſtri aliquid habere videatur, propter rei nouitatem & raritatem in conclaui meo & armamentario reponendam & aſſeruandam duxi, imo & hic appingendam.

Vteri commemorati externa integraq; facies & deſcriptio.


C



D A. *Vteri corpus monſtrat.*
B. *Teſticulum.*
C. *Ceruicem vteri, qua minor ille tumor moleſq; continebatur.*
D. *Reuulſam ceruicis vteri extremitatem, ſimulq; vaſa, quibus vterus alimentum ſibi trahebat.*
E. *Vinculum.*
FFF. *Vaſa per vterum conſperſa.*

E

Vteri aperti, & concluſam molem molamque monſtrantis deſcriptio. A



B

A A. *Superiorem ſeu externam vteri ſuperficiem.*
B B B B. *Spiſsitudinem corporis ſeu ſubſtantiæ propriæ.*
C. *Molam.*
D D. *Cauitatem, qua illa mola continebatur & concludebatur in vtero.*

Quandiu molam illam circumtulit mulier, dolores acuti ventrem compungebant, aluina regio C mirum in modum dura, diſtenta, & ampla erat, tanquam multiplici prole grauidæ, adeo vt plerique Medici exacto, quod ad partum neceſſarium eſt, tempore, aluinum illum tumorem pro hydrope habuerint, & curauerint, nec tamen remediis quicquam profecerunt, niſi ſubſidente ventre. Sæpe triduum totum ſupprimebatur vrina, tumque illi mictio laborioſa & dolorifica erat: non raro etiam preſſis molæ pondere inteſtinis aluus integram hebdomaden ſupprimebatur. Ex interuallis vero, vt tertio quoq; menſe, effrenes fluores ſuperueniebant, quorum materia nequaquá per vteri, exacte, vt diximus clauſi & obſtructi, capacitatem ferebatur, ſed per vaſa, per quæ virgines, & quædam grauidæ menſtrualem eluuiem deponunt.

Irritum & inutilis conceptum.

Mola ſi primo, ſecundo, aut tertio menſe excutitur, vt non ita raro contingit, mulieribus irritus & inutilis conceptus nominatur. Repertæ ſunt aliquando in eodem vtero duæ treſve molæ à ſe inuicem diſcretæ, nonnunquam & fœtui integro alligatæ & adhærentes, vt contigit vxori Medici Valleriolæ, quæ molam, quam duodecim menſes geſtauerat, vna cum fœtu quadrimeſtri, ipſi alligato, cui & alimentum & locum ſubducebat, eiecit. Pro rato enim id haberi debet, quod ſemper mola tanquam crudelis fera, fœtum ſibi colligatum commeatu & loci debita amplitudine prohibendo interficit. Memini D diſſectum à me mulieris cadauer ex eo mortuæ, quod ipſi mola ouo anſerino magnitudine æqualis, quá natura expellere vanis conatibus tentauerat, ſubſtitiſſet, & computruiſſet, atque in putredinis contagium totum vterum pertraxiſſet.

Molam fœtum ſibi alligatum in vtero interficere.

Sunt, quæ grauidæ ſe exiſtimantes, nono demum aut decimo menſe, nihil niſi ſonoros flatus excernunt: ex quo, ſubſidente inde vtero, bombum crepitumque pepeniſſe per iocum dicuntur. Denique quicquid id eſt, quod grauitatem mentitur, ſi adueniente partus tempore ſua ſponte, aut naturæ vi non excluditur, arte excludendum & depellendum eſt.

Quæ curatio ad molam ſit adhibenda. CAP. XXXV.


PRæſcribenda, ingerenda, admouendaque omnia ſunt, quæ menſes cient & ſecundas, fœtumq; mortuum excludunt: cuiuſmodi ſunt trochiſci de myrrha, hermodactyli & ſimilia, fotis ſemper ante locis rebus relaxantibus & remollientibus. His remediis, quemadmodum & phlebotomia, diæta tenui & balneis, tum & tam diu vtendum eſt, cum & quandiu adſtanti Medico videbitur. At ſi ab vtero diuelli & velut eradicari molam contigerit, neq; hanc diuulſam natura expellere poſſit, mulierem eo ſitu collocabit Chirurg⁹, quo ante collocandá eſſe dixim⁹ in infantis ab vtero extractione. Tú diductis mulieris obſcœnis partibus, immiſſoq; extractorio organo, cui à ſimilitudine, pedis gryphii nomen impoſitú eſt, & cum in vteri capacitaté peruenerit, reſerato ac dilatato, molam comprehendet. Neq; aliter, ſi præſertim craſſior ſit, propter rotunditatem comprehendi poteſt: anſam enim, qua prehendatur nó habet. Itaq; cum ſola id tentatur manu, lubricitate ſua elabitur, & per vteri capacitatem globi inſtar diffugit. Facilius vero gryphii pedis vnguibus comprehendetur, ſi aluus mulieris hinc inde comprimatur, & & tandem in anguſtum locum, vnde diffugium non ſit, compellatur, ſic enim demum comprehenſa facile extrahetur. Extracta mola mulieri eadem cura, quæ & puerperæ adhibenda eſt. E

Validis menſes cientia molam deturbare.

Chirurgica molæ extractio.

A

Pes gryphius ad extrahendam molam.



B

De tumoribus in Pancrea & Meſenterio toto. CAP. XXXVI.

A Mola vteriq; tumoribus reliquarum, quæ in aluo & abdomine continentur, partium tumores diligenter diſtinguendi veniunt. In Pancrea enim maxime, totoq; meſenterio ſuborti tumores, multos nec ſatis peritos Chirurgos, ſpecie molæ, vel vterini ſcirrhi præcipites in errorem egerunt, vt ex ſequentibus hiſtoriis innoteſcet. Iſabella Rolant Ioannis Bony vxor Lutetiæ in vico Monceo ad D. Geruaſii ædem commorantis, ſexagenaria anno Domini 1578. die 22. Octobr. ex vita migrauit. Diſſectum eſt eius cadauer, diſſectioni præerat Milotius Doctor Medicus. Is in ſuas ædes auulſum meſenterium totum deferri iuſſit, vt ibi per otium Varadeo, Brœto, Capello, Mareſcotio, Arragonio, Baillutio, Reburtio & Riolano Doctoribus Medicis, meque & Pineo Chirurgis aduocatis, lethiferi morbi cauſam, quam ſemper in meſenterio deliteſcete ſuſpicatus erat, contemplari & rimari liceret. Ergo meſenterium totum, atq; in meſenterio pancreas, tumore miro propeq; incredibili turgens animaduertimus, adeo vt libras decem & dimidiam penderet, ſcirrboſum omnino extrinſecus, ſoliiq; poſtica parte, lumborum vertebris adhæreſcens, antica antem peritonæo ſcirrhoſo pariter ac penitus cartilaginoſo. Suberant infiniti in eodem meſenterio abſceſſus ſua quiq; cyſti incluſi, alii quidem oleoſo, alii melleo, alii ſebaceo, alii albugineo, alii aquoſo humore & liquore differti, erant, quorum concluſa materia pulticulæ ſimilis eſſet: deniq; quot ferme abſceſſus erant, tot erant materierum contentarum ſpecies & ideę. Octauus iam annus agebatur, ex quo tumor ille inceperat ſenſim ac ſine ſenſu & dolore ad tantam magnitudinem progredi, quod meſenterium ipſum doloris fere ſit expers. Ægre interim ipſi perinde fere ac ſanæ licebat naturæ animæ ac vitæ munera omnia obire, niſi quod duobus, antequam moreretur, menſibus; coacta fuerit lecto ſe tradere, quod febris continua, quæ illi ad extremum vſque vitæ diem perpetua fuit, ſuperueniſſet: & quod præ tumoris pondere meſenterium ſuis velut radicibus & ſedibus diuulſum fluctuaret, non ſine moleſto oneris & doloris ſenſu: nam, vt prædiximus, lumbaribus modo vertebris ac peritonæo adhærebat, nullatenus autem inteſtinis & aliis partibus, quibus velut connatum alligatur. Itaq; ſua id mole & corpore veſicam premens & coarctans difficilem mictionem faciebat: inteſtinis vero incumbens, vt aluus pigrior eſſet, in cauſa erat: adeo vt niſi deuorato laxante aut purgante medicamento fæces non deſcenderent: nam quod ad clyſteres ſpectat, ſubire illi in inteſtina tumoris vias coarctantis magnitudine prohibebantur, intruſæ vero glandes nihil proficiebant. Reſpiratio ob diaphragmatis à tumore compreſſionem difficilis erat. Non deerant, qui molam ſubeſſe opinabantur, alii ab hydrope eum excitari tumorem. Certè malum id hydropis conſecutionem attulit, nec obſcura cauſa eſt, fruſtrata functione hepatica per interceptam tumoris occaſione chyli anadoſin, ſed & proprio vitio hepar tenebatur, ſcirrho nempe & crebris abſceſſibus per intimam extimamque eius ſubſtantiam varie ſparſis. A putredinis labe lien haud immunis erat: inteſtina & omentum maculis conſperſa liuebant: deniq; in ventre inferiore nihil erat integrum.

Hiſtoria. *Meſenterio abſceſſus diuerſi generis.* *Meſenterii à vicinis corporibus diuulſi ſymptomata.* *Hydrops a tumore meſenterii.*

C D

Similis huic hiſtoria apud Philippũ Ingraſſiam, *libro de Tumoribus praeter naturam*, legitur de ſuſpenſo quodam ob furtum Mauro. Diſſecto publice cadauere, repertæ in eius meſenterio fuere ſeptuaginta ſcrophulæ, totidem abſceſſus ſua quique cyſti incluſi, externæ, inteſtinorum præſertim craſſorum tunicæ, adhærentes, varia ſuberat materia, nempe ſolida & gypſea, viſcida & glutinoſa, liquida & aquoſa. Viſcera, præſertim iecur & lien ſana & ab omni labe immunia erant: quod ſcilicet, vt idem author aſtruit, omnem cacochymiam, viſcerumque vniuerſam eluuiem in meſenterium natura robuſta depoſuiſſet, & certe quandiu Maurus ille vixit, integra & alacri fruebatur ſanitate. Tanta profecto, vt notatum Fernelio legimus, ſuperuacaneorum plerumque humorum eſt colluuies, vt deſtinatis à natura receptaculis tota excipi haud poſſit: tum igitur non parua ſuperfluentis portio in vicinas quoque ſedes illabitur, maxime quidem in pancreas & in meſenterium, quæ totius corporis velut ſentina ſunt. Itaque quibus aſſidua ingluuie magnus fit vtriuſque bilis & pituitæ prouentus, eas tempeſtiue non expurgatas natura valens ac robuſta plerumque in pancreas & in meſenterium, ignobiles ſedes, deponit: idque fere è iecore & è liene per eos venæ portæ ramos, qui non in inteſtina, ſed in ipſum meſenterium & pancreas deſinunt & obliterãtur. His locis & glandulis tempore exaggerãtur varii humores, qui primum laxum mollemq; tumorem, deinde creſcentes renitentem, durum ac vere ſcirrhoſum

To. 1. tract. 1. cap. 1. *Lib. 6. de part. morb. cap. 7.* *Meſenterium corporis ſentina.*

E

ingenerant. Ex quo profitetur Fernelius, choleræ, melancholiæ, diarrhoeæ, dyſenteriæ, cachexiæ, atrophiæ, languoris, lentarum errantiumque ſebrium, latentium denique morborum cauſas ſe in his plerumque ſedibus animaduertiſſe, quorum depulſione deploratis ſalus redderetur. Sed & ex Iulio Polluce Ingraſſias adſtruit, ſcrophulas in meſenterio gigni poſſe. Quod à Galeni doctrina & mente minime abhorret, cui nempe ſcrophulæ, nihil aliud ſunt, quam *induratæ & ſcirrhoſæ glandulæ* at menſenterium ſuis glandulis & magnis & multis pancreas conſtituentibus vaſorem diuiſionem ſtabilit & ſecuriorem efficit. A

Scrophulæ in meſenterio.

Propriæ quoq; vteri ſubſtantiæ ſcirrhus à mola diſtinguendus eſt: extiterunt enim mulieres, quarum cadaueribus diſſectis, viſus eſt vterus ſcirrhoſo tumore caput humanum æquante obſeſſus, in quibus curandis omnem Medici luſerant operam, quod non in vteri corpore ſubeſſe vitium, ſed in vteri capacitate concluſam latere molam perſuaſum haberent.

Scirrhus vteri.

De virili ſterilitate. Cap. XXXVII.

CAuſæ ſterilitatis in maſculis plures ſunt, nēpe ſeminis calidior intemperies, frigidior, ſiccior aut humidior, eiuſdem conſiſtentia liquidior & fluidior, adeo vt in vtero conſiſtere nequeat, ſed ſtatim diffluat. Eiuſmodi eſt ſenum & adoleſcentulorum ſemen, eorumque item, qui frequentius intemperátius coitu vtuntur: hinc enim ſemen euadit crudum & aquoſum, vt quod debito tempore ad perfectam elaborationem, coctionem & incraſſationem in teſtibus non moretur, ſed coitus laſciuia ſubinde excernatur. Etenim vt ſemen fœcundum ſit, quantitate copioſum eſſe debet, qualitate vero coctum, mediocriter craſſum, lentum ac ſpirituum vbertate turgidum: vtraque conditio eorum ſemini deeſt, qui crebriore venere laſciuiunt. Adde, quod eiuſmodi hominum vxoribus nunquam ſeminis qualitate & conſiſtentia laudabilis mix copia in teſtibus colligatur, quo ſit, vt veneris ſtimulis minus vrgeantur, ſegniuſque in viri amplexus veniant, adeoque ad concipiendum minus ſe alacres præbeant. Itaque qui ſe multa prole beatos optabunt parentes, in rerum venerearum vſu modum adhibebunt & temperantiam. B

Quale fœcundum & infœcundū ſit ſemen.

Intemperati ſeminis virilis vitium mulier deprehendit, ſi dum ipſum vtero excipit, acrimoniæ & caloris, frigorisve ſenſu percellatur, ſi vir celerius aut tardius opus abſoluit.

Multi à lithotomia ſteriles euaſerunt, vt & à vulnere pone aures, ſectis ſic venarum & arteriarum iugularium quibuſdam ramis, vnde vaſorū eiuſmodi obducta cicatrice, ſeminalis materiæ inde deorſum, eiuſque inſuper commercii, quod cerebro cum teſtibus neceſſario intercedit, interceptio eſt conſecuta, adeo, vt intercluſis ductibus ex cerebri arce, nec materiam, nec ſpiritus animales ſolita amplius liberalitate & copia teſtes recipere poſſint, vnde paucius & inualidius ſemen euadat, neceſſe eſt. C

Quî ſectio venarum pone aures infœcundos reddat.

Quibus ſunt executi teſtes, vel etiam vi compreſſi ac contuſi, gignere nequeunt, quia vel teſtium irradiatione carent, vel obducto callo intercipitur materiæ ſeminali via. Itaque haud equidem ſemen, ſed viſcidum tantum quendam humorem emittunt (cum voluptatis tamen aliquo ſenſu) qui proſtatis glandulis continetur.

Pudendi quoque vitia ſterilitatis conſecutionem inferunt: vt ſi breuius ſit, ſi in omnem dimenſionem grandius, adeo vt locorum laniatu cum hæmorrhagia mulieri dolorificum ſit: ſic enim prohibetur ſemen excernere, quod id citra voluptatem excerni nequeat: ſed & ſubtenſi ligamenti, quod Filum vocant, breuitas pudendum obtorquet, & rigidam ipſius rectitudinem violat, adeo, vt intromitti facile in mulieris pudendum nequeat. Sunt, quibus id ad extremum perforatum & peruium non eſt, ſed paulo altius, adeo, vt ſemen recto impetu in vterum nequeant eiaculari. Pudendi quoque paralyſis particularis inter ſterilitatis cauſas cenſetur. Paralyticum autem ſit necne pudendum, probabis genitalium in frigidam demerſione: nam niſi inde contrahantur, paralyſeos eſt argumentum. Paralytica enim mēbra frigidæ occurſu non contrahuntur, ſed in eadem & ſolita ſibi laxitate ſemper manent: ſed & in hoc caſu exiguo ſenſu prædita ſunt genitalia, ſemen ſine voluptate & penis contentione effluit, teſtes ad cōtactum frigida apparent. D

Penis vitia.

Paralytici penis ſigna.

Denique quibus tabe corpus indies marceſcit, qui cachexia, aut viſcerum alicuius obſtructione tenentur, ſteriles ſunt & infœcundi, vt & illi, quibus pars aliqua nobilis & ad vitam generationemque neceſſaria, inſigni aliqua intemperie naturæ limites excedit, quibus denique quacunque ratione genitalia male conformata ſunt.

Taceo eos, quibus maleficis, magicis, & incantatis nodis, nexibus ac vinculis coeundi ac gignendi potentia intercipitur: non enim ea ſterilitatis cauſa Medicæ eſt contemplationis, nec forte naturalibus & artis noſtræ remediis cedit. Iſta tamen magica vincula eſſe eiuſmodi, quæ vim aliquam habere poſſint, meminerunt iuris Pontificii Doctores, *titulo particulari de frigidis, maleficiatis, impotentibus & incantatis*: meminit & D. Auguſt. *tract. 7 in Ioan.* E

Magica vincula & incantati nodi.

De muliebri ſterilitate. Cap. XXXVIII.

MVlier infœcunda & ſterilis euadit à ſeminalis ductus obſtructione, ceruicis vteri anguſtia, ſeu natura formatricis facultatis vitio, ſeu poſtea ex euentu & caſu aliquo contigerit, vt abſceſſu, ſcirrho,

Ceruicis vteri anguſtiæ cauſa.

verrucis,

A verrucis, rhagadibus, vlcere, quod cicatrice obductum vias coarctat, nec ſubeunti peni libertas eſſe permittit. Oppoſita quoque ſeu in media, ſeu in ima vteri ceruice membrana, Hymen dicta, ſeminis virilis exceptionem impedit. Vterus quoque ſi nimium lubricus ſit, ſi æquo laxior & nimium diuaricatus ſterilem facit mulierem, quemadmodum menſium ſuppreſſio, aut immodica purgatio & muliebris fluor, qui ſeu vteri, ſeu viſceris alienius, ſeu corporis totius vitio contigerit, menſtrualem materiam exhaurit, & vna ſecum ſemen abripit. Frigida & humida vteri intemperies virile ſemen extinguit & ſuffocat, aut quo minus hæreat cuncteturque ad conceptionem, facit: calidior vero & ſiccior alimenti defectu corrumpit, nam nec paluſtri, nec arenoſo ſolo bene creduntur ſemina. Mola quoque vtero concepta, vteri procidentia, muliebris corporis macies, cacochymia ex crudorum fructuum & fugacium eſu, aquæ largiore potu, vnde cruditates & obſtructiones fiunt, fœcunditatem impediunt. Rerum vero narcoticarum vſu ſeminalis materia concreſcit & cohibetur, & quamuis fluat, effundaturq;, viuifici tamen caloris & ſpirituum prolifica vi priuatur, venarum arteriarumque orificia ſeu acetabula obſtruuntur, ſicque menſtrualı materiæ in vteri capacitatem via intercluditur. Vteri nimia coarctatio ab omento pingui, quo minus virile ſemen excipiatur, impedit. Impedit quoque generationem viri
B mulierisq; habitus carnoſior & pinguior, adipoſæ namq; molis obiectu, minus conuenire & concurrere vtriuſque ſexus genitalia poſſunt: quantoque plus ſanguinis in adipem coit, tanto minus eius reſtat, quod in ſemen & menſtruum, quæ duo ſunt generationis & fœtus principia, faceſſere queat. Fuſcæ mulieres, ſubmacræ & ſubpallidæ, quia genitalia humore ſalſo, acri, & titillante imbuta habent, veneris ſunt appetentiores, quam rubræ & pinguiores.

Hymen membrana. *Muliebris fluoris cauſa.* *Aph. 56. ſec. 5. Gal. lib. 14. de vſu par. cap. 9. Ariſt. improb. ſect. de ſter. qua. 3. & 4.*

Quatuor deniq; omnino notantur apud Hippocratem cauſæ, cur mulieres ſteriles ſint & infœcundæ. Prima, quod virile ſemen excipere nequeant, vt imperforatæ: altera, quod exceptum concipere nequeant: tertia, quod nutrire id non valeant: quarta denique, quod ad legitimum vſq; tempus perferre id & geſtare non poſſint. Ad generationẽ vero hæc ſunt neceſſaria obiectum, voluntas, facultas, ſeminum concurſus, & in vtero ad ſtatum vſq; à natura tempus permanſio.

Sterilitatis muliebris cauſæ quatuor.

De intemperati vteri ſignis. CAP. XXXIX.

CAlidiore vtero mulier illa cenſetur, cui menſes parce & cum labore emanant, ardoreque exulce-
C rant, diſſipata caloris vi in halitum ſuperflua ſanguinis materia: cui, quod fluit menſtrui ſanguinis, craſſius eſt & atrius. Eſt enim caloris proprium digeſta tenuiore ſubſtantia reliquam incraſſare & per aduſtionem denigrare. Cui denique genitalia veneris deſiderio pruriunt, ſemen prompte in coitu excernitur, & acrius ſuo per loca tranſitu percipitur.

Signa vteri calidioris.

Frigidiore vero vtero ea eſt, cui menſes aut ſupprimuntur, aut parce fluunt, hique pallidi & decolores; cui venus ignauior eſt, voluptas in coitu minor, ſemenque, quod parce & ſegniter emittitur, liquidior, & aquoſior, nec lintea tenaci adhæſu inficiens.

Frigidioris.

Humidior vterus eſt, qui multis continenter & liquidis excrementis manat, qui ob id ſemen non continet, ſed mox á coitu dilabi ſinit, qui facile abortum paritur.

Humidioris

Siccioris vteri ſigna elucent in menſium parciore copia, in exigui ſeminis profuſione, veneris deſiderio, quo ipſe ſeminali humiditate lubricetur, ceruicis eius fiſſuris, rhagadibus, & pruritu: nam ab humoris inopia cuncta ſacde rimis dehiſcunt, terræ inſtar, quæ æſtiuis ſqualloribus hac & illac finditur, humore contra tanquam glutine cohæreſcunt, & illabata vnitate continentur

Siccioris.

Ad conceptum opportunitates omnes habere cenſetur mulier deſinentibus menſibus: tum enim excrementitiis ſordibus vacat vterus, adhucq; dehiſcens virile ſemen facile excipit, exceptum in coty-
D ledonũ adhuc hiantium rugis, & tanquam aſperitatibus facile retinet. Quanquam ſub ipſum etiã tempus, quo fluere debent menſes, facile mulier concipit: quia ſtillantis per initia menſtrualis materię velut ros, nutriendo ſemini opportunus eſt, non autem deturbando aut ſuffocando. Quæ fluentibus abunde menſibus coeunt, difficilius & rarius concipiunt, & ſi conceperint, debiles fœtus pariunt & morboſos, ſi præſertim male ſanus mulieri fluat ſanguis: omnibus vero plethoricis affectibus obnoxios, quantumlibet laudabilis ſit & ſanus. Sunt quædam mulieres, quibus ſtatim à menſium fluxu occluditur vteri orificium, adeo vt neceſſe habeant fluentibus menſibus cum viro congredi, ſi modo concipere velint.

Opportunũ tempus ad conceptum.

Mulier ab anno ætatis decimo quarto ad quadrageſimum & quinquageſimum annum vſque gignere poteſt: quod tempus quæ exceſſerint, iis ad ſexageſimum vſque, quia ſeruantur menſtrua, ſeruatur quoq; prolifica vis: itaq; nonnullæ etiam eo tempore pepererunt, ſed vltra hoc tempus nulla poteſt protrahere, vt ſcribit Ariſtoteles. Plinius tamen teſtatur, à Cornelia (quæ fuit Scipionum gentis) editũ fuiſſe anno ætatis ſexageſimo ſecundo Voluſium Saturnium, qui fuit Conſul. Affirmat quoq; Valeſcus de Tarenta, viſam ſibi mulierem, quæ ætatis anno ſexageſimo ſecundo puerum peperit, cum etiam ſexageſimo & ſexageſimo primo peperiſſet. Itaque putandum eſt pro aeris, regionum, diætæ & tempe-
E ramenti varietate aliis citius, aliis tardius menſtruam purgationem & vim prolificam deſinere: quæ varietas etiam in viris locum habet. His enim etſi ſemen fere genitale ſit anno peracto bis ſeptimo, reuera tamen infœcundum eſt vſq; ad ter ſeptimum annum: cumque mares plurimi ad ſexageſimum annum generent, quem ſi exceſſerint, vſq; ad ſeptuageſimum procedunt: viri tamen quidam ſunt, qui octoginta annos nati genuerunt. Quin etiam Maſiniſſam Regem poſt ſextum & octogeſimum annum generaſſe filium, ſcribit Plinius. Catonem item Cenſorium octogeſimo exacto.

Ariſt. lib. 7. de hiſt. ani. cap. 2. & c. 5. Lib. 7. c. 14. *Lib. 6. c. 12.* *Lib. 7. de hiſtor. anim. cap. 1. & cap. 6.* *Lib. 7. c. 14.*

De

De vteri procidentia & peruerſione. CAP. XL. A

Procidentia vteri quid. PRocidere peruertiq; dicitur vterus, *quando proprio & naturali loco motus eſt*, vt ſi ſolutis & relaxatis vinculis propriis fundo ſuo in alterutrum ille, ant in propriam ceruicem abſcedat, vel etiam ceruicem ipſam excedat, & extra vuluam magna ſui parte promineat. Huius ergo ſymptomatis cauſæ cenſendæ ſunt, quæcunq; ligamenta vinculaque, quibus vterus continetur, exoluunt, relaxant, vel abrumpunt. Id interdum contingit ex vehementiore pariendi conatu, quo vterus fœtum ſecundaſq; excludens *Cauſa.* impetu conſequitur, ſeque inuertens præcipitat. Interdum & imprudentis obſtetricis temeritas, cum vterũ cum fœtu, aut cum ſecundis tenacius vtero obhærentibus inuertit, detrahitque. His etiam ſymptomatibus ſæpe occaſionem attulit vteri grauis geſtatio, grauioris oneris ſublatio, brachiorum, totiuſque corporis ſurſum per grauiditatis tempus extenſio & contentio, caſus, contuſio, concuſſio ſeu in rheda, ſeu in equo, ſeu in ſaltu & choreis, copioſioris humoris perfuſio, clamor ingens, valida & continua tuſſis, teneſmus, ſternutatio, partus quoq; multiplex & grauis, difficiliſq; vteri geſtatio, dyſpnoea aſthmatica & orthopnoica, quicquid diaphragma, & epigaſtrii muſculos grauius comprimit, auræ frigidæ in ipſo partu aut menſium fluxu admiſſio, ſuper frigidum marmor ſeſſio, hæc enim & ſimilia omnia vterum ſua ſede dimouere poſſunt. *Multis etiam*, inquit Ariſtoteles, *deſiderio coitus, quo vel iuuenilis ætatis ratione, vel quia longo tempore abſtinuerunt, tenentur, deſcendunt vteri & menſtrua ſæpe ter in menſe citantur, donec concipiant, quo facto aſcendunt, & ſuo ſitu conſtituuntur.* Procidiſſe vterum ſcire licet ex earum partium, quibus vterus eſt alligatus, dolore, nempe ilium, lumborum, & oſſis ſacri: tumore ad ipſius ceruicem tractabili, prominentia etiam nonnunquam aſpectabili variæ magnitudinis & molis prolapſus ratione. Viſus enim aliquando eſt rubræ carnis inſtar è vulua propendens, oui anſerini magnitudine & figura: laborans ſi recta ſteterit, grauitatis pondus in pudendum incumbere percipit: ſi vero vel ſedeat, vel ſupina iaceat, vel aluum exoneret, quaſi ab onere rectum inteſtinum premi; ſin prona iaceat, vrinæ difficultatem naſci, vt etiam viri congreſſum pertimeſcat. Vteri in iuuencula muliere recens relaxatio curationem recipit; vetus vero in vetula minime. Si ligamentorum eius paralyſis prolapſui cauſam dederit, vix curationem admittit: at ſi putredinis occaſione procidat, penitus inſanabile malum eſt. Si magna mole è vulua inter coxas pendulus procidat, reſtitui in ſuum vix locũ poteſt, ſed aeris appulſu corrumpitur, vrinæque præterea & fæcum alluuione, femorumque inter incedendum attritu exulceratur & putreſcit. Memini curatam à me iuuenem mulierem, cui oui gallinacei magnitudine extra vuluam vterus propendebat, tantumque curatione profeciſſe, vt poſtea pluries conceperit, pepererit, nec denuo vterus relapſus ſit.

Li. 7. de hiſt. anim. ca. 2. — *Signa.* — *Prognoſis.* — *Hiſtoria.* — B — C

De Procidentiæ vteri curatione. CAP. XLI.


Ad vteri aſcenſum remedia. PRocidentiæ nomine hic omnem vteri è ſuo loco dimotionem intelligimus. Ergo ſi ſurſum aſcenderit vterus, eadem, quæ in ſtrangulatu vteri, remedia adhibere licebit. Si in alterutrum ilium conuerſus fuerit, ſano adhibitis cucurbitulis reuocandus & reſtituendus erit. Si vero deſcenderit, & in ſuam tantum ceruicem, nec admodum magna mole inciderit, ita collocanda mulier eſt, vt clunibus ſit altioribus, & femoribus decuſſatis, tumque apprimendæ vmbilico & hypogaſtrio cucurbitulæ, reſtitutoq; ſic vtero adſtringentes iniectiones, valdeq; deſiccantes in vuluam & ceruicem exprimendæ, ſuffitus fœtidi iiſdem locis, ſuaueolentes vero ore & naribus admittendi. At ſi vterus magna mole inter femora propendeat, alio ſitus, & alio remediorum genere curatio adhibenda erit.

Ad procidentiam propre dictam. Inprimis igitur reſupinanda ægra eſt, ſic clunibus, femoribuſque ſublatis, & cruribus reductis, quaſi ipſi fœtus, aut ſecundæ extrahendæ eſſent, tum vteri ceruix, & quicquid ab vtero prominet & propendet, illinendum oleo liliaceo, butyro recenti, adipe gallinæ, & ſimilibus, inde ſenſim blando D digitorum impulſu in ſuam ſedem compellendum, ægra interim ſpiritum quaſi reſorbente, & inſpiratu aeris operi fauente, quodq; excidit, velut reuocante. Vterus poſtquam reſtitutus fuerit, quicquid vnguine delibutum eſt, abſtergendum molli linteo venit, ne per id lubricum iterum dilabatur vterus, genitalia vero decocto adſtringente fouenda, parato ex cortice granatorum, nucibus cupreſſi, gallarum, aluminis rochæ, cauda equina, ſumachio, berber. in aqua fabrorum incoctis. Ex iiſdem materialibus fiat puluis, quo eadem loca conſpergentur. Intrudetur in vteri ceruicem peſſus debitæ craſſitiei, longitudinis autem octo, vel nouem digitorum pro corporis ægri proportione. Parabuntur hi vel ex ferro albo, vel ex ſubere cera tecto ouata figura, funiculo, quo reuocari poſſint ad alterum extremum ſubſtricti.

E

A

Peſſorum ouatorum effigies.



B

A. *Monſtrat peſſi corpus.*
B. *Funiculum ad femur religandum.*

His peractis continebit ſe in lecto quieta ægra octo vel decem dies clunibus ſublatis, & cruribus decuſſatis: admotis interim cucurbitulis ſuo ſtatu & loco reſtitutus vterus continebitur, ac ſi quam ab aere frigido noxam contraxerit, decocto calefaciente flatuſq; diſcutiente fouebitur ſic: ℞. *fol. alth. ſaluia, lauend. roriſmarini, artbemiſ. florum chamemel. melilot. an. m. ß. ſeminis aniſi, fœnagr. an. ℥ j. coquantur omnia complete in aqua & vino & fiat decoctio ad vſum.* *Fotus calefaciens & diſcutiens.*

Iniiciantur clyſteres, quo fæcibus vacuis inteſtinis, in alui amplitudine vterus facilius admitti & C contineri poſſit. Hoc eodem conſilio veſica diligenter exoneretur, alias periculum eſt, ne inter vtrumque iacens vterus illorum repletorum ſurſum, deorſumq; compreſſione foras exprimatur, & tanquam denuo explodatur. Vomitus quoque ſingulare putatur eſſe remedium ad prolapſum vterum reuocandum: præterea enim pituitam expurgat, quæ vteri ligamenta madefaciebat & relaxabat. Vt enim vterus in coitu prima conceptione deorſum ſemini obuius promouetur, ſic ventriculus ſua plane ſponte, ſiue arbitrio noſtro ſurrigitur ſurſum, cum rei alienæ iniuria laceſſitus magno impetu hac vomitione repellit: at cum eo ſic permoto vna peritonæos tunica, vterus, ipſiq; connexa omnia corpora conſecutione quadam ſurſum promouentur. *Vomitus quo vtilis ad prolapſum vteri.*

Quod ſi præſcriptis remediis reſtitui nequeat vterus, aeriſque & aliarum, quas diximus, rerum incurſu vlceratus computruerit, iubemur Veterum præſcripto illum amputare; ante tamen ipſum vinciri volunt, eiuſq; id tantum, quod neceſſe eſt, reſcindi, reliquum canterio inuri, & ex artis regulis curari. Viſæ namque ſunt permultæ mulieres, quibus totus ferme vterus exciſſus fuerat, nullo vitæ diſpendio, quemadmodum teſtatur Paulus. Ioannes Langius Comitis Palatini Medicus; ſcribit ſe præſente Chirurgum Carpum mulieri Bononienſi vterum extirpaſſe ipſa ſuperſtite & incolumi. Antonius Beniuenius Medicus Florentinus, ſcribit vocatum ſe à Medico Vgolio ad curandam mulierem, cui vterus cum fruſtatim corruptus procidiſſet, decennium totum ſuperuixerit. *Vteri putridi exciſio.* *Lib. 6.* *Epiſt. 19. lib. 2. epiſt. med.* *Tract. de mirand. morb. cauſis.*

Mulieri cuidam fere trigenariæ ſanæ, menſtruali, & bene famatæ conceptionis ſigna paulo poſt ſecundas nuptias, quas anno 1571. contraxit, cum ex priore matrimonio prolem nullam ſuſcepiſſet, ap- D paruerunt. Progreſſu temporis obortus eſt ad partes imas & pudendas ponderis ſenſus dolore & vrinæ retentione adeo moleſtus, vt Chriſtophoro Mombeo Chirurgo vicino ſuo in ſuburbiis S. Germani commoranti, patefacere ſe infortuniumque ſuum coacta fuerit. Is viſo tumore in perinæo, fotu & cataplaſmatibus anodynis & remollientibus dolorem ſedauit, ſed mox ad pudendi labrum interius, vomica velut ab abſceſſu rupto apparuit, ſanie ſubrubra, citrina & pallida multo tempore manans. Interim haud euaneſcebat ponderis ille ſenſus, quin potius augebatur in dies, adeo vt ab anno Domini 1573. ne ſe quidem in lecto in hoc illudve latus conuertere poſſet, niſi admota manu hypogaſtrio ad oneris leuamen, ſed & tum quidam veluti globus toto corpore & pondere ſuo ſibi prouolui videbatur in quocunque latus decumberet, nec ſtans, nec ſedens alui excrementa reddere valebat, niſi pondere illo ſurſum manib. ad diaphragma ſublato. Inceſſura vix crura promouere poterat, quaſi ſibi ſemper ex interfœmineo aliquid penderet, quod progreſſum remoraretur. Ex interuallis vomica illa recludebatur ſanie ſolita manãs; ſed tũ capitis membrorumq; omniũ dolor, animi deliquia, faſtidia, vomitus, ſuffocationes miſerã vrgebãt, adeo vt ab empyrica muliere perſuaſa, facile adducta fuerit, vt antimoniũ hauriret cuius tanta fuit & tã efferа vis, vt poſt multas cũ multis torminib. vomitiones, & aquoſas per aluũ E deiectiones viſus ſit ſibi anus procidere. Sed admonita à familiari quadã ſua, cui ſe videndã crediderat, haud ab ano id ꝓcidere, ſed à vulua, an. Do. 1575. Chirurgos vocauit, me, Iacobũ Guillemeau, & Antoniũ de Vieux, q ſibi auxilio afflictæ ſanitati eſſemus. Expenſa re tota & diligẽter animaduerſa, communi cõſilio cenſuimus, id, ꝙ ꝓciderat, extirpandũ eſſe: ꝙ atro colore, fœtore, & aliis eiuſmodi ſignis putridæ ac corruptę rei argumẽta manifeſta pręberet. Ergo ꝑ duos dies ſenſim, fruſtatim, & ſine dolore corpus extraxim⁹, ꝙ aduocatis Medicis Alexio, Gaudino, Feureo, Violaneo, & nobis vteri corpus eſſe viſum eſt. *Hiſtoria.* *Antimonii hauſtum procidentiã vteri intulit.*

Cuius

Vterina ſubſtantia extracta ſigna. Cuius rei fidem fecere vnus ex teſticulis, qui integer extractus eſt, craſſiorque item membrana, reliqua A ex mola, quæ ſuppurata rupto abſceſſu, ſenſim diffluxerat. Reuulſo omni eiuſmodi corpore, melius ægra habere cœpit, & tamen ante extirpationem nouem totos dies nihil per aluum excreuerat, quatuor vero dies vrina ſuppreſſa fuerat. De hinc omnia ſibi, naturæ ſuæ, & ſtato curſui reddita ſunt totumque trimeſtre ſana & egregie incolumis mulier ſuperuixit, donec ſuborta repente pleuritide interiit. Diſſectæ à me & ſedulo ſingula exquirenti nuſquam comparuit vterus, ſed eius loco calloſum quoddam corpus, quod natura, quæ nunquam in nobis otiatur, iacturam eius partis quaſi reparatura, vel lacunam potius alui repletura, ſubſtituerat.

De membrana Hymen dicta. CAP. XLII.

Hymen an ſit. QVibuſdam virginibus in ceruicis vteri orificio membrana reperitur, Hymen Veteribus dicta, quæ quia viri congreſſum arcet, ſterilitatis cauſam mulieri infert. Hanc pleríque non vulgares modo, ſed & docti Medici, virginibus omnibus tanquam virginitatis clauſtrum ineſſe credunt. Sed illam ego cum in pleriſq; virgunculis omnis fere ætatis à trimatu ad duodecimum vſq; annum, quarum mihi ex Noſocomio Pariſienſi plena copia erat, ſtudioſe exquirerem, dum rem anatomicam commentarer, non B potui reperiri.

Hiſtoria. Ipſam ſemel tantum licuit mihi obſeruare in virgine ſeptemdecim annos nata, quam cum mater viro deſpondiſſet, ſciretq; nihilominus, ipſi in pudendis ſubeſſe aliquid, quod, quo minus mater & fœcunda eſſe poſſet, impediret, rogauit me, vt ipſam inuiſerem; Reperi igitur membranam quandam neruoſam, tenuiſſimam, ſub nymphis, proxime id foramen, per quod mulieribus vrina effluit, præ foribus (vt ſic loquar) orificii ceruicis vteri: medio, ſed exiguo, foramine membranula illa peruia erat, qua menſes diffluere poſſent. Contemplatus ergo membranulæ illius tenuitatem, ipſam adactis volſellis reſcidi, quidque ad reliquam curationem facto eſſet opus, matrem admonui: certe nupſit illa paulo poſt, & prolem peperit.

Lib. 11. c. 16. Raro reperiri hanc membranulam, mecum ſentit Realdus Columbus: *Sub nymphis*, inquit, *in nonnullis virginibus, non omnibus, alia membrana cernitur, Hymen à Veteribus appellata, quæ cum adeſt, (raro autem adeſt) obſtat, quo minus penis in vterum immittatur: nam craſſa eſt valde; ſupra, veſicam verſus; foramine donatur, per quos menſes fluunt.* Addit & hanc ſe tantum obſeruaſſe in duab. virgunculis, & in vna grandiore. *Lib. 3 fen. 21. tract. 1. ca. 1.* Scribit Auicenna, virginibus in collo matricis panniculos ſubeſſe contextos ex venis & ligamentis valde tenuibus, ortis ex eius colli omni parte, qui primo concubitu profuſo ſanguine diſrumpi ſolent. Scribit C Almanſor, virginibus ductum ſeu ceruicem vteri valde anguſtam & rugoſam eſſe: rugas vero illas venulis multis & arteriolis intertexi, quas primus concubitus diuellat. Hæ ſunt Medicorum de hac membranula ſententiæ. Affirmant obſtetrices, poſſe ſe certo virginem à corrupta dignoſcere, huius membranulæ integræ vel ruptæ & violatæ argumento. *Obſtetricum de hymene membrana nugæ.* Harum nuntiationibus dum nimium creduli iudices fidem adhibent, ſæpe in errorem impelluntur: nihil enim de illa membrana certum habere obſtetrices, ex eo eſt intelligere, quod ſitum ei nonnullæ ex his affingunt, primo in pudendi limine, aliæ in media ceruicis vteri via, aliæ in extrema ad vteri interius orificium. Imo quædam in ea ſunt hæreſi, vt illam inaſpectabilem & imperceptibilem eſſe putent ante primum partum. Profecto de re tam rara, & quæ contra naturam ſit, certum quid, quod omnes ſequantur, ſtatui nequit. Itaq; qui ſanguis primo concubitu effunditur, non ſemper eſt ab hac membrana rupta, ſed à venulis ruptis & violatis, quę ſecundum internam vteri ſuperficiem in ceruicem eius deſcendentes ipſis rugis, quæ venerem nondum expertis quaſi *Quæ nullum primo concubitu ſanguinem profundant.* conglutinatæ conniuent, implicantur & attexuntur. Quanquam quæ maturæ viro ſunt, & plenis annis nubiles, nullum neq; dolorem, neq; ſanguinis fluorem, vllamve continui ſolutionem patiuntur, ſi præſertim virum ſortitæ ſint, cui penis ſit vteri ceruici magnitudine reſpondens. Ex quo ſcire licet, quam fallantur Fezæ metropolis in Mauritania incolæ: *apud eos*, inquit Leo Afer, *ſponſus & ſponſa ſimulatque ex* D *Sponſalium ſolemni apparatu domum ſunt regreſſi, conclaui ſe obſerato abdunt oſtio, dum nuptiale paratur conuiuium.* *Lib. 3.* *Interim annoſa quædam mulier præ foribus expectat, quæ porrectum ſibi à ſponſo, iam marito, cruentatum linteolum, in mediam inuitatorum turbam ouans defert, tanquam raptæ virginitatis opimum ſpolium & ſymbolum, hacq; demum legi licet diſcumbere & conuiuari: at ſi forte fortuna genioq; ſiniſtro, ſolenni illo coitu, nihil cruoris ſponſa per genitalia ſtillarit, redditur illa parentibus: his inde magnum dedecus accedit, inuitatorum vero turba triſtis & mœſta impranſaque domum recedit.* Quin etiam reperiuntur, quæ lenarum, meretrices ad quęſtum pro virgunculis proſtituentium, infames artes edoctæ, dum laborioſam & cruentam expugnatæ iam ſæpius pudicitię *Malæ vafrarum meretricularum artes.* oppugnationem, adſtringentibus iniectionibus corrugata & cõſtricta vteri ceruice, ſic vt lateribus ſuis conniuere videatur, intruſiſq; ac penitus inſertis in vuluam vtriculis piſcium, aut felleis quadrupedum veſiculis ſanguine refertis, fraudis & doli malarumq; artium neſcio veneris tyrunculo parant, ita agunt mixtis cum gemitu ſuſpiriis, fœmineis vlulatibus, & crocodili lachrymis, vt virgines & ante hanc diem illibatæ caſtitatis videantur.

Memorabilis de membrana Hymen dicta, hiſtoria. CAP. XLIII.

E

Cap. 38. lib. de præſt. dæmonum. REfert Ioannes Vuierus. Camburgi virginem extitiſſe, cui obtenſa media in vteri ceruice membrana denſa & valida prohibebat, ne menſes, cum primum erumpere cœperunt, foras prorumperent: ex eo contigiſſe, vt ſuppreſſa & reducta menſtrualis materia, ingentem in ventre tumorem & tenſionem faceret, cum dolorum cruciatu, quaſi ipſa parturiret: vocatæ obſtetrices his, quæ fiebant & apparebãt, animaduerſis, ipſam partus dolores pati vna voce affirmabant, etſi ipſa conſtanter aſſereret, nunquam ſibi

A ſibi rem cum viro fuiſſe. Se igitur tum vocatum, qui conſilij remedijq; inopibus obſtetricibus, miſellæ illi virgunculæ extrema rtes iam integras ſeptimanas cum vrinæ ſuppreſſione, iugibus vigiliis & doloribus, anorexia & faſtidio patienti, ſuccurreret. Animaduerſa è veſtigio parte patiente, viſum ſibi ceruicis vteri orificium, denſæ membranæ obiectu obſtructum, atq; à repentina ſanguinis in vterum, vterinq; vaſa irruptione exitu materiebus denegato, tumorem illum dolorificum exortum. Ea de cauſa aduocato ex tempore Chirurgo, edixiſſe, vt mediam membranam, quæ currenti ſanguini obſtruebat, diuideret, quo facto, ſanguinis concreti nigri iamque putreſcentis ad octo libras dimanaſſe, triduoque poſt omnis morbi, omniſq; doloris expertem virginem euaſiſſe. Id exemplum hic proponendum duximus, quia & notatu iucundum, & vtile ad imitandum eſſe putauimus.

De ſtrangulatu vteri. CAP. XLIV.

Strangulatus vteri quid.

VTeri, vel ab vtero ſtrangulatus, *liberæ reſpirationis interceptio eſt, ex eo nata, quod vterus contenta humorum vaporumque craſſorum ſaburra intumeſcens, diſtentis plenitudine vaſis & ligamentis, conuulſiuo velut motu raptus, in diaphragma thoracisque partes effertur, reſpirationem breuem, crebramq; tanquam compreſſo pectore faciens.*

Cur intumeſcat vterus.

B Intumeſcit autem ideo vterus, quod concluſa collectaque in ipſo ſubſtantia quædam ſeu ſeminalis, ſeu menſtrualis, ſeu vterini, muliebriſve fluoris, ſeu cuiuſuis alterius humoris, tumoris, abſceſſus, vomicæque & cacochymia quæuis putreſcens ac malignam qualitatem acquirens, in flatus craſſos & nebuloſos reſoluitur. Hi dum varias partes impetunt, varia ſymptomata inuehunt: nempe borborygmos, murmura, & rugitus alui, ſi inteſtina: nauſeam, cui raro vomitus ſuccedat, tædium, faſtidiumq; cibi, ſi ventriculum & viſcera: præfocationem cum ſtrangulatu, ſi thoracem fauceſque; ſyncopem, ſi conſuro-rem aut ei contrarium ſoporem veternumq; ſi cerebrum feriant: quæ omnia non raro tam maligna viſuntur, vt canis rabidi morſus, aut ferarum venenatarum puncturas malignitate adæquent. Obſeruatum tamen eſt à ſuppreſſo corruptoque ſemine, quam à menſtruo ſanguine grauiora ſequi huius generis accidentia. Quanto enim vnumquodque, dum naturæ ſuæ integritate continetur, perfectius & nobilius eſt, eo grauius & exitialius eſt, vbi ſemel à præſtantis illius naturæ legibus, per corruptionem deuiarit. Raro id ſymptomatis genus eas mulieres, quæ bene menſtruales ſunt, & viri conſuetudine familiariter vtuntur, fatigat: at crebro non menſtruales & maritis orbas, ſi præſertim edaciores ſint & ſedentariæ.

Symptomata a ſtrangulatu vteri.

Cur a ſemine, quam a ſanguine corrupto, vteri ſtrangulatus ſit pernicioſior.

Diſtentis ſic, vt diximus, vteri vaſis & vinculis, quantum eorum latitudini & craſſitie additur, tantum longitudini detrahitur. Ita fit, vt ſua ſede emotus vterus, nunc dextrorſum ad hepar, nunc ſiniſtrorſum ad lienem, alias ſurſum ad diaphragma & ventriculum, alias deorſum idq; antrorſum ad veſicam, vnde iſchuria, ſtranguria; vel retrorſum, vnde recti inteſtini oppreſſio, fæcum ſuppreſſio aut teneſmus infligatur.

C Cæterum etſi agnoſcimus, vterum ad illas, quas diximus partes, irruere, non per accidens modo, à vinculis propriis & communibus, dum plenitudine diſtenta contrahuntur, breuioraq; fiunt; ſed etiam per ſe, dum rei præter naturam contentæ moleſtia irritatus, & quaſi ſuccenſens, alias in aliam partem oberrat, motu plane naturali, ventriculi inſtar, quod infenſum & inimicum eſt, fugiens, quod vero iucundum & blandum, perſequens. Tamen ſolius eius ad has illaſve partes acceſſione tam ſæua ſymptomata excitari negamus, ſic enim grauidas, quibus grandiore fœtu vterus diſtentus diaphragma premit, ſtrangulatu huic ſimili corripi contingeret, ſed multo magis à venenato humore concluſum tetrum vaporem & craſſum, non per venas modo & arterias, ſed & per cæca ſpiracula in hanc aut illam partem expirante, qui partium, quas attigerit, facultates venenata malignitate ſua ac pernicie offundat, earumque functiones intercipiat. Nec vero ſola excipientium partium, ſed ipſa etiam exceptæ materiæ varietas ſymptomatum facit varietatem. Alia enim menſibus ſuppreſſis, alia corrupto ſemine contingunt ſymptomata: ac ſi quidem materia frigida eſt, veternum in cerebrum elata inducet, quo mulier corruens velut attonita iacet ſine motu, ſine ſenſu vllo, arteriarum pulſatione, thoraciſq; reſpi-

Cauſa varia in varias corporis partes vteri conuerſionis.

Vterum non per accidens modo moueri, ſed etiam per ſe concuti.

Vnde tam varia in vteri ſtrangulatu ſymptomata.

Soporis in vteri ſtrangulatu cauſa.

D ratione, adeo parua & rara, vt interdum nulla eſſe credatur, tanquam ipſa iam mortua & extincta ſit. Si craſſior, conuulſionem infert: ſi melancholici humoris & atræ fuliginis naturam ſpirat, triſtitiam, metum, & mœſtitiam ſic infert, vt ſe mox morituram ægra putet, nullaq; ratione in ſpem erigi & recreari poſſit: ſi biliosi, furorem vterinum dictum, loquacitatem, qua dicenda tacendaq; effutiunt, tenebricoſam vertiginem, perturbato & temere agitato ſpiritu animali, admixtione putridi vaporis & fetuidi ſpiritus, inducit, ſed nihil eſt admirabilius, quam quod alias cum riſu, alias cum lachrymis prehendit hoc malum, aliis prius lachrymæ, deinde riſus mouetur in eodem affectu. Omnem vero ſuperat admirationem, quod duabus filiabus præſidis Rothomagenſis contingere ſolitum, narrat Hollerius: Riſu enim longo ad horam & horas duas, imminente paroxyſmo capiebantur, quem neque metu iniecto, neque hortatu, neq; aliis artibus poterant compeſcere; à parentibus interrogatæ & obiurgatæ, reſpondebant, ſe non poſſe continere riſum. A ſtrangulatu vteri diligenter diſtinguendus venit aſcenſus. Nam aſcenſu haud, quæ ſtrangulatu, ſymptomata fiunt, ſed duntaxat premitur mulier quodam præcordiorum dolore, ſpirandi difficultate, aut animi defectione: at ſine metu, ſine delirio, aut alio grauiore ſymptomate. Itaque aſcenſum ſæpe contrariæ cauſæ inuehunt: vteri nempe ab exhauſto laborantis nimia ſiccitas,

Furoris vterini cauſa.

Hiſtoria.

Aſcenſus vteri a ſtrangulatu diſtinguendus.

E qua cogitur poſt effrenes & nimias menſium, lochiorum & ſimiles vacuationes, poſt laborioſos & dolorificos enixus, quorum occaſione præter naturam incaleſcit, & exareſcit, ſeſe impetu quodam conuertere ad vicinas partes, hepar nempe, ventriculum & diaphragma; ſi forte inde humorem in ſe deriuare poſſit. Omitto, quod frequenti rerum aromaticarum naribus admotarum odore, vterus ſurſum aſcendit, etſi interim, quem deſcripſimus, ſtrangulatum non inferat.

De Imminentis ſtrangulatus vterini ſignis. CAP. XLV. A

Aſcenſum non tam facit vterus, quam vapor ab vtero.

ANtequam commemorata præhendant ſymptomata, mulier ab vtero ſibi ſurgere ad ventriculi orificium & ad cor dolorificum aliquid ſentit, opprimi & præfocari ſibi videtur, queritur promoueri, ſenſumq; ſcandere aliquod velut fruſtulum ab infernis partibus ad gulam, quod ſibi fauces præcludat, palpitatione cor æſtuat. Sic vterus & vteri vaſa plerisq; intumeſcunt, vt recte & in pedes ſtare nequeat, ſed pronæ in ventrem ſe continere coguntur, quominus dolore premantur: ipſum præterea, quod ſurſum conſcendere videatur, admota appreſſaq; manu comprimere valide, quanquam non tam vterus ipſe, quam ab vtero vapor aſcendit, vt antea diximus: cum iamiam imminet acceſſio, pallor quidem faciei derepente adeſt, torpor mentis, pigritia, crurum imbecillitas cum ſtandi impotentia. Hinc ſopor grauis, mentis deſipientia, ſenſuum & reſpirationis velut emortuæ interceptio, aphonia, crurum contractio & ſimilia.

Quibus ſignis intelligere liceat, mortua ſit, necne mulier in vteri ſtrangulatu. CAP. XLVI. B

Viua pro mortuis elata.

QVia permultæ mulieres non priſcis tantum ſeculis, ſed noſtra etiam & patrum memoria hoc ſymptomate correptæ pro mortuis, etſi viuerent, elatæ ſunt, pernece ſſarium eſſe duxi, ſigna, quæ in tali caſu mortem & vitam arguerent, deſcribere. In primis igitur, viuatne, an vero mortua ſit ægra, licebit explorare ſpeculo politiſſimo, leuiſſimo & luciduſſimo ori & naribus admoto. Nam ſi vel qualibet obſcura adhuc ſubſit reſpiratio, tenuis vapor expiratus ſpeculum inficiet, & velut aſpergine obnubilabit. Plumula quoq; mollior & ſubalaris, vel carptæ lanæ floccus ac tanquam lanugo admota, tremulo motu ſuo ſubeſſe adhuc ſpiritum, adeoque vitam teſtabitur, omnino vero certiſſime arguet, ſubſitne adhuc aliquid in corpore animulæ ac vitæ, inſufflatis in nares puluiſculis ſternutatoriis ex elleboro & pyrethro. Cæterum etſi nulla appareat reſpiratio, non tamen propterea mortua ægra ſtatim cenſeri debet, exiguus enim calor vitalis, quo in corde contracto ſuperſtes adhuc viuit, ſola tranſpiratione contentus multam aeris, quę reſpiratione, thoracisq; ac pulmonum dilatatione & contractione obitur, attractionem ad ſui conſeruationem non requirit. Sic enim inſecta, vt quæ frigido ſint temperamento, hyeme tota latebris incluſa degunt torpida, nulla in ipſis apparente ſpirationis nota, quod exiguus calor in ipſis relictus, arteriarum cordiſque officio, id eſt, perſpiratione facile conſeruari poſſit citra thoracis motum: quod maximus reſpirationis vſus eſt, vt intimus calor refrigeratione & ventilatione ſeruetur. Qui hæc non animaduertunt, in eum errorem incidunt, qui anatomicæ commentationis iacentis & prope neglectæ parenti ac reſtauratori noſtra memoria pene pernicialis fuit. Is in Hiſpania cum eſſet vocatus ad nobilem mulierem, quæ ex hyſterico ſtrangulatu mortua credebatur, diſſecandam, ecce ad ſecundam adactæ nouaculę impreſſionem derepente ad ſe illa redire, & artuum corporiſque, quod pro cadauere habebatur, motu ac clamore, vitæ adhuc ſuperſtitis ſigna præbere cœpit. Quæ res circumſtantes amicos in tantam admirationem, horroremq; rapuit, ſic primæ & melioris notæ Medicum illum infamem, odioſum, & inteſtabilem reddidit, vt parum abfuerit, quin vnguibus omniū è veſtigio diſcerperetur & laniaretur: nihilq; prius ſibi eſſe duxerit, ſi ſaluus eſſe vellet, quam prouincia quam citiſſime excedere, ſeque fuga inuidiæ ſubtrahere. Sed ne ſic quidem inteſtinum tortorem ac carnificem, quo iudice nemo nocens abſoluitur, male nempe rei geſtæ conſcientiam fugere potuit: Itaque non ita multo poſt mœſtitia confectus, magno rei & publicæ & Medicinæ detrimento interiit. C

Qui hyſterica ſola tranſpiratione ſine reſpiratione viuit.

Inſecta tota hyeme ſola tranſpiratione viuere.

Hiſtoria.

Quibus ſignis, à menſibusne ſuppreſſis, an à ſemine corrupto vteri ſtrangulatus ſit, cognoſcere liceat. CAP. XLVII. D

Signa hyſterica ſuffocationis a ſemine corrupto.

HYſtericæ ſuffocationis duæ illæ potiſſimum, tanquam maxime frequentes, celebrantur cauſæ. Sed à ſemine corrupto ſymptomata omnia grauiora ſunt & rapidiora: præeunte diſpnoea non longo interuallo poſt ſequitur apnœa: vniuerſus corporis habitus marmore frigidior ſentitur; mulier eſt vidua; cæterum multi & copioſi ſeminis, ac conſueta virorum vti conſuetudine: per quorum abſentiam antea capitis grauitate tentari ſolebat, cibos faſtidire, mœſtitia & metu, omninoq; melancholia percelli. Deniq; cum nihil ad libidinem reliqui feciſſet, derepente continere cœpit.

Signa hyſterica affectionis a ſuppreſſis menſibus.

Signa reſurgentis ab hyſterica affectione.

Cur viris ſuppreſſum ſemen non ſit perniciale.

A menſibus ſuppreſſis ſuffocari eam veriſimile eſt, quæ antea bene & copioſe menſtrualis erat, quæ calidis, humidiſq; & multis multumq; adeo ſanguinem gignentibus eduliis repleri ſolet, quæ ſedentaria eſt, quæ aluinæ regionis pondere & tumore, quæ ſtomachi dolore & nauſea, reliquiſq; ſymptomatibus, quæ à ſuppreſſis menſibus inboriri ſolent, laborat. Quibus poſt aliquod tempus ſuffocationis hyſtericæ paroxyſmus vel ſponte ac robore naturæ, vel remediis adhibitis exoluitur, paulatim rubor in faciem aſſurgere incipit, vniuerſum corpus confirmari, conſerti dentes, mandibulis laxatis reſerari, humor deniq; aliquis, quibuſdam etiam ſemen craſſum cum voluptate, quibus præſertim obſtetricis digito demulcetur ceruix vteri, è genitalibus diffluere: quo dilapſo vterus antea velut furens ſibi, loco ſuo reſtituitur, ſenſimq; ſymptomata omnia vaneſcunt. Viris & ſuppreſſo ſemine non quæ mulieribus ſymptomata veniunt: quia virile ſemen haud ita frigidum & humidum longeque perfectius & magis elaboratum putredini magis reſiſtit, & dum illud ſenſim congeritur, multo ac valido exercitio ſimul quoque diſſipari ac digeri ſolet. E


De vteri ſtrangulatus curatione. CAP. XLVIII.

A HYſtericæ ſuffocationis, quia rapidum eſt & acutum malum, propterea præſens quoq; & ſubitum remedium poſtulat, vel neglecta eius in præſens cauſa. Ergo ſtatim in dorſum collocetur ægra elatiore thorace, ſolutis ac districtis veſtimentis omnibus, quo ſpiritum ducat facilius, alta voce & in aures inclametur nomine proprio, temporum & ceruicis pilis vellicetur acrius, præſertim vero pudendorum, vt dolore inferois illis in locis citato, non excitetur modo ægra, ſed & vapor teter ſurſum aſcendens in contrarium reuellatur, dolorificis vinculis crura & brachia conſtringantur, aſperioribus linteis, ſale etiam & aceto conſperſis, totum corpus ad dolorem, ruboremque vſque confricetur. Immittatur in vterum peſſarium ſequens. *Pilorum, qui in pudendis ſunt, vulſione facere ad ſymptoma & ad cauſam ſymptomatis.*

℞. ſuccor. mercuri. & arthemiſ. an. ℥ ij. in quibus diſſolue pulueris bened. ℥ iij. pulueris rad. enulæ camp. galangæ, maior. an. ℥ j. fiat peſſarium. Inungantur inde plantæ pedum oleo laurino, vel ſimili alio: applicetur cucurbitula ingens, cum multa flamma hypogaſtrio infra vmbilicum, femorum internæ parti, & ad pectinem, quo tum materiæ ſurſum ſcandentes, tum vterus ipſe eo irruens reuocetur & reuellatur. Parandus ſuffitus aromatum, qui vtero excipiatur, quod quo facilius fiat, immiſſo in eius ceruicem inſtrumento, hic appicto, apertus ſemper & hians teneatur. In peſſi formam ex auro, argeotove aut ferro albo exſcul- *Peſſarium.*
B petur, altero, quod ſcilicet ſubit in vteri ceruicem extremo, multis foraminibus hac illac vndique peruium ſit: inferiore vero, manucla inſtructum, quo reſerari & obſerari pro arbitrio queat. Duobus autem vinculis ad faſciam ægræ ilia cingeotem religabitur. Eius hæc eſt delineatio.

Peſſi, quo immiſſo hiare cogitur vteri ceruix, delineatio.

C



Vaſis ſua penula inſtructi ad vterum ſuffiendum deſcriptio.

D



E

Suffituum aromaticorũ materia. Materia ſuffituum aromaticorum ſunt cinnamomum, calamus aromat. xyloaloe, ladanum, benioini, A
thym. piper. caryophyll: lauendula, calament. arthemiſ. puleg. alipta moch. nux moſch. moſchum, muſcus, ambra, iuncus odoratus, & ſimilia, quæ odoris gratia & ſympathia vterum alliciunt, reuocantque, *Aromata quibus viribus vterum ſibi reſtituant.* & nebuloſos vapores putridamque cacochymiam calore ſuo conſumunt & digerunt. Fœtidis contra ſuffientur nares, parantur autem hæc ex galbano, ſagapeno, ammoniaco, aſſa fœtida, bitumine, oleo gagatino, fumo candelarum ſebacearum extinctarum, pennarum auium, præſertim vero perdicum & ruſticularum, pilorum humanorum, villorum caprillorum, bubulorum, veterum coriorum, vngularum *Fœtida naribus admouenda.* cornuum, & ſimilium vſtulatorum: quorum infenſum odorem fugiens vterus in ſuum ſe refert locum. Expedit etiam prouocare vomitum, intruſa in gulam altius penna anſerina, vel ipſius etiam ægræ capil- *Auicennæ ſecretum ad ſtrangulatũ vteri.* lis. Mox adhibebitur potio ex piperis nigri granis quindecim tuſis, & in hydromelite aut vino generoſo diſſolutis, quod remedium Auicennæ pro ſecreto eſt. Eius etiam loco poteſt tribus horis ante paſtum exhiberi theriacæ ſemidragma in aquæ abſynthij vncia vna diſſoluta: prodeſſe etiam creditur remediũ *Oleum gagatinum.* paratum ex olei gagatini gutta vna linguæ inſtillato. Sunt, qui probent potionem ex ſemidragma caſtorei in vino albo aut iuſculo capi diſſoluta. Prodeſſet etiam non bibendam modo dare, ſed & exprimere *Caſtoreum hauſtum.* in vterum theriacam in aqua vitæ diſſolutam, interimque olei ſaluiæ aut alterius ſimilis per quintam B
Expreſſiones in vterum. eſſentiam extracti guttas duas, treſve in aures inſtillare. Sopita excitabitur ſternutatoriis puluiſculis ex elleboro albo & pyrethro. Vtiliter etiam induntur in anum & vuluam clyſteres ex decocto rerum fla- *Peſſorum materia.* tus diſcutientium, vt calamenthi, arthemiſiæ, lauendulæ, pulegii, chamæm. meliloti, fiant peſſi & glandes ex ladano, zinzibere, gallia moſchata, theriaca, mithridatio, zibetha, moſcho, ex oleo caryophyllorum, aniſi, ſaluiæ, roriſmarini, & ſimilibus per quintam eſſentiam extractis. Clyſteris hæc erit conueniens deſcriptio:

Clyſter diſcutiens vapores craſſos. *℞. rad. enulæ camp. ireos, ebuli, ariſtol. an. ℥ j. fol. abſinth. arthemiſ. matric. puleg. origan. an. m. j. baccarum lauri, iuniperi & ſambuci an. p. j. ſeminum rutæ, cumini, ammios an. ʒ ij. florum ſtœchad. roriſm. ſaluiæ centaurii minor. an. p. ij. fiat decoctio, cape de colatura ℔. j. in qua diſſolue mellis anthoſ. ſacchari rubri & bened. an. ℥ j. diacarthami ʒ ij. olei anethini & nard. an. ℥ j. ß. fiat clyſter.* Applicetur aloo ſequens emplaſtrum: *℞. maſſæ emplaſtri oxycrocei & de meliloto an. ℥ iij. olei nard. quantum ſufficit ad malaxandum, fiat emplaſtrum*, extendatur ſuper a- *Citum, certum & iucundum ad hyſtericam paſſionem remedium.* lutam, applicetur regioni ventris, exacto paroxyſmo. Si quidem nupſerit, coeat, ineaturque *valide à viro: nullum enim eſt hoc remedio præſentius.* Obſtetrix inunget digitos oleo nardino aut moſchatellino, caryophyllorum aut de ſpica, mixtis cum moſcho, ambaro cineritio & zibetho aliiſque puluiſculis aro- *Titillatio ceruicis vteri.* maticis, hiſque confricabit & titillabit ſummum ceruicis vteri, quod orificium interius pertingit, calefactis tamen prius genitalibus calentibus linteis admotis, ſic enim demum venenata materia vtero cõ- C
tenta eliquabitur & diffluet, malignique tetri & flatulenti vapores, quibus vterus velut in furorem agitur, reſoluentur & diſcutientur, ſicq; morbi materia coniuncta diſſipata, ſibi vterus, ſibiq; mulier reſtituetur. Quibuſdam pro ſecreto eſt confricare vmbilicum ſucco expreſſo ex allio cocto & cum aloe commixto.

De mulierum menſibus. Cap. XLIX.

Nominum menſtrualis excretionis ratio. SAnguinis, qui mulieribus per genitalia manare ſolet, furorem, Menſes nominare ſolent, quod his ſingulis potiſſimum menſibus, quandiu ſanæ ſunt, cieatur. Sunt, qui tempus nominant, quod ſtato recurrat tempore. Septimanas Galli plerique appellant, quia ſedentariis & guloſis ſeptem fere dierum ſpatio duret. Purgationes etiam quidam nominant, quod hoc fluere totum muliebre *Quæ nullo apparente menſium fluore concipiant.* corpus ſuperfluis humoribus repurgetur. Sunt denique, qui Flores vocitent, quod vt flos fructum in plantis, ſic in mulierum genere hic fluor fœtum ſeu fœtus conceptionem ſoleat præcedere. Non enim ante mulier ad conceptionem habilis cenſetur, quam ipſi menſes fluant. Vnde enim ſemen D
in vterum iniectum alimentum & incrementum, vnde fœtus ex ſemine formatus alimoniam capeſ- *Quæ frequentius, copioſius & diutius purgentur menſtruali materia.* ſet, ſi neceſſarius is humor vtero deſit? Fieri tamen poteſt, vt aliquæ etiam ſine hoc menſium profluuio concipiant: videlicet quibus tantum humoris colligitur, quantum iis, quæ purgantur, reſtare ſolet, quanquam non tanta copia, vt foras poſſit profluere, vt eſt ab Ariſtotele proditum. Cæterum vt quædam copioſius, aliæ parcius, ſic quædam rarius, quædam frequentius hunc fluorem patiuntur. Sunt enim, quæ bis, quæ ter in menſe purgantur, omnino enim quæ hepate ſunt amplo, venis latis, multis cibis & multum nutrientibus replentur, quæ otioſæ totos dies domi ſedent, quæ integræ noctis ſomnum in multam lucem protrahunt, quæ in aere calido, humido, pluuioſo & auſtrali degunt, *Quæ rarius, parcius & breuius.* quæ tepidis aquarum dulcium balneis & blandis frictionibus, quæ viri conſuetudine vtuntur & delectantur, frequentius illæ & copioſius & crebrius, hoc fluoris genere purgari ſolent. Quibus contra venæ anguſtæ ſunt & abditæ, quibus habitius eſt ſeu carne ſeu adipe corpus, rarius, purgantur & parcius, quod in corporis habitum faceſſere ſoleat ſanguinis ſuperflua copia. Molles etiam & albę mulieres, fuſcis & denſa carne præditis minus purgantur, quod propter corporis raritatem, maiorem patiantur *Cur iuuenes noua luna repurget.* ſubſtantiæ per tranſpiratum diſſipationem. Sed & minus etiam hoc fluoris genere purgantur, quibus E
ſolennis aliqua eſt per aliam corporis regionem vacuatio, vt per nares & hæmorrhoidas. Quod ad ętates attinet, luna vetus, vetulas, iuuenes noua luna repurgare creditur: cauſam eſſe puto, quod luna corporibus humidis dominatur, huius enim vario motu mare fluit & refluit, oſſa, medulla, plantæ genitali *Cur vetus vetulas.* humore turgent. Itaque iuuenes, quibus multus ſanguis eſt, & fluidior, corpuſque patentius, facile ad fluxum commouentur, vel prima orientis & creſcentis lunę quadra: vetularum autem humores, quia quodã velut frigore rigent, & parciores ſunt, & corporib. denſioribus, vaſiſq; arctiorib. coercentur, non tã facile, nec niſi valida & plena luna cientur & fluunt, aut certe decreſcente, quia ſcilicet ſanguis plena

luna

A luna collectus, ipſi corpori, vel ſuo pondere elabitur: quod propter lunæ decrementum & defectionē tempus hoc menſis frigidius & humidius fit.

Quæ ſint menſtrualis fluxus cauſa. CAP. L.

MVlier quia frigidior eſt, adeoque languidiore coctrice facultate, fit, vt plus appetat alimenti, quam concoquere poſſit. Superfluum id quia exercitiis, quia vegeti caloris efficacia non digeritur, ideo naturæ prouidentia per vteri venas excretricis impetu foras ſtato tempore & circuitu propellitur. Fluere vero id tum maxime incipit, & cruda velut ſanguinis portio excerni, *nulla alioqui qualitate noxia & maligna*, quando natura incrementi corporis præcipua iecit fundamenta, adeo vt corporis magnitudine ad ſummum prope faſtigium peruenerit, nempe à decimotertio ætatis anno ad quinquageſimum. Sed nec citra hunc fluorem fœtus in vtero conformari, & alimentum incrementumque capeſſere poterat: eſt ergo altera hæc & finalis menſtrualis fluxus cauſa. Pleriſque perſuaſum eſt, mulieres copioſiori longe eſſe ſanguine, quam ſint viri: reputantibus, quantam eius copiam ſingulis menſibus ab anno ætatis decimotertio ad annum quinquageſimum effundant: quantum grauidæ, quarum pleræque ſimul etiam
B menſtruales ſunt, in fœtus alimentum & incrementum impendant: quantum pleriſque grauidis detrahere ſecta vena Medici neceſſe habeant, alioqui aborſuris, quantum in partu, lochiorum per decem aut duodecim dies purgatione exhauriant, quantum interim pleriſque quæ fœtum nutriunt, in mammas ad lactis, quod nihil eſt aliud, quam *ſanguis vi glandularum mammalium dealbatus*, generationē aſſurgat, diu noctuque lactanti fœtui, ſi quidem grandior ſit, abunde ſuffecturum, vel profundendum, ſi fœtus adhuc minor ſit & imbecillior, nihilominus tamen pleræque interim nutrices menſtruales eſſe non deſinunt, atque vt forte illud, ſic certe hoc vere dici poteſt, ſanguinis virilis dragmam (vt ſic loquar) vnam, nutriendo augendoque efficaciorem eſſe, libris duabus ſanguinis muliebris, quia longe perfectior ſit, magis coctus, elaboratus, & ſpirituum copia differtus, quo fit, vt vir efficaciore calore prę ditus, facile quicquid ingeſſerit cibi, in corporis alimoniam & ſubſtantiam conuertat. Si quid ſuperflui reſtet, id vniuerſum per inſenſilem tranſpirationem prompte digerat & diſcutiat. At mulier mare frigidior, quia plus appetit, quam concoquere poſſit, multos humores congerit; quos quia per caloris inertiam & infirmitatem diſcutere non poteſt, menſtruam purgationem pati, cum præſertim ipſi altius corpus increuit, neceſſe habuit; vir vero minime.

Materialis menſium cauſa.
Quando fluere incipiant menſes.
Finalis.
Mulier ſuperat virum ſanguinis quantitate.
Lac quid ſit
At vir mulierem quantitate.
Vir fœmina calidior, adeoque minime menſtrualis.

C

De cauſis ſuppreſſorum menſium. CAP. LI.

SVpprimuntur menſes multis ex cauſis, vt ob morbos acutos & vehementes, ob diuturnos, ob metum, ob mœſtitiam, famem, labores immodicos, vigilias, alui fluxum, hæmorrhagiam, hæmorrhoidas, ſanguinis per os, & quacunque alia parte reiectiones, frequentes phlebotomias, ſudores copioſiores, vlcera multum & diu fluentia, totius cutis ſcabiem, ſanguinis craſſitiem immodicam & lentorem, & à crudorum fructuum eſu, frigidæque potu inertiam, vaſorum denſitatem, obſtructionem, vteri vitia & morbos ob intemperiem, abſceſſum, vlcus, orificii eius interioris à callo, caruncula adnata, cicatrice ex vulnere aut vlcere, aduata membrana obſtructionem, rerum adſtringentium per ceruicem eius, cui pleræque mulieres nimium ſtolide anguſtiam comparare ſtudent, expreſſionem. Taceo ætatem, grauiditatem, & nutricatum, quod hæ cauſæ præter naturam non ſint, nec Medici induſtriam implorent. Pleræque ſuppreſſis menſibus in naturam virilem quodammodo degenerant, ex quo Viragines nominantur. Itaque vox illis aſperior fit & grauior, virum ſonans, barbam promittunt. *Id Abderis*, inquit Hippocrates, *Phaetuſa Pythea vxor, priore quidem tempore fœcunda erat: pulſo autem in exilium marito, menſes multo*
D *tempore ſuppreſſi ſunt: Hac autem vbi contigiſſent, corpus virile factum eſt, & hirſuta penitus euaſit, & barbam produxit, & vox aſpera facta eſt.* Idem hoc contigit etiam Namyſiæ Gorgippi vxori in Thaſo. Quæ virgines ab initio tales ſunt, vt menſtruam purgationem non patiantur & nihilominus ſecunda fruantur valetudine, has calidas, ſiccasque, imo calore ſiccitateque fere virili eſſe neceſſe eſt, vt collecta excrementa tranſpiratu virorum more diſcutere poſſint, certe omnes ſteriles ſunt.

Studium anguſtandi orificii vteri lieatur ſuppreſſorum menſium diſpendio.
Viragines qua
Lib. 6. epid. ſect. 7.
Viragines eſſe ſteriles.

Quæ accidentia ad ſuppreſſos menſes ſequantur. CAP. LII.

MEnſibus ſuppreſſis, & ab vtero toti corpori & in vtero morbi contingunt. Hinc igitur ſuffocatio hyſterica, cephalalgia, ſyncope, palpitatio cordis, genitalium & mammarum tumores, vteri inflammatio, abſceſſus, vlcus, cancer, febris, nauſea, vomitus, diſpepſia, bradipepſia, hydrops, ſtranguria, repleto vtero veſicæ orificium comprimente, vrina nigra & cruenta, exudante in veſicam ſanguinis portione. Pleriſque menſtrualis materia in vtero ſuppreſſa vomitu excluditur, vrinis, hæmorrhoidibus: aliis in varices abit. Vxori meæ, dum virgo eſſet, deriuabatur & purgabatur per nares menſtrualis materia. Vxor Petri Fabri Caſtrodunenſis, menſium materia ſe per mammas ſingulis menſi-
E bus tanta copia exonerat, vt ei ebibendæ & exhauriendæ vix tria aut quatuor mantilla ſufficiant. *Quibus non menſtrualibus alia corporis parte ea plethora non vacuatur, his difficultates ſpirandi, melancholia, mania, podagra, cachexia, virium corporis exolutiones, anorexia, tabes, epilepſia, apoplexia ſuperueniunt. Quibus ſanguis laudabilior eſt, nec ita copioſus, ex menſibus ſuppreſſis, nihil aliud accedit incommodi, niſi quod prurientе, & diſtento ſanguine vtero coitus deſiderio inardeſcunt, & veneris aculeis tentantur & ſtimulantur crebrius, ſi præſertim ſedentarie viuant. Quæ vtero gerere ſolent mulieres, ex ſuppreſſis caſu aliquo præter naturam menſibus, minus laborant, minusque male habent, quam quæ nunquam conceperunt*, quia repleri conſueuerunt, & vaſa ex repletionis ac diſtentionis conſuetudine capaciora habent. *Fluentibus menſibus deiecta fere appetentia eſt*, quia tum

Cur a ſuppreſſis menſibus ſtranguria & cruenta vrina.
Deriuationum menſtruorum hiſtoria.
Quibus minus graue ſit menſium ſuppreſſio.

in excretionem tota natura intenta minus belle coctionem obire poteſt; *decolor* vero *ſubſidet facies*, quia calor vna cum ſpiritibus foris intro ad iuuandam excretricem facultatem reſluit. A

De ciendis menſibus. Cap. LIII.

Cur ante ſaphenam baſilica aperienda.

Hirudines ad vteri ceruicem.

Menſium ſuppreſſio plethorica affectio eſt, quæ ideo vacuatione curari poſtulat. Id fiet aperta, quæ ad malleolum eſt, ſapheia vena: ante tamen brachii ſecta baſilica, ſi maxime plethoricum ſit corpus, ne maior fiat in vterum attractio, & ab attractione influxuque obſtructio maior. Aſpectabili tumore diſtentis vteri venis, vtiliter admouentur hirudines ceruici eius, peſſaria mulieribus, aromatum vero ſuffimenta per infundibulum excepta, virginibus, verecondiæ ergo, magis conueniunt. Præſcribenda, quæ in rem eam ſunt, vnguenta, litus, emplaſtra, cataplaſmata, & pudendis admouenda: non omittenda vincula, frictiones femorum & crurum, fomenta, ſternutatoria, cucurbitulæ pectinum apprimendę. Promouent menſes inambulatio, ſaltatio, equitatio, frequens & alacris cum marito forti & vegeto coitus, & ſimilia exercitia. Ex plantarum genere menſtrua cient folia & flores hyperici, radices fœniculi, aſparagi, bruſci, petroſelini, berula, baſilicum, meliſſa, betonica, allia, cæpæ, criſta marina, cortex caſſiæ fiſtulæ, calamenthum, origanum, pulegium, arthemiſia, thymus, hyſſopus, ſaluia, maiorana, roſmarinus, marrubium, ruta, ſabina, tithymallus, crocus, agaricus, flores ſambuci, baccæ lauri, hederæ, ſcammonium, cantharides, pyrethrum, euphorbium. Aromatica ſunt amomum, cinamomum, iuncus odoratus, calamus aromat. cyperus, zinziber, nux moſchata, caryophylli, galanga, piper, cubebæ, ambra; moſch⁹, ſpica nardi & ſimilia, ex quibus omnibus parantur fotus, ſuffitus, balnea, ruſcula, boli, potus, pilulæ, ſyrupi, apozemata, opiatæ, omnino vt Medico viſum erit. B

Menſes cientia ex re herbaria.

Aromatica.

Apozema ad ciendos menſes.

Peſſaria.

Quod ſequitur apozema, vſu efficax & probatum eſt. ℞. *fol. & florum dictanni an p. ij. pimpinellæ m. ß. omnium capillar. an. p. j. arthemiſ. maioranæ, thymi. origani an. m. ß. rad. rubiæ maior. petroſel. fœnic. an. ℥ j. ß. rad. pæoniæ, biſtortæ an. ʒ ß. acerum rubr. ſeminum pæoniæ, fœnic. an. ʒ ß. fiat decoctio in aqua ſufficienti, addendo cinam. ʒ iij. in decoctionis ℔. j. colata diſſolue ſyr. de arthemiſia & hyſſopo an. ℥ ij ſpec. diarrhod. abb ʒ j. paſſentur per manicam cum ℥ ij. nucleorum dactyl. capiat ℥ iiij. mane.* Peſſaria finguntur ex Galbano, ammoniaco & ſimilibus remollientibus in maſſam calente piſtillo in mortario reductis & in peſſi formam concinnatis: moxque oleo de iaſmino, de euphorbio, felle bubulo, arthemiſiæ ſucco, & aliis, quibus ciendorum menſium vis ineſt, cum ſcammonio in pollinem redacto mixtis, craſſitie erunt pollicari, ſex digitorum longitudine, ſandalo aut linteo ſimiliter raro inuoluentur. Ex iiſdem rebus parabuntur noduli. Parari etiam peſſi poterunt ex melle cocto, additis puluiſculis conuenientibus ex ſcammonio, pyrethro & ſimilibus. Nec hos diutius in ceruice vteri hærere oportet, ne exulcerent: his reuocatis traiecto funiculo, fouendū erit vteri orificium vino albo decoctionis pulegii aut matricariæ. Notandum vero, quod ſi menſium contingat ſuppreſſio obſtructi orificii vteri vitio, aut inflammatione, ante illis affectibus medendum eſſe, quam ad ea veniamus, quæ propria vi menſes cient. Nam verbi gratia, ſi vtero inflammato talia fiant, & exhibeantur, citato in affectam partem ſanguine, attenuatis humoribus, & vteri calefacto corpore augebitur inflammatio. Sic ſi quæ caro ſuperflua, ſi quis callus à vulnere aut vlcere, ſi quæ membrana orificium vteri occludens currentibus menſibus obſtruat, exterenda & reſecanda ante hæc omnia veniunt. Cæterum admouendorum & aſſumendorum opportunitas captanda erit ex tempore, quo ante ſuppreſſionem ſolebat purgari ægra mulier: vel ſi nunquam experta ſit menſtruam purgationem, ex luna decreſcente. Sic enim arti, conſuetudinem, naturam, & cauſam externam efficientem adminiculantem habebimus. His, quæ diximus, remediis vſurpatis, haud in æſtuaria, quod plerique faciunt, ablegandæ erunt mulieres, niſi forte à vaſorum denſitate & ſanguinis craſſitie & lentore malum cauſam habuerit. Sudores materias alio diuertendo menſtruam purgationem impediunt. C D

Quæ cauſa ſuppreſſorū menſium ante affectum ipſum curanda.

Opportunum tempus ad ciendos menſes.

Cur aſtuaria noceant his, quibus prouocandi ſunt menſes.

Quæ ſint ſigna menſtrualis fluoris appetentis. Cap. LIV.

Quæ ſuppreſſis menſibus Venerem magis appetant, quæ horreant.

Quib. ſymptomatibus exerceantur nubiles, quæ non nubunt.

Cauſa iſtorum ſymptomatum.

Appetentibus primum menſibus mammæ pruriunt, ſolito tumidiores & ſolidiores fiunt, coitus fit appetentior mulier, à ſanguinis incitati orgaſmo, aut ſubſiſtentis acrimonia, vox grauior fit, genitalia pruriunt, ardent, tument, & rubent. Si diutius tardent, dolor lumbos & caput habet, nauſea & vomitus ventriculum exercet, quanquam ſi quæ in vterum confluunt materiæ, vel natura ſua vel corruptione frigidæ ſint, à venere abhorrent, torpente inertia vtero, & aquoſis excrementis, ſæpe etiam per genitalia pigro lapſu diffluentibus, differto. Quæ viro maturæ ſunt virgines, etſi pulchre menſtruales ſint, cephalalgia tamen, nauſea, vomitu crebro, anorexia, pica, cachexia, diſpnoea, palpitatione cordis, ſyncope, melancholia, & inſomniis terrificis aut vigiliis cum ſuſpirio laborant: quod catullientibus & prurientibus genitalibus, ipſæ ſibi venerem figurent, quo fit, vt ſeminalis materia vel in teſtibus magna copia ſubſiſtens, vel in vteri capacitatem genitalium titillatu effuſa corrumpantur, venenatam qualitatem acquirat & ſtrangulatui vteri ſimilia excitet ſymptomata. His affectibus haud tentantur ruſticæ in agris virgines, quod nemo ſit, qui earum virginitati inſidias ſtruat, quod parce ac duriter viuant, quod in continuis laboribus ætatem exigant. Videre eſt pleraſque virgines adeo ſucci, adeo ſanguinis plenas, vt ipſis tanquam non menſtrualibus in mammas magna copia ruens in lac conuertatur, quod ipſis pleno vbere diffluat, tanquam nutricibus, vt expreſſum ab Hippocrate legimus: *Si mulier*, inquit, *quæ neque grauida eſt, neque peperit, lac habet, huic menſtrua defecerunt.* Ex quo intelligere eſt, male vulgo concludi, mulierem, quæ lac habet, peperiſſe vel grauidam eſſe. Nam & Gennæ nouiſſe Antonium Buzum ſcribit Cardanus, cui triginta annos nato lac colligebatur in mammis, quod puello alendo ſatis eſſet. Lactis enim generatio & cauſa efficiens non à ſola eſt mammarū glādulosę ſubſtantię inſita facultate, ſed multo magis ab actione ſeminis maſculi, argumēto, E

Aph. 36. ſe. 5.

Lib. 11. de ſubt.

quod

Digitized by Google

A quod pleriſq; hominibus mammæ lacte diffluant, & quod mulieres niſi recepto & concepto ſemine virili, fere lacte non redundent. Viragines quoque, quorum ſcilicet ſemen ad naturam virilem accedit, vbi menſes retinentur, cõcoquunt ſanguinem & edulcant, atq; ob id, dum exitu caret, trahitur á mammis ſimilitudine ſubſtantiæ, & in perfectum lac euadit. *Quibus menſes affatim & continuo quatuor aut quinq; dierum ſpatio vacuantur, melius & fœlicius purgantur, quam quibus longo dierum interuallo.*

Lactis cauſa ſufficiens notanda.

Quæ ad profluuia menſium immodica ſequantur accidentia.

CAP. LV.

SI copioſius fluant menſes, ſymptomata quoq; fiunt, fruſtrata concoctio, deiecta appetentia, totius corporis perfrigeratio, facultatum eius omnium exolutio, cachexia, tabes, hydrops, febris hectica, conuulſio, ſyncope, mors ſæpe repentina. Si cui fluit immodice, ſanguis acer eſt & ardens, fœtor vo ipſum, ægrum vero febris aſſidua, lingua arida comitabitur, vlcera in gingiuis ſurgent, & ore toto. Fluũt mulieribus menſes venis & arteriis, quæ ex vaſis ſpermaticis ortæ in vteri fundum & latera terminantur; virginibus vero & grauidis, quibus ſanus futurus eſt fœtus, per ramos venæ & arteriæ hypogaſtriæ, B quæ tenduntur & ſparguntur in vteri ceruicem. Immodici menſium profluuii cauſa eſt ſanguinis quantitate, aut qualitate vel vtroque peccantis vitium, effrenis coitus, præſertim cum viro, cui ſit mentula monſtroſæ & pergrandis magnitudinis, retentricis vaſorum facultatis exolutio. Sæpe etiam à laborioſo & difficili partu menſes immoderatius fluunt, fœtu vel ſecundis per vim ab vteri cotyledonibus reuulſis, aut venis & arteriis ceruicis vteri à fœtu magno enixu, prodeunte laniatis: non raro ab vſu medicamentorum acrium, vt peſſorum exulcerantium. Sæpe etiam totius corporis cacochymiam natura critice per vterum poſt ingentem morbum deponit: cuiuſmodi fluxus haud temere ſiſtendus eſt. Qui ab vtero manat, menſtruus ſanguis craſſior, nigrior & thromboſus eſt, qui vero ab vteri ceruice liquidior & rubicundior.

Quibus venis mulieri, quibus virgini menſes fluãt.

Cauſa immoderati menſium fluoris.

Cauſa menſium fluor.

Signa menſium ab vtero & ab vteri ceruice manantiũ.

De ſiſtendo menſium fluxu immodico. CAP. LVI.

CIbus potuſque eligendus eſt, cui ſanguinis incraſſandi vis inſit, vt enim calidis & tenuium partium eduliis cientur menſes, ſic refrigerantibus, incraſſantibus, adſtringentibus & ſtipticis cohibentur, C cuiuſmodi ſunt hordeata, oryza cocta, animantium extremæ partes, vt bubuli, vitulini, veruecini pedes, vel frixi, vel cocti cum acetoſa, portulaca, plantagine, burſa paſtoris, ſumachio, ſummitatibus rubi, berberide & ſimilibus. Cornu ceruinum vſtum & lotum, & in aqua adſtringente propinatum fluxus omnes immodicos cohibere creditur; quemadmodum & ſanguis draconis, terra ſigillata, bolus armenus, lapis hæmathites, coralla in pollinem redacta & in aqua chalybeata pota: & ad id etiam efficax eſt pulticula parata ex lacte ſæpius chalybeato, & farina frumentacea, hordeacea, fabacea, amylo aut oryza. Mala cotonea, ſorba, meſpila & corna eodem conſilio ſecunda menſa ingeruntur, vſurpanda iulepi ex aqua chalybeata cum ſyrupis roſarum ſiccarum, granatorum, acetoſo, myrtino, cydoniorum, aut conſerua roſarum veteri, vinum fugiendum: Si tamen vires exolutæ id flagitent, eligendum craſſum & adſtringens vinulum, aqua chalybeata temperatum. Fugienda exercitia, præſertim venerea; fugienda ira: Eligendus aer frigidus, ac ſi natura talis non ſit, talis erit arte parandus rebus frigidis conſperſo ſolo, ſi præſertim æſtas vigeat. Somnus profundior omnes vacuationes ſiſtit præter ſudores. Secta in brachiis vena cucurbitulæ mammis affixæ, ſuperiorum partium vincula & frictiones dolorificæ valde in hoc affectu commẽdantur. Quod ſi ab admixta ſanguini cacochymia biliosa hoc ſymptoma cauſam habere cognoueris, purgandum erit corpus cholagogis, & hydragogis, vt rhabarbaro, myrobala- D nis, tamarindis, ſebeſten & ſyrupo roſarum ſolutiuo.

Victus.

Vita ratio ſeu inſtitutum.

Catharſis.

De topicis ad menſium fluxum immodicum. CAP. LVII.

PArantur etiam ad refrænandos menſes immodice fluentes vnguenta, iniectiones, peſſaria: vnguentum erit eiuſmodi. *℞. olei maſtichini & myrtini an. ℥ ij. vnguent. cupreſſi, olibani, myrtill. an. ℥ ij ſucci roſar. rub. ℥ j. pulueris maſtichu. ℥ ij. boli armeni, terræ ſigillatæ an. ʒ ß. ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum ad vſum.* Iniectio talis erit. *℞. aquæ plantag. roſar. burſæ paſtoris & centinod. an. ℔. ß. corticis querni, nucum cupreſſi, gallar. non maturarum, an. ℥ ij. berberis, ſumach, balauſt. aluminis rochæ an. ℥ j. fiat decoctio*, de qua fiat expreſſio in vterum ſyringe obtuſo mucrone prædita, ne acuto alliſu ceruicis vteri latera lædat. Valent etiam ad id limaces cum ſua teſta triti, & vmbilico impoſiti. Mala cydonia ſub prunis cocta pululſculo myrtillorum & boli armeni coocorporata in ceruicemque vteri indita ad hanc rem mirifice conferunt.

Vnguentũ.

Iniectio adſtringens.

Peſſi vero ſpecies erit eiuſmodi. *℞. pulueris gallar. immaturarum combuſta. & in aceto extinctarum ℥. ij. ammo. ʒ ß. ſanguinis draconis, puluer. rad. ſymphyti. ſumach. maſtiches. ſucci acaciæ, cornu cerui vſti, coloph. E myrrh. ſcoriæ ferri. an. ʒ j. camphoræ. ℈ ij miſce & incorporentur omnia ſimul cum ſucco centinod. ſemperuiui, ſolani, hyoſcyami, nenuphar. plantag. an. quantum ſufficit, fiat peſſarium.* Regioni lumborum, femorum, & genitalium refrigerantia vtiliter imponuntur, vt oxycratum, vng. roſatum & ſimilia. At ſi per eroſionem veniat immodicus is menſium fluxus, adeo vt eius materia vteri ceruicem obiter exulcerauerit, oblinetur locus lacte aſinæ cum hordeo aut mucaginibus conſtringentibus, pſilii, cydoniorum, gummi tragacanthæ, arabicæ & ſimilibus.

Peſſi adſtringentes.

De fluxu muliebri. CAP. LVIII. A

Nominis ratio. Differentia.

PRæter commemoratum illum, qui naturæ lege fit, menſtrualem fluxum, eſt inſuper alius, muliebris ex eo dictus, quod mulieribus in fœminarum genere proprius ſit. Hic alias longe & continuæ deſtillationis ab vtero, aut per vterum à toto corpore manantis inſtar, ſine dolore fatigat, haud aliter, quam per renes ſeu vrinas ſæpe vniuerſi corporis eluuies repurgatur, alias ex incertis interuallis, ſed cum dolore repetit, obiter etiam vteri loca exulcerans. Differt à fluxu menſtruali, quod hic ſanguinem laudabilem paucorum dierum interuallo, quantum naturæ expedit, profundit; muliebris impuram cacochymiam, alias ranioſam, alias ſeroſam & liuentem, alias albam & craſſiorem velut cremorem hordei à ſanguine pituitoſo deponit. Hæc poſtrema eius ſpecies frequentior eſt. Itaq; fluxu muliebri crebrius tentari intuemur pituitoſas, mollique & laxo corporis habitu mulieres, ex eoque flores ſe albos pati inter ſe iactitant. Materia vt varia eſt, ita vario colore ſubnculas inficiet. Profecto ſi exquiſite rubra ſit & ſanguinea, per eroſionem venire putandum eſt, aut exolutionem ſubſtantiæ vaſorum vteri vel ceruicis eius. Raro ergo à ſanguine eſt, nec fere niſi cum mulier vel grauida eſt, vel menſtrualis eſſe caſu aliquo deſinit, tum enim menſium loco manat ſeroſum excrementum, quod ipſius pannos colore loturæ carnium inficit. B Raro etiam ab humore melancholico eſt: tumque fere cancrum in vtero excitat. Sæpe vero purulenta vlceris in vtero latentis materia incautum Medicum Chirurgumque fallit. Sed non ita difficile eſt hos affectus diſtinguere. Nam ab vlcere quæ manat materia, quia, vt dixi, purulenta eſt, parcior quoque, craſſior, fœtidior, & magis alba eſt. Sed nec quibus his in locis vlcera ſunt, præſertim in ceruice vterina, viri congreſſum citra dolorem ferre poſſunt.

Quæ fluori muliebri mulieres obnoxia. Rarus a ſanguine fluor muliebris. Quib. ſignis diſtinguendum ſit vlcus vteri a fluore albo.

De cauſis fluxus muliebris. CAP. LIX.

FLuxus muliebris cauſa aliquando in propria vteri imbecillitate & impuritate, alias in nobilium viſcerum vitio conſiſtit. Nam ſiue cerebrum, ſeu ventriculus refrigerata ſint; ſeu hepar obſtructum, aut ſcirtho durum, cruditates multæ gignuntur: quæ ſi in vterum natura imbecillum decurrerint, aut depoſitæ fuerint, vterinum ſeu muliebrem fluorem inuehunt. Qui ſi moderatus ſit & minime acer, corpus ſæpe á malignis vindicat morbis, alias atrophiam, maciem, decolorationem, crurum œdematoſum tumorem, vteri prolapſum, appetentiæ & facultatum omnium deiectionem, mœſtitiam, (à qua G ægram reuocare non eſt facile, propter fractum à perenniter fluentium ſordium pudore animum) inferre ſolet. Conceptionem impedit, quia vel ſemen exceptum corrumpit, vel deturbat. Sæpe, ſi ſubſiſtat ad aliquot menſes, eius circum vterum, vel in vteri corpore aut ceruice, materia reſtitans abſceſſum facit, & à rupto abſceſſu vlcera putrida & cancroſa, alias in vtero, alias in inguinibus, ſæpe etiam in coxis. Hic affectus eſt curatu difficilis, non tantum ſui ratione, quod in vterum tanquam in ſentinam totius corporis muliebris vniuerſa confluere ſoleant eluuies, quod pars ſit natura debilis, quod ſitum inferum habeat, quod in ipſum multa terminentur vaſa, denique quod per ipſum effluxus fieri ſoleant: ſed etiam ratione ægræ mulieris, quæ ſæpe mori malit, quam vel partem morbumque ipſum renudare, vel remedia localia admittere. Sic enim narrat Montanus, ſe præſente, nobilem quandam Italam, cui detergentium decoctorum in vterum propter hoc affectus genus neceſſarias eſſe expreſſiones dixerat, in ſyncopem incidiſſe, & maritum rogaſſe, ne eius Medici vnquam conſilio vti vellet.

Fluor muliebris ſalubris malorum acceſſionem faciens. Quo conceptionem impedeat. Cur ſanatu difficilis. Hiſtoria.

De cura fluoris muliebris. CAP. LX.

SI quæ defluit per hunc affectum materia, quæ colore rubro tincta ſit, à menſium naturali profluuio hoc ſolo diſtabit, quod nullo ordine, nulloque certo circuitu redeat. D Itaque phlebotomia & alia, quæ fluentibus immodice menſibus diximus eſſe remedia, hic locum merito habere poterunt. At ſi albet, aut alio quouis colore huius aut illius humoris cacochymiam teſtetur, remediis cuique humori propriis præſcribenda purgatio erit. Non enim ſtatim cohibere talem fluxum oportet; expedit enim ſic humorum eiuſmodi eluuie reliquum corpus repurgari: Qui feſtinant adſtringere, hydropem, recurrente in hepar illa ſentina, aut in vtero cohibita cancrum, febrem, & alios affectus pro partis ſuſcipientis conditione inuehunt. Itaque niſi arte vſurpatis vniuerſalibus remediis ad topica detergentia, ſiccantia & adſtringentia, non erit veniendum. Balnea aluminoſa, ſulphurea, bituminoſa, aut ferraria fluori vterino à pituitoſo humore conueniunt; quorum loco parari arte poſſunt ex decocto herbarum calidarum, ſiccarum & aromatica vi præditarum cum alumine, coniectis præterea ſilicibus & calculis candentibus.

Fluor muliebris ruber quid a menſtruali purgatione differat. Muliebris fluor nō ſtatim cohibendus. Balnea quæ vtilia.


Decocti & iniectionis detergentis forma erit eiuſmodi: ℞ *fol. abſynth. agrimon. centinod. burſæ paſt. an. m. ß. bulliant ſimul & fiat decoctio in qua diſſolue mellis roſ. ℥ ij. aloes, myrrhæ, ſalis nitri an. ʒ j. fiat iniectio*, muliere puluinari natibus ſubiecto ſic collocata, vt altior vteri ceruix dehiſcat. Excepta iniectione mulier decuſſata crura ad nates adducat, ſic enim continebit, quod iniectum eſt. E Qui amplius adſtringere & ſiccare ſtudent, addunt ſuccum acaciæ, gallarum viridium, corticum granat. alumen rochæ, vitriolum Romanum, omniaque feruefaciunt in aqua fabrorum & vino adſtringente. Poſſunt parari peſſaria eiuſdem facultatis. Si, quæ prodeunt materiæ, mali coloris ſint & odoris, ſubeſſe vlcus putridum veriſimile eſt. Itaque licebit ea iniicere, quæ vim habent putredinis corrigendæ: in quibus excellit ægyptiacum diſſolutum in lixiuio aut vino nigro. Sunt mulieres, quæ cum gonorrhoea virulenta laborent, honeſto nomine culpam prætexentes, fluore muliebri ſeu vterino laborare ſe mentiuntur, quod in vtroque affectu ingens profundatur eluuies. Sed ex purulentia facile affine id malum diſtin-

Iniectio adſtringens. Signa vlceris putridi in vtero. Gonorrhoea virulenta affine fluori muliebri malum.

A diſtinguet Chirurgus, ac niſi ſaliuatione, ſudoribuſq; citatis ſanari id non poſſe ſibi perſuadebit. Interim in vteri ceruicem intrudet, vtq; contineat ægra, iubebit inſtrumentum, in peſſi formam concinnatum, multis foraminibus extremo ſuo peruium, quo materiebus purulentis pateat effluuium, mora & ſuppreſſione acrimoniam alioqui contracturis: tum etiam, vt ſic vterus perſpiret liberius, atque manuclæ, quæ peſſiforme id inſtrumentum reſeratum tenet beneficio, admiſſo aere temperetur.

Peſſiforme vteri ventilabrum.

B



A. *Eam notat inſtrumenti extremitatem, quæ foraminibus peruia & pertuſa eſt.*
B. *Corpus inſtrumenti.*
C. *Laminam illam, quæ ventilationis liberioris gratia ſurrigitur & deprimitur.*
D. *Manuclam.*
E E. *Lora, quibus medium ægræ corpus cingentibus inſtrumentum id ſtabilitur.*

De ceruicis vteri Hæmorrhoidibus & Verrucis. CAP. LXI.

C VT in ano, ſic etiam in vteri ceruice fiunt Hæmorrhoides, & venæ velut varicoſæ, multo ſæpe ſanguine manantes cum ſero ruffo & fœtido. Harum aliæ rubore, & multa velut tuberculorum inæqualitate ab circumſcriptione Moris ſimiles ſunt, ex quo Morales vulgo appellantur: aliæ vuis, vnde Vuales: aliæ verrucis, Verrucales inde cognominatæ. Quædam inſigni ſe tumore produnt, aliæ tenues ſunt, & in ima vteri ceruice abditæ, aliæ in eius margine ſitæ. Acrochordon *verruca cum calloſo tuberculo ſpecies eſt*, radice tenui, & craſſiore capitulo tanquam funis nodulus, è tenui velut filo dependens, Verruca botoralis Arabibus dicitur. Alia etiam verrucæ ſpecies eſt, *quæ quia tuberculorum multa inæqualitate & aſperitate thymi florem refert*, Thymus nominatur. Eiuſmodi omnes affectus exercitio quouis, ſed venereo præſertim exaſperantur, malignitatem nonnunquam coniunctam habent & feritatem latentem, cuius occaſione vel ſolo contactu exacerbantur, quia ab humore effero materiam habent. Itaque his haud equidem veram, ſed tantum palliatiuam (vt loquuntur) curationem adhibueris. Ficos Latini abſolute: Galli cum adiuncto, S. Fiacrii ficos nominant.

Hæmorrhoidum ceruicis vteri differentia.
Acrochordon quid.
Thymus quid.
Fici S. Fiacrii.


De Verrucarum ceruicis vteri curatione. CAP. LXII.

D QVæ in vteri ceruice ſuccreſcunt verrucæ, ſiquidem minime malignæ ſint, filo conſtringendę erunt, & exſecandæ. Quæ altius in vtero abditæ deliteſcent, ſpeculo matricis immiſſo oculis & digitis venient ſubiciendæ.


Quæ vteri verrucæ vincienda & exſecandæ.

Varia ſpeculorum matricis imagines.

E



Alia ſpeculorum matricis forma A



B

a. *Monſtrat cochleam, quæ ſpeculum matricis obſerat, reſeratque.*
b b b. *Brachia, quæ octo vel nouem digitos longa eſſe debent.*

Cæterum matricis illa ſpecula magnitudinis erunt debitæ, pro patientis corporis magnitudine. Demittentur, muliere eo ſitu collocata, quo in fœtus ab vtero extractione collocandam eſſe diximus. Vinciendis verrucis conueniet id inſtrumentum, quod in gargareonis relaxatione deſcripſimus. Con-

Curandarũ verrucarũ vteri tria capita.

ſtringentur autem quotidie magis, quoad decidant. Ergo curandarum verrucarum tria erũt velut ſumma capita, vinculum, ſectio, & cauterium. Ne autem repullulent, inſtillabitur oleum de vitriolo, aqua fortis ſeu chryſulca, aut capitelli, ex qua cauteria potentialia concinnamus. C

Aqua efficax conſumendis verrucis.

Quæ ſequitur aqua efficaciſſima eſt, conſumendis & tabefaciendis verrucis. ℞. *aquæ plantag. ℥ vj. viridis æru ℥ ij. alumi rochæ ℥ iij. ſalis commu. ℥ ß. vitrioli rom. & ſublimati an. ℥ß. terantur omnia ſimul, & bulliant.* Aquæ ſtillatitiæ gutta vna aut altera contingatur pars affecta, reliquis intactis. Si quod ſubſit vlcus, curabitur, quemadmodum ante dictum eſt. Affirmabat mihi nuper Medicinæ quidam ſtudioſus, ſtercus bubulum additis foliis aut puluere ſabinæ, verrucas vteri tabefacere, ſi calidum imponatur: quod an certum ſit, necne, experientia rerum magiſtra iudex eſto. Certe Cantharides vnguentis exceptæ id

Vnguenta ad conſumendas verrucas.

præſtant, & quidem vt credere par eſt, efficacius: nam & callos, qui digitis internaſcuntur, exterunt. Expertum habeo verrucas, quæ in manibus ſuccreſcunt, ſanari impoſita portulaca trita, & ſuo ſucco madente: Idem faciunt folia & flores calendulæ.

De Rhagadibus, & Condylomatibus. CAP. LXIII.

Rhagades quid.

RHagades ſeu fiſſuræ, *fiſſa & oblonga vlcuſcula ſunt, cum dolore acerrimo & ardore, ab humoris acris, ſalſi, ſiccantiſque morſu, contractionem ſæpe & conſtrictionem in ano, & ceruice vteri tantam facientia*, vt ſuo orificio vix ſummum digitum admittant, membranularum inſtar, quæ ignibus propius admotæ corrugantur & vibrantur. D

Curatio.

Oboriuntur nonnunquam in ore, adeo vt loqui, mandere, oſque ipſum diducere æger nequeat, cogaturque ſectionem moliri Chirurgus. In curatione acria omnia medicamenta fugienda ſunt, & ea, quæ molliunt vſurpanda, humectandaque pars affecta fotibus, litubus, cataplaſmatibus, emplaſtris, immiſſo ſæpius matricis ſpeculo & peſſo, ſiquidem in vtero malum ſit: vt quod durius & nimis conſtrictum anguſtumque eſt, dilatetur: Fiſſa inde vlcuſcula ad cicatricem perducenda ſunt.

Cõdylomata quid. Curatio.

Condylomata *rugoſa quædam & dura tubercula ſunt, ac tanquam carnis excreſcentiæ, in ani præſertim & ceruicis vteri rugoſis marginibus ortæ*: ardore ſuo & rugis oculis innoteſcunt, duritia vero & aſperitate digitis. Refrigerantia & relaxantia remedia contra hunc affectum adhiberi debent, cuiuſmodi ſunt oleum ouorum, & de ſemine lini, ſingulorum enim unciæ duæ ſumuntur, diu in mortario plumbeo agitantur, & parti affectæ allinuntur: additur camphora, ſi inflammatio ſubeſt.

De vteri pruritu. CAP. LXIV.

E

Pruritus vteri quid. Hiſtoria.

MVlieribus, præſertim annoſis, pruritus ſæpe in vteri ceruice oboritur, qui eas cruciatu & ſcalpendi neceſſitate adeo fatigat, vt ſomnum adimat. Paucis ab hinc diebus conſuluit me mulier quædam hoc mali genere adeo diuexata, vt prurientem genitalium vredinem aſperſa, & aſperius affricta parti fauilla reſtinguere neceſſe haberet. Me conſultore ægyptiacum in aqua marina aut lixinio diſſolutum, ſibi ſyringe exprimi & iniici curauit, eodemque medicamento imbutos peſſos ex ſtupis canabinis in vterum demitti, & ſanata eſt.

Cauſa pruritus.

Nõ raro ſcrotum & anum, vetulorum præſertim virorum, exercet, hic pruritus, à congeſtione aut affluxu pituitæ ſalſæ, quæ cum in oculos decumbit, importuno ſcalpendi deſi-

deri

A ſiderio illato, multum exhibet negotii. Cum in corporis vniuerſum habitum ſeſe hæc materia ſparſerit, vrentem & prurientem ſcabiem facit. *Curatio.* Diæta refrigerante & humectante, phlebotomia, catharſi humoris ſalſi, balneo, cornieulis cum ſcarificatu phlebotomo facto, & ſequenti totius corporis litu eurandú.

℞. axung. porc. recens. ℔ j ß. ſapo. nigri vel gallici, ſal. nitr. aſſat. tartar. ſtaphyſ. an. ℥ ß. ſulph. viui ℥ j. arg. viui ℥ ij. acet. roſ. quar. j. incorporentur omnia ſimul, & fiat linimentum ſecundum artem quo vtatur, vt dictum eſt. *Vnguentum enulatũ vires.* Vnguentum enulatum cum mercurio magnam quoque vim merito habere creditur ad pruritum conſopiendum & ſcabiem reſiccandam.

Sunt qui ſequenti vtantur: *℞. alumi. ſpu. nitr. ſulph. viui an. ʒ vj. ſtaphyſ. ℥ j. diſſoluantur omnia in aceto roſat. addendo butyri recentis quantum ſufficit, fiat linimentum ad vſum commemoratum.*

De craſſi inteſtini, quæ mulieribus accidit, relaxatione.
CAP. LXV.

Cauſa. QVibuſdam mulieribus, quæ vehementius in partu enixæ fuerint, craſſum inteſtinum relaxatur, & excidit. Quod morbi genus frequens eſt pueris, ab humore pituitoſo ſphincterem ani muſculum, B & duos leuatores madefaciente. *Curatio.* Ad curationem lauandum & fouendum ante omnia rectum id inteſtinum eſt decocto herbarum calefacientium & reſoluentium, vt ſaluiæ, roriſmarini, lauendulæ, thymi & ſimilium: mox etiam rerum adſtringentium, vt roſarum, myrtillorum, corticis granatorum, nucum cupreſſi, & gallarum cum pauco alumine: inde puluiſculo conſpergendum ex rebus adſtringentibus citra morſum, denique reſtituendum & molliter intrudendum in ſuum locum. *Remedium efficax.* Efficax & ſingulare putatur in hanc rem remedium, quod paratur ex duodecim limacibus rubris conſperſis in olla, ſalis & aluminis ſingulorum ſemuncia, crebroque ſucceſſu agitatis: his enim tandem mortuis ſubſidet humor, qui goſſipio exceptus deciduo inteſtino imponitur.

Eadem ex cauſa, laborioſo ſcilicet partu, quibuſdam mulieribus ingens in vmbilico tumor oboritur: relaxato enim peritonæo, aut etiam rupto omentum aliquando etiam inteſtina excidunt: nonnunquam flatus eo ſe inſinuant. Cauſa, vt iam dixi, eſt alui nimia diſtentio, ex graui in vtero geſtatione, & multo inter pariendum enixu. *Differentia & ſigna.* Si deuoluta inteſtina tumorem faciunt, dolor vna cum tumore coniunctus ægrum diuexat, appreſſuque egredientium inteſtinorum murmur inauditur. Si omentum, tumor mollis eſt, & fere indolens, nec compreſſione rugitum vllum exaudias. Si flatus, laxus quoque & C mollis tumor eſt, ſed qui comprimenti digito facile & cum aliquo ſono cedat, mox rediturus. Si ingens fuerit tumor, ſanari nequit, niſi exciſo, vt in herniis dictum eſt, peritonæo. *Hiſtoria.* Vidi Lutetiæ in templorum porticu mendicantes mulieres, quibus ex inteſtinorum prolapſu tumor id genus inſigni craſſitie globum æquabat: quibus nihilominus licebit progredi, & omnia ſanorum munera exequi: credo quod fæces per tumoris amplitudinem, & delapſi inteſtini capacitatem, ingreſſum, egreſſumque haberent liberum.

De vmbilici relaxati tumore puerili. CAP. LXVI.

Cauſa. NOnnunquam recens natis pueris, non magnitudine vmbilicus intumeſcit, quod perperam ſectus aut vinctus fuerit, vel quod humores ſeroſi eo confluxerint, vel quod eiulatu ex torminum puerilium doloribus ea pars ſe amplius æquo dilatauerit, nonnunquam ab vtero eum tumorem cum abſceſſu coniunctum ſecum efferunt. *Abſceſſus mouetur aperiendus.* Sed abſceſſum illum nequaquam tentabit aperire Chirurgus. Facta enim apertione inteſtina prodeunt & effunduntur, quemadmodum in multis, maxime vero in puerulo Domini de Martigues obſeruaui. Eiuſmodi enim abſceſſum cum Petrus à Rupe Chirurgus aperuiſſet, effundentibus mox ſe per plagam inteſtinis, mortuo nobili puerulo, parum abD fuit, quin ſatellitum domeſticorum manibus ſtrangularetur. *Hiſtoria.* Itaque cum Ioannes Gromontius ſculptor, nuper me rogaret, vt tale quid tentarem in filio ſuo, negaui me facturum, quod ex præſenti illo infortunio ſatis ad mortem ipſi eſſet: certe triduo poſt rupit ſe abſceſſus & prouentibus inteſtinis mortuus eſt.

De dolore, qui ex dentitione pueris oboritur. CAP. LXVII.

Dentitionis tempus. PVeros valde excruciat ex dentibus dolor, cum è vagina velut prorumpere, & ruptis gingiuis prodire appetunt, quod fere ſub ſeptimum menſem contingit. Dolorem illum pruritus ſcalptusq; gingiuarum comitatur, inflammatio, alui fluxus, vnde non raro febris, epilepſia, conuulſio, tandemque mors. *Cauſa.* Doloris cauſa eſt continui gingiuarum à proditurо dente ſolutio. *Signa.* Signa eius doloris ſunt oris puerilis ardor inſolitus, lactanti nutrici perceptibilis, gingiuarum & genarum tumor, clamoſus præter modum & conſuetudinem eſt puer, digitos ori ſubinde admouet, affricarque gingiuis quaſi ſcalpticius, multa ipſi ſtillat ſaliua. *Curatio.* Ei dolori vt medeatur Medicus, nutricem, quaſi ipſa febricitaret, curabit: haud tam frequenter puerum ad ſuctum & papillam nutrix admittet, ſed refrigerium E ſitienti & ardenti illi comparabit, propinato ex interuallis iulepo Alexandrino, ſyrupo de limonibus aut granatorum cum aqua cocta: quanquam quæ actu refrigerant, haud temere puer ore continebit, talia enim gingiuis conſtrictis, prodituris mox dentibus velut remoram iniiciunt: lenientia potius & remollientia conueniunt: quæ ſcilicet gingiuarum laxam carnem magis ac magis relaxant, & dolorem mitigant. Itaque nutrix oleo amygdalarum dulcium, butyro recenti, melle ſaccharo, mucagine ſeminis pſilii, aut biſmaluæ in aqua parietariæ extractis, iuctos digitos pueril. gingiuis crebro affricabit.

Valere

Scalptus gingiuarum quam vim habeat ad ſedandum dentium dolorem.

Valere ad eam rem occulta proprietate putant cerebrum leporinum toſtum, elixumve, aut etiam nefrendis. Extrinſecus apponetur cataplaſma ex farina hordeacea, lacte, oleo roſato & vitellis ouorum. Prodeſt etiam glycyrrhizæ raſæ & contuſæ baculus, melle aut ſyrupo aliquo ex commemoratis illitus, ori gingiuiſque crebro affrictu admotus, quemadmodum & crepundium, cui inſertus ſit dens lupinus: hoc enim ſcalptu, dolorifico prurimi medentur, & gingiuas rarefaciunt, ac quodammodo atterunt, quo mox expeditius dentes prodeant. Sed non raro fit, vt eiuſmodi omnia remedia propter gingiuarũ ex duritie contumaciam, aut naturæ puerilis infirmitatem, nihil proficiant. Itaque in tali caſu, antequã lethalia ante dicta ſymptomata ſuperueniant, ſuaſerim Chirurgo, vt ſcalpello gingiuas, qua ſe tumore produnt dentes, aperiat, rupta ſic & illis aperta vi & ferro via, vnaq; tenſione gingiuarum leni hæmorrhagia citata. Cuius ego remedii periculum ſecundo & optato ſucceſſu ipſe feci in aliquot ex meis liberis, præſentibus Feuteo, Altino, Cortino Medicis, & Guillemeau Chirurgo Regio. Id ſatius & expeditius eſt, quam quarundam nutricum naturæ ſolo inſtinctu edoctarum more, vnguibus & ſcalptu gingiuas pueriles laniare & atterere. A

Hiſtoria.

Duci Niuernenſi mortuus eſt nuper octimeſtris puer, mortis cauſam cum anxie vna cum Medicis, qui illi ægro adfuerant, exquireremus, non aliam inuenimus, quam gingiuarum ex duritie contumaciam maiorem, quam quæ ætati illi conueniret, ſic enim prorumpere & viam ſibi moliri dentes ipſi per ſe non potuerant. Cuius ſententiæ id extitit argumentum, quod reſciſſis ſcalpello gingiuis, dentes omnes velut in procinctu ad egreſſum apparuerunt, ſi tantum illi viuo hoc remedium & auxilium non defuiſſet. B

FINIS LIBRI VIGESIMITERTII.

A

DE MONSTRIS ET PRODIGIIS.

B

LIBER VIGESIMVS QVARTVS.

PRÆFATIO.

QVÆCVNQVE contra communem naturę legem & ordinem fiunt, *Monſtra nominamus. Sic monſtroſum dicimus infantem, qui vnico cum brachio, vel qui biceps in lucem prodierit. Prodigia vero definimus ea,* quæ contra omnem naturæ normam eueniunt, à natura nempe plane aliena & abhorrentia: *quemadmodum ſi ex muliere Anguis aut Canis naſcatur. Prioris generis cenſentur omnia, quibus deeſt aliquid, aut abundat, mutatū, detritū, munitum, læſum, aut ſuo loco minime poſitū, cornus, quæ ſecundum naturam ineſſe debent, & ſolent. Gignuntur .n. nonnulla interdum pluribus, quā iuſtum ſit digitis, alia vno tantū: alia fiſſa, quæ cohærentes eſſe debent: alia cohærentibus, quā diuiſos eſſe natura voluerit; nonnulla etiam duplici genitali, altero maris, altero fœminæ naſcuntur. Iam & cornu gerens in crure capra Ariſtoteli conſpecta eſt: ſed corde carēs animal nullum vnquam ortū eſt: at liene carens, duplicē habens lienem, & altero vacans rene viſum eſt. Iecore etiā carens totū nullum notatum eſt, quanquam quod non totū haberet, iā patuit. Felle etiā priuata produxerunt, cum ſua natura habere deberent. Iam locis etiam permutatis iecur latere ſiniſtro, lien dextro contineri viſum eſt. Mulieres etiam quædam* (Monſtrum quid. Prodigium quid. Lib. de gen. anim. ca. 4.)

C *[illegible]ruta vulua & perforata, obſtaculo membranaceo, quod Hymen vocant, oppoſito, & homines ano, auribus, naribus, [illegible] meatibus haud apertis naſcuntur, & pro monſtroſis aberrante à ſcopo ſuo natura, habentur. Sed ea demum monſtrum aliquid monſtrare putant, quia valde à ſua natura diſceſſerunt.*

De cauſis Monſtrorum, ac primum de Monſtris, quæ ad Dei gloriam & ad vlciſcenda hominum ſcelera apparent.


CAP. I.

MOnſtrorum plures numerantur cauſæ. Prima eſt Dei gloria, vt ſcilicet reſtitutis his, quæ præter naturā ſunt, eius magna vis innoteſcat hominibus neſcientibus eā. Sic enim diſcipulis Domini quærentibus, quid vel ille, cui cæco nato viſum ipſe dederat, vel parentes eius peccaſſent: Reſpondit Chriſtus, nec cæcum, nec cæci illius parentes tantum in ſe errorem admiſiſſe, ſed hoc tantum contigiſſe, vt Dei gloria & maieſtas illo miraculo & tantis operibus diuulgaretur.

Altera, vt Deus hominum ſcelera vel vlciſcatur, vel mox futuræ vltionis ſigna præmonſtret. Quid enim ſine modo, ſine lege, vel vago, vel nefando concubitu, vel quo tempore Dei & Eccleſiæ mandato abſtinere decet, miſcent ſe parentes, ideo nefanda ſæpe, horrenda & à naturæ comunis regula deuia naſcuntur. Sic enim apud Eſdram Prophetam legimus, quod mulieres, quæ fluentibus menſibus viris ſe miſcuerint, monſtra parient.

Anno Domini 1254. Veronæ equa pullum equinum peperit, cætera quidem equum, ſed humana plane facie. Paulo poſt bellum inter Tuſcos & Piſanos exarſit, quo vniuerſa fere Italia conflagrauit. Eius monſtri effigiem hic ideo appingere placuit.

Equini pulli facie plane humana effigies. A



B

Quo fere tempore Iulius ſecundus Pontifex maxim. vniuerſam Italiam, maximamque adeo orbis Chriſtiani partem in Ludouicum XII. Gallorum Regem concitauit, ex quo ad Rauennam Paſchatis die, annu Domini *1512.* conſecutum eſt prælium illud longe grauiſſimum quo Pontificius exercitus concidit, Rauennæ monſtrum natum eſt, cornu in ſummo capite gerens, duabus alis inſtructum, vnico pede rapacium auium pedibus ſimillimo, & in genu oculato nixum, duplici genitali maris & fœminæ præditum: cætera homo, vt ſubiecta imagine intueri licet.

Monſtri Rauennatis effigies. C



3. Tertia cauſa eſt ſeminis copia maior, & materia exundãs.
4.5. Quarta eadem parcior & deficiens. Quinta imaginationis vis
6.7. & efficacia. Sexta vteri anguſtia. Septima indecens grauidæ ſi-
8. ſus, & partium corporis poſitio. Octaua caſus, lapſus, ictus, præ-
9. tertim vero ad grauidæ aluum inflicti. Nona hæreditarij mor-
10. bi, ſeu ex alio quouis euentu affectus. Decima ſeminum con-
11. fuſio & commixtio. Vndecima dæmonum ars & vaframen-
tum.

Sunt præterea quædam, quæ, quia ortum vel eſſentiam admirationis plenam habent, vel mendicantium arte ſubdola prodigij quandam ſpeciem aſſumunt, pro monſtroſis cenſentur, ideo de illis etiam in hac de Monſtris commentatione breuiter & ordine dicemus. D

De monſtris ex ſeminis vberiore copia cauſam habentibus.

Cap. II.

EXpoſitis duabus prioribus monſtrorum cauſis, & iis quidem finalibus, ad eas nunc veniendum, quæ materiales, corporeæ & efficientes ſunt, initio ab ea ducto, quam materiæ ſeminalis vberiorem copiam dicimus. Philoſophorum, qui de Monſtris ſcripſerunt, ſententia eſt, quod ſi quando animal ſua maxime natura vniparum, cuiuſmodi homo eſt, plus materiæ ſeminalis in coitu excreuerit, quam neceſſe ſit, ad vnius animalis generationem, fieri non poſſe, vt ex eo toto vnum animal gignatur: itaque inde vel geminos, vel plures fœtos naſci. E Quo fit, vt hæc portenta potius iudicentur, quoniam præter ſolitum, & quod magna ex parte agatur, proueniunt. Partium vero ſuperfluarum eandem eſſe cauſam, quæ geminorum & multiparæ præter ſolitum generationis: ex copioſioris enim ſeminis effuſione, quam pro partis natura requiritur, fieri: vt ipſa vel magnitudine, vel numero auctior exiſtat. Sic narrat Auguſtinus, ſuo tempore natum in Oriente infantem, qui à ventre ſurſum duplicia omnia membra habebat, deorſum vero ſimplicia. Duo namque habuiſſe capita, quatuor oculos, pectus duplex,

Lib. 4. de gene. anim ca. 4.

A plex, manus quatuor: cætera reliquorum infantium ſimilem extitiſſe, & aliquandiu vixiſſe. Narrant, Cœlio Rhodigino viſa fuiſſe duo in Italia monſtra, marem vnum, fœminam alterum, corporibus per omnia pulchre & concinne compoſitis, niſi quod capite eſſent duplici: ac marem quidem paucis ab ortu diebus interiiſſe: fœminam vero, cuius hic appictam effigiem cernis, quinque & viginti annos vixiſſe: quod à monſtrorum communi conditione abhorret: fere enim fit, vt breuis admodum vitæ ſint, quod vt inuita natura naſcuntur, ſic & viuant. Adde, quod ſibi admodum diſpliceant, quod reliquis mortalibus ludibrio ſint, itaque vitam ſibi acerbam putant. *Monſtra nō eſſe longæua.*

Virginis bicipitis effigies.



B

Eſt vero notatu digniſſimum, quod de hoc monſtro fœmina narrat Lycoſthenes: dempta enim capitis geminatione, à natura velut ad amuſſim membrorum omnium venuſtate & perfectione contextum erat. Duo illa capita idem habebant edendi & bibendi, idem dormiendi, idem loquendi, idem rerum omnium deſiderium, oſtiatim victum quæritabant: benigneque omnes porrigebant. Tandem tamen Bauaria illud exigere viſum eſt: quod frequenti ſui conſpectione, mota fortiter grauidarum imaginatione, ſimilem fœtibus in vtero deformitatis impreſſionem affingere poſſet.

C

Virginum dorſo cohærentium effigies.



D

Anno Domini 1475. Verone in Italia natæ produntur duæ virgunculæ ſibi dorſo ab imis humeris ad nates vſque arctiſſime cohærentes. Monſtri nouitas pauperes parentes impulit, vt id per omnia Italiæ oppida ad corrogandam ex accurrēte ad ſpectaculum vndique multitudine pecuniam circumferrent.

E

Viri, ex cuius aluo alter velut conſitus homo pendebat, effigies. A



AnnoDomini 1530. viſus eſt vir Lutetiæ, ex cuius aluo alter velot cooſitus bomo pendebat, membris omoibus, capite excepto abſolotus. Vir ille quadragenarius erat, inſertumque illum & velut prodeontem ex ſeſe hominem tanta omnium admiratione vlois ſuis geſtabat, vt certatim ad ſpectaculum accurrerent.

B

C

Cornuti & capitiati monſtri effigies.



Apud Subalpinos in Quieto decem à Taurino miliaribus poſito oppidulo anno Domini 1578. die 17. Ianuarij ad octaoam horam veſpertinam boneſta matrona fœtum peperit, cornua quinque ſibi adoerſa & arietinis ſimilia capite getentem: cui præterea à ſumma froote ad occiput in dorſum fere totum, prælongum carneum fruſtum peodebat, capitij moliebris ioſtar babens. Circum collum vero alia caro doplex adooluebatur, tãquam colare ſubuculæ. Extrema vtriuſque manus digitorum vncos rapaciũ auium referebaot, genua taoqoam in poplitibus etant. Crus dextrum, peſque item dexter rubro colore præfulgebant. Reliquum corpus bætico erat colore, magno cum clamore in lucem produiſſe dicitur, qoo ſic conſtetnatæ obſtetrices, & reliquæ mulieres clinlcæ fuerunt, vt è veſtigio in fugam ſe ab ædibus puerperæ dederunt. De eo monſtro cum Subalpinorum prioceps reſciuiſſet, iuſſit id ad ſe addoci, oec dici poteſt, quam varia fuerint tum aulicorum de ipſo iudicia. D

E

Monſtri

Monſtri ouo excluſi effigies.



Quod hic appictum cernitur monſtrum, medio intimoque in ouo compertum eſt, facie quidem humana, ſed capillitio colubris vndiq; horrente: mentum ipſi tribus aliis colubris vibratis velut barba germinabat. Conſpectum primum eſt Auguſtoduni in ædibus Bancheronis cauſidici, dum ancilla oua multa frangeret butyro incoquenda. Oui illius albumen feli exhibitum, repentinam mortem intulit. Id demũ monſtrum in manus Baronis Senecij cum veniſſet, ad Carolum nonum Regem Metis agentem perlatum eſt.

B

Monſtroſi infantis geminum caput, bina brachia, & quaterna crura habentis effigies.

C



Anno domini *1546.* mulier Lutetiæ ſexto grauiditatis menſe, fœtum peperit geminum caput, bina brachia, & quaterna crura habentem. Eius mortui cadauer cum diſſecuiſſem vnicum cor reperi: ex quo ſcire licet, vnicum eum infantem extitiſſe. Nam illud ex Ariſtotele ſciẽdum eſt, vnuſne an plura ſint per coagmentationem, quod monſtrificum prodit animal, iudicandum eſſe ex principij ratione. Nam ſi corpus eiuſmodi eſt, quod vnum cor habeat, vnum animal eſt: quod duo, animal item duplex coalitum propter conceptuum coniunctionem.

In problem. Vnde ſcire liceat, quæ corporibus multiplicata videntur, vnum animal ſint, an plura.

D

E

Viri, ex cuius aluo alter velut conſitus homo pendebat, effigies. A



AnnoDomini 1530. viſus eſt vir Lutetiæ, ex cuius aluo alter velut conſitus homo pendebat, membris omnibus, capite excepto abſolutus. Virille quadragenarius erat, inſertumque illum & velut prodeuntem ex ſeſe hominem tanta omnium admiratione vlnis ſuis geſtabat, vt certatim ad ſpectaculum accurrerent.

B

C

Cornuti & capitiati monſtri effigies.



Apud Subalpinos in Quiero decem à Taurino miliaribus poſito oppidulo anno Domini 1578. die 17. Iannarij ad octauam horam veſpertinam honeſta matrona fœtum peperit, cornua quinque ſibi aduerſa & arietinis ſimilia capite gerentem: cui prætereà à ſumma fronte ad occiput in dorſum fere totum, prælongum carneum fruſtum pendebat, capitij muliebris inſtar habens. Circum collum vero alia caro duplex aduoluebatur, tãquam colare ſubuculæ. Extrema vtriuſque manus digitorum vncos rapaciũ auium referebant, genua tanquam in poplitibus erant. Crus dextrum, peſque item dexter rubro colore præfulgebant. Reliquum corpus bætico erat colore, magno cum clamore in lucem prodiiſſe dicitur, quo ſic conſternatæ D obſtetrices, & reliquæ mulieres clinicæ fuerunt, vt è veſtigio in fugam ſe ab ædibus puerperæ dederunt. De eo monſtro cum Subalpinorum princeps reſciuiſſet, iuſſit id ad ſe adduci, nec dici poteſt, quam varia fuerint tum aulicorum de ipſo iudicia.

E


Monſtri

Monſtri ouo excluſi effigies.



Quod hic appictum cernitur monſtrum; medio intimoque in ouo compertum eſt, facie quidem humana, ſed capillitio colubris vndiq; horrente: mentum ipſi tribus aliis colubris vibratis velut barba germinabat. Conſpectum primum eſt Augustodini in ædibus Bancheronis cauſidici, dum ancilla oua multa frangeret butyro incoquenda. Oui illius albumen feli exhibitum, repentinam mortem intulit. Id demũ B monſtrum in manus Baronis Senecij cum veniſſet, ad Carolum nonum Regem Metis agentem perlatum eſt.

C *Monſtroſi infantis geminum caput, bina brachia, & quaterna crura habentis effigies.*



Anno domini *1546.* mulier Lutetiæ ſexto grauiditatis menſe, fœtum peperit geminum caput, bina brachia, & quaterna crura habentem. Eius mortui cadauer cum diſſecuiſſem vnicum cor reperi: ex quo ſcire licet, vnicum eum infantem extitiſſe. Nam illud ex Ariſtotele ſciẽdum eſt, vnumne an plura ſint per coagmentationem, quod monſtrificum prodit animal, iudicandum eſſe ex principij ratione. Nam ſi corpus eiuſmodi eſt, quod vnum cor habeat, vnum animal eſt: quod duo, animal item duplex coalitum propter conceptuum coniunctionem. D

In problem. Vnde ſcire licet, qua corporibus multiplicia videtur, vnum animal ſint, an plura.

E

A

Gemellorum vnico capite coniunctorum effigies.



Anno domini 1569. Turonenſis quædam mulier gemellos peperit, vnico capite coniunctos, & ſe mutuo complectentes. Horum ad me ſceleton miſit Renatus Ciretus tota Turonenſi regione famatiſſimus.

B

Gemellarum virginum aduerſis frontibus cohærentium effigies.

C



Scribit Munſterus, viſas ſibi anno Domini 1495. duas virgines in Briſtanto pago, non longe à Vvormacia, corporibus integras, & numeris omnibus abſolutas, ſed aduerſis frontibus ſic conglutinatas, vt nulla arte ſeparari & diſtrahi vnquam potuerint, ad decimum vſque ab ortu annum conuixerunt. Tum neceſſe fuit viuam & ſuperſtitem à mortuæ cadauere diuellere: ſed illa ſorori ſuæ non diu ſuperuixit, propter inflictæ plagæ diuulſificæ malignitatem.

D


Anno Domini 1570. 20. Iulij, Lutetiæ in vico Grauillietorum, ad inſigne tintinabuli, nati ſunt hi duo infantes ſexu diſtincti, qua cernitis partium corporis configuratione. Baptiſmo donati ſunt in templo S. Nicolai de Campis, & Ludouici & Ludouicæ nomine inſigniti. Pater latomis operam præbebat, ei Petrus Germanus nomen erat. Agnomen Paruus Deus: matri vero Mathea Petronilla.

E

Infantum

A

Infantum gemellorum Lutetiæ nuper natorum effigies.



B

Virguncularum anterioribus cohærentium effigies.



C

Anno Domini 1572. in Ponte Sæo ad Andes oppidulo, prodierunt in lucem, decimo die Iulij gemellæ fœminę, cætera membris omnibus perfectæ, niſi quod alterutrius manus ſiniſtra quatuor tantum digitis diſtincta erat. Cohærebãt autem anterioribus partibus, nempe à mento ad vmbilicum vſque, quibus ipſis vnicus vt & cor vnũ erat: hepar vero in lobos quatuor diuiſum. Vixere ſemihoram, & regenerationis lauacro inſignitæ fuere.

Bicipitis & quadrimeſtri magnitudine cum primum natus eſt, infantis effigies.

D



Refert Cœlius Rhodiginus, in patrij ſoli vico, cui Sarzano nomen eſt, flagrante inteſtinis diſcordiis Italia, editum inuſitatæ magnitudinis monſtrum. Infantem enim extitiſſe bicipitem, quadrimeſtri magnitudine, membris omnibus cũ proceritate reſponſum habentibus & amuſſitatis, vtrumque inter caput, quod ſimilitudinis erat indiſcretæ, ex eodem limitio humerorum tertia ſurrigebatur manus, ſed quæ aures longitudine non excederet, nec integra viſeretur omnino. Apparuit 5. Idus Martias anno 1514.

E

A

Infantis quaternis cruribus & brachiis effigies.



Refert Iouianus Pontanus, anno Domini *1529.* die 9. Iannarij, viſum in Germania infantem maſculum, quaternis brachiis & totidem cruribns, vt in ſubiecta imagine intueri licet.

B

Viri, cui ex medio ventre alterum caput applicitum prominebat, effigies.



C

Quo anno Fr[illegible]ciſcus primus Gallorum Rex fœdus cum Heluetiis iniuit, [illegible]tum eſt in Germania monſtrum, cuius è medio ventre caput inſigne extabat, ad virilem ætatem peruenit, nec ſecus, quam verum & ſummum monſtri illius caput, hoc monſtrificum & tanquam applicitum nutriebatur.

D

Gemellorum monſtroſorum, vnico ſexu inſignitorum, effigies.



E

Anno

A Anno Domini 1572. vltima Februarij in Viabani Parœcia, via, qua Carnutum Lutetia itur, in pagulo, cui Paruarum Bordarum nomen eſt, Cypriana Giranda Iacobi Mercatoris agricolæ vxor, peperit hoc quod in antecedenti imagine vides monſtrum, quod in ſubſequentem vſque dominicum diem vixit, vnico ſexu fœmineo inſignitum.

Nefrendis monſtroſi effigies.



Anno Domini 1572. poſtera à Paſchate die, Metis in Lotharingia, in hoſpitio, cui ſancti Spiritus C imago pro inſigni eſt, ſus nefrendem peperit octonis cruribus, quaternis auribus, & capite canino præditum. Poſteriora corporum à ventre deorſum tanquam gemellorum diſtincta erant, anteriora ſurſum vnita, duas in ore linguas habebat cum dentibus quaternis in ſuperioris maxillæ totidemque in inferioribus lateribus. Haud ſatis expreſſa erat ſexus diſtinctio, ita vt maſne, an fœmina id monſtrum eſſet, dignoſcere nemo poſſet. Vnica enim ſub cauda rima ſingula quæque corporum poſteriora fiſſa & aperta erant, eius, vt hic appicta eſt, monſtri effigiem miſit ad me Borgeſius Medicus Metenſis clariſſimus.

De mulieribus multiparis. CAP. III.

MVlier vniparum vt plurimum natura animal eſt. Sunt tamen quædam, quæ gemellos: quædam etiam, quæ ternos, quaternos, quinos, ſenos & bis etiam plures fœtus vno partu in lucem edunt. Multiplicis partus cauſam ſeminalis materiæ copiam eſſe putat Empedocles. Stoici eam in varias vteri velut cellulas conferunt: in has enim varie diſtracto ſemine, fiſſoque conceptu plures gigni fœtus, haud ſecus, quam in fluuiis aqua cautibus alliſa vertigines geminantur. At id opinari nihil rationis eſt, inquit Ariſtoteles in mulierum enim genere iſta brutorum, vt canum & ſuum vteri in cellas diſcriminatio locum non habet. Harum namque vterus vnica cauitate præditus eſt, duos ſinus ex ſe promente, dextrum & ſiniſtrum, nullo intercurrente corpore, niſi forte quadam linea diſcretos. Sæpe vero eodem in vteri ſinu gemini conſiſtunt. Ariſtotelis ſententia eſt, haud plures quinque fœtibus mulierem parere poſſe. Quinos fœtus vno partu edidit Auguſti Cæſaris ancilla, breui mox cum prole mortua. Anno Domini 1554. Bernæ apud Heluetios, vxor Ioannis Gelingeri Doctoris, quinos pariter fœtus vno partu edidit, tres mares & duas fœminas. Aſſerit Albucaſis, extitiſſe mulierem ſeptenis vno partu fœtibus matrem: aliam vero, quamuis extrinſecus illata abortire cogebat, quindecim, membris omnibus integre deſcriptos fœtus edidiſſe. Extare ſcribit Plinius in monumentis Medicorum, vno partu duodecim puerperia electa: compertum quoque aliam in Peloponeſo, quæ quinos quater enixa ſit, maioremque partem ex eius vixiſſe partu. Proditum à D. Dalechampio eſt, Bonauenturam Sauelli nobilis Senenſis mancipium vno partu ſeptenos edidiſſe fœtus, quorum quatuor baptiſmo donati fuerint. Noſtra ætate inter Sartã & Mænum in parœcia Sigillorum ad Cambellayum familia eſt & domus nobilis, dicta Maldemera,
E Domini Maldemeræ vxor, primo, quo nupſit, anno, gemellos peperit. Secundo ternos: Tertio quaternos: Quarto quinos: Quinto ſenos fœtus, ex eoque partu mortua eſt. Ex ſenis his vnus adhuc ſuperſtes viuit Maldemeræ dominus. Beauforti in valle in Andium agro, iuuencula mulier, filia Macei Cannerij vnum fœtum iuſto partu cum edidiſſet, decimo poſt die alterum enixa eſt, qui niſi vi aluulſus ab vtero edi non potuit, matrique lethifer extitit. Martinus Cromerus ſcribit in Craconienſi agro Margaretam nobili & antiqua familia ortam mulierem, Vurboſlai Comitis o, vno peperiſſe partu ſex & triginta viuos fœtus, 20. die Ianuarij anno Domini, 1296. Scribit Franciſcus Picus Mirandula, Dorotheam Italam gemino partu viginti liberos peperiſſe. Primo quidem nouem, altero autem vndecim: adeo vero grauidam extitiſſe, vt aluum, quæ in genua procumbebat, lata & magna faſcia ex ceruicibus nodata fulcire cogeretur, vt ſubiecta imagine licet intueri.

Cauſa multiplicis partus. — *4. de general. animal. cap. 4.* — *Vterum muliebrem nullis cellis diſtingui.* — *Lib. 7 ca. 11.* — *Cap. 3.* — *Cap 74. Chirurgia.* — *Lib. 9 hiſtor. Polonica.*

Dorothea

A

Dorotheæ multiplici ſobole grauidæ effigies.



Lib. 4. de gener. anim. cap. 4.

Iterum & hic coarguendi ſunt, qui multiplicis ſobolis vno partu editæ cauſam in vteri muliebris cellarum varietatem conferunt. Septem enim vteri muliebris cellas eſſe mentiuntur. Tres nempe in dextro latere maribus gerendis, tres in ſiniſtro fœminis, & vnam plane in medio hermaphroditis proceſſit & eouſque id mendacium, vt fuerint, qui adſtruerent, eiuſmodi ſeptem cellarũ ſingulas in decem cellulas diſcriminatas eſſe, in quas diſtractum ſemen procellarum ſeminali materia imbutarum varietate, in variam & numeroſam degeneret ſobolem. Quæ opinio etſi Hippocratis fuiſſe videatur *libro de natura pueri*, rationi tamen & his, quæ oculis ac ſenſibus manifeſte apparent, repugnat. Probabilior eſt Ariſtotelis ſententia, qui gemellas pluresue fœtus eadem ex cauſa gigni edique ait, ex qua & ſextus in manu ſuccreſcit digitus, ſcilicet propter ſeminalis materiæ redundantem copiam, quæ maior & vberior eſt, quam vt tota in vnum fœtum naturaliter conſtitutum aſſumi poſſit. Nam ſi tota in vnum cogatur vnum quidem fœtum edet, ſed partibus in magnitudine, vel multitudine auctioribus: ſi vero veluti findatur in plures diſtracta partes, plures fœtus edet. B

C

De Hermaphroditis ſeu Androginis. Cap. IV.

Ratio nominis.
Ratio generationis androginorũ.
Hermaphroditorum differentiæ.

AGendum & hic quoque de Hermaphroditis ſeu Androginis, quoniam à ſeminalis materiæ vbertate, monſtroſi hi fœtus etiam cauſam ſuæ generationis & conſormationis obtinent. Ita vocantur, *qui vtroque gignuntur ſexu:* matre ſcilicet tantum ſeminalis materiæ, quantum vir effundente. Hinc enim fit, vt dum formatrix facultas, quæ ſimile ſemper ſibi aliquid fingere conatur, in vtramque materiam paribus ferme viribus incumbit, faciat, vt in eodem corpore vterque viſatur ſexus. Quanquam ſunt, qui hermaphroditorum quatuor conſtituunt differentias. Prima eſt hermaphroditus mas: qui ſcilicet virilem ſexum perfectum & potentem habet, in perinæo autem exciſam tantum in vuluæ formam rimam, minime tamen peruiam, vt à qua nihil neque vrinarij, neque ſeminalis humoris prodeat. Secunda eſt hermaphroditus fœmina: quæ ſcilicet præter vuluam naturaliter conſtitutam, ſeminali nempe & menſtruo fluxu manantem, ſupra ad os pectinis membri virilis carneam & cutaceam quandam ſimilitudinem habet arrectionis & profuſionis ſeminis impotentem, ſcroto & teſtibus carentem. Tertia eſt eorum Hermaphroditorum, qui etſi vtriuſque ſexus expreſſam habeant imaginem, ſæpius aduerſo ſibi ſitu reſpondentem, inefficacem tamen ad generationem & ſeminis profuſionem experiuntur, alterutra ad mictionem tantum conferente. Quarta eorum, qui vtroque ſexu valent, mariſque & fœminæ munera potenter obeunt, quod vtriuſque genitalia omnibus numeris ad generationem neceſſariis completa & perfecta, imo mammam dextram mari, ſiniſtram fœminæ ſimilem habeant. Hos leges ſexum, quo vti & in quo manere ac viuere velint, eligere iubent, capitali pœna addita, ſi ab electo ſemel ſexu diſceſſiſſe deprehendantur, quidam enim vtroque abuſi creduntur, & promiſcue cum viris & fœminis voluptuati. Signa ſunt, quibus virilisne, an fœminei ſexus potentes ſint androgini, an vero vtriuſque impotentes, dignoſcere Medici valent. D

Mirum hermaphroditos eſſe, qui vtroque ſexu valeant.

Quibus ſignis ſcire liceat, hermaphroditum huius aut illius ſexus eſſe potentem aut vtriuſque impotentẽ.

Apparent hæc in genitalibus præſertim, & facie. Nam ſi vulua ſic ad amuſſim omnibus ſuis dimenſionibus exacta, & peruia ſit, [illegible] virile membrum admittere poſſit, ſi menſes illac profluant, ſi promiſſi ſint & tenues ac molles capi[illegible] ſi denique ad illam totius corporis effœminati mollitiem, animi quoque fracti & timidi parem conditionem additam habeant, fœminei ſexus potentiores, & plane fœminæ iudicantur. E

At ſi pilis obſitum perinæum & anum habent, quæ fere loca muliebribus glabra ſunt, ſi penem conuenienti magnitudine compoſitum habent, ſi valide & alacriter arrigentem, ſi ſemine manantem, virilis ſexus potentiores & plane viri pronunciantur.

Si par ſit vtriuſque genitalis in figura, mole, & efficacia conformatio, vtriuſque ſexus potens, hermaphroditus cenſetur.

Quan-

A

Hermaphroditi vtroque ſexu donati effigies.



Quanquam Ariſtotelis ſententia, hi quibus gemina habere genitalia accidit, alterum maris, alterum fœminæ, iis ſemper alterum ratum, alterum irritum redditur, cum per alimentum ſubinde deliteſcat, quoniam præter naturam eſt: agnatum eſt enim modo abſceſſus. Nam abſceſſus aſſumunt aliquid nutrimenti, quamuis poſt geniti ſint & præter naturam.

B

Gemellorum dorſibus cohærentium & hermaphroditorum effigies.

C



Anno Domini 1486. ad *Heidelbergam* in agri Palatini pago, Rotbachio gemelli duo nati ſunt dorſibus cohærentes, & hermaphroditi ambo.

D

Herma-

Hermaphroditi quaternis pedibus & manibus inſtructi effigies. A



Quo die Veneti & Genuenſes fœdus inierant, natum eſt in Italia monſtrum quaternis brachiis & pedibus, vnico vero capite præditum. Id ſacra baptiſmatis aqua luſtratum aliquandiu poſt vixit: Iacobus Rueſius Chirurgus Heluetius ſibi ſimile viſum narrat, ſed quod maris & fœminæ inſuper genitalia haberet, hic ideo appictum.

B

De ſexus mutatione. CAP. V.

NArrat Amatus Luſitanus in Eſgucina pago, extitiſſe virginem Maria Pateca dictam, cui ſub pubertatis tempus menſium loco prodiit membrum virile, intro ante latens & abditum, ſicque ex fœmina marem euaſiſſe, adeoque veſtitu virili, miſſo virgineo, indutum, & mutato nomine Emanuel dictum Hic cum ex multis in India & magnis negotiis ac commerciis multas & ingentes opes comparaſſet, in patriam regreſſus nupſit. Sed liberoſne aliquando genuerit, nihil certi ſe habere, Luſitanus ait, illud ſibi C conſtare imberbem perpetuo manſiſſe.

Hiſtoria. Antonius Loqueneus Indictionum ad S. Quintini apud Veromanduos fanum Regius quæſtor, nuper affirmauit mihi, vidiſſe ſe virum Rhemis in hoſpitio, cui Cygnus pro inſigni eſt, anno Domini 1560. qui pro fœmina ad annum vſque ætatis decimumquartum habitus fuerat. Tum enim contigiſſe, vt cum ludibundus cum ancilla, cui eodem in lecto accubabat, laſciuiret, virilia ipſi huc vſque implicita ſe explicarent & erumperent. Quod cum parentes reſciuiſſent, interueniente eccleſiaſtica poteſtate, ipſum nomine mutato Ioannem pro Ioanna nominarunt, & virili habitu induerunt.

Superioribus annis cum eſſem in Caroli noni Regis comitatu, in Vitriaco Francico oſtenſus eſt mihi vir Germanus Garnierus, quibuſdam Germanus Maria dictus, quod olim fœmina, Maria vocaretur, ſtatura mediocri, quadrato corporis habitu, barba denſa & ruffa. Is ad quintum vſque & decimum ætatis annum pro virgine habitus fuerat, quod virilitatis in eius corpore nulla veſtigia apparerent, & quod fœmineo veſtitu indutus inter fœminas muliebria obeundo aſſidue verſaretur. Decimo quinto igitur ætatis anno, dum in agris porcos ſuæ curæ demandatos, & in meſſem irruentes acrius perſequeretur, foſſam obuiam magno impetu tranſiliuit: quo factum eſt, vt ruptis velut inuolucris & vinculis, D abdita virilia derepente & haud ſine dolore emergerent. In caſam regreſſus apud matrem eiulans conqueſtus eſt, ſibi ab aluo inteſtina proſilire. Quo ſpectaculo attonita mater Medicis, Chirurgiſque in cõſilium adhibitis, audit eum in virum euaſiſſe. Itaque re tota ad Cardinalem Lenuncurium Epiſcopum delata, conuocata concione viri nomen habitumque recepit.

Lib. 7. ca. 4. Narrat Plinius Caſſini puerum factum ex virgine ſub parentibus, iuſſuque Aruſpicum deportatum in inſulam deſertam, quod eiuſmodi monſtra ſemper monſtri aliquid alere & portendere putarent. Certe fœminis tot & ſimiles partes latent in intima aluo, quot & quales viris foris prominulæ viſuntur. Calor tantum vegetus & alacris deeſſe videtur, qui quod abditum intus eſt, propellat foras. *Fœminarũ in mares mutatio ratione adſtruitur.* Ergo ætatis progreſſu calore aucto, & deuicta pueritiæ humiditate regnante, ac clara iam incendia dante, non eſt impoſſibile, virilia, quæ huc vſque ignaua, per caloris inertiam latuerant, protrudi: ſi præſertim ad illum caloris velut emicantis vigorem, corporis totius vehemens aliqua concuſſio & iactatio acceſſerit. Ex his igitur, & experimentia & ratione conſtare arbitror, homines ex fœminis mutari in mares, *Cur mares nunquam in fœminas mutentur.* non eſſe fabuloſum. At ex maribus, qui in fœminas degenerauerint, nuſquam in hiſtoria reperias. Natura enim tendit ſemper progreſſuſque facit ab imperfectis ad perfecta, nunquam contra turpi relapſu à E perfectis ad imperfecta refertur.

De monſtris ex ſeminalis materiæ defectu cauſam habentibus.

CAP. VI.

SI quid contra ſeminali materiæ ad inſtitutam fœtus aut fœtuum conformationem in quantitate deeſt vnum aliquod, pluraue membra deficient, vel certe breuiora, omninoque detrita erunt. Hinc eſt, quod natura gemellos parante, naſcitur haud raro fœtus biceps, ſed vno brachio præditus, vel certe omnino omnibus artubus mancus.

A *Monſtroſi infantis ex materia ſeminalis inopia effigies.*




Anno Domini 1573. vidi Lutetiæ ad diui Andreę ædem, puerum nouem annos natum Paipauilla pago ſex à Guiſio oppido milliaribus, Petro Renardo & matre Marqueta genitum. Huic tantum duo digiti in dextra manu erãt, brachium haud inuenuſte à ſummo humero ad cubitum vſque deformatum erat: at inde ad extremos duos digitos valde deforme viſebatur: cruribus carebat, quanquam à nate dextra, pedis imperfecta quædam velut figura quatuor tanquam digitis diſtincta proferre ſe videbatur, à ſiniſtræ vero natis medio, duo digiti proſiliebant, quorum vnus genitali virili haud erat abſimilis, vt in iſta imagine licet intueri.

B

Anno Domini 1562. calendis Nouembris, Villæ-francæ in Vaſconia, natum eſt quod appictum hic vides, monſtrum, fœmina Acephalon, cuius imaginem à Fontano Agenenſi Medico, qui ſe id vidiſſe ſancte affirmabat, acceptam, mihi hanc de monſtris commentationem paranti obtulit Ioannes Altinus doctor Medicus. C

Monſtroſa & ſine capite fœminæ anterior poſteriorque effigies.



D

Hermaphroditi quaternis pedibus & manibus inſtructi effigies. A



Quo die Veneti & Genuenſes fœdus inierant, natum eſt in Italia monſtrum quaternis brachiis & pedibus, vnico vero capite præditum. Id ſacra baptiſmatis aqua luſtratum aliquandiu poſt vixit: Iacobus Rueſius Chirurgus Heluetius ſibi ſimile viſum narrat, ſed quod maris & fœminæ inſuper genitalia haberet, hic ideo appictum. B

De ſexus mutatione. C A P. V.

NArrat Amatus Luſitanus in Eſgucina pago, extitiſſe virginem Maria Pateca dictam, cui ſub pubertatis tempus menſium loco prodiit membrum virile, intro ante latens & abditum, ſicque ex fœmina marem euaſiſſe, adeoque veſtitu virili, miſſo virgineo, indutum, & mutato nomine Emanuel dictum Hic cum ex multis in Iodia & magnis negotiis ac commerciis multas & ingeotes opes comparaſſet, in patriam regreſſus nupſit. Sed liberoſne aliquando genuerit, nihil certi ſe habere, Luſitanus ait, illud ſibi C conſtare imberbem perpetuo manſiſſe.

Hiſtoria. Antonius Loquenɇus Indictionum ad S. Quintini apnd Veromanduos fanum Regius quæſtor, nuper affirmauit mihi, vidiſſe ſe virum Rhemis in hoſpitio, cui Cygnus pro inſigni eſt, anno Domini 1560. qui pro fœmina ad annum vſque ætatis decimumquartum habitus fuerat. Tum enim cootigiſſe, vt cum ludibundus cum ancilla, cui eodem in lecto accubabat, laſciuiret, virilia ipſi huc vſque implicita ſe explicarent & erumperent. Quod cum parentes reſciuiſſent, interueniente eccleſiaſtica poteſtate, ipſum nomine mutato Ioannem pro Ioanna nominarunt, & virili habitu induerunt.

Superioribus annis cum eſſem in Caroli noni Regis comitatu, in Vitriaco Francico oſtenſus eſt mihi vir Germanus Garnierus, quibuſdam Germanus Maria dictus, quod olim fœmina, Maria vocaretur, ſtatura mediocri, quadrato corporis habitu, barba denſa & ruffa. Is ad quintum vſque & decimum ætatis annum pro virgine habitus fuerat, quod virilitatis in eius corpore nulla veſtigia apparerent, & quod fœmineo veſtitu indutus inter fœminas muliebria obeundo aſſidue verſaretur. Decimo quinto igitur ætatis anno, dum in agris porcos ſuæ curæ demandatos, & in meſſem irruentes acrius perſequeretur, foſſam obuiam magno impetu tranſiliuit: quo factum eſt, vt ruptis velut inuolucris & vinculis, D abdita virilia derepente & haud ſine dolore emergerent. In caſam regreſſus apud matrem eiulans conqueſtus eſt, ſibi ab aluo inteſtina proſilire. Quo ſpectaculo attonita mater Medicis, Chirurgiſque in cōſilium adhibitis, audit eum in virum euaſiſſe. Itaque re tota ad Cardinalem Lenuncurium Epiſcopum delata, conuocata concione viri nomen habitumque recepit.

Lib. 7. ca. 4. Narrat Plinius Caſſini puerum factum ex virgine ſub parentibus, iuſſuque Aruſpicum deportatum in inſulam deſertam, quod eiuſmodi monſtra ſemper monſtri aliquid alere & portendere putarent. Certe fœminis tot & ſimiles partes latent in intima aluo, quot & quales viris foris prominulæ viſuntur. Calor tantum vegetus & alacris deeſſe videtur, qui quod abditum intus eſt, propellat foras. Ergo ætatis progreſſu calore aucto, & deuicta pueritiæ humiditate regnante, ac clara iam incendia dante, non eſt impoſſibile, virilia, quæ huc vſque ignaua, per caloris inertiam latuerant, protrudi: ſi præſertim ad illum caloris velut emicantis vigorem, corporis totius vehemens aliqua concuſſio & iactatio acceſſerit. Ex his igitur, & experimentia & ratione conſtare arbitror, homines ex fœminis mutari in mares, non eſſe fabuloſum. At ex maribus, qui in fœminas degenerauerint, nuſquam in hiſtoria reperias. Natura enim tendit ſemper progreſſuſque facit ab imperfectis ad perfecta, nunquam contra turpi relapſu à E perfectis ad imperfecta refertur.

Fœminarū in mares mutatio ratione adſtruitur.

Cur mares nunquam in fœminas mutentur.

De monſtris ex ſeminalis materia defectu cauſam habentibus.

C A P. VI.

SI quid contra ſeminali materiæ ad inſtitutam fœtus aut fœtuum conformationem in quantitate deeſt, vnum aliquod, pluraue membra deficient, vel certe breuiora, omninoque detrita erunt. Hinc eſt, quod natura gemellos parante, naſcitur haud raro fœtus biceps, ſed vno brachio præditus, vel certe omnino omnibus artubus mancus.

Monſtroſi

Digitized by Google

A *Monſtroſi infantis ex materia ſeminalis inopia effigies.*




Anno Domini 1573. vidi Lutetiæ ad diui Andreę ædem, puerum nouem annos natum Paipauilla pago ſex à Guiſio oppido milliaribus, Petro Renardo & matre Marqueta genitum. Huic tantum duo digiti in dextra manu erāt, brachium haud inuenuſte à ſummo humero ad cubitum vſque deformatum erat: at inde ad extremos duos digitos valde deforme viſebatur: cruribus carebat, quanquam à nate dextra, pedis imperfecta quædam velut figura quatuor tanquam digitis diſtincta proferre ſe videbatur, à ſiniſtræ vero natis medio, duo digiti proſiliebant, quorum vnus genitali virili haud erat abſimilis, vt in iſta imagine licet intueri.

B

Anno Domini 1562. calendis Nouembris, Villæ-francæ in Vaſconia, natum eſt quod appictum hic vides, monſtrum, fœmina Acephalon, cuius imaginem à Fontano Agenenſi Medico, qui ſe id vidiſſe ſancte affirmabat, acceperam, mihi hanc de monſtris commentationem paranti obtulit Ioannes Altinus doctor Medicus. C

Monſtroſa & ſine capite fœmina anterior poſteriorque effigies.



D

E

Monſtri bicipitis & duo crura at vnum brachium habentis effigies. | *Viri ſine brachiis omnia, quæ manibus fieri ſolent obeuntis, effigies.* A

N. B. Figura tertia bicipitis infantis, quæ ex errore typographi fol. 547. fuit poſita, huc pertinet & quemadmodum hac præſens eo.





B

Paucis abhinc annis viſus eſt Lutetiæ vir quadragenarius quadrato corpore, qui etſi brachiis careret, omnia tamen, quæ manibus perfici ſolent munia, haud infœliciter obibat. Humeri.n. trunco, & capite, colloq; vibrato, ſecurim in palũ oppoſitũ tam certo & valido ictu, quã manu quiuis alius vir, eiaculabatur, aurigæ flagellũ tanta vi diſtringebat, vt aere validius percuſſo reſonaret. C Cæterum pedibus edebat, bibebat, chartis luſoriis & talis colludebat. Tandem latro & ſicarius deprehenſus, ex cruce ſtrangulatus rotæ affixus eſt.

Sect. 2. lib. 2. epid. Viſa etiam non ita pridem mulier Lutetiæ eſt ſine brachiis, quæ nihilominus ſecabat, ſuebat, & pleraque alia, quaſi manus adeſſent, perficiebat. Legimus apud Hippocratem, quod Antigenis vxor peperit puerum carnoſum quidem, verùm qui haberet maximas partes diſcretas, magnitudine vero eſſet quatuor digitorum, & ſine oſſibus, deinde craſſus & rotundus.

De monſtris, quibus ab imaginatione cauſa & conformatio eſt. CAP. VII.

Imaginationis vis in corpora & humores. VEteres omnia naturæ arcana ſolertiſſime perſcrutati, alias etiam cauſas ortus monſtrorum animaduerterunt. Nam cum imaginationis vires tantas in nobis eſſe intelligerent, vt etiam plerunque corpus cogitantis immutarent, facile quæque ſibi perſuaſerunt firma & obſtinata vel parentũ gignentium, nocturnis ſæpe & fallacibus ſpectris deluſorũ, vel grauidarum cogitatione, vim eam, quæ fœtum conformat, duci & gubernari, adeoque pertinaciter conceptã animo, tem in conceptum vtero fœtum vim ſuam conferre. D Quod ipſum Moſis authoritate pleriq; confirmari putant, quod narret, *Iacobum conſeſſam à ſocero Laban ouium partem, meliorem & numeroſiorem reddidiſſe, demerſis in alueos, ad quos aquatum ibant, virgis, viridantis corticis parte exempta lineatis, & ex albo ac viridi pulchre variegatis, quo maxime tempore veneris deſiderio turgerent: vt hauſta ſub ipſum conceptum imago, prolis mox mutaretur.* Eſtenim hæc imaginationis in fœtum efficacia, vt rerum conceptarum notas, & tanquam characteres ipſi apprimat.

Virginis quæ piloſa & infantis qui niger imaginationis parentum vi euaſit effigies.

Cap. 10



Proditum ab Heliodoro legimus, Perſinam Æthiopiæ Reginam ex Hidaſte marito pariter Æthiope, filiam ſuſcepiſſe albo colore inſignem, quod cum inuiri amplexibus, ex quibus grauida euaſit, eſſet, fixis oculis intentoque animo, in oppoſitam pulchræ Andromedæ imaginem ſe conuertiſſet. Teſtatur Damaſcenus, viſam ſibi puellam vrſi inſtar villoſam, quæ non aliunde eam deformitatem contraxiſſet E quam ex eo, quod mater in ipſo excepti & concepti ſeminis articulo, in D. Ioannis Camelina, vt ſolet, pelle tecti imaginem, ex lecti oppoſitis fulcris pendentem, acrius intuita eſſet. Narrant Hippocratem hac cauſarũ explicatione, principem quandam mulierem, quæ alba ex marito pariter albo prolem Æthiopis inſtar nigram ob id ſuſceperat, quod concumbens, oculis obuerſantem Æthiopis imaginem fortiter & aſſidue animo comprehendiſſet, adulterii ſuſpicione explicuiſſe.

Monſtri

A

Monſtri pedibus manibuſque bubulis & aliis membris valde horrendi, effigies.



Sunt, qui putent infante in vtero formato, quod ad ſummum intra duos & quadraginta à conceptu dies fit, nihil iam periculi ipſi à materna imaginatione, vt nec à paterno effuſo in vterum ſemine imminere: quod cum typoſim perfectam adeptus ſit nullis iam rerum extrinſecus appellentium formis conturbari poſſit, quod verum ſit, necne, non eſt huius loci diſquirere. Certe ſatius eſſe arbitror ab rerum eiuſmodi omnium ſpectris & imaginibus grauidam toto geſtationis tempore, quantum fieri poteſt, abſtinere. *Imaginationis in concluſum vtero fœtũ poſt typoſim nullam vim eſſe.*

B

In Stecquer Saxoniæ pago, proditum monſtrum memorant, quaternis pedibus bubulis, oculis, ore & naribus vitulinis, carneo rubro & rotundo in vertice tuberculo, carnea præterea ex collo in dorſum velut cuculla pendente, laceriſque & diſciſſis femoribus deforme.

Infantis ranula facie effigies.

C




Anno Domini 1517. in Boſci Regis Paroecia, in Biera ſylua, via ad fontem Bellæ-aquæ, natum eſt monſtrum facie ranali, viſum Ioanni Bellangerio Machinariæ Regiæ Chirurgo, coram Harmoij oppidi iuſtitiæ cuſtodibus, inprimis Ioanne Bribono eius loci Procuratore Regio. Pater vocabatur Amadæus Paruus: Mater Magdalena Sarbucata. Hæc febre diuexata mulierculæ cuiuſdam conſilio ranam viuam manus palmæ affixerat, tamdiu detinendam, quo ad immoreretur parti, eo habitu in viri amplexus venerat de nocte, & conceperat, eam Bellangerius, perſpicaci ingenio vir, monſtroſæ deformitatis fœtus cauſam eſſe arbitrabatur.

D

E

Effigies infantis cum ore & fronte leoninis.



Subſequens monſtrum in Italia à muliere Hebræa natum, erat ore leonino, intuſque eo dentibus duobus candidioribus & alio quodam oſſe pectori gallinaceo non abſimili deformatum. Poſterius ad regionem, vbi alias cauda propendere ſolet, paulo tamen ſuperius, habebat characterẽ inſtar verucæ, cęteris omnibus erat homini ad naturæ leges nato conforme, viuumque ſeptimanas quinque manebat.

B

C

De monſtris, quibus ab vteri anguſtia cauſa eſt.

Cap. VIII.

Quod vteri anguſtia mõſtroſi partus cauſa eſſe poſſit.

MOnſtris quoque ab vteri & locorum anguſtia originem & cauſam eſſe, rerum euentis cogimur fateri: ſic enim pendentia ex arboribus poma, ſi antequam ad debitam magnitudinem peruenerint anguſtis vaſculis excipiantur, iuſtis incrementis prohibentur. Sic qui mulieribus in delicijs ſunt catuli, ſupra eam, quam à primis ortus diebus habuerint altitudinem, ſurgere vetantur, ædicularum, in quibus altiles habentur, contractionibus. Quis neſcit, depactas in terra plantas, duræ ſilicis aut rei cuiuſuis alterius ſolidioris occurſu, longiori progreſſu, & fibrarum propagatione arceri. D Itaque totas tortuoſas, parte illa exiles & marcidas, alia parte, qua liberum venit alimentum, lætas, & amplius videri? Nam cum Phyſicorum ſententia, locus ſit forma locati neceſſe eſt, vt ea, quæ ſtrictioribus locis concluſa tenentur, motionum ſuarum libertate prohibita, diminuta ſint, manca & mutila.

Empedocles & Diphilus cum monſtrorum ortus tres cauſas agnoſcerent, ſeminis materiam auctiorem aut parciorem, ſeminum corruptionem, & vteri ſeu locorum in amplitudine anguſtia & figura deprauationem, hanc maxime & præſertim celebrarunt: quod in fœtuum ortu, rem perinde, vt in metallorum & rerum fuſilium formatione ſe habere crederent: ex quibus ducta & conflata ſimulachra, tes minus exprimerent, ſi formæ, in quas materiæ effunduntur, ſcabræ, aſperæ, contractæ, aut alioqui vitioſæ extiterint.

De monſtris, quibus cauſa eſt à vitioſa matris in accubitu, decubitu, aut alio quouis corporis ſitu per grauiditatis tempus, collocatione. E

Cap. IX.

SÆpe naturæ beneficia corporeæque conformationis in venuſtate & dignitate dotes, praua collocādi corporis conſuetudine, ſupini nimium & negligentes corrumpimus. Id in omni quidem hominum, præſertim vero in mulierum grauidarum genere deflendum & calamitoſum eſt, quia vitium id non matris modo, ſed & vtero concluſæ prolis corpus diſtorquet & peruertit. Motus enim quacunque ratione nobis, omnia etiam, quæ in nobis ſunt moueri neceſſe eſt. Itaque quæ toto grauiditatis tempore domi otioſæ ſedent, quæ decuſſans crucibus, quæ incuruo & prono in genua corpore telam acu & lana pingunt, ſuunt, aut aliud quoduis onus obeunt, quæ arctius ventrem faſciis, ſubligaculis aut veſtimentis comprimunt, fœtus edunt obſtipos, repandos, incuruos, gibboſos, pedibus, manibus, omnibuſque artubus diſtortos, vt in ſubiecta imagine licet intueri.

Infans-

A *Infantis, qui à prima in vtero [illegible] pedibus, manibuſque diſtortis enaſit, effigies.*



B

De monſtris ab ictu, lapſu, aut ſimili aliqua occaſione, cauſam habentibus.

C CAP. X.

DVbium eſſe non poteſt, quin ſi qua ex ictu, ab alto lapſu, ſimiliue occaſione ad grauidam perueniat iniuria, pernicies quoque in fœtum peruadat. Hinc ergo ſæpe tenella illi offa franguntur intorquentur, luxantur, aut alia quauis monſtroſa fœditate deprauantur. Adde quod ſæpe eiuſmodi caſuum violento incurſu rupta, apertaue vena, aut concuſſo vehementius toto corpore, vel hæmorrhagia, vel vomitus ingens cietur, vnde fœtui ſubducitur alimentum, inde mox tenui & minutulo planeq; monſtroſo futuro.

De monſtris, quibus à morbis hæreditariis origo eſt.

CAP. XI.

MOrborum quoque hæreditariorum iniuria monſtroſi euadunt infantes, id eſt, ad monſtrum vſq; deformes. Nam & gibboſis naſcuntur gibboſi, & quidem ſæpe gibboſi vſque adeo, vt anterior poſteriorque gibba in tantam altitudinem aſſurgat, vt in his caput tanquam in ſua teſta teſtudo, reconditum lateat. Sic claudis claudi, ſimis ſimi, & nanis nani, macilentis excarnes & oſſei, præpinguibus & ventroſis, ventroſi, mutilis denique mutili gignuntur.

D *De monſtris ex ſeminum diuerſæ ſpeciei confuſione.*

CAP. XII.

HOrrendum dictu, quod ſequitur eſt, ſed dabit veniam caſtus lectoris animus, cogitabitque, id, quod non Stoicis modo, ſed & Philoſophis omnibus rerum cauſas ſedulo perquirentibus perſuaſum eſſe debet, *nihil eſſe obſcœnum, nihil turpe dictu. Quæ obſcœna putantur, ſine ſcelere dici poſſunt, at patrari ſine ſummo ſcelere, furore & amentia nequeunt.* Itaq; ſi quod in obſcœnitate flagitium, id haud in verbo eſt, at totum certe in facto. Fuiſſe tamen olim memorantur, qui nihil Dei numen, nihil leges, nihil ſeipſos, id eſt, animum ſuum veriti, ſic ſe abiecerunt atque proſtrauerunt, vt inter ſe & pecudem nihil putauerunt intereſſe. Itaque Athei, Sodomitæ, exleges, præſtantiæ & diuinitatis ſuæ obliti, ſed iam pecudes, ſed turpi in belluas tranſmutatione deformati, deteſtando ſe cum bellnis concubitu flagitioſe miſcere non dubitarunt. Tantum hoc ſcelus, tam horrendum facinus, cui expiandu omnes, quotquot ſunt, orbis totiua
E ignes non ſuffecerint, etſi ipſi nimium malitioſe callidi tacuerint, conſciæ belluæ effari non potuerint, ſuſcepta tamen biformis proles abunde, Dei vindicis & ſcelerum vltoris opera, locuta & teſtata eſt. Ex varia enim illa & promiſcua ſeminum diuerſæ ſpeciei confuſione, monſtra ſemihomines & ſemibelluæ nata ſunt. Paredit ur prolis deformitas, ſi varij generis belluæ coeant, natura ſemper aliquid ſibi, quod ſimile ſit, gignere affectante, nam triticum non niſi de pacto in terram tritici grano naſcitur, nec malum armeniacum niſi ex nuce armeniaca. Eſt enim conſeruationis ſui & ſpecierum natura diligentiſſima.

Semihominis & ſemicanis fœtus effigies.




A

Anño Domini 1493. genitus eſt ex muliere & cane fœtus, qui ab vmbilico ſurſum verſus humanam, id eſt, matris effigiem integre referret: inde vero deorſum patrem, id eſt, canem. Id monſtrum ad ſummum, qui tum ſedebat, Pontificem, miſſum ſcribit Volaterranus, meminit & Cardanus. Eius hic ideo appinxi imaginem. C

Lib. 14 de var. c. 64. Cœlius Rhodiginus ſcribit, apud Sybarim, paſtorem, nomine Chrathin, capellam deperiuiſſe, & ininiſſe, exque deteſtando & brutino illo concubitu natum infantem, qui cruribus matrem referret, facie vero patrem.

Neſrendis, capite, facie, pedibus, manibuſque humanis, effigies.




D

Anno Domini 1110. in Eburonum quodam pago, Sue neſrendem editum refert Licoſthenes, qui capite, facie, pedibus, manibuſque humanis, reliquo corpore ſuillum fœtum exprimeret.

Anno Dom. 1564. Bruxellæ in ædibus Ioeſt Dictzpeert, vico Warmoesbroeckz Sus ſex peperit neſrendes, quorum primus monſtrum erat, capite, facie, anterioribuſque pedibus & omoplatis hominem referens, reliquo toto corpore neſrendem: nam & genitalia fœminæ Sus habebat, cæterorum more ſuilla vbera ſugebat. Sed ſecundo ſui ortus die à plebe monſtri diritate incitata cum matre confoſſus eſt. Eius hic habes imaginem. E

Neſrendis

Nefrendis ſemihominis & ſemiſuis effigies.



B

Anno Domini 1571. Antuerpiæ vxor Michaelis cuiuſdam, qui chalcographo operam locabat; commorantis apud Ioannem Mollinum ſculptorem ad inſigne pedis aurei, vico Cameriſtrato, die D. Thomæ ſacra, hora decima matutina monſtrum peperit canis prorſum effigie, niſi quod ceruice eſſer breuiore, capite vero auis, ſed implumi. Vitæ exors fuit id monſtrum quod mater ante tempus peperiſſet. In ipſo partus articulo ipſa magnum clamorem dante, ædium caminus procidit, nemine læſo, ne quatuor quidem infantulorum vllo, qui ad focum ſedebant.

C

Monſtri, capite auis, corpore vero canis effigies.



D

Ludouicus Celleus ſcribit, legiſſe ſe in probato quodam authore, oue aliquando natum leonem, diſparis plane & inimicæ conditionis ac naturæ animal.

Anoo Domini 1573. in Zezanæ vrbis ſuburbio, loco qui dicitur Campus Benedictus, in ædibus Ioannis Poleri, ſalis menſoris, natus eſt agnus, hac qua cernis, effigie: editus in lucem mox interiit, oes, tiæ, niſi exiguo motu, ſigna vlla dedit, ſub auribus oſculum ipſi viſebatur, Lampetræ oſculo ſimile.

E

Agni monſtroſi effigies.



A

B

Anno Domini 1577. in pago Blandio tribus à Melodunum miliaribus, natus eſt agnus triceps, medium caput reliquis craſſius erat. Blante vno reliqua pariter balabant capita. Id monſtrum ſibi viſum affirmauit Ioannes Belangerius Chirurgus Melodunenſis, ſculpendumque, & cum monſtro humano, quod capite ranali ante deſcripſimus, excludendum curauit.

Agni tricipitis effigies.



Monſtra pſi- tre cælo edi- ta.

Sunt quædam monſtra, in quorum generatione ex eo diuini aliquid eſſe videtur, quod huius principia ex generali monſtrorum cauſa, id eſt, natura, ſeu errore naturæ, propter commemoratarum cauſarum particularium aliquam repetere non poſſis. Eiuſmodi ea ſunt monſtra, quæ omnino contra omnem naturã C ſunt, quale illud eſt, cuius ante meminimus, editus oue Leo. Horum tamen cauſam Aſtrologi, ne aliquid eſſe, quod neſciant, videatur, ex certis conſtellationibus, aſtrorum cõtuitu, influxuque ſyderum, Ariſtotelis *in Problematibus* ſententia euocant. Cuius rei exemplum, quod ſequitur, commemorant. Alberti Magni temporibus contigit, vt in villa quadam vacca vitulum ſemihominem ederet. Pagani concurſu facto paſtorem quaſi tanti ſceleris conſcium in iudicium rapuerunt, mox cum vacca comburendum: Sed opportune adfuit Albertus Magnus, cui propter Aſtronomicæ artis multipli- D cem & certam experientiam creditum eſt, non humano aliquo ſcelere, ſed ſtellarum certæ conſtitutionis efficacia id generis monſtrum editum.

De monſtris, quæ dæmonum arte & vaframento fiunt.

CAP. XIII.

Sortilegos eſſe, & qui ſiunt.

IN hoc de Monſtris, quæ dæmonum vaframento fiunt, tractatu, veniam à beneuolo Lectore precamur, ſi forte à propoſito diſcedentes longius, de dæmonum exiſtentia, natura, & ſpeciebus dicere vi- E deamur liberius. In primis igitur conſtat, ſortilegos eſſe, incantatores, & veneficos, qui quicquid agunt, ex pacto & commercio cum dæmone, cui ſe addixerunt, agunt. Nemo enim in ſortilegorum & incantatorum collegium admitti poteſt, qui Deum Creatorem, & Saluatorem ſuũ non eiurauerit, ipſiq; vni debitũ obſequium, in dæmonéque, cui ſe deuouerit, non tranſtulerit. Et certe quiſquis ſortilegorũ ſupſtitionib. addicit, id agit, vel quia de Dei numine, promiſſis & ſtudio, ꝓpẽſaq; erga nos voluntate diffidit: vel q̃a futurorũ præſciẽdorũ inſano amore tenetur: vel q̃a paupertatẽ faſtidiẽs ex humili fortuna admaximas opes momẽto viã affectat. Tales quoſdã homines exiſtere, & cũ ſemel dæmoniacis impiiſq; ſacris addixerũt, arte dæmonũ mira multa efficere, corpora corporũq; ſanitatẽ, vitã, rerũq; omniũ mũdanarum condi-

Quid homines ad ſortilegia inuitet.

A conditionem pro arbitrio verſare, & corrumpere, conſtans omnium tum Philoſophorum, tum Theologorum veterum ac recentium ſententia eſt. Id & nos cogit fateri experientia: eas enim artes factitantibus hominibus ſtatuta ſunt legum decretis ſupplicia. At de his, quæ nec fuerunt, nec vnquam in hominum notitiam venerunt, leges nullæ conduntur. Iura enim pro impoſſibilibus & non exiſtentibus ea habent, quæ nunquam viſa ſunt, nunquam audita fuere.

Ante natum Chriſtum multi extitere eiuſmodi homines: nam à Moſe, per quem Deus populo ſuo legem dedit, leges in eos latæ leguntur *in Exodo & Leuitico.* Io Ochaziam mortis ſententiam per Prophetam tulit Deus, quod ad huius farinæ homines diuertiſſet. Docemur ſacræ ſcripturæ elogiis, bonos eſſe & malos ſpiritus, ſiue dæmones: illos Angelos, hos vero diabolos nominari, nam & lex data dicitur per miniſterium Angelorum. Dicitur vero, quod corpora noſtra reſurgent ad ſonum tubæ & vocem Archangeli, dixit Chriſtus Deum miſſurum Angelos, qui electos à terminis cœli excipiant. Teſtatur hiſtoria Iob, diabolum ignem de cœlo dimiſiſſe, pecudes & armenta trucidaſſe, ventos concitaſſe, qui domus quatuor angulos quaterent, & liberos eius ruina inuolutos obruerent.

Quid dæmones ſint. *Exo. cap. 22.* *Leu. cap. 19.* *Pau. ad He. 1. 14. ad Galat. 3. 19. 1. Theſ. 4. 16.*

Hiſtoria Achab meminit Spiritus cuiuſdam mendacij reſidentis in ore Pſeudoprophetarũ. Dia-
B bolus Satanas ingreſſus in Iudam impulit ipſum ad prodendum Chriſtum. Diaboli, qui magno numero hominis corpus occupabant, dicebantur Legio, impetrarunt que à Chriſto, vt ſibi liceret ſubire in porcos, quos mox in mare præcipitarunt. Ab initio magnum numerum Angelorum creauit Deus, qui diuini ſpiritus & incorporei cœlum incolerent, Dei voluntatem tanquam nuntij hominibus ſignificarẽt, & tanquam miniſtri exequerentur, qui hominum rebus tanquam curatores & cuſtodes additi conſulerent. Ex tanto tamen numero extitere nonnulli, quos ſuperbia excæcauit, & præcipites ex Dei Creatoris conſpectu, totoque cœleſti domicilio deturbauit. Hi nocentes & maligni varijs præſtigijs hominum mentibus illudunt, ſemperque aliquid ſtruunt in perniciem noſtram, humanum genus breui extirpaturi, niſi Deus eorum furorem cohiberet, tantum poſſunt, quantum Deus permittit. Cœlo abacti, alij in aere degunt, alij in terræ penetralibus, illic manſuri, donec Deus apparuerit iudicaturus mundum. Ac tanquam in medio aere nubes nunc ſe in centauros, alias in ſerpentes, rupes, caſtra, homines, aues, piſces, & alias formas conuertere videntur, ſic ſpiritus hi in omnia ſe rerum miracula & ſpecies induunt: ſæpe vero in feras, ſerpentes, buffones, noctuas, vpupas, coruos, capros, aſinos, canes, feles, lupos, tauros, & ſimiles alias. Quin & crebro humana corpora, tum mortua, tum viua corripiunt, pœnis exercent &
C fatigant: imo etiam in Angelos lucis ſe transformant. Simulant ſe includi cogique annulis magicis, ſed inſidioſa eſt omnis ſimulatio iſta: optant, timent, amant, horrent, ſæpe tanquam ex officio Dei iuſſu & mandato à ſceleratis malefactorum pœnas exigunt: nam & malos Angelos Deus in Ægyptum miſiſſe legitur, qui hoſtilia agerent. Vlulant de nocte, tremuntque, & obſtrepunt quaſi vincti catenis conſtringerentur, ſcamna, menſas, abacos, fulcra, menſaria comminuunt, puerulos in cunis motitant, fritillo ludunt, libros euoluunt, nummos numerant, deambulantes per cubicula & cachinnantes inaudiuntur, oſtia, feneſtraſque adaperiunt, tinnientia vaſa in terram proijciunt, figulina & vitrea alliduunt, aliosque ſimiles ſtrepitus cient. Horum tamen omnium tumultuum nihil mane ſurgentibus nobis apparet, nihil loco mutatum, nihil fractum cernitur. Varijs notantur nominibus, nam & dæmones, cacodæmones, incubi, ſuccubi, lemures, laruæ, mali Angeli, ſatanæ, luciferi, lucifugi, mendacij parentes, tenebrarum & mundi principes, legio, & alijs nominibus, pro officij, quo funguntur, diuerſitate, inſigniuntur.

Malignorũ Angelorum poteſtas in humanum genus. *Dæmonum affectentia.* *Diabolica fraudu ludibria.* *Dæmonum nomina.*

De Subterraneis & lapicidinas incolentibus dæmonibus.

Cap. XIV.

LVdouicus Lauaterus ſcribit ex metallicorum certa renuntiatione, in fodinis quibuſdam videri ſpi-
D ritus, qui humano more induti, opus illic faciant, & varie diſcurſando multum operari eſſe videantur, cum tamen quieti eodem in loco ſtent. Interimvero nemini adſtantium noceant, niſi forte dicteriis aut cachinno laceſſiti. Tum enim graue aliquid & durum, quod obuium fuerit, in ipſum, qui læſerit, conijcere, aut quauis alia ratione nocere. Eſſe vero in Rhetia argenti fodinam idem author prodit, ex qua magnam vim argenti Petrus Brutus loci illius Conſul ſuis temporibus eruebat. In ea dæmon erat, qui Veneris præſertim die, cum metallici, quod metalli eruerant, in cuppas effundebant, rerum multarum, tanquam opera vehemente miniſter, ſatagebat, & ex cuppis in alias cuppas metalla pro arbitrio transfuſabat. Contigit die quadam, vt ſolito amplius tumultuaretur, adeo vt ex metallicis vnus ei conuitiatus fuerit, abireque in malam inferorum crucem, & deſtinata ſibi ſupplicia iuſſerit. Imprecatione & conuitio offenſus dæmon, capite comprehenſum metallicum ſic contorſit, vt vibrato collo os poſtectora ſpectaret: neque tamen inde mortuus eſt metallicus, ſed aliquot annis poſtea ſuperſtes intorta ſemper ceruice multis probe notus vixit.

Metallici dæmones quarum rerum ſatagunt.

Quibus modis nos fallant dæmones.

E
Cap. XV.

MVltis modis illudere animis noſtris, terrena corporum fæce inuolutis, dæmones poſſunt: nam eſſentiæ tenuitate ac ſubtilitate, & multo rerum vſu pollent: præterea in ſublimaria omnia multũ ſibi iuris mundi illi velut principes vendicant. Itaque non eſt mirum, ſi mendacij doctores ac parentes ab initio nubes & caligines oculis noſtris obiiciant, in mille rerum corporumque ſpecies ſe induant, quo his præſtigijs & futelis tenebras mortalium animis offundant.

Dæmones ſpiritus eſſe & ab æterno.

De Succu-

De Sucubis & incubis. Cap. XVI. A

Nominis ratio. Lib. 15. de ciuit. Dei. c. 22. & 23.

HIs, quæ diximus, artibus & dolis potentes, non raro ſe hominibus tanquam per concubitum miſcuerunt, ex quo, qui ſe viris ſubiiciebant, Sucubi, qui mulieres appetebant, Incubi ſunt nominati. Equidem haud omnino abnuiſſe videtur D. Auguſtinus, quin in hominem ſe induentes, genitalia velut naturę opera implere poſſint, eo conſilio, vt in cautos libidinum ſubiectis flammis tranſuerſos à virtute & caſtitate agant.

Hiſtoria.

Ioannes Rueff, *in libris de Conceptu & Generatione hominis*, ſcribit, temporibus ſuis mulierem quandam libidinis perditæ, & deploratæ verecundiæ, noctu cum dæmone, qui ſe in virum induerat, rem habuiſſe, repenteque à concubitu aluo tumidam euaſiſſe, cumque grauidam ſe crederet, in dirum adeo morbi genus incidiſſe, vt interanea omnia illi per anum exciderint, nihil contra valentibus remediis.

Hiſtoria.

Similiis de Lanij cuiuſdam ſeruo narratur hiſtoria: Ei in venereas cogitationes de nocte profundius demerſo, apparuit diabolus muliebri facie, cum quo (mulierem eſſe ratus) rem cum habuiſſet, genitalia ſic à coitu exarſerunt, vt ſuborto igne ſacro multo cum dolorum cruciatu interierit. Nec vero Petro Paludano & Martino Arelatenſi abſurdum eſſe videtur, aſſerere, dæmones hominem gignere poſſe B ſi ſemen viro alicui ſeu mortuo, ſeu viuo ſubductum, in vterum muliebrem effuderint. Eſt tamen abſurdiſſima & falſitatis plena hæc opinio. Semen enim virile ſeminali ſeu ſanguinea materia & ſpiritu multo conſtans, ſi alio à teſticulis, quam in vterum, vel minima mora diuertat, euaneſcentibus è veſtigio calore & ſpiritibus extinguitur. Nam vel ſola virilis membri longitudo maior inter ſterilitatis cauſa cenſetur, quod per illam viæ longitudinem refrigeretur ſemen. Si qui ſint, qui inter concubandum, poſt effuſum ſemen ſtatim à complexu muliebri ſe reuellant, propter ſubeuntem in hiantem adhuc vterum aerem, qui ſemen corrumpere creditur, gignere non putantur.

Falſitatis cõuicta opinio.

Auerrhois hiſtoria falſi conuincitur.

Ex quibus patet etiam, quam falſa ſit Auerrhois de muliere quadam hiſtoria, quæ ſe filium concepiſſe narrabat ex ſemine virili in balneum, in quod mox digreſſo viro deſcenderat, effuſo, & vtero ſuſcepto. Multo vero minus credibile eſt, dæmones cum mulieribus concumbere poſſe: ſunt enim illi naturæ plane ſpiritalis, atqui ad generationem hominum ſanguis & caro neceſſaria ſunt. Incorporeos dæmones corporearum mulierum amoribus teneri, quæ ratio dabit naturalis? Quibus generationis inſtrumenta deſunt, qui hos gignere poſſe credemus? Qui nec cibo, nec potu replentur, ſemine turgere dici qui poterunt? Iam vero vbi propagatio ſpeciei per ſucceſſionem indiuiduorum neceſſaria non eſt, C veneris deſiderium natura non immiſit, & generationis vſum non impertiuit: atqui ſemel creati, Dei nutu immortales ſunt dæmones. Quod ſi gignendi facultas dæmonibus conceſſa eſſet, iamdudum dæmonibus omnia plena eſſent. Si quando ergo ex dæmonum conſortio grauidæ mulieres parere videantur, id illis, quas *ſuperiore capite* diximus, artibus fieri putandum eſt, nempe viuentium mulierum corpora detritis pannis, oſſibus, ferramentis, ſpinis, intortis pilis, fruſtis ligneis, ſerpentibus, & mille aliarum diſcordantium contra naturam muliebrem rerum farragine infarcire ſolent: quibus poſtea adueniente velut partus tempore, per eius, quæ falſo prægnans creditur, vuluam, ante occæcatis & præſtrictis adſtantium muliercularum oculis, exitum ſuis præſtigiis moliuntur: cuius rei fidem faciet ſequens multorum fide digniſſimorum ſcriptorum literis conſignata hiſtoria.

Dæmonum præſtigia.

Hiſtoria.

Extitit Conſtantiæ formoſa virgo Margareta nomine, quæ ditiſſimo ciui ancillabatur: hæc paſſim prædicabat grauidam ſe ex dæmonis conſortio nocte quadam factam. Qua de cauſa eam iuſtitiæ cuſtodes in carcere continendam putarunt, vt qualem exitum habitura eſſet hæc fabula, certo ſibi & omnib. conſtaret. Adueniente legitimi velut partus tempore, dolores ſenſit parturientium & enitentium mulierum ſimillimos: tandemq; poſt multos & prægrandes obſtetricum conatus, pro humano fœtu, aperto vtero ferrei claui, fruſtula tum lignea, tum vitrea, oſſa, lapides, pili, ſtupæ & ſimiles plane tum à ſe, tũ D natura parturientium abhorrentes quiſquiliæ, veteramenta, ac ſcruta, ante à dæmone ad illudendum humanis & nimium credulis mentibus intruſa, dimanarunt. Agnoſcit equidem Eccleſia dæmones, Dei ſcelerum noſtrorum vltoris nutu, hominibus ad coitus quandam ſpeciem abuti poſſe. At quod inde humanus fœtus prodire poſſit, non modo falſum eſſe adſtruit, ſed & tanquam impium deteſtatur, vt quæ credat, neminem vnquam, ſi Chriſtum Saluatorem exceperis, hominem ſine ſemine virili genitum. Iam vero quæ confuſio & creaturarum perturbatio hunc orbem (vt dicebat Caſſianus) occuparet, ſi liceret dæmonibus ex virorum coitu concipere, aut ſi poſſent mulieres dæmonum conſortio grauidæ fieri? Quot iam monſtra à condito mundo nobis dæmones peperiſſent: quot prodigia protuliſſent, immiſſo in ferarum & brutorum animantium paſſim vuluas ſemine ſuo? Philoſophorum enim ſententia, quoties facultas & voluntas in idem concurrunt, effectus neceſſario proferri & prodire ſolet: at dæmonibus nunquam defuit voluntas humani generis & mundani huius ordinis conturbandi: Eſt enim (vt aiunt) Dæmon inimicus noſter ab initio, & vt Deus ordinis & pulchritudinis author eſt, ſic dæmon per E ſuperbiam Deo aduerſus, confuſionis & turpitudinis. Ergo ſi ad malam illam mentem, malumque animum, ſi ad nequitiæ & inuidiæ voluntatem pleniſſimam, par poteſtas accederet, quis dubitare poteſt, quin ſumma rerum omnium & ſpecierum confuſio, quin ſumma deformitas, mundi huius munditiem comptam, & ornatam monſtris vndique coorientibus ſit inuaſura? Iam vero quæ coeundi, quæ gignendi poteſt eſſe voluntas, vbi nulla voluptas eſt, nulla ſpeciei metuenda mortalitas? Cum igitur dæmones incorporei ſint, venereis illecebris teneri & tentari, quæ dabit ratio? Cum Dei nutu immortales ſint, vt in pœnam miſcti viuant, quid ſucceſſione per indiuiduorum generationem eſt opus? Quare ſi nec volunt, nec poſſunt, nefas eſt putare, eos hominibus commiſceri.

Scelera noſtra in cauſa eſſe, cur dæmones nobis abutantur.

De Ma-

A

De Magicis, & trans naturam morbis ac remediis.

C A P. XVII.

Lib. 2. de abd. capit.

QVo Lectoris animum ad has de monſtris dæmonum, veneficorumque & ſortilegorum hominum ipſis inſeruientium arte ſuſcitatis hiſtorias inuitatum plenius reficerem, viſum eſt, ſequentes de morbis quibuſdam remediiſque trans naturam ac plane magicis ex Fernelio deceptas cumuli loco ſuperaddere. Exiſtunt morbi, qui vt in homines ab irato Deo immiſſi ſæuiunt, ſic aliunde, quam à Deo remedia expectare nequeunt: ex quo eſſentiam & curationem trans naturam habere creduntur. Sic aer plerumque, maxime tamen Dauidis peſtilentia contaminatus, ſexaginta & amplius hominum millia neci dedit. Sic Ezechias graui morbo percuſſus eſt. Iob vlcere peſſimo à Satana Dei iuſſu fœdatus. Atq; vt hos cacodæmon humani generis hoſtis ferus & immanis fere ſolet Dei permiſſu infligere, ita homines malefici miris dæmonum artibus vim multis noxamque inferunt. Alij neſcio quos inuocant, adiurantque, herbis, exorciſmis, imprecationibus, incantamentis & carminibus: alij collo ſubnectunt, aliterue geſtant ſcripta quædam, characteres, annulos, imagines, aliaque nefanda. Alij cantibus vtuntur ſonis

Sortilegorũ dæmonica inſtructio nocere.

B vel numeris: interdum potionibus, ſuffitibus, & odoribus, interdum faſcinatione & præſtigiis. Sunt, qui abſentis imaginem cera effingant, & quauis illius parte compuncta, verborum atque ſyderum vi, in ſimilem abſentis ſedem, morbum inferre iactitent, aliaque non pauca de infligendis morbis præcepta. Compertum habemus, magos, ſagas, ſortilegos incantamentis nonnullos ita vinxiſſe, vt cum vxore cõcumbere non poſſent: alios concubitus impotentes, quaſi exectos aut eunuchos reddidiſſe. Neque ſolum morbos, verumetiam dæmonas ſcelerati homines in corpora immittunt. Hi quidem viſuntur furoris quadam ſpecie diſtorti, hoc vno tamen à ſimplici furore diſtant, quod ſumme ardua obloquantur, præterita & occulta renuntient, aſſidentiumque arcana referent, eoſque multis conuiciis impetant, & diuinorum verborum poteſtate terreantur, contremiſcant, aut ſuccenſeant.

Hiſtoria.

Quidam non ita pridem cum per æſtus nocte vehementer ſitiret, è ſomno ſurgens potu non inuento, obuium malum forte prehendit, idque mandens, fauces ſibi quaſi manu præcludi, ſtrangulariq; ſenſit: ſimulque à ſubeunte dæmone iam obſeſſus, viſus eſt in tenebris videre à prægandi, nigerrimoque cane vorari, qui poſtea reſtitutus integra mente nobis ordine recenſuit. Hunc non pauci ex pulſu, ex calore & ſcabritie linguæ febricitare, ex vigiliis & mentis perturbatione ſimpliciter delirare iudicabant.

Hiſtoria.

Iuuenis alius familia equeſtri paucis ante annis, corporis concuſſione, & quaſi conuulſione ex tẽ-

C porum interuallis laborauit, qua nunc ſolum ſiniſtrum brachium, nunc dextrum, interdum etiam digitum vnicum, alias crus alterum, alias vtrumque, alias corporis truncum tanta celeritate exagitaret, vix vt à miniſtris quatuor decumbens cohiberetur. Caput autem inconcuſſum iacebat, lingua & locutio libera, mens ſana, omneſque ſenſus integri, vel in conuulſionis ferocia. Decies minimum quotidie corripiebatur, in interuallis ſanus, ſed labore confractus. Vera epilepſia indicari poterat, ſi mentis ſenſuumque læſio acceſſiſſet. Peritiſſimi quique Medici adhibiti conuulſionem epilepſiæ finitimam à maligno venenatoque vapore ſpinæ dorſi impacto cenſuerunt, è quo vapor in eos neruos manaret, qui à ſpina in artus quoquouerſum, non autem in cerebrum diſſeminantur. Hæc credita cauſa vt ſubmoueretur, clyſteres imperantur frequentes, purgationes generis omnis & validæ, cucurbitulæ infiguntur neruorũ initiis, fotus, vnctiones, emplaſtra primum, quæ diſcuterent, deinde quæ roborarent & malignam qualitatem obtererent. His parum proficientibus ſudores proliciuntur, balneis, æſtuariis, & guaiacinæ ebeni decocto, quæ nihil magis profuerunt, quoniam omnes longe aberamus à cognitione veri. Nam menſe tertio primum deprehenſus dæmon quidam totius mali author, voce, inſuetiſque verbis ac ſententiis tum Latinis, tum Græcis (quanquam ignarus linguæ Græcæ laborans eſſet) ſe prodens multa aſſidentiũ, maximeque Medicorum ſecreta detegebat: deridens, quod eos magno periculo circumueniſſet, quod-

Dæmon prodit ſe ſermone Græco.

D que irritis pharmacis corpus hoc pene iugulaſſent. Quoties laborantem pater inuiſebat, is procul à conſpectu inclamabat, appellentem hunc arcere, & ab ingreſſu propulſare, aut torquem è ceruice detrahere, ex hoc enim, (vt Gallorum torquatis equitibus in more eſt,) D. Michaelis imago propendebat. Si ſacra, diuinaque coram legebantur, ferocius ſubſaltabat & inhorteſcebat. Cum intermiſſio erat ferociæ, laborans in quiete omnium meminerat, quæ inuitum ſe protuliſſe fatebatur, & dolebat. Ceremoniis & execrationibus compulſus dæmon, negabat ſe crimine damnatum, & ſpiritum ſe nuncupabat: Interrogatus, quis eſſet, aut quo modo, & qua poteſtate hæc moliretur, dixit, multa eſſe intus domicilia, in quæ ſe recondat, & in quiete ad alios commigrare: ſe in hoc corpus iniectum à quodam, cuius nomen non efferret: à pedibus ingreſſum in regiam, & à pedibus egreſſurum cum præſtitutus dies aduentarit. De aliis non paucis diſſerebat, quæ etiam ex aliis dæmonum laqueis irretitis interdum audiri ſolent. Neq; hæc vt noua profero, ſed vt conſtet, dæmones alias intro ſubeuntes in corpus, id ipſum variis & inauditis interdum modis laceſſere: alias non intro ſubire, ſed vel vtiles corporis humores exagitare, vel noxios

Succenſent dæmones & terrentur diuinorum poteſtate.

E in principes partes traducere, vel hiſce venas alioſque ductus obſtruere, vel inſtrumentorum ſtructuram permutare, quibus ex cauſis innumeri morbi fiunt. Horum dæmones authores ſunt, ſcelerati, perditique homines miniſtri, omniſque eorum trans naturam eſt ratio.

Dæmones duobus modis fantaſiã noſtram labefactare.

Plinius cõmemorat ætate ſua principem Neronem vanas, falſiſſimaſq; cõperiiſſe magicas artes. Sed quid prophana perſequimur, cũ magica & eſſe & fuiſſe, quæ in ſacris extant de Pythoniſſa, de muliere vẽtriloqua, de Nabuchodonoſor Rege, de magis Pharaonis, aliaq; nõ pauca perhibeãt; De Denarcho narrat Plinius, cũ deguſtatis extis pueri in ſacrificio immolati, in Lupũ ſe cõuertiſſe. Circẽ vero Vlyſſis ſocios in

illo

illo errore diuturno, poculo mutaſſe in feras, apud Homerum legimus, & apud Virg. meſſes ſatas,alio A
carmine traduci Quæ niſi multorum fide comprobata,conteſtataque forent,non tam multas leges Iu-
riſconſultorum prudentia in magos tuliſſet,nec iis, qui meſſes incantaſſent,in lege duodecim tabularũ
pœna eſſet conſtituta. Vt autem magicis artibus dæmon,non res ipſas,quippe quas generare non poſſit,
ſed ſolas rerum ſpecies & ſpectra quædam exhibet:ita & in his,quæ ad medendi vſum quouis modo ac-
commodantur,nec certa,nec tuta,ſed fallax,captioſa,& periculoſa eſt ſanatio.

Captioſam eſſe,quæ à dæmone committitur ſanationem & ſanitatis tãtum ſpeciem non re vera ſanitatem.

Vidi ſcripta chartula collo ſubnexa vniuerſi corporis icterum vna nocte detergeri. Vidi & febres
verbis,cerimoniis quadamtenus profligari,ſed quæ mox ſimiliter,aut multo deterius recurrerent. Exi-
ſtunt autem & quædam inania,vereque anilia,quæ quoniam hominum imbecillitatem nimia ſuperſti-
tione iamdiu occupant,ſuperſtitioſa dicimus:ea ſunt,de quibus dicere nemo poſſit,cur & vnde creditas
vires habent. Neque enim à temperamento, neque ab aliis manifeſtis qualitatibus, neque à tota ſub-
ſtantia,neque a diuina,vel magica poteſtate, quibus duobus poſtremis remedia omnia, quæ trans natu-
ram ſunt, adeoque morbis eſſentiam trans naturam habentibus adhiberi debent, continentur. Illiuſ-
modi vero anilia & ſuperſtitioſa remedia ſunt ſcripta ſigna,characteres,annuli,qui nec Dei,nec ſpirituũ
opem implorant.

Rogo,nonne ſuperſtitioſum remedium eſt, comitialem morbum ſanari geſtatis nominibus triũ
Regum,Gaſparis,Melchioris,& Balthaſaris,qui Chriſtum adoratum venerunt? Dentium dolorem mi- B
teſcere,ſi quis,dum Sacrum fit, dentes contingat, hæc verba efferens, *Os non comminuetis ex eo*; Vomitio-
nes conquieſcere,cerimoniis & verbis quibuſdam,quæ medicaturi vel abſentes pronuntiant, ſatis fore
tati,ſi modo laborantis nomen cognitum habeant?

Anilia & ſuperſtitioſa ad multos morbos remedia.

Vidi quendam,qui è quacunque corporis parte profluentem ſanguinem cohibeter,partis conta-
ctu,verba quædam obmurmurans: Sunt, qui hæc commemoret, *De latere eius exiuit ſanguis & aqua*. Ad
febres ſanandas quam multæ circumferuntur preces: Eſt, qui laborantis prehenſa manu dicat: *Æque fa-
cilis tibi febris hæc ſit, atque Mariæ virgini Chriſti partus*. Alius ante paroxyſmum manus cum ægro lauat, reci-
tans ſecreto Pſalmum illum ſolennem: *Exaltabo te Deus meus Rex*. Si quis aſino in aurem dixerit, percuſ-
ſum ſe à ſcorpione, tranſire malum protinus tradunt.

Vt verba,ita & ſcripta in ſuperſtitioſis multa numerantur. Ad arcendam lippitudinem,charta,in
qua duæ Græcæ litteræ P.& A,inſcriptæ ſint,circumligata lino ſubnectatur collo.

Ad dentium dolorem ridiculum hoc ſcriptum appenſum, *ſtrigiles, falceſque dentatæ dentium dolorem
perſanate*. In his etiam,quæ foris admouentur, non leuis plerumque ſuperſtitio eſt. Eiuſmodi illud eſt
Apollonij apud Plinium, *vi interempti dente, gingiuas in dolore ſcarificari*. Ex calua ſuſpendio interempti,ca- C
tapotia contra fieri canis rapidi morſus. Comitialem morbum ſanari cibo è carne feræ occiſæ eodem
ferro, quo homo interfectus ſit. A quartana febre eum liberari, qui vinum biberit,in quod immerſus
fuerit gladius,quo ſit caput abſciſſum:& eum, cuius vnguium reſegmina anguillæ viuæ collo ſubnectã-
tur in linteolo,illa mox in aquam dimiſſa. Lienis dolorem ſedari, ſi pecudis lien illi ſupertendatur,di-
catque Medicus, lieni ſe medicinam facere. A tuſſi vnumquemque liberari,qui in os rubetæ ranæ in-
ſpuerit,ea mox viua dimiſſa. Laqueum ſuſpenſi circumdatum temporibus, temporis dolorem ſedare.
Hoc verbum *Abracadabra*, chartæ ea figura inſcriptum, qua Serenus tradit,ex collo appenſum, à febri-
bus,maximeque ab hemitritæo liberare. Quid etiam veri id habere poteſt, quod multi affirmant, La-
thyris, quæ Tithymali ſpecies eſt, folium ſurſum auulſum, ſi ſumatur, vomitionem mouere, deorſum
ruptum deiectionem? Quin & in herbis non pauca videat ſuperſtitioſa figmenta,qualia Galenus ab An-
drea & Pamphilo conſcripta commemorat incantationes, transformationes,& decantatorum dæmo-
niorumque herbas ſacras.

Ad lienis dolorem.
Ad tuſſim.
6.ſimpl.

Hæc & ſimilia nunquam putaſſem hic adſcribenda, niſi paſſim reperirentur tam male feriati bo- D
mines,qui relictis artibus illis & modis,qui à Deo ad corporis humani ſanitatem conſeruandam perti-
nent,alio ad ſuperſtitioſa & ſortilegorum hominum vel dæmonum potius ridicula remedia confugiũt
quibus tamen,quem ſperabant,euentum aliquando conficit dæmon,quo ſic perpetuo illos irretitos,&
nefandis ſacris ſuis mancipatos detineat. Neque vero quod plerique hodie iactitant, *abs quouis & quauis
arte ſanitatem, cum opus eſt, recipere, bonum eſt*: *Indignum eſt Chriſtiano hoc prouerbium: cum potius reſipit, qui dæmoni
magis, quam Deo confidit*. Non ſunt huius ſortilegorum & magorum farinæ empyrici illi, qui carpto lino
ſicco,vel aqua pura tincto,vulnera ſimplicia ſanant.Non eſt magicum,non miraculoſum hoc remediũ,
vt plerique putant:ſed plane naturale,à naturæ,vulnerum & fracturarum medicatricis fontibus profe-
ctum,cui Chirurgus tantum opitulatur,ea modo impedimenta tollendo,dolorem dico,fluxionem,in-
flammationem,abſceſſum & gangrænam,quæ eiuſmodi morborum curationem remorantur. Quæ ſe-
quuntur exempla,dæmonicæ peruerſitatis in ſalutem & vitam noſtram maligne aliquid ſemper & inſi-
dioſe machinantis fidem facient abunde.

Non eſſe bonum à dæmone ſanitatem accipere.

Mulier quædam Florentiæ, vt ſcribit Langius,maligno vlcere obſeſſa,dum intolerabilibus ven- E
triculi doloribus diuelleretur, nec Medici opem vllam ferre poſſent, ea, repente oblongos & recuruos
clauos,æneaſq; acus vna cum cera & capillis conglomeratas euomit:& poſtremo ingens carneum ien-
taculi fruſtum,quale nec Gigantis fauces deglutirent,eructauit.

Lib. epiſtol. 38. epiſt.

Sed illud,quod à Chriſto ex Deipara virgine nato 1539.in quodam Eiſtettenſis epiſcopatus ditio-
nis pago Fugenſtal accidit,omnem ſuperaret fidem, niſi oculati ſpectatæ fidei teſtes adhuc ſupereſſent:
In quo pago Vlrichus Neuſeſſer agricola,cum crudelibus dolorum tormentis in altero hypochondrio-
rum latere conficeretur,ſubito clauum ferreum ſub illæſa cute manu apprehẽdit, quem Chirurgus illic
balneator nouacula exciderat , nec tamen dolores ceſſarunt , ſed magis in dies recrudeſcebant:

Quare

A Quare cum nec aliud doloris fore remedium miſer, quam mortem ſuſpicaretur, arrepto cultello ſibi guttur abſcidit: Mortuum apertum eſt cadauer, & diſſecto ventriculo lignum teres & oblongum, quatuor ex chalybe cultri partim acuti, partim ſerræ inſtar dentali ac duo ferramenta aſpera reperta fuere, quorum ſingula Spithami magnitudinem excedebant. Aderant & capillorum inſtar globi inuolucrum, Dæmonis omnia aſtu & dolo ingeſta. Hæc Langius.

De Mendicantium vaframentis. CAP. XVIII.

EXpoſita monſtrorum hiſtoria, ſequitur, vt de his dicamus, quæ vel ex ſeſe propter naturam admirationis plenam monſtri ſpeciem quandam habent: vel aliunde, nempe hominum fraudibus & ſutellis aſſumunt. Ac quoniam dæmonum proxime expoſitis præſtigiis, mendicantium doloſæ artes, quibus id potiſſimum efficitur, affines ſunt, ideo ab his initium ducemus, quo monitus edoctuſq; earum Chirurgus, cautior ſit & callidior in ipſis, cum occurrerint, diſcernendis.

Anno Domini 1525. cum eſſem Andegaui. ſtabat pro templi foribus vafer mendicus, qui proprio brachio poſt terga reuincto & abdito, in eius locum ex ſuſpenſi cadauere reſectum thoraci adiunctum furcula fulciente populo oſtentabat, quaſi igne ſacro correptum, quo prætereuntes in ſui commiſera- B tionem magis incitaret. Latuitq; fraus, omnibus certatim ſtipem erogantibus, donec tandem haud fideliter adnexum, ſolutis omnibus vinculis in terram procidit, ſpectantibus & obſeruantibus multis. Comprehenſus & in carcerem deiectus, magiſtratus ſententia, alligato ex ceruice & in pectus propendente adulterino brachio, virgis publice cæſus eſt, & in exilium eiectus.

Hiſtoria de adulterino brachio.

Erat mihi frater Ioannes Pareus Chirurgus, Vitrei in Britania Gallica habitans. Is aliquando animaduertit mulierculam mendicantem, quæ mammam oſtentabat velut cancroſo vlcere obſceſſam, aſpectu horribili, propter multum & ſordidum pus, quo id ſubiectum linteum manare videbatur. Mulierculæ faciem viuidumque in facie & circumſtantibus vlcus locis colorem, totius denique corporis colori illi conſentientem euexiam (erat enim præpinguis & optimo corporis totius habitu) cum propius & diligentius eſſet contemplatus, facile adductus eſt in ſuſpicionem latentis doli: Coniecturam ſuam magiſtratui indicauit, impetrauitque, vt mendicam illam ſibi liceret in ſuas ædes deducere, quo certiore nota rem omnem exploraret. Renudato igitur eius pectore, comperit ſub axilla ſpongiam imbutam liquore ex brutino ſanguine & lacte commixto, ſambucino tubulo per latentia ficti cancroſi vl- C ceris foramina decurrente. Ergo calente aqua mammam fouit, vdoq; fotu ſibi inuicem ſupertextas, & glutine ex bolo armeno, qui albumine ac farina cohærentes, ranarum nigrarum, viridium, & citrinarum pelliculas reſoluit, hiſque reſolutis ſubiectam mammam integra ſanitate fruentem comperit. Coniecta in carcerem eo nomine mendica faſſa eſt eas ſe fraudes edoctam à mendico adultero, qui & ipſe circumpoſito tibiæ liene bubulo, certiſque locis, quibus commemoratus liquor ſtillaret perforato, monſtroſæ magnitudinis & malignitatis vlcus, circuntectis vndique ſordidato linteolo lienis appoſiti marginibus effingebat. Quæſitus ſedulo mendicus adulter comperi non potuit, ipſa lotis operta in exilium acta eſt.

De mamma cancroſa.

De tibia vlcere menti-to.

Vix annus exactus erat, cum in eandem vrbem appulit mire verſipellis alter eiuſdem farinæ mendicus, qui occupatis ſtatim templi foribus merces ſuas explicuit, ricam nempe minuta ſtipe, qualis in pauperes erogari ſolet, vnuſtam, ligneum doliolum, & crepitacula, quæ dextra manu comprehenſa magno ſtrepitu ex interuallis concutiebat. Facies illi craſſioribus puſtulis conſperſa aſſurgebat, confictis fabrili glutino ex rubro, elephanticorum in morem, liueſcente. Hæc cum perſona horridum aſpectu, omnibus miſerabilem reddebat, quod cauſæ erat, cur illi quiſque de ſuo erogaret. Tum frater meus ſe illi propius admouit, quæſiuitque, ex quo tempore, tam diro morbo correptus eſſet: ille obſcura voce & rauca reſpondit ab vtero ſe materno elephanticum produſſe, elephante tam diro ſibi D vtrumque parentem mortuum, vt membra fruſtatim conciderent. Cæterum laneam circum fauces faſciolam habebat, qua manu læua ſub pallio conſtricta guttur ſibi ſic arctabat, vt ſimul multus ſanguis ater in faciem aſſurgeret, & vox vix vi erumpens magis rauceſceret: continere tamen ſe non potuit, quin inter loquendum ducendi liberius aeris gratia faſciam remitteret. Quod poſtquam animaduertit frater, fraudem ſubeſſe ratus, à magiſtratu impetrauit, vt ſibi liceret, hominem, vere ne elephanticus eſſet, probare, & examinare. Primum igitur ipſi faſciam ceruicibus circumfuſam exemit, inde tepente aqua faciem lauit, ſic vt ficta & glutine coagmentata tubercula diſſoluerentur, facieſque vitii omnis expers, naturali & bono colore ac charactere renideret. Totum inde ipſi corpus renudauit, anxieque veſtigatis & luſtratis omnibus membris, oullum elephantis ſignum vniuocum aut æquiuocum comperuit.

De elephanticum ſimulante.

Quod poſtquam reſciuit magiſtratus, comprehenſum ipſum & in vincula coniectum, iterum tertiumque per vrbis compita flagris cædendum, peodente in pectus doliolo, in dorſo vero crepitaculis tortori tradidit, addita perpetui exilii pœna. Accidit, dum tertia nundinali die cæderetur, vt per iocum conclamaret populus, ne vereretur eum grauiter cædere, qui ſe elephāticum profeſſus, nihil plane ſen- E tiret: acclamatione vrgentis populi accenſus carnifex, adeo cædendo inuectus eſt, vt paucis poſt diebus miſer ille, & mendicus flagris interierit: dignus profecto tali mercede. Nam impoſtorum genus præterquam, quod tanquam ignauum fucorum pecus, hoc vel illo morbo miris modis ſimulato, alieno labore otioſum viuit, tum etiam non raro coniuratione facta, proborum & frugi ciuium vitæ & fortunis inſidiatur.

Mendicantium multitudo vrbi perniccioſa.

Sunt enim, qui ſub veſperam, tanquam ſine lare & foco homines, in ædes exigendæ noctis gratia intromitti flagitent, intromiſſique mox hoſpite dormiente commilitionibus ſuis ſimilis nequitiæ hominibus

Mendicitatem eſſe omnis nequitia ſcholam.

minibus fores patefaciant, omnibusque, quæ poſſunt, elatis, totam familiam trucident. Profecto impoſtoriam iſtam mendicitatem iure omnis improbitatis matrem & ſcholam dicere poſſis. A Quot enim lenocinia, veneficia, intoxicatis paſſim puteorum, fontiumque publicorum aquis, & incendia fiunt mendicitatis ſpecie? Vnde exploratores? vnde malarum omnium artium artifices, & miniſtros magis idoneos nanciſci poſſis, quam ex nefario iſto mendicabulorum cœtu?

Qui deprehendantur icterum ſimulantes.

Sunt, qui fuligine in aqua diluta, faciem ſibi, quo icterici appareant, oblinunt. Sed fucum, poſtquam ea oculorum Adnatę tunicę natiua albedine, quę in vere ictericis flauo colore maxime infici & offundi ſolet, primo appulſu & aſpectu ſubolfeceris, tum certiore nota deprehenderis, ſi aqua vel ſaliua madefacto linteo deterſa facies, vaneſcente extemplo aſſuta flauitie, laudabili colore refulgeat.

Sunt, qui vrentibus herbis ſæuius affrictis artus laniaſſe, & turpiter exulceraſſe, cauteriis membra vario ſtigmate inuſſiſſe, proprium corpus medicatorum ſuccorum hauſtu tumidius, macrius & depreſſius reddidiſſe, aut alio quouis modo deformaſſe, non contenti, ingenuos etiam optimatum & bonorum ciuium, à quibus benigne excepti fuerant, pueros furto ſubduxerunt, brachia & crura aut fregerũt aut intorſerunt, linguam abſciderunt, ſternum, pectusque totum depreſſerunt, vt his tanquam propriis liberis, per totum orbem quæſtuoſa peregrinatione circumlatis, nummos vndique corrogarent, flebiliter inclamantes tantam ſibi cladem fulminis diritate & inclementia inflictam eſſe. B Denique vniuerſum orbem inter ſe tanquam in prouincias partiuntur, ac quicquid illic noui geritur, quicquid noui adinuenitur, quod ad perſonatæ mendicitatis mangonia & vaframenta amplificanda pertineat, ſibi mutuo literis communicant: in quam rem peculiare idioma, & ſibi ſolis ſic notum, vt in eo reliqui ſurdi ſint, garrirum habent.

De ficos, procidentiamque ani ſimulante.

Flexellius Lutetiæ Doctor Medicus, inuitarat & deduxerat me olim in villam ſuam Champitiacam, quatuor ab vrbe miliaribus. Ibi dum forte in chorte deambularemus, ſubito adſtitit craſſa quædam & bene habita virago, eleemoſynam petens in honorem D. Fiacrii, cycladem hæc ſubuculamque ſubrigens, craſſum inteſtinum ſemipedali longitudine oſtentabat, quod illi ex ano velut procidunm propendebat, è quo ſtillabat liquor puri ſimilis, qui crura & ſubuculas turpi & viſu horribili velut tabo, vndique infecerat. Quæſiuit Flexellius, ex quo tempore tali morbo correpta eſſet, reſpondit quartum iam annum morbi agi, hinc ſubeſſe fraudem facile ſuſpicatus eſt. Non enim veriſimile eſſe tam bene habitæ & coloratæ, tantam putulentæ eluuiei copiam, ab interno corpore dimanaſſe: emacruiſſet enim potius, hectica tabe conſumpta: itaque iuſta ea doli indignitate ira accenſus, toto in eam corpore inſiluit, in terram proſtrauit, conculcauit, peſſundedit pluribus pedem in ventrem inflictis ictibus, reuulſoque cum ſono pendente inteſtino, C grauiora veritam coegit technam fateri: haud ſcilicet verum & ſuũ, ſed aſcitum & bubulum inteſtinum eſſe, quod lacte & ſanguine impletum, duobusque extremis renodatum, altero in anum indiderat, ſtillante per cæca foramina tabo.

De Vteri procidentiam ſimulãte.

Non ita pridem æque proſtituti pudoris mendica Lutetianis pauperum curatoribus ſe obtulit, rogans, vt in album pauperum ſtipendioſorum referretur, ſibi enim ex laborioſo & difficili partu vterum procidiſſe, itaque non potis eſſe aliquid operæ facere, vnde victum compararet. Tum illi, eam de more à Chirurgis ei muneri deſtinatis, probari & examinari iuſſerunt. Hi re tota eius luſtrata & cognita, fraudem ſubeſſe renunciarunt. Veſicam namque bubulam inſpirato flatu ſemiplenam, & turpi ſanguine oblitam, ceruicis extremo, ad quod ſpongiolam attexuerat, in vteri ſui ceruicem intruſerat, mox enim vteri ſolita & humida eluuie differta & turgente ſpongiola, bubulam veſicam propendentem ſtabiliri ſic, vt ſine prolapſionis metu facilis mendicæ inceſſus eſſet, nec niſi ſumma vi reuelli poſſet. Ob hæc vafrамenta in carcerem coniecta eſt, & loris ante à carnifice operta, in exilium relegata. Haud huic abſimilis eſt eorum techna, qui ſcite appoſito inguini ventre ouillo, hernioſos ſe ſimulant.

De mendica anguem ventre concluſum ſimulante.

Anno Domini 1561. Luciniam appulit virago Normana carnoſa, ſucculenta, & egregie opima, ſere trigenaria, oſtiatim hæc victum quæritans, lubenter optimates mulieres conueniebat, D infortunium his ſuum enarrans perquam familiariter, & flebiliter: dictitans, ſibi in aluo anguem eſſe, qui per os irrepſiſſet, dum in ſegete canabina forte obdormiuiſſet. Hunc ſe perenni iactatione vibrantem, tactu explorandum, manu abdomini admota ſingulis exhibebat: addens hoc etiam, illum interaneorum torminoſa arroſione diu noctuque ſibi eſſe intenſiſſimum. Mouebat omnes & in admirationem rapiebat triſtis caſus nouitas, itaque quod poterant, re & conſilio iuuabant. Extitit vna inter cæteras pia benignitate inſignis, quæ Hollerio Doctore Medico, Caballo & me Chirurgis aduocatis, quæſiuit num qua via anguis ille eliminari poſſet. Hollerius illi valens catharticum exhibuit, ſperans futurum, vt irrita excretrice vi, vna cum noxiis humoribus fera latibulo ſuo depelleretur. Sed ſpes illa euentum non habuit. Itaque cum rurſum conueniſſemus, viſum eſt, vt intromiſſo in vteri ceruicem ſpeculo, ſpecularemur, nũ quid eius caudam aut caput oculis aſſequi poſſemus. Sed facta per me ampla vteri dilatatione, nihil tale intueri licuit. Tantum animaduertimus voluntarium quendam motum, cuius ipſa mendica ſibi author erat, contractis & dilatatis epigaſtrii muſculis. Quod cum notaſſemus, fraude & impoſtura perſpecta, viſum eſt, quo illam perterrefaceremus, atque ad profitendam technam compelleremus, edicere, E illi rurſus aliud, ſed valentius catharticum eſſe ſumendum, vt quod priore, quia blandius eſſet, conſequi non valueramus, id poſteriore longe validiore perficeremus. Illa diſſimulato metu, ſibi doli probe conſcia, cum diſceſſiſſemus, ſub veſperam compoſitis ſarcinulis, vnaque aliis, quæ ad ſe non pertinebant, conſertis, clam diſceſſit inſalutata hoſpite, ſicque demum fraus bene diſſimulata nobilis & probę mulieris diſpendio paruit. Mendicam ego illam ſex diebus poſt equo ſarcinario viriliter inſidentem, & vna cum Pelagiorum piſcium abactoribus effuſe ridentem, atque, vt credere par eſt, in patriam redeuntem, cum iam hic eius impoſtura diuulgata eſſet, ad Montis Martyrum portam conſpexi.

Qui ſe

A Qui ſe mutos ſimulant, linguam in os contrahunt & reduplicant. Qui pro epilepticis ſe iactant, vtrumque carpum manicis ſibi ferreis arcte cingi curant, in lutum ſe mergunt & voluunt, ſanguine ferino caput ſibi conſpergunt & defœdant, artus, totumq; corp⁹ vibrato motu cócutiunt. Deniq; ſapone in os indito ſpumantem ſaliuam euomunt, eorum inſtar, qui epileptico inſultu agitantur. Alii glutinum quoddam ex diluta farina conficiunt, quo totum oblinunt corpus, quaſi lepra ſeu ſancti Manis morbo incruſtare otur. Nec vero nouum eſſe & hodiernum hoc perſonatæ mendicitatis & ſubdolæ imposturæ mangonium putandum eſt: Vigebat iam olim in Aſia Hippocratis temporibus, quemadmodum ipſe meminit *libro de Aere, Locis & Aquis*. Sed quo altius radices egit, & temporum multo decurſu magis inueterauit id malum, eo diligentius & ſtudioſius reſcindendum eſt, acribus ſuppliciis in eius artifices ſancitis & irrogatis, quia perſonata hac mendicitate tanquam deſidiæ altrice, & omnis improbitatis officina, quod bonis adimitur, tranſit ad impios. Vous vero impius & ingratus miſeris omnibus nocet.

Techna epilepticos ſimulantium.

Techna lepram ſimulantium.

De his, quæ monſtroſa in morbis contigerunt. CAP. XIX.

B NOuiſſime commemoratis, monſtri aliqua ſpecies mendicabulorum ſutelis ad turpem quæſtum aſſuitur. Sequentibus vero ſi quid ineſt monſtrifici à natura eſt: ſed cæca & occultis quibuſdam modis quaſi miraculoſe agente. Sic certe in morbis etiam ſæpe contingunt monſtra. Ad ſancti Angeli oppidum Franciſcus Miles ex turma Capitanei Mureti vulnus in ventre accipit, manuario tormento inflictum, inter vmbilicum & ilia. Haud equidem glans extracta eſt, quia ſedulo veſtigantibus Chirurgis reperiri & occurrere non potuit. Qua de cauſa grauibus & torminoſis doloribus conflictatus eſt: donec nono demum poſt vulnus die, glandem per anum excreuit. Itaque intra tres dehinc hebdomadas plane conualuit. Curabat illum Simon Crineus Chirurgus turmarum gallicarum.

In morbis etiam contingere monſtra.

Glans ſclopeto in ventrem excluſa & tandem per anum reddita.

Ioannes Papa ſocti Albani in Delphinatu dominus, in conflictu ad Caſenium, tria manuario tormento in corpus penetrantia vulnera tulit, quorum vnum ſub larynge, qua parte velut nodo protuberat iuxta pulmonis fiſtulam ad vſque vertebrarum ceruicis initia penetrabat, quo loco hæſit, adhucque hæret glans plumbea. Hinc multa & horrenda hominem corripuere ſymptomata, vt febris & ingens colli totius tumor: adeo vt totos decem dies nihil niſi iuſcula & liquida deglutire potuerit. Conualuit tamen hodieque etiam valet cura Iacobi Alaoii Chirurgi.

Glans plumbea per laryngem ad vſq; primã ceruicis vertebram intruſa & hærens incolumi ægro.

C Meminit Alexander Benedictus ruſtici cuiuſdam, cui miſſili telo dorſum tranſuerberatum cum fuiſſet, haſtili extracto ferrum intus reſtitit, duos tranſuerſos digitos longum, & hamolis conſertum, lateribusque horridum. Cum id Chirurgus anxie & ſolerter quæſiuiſſet, comprehendere nunquam potuit, itaq; vulnus occluſit. Sed ſecundo menſe poſt ferrum id quamlibet hamulatum per anum prodiit.

Lib. 3. anat. cap. 9.

Ferrum hamulatum dorſo intruſum & per anum poſtea redditum.

Narrat idem, Venetiis virginem acum deglutiuiſſe, quam biennio poſt cum vrina reddidit, calculoſa materia circum viſcoſos humores collecta, & coagmentata obductam. Margareta Perlana Guilielmi Guerrerii pannarii mercatoris Lutetiæ ad Iudæorum vicum commorantis vxor, dum rus equo veheretur, acus ex ſubiecto forte aciculario in dextram natem ſe ita alte intruſit, vt nulla arte, nulla vi reuelli inde potuerit: Quadrimeſtri poſt miſit ad me, qui ſe inuiſerem, coramque narrauit, ſe quoties in mariti amplexus veniret, extremos & pungentes dolores in dextro inguine pati, admota manu, dum locum tractarem, occurrit digitis aſperum quid & durum: Itaque ſic egi, vt acum inde plane iam rubiginoſum extraxerim. Miraculo apponi hoc debet, quod chalybs natura ſua grauis ſurſum à nate ad inguen conſcenderit, & femoris muſculos nullo abſceſſu genito penetrauerit.

Acus deglutita & cum vrina extracta.

Acus per natem intruſa & inguine tandem reddita.

Anno Domini 1566. Laurentii Collo duo liberi calculorum extrahendorum artifices experien-
D tiſſimi calculum extraxerunt, nucis iuglandis craſſitie, in quo medio acus ei plane, quo ſutores ſuere ſolent, ſimilis depacta viſebatur. Calculoſo nomen erat Petrus Coquinus via Galandea ad plateam Malbertinam, puto illum adhuc ſuperſtitem viuere. Carolo nono Regi propter rei monſtrificæ nouitatem calculus ille me præſente oblatus eſt, quem mihi à Chirurgis illis dono datum diligenter in ſecretioribus capſulis aſſeruo.


Acus in calculo è veſica extracta depacta.

Anno Domini 1570. Ducиſſa Ferrarienſis Lutetia Montem-argiuum acciuit Ioannem Collo, qui calculum è veſica piſtori dulciario extraheret. Calculus ille etſi pugni craſſitiem haberet, nouemque vncias penderet, fœliciſſime tamen incolumi ægro reuulſus fuit. Franciſco Roſſeto & Ioſepho Iauello Duciſſæ medicis experientiſſimis & doctiſſimis præſentibus. Non multum tamen temporis poſt piſtor ille interiit ex vrinæ ſuppreſſione, per obſtructionem ab exiguis duobus aliis calculis, qui è renibus in veſicam deſcenſuri, in media vretherum via ſubſtiterant.

Calculi extracti figura fuit eiuſmodi.

E

Calculi dulciario piſtori extracti figura.




B

Aunatio.

Anno Domini 1566 Laurentius Collo filius, cuidam, Marlium comoranti, mentulæ tractor ex eo cognominato, quod ab ætatis ſuæ anno decimo, calculo iam obooxius, pudendũ aſſidue ſcalperet, calculos tres è veſica extraxit, ſingulos oui gallinacei craſſitie, omnes colore albos, & ſimul duodecim vncias pendentes, Regi Carolo tum ad Sancti Mauri à foſſis fanum degenti, cum oblati eſſent, vnum malleolo confregit, in eoque medio alius inuentus eſt colore caſtaneo, cæteraque nuci mali perſici ſimilis. Tres illos calculos mihi à Chirurgis illis fratribus dono datos hic ad viuum appingendos curaui. C

Calculorum trium commemoratorum, quorum vnum confractum cernitur effigies.



D

E

Calculus & catharticorum ano excretus.

Multos ego mortuorum diſſectis cadaueribus variæ formæ ac figuræ calculos, vt nefrendum, catulorum & ſimilium adnotaui. Narrat Dalechampius, viſum ſibi hominem, qui per lumborum abſceſſum, qui in fiſtulam degenerauerat, multos è renibus calculos excerneret, nihiloque minus in equo & curru vehi facile ferret. Mulieri diris torminum & dolorum alui & ani cruciatibus exercitatæ Ioannes Magnus Medicus Regius doctiſſimus & experientiſſimus medicinam cum faceret, accerſiuit me, vt indito in anum ſpeculo, ſpecularetur, num quæ tanti, tamque pertinacis doloris cauſa ſubeſſet aſpectabilis. Cum nihil intuitus eſſet oculis, vnde in cauſæ dolorificæ cognitionem duceretur, rationem

A rationem ducem ſecutus crebro clyſtere indito, & catharticis propinatis ita egit, vt tandem calculum ægra excerneret, pilæ palmariæ craſſitie: quo excreto dolores omnes quieuere.

Famula Dyſeridis, vt narrat Hippocrates, in Lariſſa cum iuuencula eſſet, vbi venere vteretur, fortiter circum circa dolebat, alias autem ſine dolore erat, concepit autem nunquam. Et cum ſexaginta eſſet annorum, dolebat à meridie, velut ex partu laboraret. Hæc cum ante meridiem porrum edisſet multum, poſtquam ipſam dolor corripuit vehementiſſimus & priores omnes excedens, exurgens aſperum quiddam in ore vteri deprehendit. Poſtea cum ipſa in animi deliquium incideret, alia mulier immiſſa manu, expreſſit lapidem aſperum magnitudine verticilli fuſi, & ſana tunc ſtatim & poſtea erat.

5. epid.

Calculus v-tero retentus redditus.

In muliere, quæ vt narrat Hollerius, quatuor menſium ſpatio, incredibili vrinæ cruciatu laborauerat, duo calculi reperti in corde ſunt, cum multis abſceſſibus, integris renibus & veſica.

Lib. 1. cap. de palpit. cord.

Anno Domini 1558. Ioanni Bourlierio ſutori veſtium in ſancti Honorati vico aquoſum in genu abſceſſum aperui, in quo calculum reperi, album, durum & leuem, amygdalæ craſſitie, quo extracto conualuit. *Nulla certe corporis pars eſt, in qua calculi non facile concreſcant.*

Nullam corporis partem eſſe in qua calculi concreſcere nequeant.

Antonius Beniueni⁹ Medicus Florentinus ſcribit, mulierem quandam acum æream ſine vllo do-
B lore deuoraſſe, indeque annum integrum indolentem exegiſſe: ſed hoc exacto ingentes dolores ventrem adorti ſunt: quos vt ſedaret, Medicos quoſcunque potuit, conſuluit, nulla interim deuoratæ acus mentione facta. Itaque nihil illi opis etſi infinita remedia tentarentur, allatum eſt, integrumque biennium in doloribus exegit, donec tandem per exiguum ad vmbilicum foramen prodiit acus, tumque ſibi reſtituta eſt.

Acus deglutita & biennio poſt vmbilico reddita.

Studioſus adoleſcens Chambellanus Biturix in P[illegible]ælæo collegio graminis ramulum deglutiuit, qui poſtea integer per intercoſtale ſpatium magno cum adoleſcentis vitæ periculo erupit. Non potuit eo penetrare, niſi ante pulmonum, ſuccingentis membranæ, & intercoſtalium muſculorum pertuſa & perrupta ſubſtantia, ſuperſtes tamen euaſit adoleſcens medicinam ei Fernelio & Huguetio facientibus.

Graminis ramulus deglutitus & integer per intercoſtale ſpatium redditus.

Cabrolius Polemarchi Danuilani Chirurgus, narrabat mihi nuper Franciſcum Guillemerum Someriæ, octo à Monſpeſſulo miliaribus Chirurgum, curaſſe & ſanaſſe paſtorem quendam, quem deglutire gladium ſemipedem longum, cum corneo manubrio pollicari craſſitie, obuii prædones coegerant. Eũ ſemeſtre integrum magnis tamen cum doloribus in dies macreſcens, ac tantum non tabeſcens continuit, donec tandem abſceſſu ſub inguine cum magna puris valde fœtidi copia oborto, præſentibus
C iuſticiæ cuſtodibus erupit & extractus eſt, depoſitusque apud Iobertum Medicum Monſpeſſulanum.

Gladius deuoratus oborto ſub inguine abſceſſu erupit.

Principi Rohano erat Morio, Guido nomine, deglutiuit ille aliquando enſis mucronem tres digitos longum, duodecimoque poſt die per anum, quanquam ægerrime reddidit: viuunt adhuc nobiles multi Britones, huius rei oculati teſtes.

Enſis mucro deglutitus & ano redditus.

Viſæ ſunt grauidæ non paucæ mulieres, quæ fœtum in vtero mortuum fruſtatim ſic excreuerunt, vt oſſa, rupto ad vmbilicum exitu, manarent: carnes vero, velut in pus colliquatæ, per vteri ceruicem & anum diffluerent, ſuperſtitibus matribus, quemadmodum ex Albucaſi notat Dalechampius.

Mira fœtuum ab vtero excretiones.

Nonne vero monſtri ſimile eſt, extitiſſe mulieres, quæ hyſterica ſuffocatione correptæ, tridnum totum ſine motu, ſine reſpiratione, pulſuſque, quod equidem appareret, iacuerint, pro mortuis per errorem elatæ.

Hyſterica pro mortuis elata.

Adoleſcens quidam, vt prodit Fernelius, à paulo vehementiore exercitatione, cum acerba tuſſi nullo puncto temporis intermiſſo torqueretur, vomicam integram columbini oui magnitudine excreauit, in qua aperta pus exquiſite album & æquale deprehenſum eſt. Cruenta excreatio integrum biduũ perſtitit magna febre, magnaque corporis perturbatione. At nihilominus ſeruatus is eſt atque ſanitati
D reſtitutus.

Expectorata vomica oui columbini magnitudine.

Anno Domini 1578. Stephana Chartieria ſancti Mauri à foſſis incola, vidua quadragenaria, febre tertiana laborans, paroxyſmi initio magnam vim euomuit humoris biliosi, vnaque villoſos tres vermes figura, colore & magnitudine erucis ſimiles, ſubatriores tamen, qui inde integros octo dies vixerunt ſine vllo alimento: hos pagi illius Chirurgus ad Milorum Doctorem medicum detulit, qui ipſorum copiam Feureo, Craſſo, Mareſcotio & Cortino Medicis mihique fecit.

Vermes febris excluſi paroxyſmo.

Quod ſequitur ex Mouſtreleti chronicis, omnem ſuperat admirationem. Immunis quidam ſagittarius, ex Medono quatuor à Lutetia miliaribus, propter latrocinia damnatus erat rei capitalis. Interim à Medicis Regi renuntiatum eſt, multos ea tempeſtate calculoſis torminibus Lutetiæ diuexari, & præ cæteris Boſci Dominum: è re & ſalute multorum futurum, ſi partes ipſas, in quibus tam dirum morbi genus concreſceret, oculis luſtrare & contemplari daretur. Longe id melius in viuo homine, quam in mortui cadauere perſpici. Experiri id licere in ſagittarii immunis morti additi, & olim his malis diſcruciari ſoliti corpore. Impetratum à Rege eſt: itaque recluſo corpore ſpirantes partes contemplati & ex voto rimati ſunt Medici, hiſque diligenter & exacte conſultis ac ſuo loco reſtitutis, iuſſu
E Regis conſutum corpus eſt, qua recluſum fuerat, & ſummo ſtudio adhibito curatum. Ita factum eſt, vt ſagittarius ille intra paucos dies conualuerit, culpæque venia impertata, grandi inſuper pecunia donatus.

Superat hæc narratio nõ omnem modo admirationẽ ſed & fidem.

Peract. li. 64. cap. 1.

Narrat Alexander, viſam ſibi mulierem nomine Victoriam, quæ prolapſis omnibus dentibus cũ calua euaſiſſet, alios demum in amiſſorum locum ſuccreſcentes recuperauit anno ætatis octogeſimo.

Renati dentes anno ætatis octogeſimo.

Stephanus Teſſierus Chirurgus Aurelianenſis narrauit mihi, non ita pridem, curaſſe ſe Carolum Veriguelium apparitorem Aurelianenſem ex vulnere in poplite accepto, quo duo tendines poplitem flectentes penitus reſciſſi erant. Curationis vero hanc rationem iniuiſſe. Iuſſiſſe ſcilicet ægro, vt crus flecte-

flecteret, tum reſciſſorum tendinum extrema extremis oppoſitis aſſuiſſe, inde membrum eo ſitu collocaſſe, & ea arte tractaſſe, vt vulnus tandem ad cicatricem perduxerit, ægro nullatenus claudicante, facinus profecto memorabile, & tyroni Chirurgo caute imitandum. A

Quam multos ipſi vidimus, qui enſe, telo, glande manuario tormento elſa, traiecto corpore, qui ex capitis vulnere cerebri portione abſciſſa, qui brachio aut crure toto globo murali canna excuſſo abreptis, ſuperſtites conualuere? quam multos contra, qui ex minimis & leuiſſimis vulneribus interiere.

5. epid.

Quidam iuxta inguem ſagitta percuſſus, quem nos ipſi vidimus, prodit Hippocrates, *maxime præter omnium opinionem ſeruatus eſt: neque enim tuſſis exempta eſt; erat enim valde in profundo; neq, ſanguinis eruptio vlla fiebat memorabilis, neque inflammatio, neque claudicauit. Cæterum cuſpidem inuenimus nos, ipſamque exemimus, cum iam ſex eſſent anni, ex quo ſauciatus erat.* Nec vero tam longæ moræ aliam ille reddit Hippocrates rationem, niſi quod, inquit, ſuſpicio erat, inter medios neruos cuſpidem occultatam fuiſſe, nullamque venam aut arteriam diſſectam eſſe.

De mirabili quorundam animalium ortu. Cap. XX.

In hiſtoriis prodigioſis.
Ex cadauere humano vulgare eſſe ſerpentes naſci.

PRoditum apud Boiſtæum legimus, Auenionenſem quendam opificem, quo tempore ipſe in ea vrbe habitabat, feretrum plumbeum, in quo cadauer erat, fideliter vndique ferruminatum, ſic, vt ne aer quidem ſubire poſſet, recluſiſſe; dumque recluderet, à ſerpente intus concluſo demorſum, lethali & venenato adeo morſu, vt parum abfuerit, quin moreretur: non eſt tamen tam prodigioſus huius animalis ortus, quam ille putat, vulgare enim eſt, ex putrente quouis cadauere, præſertim vero humano, ſerpentem naſci. B

Serpens viuus inuentusque in ſolido marmore.

Scribit Baptiſta Leo, Martini Quinti ſummi Pontificis temporibus, in vaſto ſed ſolido marmore, inuentum fuiſſe ſerpentem viuum incluſum, nulla in tam denſa ſoliditate apparente rimula, qua aerem ducere viuum id animal poſſet.

Cauſa tam mira animalium in ſolidis marmoribus generationis.

Dum in vinea mea, quæ ad Medonum eſt pagum, diffringenda curarem vegrandia quædam ſaxa, in vnius medio buffo compertus eſt: Cum ego id magnopere mirarer, quod nullum extaret ſpatiū, in quo id animal gigni, augeri, & viuere poſſet, vt deſinerem mirari, monuit lapicida: peruulgare enim, & pluſquam quotidianum id eſſe. Fieri certe poteſt, vt ex lapidum ſubterraneis & vdis locis incluſorū, humidiore portione per putredinem diffluente, & à cœleſti calore ſe per vniuerſam mundi molem miſcente ac diffundente, animata ſuppetat materia eiuſmodi animalium generationi. C

De marinorum aliorumque animantium mirabili natura. Cap. XXI.

Raritas quandam habet monſtri ſpeciem.

ATque hæc ortu, vel incremento potius mirabilia ſunt animantia: quæ vero ſequuntur, etſi ex ſeſe mirabilia non ſint, vt quę natura propria & ſua conſtent, eademque bene & ordinario modo agente: nobis tamen mira ſunt, vel etiam monſtroſa, quod non admodum nobis familiaria ſint, & frequentia. Nam & ipſa raritas, & corporum vaſtitas monſtrifica quodammodo eſt. Huius generis multa, præſertim in mari, cuius penitiores receſſus homini peruii non ſunt, exiſtunt: vt Tritones, qui à pube ſurſum verſus humana & Virili effigie perhibentur. Et Sirenes ſeu Nereides (quæ Plinio authore) muliebri facie, ſquamis modo hiſpido corpore ſunt, etiam qua humanam effigiem habent, neque tamen monſtrifica ante dicta ſeminum confuſio & coniunctio, hic locum habet: quandoquidem, vt nuper dicebamus, ſua natura conſtant & propria.

Lib 9. cap. 5.

Mena, quo tempore Præfectus Ægyptum regeret, & ad Nili ripam deambularet, prodeuntem, vidit ab aquis marinum hominem, humana plane ad pubem vſque effigie, facie ad grauitatem compoſita, cæſarie flaua, canis tamen aliquot pilis obſita, ſtomacho oſſeo, brachiis vero ſcite diſtinctis & dearticulatis: cętera in piſcē deſinebat. Triduo poſt ſub aurorā monſtrum aliud marinū apparuit, ſed muliebri vultu, quemadmodum faciei lineamentorum mollities, promiſſus capillus, tumentesque mammæ ſatis indicabant, vtrumque id monſtrum tamdiu aquis eminuit: vt cuilibet pro arbitrio contemplari liceret. D

Tritonis & Sirenis Niliacorum effigies.



E

Noſtra

A Noſtra ætate, inquit Rondeletius, in Nortuegia, captum eſt mari procelloſo monſtrum, cui, quotquot viderunt, Monachi nomen ſtatim impoſuerunt, propter hanc eius, quam cernere erat, effigiem.

Piſcis monachi habitu effigies.



B

C

Anno Domini 1531. viſum eſt monſtrum marinum, epiſcopi habitu ſquamis obtectum, id deſcripſerunt Rondeletius & Geſnerus.

Piſcis epiſcopi habitu effigies.

D



E

Ab Hieronymo Cardano accepiſſe ſe monſtrum hoc, quod capite eſſet vrſino, brachiis, manibuſque ſimiæ, profitetur Geſnerus. A


Capite vrſino monſtri marini effigies.



Non diu ante obitum Pontificis Pauli tertii, in medio mari Tyrrheno captum fuit id monſtrum, & Pauli ſucceſſori oblatum, figura & magnitudine plane Leonina erat, ſed corpore ſquamoſo, vocem humanæ ſimilem ſonabat. Deductum Romam eſt magna cum omnium admiratione, ſed illic haud diu vixit, proprio naturalique loco & alimento deſtitutum, quemadmodum à Philippo Foreſto proditum eſt. B

Lib. 5. chron.

Piſcis Leonini & ſquamoſi effigies.



C

Anno Domini 1523. tertio Nouembris, viſum eſt Romæ marinum hoc monſtrum, magnitudine pueri quinquennis, humana ad vmbilicum vſque, auribus exceptis, effigie, reliqua vero piſcis.

Monſtri marini humana facie effigies.

D




Monſtri huius marini meminit Geſnerus, eiuſq; imaginem à pictore, qui id Antuerpiæ viuum viderat, accepiſſe ſe prodit. Caput furiale plane quid præ ſe fert, cornu duplici inſigne, & auribus prominentibus, brachiis homini haud abſimilibus, cætera piſcis eſt. Captum eſt in mari Illyrico, dum ab aquis in littus puerulum illic exiſtentem abrepturũ, emerſiſſet, coniectis enim à piſcatoribus, qui ipſum obſeruabant, lapidibus, læſum paulo poſt in littus vnde aufugerat, regreſſum, expirauit. E

Demonis

A

Dæmonis marini effigies.




B

Monſtrum marinum capite, crinibus, & pectore equino, reliquo corpore piſcis, viſum in mari Oceano & Romam allatum, ſummoque Pontifici oblatum prodit Geſnerus.

Monſtri marini effigies.


C



Prodit Olaus Magnus, ſibi vitulino capite & facie monſtrum ad littus Bergæ, cuius incola eſt, captum, dono datum fuiſſe à nobili quodam Anglo. Simile huic nuper Carolo IX. Regi oblatum eſt: nutritum in vivario Fontis-bellæ aquę diu vixit, ex aquis ſæpe in terram progrediens. Alius eſt hic piſcis à vitulo marino vulgari.

Vituli marini monſtroſi effigies.

D




In mari Oceano viſum eſt ingens id monſtrum, capite apri, caninis dentibus longioribus incidentibus & acutis ſquamis miro ordine à natura diſtinctis obiectum, vt in hac imagine intueri, licet.

F

Apri


Apri marini effigies. A



B

Marinum id monſtrum caprum ad Thylem inſulam Septentrionalem ſcribit Olaus Magnus Anno Domini 1538. magnitudine fere incredibili: vt quod duorum & ſeptuaginta pedum longitudinem haberet, altitudinem vero quatuordecim, ſeptem pedum inter oculos interſtitium, iecur vero adeo vaſtum, vt eo quinque dolia impleta fuerint, caput ſuillum, creſcentem velut in ſummo dorſo lunam, ternos in ſingulorum laterum medio oculos, totum corpus ſquamoſum.

Suis marinæ monſtroſæ effigies.




C

Elephas marinus terreſtri maior.

Veternoſus elephantis marini ſomnus.

Elephas marinus, elephante terreſtri maior eſt, quemadmodum ſcribit Hector Boetius *in deſcriptione Scotiæ*, amphibium animal eſt, dentes duos habens elephantis ſimiles, quibus quoties ſomnum inire vult, ad rupes ſe infixu tenaci ſuſpendit, tumque adeo alte dormit, vt nautis id ex alto conſpicientibus otium ſit appellere ad littus, circumiectiſque craſſioribus funibus ipſum conſtringere. Sed cum ne ſic quidem excitetur lapidibus coniectis impetunt, magnum ſtrepitum cient, quibus expergefactus conatur in mare magno & ſolito impetu reſilire, ſed vinctum cum intuetur, adeo manſueſcit, vt tra- D ctandum ſe ad arbitrium præbeat. Tum igitur ipſum mactant, adipem eliciunt, detractumq; corium in corrigias diuidunt, quæ quia validæ ſunt, & nunquam putreſcunt, magno in prætio habentur.

Elephantis marini effigies.



E


Orobi.

Arabes Mazouanii montis, qui ſecundum mare rubrum porrigitur, incolæ, Orobone fere piſce nutriuntur, is reliquis piſcibus terribilis & valde ferus eſt, nouem aut decem pedes longus, latus vero pro longitudinis ratione, ſquamis Crocodili inſtar integitur.

Effigies

A

Effigies Orobonis.



B

Crocodilus vaſtum animal eſt, quindecim cubitos longum, cumque haud viuiparum, ſed ouiparum ſit, oua, quod ſummum eſt, ponere ſolet ſexaginta, anſerinis non maiora, ex tantulo principio ad tantam prouectum magnitudinem (excluſus enim fœtus ouo genitali proportionatus eſt) viuax valde eſt. Linguam adeo conſtrictam & impeditam habet, vt nullam habere videatur. Itaque amphibium cum ſit, quatenus in terra viuit, ea illi pars pro lingua cenſetur: quatenus vero vitæ etiam partem in aquis exigit, linguæ vſum cum non habeat, haud pro lingua numeratur. *Piſces enim vel lingua penitus carent, vel eam ſic impeditam & conſtrictam habent, vt nullo ſit vſui.* Solus inter reliqua Crocodilus maxillam ſuperiorem mouet, inferiore immota. Pedes enim ipſi neque ad præhendendum, neque ad retinendum vſui ſunt. Oculos habet Suum oculis haud abſimiles, dentes longos & ab ore exertos, vngues acutiſſimos, corium adeo durum, vt ipſum nulla teli vis tranſmittere poſſit. Ex Crocodilo terreſtri, huic amphibio ſimili, medicinam parant Crocodileam, oculorum vitiis vtiliſſimam cum porri ſucco inunctis, & contra ſuffuſiones vel caligines; lentigines, tollit, & varos omneſque maculas, fel eius oculis inunctum ad cataractas valet, ſanguis vero viſum illuſtrat. Incolas eſſe fontium Nili Crocodilos, vel potius lacus cuiuſdam ex eiuſmodi fontibus manantis, prodit Theuetus: viſoſque ſibi, qui ſex paſſus longi eſſent, tres vero pedes dorſum lati; adeo, vt ſolo eſſent aſpectu horribiles. Hac arte capiuntur. Cum Nili aqua ſubſidet, funem Ægyptii demittunt, ex fune religatus pendet hamus ferreus craſſior & latior trium librarum pondere, affigitur hamo camelinæ aut alterius cuiuſuis carnis fruſtum: quo viſo irruit in prædam fera, vnaque hamum cum illecebra deuorat, quo cum ſe atrocius vellicari & pungi ſentit, iuuat intueri, quantopere ſe iactet, & in altum ſubſiliat: tum ipſam irretitam ſenſim ad littus pertrahunt, funemque ad vicinam arborem deligant ſtrictius, ne in circumſtantes irruat. Tum multis vectium ictibus ventrem, qua parte mollis, omninoque tenuis Crocodilo ſubeſt cutis, impetunt, opprimuntque. Detracto corio carnes ſuauiſſimas & eſui futuras, menſæ apponunt. Ioannes Lereus in Breſilana hiſtoria ſcribit, Sylueſtres eius regionis homines Crocodilos lubenter eſitare, vidiſſeque qui Crocodilorum fœtus viuos in ædes ſuas deferrent, cum quibus pueri congregati innoxie colluderent.

Crocodilus.

C *Solum crocodilum maxillam ſuperiorem mouere.*

Expende diligenter Plinii locum lib. 28. c. 8.


Coſm. Tom. cap. 8.

Qua arte capiantur crocodili.

D *Cap. 10.*

E

Effigies Crocodili.




B

Lib. 9. ca. 2. *Vera eſt vulgi opinio*, inquit Plinius. *Quicquid naſcatur in parte natura vlla, & in mari eſſe: præterque multa, quæ nuſquam alibi.* Rerum quidem, non ſolum animalium ſimulachra eſſe, licet intelligere, intuentibus gladium, ſerras, cucumin terreſtri odore & colore ſimilem, quominus iam mirer pennam & vuam, quorum imagines ex Rondeletio in hunc locum tranſtuli. Penna quidem marina pennæ auium, quæ ornamenti gratia galeris, poſtquam arte comptum & fucum recepit, affigitur, ſimilis eſt. A piſcatoribus Penis pennatus dicitur, quod altero extremo ſuo, extremam penis virilis glandem præputio denudatatam repræſentat. Quandiu viuit, intumeſcit, fitque ex interuallis ſolito maior: emortua flacceſcit penitus, Lucet autem micatque noctu, ſtellæ inſtar. C

Vuam vero cuius meminit Plinius, hanc eſſe, quam hic exprimimus, ex eo eſt intelligere, quod ſuperficie ſua & facie vuam ſeu botrum florentem valde refert. Oblonga eſt clauæ informis modo, pédetque ex oblongo pediculo. Internis partibus nihil niſi confuſio eſt, glandulis nonnunquam diſtincta his ſimilibus, quas hic ſeorſim appinximus.

Penna & Vua marinæ imago.



D

In mari inſulæ Hiſpanicæ noui orbis, plures cernuntur monſtroſi piſces, inter quos Theuetus in Coſmographia, hunc tanquam rariſſimum notandum duxit, qui patria lingua Aloes dicitur. Anſeri enim plane ſimilis eſt, collo procero & erecto, capite in acumen & conum deſinente, pyro pancreſtano non abſimili, corpore haud maiore eſt, quam anſer, ſquamis caret, pinnas quatuor, nandi gratia ſub ventre habet, cum aquis eminet, anſerem natantem diceres.

E

Aloci

A *Aloes monſtroſi piſcis Effigies:*



B

Mare Sarmaticum,ſeu Germanicum Orientale, piſces alit calidis regionibus ignotos & valde monſtroſos. Euiſmodi eſt is,qui limaci ſimilis, dolium corporis mole æquat, arboreis autem cornibus ceruum,extrema cornua in orbiculos rotundantur, vnionum inſtar ſplendentes:ceruice eſt craſſa,oculis accenſæ candelæ modo micantibus, naſo obrotundo, & pilis felium ad inſtar obueſtito, rictu oris magno,ſub quo pendet,prominetque carnea moles,aſpectu ſubhorrida. Quatuor nititur cruribus,totidem latis & aduncis palmis,quæ illi cum cauda oblonga, & tigridis inſtar variegata,pinnarum ad na-
C tandum loco eſt.Meticuloſum adeo hoc animal eſt, vt etſi amphibium ſit,alto tamen ſe fere mari contineat,nec niſi ſereno valde cœlo ad littus applicet paſcendi gratia. Caro enim valde grata eſt eſui, ſanguis vero his medicatus,quibus vel hepar vitiatum eſt,vel pulmones vlcerati, vt eſt magnarum teſtudinum ſanguis elephanticis,Id in Dania ſe vidiſſe aſſerit Theuetus in Coſmographia.

Magnarum teſtudinum ſanguis elephanticis medicina. Tom. 2 li. 20.


Effigies limacis Sarmatici.



D

In alto lacu dulci,cui impoſita eſt, & Venetiarum inſtar palis ſubnixa, Mexici regni metropolis Themiſtitana vrbs, viſitur piſcis vituli magnitudine, Syluestribus Antarcticis dictus Andura. Incolis
E autem & Hiſpanis,qui eam regionem armis occuparunt Hoga. Capite eſt & auriculis fere ſuillis,ex maxillis pendent cirrhi quinque & velut barbatæ appendices ſemipedem longæ mulli barbatuli geminæ barbæ ſimiles.Carnem eſui valde gratam & vtilem habet. Viuiparum eſt,Balænæ inſtar. Dum in aquis natitat,viridis,flauus,ruber,omninoque Chameleontis inſtar verſicolor apparet. In lacus littore lubentius verſatur,illicque veſcitur foliis arboris Hoga dictæ,vnde & nomen piſcis habuit. Valde dentatus eſt & furioſus piſcis,reliquos obuios etiam ſe maiores necans & deuorans: quod cauſæ eſt, cur ipſum præſertim piſcatores appetant,perſequantur,& interficiãt,vt prodit Theuetus in Coſmographia.

Hoga piſcis monſtroſus. A



B

Andreas Theuetus in Coſmographia ſcribit, ſibi, dum nouum orbem nauigando obiret, viſos infinitos piſces volantes Syluestribus incolis dictos Bulampech, qui ab aquis ſubſilientes, quinquaginta paſſus volando procedant, dum maiores alios piſces, qui ſe in prædam & eſcam appetunt, fugiunt. Hoc volantis piſcis genus Scombri magnitudinem non excedit, capite rotundo eſt, dorſo cæruleo, alis duabus, quæ totius fere corporis longitudinem æquant, præditum, quas ſub axillis occultat. Tanta ſæpe multitudine conuolant, vt non raro ad nauium vela offendant, dum mutuo ſibi luminibus officiunt, C ſicque in naues decidant vectoribus & incolis eſca futuri. Quod ipſum etiam à Ioanne Lereo confirmatum legimus hiſtoria Breſilana.

Volantium piſcium effigies.




D

In mari Veneto inter Venetias & Rauennam, duobus ſupra Quiozam miliaribus, anno Domini 1550 captus eſt piſcis volans, valde horribilis & monſtroſus, quatuor pedes longus. Capite erat craſſiſſimo, binis oculis ad perpendiculum non è regione poſitis, duabus auribus & ore duplici, roſtro valde E carnoſo & viridi, alis geminis quinque in gula foraminibus, Lampetræ foraminum æmulis, cauda vlnam longa, in cuius ſummo duæ viſebantur alæ exiguæ. Viuum id monſtrum Quiozam allatum eſt, & vrbis primatibus, vt nunquam antea viſum, oblatum.

Monſtroſi

Monſtroſi Piſcis volantis effigies.



B


Tot & tam varia concharum genera in mari reperiuntur, vere vt dici poſſit naturam, Dei Optimi
Maximi ancillam, in earum fabrica ludere. In tanta diuerſitate tria potiſſimum delegi, quæ hic depinge-
C rem, quod præcipua ſint admiratione digna. In his latent piſciculi quidam, tanquam limaces in ſua co- *4. de hiſtor. anim cap. 4.*
chlea, quos Ariſtoteles Cancellos nominat communesque fere ſocios cruſtati & teſtati generis piſcium
eſſe adſtruit: quippe qui ſpecie, id eſt, natura cruſt ita locuſtis ſimiles ſpectentur, naſcique ſeorſim per ſe
ſoliti ſint. Quatenus vero teſtas ingrediuntur, illicque viuunt teſtaceis ſimiles ſunt. In his eſt, qui Ere- *Cancelli Eremitæ deſcriptio.*
mita nuncupatur. Duo longiuſcula habet cornua & minutula, ſub quibus oculi ſunt ſemper prominen-
tes, vt quos intro cæterorum cancrorum more reuocare, & abdere nequeat. Pedes anteriores illi biſulci
ſunt, quibus ſe tuetur, & ad os eſcam defert, binis aliis lateri vtrinque hærentibus, & tertio paruo vtitur
ad incedendum. Oua ponit fœmina, quæ ex poſtica parte pendentia, tanquam filo traiecta & velut *Lib. 7 c. 31.*
membranulis quibuſdam adiuncta cernuntur. Denique Æliani ſententia, Cancellus nudus naſcitur &
ſine teſta: ſed paulo poſt ex multis, quas inanes & vacuas offenderit, idoneam ſibi deligit, cumque ma-
gnitudine auctus ea amplius contineri & capi nequit, vel etiam coeundi naturali deſiderio ſtimulatur, *Duabus de cauſis cancelli mutant hoſpitia.*
migrat in capaciorem & magis conuenientem. Dimicant ſæpe inter ſe cancelli hoſpitii gratia, fortior-
que inanem teſtam occupat, aut de ea occupata debiliorem decedere cogit. Eiuſmodi teſta vel Nerita
eſt, vel turbinis, ſæpe etiam paruæ buccinæ ingreſſusque eam circumfert, ibidem nutritur & augetur,
D deinde capaciorem petit, vt ait Ariſtoteles *loco citato.*

Concharum inanium, quas Cancelli immigrare ſolent, effigies.



E

Hogapiſcis monſtroſus.



B

Andreas Theuetus in Coſmographia ſcribit, ſibi, dum nouum orbem nauigando obiret, viſos infinitos piſces volantes Syluestribus incolis dictos Bulampech, qui ab aquis ſubſilientes, quinquaginta paſſus volando procedant, dum maiores alios piſces, qui ſe in prædam & eſcam appetunt, fugiunt. Hoc volantis piſcis genus Scombri magnitudinem non excedit, capite rotundo eſt, dorſo cæruleo, alis duabus, quæ totius fere corporis longitudinem æquant, præditum, quas ſub axillis occultat. Tanta ſæpe multitudine conuolant, vt non raro ad nauium vela offendant, dum mutuo ſibi luminibus officiunt, C
ſicque in naues decidant vectoribus & incolis eſca futori. Quod ipſum etiam à Ioanne Lereo confirmatum legimus hiſtoria Breſilana.


Volantium piſcium effigies.



D

In mari Veneto inter Venetias & Rauennam, duobus ſupra Quiozam miliaribus, anno Domini 1550 captus eſt piſcis volans, valde horribilis & monſtroſus, quatuor pedes longus. Capite erat craſſiſſimo, binis oculis ad perpendiculum non è regione poſitis, duabus auribus & ore duplici, roſtro valde E
carnoſo & viridi, alis geminis quinque in gula foraminibus, Lampetræ foraminum æmulis, cauda vlnam longa, in cuius ſummo duæ viſebantur alæ exiguæ. Viuum id monſtrum Quiozam allatum eſt, & vrbis primatibus, vt nunquam antea viſum, oblatum.

Monſtroſi Piſcis volantis effigies.



B

Tot & tam varia concharum genera in mari reperiuntur, vere vt dici poſſit naturam, Dei Optimi Maximi ancillam, in earum fabrica ludere. In tanta diuerſitate tria potiſſimum delegi, quæ hic depingerem, quod præcipua ſint admiratione digna. In his latent piſciculi quidam, tanquam limaces in ſua cochlea, quos Ariſtoteles Cancellos nominat communesque fere ſocios cruſtati & teſtati generis piſcium eſſe aſtruit: quippe qui ſpecie, id eſt, natura cruſtatis locuſtis ſimiles ſpectentur, naſcique ſeorſim per ſe ſoliti ſint. Quatenus vero teſtas ingrediuntur, illicque viuunt teſtaceis ſimiles ſunt. In his eſt, qui Eremita nuncupatur. Duo longiuſcula habet cornua & minutula, ſub quibus oculi ſunt ſemper prominentes, vt quos intro cæterorum cancrorum more reuocare, & abdere nequeat. Pedes anteriores illi biſulci ſunt, quibus ſe tuetur, & ad os eſcam defert, binis aliis lateri vtrinque hærentibus, & tertio paruo vtitur ad incedendum. Oua ponit fœmina, quæ ex poſtica parte pendentia, tanquam filo traiecta & velut membranulis quibuſdam adiuncta cernuntur. Denique Æliani ſententia, Cancellus nudus naſcitur & ſine teſta: ſed paulo poſt ex multis, quas inanes & vacuas offenderit, idoneam ſibi deligit, cumque magnitudine auctus ea amplius contineri & capi nequit, vel etiam coeundi naturali deſiderio ſtimulatur, migrat in capaciorem & magis conuenientem. Dimicant ſæpe inter ſe cancelli hoſpitii gratia, fortiorque inanem teſtam occupat, aut de ea occupata debiliorem decedere cogit. Eiuſmodi teſta vel Nerita eſt, vel turbinis, ſæpe etiam paruæ buccinæ ingreſſusque eam circumfert, ibidem nutritur & augetur, deinde capaciorem petit, vt ait Ariſtoteles *loco citato*.

C — *4. de hiſtori. anim cap. 4.*


Cancelli Eremitæ deſcriptio.

Lib. 7. c. 31.

Duabus de cauſis cancelli mutant hoſpitia.


D

Concharum inanium, quas Cancelli immigrare ſolent, effigies.



E

Concha, aduena Cancello, ſeu Bernardo Eremita plena, effigies. A





Cancelli, ſeu Bernardi Eremita, imago.

Lib.9. ca.31.

Pinnoter ſeu Cancer paruus quid.

Pinna quid.

Li.9.ca.42.


Lib.3.

Pinna & pinnoteris conſortium & conſenſus Li.2. de nat. deor.

Putant Bernardum hunc Eremitam Cancelli eam eſſe ſpeciem, quæ Pinnoter Plinio dicitur: at reuera Pinnoter non Cancelli, ſed parui Cancri ſpecies eſt. Longe autem differunt apud Ariſt. Cancellus & Cancer paruus, etſi Plinius confudiſſe videatur, nam ille nudus cum ſola cruſta naſcitur, cæterum ſine teſta. Hanc igitur, cum natura careat, diligentia quærit in eaque inuenta ſolus habitat: at Pinnoter non per ſe ſolus, ſed in pinnis, nonnulliſque aliis naſcitur, & ſedes non mutat, quia Ariſt. ſententia, cum ſit de genere paruorum cancrorum, nunquam accreſcit, nec in inanibus habitat. *Eſt autem concharum ſeu teſtarum generis pinna: naſcitur in limoſis, ſubrecta ſemper, nec vnquam ſine comite, quem pinnoterem, ſeu pinnophylacem ob id nominant,* ait Plin. Hæc profecto ita eſſe, intelligere clare licet ex his Athenæi verbis. *Chryſippus Solenſis 5. de Honeſt. & volupt. ait: Pinna & pinnoter operas mutuas præſtant, ſeorſum viuere non poſſunt: Pinna ex oſtreis eſt; pinnoter cancer paruus: pinna teſtam pandit ingredientes piſciculos obſeruans; pinnoter adſtans ſi quid ſubierit, morſu pinnæ ſignificat, quæ demorſa teſtam claudit, eoque quod incluſum ſit communiter veſcuntur.* Hæc Athenæus. Ex hac tanta aſtutia Plut. etiam ſcriptis commemorata, pinnoter Plin. aliquando nominatur, cancer dapis aſſectator. Sed quod ab his authoribus cancro paruo tribuitur id à Cic. ſquillæ paruæ adſcribitur *Pinna vero,* inquit, *duab. grandibus patula conchis, cum parua ſquilla ſocietatem init comparandi cibi. Itaque cum piſciculi parui in concham hiantem innatauerint, tum admonita à ſquilla pinna, morſu comprimit conchas, ſic diſsimilibus beſtiolis communiter cibus quæritur.* Cæterum pinnam concham eſſe margaritiferam, Plut. indicaſſe videtur, opuſculo, quo quærit, Terreſtribusne, an aquatilibus beſtiis maior inſit prudentia. D

Lib.9.ca.29. Inter præcipua vero piſcium miracula eſt, qui vocatur Nautilos, ab aliis Pompylos (Polypi ſpecies creditur) ſupinus in ſumma æquorum peruenit, ita ſe paulatim ſubrigens, vt emiſſa omni per fiſtulam aqua, velut exoneratus ſentina, facile nauiget. Poſtea prima duo brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit: qua velificante in aura, cæteris ſubremigans brachiis, media cauda vt gubernaculo ſe regit. Ita vadit alto, liburnicarum ludens imagine: & ſi quid pauoris interueniat, hauſta ſe mergens aqua.

Nautili, ſeu Nautici piſcis effigies.

 E

Quo

A Quo ſit hic de Monſtris tractatus locupletior, nomine monſtri cum Poetis abutentes, inter marina monſtra propter monſtroſam & admirandam magnitudinem, Balænam recenſemus. Eſt igitur Balæna omnium pelagiorum piſcium longe maximus. Plurimum enim bellua hæc ſex & triginta cubitos longa, octo alta, oris ſciſſura ad duodeuiginti pedes porrigitur, dentes in ea nulli; ſed horum loco in vtraque maxilla corneæ ſunt laminæ nigræ, ſenſim in pilos ſuillis ſimiles deſinentes, quę ab ore prodeuntes & prominentes, ſibi ſunt ductorum loco, ne dum cæco & rapido natat impetu, ad rupes & cautes allidat. Oculi quatuor vlnarum ſpatiu à ſe diſtant, foris quidem parui apparentes, intus vero capitis humani magnitudinem ſuperantes: quamobrem falluntur hi, qui bubulis maiores eſſe negant. Roſtro eſt breui. In media vero fronte fiſtulam habet, qua aerem attrahit & aquarum nimboſam quandam alluuiem exprimit, vt plerunque etiam alueos, cymbasque nauigantium deprimat. Cum ſe ſupra modum ingurgitauit, clamat vel mugit tam magno & contento ſono, vt qui binis Gallicis milliarib. abſunt, exaudire poſſint. Pinnas duas maximas in lateribus habet, quibus natat & catulos in metu occultat: in dorſo nullam habet. Cauda ſitu caudis delphinorum ſimilis eſt, figura non multum abſimilis, quam cum mouet, ita mare agitat, vt nauiculas ſubmergat & euertat, quas attigerit. Balænam viuiparum eſſe

Balæna cur in monſtris cenſeatur.

Balænæ fiſtula.

B animal, fœtusque lactare, ex anatomia intelligere licet: mas enim teſtes & penem habet, fœminæ vero vterum & mammas. Multis in locis circa Brumam capitur, maximeque in Aquitanico littore ad oppidulum, quod vernacula lingua Biarris dicitur, à Baiona ſex diſtans milliaribus: in quod, à Carolo nono Rege dum Baionæ eſſem miſſus, qui ex morbo iacentem illic principem à Rupe-ſurionenſi curarem, qua arte capiantur, oculis iudicibus aſſecutus ſum, ſimulque confirmaui, quod in eam rem legeram in Rondeletii nobiliſſima & veriſſima de Piſcibus hiſtoria. Ergo ad id oppidulum monticulus eſt, in cuius vertice turris ab omni ſeculorum memoria exædificata cernitur, ex qua tanquam è ſpecula noctu, diuque explorant, num quæ balæna adnatet. E turre igitur ſtationarii ſpeculati, vel ex ſono horribili audientes adnauigantem balænam, tympanorum & tintinabuli ſonitu loci incolas conuocant: quo ſigno dato omnes tanquam ad vrbis excidium accurrunt, telis, & omnibus, quæ neceſſaria ſunt, inſtructi. Sunt enim eius regionis homines in balænis capiendis admodum ſolertes & expediti. In ſingulis igitur cymbis, ad inſequendum vel fugiendum omnium rerum copia inſtructis, deni collocantur robuſti remiges, & præterea bellatores multi, qui multa tela longa cuſpide hamata, in belluam coniiciunt: quibus infixis, & altius inhærentibus, funes longiſſimos telis annexos relaxant, vſque dum vitam cum ſan-

Balænam viuum parere & lactare.

Qua ſolertia capiantur balænæ.

C guine fuderit, tum vna cum funibus balænam multo iam curſu & labore fatigatam, vulnerumque magnitudine & multitudine fractam in littus, quo inter pugnandum ſtudioſe ſemper adigitur & compellitur, retrahunt adiuti maris vndis: prædam partiuntur læti, cuius pars vnicuique cedit pro telorum coniectorum copia, vulneris magnitudine, partisque vulneratæ ad vitam neceſſitate & præſtantia: cuiuſque autem tela propriis inſculptis notis internoſcuntur. Dum ardet conflictus, multi in nauigiis adſtant, ad hoc tantum conſtituti, vt bellatores, qui forte in mare prociderint, excipiant, ne demergantur. Mares difficilius capiuntur, fœminæ facilius, maxime ſi fœtus ſequantur: cum enim in his protegendis immorantur, fugiendi occaſio perit. Caro nullo in pretio eſt, lingua ſola commendatur: nam cum maxima ſit, & laxa admodum ſubſtantia, ſale conditur, & à pleriſque nobilibus maximis habetur in deliciis. Lardum in multas regiones deſtribuitur, Carniſpriuii tempore cum piſis elixandum & comedendum, quo carnis prohibitæ deſiderium heluonibus leniatur. Pinguitudinis maxima copia, ex partibus cuti ſubiectis & ex ventre colligitur, quæ liquefacta non concreſcit ob partium tenuitatem, eam ad lucernarum vſus & nauigia inungenda ſeruant. Oſſibus apud Ichthyophagos populos tecta ſepiuntur,

Balæna fœminæ facilius capiantur quam mas.

Balænarum prætentura.

D nec non horti in Aquitanico littore, Prætenturis, quibus ab ore exertis tanquam ductoribus, ſibi prætendit iter, ne ad cautes & rupes offendat (has vulgus falſo interdum caudam, interdum coſtam balænæ appellant) in tenues aſſulas exſiccatis ac perpolitis, politiores mulierculæ ſua pectoralia, quæ Buſta vocant, communire, veſtiumque fibras rigidiores ac rotundiores continere, apparitores vero publici virgulas concinnare, & faſcium loco geſtare ſolent. Ex vertebris vero multi ſedilia ſibi comparant.

Captationis, capturæ, & partitionis Balænæ deformatio


E



In Scaldi fluuio decem ab Antuerpia milliaribus, anno Do. 1577. die 2. Iulii capta eſt Balæna hæc, A Colore erat ex cæruleo nigrante, fiſtulam in vertice habebat, qua aquam eructabat magna vi. Longitudo eius erat pedum octo & quinquaginta, altitudo autem ſexdecim. Cauda quatuordecim pedes lata, ab oculo ad extremum roſtrum interuallum ſexdecim pedum. Maxilla inferior ſenum in ſingulis lateribus pedum erat, viginti quinque dentibus armata, qui totidem foraminibus, in ſuperiore, dentibus omnino carente, excauatis, recondi poterant: quo vel vno nomine monſtroſa hæc balæna cenſeri debebat, quod balænæ natura dentes negauerit: & quod in animalibus minime cornutis ita ſit natura comparatum, vt cum dentes ſubſunt in ore inferiori eorum ordini, ſuperior ex oppoſito ad conterendos intercurrentes cibos reſpondeat. Tot dentium longiſſimus ſex pollices non excedebat.

Balæna naturam dentes negaſſe.

Monſtroſa Balenæ in Scaldi flumine captæ effigies.



B

C

Lib. 9. ca. 25. & li. 32. c. 1.

Eſt paruus admodum piſcis, vt narrat Plinius, aſſuetus petris, Echeneis appellatus, ad ſummum pedalis: hoc carinis adhærente naues tardius ire creduntur. Vnde Latinis etiam Remoræ nomen ipſi impoſitum, quod ſcilicet nauim ſecundis ventis impulſam, paſſiſque velis per mare currentem Echeneis tanquam voratura ore admoto ſiſtat, inuitiſque nautis retineat, perinde, ac ſi in tranquillo portu quieſceret. Itaque fertur Actiaco marte tenuiſſe prætoriam nauim Antonii properantis circumire & exhortari ſuos, donec tranſiret in aliam, ideoque Cæſariana claſſis impetu maiore protinus venit. Tenuit & Caii principis ab Aſtura Antium remigrantis, nec longa fuit moræ illius admiratio, ſtatim cauſa intellecta, cum è tota claſſe quinqueremis ſola non proficeret: exilientibus protinus, qui id quærerent, circa nauem inuenere adhærentem gubernaculo, oſtenderuntque Caio, indignanti hoc fuiſſe, quod ſe reuocaret, quadringentorumque remigium obſequio contra ſe intercederet. Domat igitur mundi rabiem & D infrænat impetus rautus piſciculus, nullo ſuo labore, non retinendo aut alio modo, quam adhærendo. Certe quocunque id modo fiat, quis ab hoc tenendi nauigia exemplo de vlla potentia naturæ atque effectu in remediis ſponte naſcentium rerum dubitet? Quin & ſiue hoc exemplo per ſe ſatis eſſet ex eodem mari torpedo: etiam procul & è longinquo, vel ſi haſta virgave attingatur, quamuis prævalidos lacertos torpeſcere, quamlibet ad curſum veloces alligari pedes.

Remora Vis mira.

Torpedinis Vis mira.

De Auium, & quorundam Quadrupedum admirabili natura.
Cap. XXII.

Struthiocamelum inter auem & quadrupedem quodammodo ambigere.

Ventriculi eius mira Vis.

QVanqnam non in mari modo, ſed & in aere ac terra multa ſint, quæ naturæ admiranda conditione monſtrorum adæquent naturam, vnus Struthiocamelus exemplo erit. Auis eſt omnium maxima, quanquam partim auem, partim quadrupedem reuera referat, Africæ & Æthiopiæ familiaris: quippe qui vt non quadrupes pennas habeat: at vt non auis ſublime non volet: non enim pennas ad volandum commodas gerit, ſed pilis ſimiles. Curſus tamen velocitate equum ſuperat. Miraculoſa eſt eius ventriculi in coquendo naturæ vis, vt cui nihil ſit indomabile. Oua ponit admirandæ magnitudinis, vt quæ E etiam in pateras concinnentur. Pennas habet pulcherrimas, vt ex eius effigie intelligere licet.

Stru-

A *Struthiocameli effigies.*



Quam vero prodigioſa ſit Struthiocameli magnitudo, ex oſſium eius magnitudine facile quiuis conſequetur. Tres eiuſmodi aues in ædibus Polemarchi Retii regio ſumptu alebantur: quarum vnam (cum forte interiiſſet) mihi dono datam in ſceleton diligentia ſumma paraui.

A. caput igitur eius gruis capite paulo craſſius erat, palmi longitudine, à vertice ad roſtrum vſq; planum, roſtro fiſſo ad mediam vſque oculi regionem, in ſui extremitate obrotundo.

b. Ceruix tres pedes longa, ſeptemdecim vertebris coagmentata, quarum ſingulæ ſingulis lateribus donatæ ſunt, apophyſi tranſuerſa deorſum ſpectante pollicari longitudine, B ſi primam & ſecundam capiti proximas exceperis, vt quæ his careant, ginglimo coniunctæ.

c. Dorſum pedali eſt longitudine, ſeptem vertebris connexum.

d. Os ſacrum bipedali eſt longitudine, in cuius ſummo apophyſis viſitur tranſuerſa, cui magnum ſubiacet foramen.

e. Quod tria alia ſequuntur, ſed minora.

f. g. h. Poſt quæ ſequitur acetabulum ſeu pyxis, in quam caput oſſis femoris excipitur & conditur. Id parte externa & laterali profert os perforatum, litera I. notatum. Perforatum, inquam, ſui initio: mox enim vnitur, qua litera K. ſubeſt. Inde bifurcatur, in duoque alia oſſa finditur, quorum vnum alio maius eſt. Minus litera L. notatur. Ambo qua litera m. affixa eſt, vniuntur, ſingula ſemipedem & quatuor digitos longa. Cæterum ei parti, vnde primum bifurcari incipiunt, & ei, in quam concurſu facto vniuntur, medium interiacet foramen quatuor digitos latum. Longius vero palmo, vt litera n. notatur, quod oſſis illius reſtat, falcis vinitoriæ inſtar habet, latum tres tranſuerſos digitos, longum vero ſex pollices. C Ad extremum, vbi litera O. ſubeſt, Synchondroſi ſubiungitur.

P. Coccyx nouem vertebris, humanis ſimilibus coagmentatur. Femoris oſſa duo ſunt, quorum quod litera Q notatur, pedali eſt longitudine, craſſitie vero, quæ equini femoris craſſitiem æquet. Alterum ipſi ſubiectum (quod forte os cruris ſeu tibiæ poſſis dicere) litera R. notatum, ſeſquipedem longum eſt: coniunctam habet fibulam ſeu focile minus, eiuſdem longitudinis, ſed quod tantum gracileſcat, quantum deorſum procedit.

S. Tibia eſt, cui pes adhæret, ſeſquipedem longa, in duas ad extremum vngulas fiſſa, maiorem vnam, & minorem alteram, quarum ſingulæ tribus conſtant oſſibus.

T. Octo coſtæ ſunt, quæ in ſternum inſeruntur. Harum tres mediæ oſſeam productionem habent, vnco ſimilem.


V. Sternum eſt vnico oſſe pedali conſtans, ſcutulam in clypeum repræſentans. Huic aliud os adiungitur, quod tribus primis coſtis ſuppetenſum clauicularum loco eſt.

X. Primum alæ os, quod ſeſquipedale eſt.

Y. Duo hinc ſubiecta oſſa, radii & cubiti æmula, quibus alia ſex ſubſunt oſſa extremam alam litera Z. notatam conſtituentia. Totum id animal oſſeum, ſeptem pedes longum eſt, totidemque & amplius à pedibus ad roſtrum procedendo altum. Multa ſunt alia in illius conformatione notatu digna, D ſed quæ breuitatis gratia cenſui omittenda.

E

Oſſei Struthiocameli delineatio. A



B

C

Manucodiatæ deſcriptio.

Hieronymus Cardanus *libro de Subtilitate* ſcribit, in Moluccarum inſulis videri in terra iacentem, aut in aquis ſublatam auem mortuam, Manucodiatam nomine, id eſt, Hebræorum lingua auem Dei, viuam nunquam conſpici. In ſummo aere habitat, corpore eſt & roſtro hirundinino, variis tamen pennis diſtincto. Nam quæ ſummum caput veſtiunt, aurei ſunt coloris; quæ gulam, anatinis ſimiles exiſtũt, caudæ vero & alarum pauoninis; pedibus caret. Itaq; ſi quæ obrepat inter volandũ laſſitudo, vel ſomni neceſſitas, pennis ad arboris ramum obuolutis & obtortis corpus ſuſpendit. Aerem, in quo nempe ſemper ſibi viuæ eſt agendum, ſumma pennarum celeritate tranſmittit, ſolo aere, ſoloq; rore hauſto viuit. Mas depreſſam in dorſo cauitatem habet, in qua fœmina incubatu oua fouet. Manucodiatam Lutetiæ vidi Carolo nono Regi oblatam.

Manucodiata, ſeu Auis paradiſi effigies.

D



Tom. 2. lib. 21. cap. 12. Touca.

Proditum à Theueto in Coſmographia legimus, viſam ſibi in nouo orbe auem, patria barbarorum lingua Toucam dictam, hoc maxime nomine monſtroſum & deformem, quod roſtri ſui longitudine & craſſitie reliqui corporis ſuperet magnitudinẽ: viuit de paſto pipere, vt apud nos turdi, merulæ, & ſturni corimbis hederę, pipere haud minus calidis. Aduexerat ex ea regione huius generis auem prouincialis quidã nobilis, Carolo nono Regi offerendã, ſed in itinere mortuam, viuam offerre nõ potuit. Itaq; illã Polemarchum Retium iuſſit Rex mihi tradere, qui exenterarem & embammatibus condirẽ, in regiis capſulis aſſeruandã, quod potui, præſtiti. Non multo tamen poſt cõputruit. Corpore, plumaq; coruo ſimilis eſt, roſtro vero ſubflauo, perlucido, leuiſſimo, ſerratim dentato, & ea, quã diximus, longitudine & craſſitie. Id apud me habeo velut monſtroſum quidpiam. E

Toucam

A *Toucam auis effigies.*



B

Scribit Theuetus in Zocotera inſula frequentem eſſe feram Hulpalim Cercopitheci Æthiopici magnitudine. Monſtroſum valde animal eſt. Sed nihil monſtroſius, quã quod ſolo aere viuere creditur, pellis quaſi coeco tincta eſſet, tuber, maculis tamen locis aliquot conſperſa & variegata; capite rotundo eſt globi inſtar, pedibus rotundis & latis, nociuis vnguibus vacuis. Id mactant Mauri, eiuſq; carnem C aſſulis verberatam, quo euadat tenerior, comedere ſolent. *Tom. 1. lib. lib. 4.*

Feræ Hulpalim effigies.



D

In Camotæ regno, aliiſq; Indiæ interioris, quæ vltra Gangem eſt, locis, quinque vltra Tropicum cancri gradibus, viſuntur feræ, quas Germani Occidentales Giraffas nominãt. Id animal capite, auriculis, & pedibus biſulcis, non valde noſtrati ceruæ diſſimilis eſt. Ceruice eſt valde gracili, ſed hexapodem procera: crurum vero proceritate pauca ſunt, quæ ipſum ſuperent, animalia. Cauda rotunda eſt, ſed poplites non excedens: pellis vero mirificis modis pulchra, aſperiuſcula tamen, & pilo, quam vacca, pro- E miſſiore; aliquot locis maculata & variegata eſt, maculis colore medio inter album & caſtaneum lucentibus, cuiuſmodi viſuntur Leopardi: quo argumento Græcis quibuſdam Hiſtoriographis Camelcopardalis dicitur, adeo ferum eſt antequam capiatur, vt ſe conſpici, quantum in ſe eſt, non patiatur. Itaq; in deſertis tantum, & reliquis feris ignotis regionis latibulis hoſpitatur & viuit. Viſo homine ſtatim ſe in fugam tradit, tandem tamen capitur, quia in fuga & curſu non eſt admodum pernix: captura ſemel, tam facile & cito cicuratur ac manſueſcit, quam vllum aliud feræ genus. Ipſi ſupra verticem prominent duo cornua recta, pilis circumueſtita & pedalia. Cum ceruices, caputque erigit, militarem lanceam altitudine æquat. Herbas depaſcitur, folia, arborumq; ramalia, imo & pane delectatur. *Theuet. lib. 11. ca. 13.*

Giraffa

 A

Giraffæ effigies.



B

C

In mari rubro ſecundum Arabiam nauigantibus, apparet inſula Arabibus Cademota dicta, in cuius ea regione, quam Plata flumen aluit, viſitur fera Barbaris incolis Pyraſſouppi dicta, mulo magnitudine par, capite haud abſimili, hirta tamen, vrſinis velut pilis veſtita, ſed haud adeo obſcuris, verum ad flauum inclinantibus, biſulcis, vt ceruus pedibus, duo procera capite, ſed minime arborea geſtat cornua, vnicornium cornibus illis famatiſſimis affinia. Indigenæ enim, beſtiæ aut piſcis venenati dente demorſi, aqua epota, in qua ſex vel ſeptem dies eiuſmodi cornua demerſa & infuſa fuerint, ſtatim leuantur & conualeſcunt, vt narrat Theuetus *in Coſmographia.*

Pyraſſouppi feræ effigies.




D

E

In Moluccarum inſularum vna amphibium Crocodoli inſtar viſitur animal, Camphurch dictum, magnitudine ceruum æquat, cornu geſtat in fronte mobile, fere vt criſta Galli Indici, trium pedum & dimidii longitudine, haud vnquam humano brachio craſſius, pilo cinerei coloris ceruix obueſtita ipſi eſt: palmas duas habet anſerinis ſimiles, quibus in aquis dulcibus ſalſiſque ad nandum vtitur. Pedes anteriores ceruinis ſunt affines, piſcibus viuit. Pleriq; ſibi perſuaſerunt, id animal vnicornis ſpeciem eſſe: itaq; eius cornu aduerſum venena eſſe efficacem. Rex inſulæ eius feræ nomine inſigniri gaudet: ſic enim alii reges ferarum, piſcium, aut fructuum tota regione ſua nobiliſſimorum nomen ſibi adoptant, vt narrat Theuetus.

Camphurch

Camphurch feræ Effigies.




B

Mauritania & Æthiopia,eaq; quę trans deſerta,Syrticaſq; ſolitudines eſt Africa Elephātes gignit, ſed Indici longe maiores ſunt.Etſi vero corporis magnitudine quadrupeda omnia ſuperent,reliquis tamen magis & expeditius cicurantur.Multa n.ſupra communem brutorum naturam munia obire docētur.Corio integuntur bubalino ſimili,pilo raro conſperſo, ſed cinereo , capite craſſo,ceruice breui,auribus duos palmos latis,naſo longiſſimo,& fere in terram promiſſo,buccinę inſtar cauo,quo manuum loco vtuntur,os non longe à pectore habent, ſuillo haud abſimile : ex cuius ſuperna parte , duo magni
C dentes ſe foras exerunt,crura craſſa,robuſtaq; non vno oſſe conſtantia , vt pleriſq; olim perſuaſum fuit (quandoquidem ingeniculantur,vt ſeſſorem, vel onus admittant,exurguntq; inde ipſi per ſe) in pedes deſinunt diſci inſtar rotundos,duos,treſve palmos latos,inq; vngues quinq; diuiſos. Caudam habent bubalinę ſimilem,haud admodum hirtam,tres palmos longam:itaq; peſſime à muſcis, veſpiſque vexarentur,niſi natura illam caudę breuitatem alio ſubſidio compenſaſſet: vbi enim acrius ſe pungi ſentiūt, tanta rigiditate cutem contrahunt,vt ipſius rugis implicita conſtrictaq; hęc animalcula ſuffocent & enecent. Currentem hominem ſolo aſſequuntur paſſu. Eſt enim his corporis, & crurum magnitudini proportionatus.Fructibus & foliis arborum viuunt,nec verò vlla eſt tam valida tamq; altis defixa radicib.arbor,quam non proſternant & diffringant.Ad ſexdecim palmorum altitudinem creſcunt, itaq; tā conturbantur,qui elephantem,quam qui mare primum conſcendunt.Adeo effrenes ſunt natura vt habenarum omnino ſint impatientes.Itaq; iter,curſumq; tenere,quem voluerint, ſinendi ſunt. Suę tamē regionis hominibus non grauate obſequuntur,indigenam enim linguam non ſine intelligentia audire videntur.Itaque notis vocibus,verbiſq; facile reguntur, hominem,cui irati ſunt,proboſcide arreptum, & in altum ſublatum magna inde vi in terram proſternunt, pedibusque conculcatum non ante dimittunt,quam animam exhalarit. Non gignere elephantes , antequam vigeſimum ætatis annum attige-
D rint,prodit Ariſtoteles. Adulteria neſciunt,neque enim præter vnam fœminam attingunt , à qua etiam ſedulo abſtinent,cum grauidam eſſe cognouerint:quandiu fœminæ vtero ferant, ſciri nequit : Cauſa, quod non pateat coitus:nam niſi in abdito mares non ineunt.Pariunt fœminæ enitentes poſterioribus cruribus,& cum dolore mulierum inſtar;recens editus fœtus lambunt,hi ſtatim editi cernunt & ambulant,oreq; ſugunt,non promuſcide. Elephantorum dentes monſtroſę ac ſtupendę magnitudinis , Venetiis,Romæ,Neapoli,& Lutetiæ viſuntur:ebur appellant, quod in arculas , lyras , pectines , & ſimilia hominum vſibus apta materia cedit.

Elephantes Indicos Africanis eſſe maiores.
Elephantū crura pluribus oſſibus eſſe dearticulata.
Quo ſe præſidio contra beſtiae tuentur elephantes.
Quis vehuntur elephanto conturbari, & qui naue in mari.
Linguā indigenam intelligentiam habere elephantes.
Li.9.de hiſt. anim.ca.27
Naſcitur quandiu Elephantes ferant in vtero fœtum.

Elephantis effigies.

E




Tom. 2. lib. 23. cap. 2.

Cornua alexiteriam vim habentia.

Proditum apud Theuetum legimus, in noui orbis Florida ingentes eerni Tauros, Butrol Barbarorum lingua dictos, pedalia cornua gerentes, gibbamq; in dorſo cameline ſimilem, pilo promiſſo & fuluo, cauda leonina. Non eſt fere aliud magis ferum animal, nunquam enim cicurarur, niſi matri ereptum. Pellium regminibus Barbari aduerſum hyemis inclementiam, cornibus vero velut alexiteriam vim habentibus aduerſum venena ſe muniunt. A

Tauri Floridæ noui orbis inſulæ effigies.



B

Tom. 1 lib. 2. cap. 10.

Thanacth.

Idem author prodit, vidiſſe ſe, dum Mari rubro veheretur, penes Indos mercatores monſtrum magnitudine & membrorum conformatione Tigridi haud abſimile facie tamen humana, ſed naribus valde reſimis. Quin anteriores palmæ humanis manibus, poſteriores vero Tigridis pedibus ſimiles erant. Cauda carebat, pilo veſtitum fuſco: denique capire, auriculis, ceruice & ore hominem referebat, ſubnigris vero, ſed criſpis capillis Æthiopem cætera Tigris. Thanacth uomiuabant. C

Thanacth monſtri indici effigies.



D

Haiit.

Vix niſi apud eos, qui viderint, quod ſequitur monſtrum, fidem impetrabit. Id fert Africa, vernaculaque lingua Haiit nominat magnitudine Cercopitheco minori par eſt, ventre valde prouoluto & in rerram promiſſo, capite & facie puerum referens. Captum gemit, ſuſpiriaque de imo pectore trahit hominis anxii & dolentis inſtar, colore cineritio eſt, pedumque palmis in tres vngues, quatuor digitos longos leoninis vncis acutiores, diſtinctis. Iu arbores ſcandit, illicque frequentius, quam in terra degit, cauda tres non amplius digitos longa. Mirum eſt & mouſtro ſimile, quod id genus monſtra depaſci & eſitare quidquam nunquam quiſquam conſpexerit. Secum enim mapalibus incluſa diu Barbari periculum eius rei facturi detinuerunt: itaque ventorum afflatu viuere credunt. E

Haiit

A

Haüt feræ hauſto vento victitantis effigies.




B

Ex Leonis Africana hiſtoria, quod ſequitur monſtrum, tranſtuli, valde deforme eſt, & rotundo teſtudinis in modum ambitu, dorſum eius lineæ duæ flauæ mutuo ſe ad angulos rectos diuidentes interſecant, ad quarum ſingula extrema ſinguli oculi, ſingulæque aures affixæ viſuntur, adeo, vt tale animal vndique quatuor oculis videat, totidem auribus audiat. Vnicum tamen os, ventremq; vnicum habet, ciborum receptaculum. Pluribus vero pedibus globoſum eius corpus cinctum eſt, quorum opera
C in omnem partem, qua libitum eſt, incedere valet, abſque vllo corporis circumactu. Cauda oblonga eſt & in extremo ſui valde villoſa. Aſſerunt incolæ eius animalis ſanguinem vulneribus glutinandis quouis balſamo eſſe efficaciorem. *Sanguis balſami inſtar collectum.*

Africani monſtri effigies.


D



Mirum eſt genitum Elephanti hoſtem eſſe Rhinocerota. Itaque cornu, quod vnicum in nare geſtat, ad ſaxa limato præparat ſe pugnæ, in dimicatione alnum maxime petens, quam ſcit eſſe molliorem. *Plin. lib. 8. cap. 29.* Longitudo Elephanti par, crura vero multo breuiora, color buxeus, aliquot tamen locis maculis diſtinctus. Spectandum Rhinocerota primus Romæ Pompeius exhibuit.

E

Rhinocerotis effigies.




B

Plin. lib. 8. ca. 33. Ariſt. lib. 2. de hiſt. animal. cap. 11. Chameleon qui circumſpiciat. Coloris chameleontis natura mirabilis. Ad maculas corneæ albas remedium. Depilatorium.

Chameleontem Africa gignit: quanquam frequentior Indiæ eſt. Figura & magnitudo erat lacertæ: niſi crura eſſent recta, excelſiora latera ventri iunguntur, vt piſcibus, ſpinaque ſimili modo eminet. Eminere roſtrum, vt in paruo haud abſimile ſuillo, cauda prælonga in tenuitatem deſinens, & implicãs ſe viperinis orbibus; vngues adunci: motus tardior, vt teſtudini: corpus aſperum ceu crocodilo: oculos nunquam aperit, nec pupillæ motu, ſed totius oculi verſione circumſpicit. Omnino coloris ei mirabilis natura: mutat namque eum ſubinde, cum præſertim ſe proprio motu in tumorem agit, & oculis & cauda & toto corpore, redditque ſemper, quemcunque proxime attigit, præter rubrum & candidum. Cutis ipſi eſt valde tenuis perlucidumque corpus. Itaque duorum alterutrum, vel in cutis perlucidæ tanta tenuitate rerum vicinarum color tanquam in ſpeculo facile relucet; vel varie varii in ipſo humores cõmoti pro animi affectuum varietate, varios in cute colores adumbrant, tanquam pullus Indicus in palearibus ex gutture & vertice pendentibus: defuncto pallor eſt. Scribit Mathiolus, ipſi viuo dextrum oculum reuulſum maculas albas corneæ tunicæ inſidentes extergere: cum caprino lacte mixtum, & corpori affrictum pilos decutere, fel eius cataractas oculorum digerit. C

Chameleontis effigies.



D

De cæleſtibus monſtris. CAP. XXIII.

IN terra, marique monſtra gigni monſtroſum forte non fuerit: at in cœlo ſummoque aere monſtra eſſe & videri, omnem ſuperat monſtri admirationem. Veterum tamen ſcriptis proditum crebro legimus, cometis barbatis, caudatis, capillatis, facibus, lampadibus ardẽtibus, columnis, bolidibus, clypeis, nubium hoſtiliter concurrentium agminibus, draconibus, duplicatis lunis, ſolibus & ſimilibus monſtris ac prodigiis, cœli faciem fuiſſe deformatam. Sed nihil magis prodigioſum vidit antiquitas, eo cometa, qui in Ruſtrica crine ſanguineo horrens apparuit, 9. die Octobris anno 1528. adeo enim viſu horribilis, adeo formidoloſus erat, vt non pauci metu horrifico interierint, multi in morbos graues inciderint. Ab Oriente ad Meridiem progreſſus horam non amplius vnam & quartam eius partem durauit. In eius ſummo brachium incuruum viſebatur, ingentem enſem manu minitabunda tenens, ad extremum tres apparebant ſtellæ, ſed cui ad perpendiculum imminebat mucro, reliquis clarior & ſplendidior erat, vtrinque ad radiantia huius cometæ latera haſtæ multæ, enſes, pugiones, gladiorumque genera plura ſanguine tincta, quibus humana capita multa capillis horrentibus, hiſpidaque barba triſtia interiecta, viſebantur. E

Cometa crine ſanguineo horrendus.

Decidui e cœlo ferrei longurii.

Viſi quoque ſunt magni craſſique longurii ferrei è cœlo procidiſſe, qui in gladios enſeſq; mox excluſi ſunt. Sugoliç ad Hungariç fines ſaxum è cœlo cũ ingenti fragore lapſum eſt. 7. die Septembris anno Domini 1514. pondo ducentarum quinquaginta librarum: id ciues ingenti catena ferrea traiectum ex medio ciuitatis templo pendere voluerunt, viatoribusque per regionem ſuam diuitibus magni miraculi loco monſtrari. Armorum crepitus & tubæ ſonitus auditos è cœlo Cimbricis bellis, crebroſque prius & poſtea author eſt Plinius. Tertio vero conſulatu Marii ab Amerinis & Tudertibus ſpectata

Li. 2. ca. 57.

arma

A arma e cœleſtia ab Ortu Occaſuque, inter ſe concurrentia, pulſis, quæ ab ortu erant, idem author prodit. Quod idem in Luſalia viſum eſt ad Iubenum pagum duabus poſt mediam noctem horis, anno Domini 1535. ſed & anno Domini 1550. die 19. Iulii in Saxonia non longe à Witemberga apparuit in aere ingens ceruus duabus armatis aciebus cinctus, magnum inter confligendum ſtrepitum cientibus: eodemque momento ſanguine copioſo pluit, ſol in duo fragmenta findi, eorum altero in terram prolapſo viſus eſt. Paulo ante ceptam Chriſtianis Conſtantinopolim apparuit ingens in aere ad pugnam inſtructum & armatum agmen, cum canum & aliarum ferarum multa turba. Anno Domini 458. carne pluiſſe in Italia maioribus, minoribuſq; fruſtis, prodit Iulius Obſequius. Horum pars antequam in terram laberetur, ab auibus exſorbta eſt, quæ in terram decidit, diu non putruit, nec colore, nec odore mutata. Anno Domini 989 imperante Othone tertio, frumento pluit in Italia. Anno Domini 180. lacte & oleo magna vi pluit, fructiferæq; arbores frumentum tulere. Narrat Lycoſthenes, imperante Carolo quinto, dum Magdeburgum obſidebatur, tres ſoles ſub horam ſeptimam matutinam primum, indeque per totum diem viſos, quorum medius lucidiſſimus, reliqui duo ſubrubri & ſanguineo colore eſſent; nocte vero tres lunas appariuſſe. Idem in Bauaria apparuit anno Domini 1554. Quod ſi in cœlo præter communem naturæ ordinem tam prodigioſa, portentoſaq; fiunt, eadem in terra fieri, incredibile ducemus?

Præſagia Conſtãtinopolitanæ euerſionis.

Pluuia monſtroſa.

B Anno Domini 542. tota terra contremuit, mons Ætna flammas, ſcintillanteſque ignes vomuit, quibus vacinorum oppidorum & pagorum multorum ædificia conflagrarunt. Anno Domini 1531. in Portugalia octo dies terra tremuit, & ſingulis diebus ſepties octieſve, adeo vt in vna Lisbona vrbe 1050. ædificia ruerint, & amplius ſexcenta rimis acta crepuerint. Nuper Ferraria terræ motu horrendo tota fere diruta eſt. Super omnia, quæ vnquam audita ſunt, eſt prodigium, quod Plinii æuo Neronis principis ruina factum in agro Marrucino, Vectii Marcelli è primis equeſtris ordinis Olieto vniuerſo publicam viam tranſgreſſo, armiſq; inde contrario in locum Olieti profectis.

Terræmotus

Terra de loco ad locum ingenti motu mutata.

Quid aquarum miracula commemorem? ex quarum abyſſis & gurgitibus ſæpe ignes flammarumque globi ingentes eruperunt. Produnt ex D. Auguſtino, ignem ſacrificii, qui per ſeptuaginta annos Babylonicæ ciuitatis ſub aquis vixerat, extinctum fuiſſe Antiocho vendente Iaſoni ſacrificium. Quid hoc miraculi eſt, ignem in aqua valere ſupra vim ſuam virtutemque inſitam, aquam vero extinguentis naturæ obliuiſci? Profecto vere hoc Philoſophi dicunt, elementa ſibi mutuis complexibus illigari & mirabili coniungi confœderatione, quæ inter ſe contraria intelliguntur, varietate pugnare.

Ignes ex aquarum abyſſis erumpentes.

Ignis ſub aquis viuens.

C

FINIS LIBRI VIGESIMIQVARTI.

D

E

 A

DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS, VNAQVE DE EORVM COMPOSITIONE ET VSV. B

LIBER VIGESIMVS QVINTVS.

PRAEFATIO.

Ecclеſ 35.

Medicamentum Deorum manus.

INTER *cauſas, quas ſalubres dicimus, aliaq; quæ hominis ſanitatem & morborum depulſionem ſpectant, facile principatum obtinent medicamenta: quæ, vt eſt à Solomone proditum, Deus de terra produxit, viro ſapienti minime abhorrenda. Nihil enim in rerum natura exiſtit, quod citius & tanquam miraculo ingentes morborum cruciatus ſedet. Itaque ea, vt decet, exhibita, Deorum manus Herophilus nuncupabat. Inde adeo factum eſt, vt qui medicamentorum notitiæ claruerunt Medici, diuinitatis opinionem apud Veteres retulerint. Dici e-* C *nim vix poteſt, quantas vires obtineant in arte medendi. Horum ob id cognitio non modo ad præcautionem, ſed etiam ad morborum depulſionem per quam neceſſaria eſt.*

Quid Medicamentum, quidque ab alimento differat.

CAP. I.

Medicamentum quid. Cur alimentum & medicamentum poteſtate talia dicuntur.

MEdicamentum definitur id, *cui mutandi corporis ſecundum vnam aut plures qualitates vis ineſt, neq; ipſum viciſſim in naturam noſtram mutatur:* contra quam alimentum, quod in corporis noſtri ſubſtantiam conuerti poteſt. Poteſtatis vero nomine, hæc definiuntur, quod naturam non habeant abſolutam, ſed in relatione quaſi poſitam, atque ex corporum, à quibus ſumuntur, conditione pendentem. Nam quod vni medicamentum eſt, id alteri exiſtit alimentum; & quod huic alimentum eſt, hoc idem alteri eſt medicamentum. Sic enim, exempli cauſa, Elleborus eſt coturnici alimentum, hominibus vero medicamentum. Cicuta ſturnis eſt alimentum, anſeri venenum. Ferula aſino pabulum eſt, reliquis iumentis toxicum. Atque hæc diuerſitas accepta ferenda eſt naturæ animalium diuerſitati. Idem enim in hominibus longo vſu contingere poſſe hiſtoriis proditum eſt.

Virgo venenis nutrita.

Narrant virginem Alexandro Regi oblatam, quæ napello & aliis venenis nutrita, ea ſibi diuturno vſu & eſu familiaria fecerat, ſic, vt quem ſpirabat D halitus circumſtantibus hominibus venenatus & lethifer eſſet. Itaq; haud mirum videri debet, ſi quando contingat, medicamenta in corporis naturam & alimoniam faceſſere. Paſſim enim altilia & ſues, ſerpentibus & buffonibus veſci innoxie intuemur, denique.

ſerpenti Ciconia pullos
Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta,
Illi eadem ſumptis quærunt animalia pennis.

De Medicamentorum penes materiam & ſubſtantiam differentiis.

CAP. II.

Terra opum & medicamentorum parens.

Homo verò mundanarum rex.

QVemadmodum terræ viſceribus, & maris atque aquarum voraginibus opum mundanarum, vt auri, argenti, & omnium metallorum, gemmarum & lapidum pretioſorum admirādis virtutibus à natura inſtructorum abdita latet ſuperbia: ſic eiuſdem terræ ſuperficies infinita prope arborum, herbarum, & arbuſcularum varietate veſtita cernitur: in qua contemplari & mirari licet innumerabiles radicum, foliorum, florum, fructuum, lachrymarum, odorum, ſaporum dotes, & colorum, multo vero E magis virtutum varietates. Eadem terra parens ſuo tanquam vbere inenarrabiles animantium ſpecies ortu, nutricatu, & viribus diſtinctas educat. In quo Dei omnium architecti & opificis in homines immenſa bonitas clariſſime innoteſcit: qui tam amplam & opulentam naturæ ſupellectilem, tanquam patrimonium, noſtro imperio ſubiecit, vt hac ad delitias nutricandi & medendi neceſſitatem vti liceret. Iure igitur à veteribus Medicis proditum eſt, medicamenta omnia ab animantibus, plantis, terra, aqua, & aere abunde ſubminiſtrari.

A Ab animantibus quidem totis & integris, vel ipſarum particulis, & excrementis medicamenta petuntur. Totis quidem: nam & ſæpe vulpem integram & catulum, erinaceum, ranam, limacem, lumbricos, cancros, & alia animantium genera in vſum medicum aſſumimus. Particulis vero; quia iecur lupi aut hœdi, pulmo vulpis, os de corde cerui, cranium humanum, adeps, ſanguis, caro, medulla, teſtes caſtoris, vnde caſtoreum, & ſimiles aliæ particulæ in materiam medicam cedunt. Ab excrementis vero peti medicamenta intelligimus, cum cornua, vngues, pilos, pennas, cutem, vel, vrinam, ſtercus, ſaliuam, mel, oua, ceram, lac, lanam, ſudorem & ſimilia ad medendum transferimus. Quo etiam genere vniones, moſchum, zibethum, œſypum, & alia huius generis comprehendimos. *Quæ ab animantibus ſumant medicamenta.*

A plantis tum integris, tum ipſarum partibus, ſeu arbores illæ ſint, ſeu arbuſculæ, ſeu herbæ medicamenta ſumimus. Sæpe enim cichorio toto, biſmalua, malua, plantagine & ſimilibus: alias vero plantarum ſolis radicibus, medulla, ligno, cortice, ſurculis, caulæ, folus, floribus, ſeminibus, fructu, ſuccis, lachrymis, gummi, & muſco vtimur. *A plantis.*

B E terra quæ eruuntur in materiam medicam, vel terræ quædam ſpecies exiſtunt, vel lapides aut metalla. Terræ quidem ſpecies ſunt, bolus armenus, terra ſigillata, cimolia, creta, argilla & ſimilia. Lapides ſunt pumex, pyrites ſeu marchaſita auri, argenti, aut æris, marmor, magnes, gypſum, calx viua, lapis ſpecularis, & quæ ſunt huius generis. Metalla & metallica ſunt aurum, argentum, ſtannum, plumbum, æs, ferrum, chalybs, antimonium ſeu ſtibium, ceruſa, ſulphur, cinabaris, lithargyros auri, argenti, tuthia vulgaris, pompholix vera, ærugo, alumen, atramentum ſutorium vtrumque, ſalis geoera, auripigmentum ſeu arſenicon vtrumque, & ſimilia. *A terra.*

Ex aqua dulci quę ſequuntur medicamina, depromūtur. Aqua pluuia, fontana, fluuiatilis, omniaque inde orta, vt lenticula aquatica, acorus vulgaris, nymphea, ſiſymbrium, aquatiliaque omnia animalia. Ex aqua ſalſa, ſal, alcyonium, omnia corolla, omnes teſtæ piſcium, vt oſſa ſæpiæ, ſpongiæ, marinaq; omnia animalia. Ab aqua mixta ex dulci & ſalſa androſaces herba, quæ frequens in ſtagnis ad Fontignanum & Setinum Narbonenſis Galliæ promontorium exurgit: aſphaltum, quod in mari mortuo reperitur. *Ab aqua.*

Ab aere manant manna, mel aerium ob id dicta, omneque aliud roris genus, quod in vſum medicum venire poteſt, propter virtutes quas tum à ſole, à quo ſurſum excitatur, tum ab aere, in quo ali-
C quandiu moratur, tum à plantis, in quibus hæret, mutuatur. *Ab aere.*

De Medicamentorum ſimplicium penes qualitates & effectus ſuos differentiis.

Cap. III.

Deſignatæ medicamentorum ſimplicium ſpecies omnes, vna vel pluribus quatuor facultatum inſtructæ ſunt, de quibus mox mihi futurus ſermo eſt.

Prima facultas reliquis omnibus communis, & earum quoddam quaſi fundamentum ex quatuor primis primorum corporum, ſeu elementorum qualitatibus, calore, inquam, frigiditate, humiditate, & ſiccitate manat. Atq; ea vel ſimplex eſt, vel compoſita, prout vna aut duæ primarum eiuſmodi qualitatum in medicamenti temperie excellunt, quemadmodum ſubiectis tabellis deſcribitur.

- *Simplex igitur eſt*
  - *Calefaciendi.*
  - *Refrigerandi.*
  - *Humectandi.*
  - *Siccandi.*

D

- *Compoſita ex duarum qualitatum excellentium complexu eſt.*
  - *Calefaciendi & ſiccandi.*
  - *Calefaciendi & humectandi.*
  - *Refrigerandi & ſiccandi.*
  - *Refrigerandi & humectandi.*

- *Calor quidem*
  - *Moderatus*
    - *Calefacit.*
    - *Attenuat.*
    - *Rarefacit.*
    - *Meatus reſerat.*
    - *Digerit.*
    - *Suppurat.*
  - *Immoderatus*
    - *Inflammat & adurit.*
    - *Mordicat, vnde ſequuntur.*
      - *Rapida attractio.*
      - *Rubificatio.*
      - *Conſumptio.*
      - *Colliquatio.*
      - *Eſchara.*
      - *Mortificatio.*

E

- *Frigiditas vero*
  - *Moderata.*
    - *Refrigerat.*
    - *Condenſat.*
    - *Obſtruit.*
  - *Immoderata.*
    - *Congelat.*
    - *Stupefacit.*
    - *Tabefacit, ſeu, vt loquuntur, extinctione mortificat.*

Humiditas.
- *Moderata* — *Humectat. Lubricat. Læuigat & mitificat. Glutinat.* A
- *Immoderata* — *Obſtruit. In tumorem flatuoſum attollit, ſi præſertim vaporoſa ſit humiditas.*

Siccitas.
- *Moderata.* — *Deſiccat. Rarefacit. Attenuat.*
- *Immoderata.* — *Conſtringit. Contrahit. Fiſſuras inducit & furfuracea.* B

4. ſimp & 1. de alim.

Eiuſmodi qualitatum effectus diſtinguitur & iis ordinibus, vt notat Galenus, digeruntur, quos gradus nominamus, vt certa proportione & menſura morbis debellandis opponi poſſint, vt eſt ab eodem Galeno proditum. Nam morbo, verbi gratia, calido in ſecundo gradu, non alia, quam frigida in pari gradu remedia opponenda ſunt. Quare medicamenta ſimplicia omnia ſunt,

Calida, Frigida, Humida, Sicca } in { *principio, medio, ſummo* } { *Primi, Secundi, Tertii, Quarti* } *gradus*

Caliditas, Frigiditas, Humiditas, Siccitas { *Primi, Secundi, Tertii, Quarti gradus.* } { *Obſcura eſt, Manifeſta, Vehemens, Immoderatiſſima* } C

Graduum caloris exempla.

Caliditatis igitur ſuis gradibus diſtinctæ, exemplum poteſt eſſe eiuſmodi; aqua tepida temperata eſt, quæ paulo calidior eſt, in primo gradu caliditatis conſiſtit: ſi calorem manifeſtum præ ſe fert, in ſecundo eſt gradu caliditatis: at ſi vehementius calefaciat, tertium attingere gradum putanda eſt: at ſi vrit, ad quartum iam aſcendiſſe caloris gradum ſciendum eſt. Par eſt frigiditatis, humiditatis & ſiccitatis ſuis gradibus diſtinguendæ ratio. Itaque nunc operæpretium facturi ſumus, ſi medicamentorum ordinibus & gradu diſtinctorum exempla quædam protulerimus, ex quibus de reliquis coniecturam facere liceat.

Medicamenta ſimplicia calida in gradu & ordine.

Primo	Secundo
Abſynthium.	*Ammoniacum.*
Althea.	*Apium.*
Amygdala dulcia.	*Arthemiſia.* D
Beta.	*Chamæpytis.*
Braſſica.	*Anethum.*
Chamæmelum.	*Crocus.*
Ladanum.	*Fœnugræcum.*
Semen lini.	*Ficus.*
Saccharum.	*Maſtiche.*
Eruum ſiue Orobus.	*Thus.*
Vinum nouum. Vetus enim, prout plurium eſt aut pauciorum annorum, in ſecundo aut tertio gradu calidum cenſetur.	*Saluia.*
	Myrrha.
	Marrubium.
	Mel.
	Meliſſa.
	Nux moſchata.
	Pix vtraque tum arida corporibus particuliſque ſolidioribus aptior, tum liquida delicatioribus. E
	Scylla.
	Sal.
	Sarcocolla.
	Opopanax.
	Bryonia.
	Ammi.

Tertio.

A Tertio.

Abrotonum.
Agnus.
Aniſum.
Aſarum.
Ariſtolochia.
Chamædrys.
Sabina.
Calamintha.
Chelidonium maius.
Cinamomum.
Hyſſopus.
Iris.
B *Iuniperus.*
Origanum.
Ruta ſatiua.
Sagapenum.

Quarto.

Allium.
Anacardi.
Cepa.
Chelidonium minus, Galeno: etſi noſtras ob cœli & ſoli humentis mollitiem, nõ tantam prę ſe fert acrimoniam.
Euphorbium.
Naſturtium.
Pyrethrum.
Ruta ſylueſtris, hæc enim, vt ſylueſtria & inculta omnia, ſatiua vegetior & acrior eſt.
Synapi.
Tithymalli.

Medicamenta ſimplicia frigida in gradu & ordine.

Primo.

Attriplex.
Cydonia mala.
Hordeum.
Malua.
Pyra.
Pruna.
Roſa.
Viola.

C

Secundo.

Acacia.
Cucurbita.
Cucumis.
Malagranata acida; dulcia enim temperata ſunt potius.
Plantago.
Polygonum.
Solanum hortenſe, nam id, quod ſomniferum dicitur, vi refrigerandi, ad papauer accedit.

Tertio.

Hyoſcyamus.
Mandragora.
Portulaca.
Sempervivum.
Solanum ſomniferum.

Quarto.

Cicuta.
Opium.
Papaueris genera omnia, excepto corniculato. Huic enim incidendi & abſtergendi vim attribuit Gal. certe nitroſum & ſalſum guſtu percipitur, quo fit, vt calida & ſicca ſit natura.

Medicamenta ſimplitia humida ordine & gradu.

D Primo.

Buglossum.
Malua.
Rapum.
Spinacea.
Viola.

Secundo.

Ammoniacum.
Cucurbita.
Cucumis.
Lactuca.
Melones.
Portulaca.

Medicamenta ſimplicia ſicca ordine & gradu.

Primo.

Braſsica.
Chamemelum.
Crocus.
E *Faba.*
Fænugræcum.
Hordeum integrum.
Sarcocolla.
Thus.

Secundo.

Anethum.
Arthemiſia.
Balauſtia.
Lens.
Maſtiche.
Mel.
Myrrha.
Nux moſchata.
Orobus.
Plantago.
Pix arida.
Sal.

A

Tertio.	Quarto.
Abrotonum vſtum.	*Allium.*
Abſynthium.	*Euphorbium.*
Acetum.	*Naſturtium.*
Aloe.	*Piper.*
Cuminum.	*Sinapi.*
Galla.	
Milium.	
Myrtas.	
Sabina.	
Sanguis draconis.	

Primarum qualitatum effecta per accidens.

Omnes eiuſmodi qualitates ea, quæ diximus, efficiunt per ſe, & natura ſua: quanquam longe alia per accidens, & præter propriam naturam in corporibus noſtris moliuntur, quorum ratione cauſæ accidentales nuncupantur. Id ſequentibus exemplis fiet manifeſtum. B

Calor externus internum corpus per accidens refrigerat, quia meatus, poroſque aperit, atque internum calorem vna cum ſpiritibus & humore per ſudores euocat. Ex quo ſequitur, vt deteriores ſint concoctiones, & imminuatur appetentia. Idem calor ambiens ex euentu etiam humectat, dum humores frigore concretos fundit, & liquefacit: ſic enim & Venus humectare creditur.

Pareſt frigoris ratio, id enim non propria & natiua, ſed aduentitia vi calefacit. Cuius rei periculum facere licet hyemali tempeſtate, qua frigus ambiens dum corporis ſpiracula occludit, caloris natiui expiratum & diſſipationem impedit. Ita fit, vt conduplicetur intus & felicior obeatur concoctio, meliorque ſuccedat appetentia. Idem frigus per accidens etiam deſiccat, dum humorem, qui in partem aliquam paratus erat influere, repellit, & dum eius, qui in parte collectus eſt, concretionem facit: ſic enim repellentium vſu immoderatiore tumor œdematoſus à pituita craſſa & viſcida in ſcirrhum degenerat.

Siccitas & humiditas paſſiuæ qualitates.

Siccitas & humiditas quia qualitates ſunt magis paſſiuæ, vires ſuas non tam manifeſtis operibus produnt, quam calor & frigus, ſed harum comparatione materiæ potius rationem ſubeunt.

C

De ſecundis medicamentorum facultatibus. Cap. IV.

Medicamentorvm ſecundas facultates dicimus, quæ à primis iam commemoratis pendent, vt,

A calore	*Aperire* *Attenuare* *Attrahere* *Detergere* *Læuigare* *Rarefacere*	*A frigiditate.*	*Condenſare.* *Conſtipare.* *Exaſperare:* *Incraſſare.* *Occludere.* *Repellere.*
Ab humiditate	*Laxare* *Mollire*	*A ſiccitate.*	*Indurare* *Tendere*

Hinc medicamentum attrahens dicimus, cui attrahendi vis ineſt, contra repercutiens, cui repellendi. Detergens, quod viſcoſa extergit. Emplaſticum, quod non modo corporis meatus occludit, ſed & liquidiora intus concluſa corpora ad ſubſtantiæ quandam æquabilitatem reuocat. Sic & remollientibus, laxantibus ac reliquis nomina ex eo, quod agere poſſunt, ſunt impoſita, de quibus dicemus. D

De tertiis medicamentorum facultatibus. Cap. V.

Tertiam facultatem medic. eſſe a proprietate.

Medicamentorum facultas tertia magna ex parte pendet à prima & ſecunda facultatibus, alias ſimul iunctis, alias ſeorſim ſumptis. Nonnunquam etiam neutram eiuſmodi facultatum ſequitur, ſed proprietatem quandam & qualitatem inexplicabilem, quæ ſola experientia cognoſcitur. Eiuſmodi igitur tertiæ facultatis opera ſunt glutinare, carne implere, cicatrice obducere, dolorem ſedare, mouere vel ſiſtere vrinas, lac, ſemen, menſes, ſudores, vomitus & quæ his ſunt ſimilia, in corpore aut circa corpus agere.

Sic enim carnis opus duarum facultatum concurſu prodit, ſiccandi nempe & detergendi. Siccitas vero & adſtrictio agglutinandi & cicatrice obducendi facultatem pariunt. Calefaciendi vero & attenuandi facultas eius authores ſunt, quæ ſudores, vrinas, menſes & ſimilia in corpore ciet & promouet: contrariæ vero facultates eadem illa tardant & ſiſtunt. E

Dolorem ſedare à prima tantum facultate eſt, nempe à caliditate, ſeu calefaciendi vi moderata: ſomnum inducere à frigiditate ſimplici, vel frigiditate, quæ adiunctam habeat humiditatem. Vomitum vero prouocare, neque à prima, neque à ſecunda facultate eſt, ſed à proprietate quadam occulta & eſſentiali, quæ agarico & aliis nauſeam parientibus, vomitumque cientibus medicamentis à natura eſt inſita.

De quarta

A

De quarta medicamentorum facultate. CAP. VI.

Quartam medicamentorum facultatem pendere tantum ab occulta proprietate.

QVarta medicamentorum facultas non eſt eiuſdem cum his, quæ commemoratæ ſunt, conditionis: non enim ab his, aut ab vlla qualitate manifeſta, elementariue pendet, ſed ab occulta totius ſubſtãtiæ proprietate, cuius beneficio in hanc potius, quam in illam partem, in hunc potius, quam in illũ humorem agit. Hanc itaque facultatem non eſt datum Medicis ratione vlla veſtigare, ſed tantum experientia cognoſcere, quemadmodum paulo ante de medicamento, quod vomitum citat, diximus. Hinc eſt, quod his medicamentis nomina ſunt indita ab his partibus, quibus præcipue ſuam dicatunt operam. Ergo cephalica dicuntur, quæ capiti ſeruiunt, vt betonica, maiorana, ſaluia, roſmarinus, ſtœchas. Pneumonica, quæ pulmoni, vt glycyrrhiza, amygdalę dulces, iris, enula campana. Cardiaca, quæ cordi, vt crocus, cinamomum, malum Medicum ac præcipue cortex eius, bugloſſum, corallus, ebur. Stomachica, quæ ventriculum & eius orificium reſpiciunt, vt nux moſchata, mentha, aniſum, maſtiche, piper, zinziber. Hepatica, quæ hepar, vt abſynthium, eupatorium, ſpica nardi, cichorium, ſantala. Splenica, vt thymus, epithymus, flos geniſtæ, ceterach, cappares, cortex radicum capparis, cortex tamariſci. Renalia, quæ renes ſpectant, cuiuſmodi ſunt radix apii, aſparagi, fœniculi ruſci; ſemina quatuor frigida maiora,

Cephalica. Pneumonica. Cardiaca. Stomachica. Hepatica. Splenica. Renalia. Arthritica.

B

terebinthina, plantago, ſaxifraga. Arthritica, quæ articulos iuuant, cuiuſmodi ſunt arthriticca, chamæpytis, enula, calamentum, hermodactyli & ſimilia.

Huius etiam ordinis cenſeri poſſunt purgantia medicamenta, quod proprietate ſpecifica instructa, non modo in hunc potius, quam in illum humorem vires ſuas exerant, ſed etiam eum, qui huic, quã alteri parti infixus hæret, trahant. Sic enim agaricus phlegma ex capite & articulis allicit maxime; rheũ bilem, quæ in hepate & renibus vitium facit. Sed ab eiuſmodi rerum contemplatione nobis hic abſtinendum eſt, quia chirurgici non ſit muneris. Cæterum huius generis medicamentorum quædam ſimplici & vnica facultate ſunt inſtructa, alia pluribus & contrariis: Cuius rei abunde guſtus fidem facit. Nam rheum primo linguæ quaſi linctu acre & calidum percipitur, at mox penitiori dentium, linguæ & palati contactu adſtrictionis terrenæ particeps intelligitur. Ergo quia ſapores de medicamentorum facultatibus iudicium faciunt, propterea & de illis hic breuiter dicere expedit.

Rheum barbar. pluribus facultatibus praditum.

De ſaporibus. CAP. VII.

Lib. 1. ſimp.

C

SApor, quemadmodum ex Ariſtotelis & Theophraſti ſententia refert Galenus, eſt *humidi in ſicco quædam concoctio, caloris beneficio facta*, quam lingua bene temperata, ſaliua, vt decet, imbuta, neruoq; perfuſa cognoſcimus. Saporum differentiæ nouem exiſtunt, nam tres ſapores cenſentur calidi, nempe acris, amarus & ſalſus: tres frigidi, acidus, auſterus & acerbus. Tres temperati, dulcis, oleoſus ſeu pinguis, & inſipidus. Tot vero cenſentur pro concoctionis variis gradibus: maior enim in ſaporibus calidis, & quædam veluti aſſatio elucet; minor in frigidis; mediocris, & quædam quaſi elixatio in temperatis. Itaque natura hunc ordinem tenet in corporum ſapidorum concoctione, vt primo acerbus ſapor eluceat, inde auſterus, tum acidus. Ab his tanquam coctionis rudimentis mox emergit inſipidus, inde oleoſus, tum dulcis, vere coctus & temperatus.

Saporum differentia. Sapor quid eius differentia.

Coctione mox mediocritatis limites excedente fit ſalſus ſapor, inde amarus, denique caloris fere ignei ſummo exceſſu acris. Quanquam hæc ita accepta velim, non quod omnia, quę ſapida natura ſunt, acerbitatis, auſteritatis & aciditatis gradib. ad dulcedinem perueniant, quaſi immutabili neceſſitate contingat, vt omnia, quæ dulcia ſunt, ea ante acerba, auſtera & acida fuerint. Multa enim inueniuntur, in plantis præſertim earumque fructibus, quæ cum ad perfectionem ſpeciemque ſuam peruenerint, acida ſunt, amara aut ſalſa, quinimo incocta & imperfecta cum & quandiu quadam veluti dulcedine ſunt

Non omnia ſapida ſaporum diſtinctos gradus percurrere.

D

perfuſa, deinde ampliori digeſtione, ſeu perfectione & coctione perueniant ad amarum, auſterum, acidumve ſaporem. Sic enim amaritudo in abſynthio, & aloe, acrimonia in pipere aut pyrethro, naturæ perfectio eſt, & plena maturitas, perfectaque concoctio, non caloris in ea ſpecie exceſſus: acerbitas vero & auſteritas naturæ perfectio eſt, non rudimentum in ſorbis & cotoniis: aciditas in omphacio. Verum in longe pluribus ita fit, vt dulcis pinguiſque ſapor concoctione fiant & perfectione conſiſtant: vt in vuis, ficubus, pyris, pomis, & reliquo, quo veſcimur, fere omni fructuum genere cernere eſt. Itaque de ſingulis nunc gradatim dicamus, initio à frigidis ſaporibus ducto.

Acerbus ſapor frigidus eſt, & terreſtris, craſſæque plane ſubſtantiæ, ac minus auſtero, longe vero minus acido humidus. Refrigerat & ſiccat inſigniter, condenſat, adſtringit, repellit, præſertim à ſuperficie atque exaſperat. Exiſtit, percipiturque is ſapor in malicorio, galla, rhoe, & cupreſſi nucibus.

Acerbitatis.

Auſterus acerbo temperie & effectis eſt finitimus, ſed paulo humidior: acerbus enim in ſubſtantia terreſtri & frigida abſolute conſiſtit. Hic igitur concoctionis gradu auctus acceſſionem habet, vel caloris ſolius, vel ſolius humoris: vel caloris ſimul, & humoris: humoris, inquam, qui aereus ſit, vel aqueus. Si qui igitur fructus acerbi ante maturitatem exiſtant, indeque caloris acceſſionem habeant, tũ

Auſteri.

E

ipſi dulceſcunt, vt in caſtaneis cernere licet: ſi ſolius humoris eiuſque craſſioris fiat acceſſio, ex acerbis fiunt auſteri: eſt enim vterque ſapor in pari gradu frigiditatis, at auſterus humidior eſt. Sed ſi frigiditate eadem manente in fructibus, tenuis quædam humiditas adueniat, acidus excitatur ſapor. Si vero ſimul caloris & aqueæ humiditatis acceſſionem habeant, ſaporem dulcem conſequentur: vel oleoſum, ſi qui cum calore acceſſit humor, aereus ſit.

Huius rei admonuiſſe operæpretium fuit, vt innoteſceret, quibus viis ſapida corpora ex acerbis per intermedios tanquam auſteritatis, aciditatis & oleoſi ſaporis gradus mitificata dulceſcerent, pro vt variam caloris & humoris, ſeorſim aut coniunctim acceſſionem obtinant.

Cæterum

A Cæterum ex his omnibus, quæ dicta ſunt, licet intelligere, acerba, auſteraq; omnia frigida & ſicca eſſe: atque qua frigida ſunt, fluxiones repellere; qua ſicca & terreſtria, denſare, incraſſare, viasq; conſtipare & adſtringere: imo & cicatrice obducere: at longe potentius acerba id præſtare, vt quæ abſolute terrena & frigida ſiccaque ſint, nec humoris, nec aquæ participia: auſtera vero in media quaſi materia conſiſtere, id eſt, in terreno corpore diluriore, vt in ſorbis, vua immatura, cornis, meſpilis, pomis, pyriſque ſylueſtribus, & omni immarurorum fructuum genere cernitur, ex quo & crudus ſapor nũcupatur.

Sapor crudus.

Acidi ratio.

Acidus ſapor frigidæ eſt & aqueæ naturæ, ſed tenuiſſimæ, cuius beneficio ad penetrandum & incidendum nihilo fere infirmior eſt acri ſapore. Incidit igitur, attenuat, mordicat, deterget, obſtructa liberat, repellit & ſiccat. Frigoris enim alte ſubeuntis beneficio fluxiones omnes repellit, ſiccandi vero vi, quæ in aquea etiam ipſius conſiſtentia valida eſt, hæmorrhagias, hæmorrhoidas, dyſenteriaſque omnes ſiſtit & cohibet. Eius vis in aceto maxime deprehenditur, tum in ſucco mali citrei, in oxalide, ceraſis, oxyacantha & ſimilibus. Atque hæc frigidorum ſaporum eſt natura, nunc de temperatis tempus eſt dicere.

Inſipidi.

Inſipidus improprie ſapor dicitur, vt qui ſaporum potius priuatio ſit; frigidæ eſt vtcunque, & valde aquoſæ craſſiorisque naturæ, inſpiſſat, conſtipat, ſtupefacit. Id ſaporis gen° in aqua excellit maxime, B inde in cucurbita, citrullo, & aliis quamplurimis ſimilibus.

Oleoſi.

Oleoſus ſapor calidus eſt, humidus & aereus: itaque humectat, laxat, mollit, lubricat. Huius generis ſunt oleum, butyrum, adeps nec vetuſtate rancidus, nec natura acrior, cuiuſmodi eſt leonum & vulpium.

Dulcis.

Dulcis ſapor à moderato fit & bene concoquente calore, in materia tenuiore & calidiore, quam inſipidus conſiſtens, ſed in paulo craſſiore, quam oleoſus, à quo primis qualitatibus non differt: itaque calidæ eſt & aereæ ac temperatæ naturæ. Ideo omne dulce deterget, læuigat, coquit, maturat, laxat & anodynum eſt. Huius ſaporis exempla, in ſaccharo, melle, manna, amygdalis dulcibus, lacte & aliis habemus. His expoſitis, ad calidos ſapores veniendum.

Salſi.

Salſus ſapor calidus eſt & adſtringens, minus terreſtris, quam amarus, vt qui quaſi in mediocri materia conſiſtat. Fit enim à terreno ſicco, quod in aqueo humido caloris vi præaſſatum, attenuatumq; eſt. Itaque quod ſalſum eſt, poros contrahit, incidit, deterget, digerit vel abſorbet potius ſua ſiccitate humores, ſine manifeſto caloris ſenſu: quo fit, vt à putredine vindicet. Hoc genere continentur ſalis ſpecies omnes, ſalpetræ, ſal nitrum, ſal ammoniacum, ſal gemmæ, ſal vulgare, aqua marina & his ſimilia.

Amari.

Sapor amarus, calidus eſt, terreſtris & ſiccans: craſſa enim eſt eius materia atque terrena, quã exuperans calor præaſſauit & exſiccauit. Itaque humores corporis ſuperfluos amara ſumpta, vlcerum vero C ſaniem admota purgant & detergent, meatus, oraque venarum diuellunt, ſæpe etiam abradendo: quo fit, vt menſes & hæmorrhoidas cieant. Hoc ſapore inſignis eſt aloe, fel, abſynthium, gentiana, centauriũ minus, colocynthis, fumus terræ, fuligo & alia eiuſmodi.

Acris.

Acris ſapor calidus eſt, tenuis & igneæ naturæ: ſuſcitatur enim ex calida, tenui, ſiccaque materia, nec in alia conſiſtere poteſt. Os itaque, quod acre eſt, acrimonia ferit & compungit: calefacit, ſæpeque etiam exurit, penetrat, meatus aperit, craſſos humores extenuat, attrahit, & foras euocat, vrinas, menſes, & ſudores pellit. At & ſcepticum eſt, veſicatorium, eſcharoticum, vrens denique & causticum. Sceptica quidem ſeu putrefactiua ſunt & colliquaria ſublimatũ, chamelea, thapſiæ ſuccus. Veſicas excitant lepidium, cantharis, ranunculus, ſynapi, pyrethrum, euphorbium. Cauſtica vero & eſcharotica calx, cinis quernus & ſimilia.

Guſtum eſſe iudicem reliquos ſenſus iudices natura medicamentorum.

Cæterum medicamenta non ſolo guſtu, ſed & aliis ſenſibus cognoſcimus, vt tactu, viſu, auditu, olfactu. Vt enim guſtu iudice, ſic his *tanquam* iudicibus medicamentorum bonitatem exploramus, & legitimum ac verum ab adulterino diſtinguimus. Tactus quidem, quæ calida ſint & frigida, humida & D ſicca, aſpera & lenia, dura & mollia, tenera ſeu friabilia, & glutinoſa ac viſcida, arida aut lubrica iudicat. Ex calore, ſplendore aut obſcuritate, quorum oculus eſt iudex, medicamentorum bonitatem probamus. Nam ſennæ folliculos nigro in viride inclinante laudamus, ſub albo vero colore improbamus: vt & caſſiam amplectimur, quæ foris, intusque nigra ſit, collucens ac ſplendens, non autem ſitulenta. Quanquam ex colore de qualitatibus primis fallax eſt, aut nullum iudicium: non enim quæ alba aut niuea ſunt, ſtatim frigida exiſtunt. Ex his enim pleraque calida, vt calx: nec quæ rubra, ſtatim calida, roſæ enim refrigerant. Odoratu etiam medicamenta æſtimantur, nam quæ odore ſuo & natiuo fragrant, fere calida ſunt & viribus integris. Contra inodora frigida magna parte & euanida. Auditu vacua à plenis diſtinguimus: ſic enim caſſiam eligimus, quæ concuſſa clauſis intus granis non ſtrepat. Huc vſq; medicamentorum facultates primas, ſecundas, tertias & quartas in genere expoſuimus, ac quibus indiciis cognoſci poſſent, diximus: nunc paulo ſpecialior nobis facultatum ſecundarum & tertiarum tractatio inſtituenda eſt, quod harum ratione in vſum chirurgicum medicamenta potiſſimum veniant: ſi tamen prius, quibus modis & artibus præparentur, breuiter indicauerimus. E

A

De medicamentorum præparatione. Cap. VIII.

B

C

Medicamenta præparare nihil eſt aliud, quam ipſa per artem vſui, vel compoſitioni commodiora reddere, quo ipſa vel

- *Mitiora fiunt*
- *Valentiora*
- *Gratiora*
- *Salubriora*
- *Magis miſcibilia.*

Quæ omnia fiunt.

- *Tritura, cum ſcilicet comminuuntur medicamenta, idoneo percuſſu vel friatu piſtillo in mortario.*
  - *Aeneo.*
  - *Ferreo.*
  - *Plumbeo.*
  - *Vitreo.*
  - *Ligneo.*
  - *Marmoreo & aliis eiuſmodi*
  - *Expendendo.*
    - *Rem, quæ teritur.*
    - *Vehementiam, qua teri debet.*
    - *Tempus ſeu ſpatium.*
    - *Situm, quod vna additur.*
    - *Conſiſtentiã, quæ rei tritæ ineſſe debet.*
- *Cribratione, qua purum & minutius à ſordido & craſſiori ſecernimus, quod fit incerniculis atq; cribris*
  - *Tiliaceis.*
  - *Pergamenaceis.*
  - *Setaceis.*
  - *Sericis.*
  - *In quo notandum, quod cribrationis eadem eſt, atq; trituræ ratio: ob id quæ tenuiter pulueriſanda, tenuiore ſeu denſiore cribro ſunt cernenda, quæ craſſius, rariore.*
- *Diſſolutione ſeu dilutione, ac mollitione.*
  - *Quæ nihil eſt aliud, quam medicamenti, vel ſimplicis, vel compoſiti, conſiſtentiæ craſſioris aut durioris reſolutio in conſiſtentiam vel mediocrem, vel paulo craſſiorem, vel liquidiorem, vel molliorem, quod fit,*
    - *Vel ſolo calore; quam & calore molleſcunt cornua, lachrymæ.*
    - *Vel liquore, vt aqua, aceto, vino, ſucco limonum.*
- *Deſiccatione, ſeu induratione, quæ*
  - *Nihil eſt aliud, quam humiditatis ſuperfluæ & nociuæ conſumptio, & fit*
    - *Vel à ſole.*
    - *Vel ab igne.*
- *Infuſione, quæ nihil aliud eſt, quam medicamenti parum triti aut conciſi temperatio & maceratio in humore aliquo noſtro ſcopo apto; lacte nempe, aceto, aqua, oleo & ſimilibus, tamdiu, quamdiu oportet pro medicamenti natura. Ad infuſionem.*
  - *Nutritio reuocatur, quæ nihil aliud eſt, quã medicamenti quædam veluti accreſſio, dum humore aliquo imbuitur, maceratur, confricatur aut tribulatur, præſertim calefacto.*

D

- *Vſtione, id eſt, humiditatis conſumptione, quæ ipſis ineſt. Idq; vel vt puluerari faciliùs poſſint, alioqui glutinoſiora; vel vt eſſentiæ craſſitiem deponant, & tenuitatem induant, vel qualitatem aliquam igneam; vel vt acrimoniam minuant, Galen. cap. 9. libri quarti ſimplicium: Vel vt colorem nouum acquirant, atque omnia vruntur, vel*
  - *Per ſe, humore nempe præpingui prædita, vt pili, lana ſuccida, cornua.*
  - *Vel cum materia aliqua inflammabili, vt ſulphure, alumine, ſale, hordeo.*
- *Coctione, ſeu elixatione, quæ nempe fit à calore humido, vt vſtio à ſicco, idq; vel vt eorũ, quæ coquũtur, medicamentorũ vires imbecilles augeamus, incoctis ſimul his, quæ ſunt validiora; vel vt validiores minuamus; vel vt alienas in totũ abigamus; vel vt ex omnibus facultate diuerſis aut contrariis ſimul coquendis facultas vna coaleſcat, vel ob cuſtodiæ diuturnitatem; vel deſtinatam quandam formam & conſiſtentiã, quæ omnia fiunt, vel*
  - *Igne.*
  - *Sole.*

E

- *Lauatione ſeu purgatione, quæ medicamẽti ſordes eluat. Quæ lauantur, vel ſunt*
  - *Dura, vt metalla, lapides, partes animalium, ſucci deſiccati, & alia.*
  - *Mollia, vt reſina, gummi, axungia, olea.*
  - *Teri ſubtiliſſime ante debẽt, vt in omnẽ eorũ ſubſtantiã aqua penetrare poſſit, liquari ante debẽt, & in vas aqua pleuũ conici atq; agitari, tandemq; reſidere, dum, quod pingue eſt, ſupernatet, idq; toties, dũ aqua nullã ſuarũ qualitatũ retineat in colore, odore, ſapore.*

Qualia De

De medicamentis repellentibus, ſeu repercutientibus. Cap. IX. A

Adſtringentia repellentium nomine intelligi. Repellentiū differentia.

REpellentia ſeu repercutientia medicamenta frigida ſunt, & craſſarum ac terrenarum partium: quo etiam nomine adſtringentia, quia humorum in partem illapſum prohibent, intelliguntur. Repellentia talia ſunt, vel natura ſua & per ſe, vel ex euentu, ex ſeſe alioqui minime talia. Quæ per ſe eiuſmodi exiſtunt, duorum ſunt generum: nam alia aquea ſunt & humida, ſine vlla adſtringendi vi, quæ tota fere à terreſtri eſſentia eſt. Itaque quod repellunt, id omne frigiditati, qua pollent, acceptum referunt. Huius generis ſunt lactuca, portulaca, ſonchus, lenticula paluſtris, vmbilicus veneris, cucumis, melones, cucurbita, aizoon, poma mandragoræ, ſolanum, hyoſcyamus, & ſimilia, quæ ſummopere refrigerant, ac ni antequam pars liueſcat, ſubmoueantur, eius calorem natiuum extinguunt. Alia ſunt terreſtria, & hoc ipſo adſtringentia: cæterum alias calida, alias frigida. Quæ frigida ſunt temperie, & conſiſtentia terreſtri, ea proprie & vere repellentia ſunt: & ex his alia ſimplicia ſunt, alia compoſita.

Quæ repellentia ſimul & proprie adſtringentia ſint.

Simplicia ſunt plantago, folia vitium, capita roſarum, quercus, rubus, cupreſſus, oxyacantha, thus, cauda equina, fructus ſorborum, cotnorum, meſpillorum, cydoniorum, myrtillorum, nuces cupreſſi, nuces aliæ virides, gallæ, glandes, ſumach, omnes fructus immaturi, omphacium, acetum, vinum auſterum, ſuccus B granatorum acidorum, acacia, ſuccus berberis, ſuccus cydoniorum, hypociſtis, malicotiū, cortex quercus: cytini, balauſtia, farina hordei, fabarum, panici, auenæ, milii, orobi, admixta ſuccis ad modum pultis, bolus armenus, ſanguis draconis, ceruſa, lithargyros, terra ſigillata, cimolia, creta, argilla, magnes, plumbum, coralla, marchaſitæ omnes, antimonium, ſpodium, pompholix vera, omnis terræ ſpecies, & huius generis alia.

Compoſita vero ſunt oleum roſaceum, omphacinum, myrtillorum, papaueris, cydoniorum, nenupharis, vnguentum roſatum, album Rhaſis camphoratum, emplaſtrum diachalciteos diſſolutum in aceto & oleo roſato, deſiccatiuum rubeum, populeon, emplaſtrum nigrum ſeu tetrapharmacum deſcriptione Gal. emplaſtrum contra rupturam, de cerusa, pro matrice.

Cur repellentib. ſæpe admiſceantur quæ tenuiū ſunt partiū.

Eiuſmodi repellentia omnia frigida plus virium obtinent, ſi ſubſtantiæ tenuitatem, ſeu ex ſe, ſeu adiuncta admixtione habeant: hoc enim conſilio ſæpe craſſarum partium repellentibus acetum, camphoram & ſimilia tenuis ſubſtantiæ admiſcemus, vt tanquam vehicula ſint repellend[...]ribus intro deferendis. Repellentia craſſarum partium & calida ſunt abſynthium, centaurium, gen[...]ana, eupatorium, ſabina, coriandrum, mentha, lauri folia, cardamomum, calamus aromaticus, aloe, ſpica, crocus, nux moſchata, cinamomum, ſuccinum, ſal, alu- C men, vitriolum, ſulphur, oleum abſynthinum, maſtichinum, nardinum, coſtinum, ceratum Gal. ſtomachicum, ſantalinum, emplaſtrum diachalciteos. At quæ per accidens repellunt, ſunt vincula, diplomata, lintea, omniſque generis ſplenia, canales, cauteria, phlebotomiæ, cucurbitulæ, frictiones dolorificæ in partib. oppoſitis, & alia eiuſmodi, quæ proprie reuellere dicuntur.

Repellentia per accidens. Repellentiū vſus.

Repellentium vſus eſt, humorem, qui aliunde in partem influit, retro compellere, ſicque inflammationis ardorem ſedare, quem ille humorum influxus inuehit: imo ſæpe dolorem, febrem, abſceſſum, vlcus cacoethes, gangrænam & ſphacelum. Eiuſmodi repellentia morbo ſic ſemper opponenda ſunt, vt partis, cui admouentur, habeatur, ratio in temperie, complexione & natura particulari: non enim omnes ex æquo parem vim repellentium ferre poſſunt, vt neruoſæ & aliæ ſpermaticæ ac frigidæ.

Repellentia quæ & quib. partibus apponenda.

Quin nonnullæ exiſtunt, quibus repellentia nullo modo admouenda ſunt, vt inguina, alæ, & quæ pone aures ac cerebrum ſunt glandulæ, ne in viſcus nobile fiat recurſus. Par eſt & corporum ratio: non enim tam valida repellentia & parem frigoris exceſſum tolerabunt muliebria, puerilia, eunuchorum corpora, quam virilia & calore multo vegeta, quin ne omnis quidem morbus repellentia flagitat: nam ſi quando cachochymia, ſi plethora adſunt, repellentium vſus niſi præmiſſa purgatione vniuerſali, tutus eſſe non poteſt: vt nec ſi humor, qui in motu eſt, venenatus fuerit, craſſus, acris aut criticus, vel ingentem doloris cruciatum in parte excitet: tum D enim contra attrahentibus potius locus eſſe debet. Iam vero ſi morbus magnus ſit, nihil imbecillis repellentibus aduerſus illum profeceris, vt lactuca contra ingentem inflammationem, & inique egeris, ſi exiguam fluxionem validis repellentibus adortus fueris: huic enim cutis conſtringitur, meatuſque occluduntur, ex quo inflammatio augetur vel in ſcirrhum deducitur. Quare Chirurgo videndum, vt pro morbi magnitudine repellentium vires temperet.

De medicamentis attrahentibus. Cap. X.

Quale medicamentum attrahens dicatur.

ATtrahens medicamentum repellenti contrarium, helcticum Græcis dictum, calidæ eſt & tenuis ſubſtantiæ, quæ foras in corporis ſuperficiem euocat, quod in centro & imo deliteſcit: quanquam aliquando id agat proprietate occulta: alias etiam per accidens ab acrimonia.

Quæ qualitate manifeſta attrahunt, ſimplicia ſunt aut compoſita.

Attrahentia ſimplicia.

Simplicia quidem, vt bryonia, allium, cæpa, porrum, ariſtolochia, hermodactyli, cyclamen, liliū, ſigyllum beatæ Mariæ, arum, aſarum, aſphodelus, gentiana, pyrethrum, ruta, ſabina, calamentum, omnes tithymalorum ſpecies, viſcum, abrotanum, anagallis, vrtica, ranunculus, ſtruthium & ſimilia. E Ammoniacum, bdellium, galbanum, ſagapenum, euphorbium, aſphaltum, cinis è fæce vini vel aceti, calx viua, ſulphur, ſal ammoniacus, omnes ſalis ſpecies, auripigmentum. Oleum vetus, adeps leonis, vrſi, canis, anſeris, viperæ, ranarum, axungia porci vetuſtate acris, aut attritu rotarum. Compoſita vero, vt oleum de ſpica, philoſophorum, de terebinthina, de croco, de ſcorpionibus, rutaceum, vulpinum, laurinum, anethinum, de vitriolo, vnguentum Agrippæ, Aregon ſeu auxiliare, martiatum, enulatum, theriaca, mithridatium. Emplaſtrum de meliloto, diachylon magnum & paruum, oxycroceum, diuinum &c.

Quæ

Proprietate attrahentia

A Quæ occulta naturæ proprietate attrahunt, ſunt magnes, argentum viuum, pæonia, ſuccinum, omnia alexipharmaca, omnia theriacalia, id eſt, quæ morſui ferarum medentur, omnia denique purgãtia medicamenta.

Attrahẽtia per accidens.

Quæ per accidens attrahunt, id aliunde, quam ex natura ſua conſequuntur, vt ex putredine & corruptione, quemadmodum ſtercus columbinum, caprinum, vaccinum, humanum, ſtercorum deni- que genera omnia: item fermentum, caſeus vetus & ſimilia.

Attrahunt etiam, ſed modo à ſuperioribus plane diuerſo, cucurbitulæ, ſanguiſugæ, ſyrinx, frictio aſperior & durior, ſuctus, dolor, arcta vincula, cauteria.

Attrahentia medicamenta neque vrere, neque digerere debent, itaque validiora; acrioraque, oleo roſato & aliis lenibus admixtis ſunt temperanda: debilia vero addito oleo laurino, calce viua & ſimilibus roboranda.

Attrahentium vſus.

Attrahentium vſus eſt, vt venena in cutem euocent, criticos abſceſſus accelerent, tabidas ac velut ſyderatas partes vitæ reſtituant, perfrigeratas ſpiritu refoueant, vitioſam malignorum vlcerum ſaniem, quæ neruis & cuniculoſis vulneribus latet, exhauriant: ſquãmas oſſium detrahant, paxillos, clauos,

B ſpinas, ſagittas reuellant & quod impactum in inflammationibus induratis hæret, eliciant.

De medicamentis resoluentibus. CAP. XI.

Reſoluentia medicamẽta quæ dicantur. Differentia.

MEdicamentum reſoluens id dicitur, *quod calore & ſubſtantiæ ſuæ tenuitate poros aperit, humores attenuat, diſſipat, & inutiles materias in halitum diſcutit.* Eiuſmodi medicamenti duæ ſunt ſpecies: quoddam enim aræoticum ſeu rarefaciens dicitur: aliud diaphoreticum ſeu digerens nuncupatur. Aræoticum calore mediocri ac minime ſicco, & ſubſtantiæ tenuitate præditum cutem aperit, & relaxat, concluſisq; ſub ea materiebus exitum patefacit, ex quo & dolorem lenire more anodynorum poteſt, quia à calore temperato non valde recedit. Diaphoreticum vero vegetiori calore inſtructum, quicquid impactum in parte hæret, in tenues auras inſenſibiliter diſſipat. Itaque acrius ſæpe calidiusque in eam rem deligendum eſt, quam id, quod attrahendi muneri eſt deſtinatum, pro humoris frigidi craſſique digerendi contumacia, viarum longinquitate & anfractibus.

Aræotica, quæ reſoluentia debilia dicere poſſumus, ſimplicia ſunt vel compoſita.

Aræotica ſimplicia.

C Simplicia ſunt biſmalua tota, parietaria, adianthum, mercurialis, ebulus, valeriana, roſmarinus, ſaluia, thymus, chamemelum, melilotum, anethus, farina hordei, tritici, ſeminis lini, fœnugræci, nigella, furfur, adeps gallinæ, anſeris, anatis, cuniculi, vituli: Metallica fere omnia, niſi acria ſint.

Compoſita.

Compoſita ſunt oleum chamemelinum, anethinum, liliaceum, catellorum, lumbricorum, keirinum, de vitellis ouorum, de tritico, amygdalarum dulcium. Vnguentum de althea, emplaſtrum diachylum ireatum.

Diaphoretica ſimplicia.

Diaphoretica vero ſeu digerentia ſimiliter ſimplicia ſunt aut compoſita. Simplicia ſunt Ariſtolochia, enula campana, iris, cæpa, ſcylla, ſigillum Salomonis, ſigillum beatæ Mariæ, bryonia, panis porcinus, dracunculus, aſphodelus, origanum, mentha, pulegium, ſabina, ſerpillum, calamenthum, hyſſopus, vrtica, arthemiſia, lauendula, chamepytis, aniſum, fœniculum, cuminum, piper, nux moſchata, coriandrum, baccæ lauri & iuniperi, farina fabarum, lupinorum, orobi, milii, frumenti, furfur, mica panis. Acetum tepidum, oxycratum, vinum vetus aut aromaticum, mel, aqua vitæ, muria, adeps tauri, equi, leonis, canis, hirci, medulla cerui, cruris bouis & arietis, ammoniacum, galbanum, opponax, ſagapenum, myrrha, bdellium, thus, terebinthina, pix nigra, ladanum, ſtyrax, calamita, benioinum, ſterc' caprinum, columbinum, caninum, bubulum, & aliæ ſtercorum ſpecies.

Compoſita.

D Compoſita diaphoretica ſunt oleum amygdalarum amararum, iuniperinum, laurinum, de ſcorpionibus, irinum, coſtinum, nardinum, de terebinthina, de croco, canabinum, raphaninum, è cucumere agreſti, vulpinum, rutaceum, philoſophorum de lateribus, de euphorbio, de tartaro, de petroleo, de kerua ſiue ricininum. Vnguentum Agrippæ, Aregon, martiatum, enulatum: Emplaſtrum de vigo, ſine additione, & cum additione, oxycroceum, diachalciteos diſſolutum in oleo digerente ad formã cerati.

Aræoticorũ vſus.

Aræotica vtiliter adhibentur tumorum ſuperficialium incrementis & ſtatu, in parte molli & materia calida ac humida, aut flatuoſa.

Diaphoreticorum vſus.

Diaphoretica vero tumorum incrementis apponi non debent, niſi addito aliquo adſtringente, ne validius digerendo attrahant, & fluxionem augeant. At in tumorum declinatione ſola per ſe admoueri debent, in partibus præſertim, quibus denſa & dura cutis eſt, quando frigidus & craſſus ſubeſt humor, & in imo corpore delitescens, quo vix medicamentorum virtus peruenire poteſt. Habenda tamen ratio partium, quibus reſoluentia ſunt admouenda. Iecori enim, lieni, ventriculo, & eiuſmodi viſceribus nequaquam diaphoretica aut relaxantia admoueris, ni adiuncto adſtringente aliquo, cuiuſmodi eſt aromaticorum magna pars. Parti, cui ſenſus hebetior eſt, validiora diaphoretica ſunt admouenda: at ex-

E quiſitiori ſenſu præditis, vt oculo & neruis, debiliora. Cum materia craſſa eſt & frigida incidentia & attenuantia, indeque emollientia, præmittenda ſunt, hincque ſenſim veniendum ad diaphoretica: alias id modo materiæ inutilis, quod tenuius eſt, reſoluetur, quod craſſius eſt, concreſcet & indurabitur. Sed & cum perenni fluxione pars tentatur, adeo vt gangrenæ & ſphaceli periculum immineat, miſſa facere oportet reſoluentia, & illorum loco crebro ſcarificatu cutis diuidenda, vt ab Hollerio doctiſſime eſt annotatum, *libro* quem *de materia chirurgica* magno rei chirurgices commodo, poſteritati reliquit.

De Suppurantibus. CAP. XII. A

Quid ſuppurans medicamentum.

MEdicamentum ſuppurans id definitur, *quod conſiſtentia ſua emplaſtica poros occludens, & tranſpiratum intercipiens, caloris natiui ſubſtantiam auget, adeoque materias è vaſis effuſas in pus & ſaniem vertit.* Naturæ eſt calidæ & humidæ, & natiuo partis, cui applicatur, calori ſymmetron. Conſiſteotiæ verò emplaſticæ, vt ſic calorem natiuum, ne exhalet, cohibeat, quo nomine ab emollientibus & malacticis, de quibus mox dicturi ſumus, differt.

Suppurantium duo ſunt genera: alia enim per ſe id agunt, & vi ſua; alia per accidens.

Quæ vi ſua pus mouent, ſimplicia ſunt vel compoſita.

Suppurantium differentia. Simplicia.

Simplicia ſunt radix liliorum, cæpa, allium, malnæ omnes, bugloſſum, maluarum omnium folia & ſemina, acanthus, ſenecio, violæ, parietaria, crocus, caules, ficus, & paſſulæ muodatæ, earumque decoctum, farina tritici, farina volatilis, farina hordei excorticati, lolii, ſeminis lini, & fœnugræci. Galbanũ, ammoniacum, ſtyrax pinguis, ladanum, viſcum aucupatorum, thus, pix, cera, reſina, colla, adeps ſuillus, vitulinus, vaccinus, caprinus, butyrum, vitellus oui, œſipus humida, ſtercus ſuillum, columbinum caprinum, pneti.

Compoſita.

Compoſita ſunt oleum liliorum, lumbricorum, de croco. Vnguentum baſilicum. Emplaſtrum B diachylon commune, magnum, de mucilaginibus.

Quæ per accidens ſuppurent.

Per accidens ſuppurant, quæ ſolius emplaſticæ conſiſtentiæ beneficio id agunt. Sic enim ſæpe adſtringentia, quia terrenarum ſunt & craſſarum partium, pus mouere cernuntur. Tale eſt vnguentum de bolo outritum, & alia huius generis.

Oxalis cur tantopere commendetur ad ſuppurandum.

Talia etiam ſunt, quæ ſuo frigore calorem intro cohibent & poros occludunt. Hinc oxalidis vires ad puris generationem commendantur. Dum enim calorem intus continet, eius vires ad materiæ ſuppurabilis craſſitiem, & reliquas qualitates rebelles euincendas, auget. Vtimur ſuppurantibus in magnis inflammationibus, quas naſcentes repellentibus cohibere, aut creſcentes reſoluentibus digerere non potuimus.

De mollientibus. CAP. XIII.

Gal. c. 7. lib. 5. ſimpl.
Quid ſuppurãs & molliens interſit.
Cur pleraq; ſimplicia medicamẽta in diuerſis medicamentorum claſſibus cenſeantur.

MOlliens medicamentum definitur, *quod calore ſui validiore, quam qui ſuppurantium propius eſt, citra ſiccandi aut humectandi vim manifeſtam, indurata corpora remollit.* Itaque hoc differt à ſuppurante, quod id in primo aut ſecundo gradu calidum eſſe poteſt, pro corporis & partis, cui admonetur, varia tempe- C rie, quantitate caloris potius, quam qualitate agere natum: contra molliens validiore calore inſtructum caloris qualitate magis pugnat: de cætero in ſiccitate & humiditate temperatum. Quanquam, vt omnia fere multiplici natura coierunt, in mollientibus cenſentur plurima, quæ primo ordioe calefaciant, ſecundo ſiccent & tertio: nempe vt, quod congelatum eſt, fundant, & ſenſim per habitum digerant, paulum eius humiditatis, quæ parti affectæ ineſt, abſumendo, non autem caloris aut ſiccitatis violentia penitus exhauriendo, hinc enim maior ſequitur duritas,

Mollientium differentia. Simplicia.

Mollientia ſimplicia ſunt aut compoſita, valida, vel debilia. Debilia ſunt radix liliorum alborum, cucumetis agreſtis, althea. Folia maluæ, biſmaluæ, liliorum, ſummitates anethi, viola, acanthos, ſemina maluæ, biſmaluæ, lini, fœnugræci, caricæ pingues, paſſulæ mundatæ, pedum, capitum, & inteſtinorum veruecinorum decoctum, adeps ex iunioribus caſtratis, domeſticis & fœminis animalibus, adeps ſuillus, vitulinus, Hœdinus, Caprinus, Bubulus, Vulpinus, Gallinaceus, Anſerinus, Anatinus, Olorinus, efficaces: ex anguillis & piſcibus fluuitalibus, debiles: ad omnia mediocris humanus, butyrum, lana ſuc-

Compoſita.

cida, cera pinguis, vitellus oui, medulla ex oſſibus ceruina, ouilla, caprina. Compoſita ſunt oleum ſimplex, in quo coxerint herbæ mollientes, liliaceum, chamæmelinum, amygdalinum dulce. Validiora e- D mollientia ſunt acetum, adeps taurinus, vrſinus, ceruinus, leoninus, pardalinus, aprinus, equi, ſebum. Pinea, picea, abietina, terebinthina, ammoniacum, bdellium, ſtyrax, galbanum, ladanum, propolis, opoponax: vnguentum de althea. Emplaſtrum diachylon commune & magnum, de mucilaginibus, ceto-

Vſus remollientium.


neum, oxycroceum, Ioannis de vigo. Remollientibus medicamentis vtimur in tumoribus ſchyrrhoſis, qui in muſculorum cauda aut ventre, glandulis, viſceribus, vlcerum labris concreſcere ſolent ex materia craſſa, frigida & viſcida: pituitoſa nempe aut melancholica, quanquam qui ex melancholico humore concreſcunt tumores omnino cancroſi euadunt, itaque mollientibus exaſperari ſolent. Qui contra ex pituita fiunt, mollientium vſu conſiſtentiæ æqualitatem nanciſcuntur.

Quæ & quanta in vſu emollientium ſint obſeruanda.

Cæterum in vſu mollientium tria ſunt obſeruanda. Primum eſt, vt expendamus, quantum pars ægra à propria & oaturali ſymmetria receſſerit, quantumque vitium increuerit, vt ſic paria ipſi remedia opponamus. Secundum, vt partium naturas diſtinguamus. Tertium, vt artificioſe colligamus, qua ratione emolliẽdum ſit, nempe nunquid immiſcendum ſit, quod detergeat, incidat, diſcutiat. Schyrrhoſi enim exiſtunt plerique tumores deſperati, id eſt, qui nullo molliente ſeu malactico medicamento domari poſſunt: qui ſcilicet ſic occaluerunt, vt iam non ſentiat, & inde glabreſcat locus. Hic notandum E venit, partem non nunquam intemperiei frigidæ tanto exceſſu teneri, vt calor eius natiuus plane langueat, ita, vt medicamentorum vires in actum proferre nequeat. Calor ille emortuus vt ſuſcitetur, parti æſtuarium ferreum admouebitur, in quo longurius ab igne candens concludetur, ſic enim diu æſtuarii calor conſeruabitur.

A

AEſtuarii Typus.



B

A. *Monſtrat æſtuarii capſam.*
q. *Longurium ferreum.*
C. *AEſtuarii operculum.*

De medicamentis detergentibus. CAP. XIV.

C DEtergens medicamentum definitur, *quod ſiccitate & tenuitate vlcus deterget, & duplici excrementi genere expurgat*; quorum vnum craſſius eſt, Sordes vulgo dictum, quod è fundo vlceris efficaci medicamenti qualitate prolicitur: alterum tenuius & aquoſius eſt, Græcis Ichoris nomine donatum, Latinis vero ſaniei, quod medicamenti ſiccitate abſumitur. Itaq; recte monet Hippocrates, vlcus omne detergendum ſeu ſiccandum eſſe. *Quid detergent.*

Detergentium alia ſimplicia ſunt, alia compoſita: alia fortia, alia debilia. Simplicia quidem vel amara ſunt, vel dulcia, vel acida. Amara ſunt Gentiana, Ariſtolochia, iris, enula, ſcilla, ſerpentaria, centaurium minus, abſynthium, marrubium, perforata, abrotonon, apium, chelidonium, ruta, hyſſopus, ſcabioſa, arthemiſia, eupatorium, aloe, fumus terræ, hedera terreſtris, lixiuium ex horum cineribus factum, lupini, orobus, amygdala amara, faba, terebinthina, myrrha, maſtiche, ſagapenum, galbanum, ammoniacum, fella animalium, ſtercus caprinum, vrina bene cocta, ſquamma æris, æs vſtum, ærugo, ſcoria æris, antimonium, calx, chalcitis, miſy, ſory, alumen. Dulcia ſunt viola, roſa, melilotum, ficus pingues, dactyli, vuæ paſſæ, glycyrrhiza, aqua hordei, aqua mulſa, vinum dulce, mel, ſaccharum, ſerum lactis, manna, thus. Acida ſunt omnes acetoſæ ſpecies, capreoli vitium, acetum, & cætera acida. Compoſita ſunt ſyrupus de abſynthio, de fumaria, de marrubio, de eupatorio, de arthemiſia, acetoſus, lixiuium. Oleum de vitellis ouorum, de terebinthina, de tartaro, vnguentum mundificatiuum, de apio,
D apoſtolorum, puluis mercurialis. *Duplex vlcerum excrementum. Differentia detergentiũ ſimplicia. Compoſita.*

Vtimur detergentibus, vt deterſis vlcerum recrementis, naturæ opportunitas ſit ad carnem regenerandam, & ipſorum implendam cauitatem. Sed in vſu ipſorum habenda in primis ratio totius corporis. Id enim ſanum eſt, plethoricum aut cacochymum. Habenda & ratio partis, quæ humidior aut ſiccior eſt, ſenſu exquiſitiore aut hebetiore prædita. Sed & vlceribus ſæpe caſus aliquis præter naturam interuenit, vt callus, calidi humoris aut alioqui maligni influxus, & ſimilia his ſymptomata. Denique conſiderandum, ſintne vlcus recens, an inueteratum. Hinc enim petita indicatione varia remedia inſtituuntur in quantitate & qualitate: adeo vt pro dulci ſæpe amarum ſubſtituere cogamur remedium. Nec vero ſicciori & dolenti vlceri alia, quam liquida detergentia conueniunt: nec humidiori alia, quam quę conſiſtentia ſicca ſunt, vt puluiſculi. *Vſus detergentium.*

De Sarcoticis. CAP. XV.

SArcoticum medicamentum definitur, *quod ſua ſiccitate natura auxilio eſt ad carnem regenerandam in vlcere cauo, & ab excrementis diligenter deterſo.* Id vero proprie fit ex ſanguine mediocri in qualitate & copia. Itaque ſi ad veritatem loquendum eſt, *nullum extat medicamentum, quod proprie & vere ſarcoticon dici debeat.*
E Nam quæ hoc nomine vulgo circumferuntur, talia ſunt tantum per accidens: quod ſcilicet ſine morſu & eroſione deſiccant & detergent vlceris excrementa, naturæ in carne reſtituenda opus retardantia. Vt enim ſtata naturæ lege ab eo, quod ad partis nutritionem affluit, alimento, reliquum fit, aut aliunde illabitur, excrementum quoddam tenuius, Græcis Ichor & Latinis Sanies dictum, ſic ex partis corruptela alterum craſſius concreſcit, Græcis Rypos, Latinis Sordes dictum. Illud efficit vlcus humidius, hoc ſordidius. Hinc fit, vt omne vulnus, quod deperditæ ſubſtantiæ reſtaurationem poſtulat, duplici *Sarcoticum quod. Nullum proprie medicamentum eſſe ſarcoticum. Duorum in vlcerib. excrementorũ conditio*

Eee 2 medi-

Conſeruandam ſemper eſſe partis temperiem. Caro quibus reparetur.

medicamenti genere curati velit, vno quidem, quod humiditatem ipſius ſuperfluam exſiccet & abſu- A mat, altero, quod ſordes eluat: quin & quo eſt profundius vulnus, eo eiuſmodi medicaméta liquidiora efflagitat, vt ſic facilius in omnem eius partem ſubire poſſint. Varia vero pro varia partis temperie inſtituentur. Si enim pars affecta humida natura ſit, ea deligentur, quæ minus ſicca erunt: Si contra ſicca, quæ magis ſiccabunt. Sed & pro multiplici affectuum vlcus obſidentium complicatione, multi quoq; generis medicamenta ipſis ſarcoticis adiungenda erunt. *Sola igitur natura in carnis regeneratione opificis, & cauſæ efficientis rationem obtinet: ſanguis vero laudabilis, cauſa materialis: medicamentum vero cauſæ adiuuantis ſeu potius ſine qua non*: vt quod detergendo & moderate deſiccando ſine vehementiore calore omnia incarnationis impedimenta tollat, & ſanguinem ad carnis formam recipiendam diſponat. Id medicamenti

Lib. 5. ſimpl.

genus Galeni ſententia, ſiccum in primo tantum ordine eſſe debet, ne auctiore ſiccitate ſanguinem, futuræque carnis materiam abſorbeat, quod tamen de ſarcoticis, quæ corpori molli & temperato admouenda veniunt, eſt audiendum. Nam ſi vlcus humidius ſit, aut corpus durius, ad tertiũ vſque gradus deſiccantia procedere licet. Hincq; eſt, quod deſiccantia eiuſmodi medicamenta primo detergentia, mox etiam ſarcotica nominantur.

Sarcoticorũ medicamẽtorum differentia. Simplicia. Compoſita.

Sarcoticon medicamẽtum, vel ſimplex eſt, vel compoſitum, debilius aut validius. Simplicia ſunt B ariſtolochia vtraque, iris, acorus, dracunculus, aſarum, ſymphyti omnia genera, betonica, ſanicula, millefolium, lingua canis, verbena, ſcabioſa, pimpinella, hypericum, ſcordium, plantago, tibia & maior & minor, eorumque ſucci. Terebinthina lota & non lota, reſina pini, gummi arabicum, ſarcocolla, maſtiche, colophonia, manna thuris, aloe, cortex eiuſdem, olibanum, myrrha, mel, vinum, ſanguis draconis, lithargyros auri, ſpodium, pompholix, tuthia, plumbum vſtum lotum, ſcoria ferri. Compoſita ſunt oleum hypericonis, oleum ouorum, maſtichinum & cætera olea, quæ balſami nomine appellantur: vnguentum aureum; emplaſtrum de betonica, vulgo de ianua, emplaſtrum gratia Dei, emplaſtrum nigrum.

Vſus ſarcoticorum.

Sarcoticis non ante vtimur, quam vlcus deterſum fuerit, à dolore, fluxione, inflammatione ſeu phlegmone, callo & intemperie immune. In his vſurpandis ſpectanda temperies corporis & partis affectæ. Sæpe enim pars, minus alioqui natura ſicca, validius deſiccans medicamentum & fortius ſarcoticum requirit, quam alia ſiccior: idque propter aliquid aliud, quod in conſiderationem venire debet. Nam exempli gratia, balanus magis exſiccari vult, quam præputium, quamuis temperie minus ſicca ſit: C quia ſcilicet via vrinæ eſt. Ergo ad partium affectarum conditionem eſt attendendum, indeque ſumpta indicatione vegetius aut imbecillius ſarcoticum deligendum. Nam & quod minus, & quod nimis ſarcoticon eſt, vlcus ſordidum facit. Illud quidem quia non ſatis deſiccat; hoc vero, quia acrimonia ſua fluxionem prorita. In huius igitur rei examine diligens cautio eſt adhibenda.

Quomodo minus ueminusq; deſiccantia ſordidum vlcus reddunt.

De Epuloticis. Cap. XVI.

Epuloticum quid.

EPuloticum medicamentum, quod cute partem obducit, definitur id, *quod ſiccitate ſua & adſtrictione morſus experte deſiccat, adſtringit & condenſat carnem in calloſam quandam ſubſtantiam cutis æmulam*, quam vulgo cicatricem dicimus, quanquam id ipſum, vt & carne implere, naturæ opus eſt. Itaque epuloticum ideo medicamentum dicitur, quia naturam iuuat in corio ſubſtituendo & gignendo, veræ cutis æmulo, dum humiditates abſumit, proximamque carnem condenſat, incraſſat & adſtringit; quare validius, quam ſarcoticon ſiccare debet.

Differentia epuloticorũ. Epuloticorũ materia.

Epulotici medicamenti tres ſtatuuntur ſpecies. Prima eſt veri epulotici, quod deſiccat tantum & adſtringit. Altera eſt acris & mordacis, quod quia ſupercreſcentem carnem exedit, epuloticon dicitur, atque id parce, durioribuſque tantum corporibus adhibendum eſt. Tertia eius eſt, quod deſiccat quidem, ſed non adſtringit. Horum omnium materia eſt eiuſmodi. Ariſtolochia vtraque gentiana, iris, centaurium maius, pentaphyllon, ſymphytum, maius, chamædrys, betonica, cauda equina, eupatorium, D verbenaca, plantaginis & ſymphyti folia, gallæ, baccæ myrti, glandes & earum calices, balauſtia, cupreſſi nuces, malicorium, cortex quercus, cortex tamaricis, cortex ligni aloes, acacia, colophonia, ſarcocolla, ſanguis draconis, ladanum, lithargyros auri, argenti, ceruſa, plumbum vſtum, alumen vſtum, tuthia, ſquamma æris & ferri, & eorum ſcoria, ærugo, flos æris, æs vſtum & lotum, ſulphur viuum, chryſocolla, coralli, bolus armenus, terra ſigillata, cineres buccinarum, oſtreorum, filicis, oſſa vſta & ſiccata, caries lignorum: vngentum diapompholygos, vnguentum album Rhaſis, deſiccatiuum rubrum: emplaſtrum de ceruſa, de betonica, diachalciteos, emplaſtrum nigrum.

Vſus epuloticorum.

Vtimur epuloticis, cum vlcus iam fere plenum eſt, & circumpoſitæ cuti ferme æquale. In horum vſu habenda etiam corporis ratio eſt penes mollitiem & duritatem. Nam quæ delicatis & mollibus corporibus ſunt cathæretica, ea duris ſunt epulotica: proſpiciendum etiam, num corpus plethoricum ſit, aut cacochymum, talia enim cicatricem remorantur. Animaduerſione vero digniſſimum eſt, num vlcus, quod cicatrice obducendum eſt, foueatur partis alicuius, vt hepatis, lienis, pulmonum, aut ſuperpoſitæ varicis præſenti vitio. Non enim ante cicatrice obduci poterit, quam eiuſmodi cicatricis impe- E dimenta ſublata fuerint. Deniq; calloſi vlceris margines niſi exciſi aut emolliti fuerint, cicatricem fieri prohibent. Tollenda igitur eiuſmodi omnia ſunt & tum demum tale epuloticum admouendum, quod neq; nimia ſiccitate cicatricem cauam, neq; parciore altiorem relinquat.

Quæ impediant cicatrice vlcus obduci.

De Glutinantibus. Cap. XVII.

Quid collecticum. Collecticorũ differentia.

COllecticum ſeu glutinans medicamentum *media natura eſt inter ſarcoticon & epuloticon*: illo enim validius, hoc vero infirmius: deſiccat nempe ad ſecundum vſq; deſiccantium ordinem. Id ſiccandi & adſtringendi vi, omnis deterſionis experte, partes diſtantes coniungit, ſeu potius in eam rem naturæ principi agenti auxiliares manus ſubminiſtrat. Glutinantia ſeu valida illa ſint, ſeu infirma, talia exiſtunt,

vel

A vel vi ſua propria, vel accidentaria, natura ſua glutinant plantaginis ſpecies omnes, conſolida vtraque, bugloſſa, millefolium, verbena, pimpinella, piloſella, cauda equina, ſemperuiuum, telephium, ſanicula, atractylis, folia quercus & dracunculi, ſalix, ebulus, ſambucus, pentaphyllon, veronica, cortex pini, vlmi, palmæ, quercus. Aqua vitis, aqua è folliculis vlmi, ſuccus calaminthæ, vinum auſterum, terebinthina, myrrha, ſanguis draconis, bolus, armenus, terra ſigillata, omnia denique acerba. Glutinantia per accidens ſunt ea, quæ fluxionem impediunt, & partem conſtringunt, vt ſuturæ, vincula, quies ſplenia & ſimilia. Glutinantibus vtimur in vulneribus recentibus, atque adhuc cruentis, ex quo & Græcis glutinans medicamentum enæma dicitur, quanquam etiam inueteratis malignis, fiſtuloſis & ſinuoſis vlceribus adhibeantur. Fluxionem enim, ne ad vlcerum labra obueniat, prohibent. Conſiderandum, cum ea adhibere mens eſt, num cutis integra ſit, an non. Nam difficilius coaleſcunt vlcera, ſi abraſa, ſi præciſa, vel alio quouis modo attrita & deperdita cutis ſit. Nec memoria excidere debent cautiones ante commemoratæ & indicationes à ſexu, corporis affecti mollitie & duritie, ab vlceris tem-
B pore & magnitudine petitæ. Hinc enim quæ remedii quantitas, quæ qualitas eſſe debeat, petendum indicium.

Vſus glutinantium.

De Pyroticis. Cap. XXVIII.

PYroticum ſeu cauſticum medicamentum definitur, *quod acrimonia ſua & mordacitate, fere terreſtri conſiſtentia ſubnixa, vel ſuperficie tenus corrodit, vel profundius liquefacit & putrefacit, aut denique vrit & abſumit cutem & carnem, adeo, vt etiam in calloſa & dura corpora penetret.* Itaque pyroticorum tres ſtatuuntur differentiæ: Quædam enim cathæretica ſeu corrodentia dicuntur, quia ſupercreſcentem vlceratæ vel cuilibet alteri parti carnem exedunt: & hæc in genere pyroticorum debilia cenſentur: Alia ſceptica ſeu putrefacientia dicuntur, quæ tenellam intus carnem tabefaciunt, & veſicas in cute excitant, atque cathæreticis validiora ſunt: Alia denique validiſſima eſcharotica nominantur, quæ qualitate ſua ignea & terreſtri cruſtas generant, ex quo etiam ruptoria & cauteria potentialia nominantur. Atque omnes hæ differentiæ ex eo, quod magis aut minus eſt, ductæ ſunt. Sæpe enim fit, vt pro varia partium temperie ac conſiſtentia, pro diuturni aut exigui temporis mora, nihilo ſegnius cathæreticum, quam ſcepticum penetret, contra haud altius eſcharoticum, quam ſcepticum ſubeat.

Pyroticum quid.
Differentia pyroticorũ.

C Cathæretica cenſentur ſpongia vſta, alumen vſtum & non vſtum, vitriolum vſtum, calx mediocriter lota, ærugo, chalcanthum, ſquamma æris, oleum de vitriolo, trochiſci andronis, phaſionis, aſphodelorum; vnguentum ægyptiacum, apoſtolorum; puluis mercurii, arſenicum ſublimatum.

Cathæretica.

Sceptica & veſicatoria ſunt radix ſcyllæ, bryoniæ, ſigil. beatæ mariæ, bugloſſa, radix ranunculi, panis porcini, apium riſus, lac tithymallorum, lac fici, euphorbium, anacardus, ſynapi, canthatides, arſenium ſublimatum: hæc enim omnia natiuam partis temperiem & conſiſtentiam labefactant, in eamque humores plane contra naturam attrahunt.

Sceptica.

Eſcharotica ſeu cauſtica ſunt calx viua, fæx vini cremata, & præcipue aceti; ignis, ad quem referuntur omnia cauteria, tum actualia, tum potentialia, vt loquuntur, de quibus dicemus poſtea.

Eſcharotica.

Cathæreticis vtimur in corpore molli, & morbis haud admodum contumacibus. Itaque quo minus acria ſunt & dolorifica, eo ſæpe profundius ſubeunt, quia mora minus moleſta ſunt. Scepticis vero, nonnunquã & eſcharoticis vtimur in calloſis, putrilaginoſis, & inexhauſtæ humiditatis vlceribus, præcipue vero in cancris, carbunculis, & effreni hæmorrhagia. Cum his vtimur, imperanda ægro conueniens diæta, vitio abſtinendum: denique niſi admodum caute vſurpanda ſunt, quod alioqui febres, in-
D flammationes ingentes, dolores intolerabiles, ſyncopas, gangrænas & ſphacelos inuehant. Prudenter adhibita cauteria partem roborant & deſiccant, intemperiem emendant indomabilem, veneni vim hebetant, corruptionem refrænant ac necroſim; alia denique commoda multa pariunt.

Vſus cathæreticorum. Scepticorũ. Cauſticorũ.

De Anodynis. Cap. XIX.

ANtequam de Anodynis medicamentis dicamus, doloris natura explicanda eſt. Eſt igitur dolor *triſtis & moleſta ſenſio, quam ſubita intemperies vel continui inuehit ſolutio.* Tria igitur ad dolorem ſunt neceſſaria. Cauſa efficiens, id eſt, ſubita de naturali temperie aut vnione deceſſio, corporis dolorificam cauſam excipientis ſenſio. Denique inductæ illius mutationis intemperie vel vnione comprehenſio: alioqui quantumlibet exquiſito ſenſu corpus doloris cauſam excipiens præditum ſit, niſi ipſam comprehenderit & animaduerterit, dolor haud aderit. Hinc illud ſcriptum extat Hippocratis; *quicunque parte aliqua corporis dolentes dolorem omnino non ſentiunt, his mens ægrotat.* Subitam temperiei mutationem inuehunt, calor, frigus, humiditas & ſiccitas; ac dolorem quidem acrem calor & frigus inuehunt, ſiccitas modicum, vix vllum humiditas: non enim humiditas tam qualitate, quam copia dolorifica eſt. Solu-
E tionem continui inferunt tum prædictæ qualitates, præſertim cum materia coniunctæ; tum cauſæ quædam externæ violentius incurrentes; cuiuſmodi ſunt, quæ contundere, incidere, pungere & extendere poſſunt. *Eſt igitur dolor tactus ſymptoma, omnes fere morbos concomitans*, ſæpe his relictis ad ſui leniendi curam Medici conſilium aduocans; id fit vel doloris cauſas efficientes mitigando, vel partis ſenſum hebetando. Hinc anodynorum tres ſtatuuntur differentiæ. Alia enim ſunt morborum curatiua, alia lenitiua, alia narcotica. Morborum curatiua ea dicimus, *quæ morborum cauſis obſiſtunt & contrariantur.* Sic ab intemperie calida, dolorem tollunt oleum roſaceum, oxycratum & alia, quæ doloris cauſam, id eſt, caloris exceſſum emendant: ab intemperie frigida dolorem tollunt oleum laurinum, nardinum, de caſtoreo: ab intemperie ſicca hydræleum, balneum aquæ dulcis & tepidæ. Denique hac anodynorum laxius vſurpata notatione purgantia omnia medicamenta, phlebotomiam, ſcarificatum, cauteria,

Dolor quid. Quæ & quot ad dolorem neceſſaria. Aph. ſect. 2. Anodynorũ tres differentiæ. Anodina morborum curatiua quæ.

Anodyna propriè dicta ſeu lenitiua quæ.

cucurbitulas, clyſteres & alia, quæ materiæ dolorificæ copiam vacuant, intelligimus. At propriè dicta anodyna duorum ſunt generum: alia enim ſunt temperata; alia calida & humida in primo gradu, adeoq; illis temperatis proxima: illa calorem natiuum in ſua integritate conſeruant, ſic omnes intemperantias emendant. In hoc cenſu habentur oleum ſimplex, amygdalinum dulce, vitelli ouorum & pauca alia his ſimilia, hæc calorem natiuum roborant, vt ſic ſubſtantia auctus, doloris cauſam expugnet facilius: ſed & rarefaciunt, extenuant, digerunt, adeoque vacuant tum humores craſſos & viſcidos, tum flatus nebuloſos exitu prohibitos. Eiuſmodi ſunt flores chamæmeli, meliloti; crocus; oleum chamæmelinum, anethinum, oleum lini, oleum ex ſemine altheæ, lumbricorum, ouorum, ex tritico; butyrum; lana ſuccida; adeps ſuillus, vitulinus, gallinaceus, anſerinus, humanus, ex anguilla, cuniculo & aliis: Lac muliebre & vaccinum; mucago ſeminis lini, fœnugræci, altheæ, maluæ, vel eiuſmodi ſeminum decoctum: vt & decoctum liliorum, violariæ, capitis, pedum & inteſtinorum arietis & hœdi. Narcotica impropriè dicta a- A

Anodyna narcotica quæ.

nodyna, frigida ſunt in quarto ordine: itaque frigoris exceſſu ſpiritui animali ad partem aditum intercludunt: quo fit, vt ipſi ſeoſum adimant. Huiuſmodi ſunt hyoſcyamus, cicuta, ſolanum maniacum, mandragora, papauer, opium, arctiſſima vincula.

B

Vſus anodynorum.

Primæ ſpeciei anodynorum vſum in ſingulis morbis, qui contrarii oppoſitione curantur, obſeruare licet. Secundæ vero in doloribus haud adeo contumacibus expugnandis, vt eorum appoſitionibus fluxioni, inflammationi, febri & aliis ſymptomatibus occurratur. At vbi doloris acerbitas tanta eſt, vt remediorum cæterorum vires eludat, tum demum ad tertiæ ſpeciei anodyna veniendum, quanquam non tam doloris tanta eſt atrocitas, vt ipſa narcotica, ſi partem, imo hominem ſaluum volumus, primo quoque tempore ſint apponenda. Horum tamen frequentior vſus, præſertim ipſorum per ſe, haud addito croco, myrrha, caſtoreo, ſimiliue alio, valde periculoſus eſſe ſolet. Nam natiui caloris extinctionem, adeoque necroſim liuore partis manifeſtum inferunt. Cæterum dolores

Narcotica ſola non imponenda. Tetrab. 1. ſerm. 3. cap. 35.

intolerabiles, qui ſcilicet doloris ſumma habebunt omnia, ab inflammatione & gangrænis, citius ſedaueris venæ ſectione, purgatione, & ſcarificatu partis dolentis, quam vel propriè dictis anodynis, vel narcoticis: nempe vt ſit dolor medicina doloris. Purgantia vero hic intelligimus non ea modo, quæ ore ſumpta id præſtant, ſed etiam, quæ admota extrinſecus id perficiunt, quorum meminit Aetius. Vt,

Epithemata purgantia.

℞. pulpæ ſeu medullæ colocynth. ſeminis erucæ, rutæ ſylueſtris, elaterii, grani cnidii, lathyridum expurgatarum, galbani, nitri, ceræ ſingulorum, ℥ iiij. opopanacis ℥ ij. terebinth. ℥ vj. terenda terito & taurino felle paulatim irrigato, donec aptè imbibantur. Deinde circa vmbilicum apponito vſque ad pubem. Sic enim ventrem id epithema inferius ducet. Si contra fundo ſtomachi appoſueris, vomitum concitabit. Aliud. C

℞. elaterii. ℥ iij. colocynthydis, ſcammoniæ, ſquamæ æris, radicis cucumeris agreſtis, lathyridum an. ℥ j. aut pro lathyride thitymali ſuccum terito & cribrato, ac cum oleo plurimum ſalis habente ſubigito: magnam inde pilam è lana confectam hoc medicamento illitam vmbilico aut lumbis applicato. Vel;

Compoſitio olei & vnguenti purgantis.

℞. fellis taurini, ℥ j. grani cnidii viridis, ℥ iiij. ſucci lupinorum viridum vnc. ij. euphorbii. vnc. j. pulpæ colocynthidos tantundem, adipis vulpini recentis, vnc. ij. adipis viperæ vnc. ij ß. ſtercoris muris, vnc. iiij. ſucci pæoniæ, caſtorei ſingulorum ℥ iiij. olei liguſtrini vnc. vj. olei antiqui vnc. j. fiat vnguentum, vel oleum: purgat abſque moleſtia, & præter cæteras vtilitates etiam mentis delirio confert. Menſura vero, quæ ad vſum aſſumitur maxima, eſt cochlearia duo. Nam quibuſdam vnum ſufficit. Illinitur vmbilicus, & integra purgatio ſequitur, quæ ſi plus æquo exuberauerit, ſpongia vino tepido imbuta & expreſſa ventrem fouebis, & confeſtim ſiſtetur. Sed & vnguenti laxatiui meminit Fernelius *lib. 7. Methodi.*

De medicamentorum compoſitione & vſu. CAP. XX. D

HVc vſque de medicamentorum ſimplicium facultatibus diximus. Nunc de ipſorum compoſitione nobis agendum videtur. Ita enim architecto noſcenda & habenda ante ſingula ſunt, quam manũ operi admoueat, & ad ædificium, cuius formam iam diu animo conceptam habent, aggrediatur. Com-

Compoſitio medicamentorum quid. Gal. 2. ſimpl. 4. de ſanit. tuend. Compoſitorum medicamentorũ neceſſitas.

poſitio igitur *medicamentorum viribus & effectis diuerſorum miſcella eſt, arte à Medico inſtituta.* Hinc igitur rheum, aloe, roſa, abſynthium etſi plures ſubſtantias facultatesque habeant, ſimplicia tamen medicamenta dicuntur, quod à natura, non ab arte eam varietatem habeant. Sed & multa arte compoſita medicamenta ſimplicia dicimus, vt oxymel ſimplex, oxyſaccharum ſimplex, comparatione facta ad ea, quę magis compoſita ſunt. Ideo vero medicamentis compoſitis ſæpe vti cogimur, quod non ſemper ſimplicia ipſa per ſe ſumpta, viribus ſufficienter inſtructa ſint ad morbum expugnandum. Quin & plerumque complicatis, ac non ſimplicibus affectibus ægri laborant: ex quibus indicatione ſumpta, varia & cuique affectui contraria ſimplicia medicamenta in vnam medicamenti compoſitionem intendere cogimur. Sed & ſæpe partis patientis aut affecti corporis natura, aliud medicamenti genus ab eo, qui morbo depellendo idoneus eſt, requirit; quo fit, vt ne corpus lædat, eum morbum oppugnat, ipſi plæraque alia, quæ vires eius temperent, adiungere cogamur. Denique medicamentorum compoſitio vel hoc nomine neceſſaria fuit, vt ea, quæ per ſe ſumpta ingratum ſaporem, colorem vel odorem habitura erant, gratiam aliquam arte & compoſitione adipiſcerentur. E

Compoſita medicamenta, de quibus dicturi ſumus, ſunt clyſteres, ſuppoſitoria, noduli, peſſaria, olea, litus, vnguenta, emplaſtra, cerata, pultes, cataplaſmata, fotus, embrochæ, epithemata, veſicatoria, cauteria, collyria, errhina, ſternutatoria, maſticatoria, gargariſmata, dentifricia, ſacculi, ſuffitus, inſeſſus, balnea: ante tamen de ponderibus & menſuris, eiuſmodique ponderum & menſurarum notis, quibus vulgo medicamenta metiuntur, & notant Medici, aliquid dicere expedit.

Depon-

A *De ponderibus & menſuris, ponderumque & menſurarum notis.*

Cap. XXI.

OMne pondus ex quodam initio & quaſi elemento conſurgit. Vt enim corpora noſtra ex quatuor primis corporibus ſimplicibus ſeu elementis, in quæ tandem reſoluuntur, conſurgunt, ſic pondera omnia ex grano, quod reliquorum tanquam initium eſt & terminus: granum intelligimus hordaceum, nec ſiccius, nec ſitu obductum, aut rancidum, ſed bene habitum & mediocriter craſſum. Ex eiuſmodi decem granis conſurgit obolus, ex duobus obolis ſeu viginti granis ſcrupulus. Ex tribus ſcrupulis, ſeu ſexaginta granis drachma, ex octo drachmis vncia, ex duodecim vnciis libra medica. Atque id fere grauiſſimum pondus, quod vix ſolent excedere Medici, reſoluiturq; in vncias, drachmas, ſcrupulos, obolos, & grana, infra quæ nihil exiſtit. Ad ea pondera exprimenda certis quibuſdam notis vtimur, libra exprimitur nota ℔. vncia nota ℥ drachma nota ʒ ſcrupulus ℈. obolus initialibus ſuis literis ſic obol granum initiali ſua literà ſic gr. Nec vero ponderibus ſemper, ſed aliquando menſuris medica-

Granū eſſe omnium ponderu principium.
Obolus quid.
Menſurarū nota.
Scrupulus quid.
Quid drachma, vncia, & libra.

B mentorum quantitatem metimur. Itaque manipulum nota m. exprimimus: pugillum nota p. numerum nota N. dimidiam vero ſingulorum eiuſmodi ponderum & menſurarum partem hac nota ſingulis prædictorum ponderum & menſurarum notis poſtpoſita, s. vt ſelibram ℔. s. ſemunciam ℥ s. & ſic de cæteris. Cæterum in deſcribendo eodem medicamento alias ponderum, alias menſurarum notis vtimur. Itaque notandum, quod herbas ſeu virides ſeu ſiccas deſignamus nota. m. aut p. at ſiccas, quas in puluerem comminui volumus, notis ℥. ʒ. aut p.

Quæ menſurę, quæ ponderibus notentur.

Radices		℥. ʒ. p. m.
Cortices		℥. ʒ.
Semina	*notis*	℥. ʒ.
Fructus		p. ℥. ʒ. ℈. n.
Flores		p. m. ℥. ʒ.
Legumina		p. ℥. ʒ.

Reliqua omnia medicamenta ſeu ſicca, ſeu liquida, deſcribuntur notis ℔. ℥. ʒ. ℈. obol. gr. His ex-
C poſitis, nunc medicamentorum compoſitorum deſcriptionem aggrediamur, à clyſteribus ducto initio: ab eo nempe remedio, quod magis commune eſt & familiare, fereq; omnium maxime neceſſarium.

De Clyſteribus. **Cap. XXII.**

CLyſter ſeu ablutio, *iniectio eſt ſedi & craßis inteſtinis primo & proprie deſtinata*, alias enim fiunt etiam nonnunquam clyſteres ventriculi ergo, lienis, renum, veſicæ, vteri, meſenterii: imo etiam capitis, è quo ſcilicet non raro clyſtere acriori fit reuulſio deorſum materiæ noxiæ, vt in curanda apoplexia experimur. Itaque *nulla corporis pars eſt, ad quam fructus aliquis ex clyſtere non perueniat*, ſed ad has & illas plus minuſve pro ea, quam habent cum aluo vicinia, & medicamentorum clyſteris compoſitionem ſubeuntium vehementia. Clyſterum enim multæ ſunt differentiæ; alii namq; remollientes ſunt, alii vacuantes, alii anodyni, alii adſtringentes, alii detergentes, alii ſarcotici & epulotici, alii deniq; quodammodo alimentarii. Conflantur vero omnes ex plantarum aut animalium partibus, medicamentis compoſitis, ſeu ſolutiuis, ſeu alterantibus, aliiſq; pro variis Medici conſiliis. Plantarum partes, quibus in hanc rem vtimur, ſunt radices, ſemina, folia, flores, fructus, germina, ſucci, mucagines. Animalium partes ſunt

Quid clyſter.
Clyſterum differentia.

D ouorum vitelli & albumina, mel, pulli, capi, galli veteres & flagris laſſati, capita & pedes veruecum, inteſtina, ſerum lactis, lac, ſebum, axungia & ſimilia, in quorum decoctis ſimplicia & compoſita medicamenta miſcemus & diſſoluimus Nonnunquam ſine alio vllo medicamento ex ſolis oleis, vt oleo nucum ad colicum dolorem, ex ſolo lactis ſero, ex ſolo decocto capitis & pedum veruecinorum, ex ſolo decocto cicerum & hordei clyſteres paramus. Clyſteris quantitas alias minor eſt, pro varia hominum & morborum conditione, pueris debilibus, grauidis minor præſcribitur quantitas: vt & in affectibus colicis, dyſentericis, lientericis, aut cum multis & induratis fæcibus aluus conſtricta tenetur. At cum aluū plenius mouere volumus, & nihil eſt, quod impediat, doſis clyſteris fere eſt ſeſquilibræ, libræ vnius, aut trium quartariorum. Clyſter iniici debet tepidus vel etiam calidus, plus minuſve pro laborantis natura & conditione, frigidus enim offendit inteſtina, & vicinas partes neruoſas, adeoq; ex ſe frigidas. Infundi debet ſenſim, nam confertim ſi affundatur, flatus, qui fere inteſtinis contineri ſolent, ſurſum compellet, vnde torminum intolerabilis cruciatus. Sed quo doctrina hæc ſit clarior, commemoratarum clyſteris differentiarum exempla ſubiicere ſatius eſt.

Materia clyſterum.
Clyſteris quantitas.
Qui iniiciendus clyſter.

Pro emollitione itaque. *℞. maluæ, violarum, biſmaluæ, acanthi an. m. j. rad. alth. & lilior. alborum an.*
E *vnc. j. paſſular. & ficuum ping. an. vnc. ß. fiat decoctio ad ℔. j. in qua diſſolue caßiæ & butyri recentis an. vnc. j. olei viol. vnc. iij. fiat clyſter.*

Clyſter molliens.

Clyſteres vacuantes parantur ex variorum ſimplicium pro vario Medici conſilio decocto. Ergo ſi humores frigidi vacuandi ſint, talis erit clyſteris forma.

℞. ſaluiæ, origani, abrotani, chamæm. melil. an. m. ß. ſeminum aniſi, fœnic. cucum. an. ʒ iij. ſeminis carthami. ʒ ij. fiat decoctio, in qua diſſolue diaphæn. & hyeræ ſimpl. an. vnc. ß. olei anethi. & chamæ. an. vnc. j. ß. mellis anthoſati & ſacchari rub. an. vnc. j. fiat clyſter.

Clyſter vacuans humorum pituitoſum frigidum.

Ad vacuandum humorem biliofum, parabitur hac arte: *℞. quatuor remollientium, pariet. cichor. & endi. an. m. ß. ſeminum quatuor frigidorum maiorum, an. ʒ iij. hordei integri p. j. fiat decoctio, in colatura diſſolue caßiæ vnc. j. olei viol. & mellis viol. an. vnc. ij. fiat clyſter.*

Ad bilem.

Ad humorẽ melancholicum.

Humori melancholico vacuando, qui ſequitur, erit idoneus: *℞. fumiterræ, centaurii minoris, mercurialis an. m. j. polypod. querni, folicnlorum ſenæ an. ℥ iij. ſeminis agni caſti, thymi. an. ℥ ij. fiat decoctio, in qua diſſolue cõfectionis hamech. ℥ ß. caſsiæ recens extractæ ℥ iij. olei violat. & liliorum an. ℥ ß. ſacchari rub. & mellis viol. an. ℥ j. ß. ſalis ʒ j.* A Eiuſmodi clyſteres non modo peccantes humores vacuant, ſed etiam ſæpe inteſtinorum & viſcerum intemperies corrigunt. Nam qui ad pituitoſum & melancholicum humorem deſcriptus eſt clyſter, frigidam intemperiem emendat: calidam vero is, qui ad bilem eſt. Purgantia medicamenta, quæ in decoctis clyſterum diſſoluuntur, ſiquidem valida fuerint, vt confectio hamech, benedicta, diaprunis ſolutiuum, diaphœnicum, ipſa per ſe ad ʒ vj. aut ℥ j. ad ſummum vſurpantur, debilia vero ſeu beniguiora, vt catholicon, caſſia, hiera ſimplex à ʒ vj. vſque ad ℥ ij. ad ſummum.

Clyſter anodynus.

Clyſter anodynis fere paratur ſine vacuantibus. Vt; *℞. flor. chama. melil. anethi an. p. j. rad. biſmal. ℥ j. fiat decoctio in lacte, colatura, adde muaginis ſeminis lini & fœnugræci extractæ in aqua maluæ ℥ ij. ſacchari albi, olei aneth. & chama. an. ℥ j. vitellos ouorum duos, fiat clyſter.* Eiuſmodi clyſteres in inteſtinis diu continendi ſunt, quo facilius dolorem ſedare queant.

Clyſter adſtringens.

Clyſteris adſtringentis hoc exemplum eſt: *℞. equiſeti, plantag. & polygoni an. m. j. fiat decoctio in lacte vſtulato ad quart. iij. colatura adde boli armeni & ſanguinis draconis an. ʒ ij. olei roſati. ℥ ij. albumina duorum ouorum, fiat clyſter.* B Eiuſinodi clyſtere vtimur in dyſenteria, aut fluxu venarum hæmorrhoidalium immoderatiore, vacuatis ante fæcibus communibus.

Alimentariorum clyſterum materia.

Sarcorici, epulotici, & detergentes clyſteres craſſorum inteſtinorum vlceribus curandis idonei, parandi ſunt ex medicamentis, quæ propriis capitibus ante deſcripta ſunt.

Alimentarii clyſteres fiunt ex decocto pullorum, caponum, gallorum ad putrilaginem vſque coctorum, & fortiter expreſſorum. Parantur etiam ex medulla, gelatina, & ſimilibus, quæ coctu faciliora ſint, quam quæ vulgo per os ſumuntur: quod inteſtinis, quam ventriculo longe debilior ſit coquendi facultas. Paratur etiam ſæpe eiuſmodi clyſterum materia in vino, vbi febris abeſt, & cephalalgia: ſæpius in hordei decocto & in lacte, additis ouorum vitellis, affunditur ſaccharum album, ſed parca manu, ne deterſoria vi inteſtina ad excretionem irritet. Itaque in eam rem roſatum aptius eſt, quod nonnihil adſtringere credatur.

Clyſteres alimentarii.

Vt; *℞. decoctionis capi perfecte cocti ℔ j ß. ſacchari albi. ℥ ß. miſce fiat clyſter.* Vel; *℞. decocti pulli & gelatinæ an. ℔ ß. vini optimi. ℥ iiij. fiat clyſter.* Vel;

Vſus clyſterum alimẽtariorum.

℞. decocti hordei mundati & in cremorem redacti. ℔ ß. lactis boni ℔ j. vitellos ouorum duos, fiat clyſter. Eiuſmodi clyſteribus vtimur ad ſuſtentanda puerorum, ſenum & debilium, atque atrophia defectorum hominum corpora: vel cum ventriculus ſui officii immemor, nihil inteſtinorum ciborum retinet. C In horum tamen vſu tria ſunt obſeruanda: primum eſt, vt aluus ſeu per ſe & naturæ impetu, ſeu arte, vt ſubiecta glande, aut clyſtere molliente, communia ante & fæculenta excrementa depoſuerit; ne ipſis alimentaria materia permixta inquinetur & corrumpatur: alterum eſt, vt magna copia infundantur, vt ſic quantum fieri poteſt aliquid ad ſuperiura inteſtina conſcendat: Tertium eſt, vt ab illis ingeſtis æger ſomnum ineat. Sic enim facilius in alimoniam cedet, & facilius retinebitur alimentaria materia, quod ſomnus ventris vacuationes ſiſtat: quo nomine, huic clyſterum generi cautum eſt ſal, mel & oleum admiſcere. Nam priora duo excretricem acrimonia ſua irritant: hoc vero humiditate laxat & lubricat.

Contra eos, qui negant vſum clyſterum alimentariorum.

Qui putant, nullo clyſterum genere corpus ali & ſuſtentari poſſe, hac nituntur ratione: quod quicquid nutrit, triplicem in corpore commutationem vt ſubiuerit, oporteat: primam in ventriculo, alteram in hepate, tertiam in ſingulis membris: Sed rationi & experientiæ hæc repugnat opinio: rationi quidem, quod ſingulis, & omnibus corporis noſtri partibus naturalibus, quidam ſenſus inſit eorum, quæ deficiunt.

Nutritio quid.

Cum igitur nutritio ſit *vacuati repletio*, attrahent procul dubio inanitæ & famelicæ partes vndecunque id, quod ſibi aptum eſt & conueniens alimentum, atque in eius inopia, quicquid erit obuium, quod familiaritate aliqua deſiderium earum lenire & ſatiare poterit. D At qui à nobis deſcripti ſunt alimentarii clyſteres, rebus conſtant naturæ corporis noſtri amiciſſimis, & multa arte, quæ ventriculi chyloſim ſuppleat, decoctis & ſubactis: attrahentur igitur à venis inteſtinorum meſaraicis, quibus etiam Galeni ſententia quædam hæmatoſeos facultas ineſt. Inde vero facile in venam portam, hepar, & vniuerſum corpus rapientur. Experientia vero docet, multos ægros, cum per multos dies nihil ore capere potuiſſent, ad aliquot dies eiuſmodi clyſterum ope fuiſſe ſuſtentatos.

Glandes ano indita ore reddita.

Quid pluribus opus eſt? permultos ipſi vidimus, qui ſuppoſitoria ano excepta ore reddiderint, ex quo conſtat, dimanare etiam poſſe aliquid citra ægri perniciem ab aluo in ventrem.

Infunduntur vulgo clyſteres ſine diſcrimine qualibet hora diei, non tamen niſi longe à paſtu id faciendum, alioqui vna cibi è ventriculo rapti cum clyſtere deturbabuntur.

Clyſterum communis vſus.

Clyſteribus vtimur, vt his inteſtinorum & conſecutione quadam reliquarum etiam partium excretrix facultas languidior iuuetur. Tum vt, qui per puerilem, aut ſenilem, aut morbidam imbecillitatem, purgantis medicamenti vim ferre nequeunt, hoc ſaltem compendio humorum noxiorum onere & moleſtia leuari poſſint. Inuenti clyſteris laudem ciconiis tribuit Galenus, quæ hauſta roſtro aqua marina, cui ob ſalſedinem purgandi vis ineſt, ea ſe parte proluunt, qua reddi corporis & ciborum excrementa, vtile eſt. E

In introd.

Commode autem ſic excipitur clyſter. Dum ſyringe exprimitur, æger ore ſit hianti: ſic enim abdominis muſculi omnes, qui inteſtinorum excretionem compreſſione iuuant, laxantur, nihil circumferat, quod ipſi ventrem comprimat, figura curua ſeu ſemicirculari ac plane media in dextrum latus iaceat, ſic facilius ſubibit clyſter in ſumma inteſtina, & quadam quaſi alluuione vniuerſam aluum rigabit & proluet; contrarium contingit in ſiniſtrum latus decumbentibus; ſic enim infuſus clyſter in recto aut colo inteſtino ſubſiſtere, & quaſi reſtitare cogitur, quod in iſto ſitu duo hæc inteſtina, ſuperiurum


Qua maxime ratione excipiendi clyſteres.

A rum inteſtinorum quaſi pondere & mole opprimantur, & velut occludantur. Excepto clyſtere in dorſum ſupinus aliquandiu iaceat, mox ſe in vtrumque latus conuertat: vel ſi dolor parte aliqua ſubeſt, in iſtam, quam diutiſſime fieri poterit, inclinet. Cæterum quia multos videri eſt, quos nulla ratione adducere queas, vt podicem ad excipiendum clyſterem coram miniſtro reudent, ita ipſos deterret pudor quidam ſubruſticus, ideo depingendum hic id inſtrumenti & fiſtulæ genus putaui, quo ipſi ſibi clyſteres exhibere poterunt, immiſſo antrorſum in anum, ſublatis paulum natibus, eius orificio. B. litera notato infuſo mox in pyxidem litera A. notatam, liquore. D. notat pyxidis operculum.

Excepto clyſtere conuertere ſe æger debet in latus dolens.

Fiſtulæ, qua quiſque ſibi clyſterem infundere poteſt, deſcriptio.

B



De Suppoſitoriis, nodulis & peſſis. Cap. XXIII.

SVppoſitorium, *penniculi ſeu turundæ quadam ſpecies eſt, quæ in anum inditur*, vt ſphincterem muſculum ad excernendas eas fæces, quæ inteſtinis continentur, proritet, olim glandis typum habebat: ex quo etiam hodie Glans Latinis dicitur. Quæ fiunt hodie ſuppoſitoria, peſſi formam exprimunt, rotunda nempe & oblonga, in ceræ candelæ ſpeciem. Debilia ſunt, mediocria, aut acria. Debilia fiunt ex betæ cauliC culis aut radice, ex lardo melle cocto cum ſale, aut ex ſapone. Mediocria ex pulueribus purgantibus, vt hiera cum ſale & melle. Acria ex ſcammonio, euphorbio, colocynthide & ſimilibus pulueratis, atque cum melle aut ſuccis herbarum acrium, aut fellibus animaliũ contemperatis. Fit vulgo ex mellis drach. j. & ſalis aut pulueris alterius irritantis ʒ j. ſic: ℞. *mellis cocti* ℥ j. *pulueris colocynthidos* ℈ ß. *ſalis gemmæ* ℈ j. *fiat ſuppoſitorium.*

Suppoſitorium quid. *Differentiæ.* *Forma ſuppoſitorii.*

Vtimur ſuppoſitoriis, cum æger præ infirmitate clyſterem ferre vel recuſat vel nequit vt per febres ardentes, vel ſegnior in inteſtinis reſtitat immiſſus. Denique in capitis ſoporoſis affectibus, ſuppoſitorio acriore vtimur, vt excitetur ſopita vis inteſtinorum. Itemque cum morbi ea eſt conditio, vt manifeſtam ex clyſterum vſu noxam ferat, vt in enterocele, in qua inteſtinum adeo tumet, vt ſi inſuper infuſo clyſtere compleatur, peritonæum magis comprimat, adeo vt mox facile per partem eius laxatam vel ruptam in ſcrotum deuoluatur.

Vſus ſuppoſitorii.

Noduli eundem vſum obtinent, quem ſuppoſitoria. Itaque in horum, clyſterumque locum ſæpe ſubſtituuntur: fiunt ex medicamentis paratu facilibus, vt vitellis ouorum cum pauco ſale & butyro: vel D ex felle & melle, linteo ad formam auellanæ reuincto incluſis, ex cuius extremo funiculus pendet, quo extrahi intruſus in anum nodulus poſſit. Deſcriptionis nodulorum ſit hoc exemplum: ℞. *vitellum vnius oui, cui adde ſalis modicum, fellis veruecis & mellis an.* ʒ ß. *butyri* ʒ iij. *miſce fiant noduli filo appenſi.*

Nodulorum ratio. *Noduli forma.*

Peſſus craſſior eſt ſuppoſitorio, & vtero deſtinatur. Fit ex bombace, ſerico, aut lana carpta, aliquo medicamento imbutis, moxque in vteri ceruicem immittendis. Inſtituitur peſſus vel ad vlcera ceruicis vteri, vel ad prouocanda aut ſiſtenda menſtrua, vel ad vteri ſordes & noxios humores per hyſtericas paſſiones eluendas, & foras euocandas. Ergo in peſſorum compoſitionem veniunt gummi, ſucci, ſemina, herbæ, radices & alia multa pro Medici conſilio, concinnanturque in ſolidam conſiſtentiam, & digiti figuram, vt in vteri ceruicem intrudi poſſint, his alligatus funiculus extrorſum prominere & pendere debet: Horum deſcriptionis ſit hoc exemplum.

Peſſorum ratio & vſus.

℞. *myrrhæ, aloes an.* ʒ j. *ſabinæ, ſeminis nigellæ, arthemiſiæ an.* ʒ ij. *radicis ellebori nigri* ʒ j. *croci.* ℈ j. *cum ſucco mercurialis & melle, fiat peſſus ſemori filo alligatus.* Vel; ℞. *maſtiches, thuris an.* ℥ iij. *aluminis, roſar rubr. nucum cupreſſi an.* ʒ ij. *ladani, hypociſtidos, ſumach. myrtillorum an.* ʒ iij. *fiat peſſi cum ſucco arnoglosſi & cotone.*

Peſſus ad ciendos menſes. *Ad ſiſtendos*

Ad horum exemplum alii concinnari poterunt ad remolliendum, adſtringendum, detergendum incarnandum & cicatrice obducenda vteri vlcera idonei. Intrudendi ſunt in vterum, cum ægra lectum E ſubit, & per noctem ſeruandi. Fiunt etiam peſſi ex pulueribus medicamentoſis, nonmodo ſocco aliquo medicato, ſed etiam ex ſolis ipſis pulueribus, ſacculo aliquo ex materia rara pauco bombace farta, vt ſolidiuſculam conſiſtentiam conſequatur, exceptis; hocque peſſorum genere commode vti licet in prolapſu vteri: Exemplum à Rondeletio propoſitum *lib. de Internis*, eſt tale: ℞. *benzoini, ſtyracis, caryophyll. an.* ʒ j. *galliæ moſch.* ℥ ß. *moſchi gr. vj. fiat puluis exceptus bombace*, indatur in vuluam.

Ad ſuffocat. vteri.

De Oleis. Cap. XXIV.

OLeum Proprie & vulgo dicimus *ſuccum ex oleis expreſſum.* At laxius vſurpato vocabulo, oleum dicimus *ſuccum omnem fluxilis vnctuoſæ & aereæ ſubſtantiæ.* Oleaginorũ eiuſmodi ſuccorum tres ſtatuunt differen-

Olei nomine quid intelligendum.

Oleorum differentia. Oleorum ratio per trituram.

differentiæ: Prima eſt eorum, qui habentur per expreſſionem, tam fructuum, quam ſeminum tritorum A & conquaſſatorum, vt illo attrito exprimatur ſuccus ille oleagineus; alias quidem ſine igne, quo modo haberi poſſunt oleum amygdalinum dulce & amarum, oleum nucum, oleum de Kerua, ſeu palma Chriſti: alias ignis concurrente auxilio, quo modo habentur oleum laurinum, de lino, de napo, canabinum, & ſimilia. Seminum exprimendorum rationem lege apud Meſuæum *lib. tertio*.

Oleorum ratio per infuſionem.

Secunda eſt eorum, qui habentur per infuſionem medicamentorum ſimplicium in oleum ſimplex, quo ipſi vires ſuas imprimant. Id fit tribus modis. Primus eſt per decoctionem radicum, foliorum, ſumitatum, florum, fructuum, ſeminum, gummi, animalium integrorum cum vino, aqua aut alio ſucco in oleo communi, omphacino, aut alio quouis vſque ad vini, aquæ aut ſucci conſumptionem: quam perfectam ex eo intellexeris, ſi eiuſmodi olei gutta in ignem iniecta haud crepitet, ſed ardeat. Nonnunquam commemorati fructus, aut ſemina in eiuſmodi oleo aliquamdiu macerantur, priuſquam igni admoueantur: fieri vero debet decoctio in vaſe duplici, ne oleum ignis impreſſionem ſeu empyreuma retineat. Hac arte fit oleum coſtinum, rutaceum, de croco, cydoniorum, myrtillorum, maſtichinum, de euphorbio, vulpinum, de ſcorpionibus & alia multa. Secundus eſt per certi & iuſti temporis macerationem, alias quidem ſuper cineres calidos, alias in fimo equino, vt calore illo moderato oleum in ſe B pelliceat infuſorum medicamentorum vires. Tertius eſt per inſolationem, cum æſtate ad ſolem exponitur oleum, in quo flores hi vel illi infuſi ſunt, vt ſolis calore tepefactum oleum in ſe trahat, & tranſumat infuſorũ florum facultates: huius generis ſunt oleum roſatum, chamæmelinum, anethinum, liliaceum, nenupharinum, violaceum, & alia, quæ apud Meſuæum videre licet.

Oleorum ratio per reſolutionem.

Tertia chymiſtarum propria eſt, habeturque per reſolutionem multis modis factam. Eiuſmodi oleaginorum ſuccorum admirandæ ſunt vires ſeu ſolis, ſeu ignis, ſeu putredinis calore eliciti fuerint, vt ſuo loco dicemus.

Vſus oleorũ.

Oleis vtimur, cum vt medicamenti virtus in altum penetret, aut medicamentorum ſubſtantia admixto oleo miteſcat, conſilium eſt.

Cæterum ſi quando olea refrigerandi gratia paramus, deligendum oleum commune omphacinum, ex eo fieri debet oleum roſatum. Contra cum calefaciendi cauſa olea quærimus, cuiuſmodi eſt oleum philoſophorum, lateritium ſeu benedictum: oleum deligendum eſt dulce, maturum, vetus aut etiam infuſis roriſmarini.

De Litu. Cap. XXV.

Linimentum quid. Differentia.

C

L*Itus medicamentum eſt externum, media inter oleum & vnguentum conſiſtentia*: oleo enim craſſior eſt, quia eius compoſitio præter oleum recipit butyrum, axungiam, & ſimilia. Quæ cauſa exiſtit, cur maturando & dolori ſedando litus efficacior ſit ſimplici oleo. Lituum varietas ab effectis ducitur: quidam enim refrigerant, alii calefaciunt, alii humectant, nonnulli maturant, alii alia faciunt pro varia compoſitione.

Materia.

Horum materia ſunt oleum, axungia, ſebum, butyrum, omnia, quę olei habent conſiſtentiam, vt ſtyrax liquida, terebinthina, mucagines fœnugræci, biſmaluę, medulla & huius generis alia. His nonnunquam adduntur puluiſculi radicum, ſeminum, florum, corticum, metallicorum, ſed parca manu, vt ſit ſemper litus conſiſtentia liquida.

Linimentum calefaciens & digerens. Remolliens.

Litus calefaciendo, attenuando & digerendo idonei eſt hoc exemplum: *℞. oleor. amygd. amar. & liliorum an. ℥ j. axungiæ anatis & gallinæ an. ℥ ß. butyri ſalem experti. ℥ j. mucaginis, ſeminis altheæ & fœnugr. extracta in aqua hyſſopi an. ℥ ß. pulueris croci & ireos an. ℈ j. fiat linimentum.*

Humectantis & remollientis eſt hoc exemplum: *℞. olei amygd. dulcium ℥ ij. axungiæ humanæ ℥ ß. mucag. ſeminis maluæ extracta in aqua parietariæ vnc. ß. fiat linimentum, addito croco.*

Multi alii varie ad varios affectus ad horum imitationem concinnari poterunt, facile partibus o- D mnibus corporis applicari poſſunt & adhæreſcere, quia haud tam liquidi ſunt, quam olea.

Confutata opinio. Nõ omnium vnguentorum compoſitionem cera ſubit.

Habenda ratio partium, quibus erunt aptandi. Si enim per meatum flexuoſum, qualis eſt auditorius, ſubeundum ſit, liquidiores eſſe debent, & plus olei recipere, ſi parti adhæreſcere debent, plus adipis & axungiæ admittent. Falluntur, qui putant, hoc intereſſe inter vnguenta & litus, quod in lituum cõpoſitionem cera non veniat, vt in vnguentorum. Nam nonnulla ſunt vnguenta, quæ ceram non admittunt, vt ægyptiacum, omniaque quæ ad gangrænas & vlcera putrida parantur: quia huic morborum generi pinguia omnia, vt oleum, adeps, reſina, cera, ſunt inimica. Itaque horum loco ſubſtituimus in ægyptiaco componendo mel & viride æris. Ex his enim & conſiſtentiam acquirit, & detergendi vim maximam.

De Vnguentis Cap. XXVI.

Vnguentorũ materia.

V*Nguenta* ſolidioris ſunt conſiſtentiæ, quam litus, maiorumque adeo virium. Horum differentiæ partim ab effectis ſumuntur: alia enim calefaciunt, refrigerant, ſiccant, humectant; alia detergent, corroborant partes, ſuperfluam carnem atterunt, cicatrices obducunt: partim à calorum varietate, par- E tim ab inuentoribus, vt album Rhaſis, deſiccatiuum rubrum: partim à numero ſimplicium medicamẽtorum, quibus conſtant, vt tetrapharmacum ſeu baſilicum, & tripharmacum ſeu nutritum: partim ab eo medicamẽto, quod cæteris in compoſitione præpollet; hinc vnguentum de lithargyro, de minio, diapompholygos & ſimilia. Componuntur ex herbis, radicibus, ſeminibus, fructibus, metallicis & animalium partibus. Succi & alia liquida coctione conſumuntur, quemadmodum in oleis compoſitis dictũ eſt. Herbę earumque partes, ſi ſiccæ ſunt, in pollinem rediguntur, vt & metallica: at ſi virides ſunt, coquuntur, exprimuntur, ſuccuſque expreſſus coctione conſumitur, gummi & reſinæ alias in pollinem

com-

A comminuuntur, alias igni vel liquore cõuenienti funduntur, & liqueſiunt; cera vna cum oleo ad ignem eliquatur. In vnguentorum compoſitione hæc ſeruatur proportio, *vt pro pulueris vncia vna, dua addantur cera & octo olei.* Quanquam cum cera vnguentis ſeruiat tantum ad compoſitionem, præſtat eius quantitatem Pharmacopolæ arbitrio permittere: ſed & æſtate, quàm hyeme, parcior ceræ quantitas vnguentis addenda eſt: æſtatis enim calor deſiccans, conſiſtentiam vnguento addit. Exemplis propoſitis communia illa præcepta fient clariora. *Ingredientiũ vnguentorum proportio.*

Pro vnguento adſtringente. *℞. olei roſ. ℥ iiij. pul. lepor. bol. armen. terra ſigil. an. ʒ j. balauſt. & gallar. an. ʒ ß. tritis terendis & ſimul mixtis, addita cera, quod ſufficit, fiat vnguentum.* *Vnguentum adſtringens.*

Hic aduertendum, quod componendorum vnguentorum tres ſunt modi. Primus is eſt, quo attritu ſolo in mortario ſine igne vnguenta fiunt, quo modo fit vnguentum nutritum. Secundus cum igni ceram in oleo aut ſimili adipe eliquamus, eliquatiſq; omnib. pulueres admiſcemus, ea, qua notauimus, proportione, quomodo vnguentum aureum baſilicum, diapompholygos, deſiccatiuum, rubrum & enulatum componuntur. Tertius cum axungias vna cum herbis piſtillo terimus, vna coquimus & colamus: colatura vnguentum eſt. Igitur exemplis hæc illuſtrare pergamus. *Tres componendorum vnguentorũ modi.*

B Pro vnguento nutrito conficiendo. *℞. lythar. auri triti & loti ℔. ß. olei roſ. ℔. j. aceti roſ. ℥ iiij. fiat vnguentum.* Primum igitur lithargyrum in mortarium iniiciemus, affuſo pauco oleo, vt illa craſſeſcat, piſtillo agitando, mox parem oleo aceti quantitatem affundemus, tamdiu ſemper agitando, quoad in vnum corpus coierint, addito ex interuallis nunc olei, nũc aceti tantillo, quoad totum id vnguenti conſiſtentiam fuerit adeptum. Quod ſi ex eiuſmodi vnguento emplaſtrum nigrum formare volueris, vniuerſum acetum ſenſim conſumendum: ſic enim ſplendeſcet & nigreſcet emplaſtrum. *Vnguentum nutritum.*

Pro conficiendo aureo. *℞. cera citr. ℥ vj. olei boni ℔. ij. tereb. ℥ ij. reſin. & coloph. an. vnc. j. ß. olib. maſtich. an. vnc. j. croci ʒ j. fiat vnguentum.* Primum eliquanda cera cum olei magna portione, mox addentur reſina & colophonia in fruſta comminutæ. His eliquatis ab igne ſubtrahetur compoſitio, tumq; terebinthina addetur. Id totum vbi nonnihil refrixerit, olibanum & maſtiche puluerata addentur, denique & crocus in reliquo olei macerabitur. *Vnguentum aureum.*

Tetrapharmacum id nominis habuit, quod ex quatuor ſimplicibus medicamentis coaluit, cera, reſina, pice & ſebo taurino vel vitulino pariter, æqualiterq; mixtis & liquatis. Sic; *℞. reſin. picis nigr. adip.*
C *vituli. & cera an. vnc. ij ß. olei veteris oliuarum maturarum ℔. j. ß. aut ſi durius id eſſe vis ℔. ij. miſce.* Baſilicum etiam id vnguentum dicitur: cera fruſtulatim conciſa, in oleo liqueſcat, mox adde reliqua, quæ pariter liqueſcant, vnguentum habebis expetitum. *Vngu. tetrapharm. ſeu baſilicum.*

Ad conficiendum vnguẽtum diapompholygos, *℞. olei roſ. ℥ ix. cera albæ vnc. iij. ſucci ſolan. hortenſis vnc. iiij. ceruſ. lota vnc. j. pompholygos, plumbi vſti & loti, olib. puri an. vnc. ß. fiat vnguentum.* In oleo eliquabitur cera lento igni, hanc vbi igni ſubduxeris, reliqua commemorata addes, diuque in mortario marmoreo teres, ſenſim affuſo ſucco, illud, quod concorporari non poterit, abiicies. *Vng. diapompholygos.*

Ad deſiccatiuum rubrum, *℞. lap. calam. ter. ſigil. an. vnc. ij. lithar. auri, ceruſ. an. vnc. j. ß. camphor. ʒ ß. cera ℥. j. ß. olei roſ. & viol. an. ℥. iij. fiat vnguentum.* Cera in oleo liqueſcet, vbi refrixerint, affundentur pulueres ſpatula agitando, ad finem camphoram cum pauco oleo roſaceo, vel aqua roſacea diſſolutam addes. *Vng. deſiccatiuum rubrum.*

Ad confectionem enulati, *℞. rad. enul. campan. cocta cum aceto & contuſa, vt decet ℔. ß. axung. porci, olei comm. an. ℥ j. ß. argen. viui extincti, & tereb. lota an. ʒ j. ſal. commu. puluerati ʒ ij. incorporentur, vt decet.* Radices coctas ſetacco tranſmittes, & lento igni cum axungia coques, ſemper agitando, mox ſal ſimul cum cera & oleo affundes: id totum igni cum ſubduxeris, refrigeſcere ſines, tumq; argentum viuum pauca axungia & terebinthina extinctum addes. *Enulatum.*

Ad præparandum album Rhaſis, *℞. olei roſ. ℥ ix. cer. alb. vnc. iij. ceruſ. vnc. ij. conſice ſic: Ceruſam diligen-*
D *ter in puluerem redige; in hanc oleum & ceram calide mixta conijce, totum id tamdiu agita, quoad perfecte in vnum coaluiſſe videbuntur.* *Album Rhaſis.*

Pro vngu. dialth. *℞. rad. alth. ℔. j. ſemi. lini, fœnugr. an. ℔. ß. ſcillæ vnc. iij. olei com. ℔. ij. ceræ ℔. s. terebinth. galb. gum. hæder. an. vnc. j. coloph. & reſ. an. vnc. iij. Radices, fruſta, & ſemina ſingula per ſe infundentur toto triduo in aqua libris quinque, in iiſdem bulliant ad conſumptionem trium vnciarum: hinc extrahantur mucagines, qui cum oleo addita cera in fruſta diſſecta, coquantur: his igni ſubtractis, addetur galbanum diſſolutum in aceto & cum terebinthina mixtum, addentur & gummi hedera, colophonia, ac reſina in puluerem redacta.* Poterunt tamen, & forte melius, colophonia & reſina cum cera & oleo eliquari. *De althea.*

Pro vnguento populeonis, *℞. ocul. populi arb. ℔. j. s. fol. papau. nigri, mandrag. hyoſcyami, lactuca, ſemperuiui parui & magni, viola nigra, ſolani, vmbilici veneris ſeu cymbalaris, bardanæ, an. vnc. s.* (Cordus, Fernelius & Nicolaus ſingulorum vnc. iii. præſcribunt) *adipis ſuilli recentis ſalis expertis ℔. ij. vini boni ℔. j. fiat vnguentum.* Oculi populi & folia violarum contundantur & macerentur in axungia per duos circiter menſes, ſcilicet donec reliquæ herbæ vigeant. Æſtate igitur collectæ (non enim ante colligi poſſunt, oculi autem populi & violæ Martio erumpunt) concidantur minutim atque ſimul mixtæ loco tepido per octo dies
E aſſeruentur, addita aceti fortis ℔ i. inde coquantur ad conſumptionem humoris, quam explorabimus crepitu, vbi in ignem iniecta fuerit portiuncula. Poſtea colentur & exprimuntur, expreſſum vnguentum reponatur. *Vng. populeum.*

Ad vnguentũ Apoſtolorum, *℞. tereb. cera alb. reſ. an. ʒ xiiij. opopanacis & floris ſeu viridis æris* (nam hic flos æris non proprie accipitur pro granulis, quæ ſcintillarum inſtar ab ære exiliunt, dum à fabris ferrariis aqua tingitur; ſed pro viridi æris vſurpatur, cuius contra maligna vlcera notæ ſunt vires, contra quæ omnino id vnguentum eſt comparatum) *an. ʒ ij. ammonia. ʒ xiiij. ariſtol. longa, thuris maſculi an. ʒ vj. myrrha & galbani an. drach. iij. bdellii drach. vj. lithargyri ʒ ix. olei ℔. ij. fiat vnguentum.* Lithargyros nutrienda per horas *Apoſtolorum. Ad maligna vlcera.*

Digitized by Google

horas quinque in olei vnc.ij.mox coquenda lento igni,quoad mellis conſiſtentiam acquirat, ſemperq; A agitanda, ne ignibus vratur. Igni extractæ & calenti ceram eliquatam cum reliquo oleo & reſina adde. His,vbi refrixerint, gummi diſſoluta in aceto cocta & incorporata cum terebinthina adiunge, vel in puluerem redacta immiſce. Mox pulueres ariſtolochiæ; myrrhæ & thuris venient in compoſitionem. Deniq; viride æris in pollinem redactum,& additum vnguentum complebit.

Comitiſſa. Pro conficiendo vnguento comitiſſæ. *℞. corticum medianorum caſtanearum, corticum medianorum quercus, corticum medianorum glandium, myrtillorum, equiſeti, corticum fabarum, acinorum vuarum, ſorborum ſiccorum immaturorum, meſpillorum immaturorum, radicum chelidonia, foliorum prunorum ſyluestrium, an. ℥ j. ß. aquæ plantaginis ℔. viij. ceræ nouæ ℥ viij. ß. olei myrtillorum, ℔. ij. ß. mox conſertum & minutim, qui ſequuntur pulueres inſpergendi: ℞. puluer. corticis mediani caſtanearum, corticis mediani glandium, corticum medianorum arb. glandium, id eſt, quercus, gallarum, an. ℥ j. cineris oſsium cruris bouis, myrtillorum, acinorum vuarum, ſorborum ſiccorum, an. ℥ ß. trociſcorum de karabe, ℥ ij. fiat vnguentum.* Primum igitur fiet decoctio corticis mediani arboris quercus, acini vuarum, radicis chelidoniæ, meſpillorum, ſorborum, equiſeti, ſeminis myrtillorum, foliorum pruni ſylueſtris, corticum fabarum, corticis mediani glandium, corticum caſtanearum & gallarum in aqua plantaginis, in qua peracta coctione per horas duas macerabuntur, colatura B in nouem portiones diuidetur, & cum ſingulis cera eliquata cum oleo myrtillorum abluetur ſepties, humoreque omni ſpoliata, cum cera & oleo eliquabitur, inſperſis pulueribus oſſium cruris bouis, corticum medianorum quercus, medianorum corticum glandium, caſtanearum, gallarum, ſorborum, meſpillorum, ſeminum myrtillorum, acinorum vuarum,& ad extremum trociſcorum de karabe: hacque arte habebitur vnguentum.

Pro ſtomacho. Ad vnguentum ſtomachale. *℞. olei abſynth. maſtich. de ſpica & roſ. an. ℥ ß. puluer. abſynth. roſ. maior. menth. an. ʒ j. caryoph. cinam. maſtich. galang. an. ʒ j. pulueriſanda pulueriſentur, & cum ſufficienti quantitate ceræ, fiat vnguentum molle,* de quo vngatur ſtomachus calide hora vna ante paſtum continuando.

Ad rabioſos morſus ex 1. de comp. ſec. genera. Ad morſus rabioſos. *℞. ceræ albæ ℔. ij. ceruſ. lithargyr. auri, an. ℔. j. myrrhæ & medullæ cerui, an. ℥ ij. thuris ℥ j. olei ℔. ß. coquatur lithargyros in oleo ad mediocrem conſiſtentiam, mox immittantur cera & ceruſa, cum q; amplius digitis non adhærebunt, ab igne dimoueantur,* & medulla immittatur, vbi refrixerint, myrrha & thus in pollinem trita inſpergantur, vnguentum in vſus dictos recondatur. Valet & ad rhagades ani, fiuntq; etiam ex eo peſſi remollientes.

3. de compo med. ſec. ge. Ad volnendas cicatrices. Aliud ad rabidorum canum morſus, & neruorum ac tendinum puncturas, prohibens ne vulnera C agglutinentur: *℞. picis pinguis lib. j. opopanacis in aceto forti, oleo liliorum, & veteris porci axungiâ cocti ℥ iij. fiat vnguentum.* Ad eoſdem rabidorum animantium morſus, & neruorum puncturas valeat oleum ex ſynapi, vt quod vulnera recenti cicatrice obducta relinat. Vtimur vnguentis, vt mali pertinacis contumaciam ſuo firmiore & contumaci adhæſu euincunt, ſi præſertim nihil neceſſe ſit, medicamentum altius ſubire in corpus.

De Ceratis & Emplaſtris. Cap. XXVII.

Ceratum quid. Differentia. CErati & emplaſtri tanta eſt penes compoſitionem affinitas, vt ſæpe vnum pro altero ſubſtituatur, quemadmodum de vnguentis & linimentis fieri ſolet. Ceratum igitur *compoſitio eſt vnguento durior & ſolidior, emplaſtro vero mollior;* nomen habens à cera, quæ olei fluiditatem cohibens ipſi conſiſtentiam præbet. Ceratorum differentiæ alias à partibus, quibus dicatæ ſunt, ſumuntur; vnde ceratum ſtomachicum; alias ab effectis, vnde ceratum refrigerans Galeni; alias è medicamentis ſimplicibus, quæ baſis rationem in ipſorum compoſitione obtinent, vnde ceratum ſantalinum. Propria ceratorum materia eſt cera noua, & olea harum vel illarum partium morbis dicata, ſic vt vix quicquam à ceratis differant litus & vnguenta, ſi ceram admittant. Itaq; vnguentum roſaceum ſi ceram recipiat, non iam vnguen- D tum, ſed ceratum dicimus.

Qui & cur ex emplaſtris fiant cerata. Cerata, quæ ex reſinis, gummis & metallis fiunt, emplaſtri nomen merentur potius, quam cerati. Itaque ceratum ad hernias, vulgo Emplaſtrum contra rupturam dicimus. Quod ſi dolor aut inflammatio partem aliquam premant, ex emplaſtris oleo liquefactis cerata efficimus, ne emplaſtri durior & grauior conſiſtentia parti moleſta ſit prohibita perſpiratione. Itaque miſſa ceratorum compoſitione, de Emplaſtris dicemus.

Emplaſtrū quid. Emplaſtrum *compoſitio eſt, quæ ex omni medicamentorum ſpecie conſurgit, pinguium præſertim & ſiccorum in vnum corpus craſſum, viſcoſum, ſolidum, durum & digitis adhærens concurrentium.* *Differentia emplaſtrorum.* Differentiæ emplaſtrorum iiſdem ex rebus ducuntur, ex quibus vnguentorum varietates. Eorum, quæ in emplaſtri cōpoſitionem veniunt, alia vires tantum ſuas & facultates ipſi conferunt, vt vinum, acetum, ſucci; alia conſiſtentiam, vt lithargyros (quæ Galeni ſententia maxime propria eſt emplaſtrorum materia) cera, oleum, & reſinæ: alia vtrumque conferunt; vt gummi, metallica, partes animalium, reſinæ, vt terebinthina ad digerendum, detergendum, & deſiccandum. Emplaſtrorum alia coctione fiunt, alia ſine coctione formam ſuam ſortiuntur; quæ ſine igne fiunt, ſtatim ſicceſcunt, nec viſcoſa ſunt: fiuntque ex farina, & pul- E ueribus, cum ſucco aliquo, aut re quauis humida commixtis: atque eiuſmodi emplaſtra vnguenti duri aut cataplaſmatis nomen merentur. Vera enim emplaſtra coctione fiunt, quæ aliis breuior, aliis longior eſſe ſolet; pro corporum emplaſtri compoſitionem ſubeuntium natura. Eſt igitur operæpretium ſcire, quæ emplaſtra longam, quæ breuem coctionem requirant. *Vera methodus componendorum emplaſtrorum.* Ergo radices, ligna, folia, caules, flores, ſemina ſicca & in puluerem redacta, poſtremo fere loco immittatur, cum iam quaſi emplaſtrum coctum eſt, vel igni ſubductum: alias horum virtus deperibit & vaneſcet. At ſi illa in compoſitionem veniant viridia, ſeorſim incoquentur in aliquo liquore, exprimenturq; & colatura reliquę cōpoſitioni miſce-

A miſcebitur: vel ſi ſuccum remittant, is attritu exprimitur, ceditque in humorem reliquis rebus coquendis idoneum, ſic, vt coctione conſumptus, nihil præter vires in mixto relinquat, vt videre eſt in compoſitione emplaſtri de ianua ſeu betonica, & gratia Dei. Idem fit de mucaginibus, niſi quod lentore ſuo ignibus reſiſtunt magis. Olei vero & mellis multum remanet in emplaſtro iam perfecto. Quod ad ſuccus, qui concretione indurnerunt, vt aloe, hypocyſtis, acacia, ſi quando in emplaſtri compoſitionem veniant, atque adhuc recentia ſint, in aliquo liquore fini noſtro idoneo diſſoluendi, macerandiq; erunt, & coquendi ad liquoris conſumptionem. Gummi, vt opopanax, galbanum, ſagapenum, ammoniacum diſſolui debent in vino, aceto aut aqua vitæ, mox cerni & coqui ad liquorum eiuſmodi conſumptionem, ac reliquæ emplaſtrorum materiæ iam excoctæ permiſceri: atque vt gummi & picis quantitas exacta habeatur, ante diſſolui, cerni & coqui debent, propter fruſtula lignea & ſimiles quiſquilias ac ſordes ipſis vt plurimum admixtas. Habenda & ratio eſt liquoris, in quo diſſoluentur: acetum enim ex vino generoſo longe potentius penetrat, quam id, quod habetur ex vino tenui & imbecillo.

Alia gummi, quæ ſicciora ſunt, in puluerem rediguntur, & poſtremo loco emplaſtris miſcentur. Metallica, vt æs vſtum, chalcitis, magnes, bolus armenus, ſulphur, auripigmentum, & alia, quæ in pollineo comminui poſſunt, extrema quoque miſceri debent, niſi conſilium ſit, effrenatas eorum vires
B longa coctione obtundere. Par eſt reſinæ, picis, & terebinthinæ ratio, vt quæ poſt ceram adiicienda ſint, nec coctionem pati, niſi forte leniſſimam: adipes vero admiſcentur, dum reliqua materia coquitur. Lithargyros cum oleo ad iuſtam conſiſtentiam coquenda eſt, ſi velimus, vt emplaſtrum deſiccet ſine morſu. Ceruſa forte tam longam coctionē ferre poterit: at ſic haud ab ea albebit emplaſtrum: nec certe lithargyros argenti tam gratum colorem emplaſtris præbet, quam lithargyros auri. Deniq; in coquenda emplaſtrorum materia is ordo ſeruabitur. Lithargyros coquetur ad perfectam conſiſtētiam, ſuccis aut mucaginibus iam conſumptis, hinc adipes immittentur, inde reſinæ ſiccæ, cera, gummi, terebinthina, denique pulueres. Emplaſtri perfectam coctionem cognoueris ex conſiſtentia craſſa, dura, glutinoſa, & cohærente digitis, vbi aere, aqua aut marmore refrixerit: cognoueris etiam ex exacta mixtione, ſi in vnam maſſam omnia coierint in fruſta rumpi contumacem.

Ordo eorum quæ in emplaſtri materiam cedunt coquendorū.

Signa emplaſtri perfecte cocti.

Quantitas medicamentorum, quæ in emplaſtra veniunt, vix certo deſcribi poteſt, ſed tantum artificioſa coniectura deſignari, ſpectando in ea medicamenta, quæ conſiſtentiam, & lentorem emplaſtro præbent, & ex coctione conijciendo de iuſta eius mollitie aut duritie. *Cera non venit in emplaſtra, quæ admittunt ladanum, eſt enim id ceræ loco.*
C Quod ſi in emplaſtri compoſitionem quædam medicamenta veniant emplaſtica, minuetur ceræ quantitas: contra ſi omnia fere liquida fuerint, augebitur, quantum conſiſtentiæ emplaſtri ratio videbitur exigere. Mutat etiam ceræ quantitatem temporis ſeu aeris ratio: itaque ſatius eſt rei huius iudicium Pharmacopolæ relinquere. Ex vnguentis fiunt emplaſtra addita cera, aut reſinis ſiccis, vel alia re dura aut ſolida. Nonnulli volunt, vt pro manipulo medicamentorum craſſius puluerатorum miſceatur vncia vna, vel ſeſquuncia olei, ſimiliſue liquoris, ſed de hac tota re nihil certo definiri poteſt: tantum in emplaſtra à Veteribus deſcripta diligenter eſt intuendum, in quibus bene verſatum eum eſſe oportet, qui in ipſorum doſi deſcribenda non ſit erraturus. Itaque emplaſtrorum magis communes formulas hic proponemus.

Qui ex vnguentis fiūt emplaſtra.

Ad præparandum Empl. de vigo cum mercurio, ℞. *olei chamem. anet. de ſpica, liliacei an.* ℥ij. *olei de croco* ℥j. *pinguedinis porci lib. j. pinguedinis vituli lib* ß. *euphorb.* ʒv. *thuris* ʒx. *olei laur* ℥j.ß. *ranas viuas num. vj. pinguedinis viperæ vel eius loco humanæ* ℥ij.ß. *lumbricorum lotorum in vino* ℥iij.ß. *ſucci ebuli, enulæ, an.* ℥ij. *ſchœnanthi ſtœchados, matricariæ, an. m. ij. vini odoriferi lib. ij. lithargyri auri lib. j. tereb. claræ* ℥ij. *ſtyracis liquidæ* ℥j.ß. *argenti viui extincti quantum præſens caſus poſcere, & æger ferre poſſe videbitur, fiat emplaſtrum.* Pro reliquæ maſſæ lib. j. miſcentur
D vulgo argenti viui ℥iiij. quanquam ſæpe ea doſis multiplicatur, quo ſit emplaſtrum efficacius. Vermes debent ablui aqua fontana, pauco inde vino, vt terrenis fæcibus, quibus ſcatent, liberentur. Sic loti in vino, quod hanc compoſitionem ingredi debet, macerabuntur additis ranis viuis, vnaque elixabuntur ad conſumptionem tertiæ partis, mox & ſchœnanthum contuſum, matricariaque ad ſtœchas conciſæ addentur, denuoque coquentur ad conſumptionem vnius libræ, imo ad perfectionem & claritatem. Vbi decoctio refrixerit, colabitur & ſeruabitur, quouſque lithargyros nutrita fuerit per horas duodecim in oleo chamemelino, anethino, liliorum, de croco, & commemoratis axungiis. Hinc lento igni id totum coquetur, mox igni ſubtrahetur, & addetur quartarium vnum ſupradictæ decoctionis, rurſum ignibus apponetur ad humoris conſumptionem, ſenſim denique reliquum decoctionis affundetur. Cæterum olei de ſpica portio quædam ad extremum reſeruabitur, quæ emplaſtro odoris gratiam conciliet. Tum addentur ſucci ebuli & enulæ, coquenturque quoad euanuerint. Mox ſubductæ ab igne compoſitioni addetur thus & euphorbium, ac ceræ albæ quantum fuerit ſatis. Vbi maſſa vniuerſa refrixerit, tum demum argentum viuum, terebinthina, oleo amygdalarum amararum, laurino, de ſpica, de lino, ſtyrace aut axungia extinctum immittetur, continenter agitando, & ſuper marmor in magdalia concinnabitur.

Emplaſtrū de Vigo cum mercurio.

Doſis argenti viui.

E Niſi probe extinxeris, mox ipſum ſibi reſtituetur fugitiuum: niſi quoad refrixerit compoſitio, expectaueris, in fumos vaneſcet.

Pro cerato œſypi ex philagrio: ℞. *croci* ʒij. *bdelij, maſtic. ammon ſtyra. liquidæ an.* ℥ß. *ceræ alb. lib* ß. *tereb.* ℥vj. *medullæ cruris vaccæ, adipis anſer. an.* ℥j. *œſypi, vel ſi deſit, axungiæ gal.* ʒix *olei nard. quantum ſatis ad magdaliones formandos, expreſſionis ſcillæ* ℥j.ß. *oliban ſepi vitul.* ℥j. *vna eliquabuntur œſypus, ſepum, adeps, medulla cum cera: Vbi refrixerint, addetur ammoniacum diſſolutum in ſemuncia decoctionis fœnugræci, & chamæmeli, & in ſeſquuncia ſucci ſcillæ, mox immittentur ſtyrax & terebinthina continenter agitando: tum addentur bdellium, olibanum, maſtiche, aloe in puluerem redacta: vbi omnia in vnam maſſam perfecte coaluiſſe videbuntur, cum oleo nardino fingentur in magdaliones*

Ceratum œſypi ex philagrio.

dal. ones

doleones. Pro Emplaſtro de Gratia Dei ℞. *tereb. lib ß. reſiu. lib. j. ceræ alb. ℥iiij maſtich. ℥j. fol. verben. beton. pimpinel an. m. j. herbæ virides, earumque præſertim ſummitates concidantur, & conterantur in mortario marmoreo, ac in vino rubro generoſo & odorifero coquantur ad conſumptionem tertiæ partis: In colatura addatur cera fruſtulatim fracta, eliquanda igni. Conſumpto liquore immittetur reſina: id omne vbi refrixerit, addatur maſtiche in puluerem redacta, manibus malaxando, quo facilius coire in vnum cum reliquis corpus poſſit.* A

De gratia Dei.

De ianua ſeu de betonica. Pro Emplaſtro de Ianua ſeu de betonica ℞. *ſuccor: beton. plantag. apii, an. lib j. ceræ, picis, reſin. tereb. an. lib. ß. fiat emplaſtrum.* Sueci vna cum cera eliquanda miſcebontur: bis vero ad tertias cooſumptis addantur reſina & pix: quibus eliquatis & calide colatis addita terebinthina fingantur magdalia.

Emplaſtrũ oxycroceum. Ad conficiendum Emplaſtrum oxycroceum ℞ *croci, picis communis* (*vel naualis potius*, quia diſcutiendo & ab imo articulorum doloris materiam euocando eſt hoc comparatum emplaſtrum) *colophoniæ, cer. an. ℥ij. terebin galban. ammon. thuris, myrrha, maſtich. an. ʒv. ß. ſenſim eliquabitur, cera addita pice & colophonia: Huic gummi diſſoluta vt decet, & terebinthina mixta immittentur: Quibus igni ſubmotis thus, inde myrrha additur, ad extremum crocus in pollinem redactus: Fingentur inde magdalia cum oleo vermium.*

De ceruſa. Ad Emplaſtrum de ceruſa ℞. *olei commun lib. ij. ceruſæ ſubtiliſſimæ li. j. ſenſim lento igni coquentur vna, continenter agitando, quoad emplaſtri conſiſtentiam acquiſiuerint.* Si vis emplaſtrum magis albere, olei cape tantum ℥ix. B

Tripharmacum ſeu nigrum. Ad Tripharmacum ſeu nigrum ℞. *lithargyri triti, aceti fortiſſimi an. lib. ß. olei antiqui lib. j. fiat emplaſtrum.* Lithargyros in oleo nutriatur horarum xij ſpatio: coquatur ad ignem, quoad craſſitiem iuſtam acquiſiuerit, inde ſeoſim acetũ affundatur: non ante totum id igni ſubmoueatur, quam perfecta coctione acetum vanuerit.

De palma ſeu diachalciteos. Ad Empl. diapalma ℞ *olei vet. lib. iij axungiæ vet. ſine ſale lib. ij. lithargyri triti lib. iij. vitrio. ℥iiij nutriatur in oleo lithargyros per horas duodecim, coquatur ad iuſtam craſſitiem, addita axungia, continenter agitando ſpatula palmea, arundinacea, aut ſaligna: coctione perfecta, totum id igni ſubducatur, & vitriolum in pollinem redactum addatur.*

Contra rupturam. Ad Empl: contra rupturam ℞ *picis naualis & aloes an. ℥iiij. lithargyri, ceræ, colophoniæ, galbani, ammon. an. ℥ij. viſci querni, ℥vj. gypſi vſti, vtriuſque ariſtolochiæ an ℥iiij. myrrha, thuris an. ℥vj. tereb. ℥ij. pulueris vermium terreſtrium, gallarum, vtriuſque conſolida, boli armeni, an. ℥iiij. ſanguinis humani lib. j. fiat emplaſtrum.*

Quod ſi optimam ipſi conſiſtentiam parare vis: adde olei myrtillorum vel maſtichini, lib. ß. Modus faciendi hic eſt. Integram arietinam pellem in fruſta concidito, in aquæ & aceti libris centum, quouſque in collam ſeu gelatinam concreuerint decoque. In illa gelatina ſeu colla viſcum quernum diſſoluito, additis cera & pice fruſtulatim fractis: potes & oleum, ſi vis, vna addere, mox galbanum & ammoniacum in aceto diſſoluta, addito & cum terebinthina miſceto: veniant inde in compoſitionem lithargyros, gypſum, bolus, ariſtolochia, conſolidã, vermes, & ſanguis humanus, ad extremum myrrha, thus, colophonia, & aloe continenter agitando, quo ſit perfectior mixtio, diu tundendum in mortario emplaſtrum piſtillo calido. C

De mucaginibus. Ad Empl de mucilaginibus ℞. *mucaginis, ſemin. lini, rad. althee, fœnugræci & mediani corticis vlmi, an. ℥ iiij olei liliacei, chamem. aneth. an ℥j. ß. ammon. opopanac. ſagapen. an. ʒß. croci ℥ij. cer. nouæ lib. j. ß. tereb. ℥ij. fiat emplaſtrum.* Fernelius ceræ ℥xx. tantum requirit. Mucagines & cera fruſtatim conciſa miſcebuntur cum oleis, ſpatula lignea continenter agitando ad liquoris conſumptionem. Mox addentur gummi diſſoluta, & cum terebinthina mixta, denique & crocus in pollinem ductus.

De minio. Ad Empl. de minio ℞ *olei roſ. myrtil. vngu popu. an. ℥iiij. pingued gal. ℥ ij. ſebi arie. caſtrati. ſepi vaccini. an. ℥vj. pinguedin porci ℥x. litharg auri & argent. an. ℥iij. ceruſ ℥iiij. minii ℥ij. tereb. ℥iiij. ceræ quantum ſit ſatis, fiat emplaſtrum vel ceratum molle.* Lithargyros, ceruſa & minium ſeorſim in pollinem ſuper marmor conterantur, & pauca roſacea aſpergantur, ne quod tenuius eſt, vaneſcat, hinc cum oleo roſato & myrtino cogantur ac lento igni apponantur, quoad melius conſiſtentiam acquiſiuerint. Inde axungias addatur coquanturque quoad totum nigreſcat: mox ſebum vtrumque immittatur, hiſque liquatis ab igne deponatur, addito tum vnguento populeone, addita & cera, ſi opus ſit, tum magdalia ducãtur. D

Diachylon magnum. Ad præparandum Diachylon magnum ℞ *lithargyri puri & pulueriſati ℥xij. olei irini, chamemel. aneth. an ℥viij. mucaginis ſeminis lini fœnug. & rad. alth. ficuum pinguium, vuarum paſſarum, ſucci ireos, ſcillæ, œſypi, ichthyocollæ an. ʒxij ß tereb. ℥iij. reſ. pini, cer. flauæ, an. ℥ij fiat emplaſtrum.* Lithargyros, antequam igni apponatur, oleo nutrienda eſt, inde lento igni coquenda ad iuſtam vſque craſſitiem, mox mucagines ſenſim iniiciendi, quibus conſumptis ſucci & ichthyocolla affundendi, quibus etiam abſorptis cera & reſina addenda: totum tum igni ſubtrahendum, & terebinthina cum œſypo apponenda. Vtimur emplaſtris cum diutius & contumacius parti remedia adhærere volumus, atq; cauere, ne medicamẽti vis tam cito exhalet.

Vſus emplaſtrorum.

De Cataplaſmatibus & Pultibus. CAP. XXVIII.

Materia cataplaſmatũ. Cataplaſmata emplaſtris minus proprie dictis haud abſimilia ſunt: Nam ad emplaſtrorum inſtar linteis aut ſtupis inſterni, & partibus dolẽtib. applicari poſſunt. Fiunt ex radicibus, folijs fructibus, floribus, ſeminibus, herbis, ſuccis, oleis, axungiis, medullis, farinis, reſinis. Horum alia cocta, alia cruda ſunt. Cocta fiunt ex herbis ad putrilaginem coctis, indeque per ſetaceum cretis, addito oleo aut axungia. Cruda fiunt ex herbis tuſis aut earum ſuccis mixtis cum oleo & farina, aut aliis puluiſculis parti, aut morbo dicatis, pro Medici conſilio. Quantitas remediorum hanc compoſitionem ſubeuntium definiri vix poteſt, ſed varia, prout molliorem vel denſiorem compoſito conſiſtentiam eſſe volumus. Certe craſſior & denſior eſſe debet, vbi maturandum eſt: at mollior & liquidior, vbi digerendum. Cataplaſmatibus vtimur ad dolorem, ſedandum, coquendum, diſcutiendum, tumores contra naturam & flatus reſoluendos. Calida moderata eſſe debent, & tenuium partium, vt attrahant euocent- E

Vſus cataplaſmatum.

A euocentque foras. Quanquam horum etiam vſus ſuſpectus eſt, nondum purgato corpore: ſic enim in partem affectam attrahunt. Nec vero his vtendum, cum materia digerenda craſſior eſt & terreſtris: ſic enim tenuiorum partium fiet digeſtio, craſſior ſola concreſcet, niſi forte concinnetur cataplaſma ex æquali mixtione rerum non modo digerentium, ſed etiam emollientium, vt eſt à Galeno ampliſſime adnotatum. Exemplorum appoſitio hanc doctrinam illuſtrabit.

Lib. 2. ad Glau. vbi de ſcirrho.

Ad præparandum cataplaſma anodynum: ℞. *medullæ panis* ℔. ß. *decoquatur in lacte pingui, adde olei cham.* ℥ß. *axun. gal.* ℥j. *fiat cataplaſma.* Ad maturandum. ℞. *rad. alth.* ℥iij. *fol. maluæ, ſenecionis an. m. j. ſemi. lin. fœnug. an.* ℥ij. *ficus pingu. num. vj. decoquantur in aqua, & per ſetaceum tranſmittantur, addendo olei lilio.* ℥j. *far. hord.* ℥. *axung. porc.* ℥j. ß. *fiat cataplaſma.* Ad digerendum ℞. *far. fab. & orob. an.* ℥ij. *pulu. cham. & melil. an.* ℥iij. *olei irinι & amyg. amarar. an.* ℥j. *ſucci rut.* ℥ß *fiat cataplaſma.*

Cataplaſma anodynum.
Digerens.

Pultes à cataplaſmatibus non differunt, niſi, quod ex farinis fere conſtant coctis in oleo, aqua, melle, aut axungia. Fiunt pultes ad tumorum maturationem ex farina hordei, frumenti & lacte, præſertim in viſcerum affectibus: vel ad deſiccandum & adſtringendum ex farina oryzæ, lentium, aut orobi cum aceto. Vel ad detergendum, fiuntque ex melle, farina fabarum, lupinorum: addito oleo vetere, aut

Puls quid à cataplaſmate differat.

B quouis alio oleo calidarum virium, fiet puls diſcutiens. Parantur & anodynæ pultes ex lacte. Exemplorum appoſitio rem illuſtrabit.

Pro pulticula maturante. ℞. *farin. triticeæ* ℥ij. *mica panis puriſſimæ* ℥iij. *decoquantur in lacte, & fiat pulticula.*

Pulticula maturans.

Pro reſoluente. ℞. *farin. hord. & fab. an.* ℥ij. *far. orob.* ℥iij. *decoquantur in hydromelite, addendo mellis quart. j. olei amyg. amar.* ℥ij. *fiat pulticula.*

Pulticulis in eandem rem vtimur, in quam & cataplaſmatibus ad affectus tum internarum, tum externarum partium. Vtimur his aliquando ad necandos vermes, fiuntque eiuſmodi pultes ex farina lupinorum in aceto cocta cum felle bubulo, vel in decocto abſynthij & aliorum amarorum.

Pulticula ad necandos vermes.

De Fotibus. CAP. XXIX.

Fotus *euaporatio, vel calida lotio eſt, ad molliendum, laxandumque & dolorem ſedandum maxime comparata,* ex medicamentis eas vires habentibus. Fotus fere humidus eſſe ſolet, ex iiſdem rebus, ex quibus embrochæ parari ſolitus, nempe herbis, radicibus, ſeminibus, floribus in aqua aut vino coctis. Radices fere

Fotus quid.
Materia.

C ſunt maluæ, biſmaluæ, & liliorum. Semina maluæ, biſmaluæ, petroſelini, apij, lini, fœnug. flores cham. melil. ficus, paſſulæ, & ſimilia: quæ omnia in vino, aqua aut lixiuio coquuntur ad tertias aut mediæ partis conſumptionem. Vt,

℞. *rad. alth. & lili. an.* ℥. ij. *ſem. lin. fœnug. cum. an.* ℥iij. *flo. cham. melil. & ane. an. p. j. ſummitatum orig. m. ß. bulliant in aquis partibus aquæ & vini aut in duabus partibus aquæ & vna vini, aut in lixiuio cineris ſarmentorum, ad tertiæ partis conſumptionem, fiat fotus.* Ad huius imitationem alios deſcribere fotus facile erit, pro præſenti neceſſitate.

Vtimur fotibus antequam cataplaſmata, vnguenta aut emplaſtra parti adhibeamus, vt ſpiracula cutis reſeremus, partes relaxemus, humorē attenuemus, ſicque via ſequentibus remedijs fit expeditior. Purgato ante corpore fotus ad partes quaslibet adhiberi poſſunt. Adhibentur vero cum ſpongia fœmina (hæc mitior eſt mare, quia lenior & mollior) filtro, linteis & ſimilibus in decocto calente immerſis & expreſſis ſæpiuſque renouatis: alias dimidia veſica ſuilla (præſertim in laterum doloribus) decocto impletur, aut teſtacea, quo calor diutius conſeruetur: ſic tamen, vt teſta goſſipio, lana ſuccida aut ſimili rē molli obducatur: ne parti duritie & aſperitate moleſta ſit, ex Hippocratis decreto.

Vſus.
Spongia fœmina.
2. de victu in acutis.

D

De Embrochis. CAP. XXX.

Embroche *irrigatio eſt, cum ex alto humorem imbris inſtar in partem aliquam inſtillamus.* Id remedij genus in capitis partibus vſurpatur maxime, & ad ſuturam coronalem adhibetur, *quod ea parte cranium tenuius ſit,* ſic vt per eiuſmodi ſuturæ ſpiracula, reliquarum ſuturarum ſpiraculis patentiora, vis medicamenti facilius penetrare in meninges poſſit. Embrocharum materia ſunt radices, folia, flores, ſemina, fructus, & alia pro Medici fine & arbitrio. Coquuntur in aqua & vino ad medias aut tertias. Parantur embrochæ etiam ex lixiuio & muria, ad cerebri frigidos & humidos affectus. Aliquando ex oleo & aceto, alias ex ſolo oleo. Vel:

Embroche quid.
Cur Embroche maxime adhibeatur ſuturæ coronali.
Embrocharum materia.

℞. *fol. plant. & ſola. an. m. j. ſem. portul. & cucurb. an.* ℥ij. *myrtil.* ℥j. *flor. nymph. & roſ. an p. ß. fiat decoctio ad* ℔j. *cum aceti* ℥ij *ſi alte ſubeundum ſit, ex qua irrigetur pars inflammata.* In cerebri affectibus, cum repellendum eſt, frequenter & ſalubriter vtimur oleo roſato cum aceti quarta parte.

Embrochis vtimur, vt vna cum aere arteriarum diaſtole & ſpiratione in corpus allecto, humoris pars tenuior penetrare poſſit, & parti inflammatæ refrigerium inferre. Nam embrocharum in calidis af-

Vſus.

E fectibus vſus cernitur maxime. Vtimur etiam embrochis, cum metu hæmorrhagiæ, aut diſſultus membri fracti, vel luxati, vincula, quibus membrum conſtringitur, ſoluere non audemus. Tum enim decoctum, vel oleum ex alto in vincula inſtillamus, vt per ea vis medicamēti in membrum affectum ſubeat.

De Epithematibus. CAP. XXXI.

Epithema *compoſitio eſt morbis partium imi & medij ventris dicata, fotui ſimilis, & embrochis haud abſimilis.* Fit ex aquis, ſuccis & pulueribus, quorum opera cordi, thoraci, & iecori atque aliis dicata eſt. Additur vinum ad penetrationem plus minuſue, prout affectionis frigidæ aut calidæ conditio requirere videtur:

Quid epithema.
Eius materia.

nam ſi calefaciendum eſt, plus vini additur, vt in ſyncope à ſanguinis grumo, à ſeminis corruptione, ab hauſto frigido veneno: contra fit in ſyncope à diſſipatione ſpirituum per febriles ardores: additur etiam acetum. Medicamentorum materia viſceribus propria deſcripta ante eſt: frequenter tamen vtimur pulueribus, quibus electuaria compoſita conſtant, vt puluere electuarij triaſantali affecto iecore, diamargariti affecto corde. Succorum ſeu liquorum ad pulueres ea doſis eſſe ſolet, vt pro illorum libra vna bo-rum vncia vna aut ſeſquuncia ponatur, vini vero vel aceti vncia vna. Id intelligere licebit exemplo ſequenti. A

Cap. 6. huius tract.

Epithema cardiacum. Vſus.

℞. aqu. roſ. bugl. & borrag. an. ℥iij. ſucci ſcabioſ. ℥ij. puln. electua diamarg frig ℥ij. cort. citr ſicci ℥j. coral raſ. ebor. an. ʒß ſemin. citri & card. bened. an. ʒij ß croci & moſchi an gr. v. addendo vini alb. ℥ij. fiat epithema pro corde.

Hepatis, cordis, & thoracis gratia, epithemata per febres hecticas & ardentes vtiliter vſurpantur, modo regioni pulmonum potius apponantur, quam cordis: ſic enim temperato ardore pulmonum minus incaleſcit aer attractus per febres peſtilentes & reſiccantes: parantur vero ex rebus humectantibus & refrigerantibus atque cardiacis, vt æſtus contemperetur atque vitalis facultas recreetur. Aliquando etiam epithematibus vtimur ad muniendum cor, & arcendas ab eo venenatas exhalationes elatas à parte aliqua grangræna aut ſphacelo obſeſſa. Maceratus & imbutus eiuſmodi ſuccis calentibus ac puluiſculis bombax, aut quid ſimile viſceri affecto ſubinde apponitur. Id genus remedij, vt nec aliud locale & particulare remedium, niſi præmiſſis vniuerſalibus remediis vſurpari nequaquam debet. B

De cauteriis potentialibus. CAP. XXXII.

Cauterij potentialis vſus.

PYrotici ea ſpecies, quam Cauterium potentiale vocant, vrit, & eſcharam facit. Is eius generis cauteriorum vſus eſt, vt per partes eas, quibus applicantur, humorum fiat vacuatio, deriuatio, reuulſio, aut attractio. Itaque & ſæpe vtiliter vſurpantur in puncturis, & morſu beſtiarum venenatarum, in phlegmone luis veneteæ, in bubonibus & carbunculis peſtilentibus, niſi magna ſubſit inflammatio. Ignis enim non modo partem aperit, ſed & veneni vim obtundit, foras euocat, & materiam coniunctam vacuat abunde. Proſunt etiam in pituitoſis & contumacibus tumoribus calore enim ſuo, caloris noſtri imbecilli vim & conatus adimunt.

Materia.

Vtiliter etiam apponuntur ad ſiſtendam hæmorrhagiam, ad exedendam, exterendamque vlcerum & gangliorum carnem ſuperfluam ad deterendos vlcerum margines calloſos, & alia, quæ longum ſit commemorare. Materia eiuſmodi cauteriorum ſunt cinis quercinus, tartarum ſeu cinis fæcinius è tithymalis, ficu, caulium truncis, fabarum ſcabis, ſarmento vitium: item ex ſale ammoniaco, alkali, axungia vitri, ſale nitro, vitriolo romano & ſimilibus: nam ex his fit ſal, quod calore ſuo cauſticum eſt & eſcharoticum ferri ardentis, aut accenſi carbonis inſtar. Itaque ſoluit violenter continuum erodendo cutem, vna cum carne ſubiecta. Plures hic eiuſmodi cauteriorum formulas adſcribere libet. C

Cauterium potentiale.

Cape calcis viua in ſitula lixiuij tonſorum extincta vncias tres: Vbi lixiuium reſederit, coletur: in id colatum immitte axungia vitri, cineris e face vini concremata ſingulorum libras duas: ſalis nitri & ammoniaci ſingulorum vncias quatuor: craßiuſculum hæc in puluerem exteri debent: indeque igne ebullire, ac poſt ebullitionem in ſuo illo lixiuio macerari per viginti quatuor horas, identidem & ſæpius conuoluendo, inde per linteum denſius, craßius & duplex tranſcolari, ne quid terrenæ facis vna cum liquore elabatur: Hunc, qui deſtillauit, liquorem, aquæ inſtar perlucidum, Capitellum nominant: excipiuntque in pelui ænea, qua ſolent Tonſores vti.

Ignibus & flammis rurſum & quamprimum, vt ferueat, ſubiicitur, continenter agitando, ne ſal ad peluim adhæreſcat, capitello ad medias conſumpto vitrioli in puluerem triti, quo eſchara labatur citim, vncias duas affundunt, ac peluim ſupra ignem relinquunt, quouſque omnis ferme liquor vanuerit: Tum ſal, ſeu terreſtrem illam, quæ capitello ignibus reſoluto remanſit, materiam cultro, tanquam ſæcem aut argillam, in fruſta diſſecant, & in cauteria huius aut illius magnitudinis & figuræ pro arbitrio ſpatula ferrea calente conformant, ea inde phiala ſeu capſula vitrea, arcte obturata, ne aerem admittat, recondunt, & in vſus aſſeruant. Vel: D

Alia deſcriptio cauterij potentialis.

℞. palea aut truncorum fabaceorum faſciculum vnum, truncorum caulium faſciculos duos, ſarmentorum vitis faſciculos quatuor, fiat cinis, immittatur in ſitulam aquæ fluuiatilis, infundatur per diem integrum, ſubinde agitando: Huic adde calcis viuæ libras duas, axungiæ vitri libram ſemiſſem, cineris facini libras duas, ſalis nitri vncias quatuor: omnia in puluerem redacta infundantur in prædictum lixiuium per duos aut tres dies, ſæpiuſque verſentur: inde per denſum linteum coletur capitellum donec perlucidum appareat.

Pelui exceptum igni ſubiiciatur, iamque omni fere liquore reſoluto, addantur vitrioli vncia dua vel tres, exhauſto, quod ſufficit, humore, formentur ex terrena face cauteria, eo, quo prædictum eſt, modo. Vel:

Cape cineris ligni querni nodoſi & veteris, ſed imputris, quantum voles, fiat lixiuium: Id lixiuium iterum per alios eiuſdem ligni cineres transfundatur, idem tertio & quarto fiat: mox in illo lixiuio calx viua extinguatur, ex duobus illis capitellum fiat, ex quo probatiſſima fient cauteria.

Signum boni capitelli.

Nam eiuſmodi cinis calidus eſt in quarto gradu, pariterque lapides, ex qoibus calx fit, coctione ſe aſſatione igneſcunt & incaleſcunt ad quartum vſque gradum: imo ipſe aliquando canteria ex ſolo cinere querno confeci, quæ celeriter & poreurer operabantur. *Capitellum ſeu lixiuium probatus cenſetur viribus, ſi in ipſo ouum natet, neque mergatur.* Vel, E

Cape cineris truncorum fabarum libras tres, calcis viuæ, tartari, cinerum ligni querni valde coctorum ſingulorum libras duas. Infundantur per duos dies in ſitula lixiuij cineris querni, crebro verſando: Id lixiuium mox in aliud vas d ponatur, quod in fundo multis foraminibus ſiet, ſtramineis tubulis obductis, vt per anguſta viarum capitellum diffluens clarius euadat.

Sic ter

A *Sic ter quaterque tranſcolandum, vt perfectim ſe imbuat cinerum empyreumate & cauſticis viribus: Exceptum pelui tonſoria ſubiiciatur ignibus, vbi craſſeſcere & inſpiſſari incipiet, ignis maior excitandus eſt, & ex concreta materia formanda cauteria.*

Quæ ſequuntur cauteria, omnium, quæ huc vſque mihi experiri contigit, ſunt probatiſſima, vt quæ vel piſi magnitudine brachio impoſita ſemihoræ ſpatio ſine dolore, ſi præſertim pars ex ſeſe indolens ſit, & inflammationis expers, cutem carnemque ad os vſque ſubiectam exedant, & vlcus pollicari amplitudine faciant: eſcharam vero relinquant, adeo mollem & humidam, vt ipſa intra quatuor vel quinque dies ſine vllo ſcarificatu facile excidat. Eiuſmodi cauteria placuit Serica nominare, non modo quod ſerici inſtar mitia ſint & ſine dolore, ſed & quod eorum deſcriptionem à chymiſta quodam, qui ea magni & chari cuiuſdam ſecreti loco habebat ſerico & multis precibus emerim. Sic autem habet deſcriptio. *Cauteriorũ ſericorum dotes.* *Nominis ratio.*

Cape cineris ſcaporum aut truncorum fabaceorum, cineris ligni quercini bene coctis ſingulorum libras tres, infundantur in aquæ pluuialis ſemiſitula, agitentur in caldario frequenter: Hinc adde calcis viuæ libras quatuor, quibus extinctis verſetur ſubinde id totum diligenter per duos dies integros, quo capitellum euadat vegetius, hinc percoletur per denſum & B *craſſum linteum, exceptumque capitellum ſubiecta pelui, ter quaterque ſuperaffundatur ſuis cineribus, vt ſic ignea illorum facultate facilius & certius ſe imbuat: Bulliat poſt in pelui tonſoria, vel figulino vertice fictilis incruſtato, igne multo ex carbonibus accenſis excitato, quouſque ſpiſſius euadat.* *Deſcriptio.*

Sed in inſpiſſationis illius modo ac termino magna pars ſecreti ſeu artis conſiſtit: nõ enim capitellum illud ſpiſſius factum & in ſal concretum tamdiu ſuper prunas accenſas hærere oportet, quoad liquor omnis ignis vi abſorptus euanuerit, ſic enim ſimul vis medicamentorum commemoratorum, quæ etiam in ſpiritu conſiſtit, magna ex parte euaneſcit: itaque antequam ad extrema ſiccitatis ventum ſit, igni ſubducetur, tum nempe, cum ſuperſtes adhuc erit aliquis liquor ſpiſſior, qui ad arbitrium fingi cauteria & formam acceptam ipſa retinere non impediat. Ficta cauteria denſa, ampulla vitrea, arctiſſime lutata, ne aeris contactu liqueſcant, recondantur & in loco ſicco reponantur atque aſſeruentur.

Cauteriis quia effectis & facultate affinis eſt puluis mercurij, qui virium præſtantia puluis angelicus dictus eſt: ideo hic eius deſcriptionem adſcribere placuit.

℞ auripigmenti citrini, floris æris, an ℥ij. ſalis nitri, ℔j ß. aluminis rochæ ℔ij. vitrioli rom. ℔iij. piſtentur omnia, & in pollinem redigantur, atque in retortam ſeu matulam vitream aut figulinam conijciantur, ſubiecto excipulo capaci & C *bene lutato. Retorta mox fornaci admoueatur, deſtillatioque perficiatur igni ab initio exiguo, mox paulatim augeſcente, ſic, vt excipulus nonnihil rubeſcat: ℞ argenti viui ℔ß. aquæ fortis, ℔j ponatur in phiala, & fiat puluis, vt ſequitur.* *Puluerium mercurij ſeu angelici deſcriptio.*

Cape figulinum vas amplæ magnitudinis, in quod pone prædictam matulam, in qua argentum viuum & aqua fortis repoſita erunt, ſubſtratis matulæ ac circumpoſitis cineribus, ſic vt ipſis ceruice tenus merſa ſit: fictili inde circumponantur accenſæ prunæ, ſic ebulliet & exhalabit aqua fortis, nec interim matula à fractura periculi quidquam imminebit vbi exhalarit & euanuerit omnis aqua, quod ex eo cognoſces, ſi nihil amplius fumi ex matula prodeat, refrigeſcere eam ſines, mox cineribus eximes: tum enim in eius fundo calcinatum mercurium colore minij comperies, ſepoſitum ab omni excremento albo, flauo, aut nigro: quod enim album in ſummo concreſcit, ſublimatum dicitur, quod cum mercuriali calce ſi remaneret, ipſum dolorificum redderet. *Seorſim igitur abductum calcinatum illum mercurium in puluerem comminues, & in vaſe æneo prunis impones, agitando & verſando ipſum ſpatula per vnam vel horas duas:* ſic enim magnam acrimoniæ & mordacitatis partem deponit, quo fit, vt inter operandum minus ſe præbeat dolorificum.

De Veſicatoriis. CAP. XXXIII.

D VEſicatoria & rubrificantia ſeu phœnigmi, *vnguenta ſeu cataplaſmata aut emplaſtra ſunt facta ex medicamentis acribus, quibus vis inſit humores ex alto foras in ſuperficiem corporis attrahendi, cutem exulcerandi & veſicas mouendi.* *Quid veſicatoria & rubrificantia.*

Materia eadem eſt, quæ ſepticorum, nempe ſynapi, anacardus, cantharides, euphorbium, radices ſcillæ, bryoniæ, & ſimilia, quæ cum melle, terebinthina, fermento, gummi, aut reſina, vt inde fiant cataplaſmata, vnguenta aut emplaſtra, corporantur. Itaque veſicatoriorum compoſitio ab vnguentorum durorum aut mollium compoſitione non differt. Vno ergo exemplo propoſito ſufficiet eorum deſcriptionem mentibus ſubiicere.

℞ cantharidum, euphorbij, ſinapi an. ʒß. mellis anacardini ʒj modico aceti & fermento, quod ſit ſatis, excipiantur & fiat veſicatorium Sunt inter Veteres, qui aqua quam aceto malunt in medicamentum, dum piſitur, excipere, quod experimento didicerint, ſinapi vim aceto exoleſcere. Vtimur hoc remedij genere in morbis longis, cum aliis remediis nihil profecimus, maxime in cephalæa, hemicrania, epilepſia, iſchiade arthritide, morſibus & puncturis venenatorum animantium, anthracibus peſtilentibus, aliiſque inueteratis & contumacibus morbis. *Veſicatorij deſcriptio.*

Vtimur etiam, cum emortuæ parti vitam & vigorem reſtituere volumus, ſic enim vna cum calore E ſpiritus reuocantur: in quam rem deligenda blandiora veſicatoria ſunt, nempe rubrificantia tantum, ſcilicet vt efflореſcat locus leniter in ruborem, non etiam vratur: ante laborioſius exercenda frictionibus pars eſt, vt ſopitus calor excitetur, ſpiracula cutis potentiora ſint, & medicamenti vis altius ſubeat in corpus. *Veſicatorij & phœnigmi vſus.*

De collyriis. CAP. XXXIV. A

Collyrium quid. Collyriorum differentia. Vſus collyriorum.

COllyrium *medicamentum eſt oculis accommodatum, ex tenuibus puluiſculis in formam Alcohol*, vt Arabes loquuntur, *comminutis*: laxius tamen etiam collyrium vſurpatur pro quolibet medicamento liquido, ex liquore & puluiſculis, parti cuilibet accommodato. Itaque collyria trium ſunt generum, quædam humida ſeu liquida ſunt proprie dicta collyria: alia ſicca, quæ cum trochiſcis eadem conſiſtentia ſunt: alia mellis conſiſtentiam habent aut linimenti. Liquida oculorum canthis maiori & minori ſeruiunt: quæ mellis ſunt conſiſtentia, pupillæ deſtinantur: ſicca vero in pollinem comminuuntur, vt in oculos inſufflentur: nonnunquam etiam cum ſucco & liquore aliquo diſſoluuntur, vt in humida collyria tranſeant. Varios igitur vſus habent, & variis partibus applicantur collyria pro Medici fine & conſilio. Liquida enim oculorum canthis affuſa inflammationum ardores promptius mitigant, quia tenuitate ſubſtantiæ facile ſubeunt: quæ firmiorem conſiſtentiam habent, ea tenacius adhærent & certius operantur.

Humidorũ & ſiccorum collyriorum materia.

Humida collyria fiunt ex ſuccis, mucaginibus, liquoribus, herbarum, florum, ſeminum, metallicorum, fellium & aliorum eiuſmodi medicamentorum, repercutientium, reſoluentium, detergentium, anodynorum, & ſimilium pro præſentis affectus occaſione. B Nonnunquam fiunt ex ſolis ſuccis & aquis deſtillatis: alias ipſis puluiſculi, aut in pollinem comminuta collyria ſicca immiſcentur cum oui albumine. Puluiſculi ad drachmas duas, liquores ad quatuor aut quinque vncias oculorum gratia præſcribuntur: at aliarum partium ergo, vt cum iniectio in vrethram facienda eſt, ad libram vnam præſcribi poſſunt. Arida ſeu ſicca collyria fiunt ex pulueribus in pollinẽ redactis, & cum ſucco aliquo corporatis, quo fit, vt à trochiſcis parum differant. Itaque collyrium album Rhaſis hodie trochiſci nomine donatur, & cum trochiſcis aſſetuatur. Cathæretici pulueres haud in forma collyrij humidi applicantur, ſed ſpecie linimenti, nempe cum adipe aut oleo corporantur. Omnia hæc ſequentibus exemplis innoteſcent.

Collyrium repellens.

Pro collyrio repellente *℞. aquar. plant. & roſ. an. ℥ij. albumen oui vnum bene agitatum, miſce, fiat collyrium.*

Anodynum.

Pro anodyno *℞. aquar. roſarum & violar. an. ℥iij. trochiſcorum alborum Rhaſis cum opio ʒij. fiat collyrium.* Vel:

℞. decoctionis fœnugr. ℥iij. mucaginis ſemin. lini ℥ij. ſachari candi ʒj. croci ℈j. fiat collyrium.

Detergens.

Pro detergente *℞. thur. myrrh. an. ℈ij. tuth præparatæ & antim. loti an. ʒij cum ſucco chelidoniæ, fiat collyrium in vmbra ſiccandum.* Vel: C

℞. fellis perdic. aut leporis ʒß. ſucci fœnic. ʒj. ſacch. candi ʒij ſyrupo roſato excipiantur, fiat collyrium. Vtimur collyriis in vulneribus, vlceribus, fiſtulis, ſuffuſionibus, inflammationibus & aliis oculorum morbis.

De Errhinis & Sternutatoriis. CAP. XXXV.

Errhinum quid. Errhinorum differentia.

ERrhina ſeu Naſalia *medicamenta ſunt naribus conſecrata, ad cerebrum excrementitiis humoribus ſuis per nares expurgandum, vel ad excrementa ea detergenda, quæ naribus ipſis per ozænas, polypos & alios naſi morbos adhærent.* Errhina vel liquida ſunt, vel ſicca vel duræ & emplaſtri conſiſtentiæ. Liquida, quæ ſæpe ſunt caputpurgia, fiunt ex herbarum, vt betæ, caulium, maior, anagallidis, hyſſopi, aut meliſſæ ſuccis, vel ex earum decoctis per ſe ſumptis, vel cum vino, ſyrupo, oxymelite ſcillitico, ſyrupo de hyſſopo, roſato vel melle anthoſato mixtis: aliquando eiuſmodi liquoribus puluiſculi immiſcentur, de pipere, euphorbio, pyrethro, nasturtio, nigella romana, caſtoreo, myrrha, elleboro albo, cyclamine, & aliis parca manu, nempe ad drachmam vnam, paulo plus, minuſue pro morbi vehementia. Exemplis hæc fiet doctrina illuſtrior.

℞. ſuc. betæ, maior. & braſ. an. ℥j depurentur, & modice bulliant cum vini alb. ℥ij. oxymelit. ſcillitici ʒß. fiat errhinum.

Errhini deſcriptio.

Poſſunt diſſolui in errhinis, vbi validius è cerebro attrahendum eſt, purgantia medicamenta, vt agaricus, diaphænicum, ſena, carthamus & ſimilia. Hinc manauit diſtinctio errhinorum, in ea, quæ pituitæ, bili, & melancholico humori purgandis ſunt conſecrata. D

Errhinum trahens pituitam.

Exemplum id à Rondeletio propoſitum legitur, pro attrahenda pituita: *℞. rad. pyret. iridis an. ʒj. puleg. calam. orig. an. m. j. agar. trochiſcati ʒiij. flor. anthos & ſtœchados an. p. j. fiat decoctio in colatura ℔j. diſſolue mellis anthoſati & ſcillæ an. ℥iij fiat caputpurgiũ.* Cæterum ſatius eſt purgantibus in hanc rem vti ſimplicibus, vt agarico, turbetho, colocynthide & ſimilibus, quam compoſitis, vt diaphænicone: his enim decoctio craſſior euadit, & peruadendis narium meatibus, oſſibusque ethmoidibus male habilis, apta potius, quæ illic obſtructionem pariat, & reſpirandi libertatem intercipiat.

Ad conficiendum errhinum cum puluiſculis *℞. ſuc. betæ ℥j. aquæ ſal. & beto. an. ℥jß. puluer. caſtorei ℈ß. piper. & pyreth. an ℈j. fiat caputpurgium.*

Errhinum cum puluiſculis. Sternutatorium.

Errhina ſicca, quæ ſternutatoria dicuntur, quod ſternutamentum cieant, ex ſolis puluiſculis fiunt in quam rem qui modo commemorati ſunt, deliguntur, itemque aromatici, parca manu, nempe ad drachmas duas, quod ſummum eſt. Vt,

℞. maior. nigel. caryoph. zinziberis an. ℈i. acor. pyreth. & panis porc. an. ℈ß. euphorb. ℈j. terantur diligenter, & in nares mittantur, aut inſufflentur. E

Errhinorum ſolidorum materia. Vſus errhinorum.

Conſiſtentiæ emplaſtri errhina, Latinis vulgo Naſalia dicta, fiunt ex deſcriptis puluiſculis, aut gummi malaxatis cum aliquo herbarum commemoratarum ſucco, corporatis cum terebinthina & cera, quo melius in formam pyramidalem eant, in narium meatus immittendam. Vt: *℞. maior. ſal. nigel. an. ℈ii. pip. albi, caryoph. galan. an. ℈j pyrethri, euph. an. ʒß panis porc. ellebori alb. an. ℈j terantur & in puluerem redigantur, deinde cum terebinthina & cera quantum ſatis eſt, incorporentur, fiantque naſalia pyramidali figura.*

Vtimur errhinis in cerebri morbis inueteratis, vt epilepſia, cæcitatis impendentis metu, apoplexia, lethargo,

A lethargo,conuulſione,odoratu læſo,præmiſſis tamẽ vniuerſalibus vacuationibus,ne ſternutamento, & ſimili cerebri concuſſione ad excuſſionem rei moleſtæ,maior fiat ſurſum ex ſubiectorum viſcerum impuritate attractio. Liquida attrahi in nares debent tepide ex vola manus ad ſemũciam,ore interim aqua pleno,ne attractus liquor in palatum temeet, & inde in pulmones illabatur. *Vtendi modus.* Sicca errhina ex canna in nares inſufflantur.Solida filo reuincta,quo reuocari cum libet poſſint,in natium meatus aptantur. Matutinum tempus ventre vacuo,eſt errhinorum vſui accommodatius. Si ex eorum vſu plurius aliquis male nares habeat,lacte muliebri vel oleo violaceo demulcendus dolor eſt. *Quibus noceant errhina.* Attrahentium errhinorum vſus noxius eſt iis, qui oculorum morbis aut narium vlceribus ſunt obnoxij, vt non raro contingit in lue venerea Itaque in hoc caſu ſatius erit vti apophlegmatiſmis qui à naribus diuertant.

De Apophlegmatiſmis ſeu Maſticatoriis.

Cap. XXXVI.

B Apophlegmatiſmi Græcis,Maſticatoria Latinis,*medicamenta ſunt quæ ore verſata,& aliquandiu maſticata, per palatum humores excrementitios,præſertim pituitoſos, e cerebro eliciunt.* *Quid apophlegmatiſmus.* Quatuor maxime conſtantur modis: *Differentia.* Primus eſt,cùm medicamenta melle aut cera excipiuntur,& in pilulas conformantur,atque maſticanda exhibentur:Secundus eſt,cum eadem linteo tenui,tanquam nodulo includuntur mandenda: Tertius,cum acrium medicamentorum decoctum diutius ore continetur: Quartus,cum medicamentum aliquod acre, vel alioqui pituitam proliciens, vt pyrethrum, maſtiche per ſe citra mixtionem ad quantitatem nucis auellanæ ore ſumitur,continetur,& verſatur. Maſticatoriorum materia eſt ex genere medicamentorum acrium,vt ex pipere,ſynapi,hyſſopo,zinzibere, pyrethro,& ſimilibus. Inter quæ ea ſunt potiſſimum deligenda, quæ ſapore nullo ingrato moleſta erunt, quo diutius ſine faſtidio ore verſari & contineri poſſint.

Fiunt tamen & ex acerbis medicamentis maſticatoria, vt fructu berberis, prunorum aut ceraſorum nucibus,quæ ore aliquandiu verſata,non multo minorem pituitæ copiam proliciunt, quam acria: nam & ipſe motus ipſaque in ore verſatio attrahit,quia calefacit,comprimit & exprimit: quantitas medicamenti eſt à ſemuncia ad ſeſquiunciam. Vt,

C ℞ *pyreth: ſtaphyſagr. an ℥iſs maſtich. ʒß. puluerentur & inuoluentur nodulis in maſticatoria.* Vel:

℞. *zinzib. ſinap an. ʒj. euphor. ℈ij. pipe. ʒß. excipiantur melle,& fiant paſtilli pro maſticatorio.* Vel:

℞. *hyſſ: thym. orig. ſal. an p. j. decoquantur in aqua pro collutione oris.* Vel:

℞. *zinzib. caryoph. an. ʒj. pyrethri, pip. an. ʒß. ſtaphyſagr. ʒij. maſtiches ʒß. excipiantur, fiant paſtilli pro maſticatorio.* *Vſus apophlegmatiſmorum.*

Maſticatoriis vtimur in cerebri morbis inueteratis, obſcuratione viſus, ſurditate, capitis & faciei puſtulis,aliquando & ad deriuanda excrementa,quibus per nares vlcere obſeſſas curſus eſt.

Maſticatoria valde illis noxia ſunt, quibus os interius, gula vel guttur vlceribus tenentur: pariter *Quibus noceant apophlegmatiſmi.* quibus pulmones inflammationibus,deſtillationibus,& vlceribus ſunt obnoxij. Tum enim errhina vtiliora ſunt ad deriuandam per nares morbi materiam: etſi enim maſticatorij vi humor è cerebro in palatum attractus ſcream foras depellatur, aſſueſit tamen interim natura eiuſmodi decurſui humoris, ſic vt poſtea etiam dormientibus nobis humor ſolita via feratur, ſtilletque in partes ſubiectas vel natura,vel ex euentu infirmas. Tempus apophlegmatiſmorum vſui opportunum eſt matutinum,repurgato ante corpore,ſi quæ ex maſticatorio ingrati ſaporis ori & linguæ adhæſerit, id mox lotione ex aqua ſub-

D tepida,vel ex decocto glycyrrhizæ,& hordei eſt eluendum.

De Gargariſmatibus. Cap. XXXVII.

Gargariſma liquida eſt *compoſitio, oris & omnium partium lotioni dicata*, ad prohibendam fluxionem & inflammationem:ad vlcera,quæ partibus illis defixa ſunt,ſananda:ad dolores leniendos. *Gargariſma quid.* Gargariſmatum compoſitio eſt duplex Prima eſt ex radicum,foliorum, florum, fructuum & ſeminum propoſito morbo idoneorum decocto: *Differentia gargariſmatum.* fit autem decoctio vel in aqua ſimplici & ſola, vel admixto vna vino albo,rubro,craſſo & ſtiptico,vel in glycyrrhizæ & hordei,vel in rerum pectoralium decocto: prout ſcilicet Medico conſilium fuerit repellere,refrigerare,inflammationem compeſcere,vt in dolore dentium, qui fit adhuc,digerere,vt in dolore dentium iam facto:vel detergere,vt in oris vlceribus:vel deſiccare & adſtringere, vt cum deterſa iam vlcera claudi oportet. Altera gargariſmatum componendorum ratio ſine decoctione fit,cum illa paramus vel ex aquis deſtillatis ſolis,vel mixtis cum ſyrupis, mucagine, la-

E cte bubulo,ſero caprino diligenter colato. Admiſcetur nonnunquam decocto,aquis ſtillatitiis & mucaginibus,mel roſatum,oxymel ſimplex,diamoron,dianucum,hiera picra,oxyſacchara, ſyrupus de roſis ſiccis, ſyrupus acetoſus & alia, *Materia.* prout res præſens poſcere videtur, nempe alumen, balauſtia, myrrha, thus,zinziber,piper,cinamomum,roſæ ſiccæ,& huius generis multa: conſque vt ſæpe in decoctum gargariſmatum veniant medicamenta,quæ è cerebro trahere poſſunt, vt pyrethrum,carthamus, radix turbethi,& alia nullo,quantum fieri poteſt, amarore prædita:quæ cauſa exiſtit, cur neque agaricus, neque colocynthis in gargariſmata venire debeant. Quantitas liquoris gargariſmatis eſt à ſelibra ad libram vnam. *Deſcriptio.* Syrupi admiſcentur ad vncias duas,pulueres parca manu,nempe ad drachmas tres,alumen vſq; ad drachmas ſex, mucagines eliciuntur ex drachmis duabus ſeminum. Huius doctrinæ hæc exempla ſunto. *Gargariſma adſtringens & repellens.* Pro aſtringente & repellente ℞. *plantag. polygoni. oxalidis an. m. j. roſar. rub. p. ß. hordei p. j. fiat decoctio ad ℥viij in qua diſſolue ſyrupi myrtillor. ℥vj. dianucum ℥ß. fiat gargariſma.*

Garg. anodynum. Pro anodyno ℞. *chamam. melil. aneth. an p.j. roſar. rub p. ß. paſſul. mund. & ficuum an. p.ij decoquantur in aqua partibus vini & aquæ ad ℥vj. addendo mucaginis ſeminis lini & fœnugr. an. ℥ij. fiat gargariſma.* A

Detergens. Pro detergente ℞. *aquæ plantag. aquæ liguſtri & abſynthij, an. ℥ij. mellis roſ. colati. ℥vj. ſyrupi roſarum ſiccarum & de abſynthio, an. ℥vj. fiat gargariſma*

Vtimur gargariſmatibus mane, ieiuno ventriculo poſt vniuerſales purgationes: capiuntur nonnunquam frigida cum ſerinus, acris & tenuis humor deſtillat: aliquando tepida ingeruntur, omnia pro Medici præſentis conſilio.

De Dentifriciis. Cap. XXXVIII.

Dentifricia quid. Differentiæ. Materia. DEntifricia ſeu dentiſcalpia, *medicamenta ſunt compoſita dentibus detergendis, dealbandis, confirmandis, multis denique modis inſeruientia:* ex eo enim vſu id nominis habuerunt. Horum alia ſicca ſunt, alia humida. Siccorum alia opiatæ formam obtinent, alia puluerum craſſiuſcule comminutorum. Humida fere per deſtillationem fiunt. Siccorum materia ſumitur ex detergentibus & deſiccantibus, cuiuſmodi ſunt coralla, cornu cerui, os ſæpiæ, alumen, cryſtallus, pumex, ſal nitrum, myrrha, thus, balauſtia, glandes, omnes teſtæ piſcium. Hæc omnia alias vſtione præcedente, alia citra hanc in puluerem rediguntur, os enim ſæpiæ vſtum, fœtidum & ingratum odorem ſpirat. His ad odoris gratiam adduntur quædam aromatica, vt cinamomum, caryophylli, nux moſchata & ſimilia. Eiuſmodi pulueres, ſi ſyrupo aliquo, vt oxymelite ſcillitico vel mucagine arabico, tragacanthæ exceperis, opiatas facies, pyramidali forma digitum longas, rotundas, quadratas, mucronato extremo vt ſiccatæ dentiſcalpij vſum præbeant. Nonnunquam radices emollientes coquuntur cum ſale aut alumine, vt mox ſiccatæ dentis fricij loco ſint. Humida fiunt ex herbis deſiccantibus cum medicamentis deſiccantibus & adſtringentibus deſtillatis. Exemplis appoſitis ſingulæ differentiæ innoteſcent. B

Puluis pro dentiſcalpio. ℞. *lapidis ſpongiæ pumicis & cornu cerui vſti an. ℥ij. coralli rubri & cryſtalli an. ʒj. aluminis & ſalis vſti an. ʒjß. cinamomi & caryophyllorum, roſarum rub. puluerat arum an. ℈ij. fiat puluis pro dentifricio.* Vel:

℞. *oſſis ſæpiæ, ʒß. maſtiches, coralli rub. vſti an. ℥ij. cornu cerui vſti ʒj. ß. aluminis, carbonis, roriſmarini an. ʒj. cinamomi, ʒij. fiat puluis pro dentifricio.* Vel,

℞. *oſſis ſæpiæ, aluminis & ſalis vſti an. ʒj. cryſtalli, glandium, myrrhæ, thuris an. ℈ij. corticis granatorum, macis, cinamomi an ſcr.j. fiat puluis, qui excipiatur mucagine gummi, tragacantha, & formentur pyramides longæ, ſiccandæ pro dentifricio.* Vel: C

Opiata pro dētiſcalpio. Radix cocta pro dentiſcalpio. ℞. *rad. maluæ iunioris & biſmaluæ an. ℥ij. coquantur in aqua ſalſa aut aluminoſa, deinde ſiccentur in furno pro dentifricio.* Vel.

Dentiſcalpium humidum. ℞. *ſalis ℥vj. alumi. ℥iij. thuris, maſtiches, ſanguinis drac. an. ℥ß. aquæ roſar. ℥vj. deſtillentur in alembico vitreo pro dentifricio.*

Vſus. Dentiſfricia non modo poliendis, detergendis, & confirmandis dentibus ſeruiunt, ſed his etiam ſæpe vtimur ad dolores dentium, ad oris vitia, & gingiuarum vlcera. Adhibere ea licet mane, ante & poſt paſtum. Veteres ex lentiſci ligno ſibi ad tremulos dentes confirmandos, dentiſcalpia ſiue alia artificio parabant, quod etiam hodie vulgo Narbonenſibus in vſu eſt, apud quos lignum illud frequentiſſimum eſt, adeo vt illinc ad nos in nobilium & principum gratiam aduehatur. In hanc etiam rem myrrha vſui eſſe poſſet, & quoduis aliud lignum adſtringens. Noſtrates vulgo vtuntur caulibus fœniculi, his tamen confirmandorum dentium nulla vis eſt: valent tantum odoris gratia.

De Sacculis. Cap. XXXIX. D

Quid ſacculus. Differentia. Materia. SAcculum Medici dicunt, *medicamentorum ſiccorum & pulueratorum in ſacculum ſeu marſupium, congeſtionem ſeu compoſitionem.* Eſt igitur ſacculus, quidam quaſi fotus aridus & ſiccus. Sacculorum non aliunde ſumuntur differentiæ, quam ex partium, quibus applicantur, varietate. Qui capiti aptantur, fingi debent in pileoli formam: qui ventriculo toti, ad formam phormingis: qui lieni, ad linguæ bubulæ: denique qui hepati, cordi & aliis apponuntur, ad earum partium figuram effinguntur. Earum materia fere ſumitur ex ſeminibus integris in ſartagine frictis, vel in puluerem redactis, adduntur aliquando radices, flores, fructus, cortices, puluiſculi cardiaci & alia ſicca medicamenta, quæ in puluerem facile comminui poſſunt, & partibus ægris conueniunt, quantitas varia eſt pro partium laborantium magnitudine, in pragmaticorum libris fere legitur ab vnciis tribus ad vncias ſex ſupra dimidiam. Præſcribuntur nonnũquam flores & herbæ ſiccæ manipulis & pugillis, hicque artificioſa coniectura opus eſt ad puluerum copiam conficiendam: Ad exempla veniamus.

Sacculus pro ventriculo. Ad conficiendum ſacculum pro ventriculo ℞. *roſar. rub. p. j. maſtiches ℥ß. coralli rub. ʒiij. ſeminis aniſi & fœnic. an. ʒij. nucis moſchatæ, ʒj. ſummitatum abſynthij & menthæ an. m. j. tritis omnibus fiat ſacculus conſutus & compunctus pro ventriculo.* E

Capiti frigido. Pro ſacculo ad caput frigidum ℞. *furfuris macri p. j. milij. ʒj ſalis ʒij. roſar. rub. florum roriſmarini ſtœchados caryophyllorum an m. ij fol. beton & ſaluiæ an. ʒiij. tritis omnibus fiat cucuffa, interſuta & calefacta fumo thuris & ſandaracæ exuſtorum, capiti apponatur.*

Cordi. Pro cordiali ℞. *florum borrag. bugloſſ. & violar. an p. ij. corticis citri ſicci, macis, ligni aloes, raſuræ eboris an. ʒj. oſſis de corde cerui, croci an. ℈ij fol. meliſſæ m. ß. pulueris diambra ʒß. contritis omnibus fiat ſacculus, e ſerico pro corde, irrorandus aqua ſcabioſa.*

Vtimur

A Vtimur ſacculis ad robur & confirmationem partium, tum nobilium vt cerebri, cordis, hêpatis: tum aliorum minus nobilium vt ventriculi, lienis, thoracis: denique ad diſcutiendos flatus quibuſuis partibus impactos, vt in colicis doloribus & nota pleuritide à flatu. Pulueres carminato & eapanſo bô-baci inſterni debent, ne ſe temere effundant, tumqne ſaeculo concludi & interſui. Sæpe ſacculos irrorarmus vino vel aqua deſtillata: alias oö ſubſtantia ſed ſolo vapore eiuſmodi liquorum in candenté patinam effuſorum. Sic ſæpe ſolo ſuffitu, ſæpe ad ignem in patina verſatione incaleſcunt ſacculi. Hi ſi cordis gratia inſtituantur, contexi debent ſerico Kermeſino ſeu coccineo, quod coccus tinctoria Arabibus Kermes dicta, cor reficere & recreare dicatur. Certe tenui & rara aliqua ſubſtantia, ſeu lintea illa, ſeu ſerica ſit, conſtitui ſemper debent.

Vſus. *Coccus tinctoria eſt Kermes Arabú.*

De Suffitibus. Cap. XL.

Suffitus quid. *Differentia.*

SVffitus *euaporatio eſt medicamentorum humidi aliquid viſcoſi & pinguis habentium.* Suffituum alij ſunt ſicci, alij humidi: ſicci trochiſcorum, vel pilularum formam habeot. Horum materia adipoſa & viſcoſa eſ-B ſe debet, vt vſtiooe fumum remittere poſſit: eiuſmodi ſunt ladanum, myrrha, maſtiche, pia, cera, reſina, terebinthina, caſtoreum, ſtyrax, thus, olibanum & alia gummi, quæ cum puluiſculis conuenientibus miſceri poſſunt. Ipſis enim corpus & conſiſtentiam ſtabilem præbent Qui ſolis ea puluiſculis inſtituuntur ſuffitus, nec tam validum, nec tam diuturnum fumum reddunt. Puluiſculorum quantitas eſt à ſemuncia ad ſeſquunciam, gummi vero duarum eſt vnciarum. Vt,

Materia ſuffituum.

Pro conficiendo ſuffitu cephalico ℞. *ſandaraca, maſtiches & roſarum an* ℥j. *benioini, galangæ an.* ℥iij. *terebinthina excipiantur, & fiant trochiſci*, quibus incenſis ſuffumigentur tegumenta capitis.

℞. Marcaſitæ ℥ij. bdelij, myrrhæ, ſtyracis an. ℥j.ß. ceræ flauæ & terebinth. quod ſufficit, fiant formulæ pro ſuffumigio. Vel: ℞. *cinnabaris* ℥ij *ſtyracis & benioini an.* ℥ii. *cum terebint. fiant trochiſci pro ſuffumigio per embotum.*

Ad neruorũ duritiam. *Ad luis venereæ reliquias.*

Suffitibus vtimur in magnis cerebri obſtructionibus, pulmonum vlceribus, aſthmate, tuſſi inueterata, coſtarum doloribus, vteri aliarumque aliquot partium affectibus. Suffitu nonnunquam totum corpus ſuffunditur, vt in luis venereæ curatione, ad mouendos ſudores, alias vna pars quæpiam, cui luis veoereæ reliquiæ quędam adhæſeruot. Tales ſuffitus fiunt ea cinnabari, cui multum hydrargyri admix-C tum eſt. Excipi debet ſuffitus per infundibuli anguſtam fiſtulam, ne fumus diſpergatur, ſed totus vna feratur in partem affectam, quomodo in vteri & aurium affectibus fieri ſolet. In ſuffitibus tum cerebri, tum thoracis hianti ore excipi vult vapor, qui inde per aſperam arteriam in thoracem, per palatum & nares in cerebrum ſubeat: ſed caput interim velatum ſit, ne quod vapori pateat diffugium. Humidi ſuffitus fiunt alias ex decocto herbarum, alias ea vno & ſimplici aliquo medicamento in ardente oleo incocto, nonnunquam pyrites lapis candens in aceto, vino, aqua vitæ, & ſimili liquore extinguitur, vt ſic vapor ſuſcitetur humidus. Id ſuffitus genus crebro vſurpamus in ſcyrrhoſis affectibus debellandis, cum incidere, diſcutere, ſubire altius & deſiccare volumus: exemplum eſt eiuſmodi.

Vſus ſuffituum. *Vtendi modus.*

℞. *Laterem vnum ſatis craſſum, aut marcaſitam ponderis* ℔. j *candeat ab ignitis & accenſis carbonibus, deinde extinguatur in aceto acerrimo, effundendo interim paucam aquam vitæ, fiat ſuffumigatio pro parte laborante.*

Suffitus ea herbarum decocto parum admodum à fotibus proprie dictis, id eſt, humidis differũt. Nam quod ad compoſitionem attinet, nihil intereſt, applicatione tantum ad partem affectam differunt. Suffitus humidi igitur ſit hoc eaemplum:

Suffitus humidi ratio. *Suffitus humidus ad aures.*

℞. *abſynth. ſaluia, rutæ, origani an. p. j. radicis bryoniæ & aſari an.* ℥ß. *feminis ſinapi & cumini an.* ℥ij. *deco duabus partibus quantur in aqua & vna vini pro ſuffitu auris cum emboto.* Parantur & vniuerſi corporis gratia ſæpe D eiuſmodi ſuffitus, de quibus dicemus poſtea.

De Inſeßionibus. Cap. XLI.

Inſeſſus quid. *Materia.*

INſeſſio ſeu ſemicupium *dimidij corporis, id eſt, partium ab imo ventre deorſum balneum eſt*: ita dictum, quod decocto herbarum ęger inſidens balneetur. Qua forma & ratione à fotu humido differt inſeſſio. Nam ea eadem materia fit, decocto nempe herbarum, radicum, ſeminum, fructuum. At decocti quantitas hic maior eſt, vt ſequenti eaemplo docemur.

Inſeſſus ad calculoſos renes.

Pro inſeſſu ad calculoſos renes ℞. *maluæ, biſmaluæ cum toto an m. j. ß. beton. ſaxifragæ, pariet. an. m. j. ſeminum melonis, milij ſolis, alkekengi. an.* ℥iij. *cicerum rubr. p. ij. radicis apij, graminis, fœniculi, eryngij, an.* ℥j. *decoquantur in ſufficienti quantitate aquæ pro inſeſſu.*

Vſus. *Vtendi modus.*

Inſeſſibus vtimur in affectibus renum, veſicæ, vteri, ceruicis partis vtriuſque, ſedis, ventris inferioris: vel alioqui, cum æger præ imbecillitate & metu diſſipationis ſpirituum integrum balneum ferre nequit, vtendi modus talis eſt.

E Implentur ſacculi decoctis herbis plantarumque partibus aliis, iubeturque æger ipſis inſidere. Interim tamen à capite, ne impleatur, arcendi vapores obiecto linteo velo, vel non ante in cupam deſcendendum, quam vapor omnis in auras vanuerit.

De Bal-

De Balneis. CAP. XLII.

Dotes balneorum.

BAlnea nihil aliud ſunt, quam *vniuerſi corporis quidam quaſi fotus*, ſanitati tum tuendæ, tum morbis depellendis. Hoc remedij genus valde eſt accommodatum, atque inter cætera externa remedia Græcis, Arabibus, Latiniſque Medicis valde celebratum. Balneum enim præter quam quod humores acres & fuligines ſub cute hærentes digerit, dolores & laſſitudines demulcet, omnemque intemperiei exceſſum corrigit, tum etiam in febrium ac permultorum aliorum contumacium & inueteratorum morborum curatione ſummum & extremum eſt remedium, ac ſalutis perfugium, iucundæ voluptatis plenum.

Differentia. *Balnea naturalia.*

Balneorum duæ ſtatuuntur differentiæ: quædam enim natura, quædam arte conſtant. Naturalia ſunt quæ ſua ſponte citra artis operam opemve qualitate aliqua medicamentoſa valent: aqua enim, quæ ex ſe qualitatis omnis, quæ guſtu percipi poſſit, expers eſt, ſi forte per metallorum venas percoletur, ipſorum ſe qualitatibus & effectis imbuit. Hinc eſt, quod eiuſmodi omnis aqua deſiccandi viribus pollet,

Ratio balneorum naturâ calidorum & feruentium.

alias cum calore & digerendi facultate, alias cum refrigerio & adſtrictione. Quorum igitur balneorum B aquæ calidæ aut tepidæ bulliunt, id habent à terræ & fodinarum interueniis, ignibus plenis: quæ res magnam habet admirationem, vnde ille ſuſcitetur ignis in ſubterraneis locis, quid ipſum accendat, quidque per tot annorum decurſus foueat, & ab extinctione vindicet. Philoſophi nõnulli ſolis radiis ipſum accendi volunt, alij fulminum terræ viſcera penetrantium vi, alij aeris vehementius concuſſi & quaſi colliſi impetu, haud ſecus, quam ſilicis & ferri attritu excluditur & excutitur ignis. Præſtat tamen in vniuerſitatis opificem Deum tanti effectus cauſam referre: cuius prouidentia quoquo verſum in omnes mundi partes penetrans, ipſa quoque ſubit & regit terræ penetralia. Quanquam proxime ad veritatem acceſſiſſe videntur, qui eiuſmodi in aquis caloris cauſam in ſulphuris copiam certis quibuſdam terræ locis concluſi transferunt, quod inter metallica omnia id corpus plus ignis & materiæ igni fouendo idoneæ habet. Itaque & ipſi ignes attribuunt, quos flammis indeſinentibus Æthna Siciliæ mons euomit.

Signa aquarum naturâ aluminoſarum ſulphurearum & ſimilium.

Hinc eſt, quod eiuſmodi aquarum maxima pars ſulphur redolet, aliæ tamen alumen, aliæ ſal nitrum, aliæ bitumen, aliæ chalcanthum redolent. Scire vero licet, cuius metallici corporis admixtione vel cõtagio eas vires aquæ obtineant, ſapore, odore, colore, limo, qui canalibus, quibus aqua deducitur, adhæret, & partium terreſtrium à tenuibus artificioſa ſeparatione. Nam eiuſmodi aquarum elixatione, C quæ ſubſidebit terrena fæx, ſulphuris, aluminis, & ſimilium metallorum vires, & ſubſtantiam retinebit: ſed & ex effectis & horum vel illorum morborum curatione ſcire etiam licebit cuiuſmodi naturæ exiſtant. Itaque ſingulas huius generis aquas ſuis effectis deſcribamus, ducto à ſulphureis initio.

Sulphurearum natura aquarum conditio.

Aquæ ſulphureæ potenter calefaciunt, deſiccant, reſoluunt, aperiunt, & à centro in corporis ſuperficiem attrahunt. Cutem ſcabie & ſerpigine obſeſſam detergent: pruritus vlcerum, & arthriditum cauſas digerunt & exhauriunt colicis doloribus & lienibus induratis medentur. Cæterum ad potum inutiles non modo propter odoris & ſaporis ingratitudinem, ſed & ſubſtantiæ interno corpori infenſæ ac præſertim iecori malitiam.

Aluminoſarum.

Aluminoſæ ſapore magnam præferunt adſtringendi vim. Itaque potenter deſiccant: calorem adeo manifeſtum non habent, epotæ tamen aluum laxant: calore credo, & nitroſa qualitate detergent & fluxiones reprimunt, menſeſque immoderatius fluentes ſiſtunt, dentium doloribus, depaſcentibus vlceribus, & gingiuarum, cæterarumque oris partium abditis abſceſſibus vtiles.

Nitroſarũ.

Salſæ & nitroſæ ſe ſatis ſuo calore produnt, calefaciunt, deſiccant, adſtringunt, detergent, digerũt, extenuant, putredini reſiſtunt, ſugillata delent, vlceribus ſcabioſis & malignis, œdematoſiſque omnibus tumoribus medentur.

Bituminoſarum.

Bituminoſæ calefaciunt, digerunt, & multo adhæſu induratos neruos remolliunt, variæ ſunt pro D bituminis, quod ipſæ alluunt, & cuius qualitatibus perfunduntur, variis conditionibus.

Ænearum.

Æneæ aquæ, id eſt, quæ æris qualitates referunt, calefaciunt, deſiccant, detergent, digerunt, incidunt, adſtringunt, aduerſus phagædenica vlcera, fiſtulas, palpebrarum durities valent, atque narium anique carnoſa tubercula exterunt & exedant.

Ferrearum.

Ferreæ refrigerant, deſiccant, & potenter adſtringunt: ideoque abſceſſibus, lienibus induratis, ſtomachi & ventriculi imbecillitatibus, vrinæ fluori, menſium immoderato fluxui, hepatis & renum calidæ intemperiei medentur. Eiuſmodi quædam viſuntur in agro Lucano.

Plumbearũ.

Plumbeæ refrigerant, deſiccant & alia, quæ plumbum, præſtant, par eſt de gypſoſis, cretaceis, aliiſque aquis iudicium: vt quæ omnes corporum, quæ præterlabuntur, vires accipiant, reddantque.

Calidorum balneorum.

Aquæ calidæ morbis frigidis & humidis auxiliantur, vt paralyſi, conuulſioni, neruorum rigoribus ac tetano, tremori, palpitationibus, frigidis in articulos deſtillationibus, membrorum inflationibus hydropi, ictero, ab humoris craſſi, lenti, & frigidi obſtructioni, laterum, coli, & renum doloribus, mulierũ ſterilitati, menſium ſuppreſſioni, vteri ſuffocationi, ſpontaneis laſſitudinibus, cutis defœdationibus, herpetibus, elephantiaſi, lepræ, ſcabiei, aliiſque morbis ab humore craſſo, frigido, & obſtruente obortis:

Quibus balnea calida noceant.

ſudores enim prouocant. Vitandæ tamen ſunt naturis bilioſis, & feruido hepate præditis: nam cachexiam & hydropem iecore aſſato inueherent. E

Balneorum frigidorum dotes. *Spadenſes Eburonum balnea.*

Aquæ frigidæ calidæ intemperiei vniuerſi corporis partiumque eius ſingularum medentur, ac frequentius ingeruntur, quam admouentur: viſcerum laxitatem, vt retentricis ventriculi, inteſtinorum renum, veſicæ exolutionem emendant, roburque conciliant: Itaque & hepatis ardores temperant, ipſumque roborant: diarrhoeam, dyſenteriam, menſes, vrinæ fluorem, gonorrhoeam, ſudores, & hæmorrhagias ſiſtunt. In hoc genere commendabiles ſunt maxime Eburonum Spadenſes aquæ, quæ intus

foriſque

A foriſque ſimilem fere habent agendi vim, multiplicemque ſimul vtilitatem ſine noxa adferunt, vt quæ in potum & iuſcula loci incolis vulgo cedant.

Balneorum arte conſtantium ratio.

Ad naturalium balneorum imitationem parantur in horum inopia, balnea arte conſtantia, infuſis admixtiſque deſcriptorum metallicorum puluetibus, vt ſulphure, alumine, ſale nitro, bitumine. Licet & ferrum, æs, argentum & aurum candentia in aqua communi aut pluuiali pluties extinguere, & ægris in potum exhibere: eas inſtructorum enim in ipſis metallorum qualitates ac vires, eiuſmodi aquæ non raro retinent, vt ex fœlici dyſentericorum ſucceſſu licet intelligere. Præter hæc alia etiam arte parantur balnea ex aqua ſimplici, aliquando equidem citra rei vllius admixtionem, alias admixtis medicaminibus & vna incoctis. Cæterum qualiacunque hæc ſint, tepida eſſe debent, tepida enim aqua humectat, relaxat, mollit partes ſolidas, ſi quando aridiores ſint, duriores & magis tenſæ: calore aſciticio cutis poros aperit, coquit, attrahit, & diſcutit excrementa fuliginoſa & acria inter carnem & cutem hærentia. Ad inſolatum vtilis eſt, & laſſitudines, per quas partes ſimilares plus æquo reſiccatæ ſunt. Denique ſiue plus æquo incaleſcamus, aut frigeamus, aut ſiccitate ſqualeamus, ſiue nauſeemus, manifeſtam vtilitatem ex balneis aquæ dulcis & tepidæ percipimus, quæ nempe frictionum & exercitij vicem ſupplere

Dotes balnei ex tepida aqua arte parati.

B poſſunt. Temperiei enim mediocritatem corpori conciliant, natiuum colorem augent & roborant, promotiſque ſudoribus flatus diſcutiunt.

Itaque vtiliter admodum ad febres hecticas adhibentur, & ad febrium omnium declinationes, deliriaque: ſomnum enim conciliant. Verum quia aqua ſola diu corpori hærere non poteſt, admiſcetur oleum, quod aquæ liquorem cohibeat, tenaciuſque cuti apponat. Pulmonum & laterum inflammationibus eadem balnea conferunt: dolorem enim mitigant & ſuppuratum promouent ad excluſionem, cum ex arte generalia remedia præceſſerunt: alias namque fluxionem maiorem in afflictas partes concitabunt: balneum enim, Galeni ſententia, vtiliter ad morbos adhibetur, cum materia morbifica cocta eſt. In hanc rem eligitur aqua pluuia, inde fluuiatilis, modo limoſa non ſit, hinc fontana. Stagnorum & paludum aqua improbatur, oportet enim aquam, quæ in balnea aquæ dulcis eligitur, lenem eſſe & tenuium partium.

Cur aqua dulcis balneis oleum admiſcetur. Aqua dulcis in balnea delectus

Balnea aquarum, quæ plus æquo calent aut frigent, haud tales fructus adferunt, imo hoc ipſo nocent, quod corporis poros conſtringunt, & excrementa fuliginoſa ſub cute cohibent: Reliqua balnea aquæ dulcis ex eadem materia conſtant, ex qua fotus humidi: quo fit, vt horum alia relaxantia ſint, alia

C dolorum ſedatiua, alia detergentia, alia menſes mouentia, nempe compoſita ex decocto medicamentorum ſeu plantarum earum rerum potentium. His alias vinum, alias oleum, alias butyrum recens, alias lac additur: nempe cum vrina ſuppreſſa eſt, cum dolores nephritici vrgent, cum nerui contracti ſunt, cum habitus corporis hectica ſiccitate contabeſcit & corrugatur: relaxantibus enim corrugatio illa emendatur; humectantibus vero, quæ penetrare poſſunt, & oleoſam pinguemue humiditatem in corpus balnei tepore iam rarefactum & reſeratum, transfundere, irrigatur & tanquam impinguatur. Anodyna balnea fiunt ea decocto medicamentorum mediæ materiæ, cuiuſmodi ſunt temperata & relaxantia, quibus etiam nonnunquam admiſcere licet reſoluentia, coquuntur in aqua & vino, præſertim in colicis doloribus à pituita vitrea, aut craſſis & nebuloſis flatibus aluo concluſus, renibus, aut vtero. In eiuſmodi balneis non oportet ſudare, ſed tantiſper tantum reſidere, dum ſedetur, aut miteſcat doloris acerbitas, ne vires dolore debilitatæ, ſudoris eruptione magis exoluantur. Leniter detergentibus aliquando admiſcentur remullentia, quando ſcabra & frigida cutis eſt, aut vbi ſcabiei ſquamæ ac cruſtæ plus æquo indurruerunt, tum demum ad valide detergentia & deſiccantia veniendum: poſtremo ad deſiccantia & nonnihil adſtringentia, vt corroboretur cutis, nec tam facilem & patentem excipiendis poſtea fluxionibus ſe præbeat, vnico exemplo propoſito præſcribendi balnei ratio omnis facile innoteſcet.

Cur in balneis anodynis non oporteat ad ſudoris vſque prorumpere.

Ad ſcabiem qualia balnea conueniant.

D Ad præparandum balneum relaxans & anodynum ℞. *rad: liliorum alborum & biſmaluæ an.* ℔ ij. *maluæ, pariet. violar. an. m.* ß. *ſeminum lini. fœnugr. & biſmal. an.* ℔ j. *florum chamæm. melil. & anethi. an. p. vj. fiat decoctio in ſufficienti aqua quantitate, cui permiſceto olei liliorum & lini an.* ℔ ij *fiat balneum*, in quo diutius natet æger.

Balneum relaxans & anodynum.

Balnea, quantumlibet nobilia, & vſu rationeque probata remedia ſint, niſi tamen opportune & legitime adhibeantur in tempore, copia & qualitate, valde nocent: horrores enim & perfrigerationes inuehunt, dolores, cutis denſitatem, aut nimiam rarefactionem, ſæpe & facultatum omnium reſolutionem. Ergo antequam quis balneo committatur, hæ cautiones ſunt adhibendæ. Primum, vt nulla ſubſit nobilis alicuius & principis viſceris infirmitas; partes enim debiles facile excipiunt humores, quos balneum fudit & liquefecit, patentibus viis, quæ ex vniuerſo corpore in principia pergunt. Denique nullam ſubeſſe oportet humorum crudorum in prima regione copiam; ſic enim horum fieret in vniuerſum corpus attractio & diffuſio. Itaque generales purgationes non modo præceſſiſſe oportet, ſed & particulares fæcum & vrinæ. Quin & oportet ægro vires validas adeſſe, quibus balneum ieiunus, quandiu neceſſe eſt, ferre poſſit.

Cautiones adhibendæ in vſu balneorum.

E Denique tepido & ſilenti in loco balneum conſtitutum eſſe decet, ne qua frigidior aura aſpiratu ſuo, aut ipſa aqua frigido ſuo contactu horrorem corpori inferat, vnde febris periculum.

Tempus balneo idoneum eſt matutinum, ieiuno ventriculo & vacuo, vel horis ſex à paſtu, ſi bis in die lauari ægrum oporteat: alias fit ciborum adhuc crudorum, à calore balnei in venas & corporis habitum è ventriculo raptus. Permulti ex omnibus anni tempeſtatibus, ver, & æſtatis finem, & in illis tempeſtatibus diem ſerenam, nec ventorum afflatu turbulentam, nec aura frigida horrentem eligunt.

Balneum ſtatim à paſtu quæ noceat.

Quandiu

Quandiu reſidebit in balneo æger, nihil ipſum cibi capere oportet, niſi forte ad virium inſtaurationem tantillum panis vino tincti, vel arancij ſuccum aut vuas aliquot damaſcenas ad ſitim fallendam. Quandiu reſidere conueniat, vires indicabunt non enim ad virium exolutionem morari illic decet: fit enim in balneis ingens humidæ & ſpirituoſæ ſubſtantiæ diſſipatio. A

A balneo quo tractandus æger.

Egreſſi balneo cubili excipi & ſtatim tradi debent, & diligenter operiri, vt ſudore citato, excrementa balnei calore in cutem attracta, erumpant. Sudore deterſo frictiones lenes, vel deambulationes inſtituendæ ſunt, mox cibandi ægri cibis boni ſucci, facilis coctionis & diſtributionis: quod ſcilicet balneo non poſſit non eſſe quodammodo debilitatus ventriculus. Ciborum copia moderata cenſebitur, quæ pondere ventriculum non grauabit. Venere à balneo interdicendum, quod hæc ad virium à balneo exolutionem nouam aliam exolutionis cauſam adiungat. Nonnulli iubent eos, qui balneo contractionis vel doloris & affectionis alterius cuiuſuis neruorum cauſa traduntur, ſtatim à balneo, luto, limoque balnei neruoſas partes affectas inungi & oblini, vt hac tanquam cruſta obducta balnei virtus pertinacius agat, & penitius in affectum locum introducatur. His diligenter obſeruatis cautionibus, non eſt dubium, quin balneorum maxima & mira futura ſit vtilitas. Illæ eædem in vſu laconici obſeruandæ ſunt: eſt enim balneorum & laconicorum idem prope vſus & effectus, quibus ideo viciſſim Veteres vtebantur: ſic vt à balneo in laconicum deſcenderent, & hoc etiam balnei nomine appellarent, vt intelligere eſt ex pleriſque Galeni locis *in Methodo medendi.* Itaque & nunc de Laconicis dicendum aliquid videtur. B

Laconicum balnei nomine cur donarunt Veteres.

De Laconicis. CAP. XLIII.

Laconicorũ differentia.

Qua arte parentur æſtuaria.

LAconica vel ſicca ſunt, vel humida. Sicca ſuſcitata exhalatione aerea calida & arida, vires ſuas ſic corpori imprimunt, vt inde incaleſcat, & reſeratis poris, ſeu cutis ſpiraculis ſudore diffluat. Eiuſmodi ſuſcitandæ exhalationis varij ſunt modi. Lutetiæ, & vbicunque laconica ſeu æſtuaria habentur publica, excitantur igne luculento fornaci teſtitudinatæ ſubiecto & inducto: vnde mox diffuſa ipſa totum cubiculum incaleſcat. Quiſque tamen poteſt ſibi ſuo modo & marte ſudatoria eiuſmodi parare. In cupa enim candentes & igniti ſilices ſubtractis lateribus, aut ferreis laminis imponi poſſunt: atque in medio ſella ſtatui, in qua æger reſidens, ab ſubtenſo capiti conopeo bene tectus exhalationem à circumfuſis ſilicibus naſcentem & ſuſcitatã excipiat, & ſudationum vtilitates percipiat. Sic vero ſæpius in ægrum inſpiciendum & aduertendum eſt: aliquoties enim contingit, vt nonnulli a clinicis alio aduertentibus neglecti oborto per ſpirituum diſſipationem calidæ exhalationis vi, vel leui deliquio, in ſubiectos ſilices totius corporis ruina deuoluti ſint, & in lectum inde ſemianimes & ſemivſtulati deportati. Sunt etiam nonnulli, qui has ſudationum vtilitates capteot in furno, ſeu clibano, è quo nunc primum panis extractus ſit: Sed hoc ſudatorij genus non magnopere probo, quod in eo æger non ad arbitrium, nedum ad voluptatem reſidere aut conuerti queat. C

In ægrum ſudationes aſſas capientẽ cur crebro inſpiciendum.

Elixarum ſudationum ratio & ars.


Sudatoria humida, vel, vt ſic loquar, elixæ ſudationes dicuntur, in quibus vapore, id eſt, calore humido elicitur ſudor. Is vapor ſuſcitatur ex decocto radicum, foliorum, florum & ſeminum, quæ ad hanc rem idonea cenſentur: decoctio fit in aqua, vel vino aut vtroque ſimul. Coniiciuntur igitur omnia in ingentem lebetem luto tenaci obſeratam: à cuius ſummo operculo tubuli ferrei ad vicinam cupam inter vtrumque eius fundum perueniunt, quibus tanquam ductibus vapor feruidus in ipſam peruenire ac diffundi poſſit. Duplici vero fundo inſtructam cupam illam eſſe oportet, vno imo, & integro, altero ſublanore & multis foraminibus peruio ac aperto, tanquam tabulato, quo ſuſtentatus æger vaporem ſudorificum toto corpore haurit & excipit, vapor vero ille ſi quando feruidior ſit, temperatur aperto foramine, quod in eam rem in ſummo canali exciſum eſt, vt pro arbitrio claudi & recludi poſſet. Interim cupa, in qua reſidebit æger, ſubtenſis velis cincta erit, ex quibus ſolum caput exeret, vt frigidam auram ſpirando ducere poſſit. In eiuſmodi tubulorum inopia, ſeorſim in caldario decoquentur herbæ: id caldarium mox in cupa ad ægri pedes deponetur, in ipſumque iniectis ardentibus calculis vapor multus & ſudorificus excitabitur. D

Cupa

E

Cupa duplici fundo instructa, cum vicino lebete & tubulis ad ipſam inter vtrumque fundum pertinentibus, deformatio.

B



De fucis ad faciem decorandam.

CAP. XLIV.

MVlieribus, quæ fœdis amoribus mancipatæ, turpiſſimæ voluptati illecebras, faciei venuſtate venantur, hic qui ſequitur, tractatus non eſt paratus: ſed illis tantum, quæ quo maritorum libidines vagas cohibeant, eas, quæ vel caſu contigerunt, vel ætate obrepſerunt, in facie maculas arte conantur eluere. Color, qui in facie elucet, laudabilis vel illaudabilis, temperiei tum corporis, tum eorum, qui

C corpore dominantur, humorum abunde teſtis eſt. Nam quivis humor ſuo colore totius corporis ac præſertim faciei cutem tingit. Bile enim in corpore dominante, facies flaueſcit: pituita, albeſcit aut palleſcit: melancholico humore, nigreſcit aut liueſcit: ſanguine vero ſuaui, rubenti colore effloreſcit. Sunt tamen alia extrinſecus incurrentia, quæ faciei colorem natiuum immutant, nempe inſolatus, frigus, voluptas, mœror, metus, vigiliæ, ieiunia, dolor, morbi inueteratio, eſculentorum & poculentorum corruptela. Nam aceti vſu nimio genarum color floridus extinguitur: corruptarum vero aquarum potu facies turgidula palleſcit. Contra laudabilia poculenta & eſculenta, coloris gratiam & venuſtatem corpori conciliant, quia euchymiam adeoque euexiam inuehunt. Si igitur faciei maculæ ab humorum ſint plethora & cacochymia, ſanguine miſſo purgandum erit corpus. Si à principis alicuius viſceris infirmitate, id ante omnia roborandum eſt, ſed eiuſmodi rerum omnium cura Medico incumbit, nos hic tantum particularia remedia quærimus, quæ faciei rugas, maculas, & reliqua vitia deterant, & floridum ipſi colorem adſciſcant. In primis lauabitur facies aqua florum liliorum, fabarum, nenupharis, lactis bubuli deſtillati, vel aqua macerationis hordei, amyli. Deſiccata facies inungetur deſcribendis mox vnguentis, illæ enim lotiones detergent, & præparant faciem ad vnguentorum vim recipiendam, haud ſecus, quam

D lixiuium aluminoſum, præparat pilos ad eum colorem, quem volumus ebibendum & retinendum. Sic igitur deterſa & præparata facie remediis ſequentibus vti licebit, quibus nempe vis ineſt illuſtrandæ cutis, tendendæ & erugandæ, Vt,

Qualis in cute color, talis ſub cute humor.

A cacochymia cachexia.

Aqua ad faciem abluendam.

Lixiuium aluminoſum tingendis pilis quid conferat.

℞. *gummi tragacanthæ, conquaſſ.* ℥ij. *diſtemperetur in vaſe vitreo cum* ℔ ij. *aquæ communis.* Sic gummi diſſoluetur, indeque albeſcet aqua. Vel:

Liquores cōpoſiti ad abluendam faciem.

℞. *lithargyri auri* ℥ij. *ceruſæ & ſalis comm. an.* ʒß. *aceti, aquæ plantag. an.* ℥ij. *camphoræ* ʒß. *macerentur lithargyros & ceruſa in aceto ſeorſum per tres aut quatuor horas: ſal vero & camphora in aqua, quam inſtituto tuo aptam delegeris: Singula mox ſeorſim deſtillentur per filtrum,* deſtillata, dum vti voles, miſceantur. Vel:

Lac Virginale.

℞. *lactis vaccini* ℔. ij. *aranciorum & limonum an. nu.* iiij. *ſacchari albiſſimi & aluminis rochæ an.* ℥j. *deſtillentur omnia ſimul. Limones & arancia in fruſtula ſeu taleolas concidantur, inde in lac infundantur addito ſacharo & alumine omnia mox ſimul deſtillentur in balneo mariæ.* Quæ manabit aqua faciei lætum habitum & pulchritudinem conciliabit. Itaque ſub horam ſomni operæpretium fuerit linteis illa imbutis faciem obtergere. Ad eādem rem valet aqua deſtillata ex limacibus vinealibus, ſucco limonum, floribus tapſi albi æquali pon-

E dere mixtis, cui tantundem admiſcueris eius liquoris, qui vlmi veſiculis continetur. Vt:

℞. *mucæ panis albi* ℔. iiij *florum fabarum, roſar. albar. florum nenuphar. lilior. & ireos an.* ℔. ij. *lactis vaccini* ℔. vj. *oua num.* viij. *aceti optimi* ℔. j. *deſtillentur omnia ſimul in alembico vitreo, & fiat aqua ad faciei & manuum lotionem.* Vel:

Liquor Vlmi veſiculis contentus.

℞. *olei de tart.* ℥iiij. *mucaginis ſeminis pſilij* ℥j. *ceruſæ in oleo roſar. diſſolutæ,* ℥j ß. *boracis. ſalis gemmæ an* ℥j *fiat linimentum pro facie.* Vel:

℞. *caponem vnum & caſeum ex lacte caprino recenter confectum, limon. num.* iiij. *oua num.* vj. *ceruſæ lotæ in aqua roſar.* ℥ij. *boracis* ℥j. ß. *camph.* ℥ij *aquæ florum fabarum* ℔. iiij. *fiat omnium infuſio per viginti quatuor horas, poſtea deſtillentur in alembico vitreo.*

Ex medulla oſſium veruecinorum fit fucus nobiliſſimus, qui cutis aſperitates lenit, & faciem illuſtrat, extrahitur medulla hoc modo: oſſa cum elixatione à carne abſceſſerint, capiuntur, & conquaſſata

Medulla oſſium veruecinorum extractio.

in aqua elixantur, decoctio vbi perfecta videbitur, ab igne ſubmouetur, & cum refrixerit, quod ſupernatat, pingue colligitur, & ex eo facies ſub ingreſſum lecti illinitur: mane ſupraſcripta aqua lauatur. Vel: A

Sal ceruſæ quo paretur.

℞ *ſalis ceruſæ ℥ij. vng. citrini vel ſpermat. ceti ℥j. malaxentur ſimul & fiat linimentum, addendo olei ouorum ℥ij.* Sal ceruſæ fit hoc modo. Ceruſam in tenuiſſimum puluerem redigito, & eius pulueris ℔. vnam in aceti deſtillati libras quatuor, per quatuor aut quinque dies infundito, per peniculamentum deſtillato: quod deſtillatione elicueris, fictili vaſe vitreo exceptum igni admoueto, quoad in ſal cócreſcat, eo plane modo, quo capitellum in cauteria abit.

Litum ad faciei rubores.

℞ *excrementi lacertorum, oſsis ſepiæ, tartari, vini albi, raſuræ cornu cerui, farinæ orycæ partes æquales, fiat puluis, infundatur in aqua deſtillata amygdalarum dulcium, limacum vinealium, florum nenupharis. Huic addito mellis albi par pondus & in mortario marmoreo concorporentur, aſſeruentur in vaſe vitreo aut argenteo, ſub noctem facies ea compoſitione inungatur:* valet mirifice ad rubores faciei extinguendos, ſi linteo aqua deſcripta imbuto faciem poſt litum operueris. Vel:

℞. *ſublimati ℥j. argenti viui ſaliua extincti ℥ij. margarit. non perforatarum ℥j. camphoræ ℥j ß. incorporentur ſimul in mortario marmoreo, cum piſtillo ligneo per tres horas ducantur & fricentur, reducanturque in tenuiſſimum pollinem: confectus puluis abluatur aqua myrt. & deſiccetur, ſeruetur que ad vſum: adde foliorum auri & argentei num. x.* B cum deſcripto puluere vti voles, infunde in volam manus olei lentiſcini aut amygdalarum dulcium tantillum, in illo mox oleo deſcripti pulueris diſſolue pauxillum, incorporentur in litum, quo vngatur facies ſub ingreſſum lecti. Sed ante aquis deſcriptis faciem abluere oportet, iterumque mane egreſſu è lecto.

Faciei florido colore pingenda quæ conferant.

Deterſa facie rugis & maculis, colorem roſeum & floridum genis appingere expediet. Nam ex albo & rubro commixtis conſurgit natiuus & floridus color: in hanc rem diſſolue raſuræ breſili & anchuſæ quantum videbitur, in aqua aluminoſa genas inde & labra ſubpingito, & ſiccesſere ſinito. Habetur etiam in hanc rem paratum rubrum Hiſpaniæ. Alij pelle veruecina rubro colore tincta commemoratas partes fricant, quin & frictio, quæ ſola manu fit, ruborem iucundum faciei conciliat, dum ſanguinem & ſpiritus eo euocat.

De gutta roſacea. CAP. XLV. C

HÆc de fucis tractatio admonet me, vt de expugnando rubore præter naturam hic agam, qui nares & genas, ſæpe & totam faciem occupat, alias cum tumore, alias ſine tumore: nonnunquam cum puſtulis & cruſtis ab admixto humore nitroſo & aduſto. Guttam roſaceam pragmatici Medici dixerunt.

Cur hyeme, quam æſtate fœdior ſit gutta roſacea.

Magis hæc & fœdior apparet hyeme, quam æſtate, quia frigus cutis ſpiracula conſtringit, ſic, vt concluſa ſubtus materia diflatione prohibita coerceatur: quo fit, vt acrimoniam & mordacitatem acquirat, adeo vt velut efferueſcens in puſtulas cruſtuloſas cutem attollat. Morbus remediis eſt contumax & ſæpe ineluibilis.

Diæta.

Quod ad generalem curandi huius morbi rationem attinet, oportet, vt æger à vino abſtineat, & ab omnibus in vniuerſum rebus, quæ ſanguinem calore ſuo accendunt, & vaporoſa ſubſtantia diffundunt. Calida quoque & impenſe frigida loca vitabit: vt aluus ſit libera, ſeu natura, ſeu arte procurabitur: detrahetur primum ſanguis de baſilica, tum de vena frontis, denique de vena naſi. Hirudines multis faciei locis applicabuntur: ſcapulis vero cucurbitulæ cum ſcarificatu apprimentur.

Chirurgia.

Quod vero ad particularia ſeu propria remedia attinet, ſi malum ſit vetus, primum emollientibus eius contumacia mollietur: deinde vnguentis ſequentibus expugnabitur: quæ Chirurgo vſurpanda & mutanda erunt pro Medici aſtantis conſilio. Vt: D

Vnguentum expertum.

℞. *ſucci citri ℥iij ceruſæ quantum ſufficit ad eum inſpiſſandum, argenti viui cum ſaliua & ſulphure viuo extincti, ℥ß. incorporentur ſimul & fiat vnguentum.* Vel:

℞. *boracis ℥ij farinæ cicerum & fabar. an. ℥j. ß. camphoræ ℥j. cum melle & ſucco cepæ fiant trochiſci:* cum vti erit animus, diſſoluendi erunt in aqua roſar. & plantaginis, & ſupra linteum extenſi partibus affectis de nocte applicabuntur, ſæpiuſque renouabuntur. Vel:

℞. *vnguenti citrini recenter diſpenſati ℥ij. ſulphuris viui ʒß cum modico olei ſeminis cucurbitæ & ſucci limonum, fiat vnguentum,* quo illinatur facies hora ſomni, mane extergeatur aqua roſacea, quæ infuſo furfure albeſcat. Quin & acetum acre coctum cum furfure & aqua roſacea appoſitum, vt ſupra, rubores faciei potenter extinguit. Vel:

Acetum rubores extinguere.

℞. *ceruſæ & litharg. auri, ſulphuris viui puluériſati an. ʒß. ponantur in phiala cum aceto & aqua roſar.* Imbuta inde lintea faciei de nocte applicentur, mane cum aqua infuſionis furfuris abluatur, continuetur id remedij genus per menſem. Vel: E

℞. *ſanguinis tauri ℔.j. butyri recentis ℔. fiat deſtillatio, vtatur:* qui inde emanat liquor, primis diebus turbidus eſt & fœtens, ſed his exactis pelluciditatem & odoris gratiam recipit. Alij furfur in aceto & aqua nenupharis incoquunt, in decocto ſulphuris & camphoræ, quod ſatis eſt, pro decocti ratione, diſſoluunt, imbuta eo medicamine lintea faciei imponunt veſperi.

Ad deſiccandas puſtulas & ſaphiros.

℞. *album. ouor. num. ij aquæ roſar. ℥j. ß. ſuccor. plantag. & lapathi acuti an. ℥j. ß. ſublimati ℈j. incorporentur in mortario marmoreo.* Vel:

℞ *axungiæ porci decies in aceto lotæ ℥iiij. argenti viui. ℥j. aluminis, ſulphuris viui an. ℥j. piſentur omnia diu in mortario plumbeo, & fiat vnguentum:* argentum viuum non debet niſi extremo loco affundi. Vel:

℞ rad.

A *℞.rad.lapathii acuti & aſphodelorum an. ℥ij. coquantur in aceto ſcillitico, poſtea tundantur & ſetaceo traiiciantur, addendo auripigmenti ʒij. ſulphuris viui ʒx. incorporentur & fiat vnguentum deſiccandis puſtulis apponendum.* Vel:

℞. rad. liliorum ſub cineribus coctorum ℥iij. piſtillo tuſis & ſetaceo traiectis, adde butyri recentis & axungiæ porci lotam aceto an. ℥j. ſulphuris viui ʒiij. camphoræ. ℈iij. ſucci limonum quantum ſufficit, malaxentur ſimul & fiat vnguentum. Vel:

℞. lactis virginalis ℔.ß. aluminis ℥.ß. ſulphuris viui ℥j. ſucci limonum ℥vj. ſalis comm. ℥.ß. deſtillentur omnia in alembico vitreo, aqua in vſus ſupradictos ſeruiet. Vel:

℞. lapathii acuti, plantag. & aſphodel. an. ℥j.ß olei vitellor. ℥j. terebinth. ven. ʒß. ſucci limonum, ℥iij. aluminis combuſti ʒi. argenti viui extincti ℥j olei liliorum ℥ß. tundantur omnia in mortario plumbeo, addendo ſub finem argentum viuum, ne mortario adhæreſcat. Ad idem valet ſuccus cæparum cum ſale aut cum vitellis contuſarũ. *Ad herpetes coercendos.*

Ad herpetes coercendos & reſtringendos valent ellebori folia cum aceto tuſa, valet & lac ficulneum ipſum per ſe, vel tithymallnrum, vel ſinapi in aceto forti cum pauco ſulphure diſſolutum. Vel:

℞. ſulphuris, chalcanti, & aluminis an. ℥j. macerentur in forti aceto, traiiciantur per linteum, applicetur ſuc-

B *cus expreſſus*: Alij ouum in aceto acerrimo macerant cum chalcanto & ſulphure viuo in pollinem tuſis, totum id per linteum traiiciunt & exprimunt.

Cæterum cum ſupradicta remedia ſint acria & fere exedentia atque arrodentia, fieri non poteſt, quin aſperam & ſcabram cutem reddant. Itaque ad eam leniendam & erugandam vſurpandus ſequens litus: *℞. terebinth venetæ tam diu lotæ, vt acrimoniam nullam habeat, butyri ſalis expertis an ℥j.ß. olei vitellorum. ℥j. axungiæ porci in aqua roſarum lotæ ʒß. ceræ parum, fiat linimentum ad vſum.* In eandem rem vſurpari poſſunt & aliquot remediorum ante commemoratorum formulæ. *Ad erugandam cutem.*

Ad denigrandos pilos. Cap. XLVI.

ANte omnia præparandi ſunt pili ad fucum ſeu tincturam ebibẽdam, & retinendam lixiuio, in quo aliquantulum aluminis rochæ diſſolutum ſit Sic adipoſæ ſordes, quę fucum, quominus adhæreſcat & in pili corpus penetret, impediunt, & quaſi repellunt, eluuntur & conſumuntur. Hinc ad particularia ſeu propria & huic rei deſtinata medicamina veniendum. Hæc aromatica, & cephalica eſſe debent, ac nonnihil ſtiptica, vt odorata & adſtringente vi ſua facultatem animalem roborent: tenuium præterea *Qualia conueniant tingendis capillis.*

C partium, vt ad intimas vſque pilorum radices ſubire queant. Vt:

℞. ſulphuris, vitrioli, gallarum, calcis viuæ, lithargyri an. ℥ij. ſcoriæ ferri ʒß in pollinem reducantur, & cũ aqua communi incorporentur, vt inde fiat maſſa, qua veſperi ſub ingreſſum lecti fricentur pili, mane maſſa illa expediendi. Vel: *Vnguentum.*

℞. calcis lotæ, ℥j. lithargyri vtriuſque an. ℥ß. cũ decocto gallarum, corticum nucum, fiat maſſa addendo olei chamæm: ʒij. Vel:

℞. lithargyri auri ℥ij. ciner. clauellat. ℥j.ß. calcis viuæ ℥j. diſſolue omnia cum vrina hominis, donec acquirant conſiſtentiam vnguenti, pro vnctione capillorum. Vel:

℞. calcis lotæ ℥iiij lythargyri vtriuſque an ℥ij. cum decocto ſaluiæ & corticu granat. fiat paſta ad formam pultis ſatis liquidæ, qua capilli ſub horam ſomni tingantur, mane vero vino & aqua eluentur.

Lauandæ calcis hæc eſt ratio. *Calcis libram vnam in decem vel duodecim aquæ communis libras per horas quatuor & viginti infunde: mox aquam inclinato vaſe effunde, alia in eius locum addita: tertio aqua communi loco affundas aquam decoctionis ſaluiæ & gallarum, in ea madebat calx per horas totidem, inde ſimiliter liquor inclinato vaſo effundetur, ſic demum calcem habebis lotam.* *Lotio calcis.*

D Inuenta etiam ratio eſt, qua ſolo liquore affuſo tingerentur, & denigrarentur pili, Vt,

℞. argenti puriſſimi ℥ij. reducatur in tenuiſſimas laminas, ponatur in ampulla vitrea cum ℥ij. aquæ roſar. ʒvj. *Liquor ad denigrandos capillos.*
a bendæ eiuſmodi aquæ ratio talis eſt Aquam ſeparationis auri & argenti ipſumque argentum in matellam ſeu ampullam infundas, ac prunis ardentibus, vt lique fiat argentum, ſupponas: mox igni ſubmouebis, atque vbi refrixerit, aquam roſaceam addes. Cæterum ſi plenius denigrare velis, plus argenti: ſi minus, argenti quoque parcius addendum eſt. Vtendi medicamento modus eſt, vt pectinem in eiuſmodi aqua maceres, quo te pectas. Vel:

℞. plumbi vſti. ℥ij. gallarum non perforat. corticum nucum an. ℥iij. terræ ſigill. ferretæ hiſpanicæ an. ℥ij. vitrioli rom. ʒvj. ſalis gemmæ, ʒiß. caryophyll. nucis moſch. an. ℥j. ſalis ammon. aloes an. ʒß. fiat puluis ſubtiliſſimus, macerabuntur eiuſmodi puluiſculi in aceto acerrimo per tres integros dies, inde totum alembico deſtillabitur. Manans aqua in prædictum vſum cedet.

Vt flaueſcant pili, quod ſequitur, eſt idoneum medicamẽtum: *℞ florum geniſtæ, ſtœchad. & cardamo. an. ℥j. lupinorum conquaſſatorum, raſuræ buxi, corticis citri, rad. gentianæ & berber. an. ℥j.ß. cum aqua utri fiat lenta decoctio,* qua pili multos dies lauabuntur & imbuentur. *Vt flaueſcãt pili.*

E

De Pſilothris ſeu Depilatoriis. Cap. XLVII.

℞. calcis viuæ ℥iij. auripigmenti, ℥j. calx extinguatur in aqua communi, tum addatur auripigmentum cum re aliqua aromatica. Videndum, vt non multam medicamentum moram in parte trahat, alias vret: & id medicamentum in pultis conſiſtentiam parandum eſt, calideque applicandum, fotu partis ex aqua calida præmiſſo, tum enim pilus excidet, vel leui ex aqua calente deterſione. Quod ſi inde ſequatur excoriatio, id damnum ſarcietur vſu vnguenti roſacei, vel alterius ſimili facultate prædıti. Vel:

Depilatorij perfectæ coctionis ſignum. *℞. calcis viuæ, auri pigmenti citrini an. ℥j. amyli, ſpumæ argenti an. ℥ß. terantur & incorporentur cum aquâ comburantur ſimul.* Certo ſcies, perfectam eſſe coctionem, ſi pennam anſerinam demerſeris: ſic enim deplumabitur. Nonnulli calcis viuæ & antipigmenti partes æquales in puluerem comminuunt, nodulo includunt, quo in aqua macerato partem allinunt moxque leniter ducta manu pilus ſponte excidit. A

Quæ ſequuntur aquæ manuum, faciei, & totius corporis, imo etiam linteorum lotionibus, quod odorem gratum ſpirent, ſunt valde accommodatæ, in primis aqua lauendulæ, vt pro qua conficienda: *Aqua lauendulæ.* *℞. florum lauendulæ ℔. iiij. aquæ roſar. & vini albi an. ℔. ij. aquæ vitæ, ℥iiij. miſceantur omnia ſimul, & fiat diſtillatio in balneo mariæ.* Poteſt etiam eadem hæc aqua haberi citra deſtillationem, ſi lauendulæ flores in aqua communi matula vitrea infuſos ad ſolem exponas, vel in balneum mariæ deponas, addito pauco oleo de ſpica & moſcho.

Aqua caryophyl. Aqua caryophyllorum ſic paratur: *℞. caryophyll. ℥ij. aquæ roſar. ℔. ij. macerentur ſpatio viginti quatuor horarum, & deſtillentur in balneo mariæ.*

Aqua ex variorum farragine compoſita. Aqua odorata vulgo dicta ex variis rebus odoratis & in vnum velut faſciculum collectis, paratur hoc modo: *℞. menthæ, maior. hyſſopi, ſaluiæ, roriſmar. lauend. an. m. ij. rad. ireos ℥ij. caryophyl. cinam. nucis moſchatæ an. ℥ß. limon. num. iiij. macerentur omnia in aqua roſar. ſpatio horarum quatuor & viginti deſtillentur in balneo mariæ, addendo moſchi ℈. ß.* B

FINIS LIBRI VIGESIMIQVINTI.

DE DESTIL-

C

D

E

A

DE DESTILLATIONIBVS.

B

LIBER VIGESIMVS SEXTVS.

Quid ſit Deſtillatio, & quot ſint eius modi. Cap. I.

PRÆMISSA de medicamentorum facultatibus tractatio poſtulare nunc videtur, vt aliquid de Chymicis, & his, quæ igne eliciuntur, medicamentis dicamus. Hæc illa ſunt, quæ quinta quadam eſſentia conſtant, deſtillando à terrenis medicamentorum fæcibus abſtracta, cuius in morborum curatione tam inſignes ac tã diuinæ vires ſunt, vt in tanta medicamentorum ſupellectile nihil prope ſit, quod hodie Chymiſtæ deſtillandi artificio non ſubiiciant, ſicque ſe ipſo vegetius & validius reddere non contendant.

Quinta eſſẽtia quid.

C Eſt autem Deſtillatio, *ars quadam & via, qua medicamentorum liquor, vel humor, ignis ſeu ſimilis alterius caloris vi in vaporẽ reſolutus, ac frigore rurſum inſpiſſatus, elicitur.* Hanc artem nonnulli alio nomine Sublimationem appellant. Eſt autem Sublimare, nihil aliud, quam *ſubtiles & tenues partes à craſſioribus & faculentis ſecernere*; vel *facere, vt quorum corporum materia & ſubſtantia impura eſt, purior & ſincerior reddatur*: vel id conſequi, *vt terrenæ partes non vſque adeo bene cohærentes, aut alioqui per totam ſubſtantiam plus ſatis confuſa conſtringantur & magis vniantur, ſic vt caloris vi ſoluta, ſingula per ſe in vaſis fundo relinquantur.* Eſt etiam Deſtillatio *humoris guttatim per alembici nares ſtillantis extractio, & in ſubiectum vas effuſio.* Hanc effuſionem præcedit quædam quaſi concoctio, quæ caloris virtute perficitur. Concoctio illa heterogeneas ſubſtantias ante in vnum mixti corpus confuſas ſecernit, ſecretiſque non modo conſiſtentiæ, ſed & facultatis viriumque aliam ſpeciem aduerſus varia morborum genera efficacem adfert. Quæ deſtillationi ſubiiciuntur corpora, vt liquorem remittant, alia flammam ſeu luculentum ignem, alia carbones accenſos, alia ſolem, alia cineres vel arenam, alia ferri ſcobem, alia fimi equini calorem, alia aquam feruentem, alia ſolum eius vaporem poſtulant. In omnibus eiuſmodi ignibus quatuor notantur caloris gradus. Primus quidem teporis limitibus continetur, cuiuſmodi apparet in aqua tepida, vel aquæ ferD uentis vapore. Secundus paulo calidior eſt, ſic tamen, vt eum manus ſine noxa ferre poſſit: cuiuſmodi eſt cinerum calor. Tertius hunc vehementia ſuperat: itaque huius contactum manus citra noxam diu ferre nequit; talis eſt arenæ calor. Quartus adeo acer eſt, vt contiguum corpus adurat, taliſque eſt calor ſcobis ferri. Primus gradus materiebus tenuibus & humidis, vt floribus deſtillandis conuenit. Secundus tenuibus & ſiccis, quales ſunt aromaticæ, vt cinnamomum, zinzibet, caryophyli. Tertius craſſioribus & ſucculentioribus, cuius generis ſunt radices permultæ & gummi. Quartus metallicis & mineralibus, qualia ſunt alumen, vitriolum, ambra, gagates & ſimilia. Quanquam & poteſt etiam deſtillatio fieri ſine calore, qualis ea deſtillatio eſt, quæ fit per colaturam, per reſidentiam, per manicam, aut per peniculamentum, qua arte paratur lac virginale, aut per vaſculum hederaceum: quin & nonnulla frigoris & humiditatis vi deſtillantur, ita enim paratur oleum de tartaro, de myrrha, & vitriolo.

Deſtillatio quid.
Sublimare quid.
Deſtillatio quid.
Caloris ſpecies quibus destillatio peragitur.
Non omnem deſtillationẽ fieri calore.

De fornacum materia & forma. Cap. II.

VAria fornacum materia & forma eſſe ſolet. Fornaces enim quædam ex lateribus & argilla coagmẽE tatæ ſunt: quædam ex ſola argilla, melius vero & ad æternitatem commodius parantur ex argilla, luto pingui, quod ex ouorum albuminibus & tomento abraſo paratum ſit ſubacta. In ſubitis tamen caſibus, vbi deſtillandi præſens vrget neceſſitas, parari fornaces poterunt ex laterculis ſibi inuicem ſic aptatis, vt ne iuncturæ conueniant, ſed inæquales fiant, ſic enim firmior fiet constructio. Optima vero & aptiſſima deſtillatoriæ fornacis forma ſphærica eſt: ſic enim ignis ſurſum elatus æqualiter ſe quaquauerſum diffundit, quod non contingit in fornace alterius figuræ, quadratæ nempe aut triangularis: angulorum enim diſtractio ignis vires diſtringit & diſgregat: earum magnitudo vaſi excipiendo erit proportionata. Craſſities vero tanta, quantam neceſſitas poſtulare videbitur. Duobus fundis inſtructæ & tanquam contignationibus diſtinctæ eſſe debent: imo quidem vno, quod prunarum vel ſimilis alterius materiæ igniariæ cineres excipiat: ſuperiore altero, quod prunas

Quæ materia fornacibus melior.
Sphærica forma fornacis optima.

accenſas contineat. Id craticulæ ferreę inſtar habere, vel ſaltem multis foraminibus pertuſum eſſe debet: quo ſic cineres in imum fundum facilius elabantur, ignem alioqui ſuffocaturi, quanquam nonnullæ tribus fundis ſunt diſeretæ, vt fornax reuerberationis. Primo quidem excipitur cinis, altero carbo, tertio materia calcinanda, vel etiam deſtillanda. Hoc opertculo in ſemicirculum acto tectum eſſe debet, vt inde calor flammaue in materiam contentam reflectatur. Imum fundum vno vel pluribus orificiis apertum erit, quibus delapſi cineres eximi poſſint. Superius vero vnico orificio magnitudinis mediocris, quo carbones aut ligna immitti poſſint. At in fornacis exitu & ſuperiori parte, qua videbitur commodius, exigua duo vel tria foramina exciſa erunt, vt per illa ignis flabello excitari, & fumus expirare atque egredi poſſit: ſuis vero operculis inſtar gulæ clibani inſtructa erunt ante commemorata orificia. In fornacis aut materiæ fornaci conſtruendæ idoneæ inopia caldario vti poterimus, tripodi impoſito, ea arte, quam mox in deſtillatione, quæ per balneum mariæ fit, demonſtranda, explicabimus. A

De vaſis ad deſtillandum idoneis. CAP. III.

VAſa deſtillatoria varia materia, variaque item forma conſtant. Nam vel plumbea ſunt, vel ſtannea, vel ærea, vel figulina, eaque alias plumbu, alias nullo vernice obducta, vel aurea, vel argentea, vel vitrea, vel teſtacea, quæ valde probantur. Nam quod ad plumbea attinet, reliquis deteriora exiſtunt, omninoque improbanda, cum præſertim qui eliciuntur liquores, ore in corpus ingerendi ſunt, propter malignas qualitates, quæ plumbo ineſſe dicuntur, quarum occaſione motus Galenus, eas aquas damnat, quæ tubis plumbeis vehuntur & deriuantur, quod propter ſalſuginem & acrimoniam, quæ hydrargyrum redolet, dyſenterias excitent. Itaque cernere eſt, aquas penula ſeu capitello plumbeo deſtillatas acri & vehementius ferente vapore præditas eſſe: quod ſalſuginis illius portio vna diſſoluta, & quaſi ex interiore alembici ſeu capitelli fornice abraſa, liquores ſtillatitios contaminet, & in ſubſtantiam velut lacteam dealbet & inſpiſſet. Cupra vero ſeu ænea capitella etiam plumbeis nocentiora ſunt, aquas enim præter labentes æruginoſas reddunt. Aurea & argentea minus noxia ſunt, ſed ſumptus magnitudo non patitur, ex ea materia capitella parari. Curandum igitur, vt vaſa deſtillatoria vel figulina ſint vernice oblita, vel vitrea, vel teſtacea, eius ſcilicet generis ac materiei, quam Belouacenſis terra ſubminiſtrat potius quam plumbea, aut ex alio quouis metallo. Vitrea certe, quæ modo ex ſilice parata non ſint, omnium optima ſunt, inde figulina vernice oblita, hinc teſtacea, denique ſtannea. B

Plumbea vaſa mala.

Ænea peſſima.

Optima materia vaſis deſtillatorii.

In forma vero & figura, magna vaſorum deſtillatoriorum eſt varietas alia enim ouali ſeu clyndrica figura ſunt, id eſt, rotunda & oblonga: alia intorta & flexa: alia alterius figuræ, vt in Chymiſtarum libris cernere eſt. Ex illa figurarum infinita prope varietate eorum tibi ſuo loco delineationem & vſum ſubiiciam, quæ maxime omnium neceſſaria videbuntur.

Quæ in deſtillando conſideranda veniant. CAP. IV.

FOrnaci primum locus in domo idoneus eſt deligendus, ſic vt neque cuiquam rei impedimento ſit fornax, neque rei cuiuſquam imminentis ruinæ obnoxia. Cum deſtillabitur materia, quæ malignæ ſit qualitatis ac venenatæ, quam minimum poteris, ipſi adſtabis, ne excepto vapore male efficiaris. Si deſtillationi vaſa vitrea quæris, delige, quæ ſint exquiſite cocta, ſine bullis aut rimis, & vndique æqualia. Ignis per initia violentus non ſit, non modo ne rapida eius irruptione vaſa rumpantur, ſed etiam vt primus ignis ad res deſtillandas allapſus blandior ſit, hincque gradatim & ſenſim augeſcat. Materialia copia maiore in vaſis fundum immitti non debent, ne hinc exundent & exiliant. Materialia calida quo ſint efficaciora bis aut ter, deſtillari debent, ipſorum liquorem ſtillaritium, vel aliis & recentibus materialibus affundendo, vel ſeorſim & per ſe deſtillando. Cuius generis ſunt gummi, ceræ, axungiæ, olea. Per ſingulas autem, quæ repetentur, deſtillationes, de ſubiecti ignis viribus detrahendum aliquid materia enim priore deſtillatione attenuata, tantum de hinc calorem ferre nequit: at aromatica, vt caryophylli, cinamomum & ſimilia, liquoreſque item è ſaluia, roremarino, thymo & ſimilibus deſtillationi iterum ſubiici ſeu rectificari non debent, quia prima ſtatim deſtillatione diligenter curandum, vt phlegma, id eſt, mixti totius liquorem magis aquoſum ſeponas: in quam rem habenda ratio eius rei, quæ deſtillationi ſubiicitur: ſunt enim quædam, quæ primum phlegma remittunt, vt acetum: aliæ, quæ poſtremo, vt aqua vitæ. Si vis rebus deſtillandis alium à natiuo ſaporem odoremue conciliare, rem odoratam ſeu cinnamomum, ſeu camphoram, ſeu moſchum, ſimileue, quod volueris, aliud rebus deſtillandis admiſcere oportebit, vnaque deſtillationi ſubiicere. Qui cinerum aut arenarum calore eliciuntur ſtillatitij liquores, empyreuma redolent, retinentque: quod vt deponant, phiala fideliter clauſa incluſi, ſoli exponendi ſunt, & ex interuallis reſeranda phiala, vt ignea fuligo expiret, vaneſcatque & conſumatur phlegma, ſi quod ſuperfuerit. D

[illegible] materialia plura deſtillanda.

Quod phlegma [illegible] deſtillatoria.

Stillatitij liquores qui empyreuma deponant.

Quæ & quot in omni deſtillatione obſeruanda.

Cæterum etſi in omni deſtillatione multa ſint animaduertenda, duo tamen ſunt animaduerſione digniſſima. Primum eſt materia deſtillationi & operi ſubiicienda, nempe qualis illa ſit, quid agere & quid ferre ac pati natura poſſit. Alterum eſt fornax, quæ deligi ac parari debet rei, quæ deſtillatur, conuenientis tum materiæ tum figuræ: non enim quidlibet ex qualibet materia fit, nec ex quolibet mixto deſtillationi ſubiecto oleum aut aquam ſperare iure poſſis. Mixta enim corpora haud æquali conſtant quatuor elementorum portione, ſed quædam magis aerea ſunt, alia magis ignea, alia plus aquæ, alia plus terræ ſtatim à primo ortu obtinent & ſortita ſunt. Itaque vt aquea plus aquæ, ſic aerea & ignea plus olei remittunt, vbi deſtillationi ſubiecta fuerint. Nec vero cuilibet eliciendo liquori paſſim quæuis inſtrumenta apta ſunt. Notandum inſuper, aquoſum liquorem primo nonnunquam loco prodire, mox vero ſubiecto igne viuidiore ſequi oleoſum, quod contingere cernimus,

quoties


A quoties quæ deſtillantur plantę plantarumue partes frigido ſunt temperamento: in calidis enim ſecus accidit: qui enim primum prodit liquor, oleoſus eſt, hunc denique ſequitur aquoſus.

Cuiuſmodi ſint vaſa, quibus deſtillando aquæ eliciuntur.

Cap. V.

AD aquas cuiuſuis generis eliciendas, vaſorum duo genera ſunt neceſſaria, quæ vnico & generali alembici nomine intelliguntur. Vnum quidem cucurbitam appellant, ſeu vas continens, alterum capitellum, penulam nempe illam, in quam conſcendentes & condenſati vapores in aquam conuertuntur. Capitellum vero nominatur, quod ad ſubiectam cucurbitam tanquam ad aluum, capitis rationem & inſtar habeat. A capitello canalis prominet & proiicitur tanquam auis roſtrum, quo ſtillatitius liquor in ſubiectam phialam guttatim diffluit, vt ſubiecta imagine licet intueri. *Alembici partes explicantur.*

B *Fornax balnei mariæ cum alembicis & excipulis, ſeu recipientibus.*

C 

A. *Monſtrat cupam æneam aqua plenam.*


B. *Operculum cupæ locis duobus perforatum, qua vaſis ſit tranſitus.*

C. *Canalem cupæ additum, quo ignis continetur, vt aqua incaleſcat.*

D. *Alembicum capſula ſua ſeu cucurbita, & capitello ſeu penula inſtructum.*

E. *Excipulum, ſeu vas recipiens, in quod ſtillatitius liquor influit.*


Alterius balnei mariæ haud adeo portatu facilis, effigies.

D 

A. *Monſtrat vas ſeu caldarium, quo aqua continetur.*

B. *Alembica in aqua diſpoſita.*

E Cæterum ne alembicum hac illac fluctuet, ac ſemiplenum in aqua innatet, ſicque ad cupam allidatur, rationem, tatemque ſubiicere volui, qua illi periculo occurrere poſſis.



A. *Monſtrat vas ſeu alembitum vitreum.* A
B. *Laminam plumbeam, cui alembicum inſidet.*
C. *Funiculos traiectos, qui alembicum laminæ alligant.*
D. *Annulum, ad quem traiecti reuinciuntur funiculi.*

Licet etiam corporum liquores ſtillando elicere aquæ vapore, modo præſto ſint fornaces & vaſa hac arte conſtructa. B

Fornax cum ſuis vaſis ad eliciendos liquores vapore aquæ.



A. *Monſtrat capitellum ſeu penulam alembici.*

B. *Alembicum in æreo vaſe collocatum ad id affrabefacto.*

C. *Vas æneum multis locis foratum ad aquæ vaporem excipiendum. Continebit id vas alembicum ligouorum ſcobe cinctum, non modo vt vaporis calorem conſtantius, diutiuſque retineat ſed & ne duro ænei vaſis contactu diffringatur.*

D. *Oſtendit vas æneum in fornace collocatum aquam continens.* C

E. *Fornacem vas continentem.*

F. *Infundibulum, per quod ſubinde affunditur aqua in eius locum quæ calore ignis diſsipata euanuit.*

G. *Excipulum.*

D

Cur quæ in balneo mariæ deſtillātur, vires eorum è quib. eliciuntur, melius exprimunt.

Quod vero ſpectat ad vires aquarum ſtillatitiarum, certum eſt, eas, quæ in balneo mariæ ſeu vaſe duplici eliciuntur, longe nobiliores & efficaciores eſſe, quia rerum quæ deſtillantur, nonmodo odorē, ſed & ſaporem, colorem ſeu ſplendorem, aciditatem, auſteritatem, dulcorem, amarorem, aliaſque qualitates exacte retineant, ſic vt neque fumum neque empyreuma redoleant: mitis enim & blandus balnei calor plantarum, quæ deſtillantur, partes ſubtiliores, ne diſſipentur & exhalēt, humiditate ſua continet: contra quam contingere conſueuerit rebus, quæ flammato lignorum aut carbonum calore deſtillantur. Hæ enim præ ſe ferunt nitroſum quendam & acrem ſaporem, fumum & empyreuma redolentem. Malignis præterea vaſorum, maxime plumbeorum, è quibus ſtillant, qualitatibus ſe imbuunt, vnde vitia contrahunt principibus & vitalibus naturalibuſque viſceribus inimica. Itaque quæ ſic deſtillātur plantæ, ſi natura amaræ ſint, inſipidæ mox apparent, vt ex aqua abſynthij ſtillatitia hac arte parata intelligitur. Quæ in balneo mariæ deſtillantur, vitreo vaſe includuntur, à quo malignam nullam qualitatem mutuari poſſunt. Itaque qui balneo mariæ eliciuntur liquores, efficaciores ſunt & guſtu, odoratu, aſpectuque gratiores. Non ex vna modo plantæ ſpecie, ſed ex multis, confuſis, mixtiſque ſimul & ſemel liquores licet elicere compoſitos. Horum alij ſunt alimentarij, alij medicamentoſi, imo & cathartici, alij odorum, alij fucorum gratia expetiti, vt dicemus poſtea. E

Abſynthij aqua ſtillatitia quæ vulgo habetur, cur amarorem non præſeferat.

Quomo-

A

Quomodo præparanda ſint materialia antequam deſtillationi ſubiiciantur.

Cap. VI.

Quæ materialia minime maceranda ſint antequam in alembicum coniiciantur. Quæ & quot in præparatione obſeruanda.

MAterialibus, antequam in alembicum coniiciantur, ſua debetur præparatio, nempe minutim concidenda ſunt, terenda & maceranda, id eſt, liquore aliquo imbuenda, quo facilius, pluſq; humoris ſtillando de ſe profundere poſſint, & natiuum odorem inſitaſque vires retinere & præferre: quanquam non omnibus debeatur talis præparatio. Quædam enim materialia ſunt, quæ nihil neceſſe eſt infundere & macerare, quin potius antequam deſtillationi ſubiiciantur, deſiccanda ſunt, vt ſaluia, thymus, roſmarinus, & ſimilia propter ſuperfluam humiditatem: alia ſunt, quibus liquore aliquo irrorari ſatis eſt. In hac præparatione duo ſunt obſeruanda, nempe tempus infuſionis & liquoris, in quo materialia infundi debent, conditio. Tempus infuſionis varium eſt pro materiæ macerandæ varietate: dura enim, ſolida, ſicca aut integra diutius maceranda ſunt, quam quæ tenera ſunt, recentia aut trita: quo fit, vt radices & ſemina longius infuſionis tempus poſtulent, flores & folia breuius: par eſt de ſimilibus iudicium. Liquores, in quibus infuſio fieri debet, debent materialium qualitatibus conuenire. Calida e-
B nim materialia liquores calidos: frigida frigidos, in quos infundantur, requirunt. Materialia, quibus nõ ita multum ſucci ineſt, vt betonica, abſyothium, & ſimilia, vel quæ valde ſunt odorata, vt aromatica omnia, infundi in vino volunt, vt ſic illis ſua odoris ſeruetur gratia, quæ alioqui ignis actione ob inſitam ſubſtantiæ tenuitatem facile vaneſcat. Quod ſi velimus ſtillatitium liquorem expreſſius retinere, ac præ ſe ferre vires materiæ, è qua deſtillando elicitur, debet ea materia in ſuo ſucco, aut alio ſimili infundi, & in eodem dum deſtillationi ſubiicitur, natare, aut ipſo ſaltem aſperſo humeſcere.

Plantarum in ſuo ſucco maceratio.

De arte deſtillandarum aquarum.

Cap. VII.

Aquarum ſtillatitiarũ varia vires.

ANtequam rationem deſcribam aquarum, quæ per deſtillationem habentur, viſum eſt breuiter recenſere, quot ſint aquarum ſpecies, & quæ ſint earum vires. Ergo ſtillatitiarum aquarum vires aliæ ſunt medicamentoſæ, vt aquæ roſarum, plantagiois, acetoſæ, ſaluiæ & ſimilium: aliæ alimentariæ, vt earum aquarum, quas Reſtauratiuas dicunt: aliæ ex vtriſque mixtæ ſunt, quales illæ ſunt reſtaurantes aquæ, quarum materialibus alimentariis aliqua admiſceotur medicamentoſa: aliæ ſunt purgantes, vt ſtil-
C laritius ex rheo barbaro recenti ac viridi liquor: aliæ fucis: aliæ odoribus inſeruiunt, cuiuſmodi facultatibus præditæ ſunt aquæ, quas res aromaticæ de ſe fundunt.

Aqua roſarum ſtillatitia.

Stillatitium ex roſis liquorem vt habeas, roſis antequam deſtillationi ſubiicias, biduo vel triduo macerare oportebit in aqua ipſarum ſtillatitia, vel ipſarum ſucco expreſſo potius, vaſe fideliter lutato: inde includere alembico vitreo ſuo capitello tecto, lutatoque cum ſubiecto excipulo, atque in matiæ balneum, vt ſupra deſcriptum eſt, immittere.

Aquæ reſtaurans ſtillatitia.


Stillatitij liquores alimentarij & inſtauratiui, nihil aliud ſunt, quam *reſtaurantia vulgo dicta*. Eorum hæc eſt ratio & ars: Sumitur carnium vitulinarum, veruecinarum, hœdinarum, caporum, pullorum, gallinarum pioguium, perdicum, phaſianorum, quantitas, quæ inſtituto videbitur idonea, minutim conciditur: ac ne ab igne calorem & empyreuma acquirat, ipſi admiſcetur hordei mundati manipulus vnus roſarum rubrarum ſiccarum recentiumue prius in ſucco granatorum, citri, aqua roſacea, cum pauco cinamomo maceratarum tantundem.

Quod ſi vis id reſtaurantis genus non modo alimentarium eſſe, ſed etiam medicamentoſum, admiſcenda erunt, quæ morbo repugnant, cuiuſmodi ſunt pulueres cardiaci, nempe ſpecies diamargariti
D frigidi, de gemmis, aromatici roſati, conſeruæ bugloſſi, borraginis, radices, herbæ, ſemina & eius generis alia. Quod ſi quæ tum agitur tempeſtas ſit peſtifera, addentur theriaca, mithridatium & alia alexiteria. Singula alternis coriis, id eſt, curſibus & ordinibus, quos vulgo ſtratum ſuper ſtratum nominant, diſponenda erunt in alembico vitreo, & in balneo mariæ deſtillanda, vel cinerum aut arenarum calentium calore, vt ſubiecta deformatio docet.

Deforma-

E

Deformatio balnei mariæ, quod etiam deſtillationi, quæ per calorem cinerum inſtituitur, poteſt inſeruire.



A. *Monſtrat fornacem teſtaceam cum appicto oſculo, quo fauilla eximi poſsit.*

B. *Aliam fornacem oſtendit ipſi velut inſitam, eſt autem ærea, & per mediam agitur cupam ex ære etiam conflatam, vt ſic contenta aqua vel fauilla facilius incaleſcat.*

C. *Cupam, qua aqua ſeu fauilla aut arena continetur.* B

D. *Alembica in illa aqua fauilla aut arena diſpoſita cum excipulorum oſculis.*

C

Alia ars aquarum reſtaurantiū diſtillatitiarū. Poſſunt alia parari reſtaurantia breuiori tempore minori labore & ſumptu, In eam rem contuberandæ carnes ſunt, & minutim cōcidendæ, ac filo duplici tranſadigendæ, ſic vt mutuo nexu adhæreſcant. Hinc in phialam intrudendæ, è qua filum propendeat. Obturabitur phiala, linteis, bombace, ſtupis, luto ex oui albuminibus & farina oblitis: tum in caldarium aqua plenum collo tenus immergetur, ſic tamen, vt fundum ne attingat, ſed illa, quam ante deſcripſimus, arte fulciatur, ne vacillet, & offendat dehinc igni lento ſuſcitato ſubijcietur, quouſque carnes concluſæ in ſuccum multa ebullitione eliquatæ fuerint: id autem quatuor horarum ſpatio fere fit. His peractis ignis caldario ſubducitur, nec tamen inde phiala quouſque aqua refrixerit, amouebitur, ne ipſa calens aeris frigidi ſubito occurſu rumpatur. Ergo vbi refrixerit, relinetur, tumque funiculus cum traiectis carnium fruſtis eximitur, ſic vt ſuccus ſolus remaneat, colandus mox per manicam, & atomatiſandus ſaccharo ac cinamomo, addito pauco ſucco mali citrei, omphacio aut aceto, prout ægrotantis palato arridebit. Hac arte omnis generis reſtaurantia alimentaria, & ex medicatis rebus mixta cito, facile, & haud magno ſumptu parari & haberi poſſunt. Cæterum contraria plane via elicitur vis & facultas purgantium medicamentorum, quam aquarum aut oleorum ex aromatibus, ſaluia, roremarino, thymo, aniſo, fœniculo, caryophyllis, cinamomo, nuce moſchata & ſimilibus. Horum enim, vtpote ſubtilium & aereorum, cum deſtillantur, vis ſurſum ſcandit: at purgantium aut turbith, agarici, rhei & ſimilium in fundo ſubſidet. Catharticorum enim virtus purgatria inſeparabiliter adhæret ipſorum corporibus atque ſubſtantiis. Quod ad aquas ſpectat odoratas & eas, quæ fucandæ faciei gratia expetuntur, parantur in balneo mariæ inſtar aquæ roſarum. D

Qua arte aqua vitæ ſeu vini ſpiritus eliciatur deſtillando.

Cap. VIII.

Aqua vitæ ſeptemplici deſtillatione rectificata. CApe vini albi aut rubri generoſi, non acidi, vapidi, aut corrupti, vel etiam fæcis ipſorum quantitatem, quæ vaſi, in quo deſtillandum eſt, ad tertias implendo conueniat. Vaſi mox aptetur penula roſtro oblongo & fiſtulato inſtructa, ſicque deſtillatio in balneo mariæ peragatur: quo pluries deſtillatur, ſeu (vt loquuntur) rectificatur, eo nobilior eſt, & efficacior. Itaque inuenti ſunt, qui ſepties eam deſtillationi ſubiicerent.

Aqua vitæ optima nota Prima deſtillatione ſufficiat quartam vel tertiam totius partem elicuiſſe, nempe ex quatuor & viginti vini vel fæcis vini libris, ſex aut octo libras liquoris ſtillatitij collegiſſe. Secūda vero partem mediā, id eſt, tres libras vel quatuor. Tertia denique deſtillatione mediam rurſus partem, id eſt, duas libras, ſic, vt quo magis deſtillando ſæpius proceſſeris, eo minus liquoris, ſed eius maxime efficacioris recolligas. E Probatem vero valde, primam deſtillationem fieri vi ignis cineritij. Secundam ignis ſeu caloris tepidi in balneo mariæ. Probanda ea demum eſt aqua vitæ, nec amplius deſtillationi ſubijcienda, quæ vaſculo affuſa, moxque accenſa vaneſcit, nec liquoris ſeu humoris vllum in vaſculi fundo veſtigium relinquit. Illi eidem aquæ ſi olei gutta affundatur, ſtatim fundum petit: vel eiuſdem ſi tantillum in volam manus inſtilletur, mox in auras diſſipatur, quæ etiam duæ aliæ exiſtunt notæ probati huius liquoris.

Aquæ

A Aquæ vitæ vires doteſque ſunt innumeræ epilepticis, omnibuſque morbis frigidis auxilio eſt, dolorem dentium ſedat, punctus neruorumque vulneribus, leipothymiæ, ſyncopi, gangrænæ, & putrilagini remedio eſt, tum ipſa per ſe, tum aliis medicamentis pro vehiculo mixta. *Aqua vitæ dotes.*

Inter vini & aceti deſtillationem hoc intereſt, quod vinum cum vaporoſæ & aereæ ſit ſubſtantiæ, quod melius & efficacius in ipſo eſt, aereum nempe & igneum liquorem, de ſe prima ſtatim deſtillatione fundit. Itaque quod in imo vaſis ſubſidet reliquum, frigidæ eſt, ſiccæ & acidæ naturæ: contra qui primum liquor ab aceto deſtillationi ſubiecto manat, inſipidus eſt & pituitoſus. Fit enim acetum vini corruptione, & partium vini ignearum, aerearumque ſecretione: itaque aceſcente vino, prioris ſubſtantiæ nihil fere præter pituitam remanet: cum igitur pituitoſa in aceto dominetur ſubſtantia, ea prima inter deſtillandum ſurrigitur. *Quod inter vini & aceti deſtillatitios liquores interſit.* *Acetum ex vino qui fiat*

Itaque qui ex aceto deſtillationi ſubiecto aquam vitæ ſperat, primam, id eſt, pituitoſam, quæ prima manat, ſubſtantiam abiicere debet; mox vbi acidam, id eſt aceti ſpiritum manare guſtu comperiet, tamdiu ignem ſubiectum fouebit, quoad qui manabit liquor, in mellis conſiſtentiam craſſeſcat: tum enim ignis ſubtrahendus, alias aduſtionis vi ingens ſequetur fœtor.

Vaſa aquæ vitæ & aceto deſtillandis idonea varia exiſtunt: alembicum nempe ſeu retorta in fauilla areniſve poſita: caldarium ſeu ahenum in lebetis formam concinnatum, veſicæ nomine vulgo donatum, operculo tectum, è quo canalis prominet, ad angulos rectos inflexus per doliũ frigida plenum aperto in eam rem foramine permeans, cuius imago appingetur cum de oleorum ex rebus vegetabilibus, plantis nempe, extractione dicemus.
B

De arte rectificandarum, id eſt, viribus augendarum aquarum, quæ ſemel deſtillationi ſubiectæ fuere.


Cap. IX.

VT rectificentur aquæ, quæ per mariæ balneum deſtillatæ fuere, ſoli exponendæ ſunt in vaſe vitreo fideliter obturato ac ſemipleno ad tertiam ſuæ altitudinis partem in arena merſo, vt ſolis radiis incaleſcens aqua, permixtæ pituitæ diſſipationem patiatur, quod demum fiet duodecim aut quindecim dierum ſpacio. Eſt & eius operis alia via commodior, ſi ſcilicet iterum in balneo mariæ lento igne deſtillentur: vel ſi in retortam excipulo ſubiecto inſtructam, coniiciantur, ſphærulis cryſtallinis
C aut ferreis, vel etiam mortario ferreo cinctam & nixam è directo ſolarium radiorum, vt ſubiectis imaginibus docemur. *Prima ratio.* *Altera ratio.*

Retorta ſeu cucurbita cum ſuo excipulo ſphærulis cryſtallinis nixa & cincta ſolaribus radiis oppoſita.

Alia retorta cum ſuo excipulo, mortario marmoreo aut ferreo nixa, & cincta, ſoli pariter è directo poſita.

D



E
A. *Monſtrat retortam.*
B. *Excipulum.*
C. *Sphærulas cryſtallinas.*

A. *Monſtrat retortam.*
B. *Mortarium marmoreum ſeu ferreum.*
C. *Excipulum.*

De deſtil-

 A

De deſtillatione per filtrum ſeu peniculamentum.


Cap. X.

TRia ſchaphia ſeu vaſcula ex materia tei deſtillandæ coouenienti, eo ordine & ſitu collocaoda ſunt, vt vnum teliquis altiote ſit loco, & ſecundum vltimo: quod altiore loco etit, liquorem deſtillandum contioebit; vltimum vero quod in ima ſede ſtabit, ſtillatitium excipiet. Ex primo & ſecundo vaſculo merſa peodebunt peniculamenta, extremo vno latiore io vaſculo & liquore merſo, altero acutiore & propendeore, quo tenuiot liqoot ac defæcatus in ſubiectum & imum vaſculum, guttarim ſtillabit, craſſior vero & fæculeotior in ptimo & ſecuodo ſubſidebit. Licebit vero hac arte eundem liquotem pluries eodem tempore deſtillare, ſi plura vaſcula eo, quo dictum eſt, ordine ſibi inuicem ſcalarum in morem ſubiciantur, peniculamentaque ita in ſingulis mergantur, vt extremum vaſculum deſæcatum demum liquorem totum excipiat; peniculamentorum panocotum loco, bombaceis vel laneis vti licet. Pro hac deſtillatiooe ſæpe eam ſubſtituuot Pharmacopolæ, quæ per manicam fit. In eum vſum deſtillandi illa ars excogitata fuit, vt defæcatiores & limpidiores habere liceret aquas, ſuccoſque omnes omneſque item compoſitiones, quæ liquoris habeot cooſiſtentiam. Cuius rei exemplum petas licet ex lacte virginali, cuius hæc eſt deſcriptio. B

Lactis virginalis deſcriptio. *Cap. 44. de fucis.*

℞ Litharg. auri diligenter pulnerata ℥iij. macerentur in aceti boni ℥vj. trium horarum ſpatio: Seorſim etiam in aqua plantaginis, ſolani, roſarum aut communis ſal infundatur: mox ſingula per peniculamentum deſtillentur: inde ſtillatitios liquores confundito, habebis id, quod à lacteo candore lac virginale nominant, ad faciei rubores & ſanguineas, bilioſaſque puſtulas perutile, vt in antidotariu antea notauimus.

Vaſculorum, quibus deſtillatio per peniculamenta perficitur, deſcriptio.



C

Quæ & quot ſint extrahendorum ſeu eliciendorum oleorum artes. D

Cap. XI.

Olea per expreſſionem. *Per infuſionem.* *Per deſtillationem.* *Ratio expreſſionis.*

TRibus potiſſimum rationibus deſiderata licet euocare & elicere olea. Prima eſt per expreſſionem, qua arte parantur olea ex oliuis, nucibus, ſeminibus, fructibus & ſimilibus. Hac ratione contineri pntant elixationem: contrita enim & cooquaſſata materia, ſi in aqua elixetur, enatabit oleum, qua arte ex granis ſambuci, ebuli & lauri baccis paratur oleum. Altera eſt per infuſionem, qualis illa eſt, quæ paratur ex oleis, in quibus plantarum vel animalium partes macerantur. Tertia per deſtillatiooem, cuiuſmodi illa cenſetur, quæ vi ignis perficitor, ſeu per aſcenſum, ſeu per deſcenſum, ſeu per concurſum. Prima ratio omnibus nota eſt, fit vero ſic: Oleum amygdalarum dulcium comparaturus, amygdalas cortice ſuo veſtitas retito, & in maſſam, quæ panis inſtar habeat, cogito: maſſam ſacculo ex ſeta equina, ſeu recenti tela aote in aqua aut vino albo macerata cootexto, includito; inde prælo ſubiicito, & ſic elicietur oleum. Idem licet experiri in oucleis pineis, auellanis, nuce indica, moſchata, perſica, ſemioibus cucurbitæ, cucumeris, piſtaciorum, omnibus denique aliis oleoſis.

Laurinum oleum paratur ex baccis lauri maturis, ac recenter collectis. Teruntur in mortario & in aqua vaſe duplici elixantur, mox prælo ſubiiciuntur, oleumque elicitur, quo modo ex amygdalis, niſi malis elixatione, vt aote ootauimus, elicere. Oleum ouorum paratur ex ouorum vitellis elixatione induratis: vbi indurnerint, digitorum attritu infriantur, io ſartagine & igni mediocri friguntur cochleati aſſidue verſando, dunec rubeſcant, oleumqoe ab his reſoluatur & profluat, mox cilicio incluſi prælo ſubiiciuntur, vt plus ſic olei exprimatur. E

Infuſionis.

Quæ infuſione fiont olea, parantur hoc modo. Oleum bonom deligitur, in quo plantæ, aot animalia, plantarum, animaliumue partes macerātur ad definitum aliquod tempus, quouſque ſcilicet vires ſuas

A res ſuas oleo ipſi impreſſiſſe videantur, tum elixantur, inde colantur & exprimuntur. Quod ſi quid aquoſi in oleo ſubſit, id elixatione abſumitur: nonnulli componendis oleis gummi quædam addunt: de quibus etſi ante in Antidotario diximus, hoc tamen exemplum ſubiicere placet.

Aquoſum quod oleo forte ineſt, quì abſumatur.

℞. flor. hyper. ℔. ß immittantur in phialam cum flor. cent. & gummi elemi, an. ℥ ij. olei comm. ℔. ij. ſoli per totam æſtatem, cum eius ardor eſt maximus, exponantur. Si quis aquam vitæ, in qua benioini aliquid diſſolutum fuerit, addiderit, oleum huius generis habebit præſtantiſſimum. Oleum maſtichinum fit *ex olei roſati ℥ xij. maſtich. ℥ iij. vini optimi ℥ viij: Coquantur omnia ſimul ad vini conſumptionē, inde oleū coletur, & in vaſe aſſeruetur.*

Oleum de hypericone.

Oleum maſtichinum.

De oleis è vegetabilibus per deſtillationem eliciendis. Cap. XII.

HErbæ fere omnes, quæ flores & ſemina in vmbellam fundunt, ſemina obtinent ſubſtantiæ calidæ, tenuis & aereæ, adeoq; oleoſæ. Quoniam vero oleoſa ſubſtantia, quæ ſimplicibus corporib. ineſt, duorum eſt generum, ideo & eius eliciendæ modus eſt duplex. Quædam enim craſſa exiſtit, terreſtris, viſcida, & corpori, è quo elici debet, penitus confuſa ac permixta, cuiuſmodi illa eſt, quam expreſſione euocari antea diximus. Hæc enim quia totius corporis ſui ſubſtantiæ & craſſamento tenaciſſime adhæret, ideo propter inſitam craſſitiem ſurrigi & aſcendere nequit. Alia ſubſtantiæ eſt tenuis & aereæ, quæ à
B ſuo corpore facile diuellitur, adeoque deſtillationi ſubiecta facile ſurgit, cuiuſmodi eſt aromatum ſubſtantia, oleoſa, vt iuniperi, aniſi, caryophyllorum, nucis moſchatæ, cinamomi, piperis, zinziberis, & ſimilium odoratorum & ſpeciatorum corpurum. Extrahendorum inde oleorum modus hic eſt. Materia terenda & conquaſſanda eſt, & in aquā ea proportione infundenda, vt pro materiæ libra vna ſint decem aquæ. Fit infuſio in vaſe cupro, penula, ſtanno vel argento intrinſecus incruſtata inſtructo, cum ſuo refrigerante aqua frigida pleno. Vaſi fornax ſubiicietur cum igne acceuſo, arenave aut fauilla. Cum aqua refrigerans contenta incaluerit, effundenda venit, & alia in eius locum ſubſtituenda, vt congelentur ſpiritus, neque exhalent, penulæ ſeu alembici roſtro ſubiicietur excipulus ceruicis oblongæ. Fouebitur ignis, quoad contenta materia ebulliat. Alius etiam eſt eius deſtillationis obeundæ modus. Materia præparata, & vt dict[...] eſt, infuſa recondetur in aheneo vaſe, penula tecto, ad cuius roſtrum fiſtula ſtannea, aut ex ferro albo [...]tili coagmentatione fideliter lutata aptetur. Ea fiſtula tranſmittatur per doliū aqua frigida plenum, v[...]ui deſtillat vna cum oleo liquor, in ipſo tranſitu refrigeretur; ad extrema fiſtulæ excipulus ſubiectus e[...]. Ignis vero per initia lentus ſenſim augebitur, quoad contenta, vt prædictum eſt, materia ebulliat. Ca[...]ndum enim, ne rapidiorem ignem ac vehementiorem excites: ſic enim ebul-
C litionibus turgeſcens m[at]eria, extra proprii conceptaculi oras aſſurgens, æſtu violento effundetur. His ſeruatis legibus, ſtatim cernes, ab initio vna cum aquoſo humore oleuſum ſtillantem. Vbi oleum manare deſierit, quod ex effuſi liquoris colore, conſiſtentia & ſapore cognoſcere licebit, ignis ſupprimetur: vaſculoq; quod digitalis inſtar habebit, & bacillo alligatum erit, oleum à reliquo liquore ſeparabitur. In quo notandum, quædam eſſe olea, quæ aquæ ſupernatent, vt oleum aniſi. Alia contra, quæ ad fundum deprimantur, vt oleum cinamomi, macis & caryophyllorum.

Quæ olea expreſſione veniant elicienda.


Extrahendorum deſtillatione oleorū ratio prima.

Altera.

Quæ olea ad aquæ fundū deprimātur.

Notandum inſuper, quod aquoſus humor, qui cum oleo aniſi & cinamomi ſtillat, albicat, ac temporis ſucceſſu quadam ſui portione in oleum faceſſit. Aquoſi illi liquores ſeorſim etiam habendi ſunt, longe enim nobiliores exiſtimantur, quam qui per balneum mariæ habentur, illi præſertim, qui ſtatim ab initio vna cum oleo ſtillant. Olea eiuſdem ſunt facultatis cum corporibus, è quibus eliciuntur, ſed multo efficaciotis: nam quæ multis huius aut illius medicamenti libris diffuſa ante erat vis, ea poſt deſtillationem paucis drachmis collecta habetur. Exempli enim gratia, quæ per libram caryophyllorum digeſta erat facultas, ea mox in duas ad ſummum vncias contracta eſt, quæ per cinamomi libram vnam, mox in ſeſquidrachmam, aut quod ſummum eſt drchmas duas. Cæterum vt maior eliciatur copia, mi-
D nori ſumptu, ac ſine metu ruptionis, cui vaſa vitrea obnoxia ſunt, probatum, in vaſe cupreo deſtillationē perfici: neq; enim verendum, ne à cupro malignam qualitatem oleum acquirat, impedit enim idipſum vna cum oleo manans aquoſus humor: ſi maxime cuprum ſtanno aut argento oblitum & incruſtatum fuerit. Rem totam appicta imagine deſcribere atq; oculis ſubiicere placuit.

In vaſe cupreo quæ innoxie olea deſtillentur.



Fornax cū ſuo vaſe, quo vegetabiliū, vt ſaluiæ, roriſmarini, thymi, lauendulæ, ſeminis aniſi, fœniculi, caryophyllorū, nucis moſchatæ, cinamomi, piperis, zinziberis & ſimilium eſſentias licet elicere, imo etiam aquā vitæ & aceti deſtillari. Vaſis illius loco vti eo licet, quod refrigerante ſuo inſtrui & cingi ſolere diximus.

A. *Monſtrat vas vulgo veſicæ nomine exprimi ſolitum, cupreum id eſſe debet, & ſtanno intrinſecus oblitum.*
B. *Capitellum.*
C. *Dolium frigida plenum ad refrigerium & condenſationem aquæ & olei, tubulo per dolium traiecto, permeantium.*
D. *Tubulum ex ære aut ferro albo per dolium traiectum.*
E. *Veſicam fornaci ſuo inſidentem, & immediate igni appoſitam.*

Cæterum quia cinamomi, piperis & aliorum aromaticorum mentionem fecimus, quorum ferax non eſt Gallia, viſum eſt arborum, quæ fructus illos ferunt, imaginem hic ſubiicere, ſimul & deſcriptionem, ex Theneti, qui eas propriis oculis inſpexit, Coſmographia tranſcribere.

Arboris Piperis ferentis effigies.

A



B

C


Piperis deſcriptio. Piper in India naſcitur in arbuſculis exiguos ramos promittentibus, ex qnibus acini pendent hederaceis aut vinaceis, exiguis nigris & præmaturis ſimiles. Folia mali medici folijs ſimilia ſunt ſubacuta & pungentia. Magno ſtudio Indi pendentes illos acinos colligunt, & in magnis cellis recondnnt, cum primum ad perfectam maturitatem deuenerint. Iraque non raro contingunt tempora, in quibus plus, quam dncentæ naues ad littus Paruæ Iauæ eius regionis inſulæ appellunt, inde piper & alia aromata exportaturæ. *Piperis vſus.* Piperis vſus eſt in antidotis aduerſum venena, vrinam pronocat, digerit, attrahit, reſoluit, ſerpentum morſibus remedio eſt. Ventriculo refrigerato vtiliter apponitur & aſſumitur, in condimenta veniens coctionem adiuuat, & appetentiam ciet: deligendum id, quod nigrum eſt, graue & minime *Delectus.* flaccidum. Quæ nigrum, quæque album piper ferunt arbores, tam ſibi ſunt inuicem ſimiles, vt indige- D
næ nulla eas nota niſi expendente fructu diſcernere queant, quod etiam in viribus
noſtris contingit albarum & nigrarum vuarum
feracibus.

E

Arboris

A

Arboris Cinamomi ferentis effigies.



B

C

Quæ cinamomi ferax eſt arbor, in Indiæ montibus naſcitur, ac folia lauri ſimillima profert. Ex ea *Cinamomi*
arbore regis prouinciæ decreto certis anni menſibus ſurculi & taleæ exciduntur, ex quibus auulſus cor- *deſcriptio.*
tex id ipſum eſt, quod nos Cinamomum dicimus. Id nemini peregrino emendum exponitur, niſi ad Re-
gis arbitrium indicto pretio & æſtimatione, cæteris cautum eſt vel flagella amputare. Scribit Galenus, *Cinamomũ*
cinamomum tenuium eſſe partium, in tertio ordine calidum, cuiuſdam adſtrictionis particeps. Iraque *quo Vromar*
corporis excrementa incidere ac reſoluere, viſcera roborare, menſes, cum craſſorum humorũ admixtio- *eſſe corticẽ*
ne ceſſant, promouere: animæ gratiam olentiori conciliat, medicamentis, hypocratico vino, & condi- *ſua arboris.*
D mentis gratum ſaporem, odoremq; infert. Ex cinamomo aqua fit nobilis, quæ aduerſus frigidos omnes *7. ſimpl.*
morbos, & animi defectus eſt efficax, peſti ac venenis contrarias vires obtinens, eius aquæ talis eſt com-
poſitio.

℞. cinamomi electi & optimi ℔. j. *leniter contuſa, & aqua roſ.* ℔. iij. & ℔. ß. *vini albi generoſi mixta in vas vi-* *Aqua de-*
treum conuciatur, ibidemq; viginti quatuor horarum ſpatio maceretur ſæpius agitando. Totum id deſtillationi in *ſcriptio &*
balneo mariæ ſubiciatur, fideliter excipulo & vaſe lutatis, ne ſpiritus vaneſcat. *dotes.*

Alius modus, quo herbarum, florum, ſeminum, & fructuum aromaticorum eſſentiam ac ſpiritus licet elicere: imo etiam rheubarbari, agarici, turbith. hermodactylorum & aliorum purgantium. CAP. XIII.

COmmemoratorum præfixo titulo, ſimplicium eſſentias & ſpiritus ſic licet elicere. Saluiam, rheum,
cinamomum, vel aliam quamuis materiam minutim concidito aut etiam terito: Inde in matulam *Signũ aqua*
ſeu ampullam vitream, quæ ceruice ſit oblonga conicito: tantumq; aquæ vitæ affundito, quantum ſit *vita induta*
E ſatis materialibus mergendis, & digiti altitudine ſuperandis: tum vas fideliter obturato, ne quid aeris *& imbuta*
ſubeat. Sic ſinito per dies octo in balneo mariæ lento igni ſubiecto macerari: ita enim aqua vitæ mate- *infuſorum*
riæ vires qualitateſque in ſe pellicit; pellicuiſſe autem tum cognoſces, cum merſæ materiæ colore ipſam *materialiũ*
perfecte tinctam animaduertes. Elapſis octo diebus, eandem illam aquam vitæ in aliud vas pari ſimi- *viribus.*
lium materialium eodem modo præparatorum quantitate plenum conicies, & pariter ipſorum in ſe
vires tranſumat, id ter, quaterque repetendũ: quouſq; ſcilicet aqua vitæ ſe perfectiſſime tinxerit colore
infuſæ materiæ. Quod ſi materia, ex qua ſpiritum eſſentiamq; elicere voles, magni pretii ſit, cuiuſmodi *Signum ma-*
eſt xiloaloe, rheubarbarum, non ſatis videri debet, ſemel ipſam aqua vitæ perfudiſſe, ſed iterum tertio- *terialium*
que illud idem tentandum, quouſque ſcilicet eius vis omnis abſtracta fuerit: abſtractam vero omnem *ſuis viribus*
intelliges, cum quod reſtabit magna, guſtui plane inſipidum apparuerit. His, vt decet peractis, omnes *exutorum*

aquas materiæ delectæ viribus & colore tinctas in alembicum, ſua penula tectum ſubtili coagmentatione lutatum, atque in balneo mariæ poſitum conicies, vt aqua vitæ ſurſum ſublata, atque in ſimile aliud opus reſeruata, in fundo ſpiritus eſſentiaque hæreat. Huic eſſentiæ ſi vis mellis conſiſtentiam parare, ipſam in vas figulinum plumbatum ſuper cineres calidos poſitum demittes, vt pars eius tenuior in vaporem vertatur. Sic enim tandem eſſentiam nobiliſſimam & efficaciſſimam es habiturus eius rei, quã deſtillationi ſubieceris, cuius vel vnus ſcrupulus plus virium in purgando eſt habiturus, quam materiæ ipſius duæ vel tres drachmæ. A

De modo eliciendi olei ex gummi lachrymis, ſeu ſpiſſis liquoribus, & reſinis, imo etiam ex quibuſdam lignis. CAP. XIV.

Retorta vulgo dicta quid.


OLea omnia, quæ ex gummi, ligniſque oleaginoſis ac metallis eliciuntur, ea vaſe, cui Retorta vulgare nomen eſt, eliciuntur. Parandum eſt vitreum, lapideum, vel teſtaceum ac plumbatum, ſeu figulino vernice obtectum: magnitudine vero tanta, quanta erit copia olei, quod elicere animo decreueris, quanquam fere id aquæ libras duodecim capere debet. Ceruix ei ſeſquipedali, vel ſaltem pedali longitudine comparanda eſt. Vas recipiens fere eſt phiala, in quam retortæ illa ceruix aptatur & inſeritur. Tũ igitur retorta collocanda venit in gabata ſeu ſcaphio culinario teſtaceo, fauilla aut arena pleno, & fornaci inſidente, vt ſubiecta figura licet intelligere. B

Gummi differentia.

Ex gummi alia ſunt liquida, alia ſolida: & ex ſolidis alia aliis ſolidiora. Quæ ſolida ſunt, plus negotii, ſi deſtillationi ſubiiciantur, faciunt, quam liquida; non enim tam facile diſſoluuntur, aut liqueſcunt, nec igni obſequentia ſunt: itaque ſæpe ante vruntur, quam diſſoluantur: quo fit, vt nonnulli pro gummi ſolidi libra, duas treſve libras olei terebinthini clariſſimi & liquidiſſimi, id eſt, puriſſimi, addant. Sed & liquida difficulter etiam deſtillantur, quod ſæpe vbi ab igne incaluerint, intumeſcunt, adeo, vt retortæ ſeu cucurbitæ oras excedant, & in excipulum talia decidant, qualia in cucurbitam immiſſa fuere: ſi præſertim ab initio ignis violentus & rapidus ſubiiciatur. Id incommodi plerique vt declinent, immiſſis in cucurbitam materiebus, arenam tanquam ſaburram addunt.

Cautiones in gummi deſtillandis obſeruandæ.

Fornacis cum ſua gabata, retorta ſeu cucurbita, & excipulo effigies. C



A. *Fornacem monſtrat.*

B. *Gabatam ſeu teſtam figulinam.*

C. *Retortam ſeu veſicam cucurbitam vt.*

D. *Excipulum.* D

Modus olei de terebinthina comparandi.

Oleum de reſina & terebinthina paratur hoc modo.

Capito terebinthinæ duas aut tres libras, quas in retortam tam amplam recondito, vt tres eius partes reſtent vacuæ & inanes: itaque pro terebinthinæ ſingulis libris arenæ addito tres aut quatuor vncias. Tum retortam in gabatam cretis cineribus plenam collocato, & fornaci, vt decet, ſubiicito, eius ceruici excipulum aptato & fideliter lutato: Denique ignem ab initio lentum ſuccendito, ne contenta materialia intumeſcant, & ſupra retortæ margines exundent: ignem illum ſenſim augeto, ac ne confertim materialia ferueant, caueto. Per initia ſtillabit liquor limpidus & acidus, in quo quædam hypoſtaſis concreſcere ſolet; hinc limpidiſſimum manabit oleum, liquoris illius aquei & pituitoſi æmulum: tum vero ignis paulo maior excitandus eſt, vt tertius aſſurgat, ſtilletque oleoſus liquor limpidus tenuis & coloris plane aurei. Sed & tum ignis luculentior flammanſque excitandus eſt, vt oleum extrahas, quod colore ſit rubro & carbunculato, conſiſtentia ſpiſſum ac mediocriter craſſum. Sic igitur ex terebinthina quatuor liquorum ſpecies licet elicere, hoſq; differentes diuerſis excipulis excipere: ſatius tamen eſſe arbitror, eodem omnes ſimul admittere, quo poſtea alteri deſtillationi ſubiecti ſeorſim oleum habeatur expertum: cæterum ex terebinthinæ libra vna decem vel duodecim olei drachmæ manant. Id olei genus efficax eſt aduerſum paralyſim, conuulſionem, neruorum puncturarum, neruoſarumq; partium omnium vulnera. E

Indita ſtillantis e terebinthina liquoris ſeu olei experta. Dotes olei terebinthinæ.

Modus olei e cera eliciendi.

E cera vero oleum ſic extraxeris. *Ceræ libram vnam capito, liquato, & in retortam ſeu veſicam vitream igni cineritio aut arenario ſubiectam, quemadmodum in terebinthino oleo eliciendo paulo ante diximus, immittito, deſtillato ignem ſenſim augendo.* Nihil ex cera fere præter quam oleoſa ſubſtantia ſtillat, & pauca quædam

pitui-

A pituitoſa; oleoſæ tamen eiuſmodi ſubſtantiæ portio mox concreſcit in aliquid butyroſum, quæ ob id deſtillationi deouo eſt ſubiicienda, ex ceræ libra vna licet olei ſex aut octo vncias elicere. Id oleum ad contuſiones frigidoſq; præſertim dolures eſt efficax. *Dotes olei de cera.*

De oleorum ex gummi generibus durioribus, vt myrrha, maſtiche, thure & ſimilibus extractione.

CAP. XV.


REperiuntur nonnulli, qui huius generis olea extrahunt igne cineritio aut arenario, quemadmodum de oleis gummi liquidiorum *ſuperiori capite* diximus, addendo in ſingulas gummi libras aquæ vitæ duas, olei vero de terebinthina duas treſve vncias: macerati ſimul iſta ſinunt decem vel octo dies in balneo mariæ, vel fimo equino, inde deſtillationi ſubiiciunt in retorta. Vera vero methodus extrahendi olei de myrrha eſt eiuſmodi. *Cape myrrham in puluerem pollinemvé redactum, eamque in oua indurata lutei extracti loco include, oua in craticula loco humidiori, vt cella vinaria compone; ouisq; figulinam teſtam figulino vernice obductam ſubiice, reſoluetur myrrha in aquam oleoſam, quæ mox in matellam vitream fideliter obturatam cum pari aquæ vitæ, vt loquuntur, rectificatæ quantitate immittenda erit, & fimo per tres vel quatuor menſes committenda,* B *quibus exactis reuellenda inde matella eſt, & ita inclinanda, vt in ſubiectum alembicum contentum liquorem effundat, in fundo enim eius craſſum quoddam magma remanebit, tum alembicum balneo mariæ immergendum eſt, vt in vaporem aqua vitæ & pituitoſo liquore reſolutis, in fundo purum & limpidum reſtet oleum*: cui coloris venuſtatem admixta anchuſa, odoris vero gratiam olei ſaluiæ, cinamomi, aut caryophyllorum guttis aliquot admixtus conciliare poteris. *Eliciendi olei de myrrha ratio. Oleo de myrrha que venuſtas & gratia concilietur.*

Nunc balſamorum compoſitionem ac rationem ſubiecto vno aut altero exemplo demonſtremus. Cuius quod primum ſequitur exemplar, ex Veſalii ſumptum eſt Chirurgia.

℞. terebinth. optimæ ℔ j *olei laurini.* ℥ iiij, *galbani,* ℥ iij, *gummi elem.* ℥ iiij. ℔. *thuris, myrrhæ, gummi hederæ, centaurii maioris, ligni aloes an.* ℥ iij. *galangæ, caryophyll. conſolidæ maioris, cinamomi, nucis moſchatæ, zedoariæ, zinziberis, dictamni albi an.* ℥ j. *olei vermium terreſtrium*, ℥ ij. *aquæ vitæ* ℔. vj.

Modus faciendi eſt eiuſmodi, *Materialia iſta omnia conterantur & minutim concidantur, vt triduo in aqua vitæ infuſa madeant, tum in retorta deſtillentur eo plane modo, quo olea de terebinthina & cera ante commemorata,* tres ſtillabunt inde liquores: Primus quidem aquoſus, & limpidus erit; alter tenuiſſimus coloris auri C puriſſimi; tertius coloris carbunculi, qui demum liquor verum balſamum eſt. Primus liquor efficax eſt ad ſtomachi infirmitatem à frigida cauſa manantem; quia ſcilicet pituitam incidit, & flatus diſcutit. Secundus vulneribus recentibus & adhuc cruentis, atque etiam paralyſi medetur. Tertius ad eaſdem illas affectiones longe omnium eſt efficaciſſimus. *Balſam Veſalii deſcriptio.*

Arboris thuriferæ effigies.



Quod ſequitur compoſitionis balſami exemplum, ex Fallopio eſt: *℞. terebinth. claræ* ℔. ij. *olei de ſemine lini.* ℔. j. *reſinæ pini* ℥ vj. *thuris, myrrhæ, aloes, maſtiches, ſarcocollæ an.* ℥ iij. *macis, ligni aloes an.* ℥ ij. *croci.* ℥ ß *conciciantur omnia in retortam vitream ſupra cineres, & deſtillentur.* Primo ſtillabit aqua limpida mox oleum ſubrubrum vulneribus vtiliſſimum. *Balſamum Fallopii.*

D Sciendum vero, quod hac arte axungias omnes, adipes, animantium partes, ligna, corticum, ſeminumque genera omnia, modo ante, vt decet, macerata fuerint, deſtillationi ſubiicere facile poſſumus, ſic tamen vt ex his plus aquoſi liquoris, quam oleoſi ſtillet. Quoniam vero ſupra thuris multoties meminimus, thuriferæ arboris deſcriptio hic ex *Theueti Coſmographia* ſubiicienda viſa eſt. *Thuris deſcriptio.*

E

Thuris adulterinis indicia. Thuris dotes. Ad mammarum inflammationes.


Thus, arbor eſt Arabiæ indigena, pino ſimilis, liquorem fundens, qui mox induratur, & in granula coit ſubalbida, lucida, intus pinguia, quæque ignibus iniecta flammam concipiant. Adulteratur thus reſina pini & gummi quæ cauſa exiſtit, cur quale deſcribitur, tale apud nos non repetiatur, fraudem ex eo cognoſcas, licet quod neque reſina, neque gummi aliud quoduis flammam concipit, reſina enim in fumum abit, thus vero ſtatim ardet. Idem adulterium odor prodit: neutrum enim gratum odorem ſpirat, vt thus. Arabes arborem vulnerant, quo facilius ſtillet liquor, ex quo magnum quæſtum faciunt, vlcera caua replet, & ad cicatricem perducit. Itaque & factitius balſamis tanquam princeps & baſis admiſcetur. Solum thus in pollinem tritum atque appoſitum ſanguinem è vulneribus manantem ſiſtit. Mathiolus id cum cimolia & oleo roſato mixtum, ſingulare ad mammarum inflammationes recens puerperis remedium prædicat. A

De compoſitione olei de vitriolo ſeu chalcanto. CAP. XVI.

Exacte calcinati vitrioli indicium.

C*Ape vitrioli libras decem, quas in pollinem redactas fictili include, carbonibus candentibus impone, vt calcis conſiſtentiam adipiſcantur, quod tum contingit, cum rubeſcunt: Poſt quinque vel ſex horas, cum fictile refrixerit, confringetur: rurſumq́; chalcantum in pollinem comminuetur, vt iterum in calcem eat: idq́; tam diu, & toties iterabis, quoad perfecte calcinatum apparuerit, nempe cum exacte rubuerit: Tum igitur denuo in pollinem redigetur, & in retortam figulinam immittetur, ei ſimilem, ex qua aqua fortis elicitur, addito in ſingulas chalcanti in calcem excocti libras figuini lateritii quartarium vnum. Hinc retorta excipulo ſuo inſtructa imponatur fornaci reuerberationis, igne flammante ſemper ſuſcitato, idq́; per ſpatium quadraginta octo horarum, plus minuſve pro aquæ ſtillantis modo & copia.* B D[i]ſtillationem vero tum perfectam intelliges, cum excipulus natiua perſpicuitate nitere cœperit, haud i[ta]m plenus ſpiritibus vaporoſis, quibus, quandiu humor ſtillat, obſitus eſt & ſubalbicat. Quod vero ad exc[i]pulum attinet, duo tibi ſunt notanda. Primum, vt magnus ſit & valde capax: ne ſcilicet confertim affluentium vaporoſorum ſpirituum copia diſtendatur & rumpatur, vt non raro contingit. Alterum, vt in cupa frigida aqua plena collocetur, ne ſi nimium incaleſcat, diſſoluatur & diffringatur. Hæc omnia facile innoteſcent ſubiecta figura.

Fornax reuerberationis ſua veſica & excipulo inſtructa C



A. *Monſtrat fornacem.*

B. *Veſicam.*

C. *Excipulum.*

D. *Cupam aqua frigida plenam.* D

Tabula ſeu regeſtum medicamentorum & inſtrumentorum morbis curandis inſeruientium. CAP. XVII.

MEdicamenta pariterque alimenta medicamentoſa morbis curandis idonea petuntur ex animantibus, plantis & mineralibus. Ab animantibus quidem ſumuntur.

Cornua.	*Oſſa.*
Vngula.	*Extremitates.*
Pili.	*Cor.*
Penna.	*Iecur.*
Teſta.	*Pulmones.*
Crania.	*Cerebrum.*
Squama.	*Vterus.* E
Sudores.	*Secundina.*
Cutis.	*Teſtes.*
Adipes.	*Penis.*
Carnes.	*Veſica.*
Sanguis.	*Sperma.*
Interanea.	*Podex*
Vrina.	*Cauda.*
Odores ſeu fœtidi illi ſint ſeu ſuaueolentes, imo & venena	*Tunica ventris.*
	Expirationes.

ipſa

A *Ipſa integra animalia, vt*
Vulpecula.
Catuli.
Erinacei.
Rana.
Lumbrici.
Cancri.
Aſtaci fluuiatiles.
Scorpii.
Hirudines.
Stercora.

Seta.
Tela.
Lachryma.
Saliua.
Mella.
Cera.
Oua.
Lac.
Butyrum,
Caſeus.
Medulla.

Ex plantis, id eſt, arboribus, arbunculis & herbis ſumuntur.

B *Radices.*
Muſcus.
Medulla.
Surculus.
Oculi ſeu gemma arborum.
Thyrſus, ſcapus ſeu caulis.
Folia.
Flores.
Calices.
Fibra ſeu capillamenta.
Spica. *Semina*
Ipſa planta integra vt,
Malua, capa, bulbus,

Et ſimilia.
Cortex.
Ligna.
Farine.
Succus.
Lachrima.
Olea.
Gummi.
Reſina.
Cartes ſeu ſitus.
Magma, ſpiſſamentum.
Manna, qua roris ſpecie in plantas delapſa, mox concreſcit.

G Metallica ſumuntur vel ex aqua vel ex terra: quæ ex terra ſumuntur, vel terræ Species ſunt, vel lapides, vel metalla. Terræ ſpecies ſunt.

Bolus armenus.
Terra ſigillata.
Cimolia.
Creta.
Ocra.
Gypſum.
Calx.
Lapidum vero ſpecies ſunt.
Silices.
Lapis iudaicus.
Lapis lyncis.
Pumex.
D *Entalis ſeu entalium.*
Dentalis ſeu dentalium.
Hematites.
Amiantus.
Galactites.
Lapis ſpongia.

Adamas.
Sapphirus.
Chryſolitus.
Topazius.
Magnes.
Pyrites.
Alabaſtrites.
Marmor.
Cryſtallus, & multa alia gemmarum; id eſt, lapidum pretioſorum genera.
Species ſalis tam naturales, quam artificiales & factitia ſunt.
Sal nitrum.
Sal vulgare.
Sal alkali.
Sal ammoniacum.
Sal ex vrina concreta.
Sal de tartaro: atque in genere ſalis genera omnia, quæ ex quibuslibet plantis fiūt.

Metallica vulgo dicta ſeu materiæ metallicæ ſunt.

Marchaſita.
Antimonium.
Stannum cryſtallinum ſeu germanicum.
Tuthia.
E *Arſenicum.*
Auripigmentum.
Laſurium ſeu ceruleum.
Riſagalum, ſeu arſenicum ſublimatum.
Sulphur.
Argentum viuum.
Chalcanthum.
Chalcitis.
Pſory.
Atramentum nigrum.

Colcotar ſeu vitriolum.
Alumen ſciſſile.
Alumen rotundum.
Alumen liquidum.
Alumen plumoſum ſeu lameni.
Borax.
Bitumen.
Naphtha.
Cinnabaris.
Lithargyros auri.
Lithargyros argenti.
Chryſocolla.
Sandaracha & alia innumera.

Thuris adulterium indicia. Thuris dotes. Ad mammarum inflammationes.


Thus, arbor eſt Arabiæ indigena, pino ſimilis, liquorem fundens, qui mox induratur, & in granula coit ſubalbida, lucida, intus pinguia, quæque ignibus iniecta flammam concipiant. Adulteratur thus reſina pini & gummi quæ cauſa exiſtit, cur quale deſcribitur, tale apud nos non reperiatur, fraudem ex eo cognoſcas, licet quod neque reſina, neque gummi aliud quoduis flammam concipit, reſina enim in fumum abit, thus vero ſtatim ardet. Idem adulterium odor prodit: neutrum enim gratum odorem ſpirat, vt thus. Arabes arborem vulnerant, quo facilius ſtillet liquor, ex quo magnum quæſtum faciunt, vlcera caua replet, & ad cicatricem perducit. Itaque & factitiis balſamis tanquam princeps & baſis admiſcetur. Solum thus in pollinem tritum atque appoſitum ſanguinem è vulneribus manantem ſiſtit. Mathiolus id cum cimolia & oleo roſato mixtum, ſingulare ad mammarum inflammationes recens puerperis remedium prædicat. A

De compoſitione olei de vitriolo ſeu chalcanto. CAP. XVI.

Exacte calcinati vitrioli indicium.

CApe vitrioli libras decem, quas in pollinem redactas fictili include, carbonibus candentibus impone, vt calcis conſiſtentiam adipiſcantur, quod tum contingit, cum rubeſcunt: Poſt quinque vel ſex horas, cum fictile refrixerit, confringetur: rurſumq; chalcantum in pollinem comminuetur, vt iterum in calcem eat: idq; tam diu, & toties iterabis, quoad perfecte calcinatum apparuerit, nempe cum exacte rubuerit: Tum igitur denuo in pollinem redigetur, & in retortam figulinam immittetur, ei ſimilem, ex qua aqua fortis elicitur, addito in ſingulas chalcanti in calcem excocti libras ſignini lateritii quartarium vnum. Hinc retorta excipulo ſuo inſtructa imponatur fornaci reuerberationis, igne flammante ſemper ſuſcitato, idq; per ſpatium quadraginta octo horarum, plus minuſve pro aquæ ſtillantis modo & copia. B D[i]ſtillationem vero tum perfectam intelliges, cum excipulus natiua perſpicuitate nitere cœperit, haud i[ta]m plenus ſpiritibus vaporoſis, quibus, quandiu humor ſtillat, obſitus eſt & ſubalbicat. Quod vero ad excipulum attinet, duo tibi ſunt notanda. Primum, vt magnus ſit & valde capax: ne ſcilicet confertim affluentium vaporoſorum ſpirituum copia diſtendatur & rumpatur, vt non raro contingit. Alterum, vt in cupa frigida aqua plena collocetur, ne ſi nimium incaleſcat, diſſoluatur & diffringatur. Hæc omnia facile innoteſcent ſubiecta figura.

Fornax reuerberationis ſua veſica & excipulo inſtructa C



A. *Monſtrat fornacem.*

B. *Veſicam.*

C. *Excipulum.*

D. *Cupam aqua frigida plenam.* D

Tabula ſeu regeſtum medicamentorum & inſtrumentorum morbis curandis inſeruientium.
CAP. XVII.

MEdicamenta pariterque alimenta medicamentoſa morbis curandis idonea petuntur ex animantibus, plantis & mineralibus. Ab animantibus quidem ſumuntur.

Cornua.	*Oſſa.*
Vngulæ.	*Extremitates.*
Pili.	*Cor.*
Pennæ.	*Iecur.*
Teſtæ.	*Pulmones.*
Crania.	*Cerebrum.*
Squamæ.	*Vterus.*
Sudores.	*Secundinæ.*
Cutis.	*Teſtes.*
Adipes.	*Penis.*
Carnes.	*Veſica.*
Sanguis.	*Sperma.*
Interanea.	*Podex*
Vrina.	*Cauda.*
Odores ſeu fœtidi illi ſint ſeu ſuaueolentes, imo & venena	*Tunica ventris.*
	Expirationes.

E

Ipſa

A *Ipſa integra animalia, vt*
Vulpecula.
Catuli.
Erinacei.
Rana.
Lumbrici.
Cancri.
Aſtaci fluuiatiles.
Scorpis.
Hirudines.
Stercora.

Seta.
Tela.
Lachryma.
Saliua.
Mella.
Cera.
Oua.
Lac.
Butyrum,
Caſeus.
Medulla.

Ex plantis, id eſt, arboribus, arbunculis & herbis ſumuntur.

B *Radices.*
Muſcus.
Medulla.
Surculus.
Oculi ſeu gemmæ arborum.
Thyrſus, ſcapus ſeu caulis.
Folia.
Flores.
Calices.
Fibra ſeu capillamenta.
Spica. Semina
Ipſa planta integra vt,
Malua, capa, bulbus,

Et ſimilia.
Cortex.
Ligna.
Farina.
Succus.
Lachrima.
Olea.
Gummi.
Reſina.
Caries ſeu ſitus.
Magma, ſpiſſamentum.
Manna, quæ roris ſpecie in plantas delapſa, mox concreſcit.

C Metallica ſumuntur vel ex aqua vel ex terra: quæ ex terra ſumuntur, vel terræ Species ſunt, vel lapides, vel metalla. Terræ ſpecies ſunt.

Bolus armenus.
Terra ſigillata.
Cimolia.
Creta.
Ocra.
Gypſum.
Calx.
Lapidum vero ſpecies ſunt.
Silices.
Lapis iudaicus.
Lapis lyncis.
Pumex.
D *Entalis ſeu entalium.*
Dentalis ſeu dentalium.
Hæmatites.
Amiantus.
Galactites.
Lapis ſpongiæ.

Adamas.
Sapphirus.
Chryſolitus.
Topazius.
Magnes.
Pyrites.
Alabaſtrites.
Marmor.
Cryſtallus, & multa alia gemmarum; id eſt, lapidum pretioſorum genera.
Species ſalis tam naturales, quam artificiales & factitia ſunt.
Sal nitrum.
Sal vulgare.
Sal alkali.
Sal ammoniacum.
Sal ex vrina concreta.
Sal de tartaro: atque in genere ſalis genera omnia, quæ ex quibuslibet plantis fiũt.

Metallica vulgo dicta ſeu materiæ metallicæ ſunt.

Marchaſita.
Antimonium.
Stannum cryſtallinum ſeu germanicum.
Tuthia.
Arſenicum.
E *Auripigmentum.*
Laſurion ſeu cæruleum.
Riſagalum, ſeu arſenicum ſublimatum.
Sulphur.
Argentum viuum.
Chalcanthum.
Chalcitis.
Psory.
Atramentum nigrum.

Colcotar ſeu vitriolum.
Alumen ſciſſile.
Alumen rotundum.
Alumen liquidum.
Alumen plumoſum ſeu lameni.
Borax.
Bitumen.
Naphtha.
Cinnabaris.
Lithargyros auri.
Lithargyros argenti.
Chryſocolla.
Sandaracha & alia innumera.

Metalla ſunt. A

Aurum.	*AEs.*
Argentum.	*Cuprum.*
Ferrum.	*Calybs.*
Plumbum.	*Aurichalcum: & quæ ex his manant, vt ipſorum ſquama, rubigo, & ſimilia.*
Stannum.	

Ex aquis vero, vt mari, fluminibus, ſtagnis & fontibus, aquarumqne limo multa peruntut remedia, vt corallus albus & rubet, margaritæ ſeu vniones, & infinita alia quæ natura, magni mundi architecti ancilla, produxit ad morborum curationem: ſic, vt quamcunque in partem oculos conuerteris, ſeu in terrę ſuperficiem, ſeu in terræ viſceta, ingens ſe oſtentet remediorum ſylua. Quorum omnium delectus petitut vel ex ipſorum ſubſtantia, vel ex quantitate, aut ex qualitate, actione, loco, tempore, odore, ſapore, ſitu, figura, pondere, & aliis circumſtantiis, vt abunde docuit Iacobus Syluius *libro ea de re edito.* Ex his ſimplicibus variæ concinnantur compoſitiones. Vt,

Collyria.	*Apozemata.* B
Caputpurgia.	*Iulepi.*
Eclegmata.	*Syrupi.*
Dentifricia.	*Pulueres.*
Dentiſcalpia.	*Tabellæ.*
Apophlegmatiſma.	*Opiata.*
Gargariſmata.	*Conſerua.*
Pilulæ.	*Condita.*
Boli.	*Confectiones.*
Potus.	*Rotulæ.*

Quæque medicamenta alimentoſa cenſentur, Vt.

Reſtaurantia.	*Sorbatium*
Iuſcula colatitia: Conſumpta carnium.	*Zythum.*
Expreſſa.	*Ceruiſia.* C
Gelatina.	*Acetum.*
Hordeatum ſeu ptiſana.	*Omphacium.*
Panatella.	*Oleum.*
Amygdalatum.	*Aqua chalybeata*
Caro cum amygdalis intrita ſeu leucophagus ex amygdalis, ſaccharo, & aqua roſacea.	*Aqua cum pane tranſuaſata.*
	Ptiſana vulgo dicta potus diuinus.
Placenta, ſeu ſcriblita.	*Vinum Hippocratitum ſeu aromatites.*
Hydroſacchar.	*Paratum.*
Hydromeli & ſimilia potus genera.	*Vomitoria.*
Mucagines.	*Sternutatoria.*
Oxymel.	*Sudorifica.*
Oxycratum.	*Clyſteres.*
Oxyrrhodinum.	*Peſſaria.*
Hydroelæum.	*Suppoſitoria ſeu glandes.* D
Hydromel vinoſum.	*Suffumigia.*
Emplaſtra.	*Trochiſci.*
Vnguenta.	*Frontalia.*
Cerata.	*Cucufa.*
Litus.	*Scuta.*
Embroche.	*Marſupia ſeu ſacculi.*
Fotus.	*Balnea.*
Epithemata: eaq; omnia repercutientia.	*Semicupia.*
Attrahentia.	*Lac virginale.*
Reſoluentia.	*Fuci.*
Suppurantia.	*Picationes.*
Remollientia.	*Depilatoria.*
Incarnantia.	*Veſicatoria.*
Cicatrizantia.	*Cauteria potentialia.* E
Putrefacientia.	*Muſcaria.*
Corrodentia.	*Ventilabra.*
Agglutinantia.	*Conopea, vela nempe ſubtenſa, aeri agitando ventilandoq; comparata.*
Anodyna.	
Mundificantia.	*Fonticuli arte parati ſeu*
Pomatum.	*Subſtilla, ſtillicidia & ſyphunculi.*

A Aquæ & olea ſtillatitia, aliaq; per quintam eſſentiam multis modis extracta.

Nempe aquæ oleaq; ex plantis calidis ac ſiccis, aromaticiſq; eliciuntur alembico cupreo, ſuprapoſito refrigerante inſtructo, decupla ad herbarum pondus aqua addita, herbas autem ſiccas eſſe oportet, quo ſit deſtillatio fœlicior.

E floribus liquores calore ſolis eliciuntur, vel fimi, vel racemorum prælo ſubſtractorum magmate, vel in balneo mariæ per veſicam, ſubiecto & os ori concurrente excipulo inſtructum. Salis genera omnia poſtquam calcis conſiſtentiam adepta & diſſoluta fuere, peniculo bis, terq; deſtillari debent, quo puriora euadant, aptioraq; ad oleum de ſe remittendum.

Reliquæ deſtillationes fiunt vel in cellis, frigoris & humiditatis locis opera ſuper marmor lene: vel in manica, quomodo paratur oleum de tartaro, ſaliſque & fellis ſpecies omnes, item aluminoſa & his alia ſimilia.

Animalium oſſa deſtillari debent per deſcenſum, vel per vaſorum concurſum.

Ligna omnia, radices, cortices, conchæ marinæ, & ſemina ſeu grana, vt frumenti, geniſtæ, ipſæ fabæ & alia, quorum ſuccus expreſſione euocari nequit, per deſcenſum deſtillantur, vel per vaſorum concurſum in fornace reuerberationis.

B Metallica calcis conſiſtentia donata, & ſalis naturam adepta, diſſolui debent & peniculo deſtillari. moxq; euaporari, quouſq; ſicceſcant, & in acetum deſtillatum reſoluantur: tum vero denuo euaporari & ſicceſcere: ſic enim facile in cella ſupra marmor, vel in manica, vel in cucurbita vitrea fornaci impoſita, in qua ſit ignis arenatus, ſenſim aucto igne quouſq; aquoſus omnis liquor conſumptus ſit, deſtillantur. Hinc mutandus excipulus & luto affigendus cucurbitæ, igne ſurſum deorſumque ſuſcitato, ſic enim oleum manabit, quod erit prærubrum. Hac arte metallica omnia deſtillantur, alumina & ſalis genera.

Gummi, axungiæ, atq; in genere reſinæ omnes deſtillantur in cucurbita, ſeu alembico vitreo excipulo ſuo inſtructo, & fornaci impoſito, in quo ſit concha figulina, igne cineritio plena: debet vero ignis paulatim augeri pro materiarum varia conditione.

Vaſa & inſtrumenta deſtillationi inſeruientia hæc fere ſunt.

Carinum penulæ nempe ſubiectum vas.
Alembicum ſeu penula, id eſt, capitellum, ex cuius
C promiſſa deorſum nare ſtillant liquores.
Refrigerando. Sublimando.
Reuerberando.
Per deſcenſum deſtillando.
Calcinando, comparata vaſa.
Cilicia. Manica.
Gabata.
Circulatoria, ſeu Hermetis vaſa, à Pelicani ſe pectus roſtro fodientis ſimilitudine dicta, gemini etiam nuncupata.
Scaphia figulina deſtillationi per peniculamentum comparata.
Fornaces ſecretæ Philoſophorum.
Oua Philoſophorum.
Veſica ſeu cucurbita.
Matulave.
Excipulus ſeu recipiens.
Vaſa ſic ſibi mutuo occurrentia, vt ſubiectus excipulus ore ſuo oſculum veſicæ excipiat, ex quo concurrentia vaſa dicuntur.
Marmora ad vnguem expolita, ad omnes deſtillationes, quæ in cellis fiunt, comparata.
Fornaces cum vrceolis ad metallica calcis conſiſtentiam adepta, diſſoluenda.

INSTRVMENTA CHIRVRGICA, QVORVM TOTO
D hoc opere meminimus, hæc fere ſunt: non quidem verborum Gallicorum, ſed rerum ipſarum ordine expreſſa.

Annuli latentem & demerſum circumferentia ſua ſcalpellum euibrantes.
Anteridia, machinarum eiectoriæ clauiculæ.
Chelos, ſeu manucla, cuius diſſultu reſerantur, contentione autem obſerantur organa Chirurgica.
Emiſſaria Ventilabraq; vteri peſſiformia.
Tuuiodæ fiſtulatæ.
Cauteria varia, varieq; tum vmbellata ſiue muſcaria, caluatave, tum cultellaria, tum punctuaria, tum vncinata.
E Annulus plexis funiculorum coniugationibus columellæ conſtrictorius.
Specula oris, oculi, ani, vteri.
Tubulus cum inſerto ignito & ferreo ſcapo.
Scalpelli falcati.
Tubulus peniculi formis
Subligacula varia vnico vmbone, vel pluribus tuberibus inguen prementia.
Scapularis faſcia ex ceruicibus ipſam traiicientibus ad ſubligaculum continendum & contendendum deuoluta.
Acus ſetam ſeu laqueum, aut etiam traiectam ex auro virgulam trahens: eaque vel recta, vel curua, vel rotunda, vel lateribus acuta.
Canaliculus altera extremitate ſua feneſtratus vulneribus dum ſuuntur, vtilis.
Forfices, exciſoriæ nempe tonſoriæque tenaculæ, quandoque denticulatæ.
Forcipes comprehenſoriæ [illegible]um, non etiam inciſoriæ tenaculæ.
Forfex oſſarius ſeu Oſtragra.
Forfex dentatus.
Nouacula inciſoria.
Scalpra tum complanatoria, radula dicta: tum exciſoria, ſæpe lenticulata.
Cycliſci, id eſt, caua & exciſoria ſcalpra.

Malleus plumbeus ad ſcalpros in cranium impellendus.

Terebellum, forma & vſu ei ſimile, quo victores aſſulas doliares ſeu ſcandula, depreſſas, in ſuum locum reuocaot.

Eleuatoria: cuius generis eſt vectis tripes ſubrectorius.

Vectes: quorum ſcilicet, dum capite ſuo ſeu manubrio comprehenduntur, lingua vero, ſeu cuſpide oſſi deſquamando ſubiiciuntur, examinatione, ſquamæ excutiuntur & decutiuntur.

Serræ.

Trypanum deſquamatorium ſeu exfoliatiuum.

Volſellæ, eliminandis oſſium teſtulis comparatæ.

Terebellum forando cranio idoneum.

Trypanum excindendo cranio affabrefactum, cũ ſua cochlea, cuſpide, capulo, axiculo & capitio, cuius occaſione Abaptiſton ſeu immerſabile nuncupatur.

Modiolus.

Circinus exciſorius, tum contractus, tum diuaricatus.

Meniogophylax.

Syrinx, ſeu ſyphũculus ad liquorum expreſſiones.

Forpex, per cuius media foramina comprehenſa ſublata cutis ſtilo ferreo ignito tranſuerberata, ſetooe mox traiicitur.

Setooes ſeu ſetę aut laquei, tum ſicci, tum vnguentis obliti.

Roſtra, coruinum, pſitacinum, olotinum, anatioum, lacertinum, gruinum, idq; vel rectum vel in anconem actum: alias ſerratum ſeu deotatum, alias læue.

Glanditraha ſeu globulitraha, volſella, ſeu glandium illex, tragematis, loocarum nexilibus orbiculis, oſſiumque aculeis altius inſideotibus reuellendis comparata.

Dilatatoria caua & leuia, variis partium vulnerib. varie affabrefacta.

Specilla, traiicieodis & demitteodis in vulnus ſetoo ibus idonea, eaque recta, curua, peruia, imperuia.

Forfices cochleatæ, ad reuellenda tela biſſulca, triſſulca, foris intro, intus foras hamata.

Scalpelli tum phlebotomi, tum ſcarificatores, tum falcati, tum recti.

Pyulcum.

Faſciæ, vincula, tæniæ, habenæ membranaceæ, laneæ, linteæ, glomeratæ, ſciſſæ, aſſutæ: rurſum aliæ epideſmi, aliæ hypodeſmides. Hæ rurſum vel reprimentes, vel exprimentes, vel cootinentes, inquam, vel impoſita medicamina, vel vulnerum labra, vel mẽbra, vt decet, compoſita, quas Sarcoticas ob id nominant.

Spira filacea.

Glomus filaceus.

Plagulæ, ſplenia, dipl a lintea, panni complicati.

Ferulæ.

Capſulæ, loculameota.

Arculæ:

Paraſtatæ ſtramineæ, & tanquam eriſmata ſeu obnitentia, fracto cruri dextra læuaque circumpoſita. Torulos ab intorto & compreſſo ſtramine dicere poſſis.

Gloſſocomia. A

Ambi gloſſocomii ſpecies.

Trochlea, cum ſuis orbiculis & axibus ligneis ferreiſve, quibus orbiculi liberas habẽt in trochlea verſationes.

Fuoes, tum ductarii, tum antarii ſuculæ, cum ſuis vectibus, id eſt, tigillis, quæ conuenieotia in bina, quæ ſuculę ad capita ſunt foramina, funium, membrorumque funibus alligatorum, temperant contentiones.

Aſelli, ſucularum ſpecies.

Repagula ſine verucula tortili & ſtriato ſcapo cochleata.

Manubria verſatilia.

Hamuli. B

Fibulæ comprehenſoriæ ſeu colleticæ, quæ nempe cuti iniectæ vulneris oras continent.

Fibulæ ſiue ſtyli & clauiculi, quibus taoquam traiectis cuneis coagmentationes perficiuntur coagmentata ſuas obtinent verſationes.

Tomeota.

Puluini, puluilli, linameota.

Limæ.

Dentiſcalpia, dentisfricia, dentiſpicia, catheteres operis ductores.

Sella baloeatoria, ſeu ſoliaos, labra, ſolia, cupæ, ſemicupia, caldaria, infundibula, cum reliquo omni ad balnea ſeu ſudationes elixas apparatu.

Æſtuaria, ſeu hypocauſta vel laconica, quibus ſudationes aſſæ perficiuotur, & calore ſicco ſudor elicitur. C

Epiſtomia, ſeu cum verticillis funiculi.

Epitoma, id eſt, vertibula ſeu verticilla epiſtomiorum, quæ, cum torquentur, patefaciuot nares liquori cooteoto.

Terebra calculorum detritoria.

Vncini.

Specilla fiſtulata & ſuperficie externa reſciſſa.

Alares lamioę calculorum comprehenſorię.

Euerticulum ad eruderaodam veſicam.

Spathulæ rectæ & incuruæ.

Cucurbitulæ.

Cornicula. D

Fiſtula caruncularum detritoria.

Membra arte ficta, vt oculi factitii ex auro eocauſto depicto, & tectorio opere expolito.

Catinum ſiue vrinæ caſtellum.

Vrethra factitia.

Dactotheca.

Fulcimenta ſubalaria, cum ſuis arrectariis & tranſuerſariis tigillis, atque carchebis.

Vmbellatum vlceratæ papillæ operculum.

Pes griffius molæ in vtero comprehenſorius.

Guttulus & tanquam fictitia ex vitro papilla.

Peſſaria, tum oblonga, tum ouata forma.

Cannæ duplices ad clyſteres infundendos, cũ ſuis manicis & ſyringis. E

Otenchytes, ſeu auricularis clyſter.

Metreochytes.

Cochlea fœmina: cuius ſcilicet ſulcatur, ſpiris recipitur & vertitur tortilis & ſtriatus prominente ruga ſcapus.

Cochlea mas: qui ſcilicet protuberaotibus rugis fœmina recipitur, rotundatus ſcapus.

HIPPO-

A

HIPPOCRATIS COI MEDICORVM PRINCIPIS EFFIGIES.

B



C

INuictum (Hippocrates) quod te potuere ſuperbæ
Eoi nunquam flectere Regis opes.
D Cecropidæ fronti ex auro fulgente coronam
Promeriti memores impoſuere tuæ.
Gratia ſed lenis eſt, Actæis tantus Athenis
Nec fuit huic vni, quam tibi partus honos.
Nam quod quæ recreent languentia corpora morbo
Pæonias fueris promere largus opes.
Se tua tam fundit, quam magni machina mundi
Gratia, & inſignis tam tua fama volat.

BON. GRA. PARIS. MEDIC.

E

DE RE-

 A

DE REBVS CHIRVRGICIS APHORISMI EX MAGNI HIPPOCRATIS APHORISmis ſelecti. B

27. 6.

QVicunque ſuppurati aut intercute laborantes , vruntur aut ſecantur , ſi pus aut aqua vniuerſim effluxerit, omnino moriuntur.

3. 6.

Oculorum dolores meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut medicamentum ſoluit.

38. 6.

Quibus occulti cancri oriuntur, non curare melius eſt. Curati enim citius intereunt. Non curati vero longius tempus perdurant.

55. 6.

Dolores podagrici Vere & Autumno potiſſimum mouentur.

28. 6.

Eunuchi neque podagra laborant, neque calui fiunt: C

49. 6.

Quibuſcunque morbi podagrici fiunt, ii ſedata in quadraginta diebus inflammatione, finiunt.

66. 5.

Si in vulneribus fortibus & prauis tumor non appareat, ingens malum.

67. 5.

Tumores molles boni, crudi vero mali.

25. 6.

Eryſipelas ab exteriorib. verti ad interiora, nõ eſt bonũ, ab interioribus, autẽ ad exteriora bonũ.

19. 7.

In oſſis exutione eryſipelas, malum.

20. 7.

Ab Eryſipelate putredo aut ſuppuratio malum.

21. 6.

In inſanientibus ſi varices, vel hæmorrhoides ſuperuenerint, inſaniæ ſolutio. D

21. 7.

A forti in vlceribus pulſu profluuium ſanguinis, malum.

26. 2.

Febrem conuulſioni ſuperuenire melius eſt, quam febri conuulſionem.

4. 6.

Vlcera circum glabra, praua ſunt.

18. 6.

Veſica diſciſſa, aut cerebro, aut corde, aut ſepto, aut aliquo ex tenuioribus inteſtinis, aut ventriculo, aut iecore, lethale eſt.

45. 6.

Vlcera quæcunq; annua ſunt, aut ẽt diuturniora, os abſcedere neceſſe eſt, & cicatrices cauas fieri.

2. 7.

In oſſe ægrotante caro liuida malum eſt.

14. 7.

In capitis ictu obſtupeſcentia, & deſipientia, malum. E

24. 7.

In oſſis præciſione, quæ vacuum apprehenderit, deſipientia fit.

47. 2

Dum pus fit, dolores ac febres accidunt magis, quam puri iam confecto.

18. 5.

Frigida inimica oſſibus, dentibus, neruis, cerebro, ſpinali medullæ, calida vero vtilis.

46. 2.

Duobus doloribus ſimul, non eundem locum infeſtantibus, vehementior alterum obſcurat.

74. 7.

A

74. 7.

A carnis corruptione oſſis corruptio fit & abſceſſus.

506. Coacar.

Vlcus liuidum & ſiccum, aut cum virore pallidum, lethale eſt.

19. 6.

Cum diſciſſum fuerit os, aut cartilago, vel neruus, aut genæ particula tenuis, vel præputium, neque augetur, neque coaleſcit.

24. 6. & 513. Coacar.

Si quod inteſtinorum gracilium diſcindatur, non coaleſcit.

50. 7.

Quibus cerebrum ſphacelatum, id eſt, corruptum eſt, in tribus diebus pereunt: ſi vero hos euaſerint, ſani fiunt.

9. 7.

Ex vulnere ſanguinis profluuium conuulſionem inuehens, mortis eſt prænuntium.

20. 5.

B Vlceribus frigida quidem mordax, cutem obdurat, dolorem inſuppurabilem facit, liuorem obducit, rigoreſque febriles, conuulſiones, diſtentiones.

508. Coacar.

Quibus tempora ſecantur, conuulſio ex contrariis ſectioni partibus oboritur.

44. 7.

Quicunque ſuppurati vruntur vel ſecantur, ſi pus purum fluxerit & album, euadunt: ſi vero ſubcruentum & fæculentum ac fœtidum, pereunt.

Galen. comment. ad Aphor. 29. 2.

Deploratos non oportet aggredi curare, ſed relinquere, & morbi finem tantummodo prænuntiare.

Celſ. cap. 10. lib. 2.

Satius eſt anceps remedium experiri, quam nullum.

C

FINIS.

D

E

GALENI SECVNDVM HIPPOCRATEM MEDICORVM PRÆSTANTISSIMI A

EFFIGIES.



B

C

ÆQuum erat Hippocratem diuino è ſemine, Diuum
Orbem muneribus conciliare ſibi:
Scripta ſed inuoluit tam multo ænigmate, verum D
Vt quamuis ſolers nullus habere queat,
Pergamei auxilio niſi ſint monimenta Galeni,
Qui docta ambages ſuſtulit arte ſenis.
Ergo macte eſto virtute arcana reſoluens,
Quæ nulli fuerant nota (Galene) prius:
Obſtringensq́; orbem æterno tibi munere totum,
Æternis ſacras te quoq; temporibus.

BON. GRA. PARIS. MEDIC. E

CANO-

A

CANONES CHIRVRGICI AB IPSO AVTHORE POSITI.

B

1.

PRaxis eſt operatio, theoriæ regulis & legibus conſentiens.

2.

Non verbis, ſed remediis conuenienter vſurpatis reſtituitur ſanitas.

3

Cognita & vſu ac ratione probata remedia ignotis, ac nunc primum inuentis ſunt præponenda.

C

4.

Scientia ſine experientia haud magnam Medico apud ægrum fiduciam conciliat.

5.

Artifex, qui magnum aliquid & laude dignum præſtare vult, in notitiam proprii ſubiecti diligenter debet incumbere.

6

Boni Medici officium eſt, morbum ſanare, aut certe in meliorem ſtatum, & eum, quem natura fert, deducere.

7

Chirurgum agilem, induſtrium, ac manu ſtrenuum eſſe oportet, non libris fidentem.

8.

D Qui artis operibus, doctorumque de arte lectionibus frequens non interfuit, hocque ſolo, quod multa legerit, ſe pro nobili Chirurgo venditat, longe fallitur & impudens eſt.

9.

Nihil vnquam laude dignum præſtabit, qui ſibi auro, non vſu chirurgicum magiſterium patauerit.

10.

Etiam in vitæ periculo ſpe ſalutis ægrum conſolari decet.

11.

Medicos & Chirurgos ſubinde mutare, ægris
E tædium, non leuamen eſt.

12.

Etſi in longum ſe tempus morbus protrahat, non eſt tamen, quod ſe ab ægro Medicus diſtrahat.

13.

Magna magnorum vaſorum vulnera lethalia cenſentur.

14.

Omne contuſum ad ſuppurationem deducendum eſt.

15.

Vt morbi, ſic remedii ſpecies eſſe debet.

16.

Oſſis è palato abſceſſus putroris infert periculum.

17.

Hæmorrhagiam calor incitat, frigus refrænat.

18.

Neruoſorum corporum vulnera medicamenta flagitant, quæ partium tenuitate intro ſubeant, & ex alto trahant.

19.

Quibus vlcera in cruribus ſunt, hos neque ambulare, neq; ſtare, neq; ſedere, ſed in lecto quieſcere oportet.

20.

Mordacia & acria omnia medicamina mundis vlceribus ſunt infenſa.

21.

Luxata vt reſtituas, continere oportet, abducere & impellere.

22.

Auctior gangræna nihil niſi ferrum poſtulat.

23.

Monſtrum res eſt à naturæ legibus deciſcens.

24.

Vulnera thoracis mox ſanioſa fiunt & purulenta.

25.

Venenatorum omnium animantium puncturę ſunt periculoſæ.

26.

Auſtro flante vulneratorum membrorum prompta eſt ſideratio.

27.

Sauciati, qui cito ſanari volunt, tenui victu vti debent.

28.

Intemperata corpora ex morbis non facile conualeſcunt.

29.

Vlcera rotunda niſi in aliam figuram deducta fuerint, non facile coaleſcunt.

30.

Vlcus eryſipelatoſum purgationem per inferiora poſtulat.

31.

Eiulatus infanti vtilis eſt: eſt enim illi exercitationis & excretionis loco.

32.

Nemini niſi abdominoſo triſtitia prodeſt.

33.

Ignauia calorem natiuum debilitat, & extinguit.

34.

Vlcus cacoethes niſi valido remedio non cedit.

35.

Balneum reſoluit, ac diſcutit humores, blandeque ſudorem prouocat.

36. A

Morbi frigidi ſenibus ſunt infenſi, ac ſolutu contumaces: iuuenibus vero non ita infeſti & rebelles.

37.

Corpora exercitata morbis minus obnoxia eſſe ſolent.

38.

Humida corpora etſi paucis alimentis, copioſis tamen egent excretionibus.

39.

Ex intemperie calida citius, quam ex frigida, ægri intereunt, ob ignis in agendo celerem efficaciam. B

40.

Id demum ab vlcere pus manat laudabile, quod ſubalbum eſt, leue & æquale.

FINIS.

C

D

E

A

DE RENVNCIATIONIBVS, ET CADAVERVM EMBAMMATIBVS, TRACTATVS.

B

ID demum nunc oobis reſtare videtur, vt Chirurgum inſtruamus in renunciationibus apud iudices contexendis, ſeu de morte, ſeu de imbecillitate, ſeu de deprauatione membri alicuius in proprii officii functione agatur. Quo in negotio callidum illum eſſe velim, id eſt, ingenioſum in progooſtico inſtituendo: quod morborum ſæpe ſint ancipites exitus, nec omnino certæ prædictiones ſalutis aut mortis, propter ſubiecti, circa quod verſamur, naturam multiplicem & incertam humorum in ſpecie & motu conditionem. Quo factum eſt, vt ipſe Hippocrates *ſtatim initio Aphoriſmorum* iudicium pronuntiarit difficile.

Cur chirurgum cautũ in renunciando eſſe oporteat.

Sed in primis bonam in Chirurgo mentem, bonumque animum requiro, vt ſibi veram pie-C tatem, id eſt, Dei timorem & in Chriſtum fidem, charitatemque erga proximum & ſpem futuræ vitæ ante oculos ponat, oe quæ vulnera magna ſunt, ea parua renuntiet: vel quæ parua ſuot, ea pro magnis fauote vel pretio tranſuerſum à ratione actus efferat: nam penes artifices renuntiantes iure ciuili fides eſſe ſolet.

Iudicium cur difficile.

Veterum Medicorum monimentis prodirum legimus, vulnera magna dici tribus modis. Primo propter ſolutæ voitatis & diuiſionis magnitudinem, qualia vulnera ſoot, quæ gladio militari validis viribus incuſſo fiunt, quæ ſcilicet brachium, cruſve medium diſſecant, aut pectus tranſuerberant.

Vulnera magna dici tribus modis.

Secundo propter priocipatum partis. Principatus vero ille ex actionis præſtantia pendet. Sic igitur vel leue aliquod vulnus ſtylo & ſimili cultello partis alicuius nobilis ſubſtantiæ impactum, vt cerebri, cordis, hepatis; aut alterius, cuius actio functione ad vitam tuendam neceſſaria eſt, vt œſophagi, veſicæ, pulmonis, magnum cenſetur.

Tertio propter magnitudinem & cacoethiam, totiuſque læſi corporis cacochymiam aut debilitatem, quo modo vulnera neruoſis partibus, & ſenibus ac vietis corporibus inflicta ſemper magna cenſentur. In his expendendis cauebit Chirurgus, ne inter percootandum à ſpecillo decipiatur. Sæpe enim hoc vulneris fundum ſubire non poteſt, ſed ad aliquid offendit, atqoe in via hæret, vel quia æ-D grum non eodem ſitu collocauit, quo erat, dum vulneratus eſt, vel quia ictus ad perpendiculum inflictus mox dextrorſum aot læuorſum, inferne ſurſum, aut ſuperne deorſum deflexerit. Itaq; vulnus paruom & paucorum dierum renuntiabit, quod tamen diuturni temporis vel etiam lethale eſt futurum. Ergo extemplo primis à volneris diebus ſuſpendet iodicium: oec ante nonum diem exactum elogio ſuo vulneris qualitatem teſtificabitur, intra enim id tempus promere ſe ſolent ſymptomata, leuia vel horrenda, pro vulneris & corporum læſorum conditione, aeriſque ambientis ſecundum primas qualitates, aut venenatam corruptionem cooditione.

Quandiu ſuſpendere ſententiam debeat Chirurgus.

In genere vero ſigna, qoibus facile de morbis iodicare licet, magnioe ſint, an parui, breues an longi, lethales an lenes & ſalubres, quatuor exiſtunt. Ducuntur enim aut ex morbi natura & eſſentia, vel ex cauſis ipſius vel effectis, vel ſimilitudine, proportione, & comparatione eiuſmodi morborum ad tempeſtatem ſeu temporis præſentem cooſtitutionem. Sic igitur ſi proponatur nobis vulous recens, cuius non ſit alia oatura & pernicies, quam ſimplicis ſolutionis contioui in carne muſculoſa, ſtatim id vulous pronuntiabis periculi expers eſſe, ac paucorum dierum.

Signa generalia, quibus de morbis iudiciũ fieri ſolet.

E At ſi id complicatum habeat vlcus, nempe ſi ſanioſum ſit, difficilioris ac longioris curationis eſſe referemus, ſicq; de morbis ſigno ab eſſentia & natura ducto pronuntiabimus.

Signorum vero à caoſis ductorum ſit hoc exemplum: vulous eoim, quod inflictum fuerit ab acuto, mucronato, & graui telo, vt militari malleo, ab alto, validis viribus & perpendiculariter incidente, graue eſſe pronuntiabimus, imo etiam lethale, ſi reliqua ſigna conſentiant.

Quòd ſi æger ictus violentia percuſſus præceps in terram lapſus ſit, ſi vomitus bilioſus ſecutus A fuerit, ſi caligo cum vertigine oborta ipſi oculos occæcarit, ſi ſanguis è naribus & oculis manarit, ſi delirium ſubſecutum ſit, cum abolita memoria & ſenſuum ſtupore, ſpem vitæ in anguſto eſſe, ſigno à vulneris effectis ducto referemus.

Lethalia aeris communis vitio vulnera.

Comparatione vero & proportione ad eam, quæ tum regnabat, tempeſtatem morboſque, qui vna graſſabantur, facta, poteramus pronuntiare, omnes glande ſclopo igniuomo eliſa vulneratos de vita periclitari, prælijs in obſidione Rotbomagenſi & agro Dionyſiaco conſertis. Illis enim tempeſtatibus ſeu propter cœli & aeris vitium, ſeu propter corporum cacochymiam & humorum perturbationem, omnia fere vulnera ſclopeto inflicta erant lethalia. Sic ſæpe notamus, certis annorum decurſibus, puerilia exanthemata & variolas, velut contagione quadam peſtilenti in puerorum perniciem currere, effreni vomitu & crudeli dyſenteria, inuectis, talique tempeſtate non erit difficile de eiuſmodi morbis iudicium.

Signa cranii fracti.

Quæ verò partes vulneratæ ſint, his ſignis cognoſcere licet. Si æger ab ictu concidit, ſi ſine ſenſu quaſi dormiens iacuit, ſi excrementa præter voluntatem reddiderit, ſi vertigine correptus fuerit, ſi ipſi per aures, nares, os ve ſanguis effluxerit, ſi bilé vomuerit, pertuſum eſſe cranium mentis & rationis diſ- B curſu intelligere licet. At ſenſuum iudicio illud ipſum cranium fractum intelligemus, ſi admotis digitis ipſum vel in tumorem magnum ſublatum, vel præter naturam depreſſum præcipiamus, ſi pericranio decuſſatim diuiſo, atq; demiſſo ſpecillo raucum reſonat, inſtar teſtæ figulinæ fractæ.

Signa mortis de cranio laſo.

At inſtare mortem licebit renuntiare, ſi mens non conſtat, vel abolita eſt. Si obmuteſcit, ſi oculi caliginoſi & tenebricoſi appareant, ſi præcipitem ex lecto dare ſe velit, de cætero reſolutus, & omnino mouendi impotens, ſi febris continua perſeueret, ſi lingua cum ariditate nigricet, ſi vulneris labra arida ſint, & nihil plane ſaniei remittant, ſi carnium ſalitarum colorem æmulentur, ſi apoplexia laborent, phrenitide, aut conuulſione, vel paralyſi, cum inuoluntaria vrinæ & fæcum excretione aut abſoluta ſuppreſſione.

Iugulati hominis ſigna.

Iugulatum hominem reſciſſa gula & trachea arteria primum cognoueris oculorum fide, deinde & functionis vtriuſque partis abolitione: nam nec loqui, nec cibum, potumve deglutire æger valet: retrahentibus ſeſe quadam quaſi conuulſione, ſurſum, deorſumque partibus abſciſſis, vnde cita mors venit. C

Pertuſi thoracis.

Penetraſſe in thoracem vulnus, intelliges, ſi aer cum ſtrepitu per vulnus erumpat, ſi diſpnoea adeſt, ſi grauitatis, ſeu ponderis quidam ſenſus circa diaphragma, ex quo etiam intelligere licet, magnam ſanguinis vim in partem illam procumbere, quam mox ſenſim tuſſiendo æger reiiciat. Paulo poſt verò febris ſuperuenit, grauis & fœtens anhelitus ſanguine putrente & in ſaniem conuerſo: æger niſi in ſpinam decumbere nequit, vomendi frequens inceſſit cupiditas: atq; ſi ſuperſtes manet, æger, vulnus in fiſtulam degenerat, & tandem tabe lenta conſumitur.

Pulmonis vulnerati nota.

Pulmonem vulneratum cognoſcere poſſumus, ex ſpumoſo ſanguine, tum per vulnus manante, tum tuſſi oborta reiecto, mox grauis diſpnoea premit, tum laterum dolor.

Cordis laſi ſigna.

Cor vulnere læſum intelligimus, ex ingenti ſanguinis copia, quæ per vulnus erumpit, ex corporis totius tremore, ex pulſu languido & paruo, faciei pallore, ſudore frigido, cum frequenti ſyncope, extremorum artuum perfrigeratione, ac præpropera morte.

Diaphragmatis vulnerati ſigna.

Diaphragmate vulnerato ponderis ſenſus parte illa ægrum premit, delirium adeſt, cum diſpnoea, tuſſi, & colorum acutorum cruciatu, atque iliorum ſurſum contractione. Hæc omnia ſymptomata cum apparent, mortem eſſe in propinquo denuntiare licet.

Vena caua & arteria magna.

Ex venæ cauæ & arteriæ magnæ vulnere cita mors venit, propter rapidam & multam ſanguinis & D ſpirituum vacuationem, vnde cordis & pulmonis functionum interceptio.

Spinalis medullæ.

Spinali medulla vulnerata, ſubitu paralyſis aut conuulſio inuadit, ſenſus, motuſque partibus ſubiectis deperit, veſicæ & alui recrementa, vel præter voluntatem fluunt, vel omnino cohibentur.

Hepatis.

Hepate vulnerato ſanguis multus per vulnus erumpit, ac dolor pungenti ſimilis, ad xiphoidem vſq; cartilaginem protenditur: ſanguiſque in inteſtina confluens malignorum ſymptomatum ac ſæpe mortis conſecutionem infert.

Ventriculi.

Ventriculo vulnerato cibus potuſq; per vulnus effluit, bilis meracæ vomitus ſubſequitur, ſudores atq; extremitatum perfrigerationes veniunt, indeq; mors renuntianda.

Lienis.

Liene vulnerato ſanguinis craſſi & nigri per vulnus fit effuſio, ſitis ægrum diuexat, cum ſiniſtri lateris dolore: ſanguine vero in ventrem irrumpente, illicque putreſcente peſſimorum & grauiſſimorum ſymptomatum ac ſæpe mortis conſecutio infertur.

Inteſtinorũ.

Inteſtinis vulneratis torminoſi dolores aluum diuexant, fæces per vulnus effluunt, per quod ſæpe E & inteſtina ipſa magna vi extra alui conceptacula erumpunt.

Renum.

Renibus vulneratis in reddenda vrina laborat æger, cum ipſa ſanguis vna effluit, dolor vero ad inguina penem & teſtes diffunditur.

Veſica.

Veſica & vreteribus vulneratis dolor ad ilia pertingit, partes ad pubem attinentes tenduntur, vrina cruenta excernitur, eademque ſæpe etiam per vulnus redditur.

Vteri.

Vtero vulnerato ſanguis per genitalia effluit, cæteraque ſymptomata apparent, quæ veſica vulnerata.

Punctis

A Punctis vel ſemiſectis neruis dolor acer in affecta parte ſentitur, ſubita ſuperuenit inflammatio, fluxio, abſceſſus, febris, conuulſio, ſæpe & partis gangræna atque mortificatio, vnde mors, niſi occurratur breui.

Partium vulneratarum ſignis delibatis, reſtat, vt alia ſigna proponamus quorundam mortis generum minus vulgarium, de quibus mota lis, quod ſæpe contingit, vix alios habere poteſt diſceptatores & arbitros, quam Medicos. Contigerit igitur nutricem vel petulantia, vel temulentia inter dormiendum toto corpore ſuo in lactantem & accubantem infantulum procubuiſſe, ſic vt ſuffocatus inuentus ſit, rogatis, ſententiam dicere an errore nutricis an latentis alicuius morbi ſubito impetu infans interierit, ſequentibus ſignis latentem veritatem erues.

Suffocati infantis ſigna.

Nam ſi antea perbelle habebat infans, ſi querulus non erat, *ſi os & nares nunc ipſi mortuo ſpuma turgida madeant*, ſi facies non quidem pallet, ſed violacei & tanquam purpurei eſt coloris, ſi mox diſſecto pulmones ſpuma velut vaporulenta turgeant, reliquis viſceribus ſanis, ſuffocati & ſtrangulati impetu aliquo externo infantis argumentum eſt.

Fulmine extincti.

B Quærere poteſt magiſtratus, an homo, cuius cadauer fuſum humi in patente camporum planitie iacet, vel ſolum domi exanime inuentum eſt, fulmine conciderit, an alia iniuria interierit. Vocatus igitur, vt rem, qualiter ſe habeat, aperias, ſequentibus indiciis hominem de cœlo tactum ac fulmine extinctum ſcies. Nam *omne corpus fulmine ictum, odorem ſpirat grauem & ſulphureum*, adeo vt id ne attingere quidem dignentur aues, caneſve, multo minus deguſtare: pars icta ſæpe integra & vulneris expers apparet, nihilominus ſi penitus inſpicias, intueberis oſſa intus ſub cute contrita.

Lib. 2. c. 54.

Si tamen vulnere apparente viam ſibi in corpus fulmen fecerit, pars vulnerata reliquo corpore, longe frigidior ſentietur Plinii ſententia. Fulmen enim præ ſe ſemper aerem tenuiſſimum & flammeum pellit, in corpusque ictum violenter impellit, cuius impetu calor parti inſitus facile diſſipatur & abſorbetur. Fulmen in parte icta ſemper impreſſum ignis cuiuſdam veſtigium relinquit, ſeu vſtione, ſeu nigrore: *nullum enim fulmen ſine igne.* Cæterum *cum reliqua animantia omnia fulmine tacta in aduerſum latus cadant, ſolus homo non interit, niſi in partem tactam cadat, aut niſi vi conuertatur in partem ſeu regionem, vnde fulmen venit. Homo ſi vigilans fulmine tangitur, oculis viſitur clauſis: contra apertis perſtat ſi dormiens icitur*, vt ſcribit Plinius. Philippus Cominius ſcriptum reliquit, *corpora fulmine icta corruptioni reliquorum inſtar non eſſe obnoxia.*

C Itaque Veteribus ſolenne fuiſſe, ea nec cremare, nec inhumare: ſulphur enim, quod ſemper fulmen ſecum inuehit, illis pro ſale eſſe, adeoque ipſa à putredine ſiccitate ſua & calore igneo vindicare.

Signa vulnerum viuo & mortuo homini inflictorum.

Quæri etiam poteſt in iudicio, an, qui vulneribus confoſſus, aut defœdatus eſt, vulnera ea viuus accepit, an mortuus. Certe quæ viuo vulnera illata fuere, rubra apparent & cruenta, cum labris in ambitu tumidis ac liuidis: contra quæ mortuo, neque rubra, neque cruenta, neque tumida, neque liuida viſuntur. Vna enim cum morte omnes animæ in corpore ceſſant facultates, & intercidunt functiones: ſic vt nihil dehinc ſpirituum, nihil ſanguinis ad loca vulnerata tranſmittatur, aut confluat. Itaque ex his quæ erunt, quæque apparebunt, ſignis, renunciabit homini viuo vel mortuo inflicta fuiſſe, quæ cernuntur, vulnera

Indicia qui viui aut mortui ſuſpenſi fuerunt.

Par quæſtio in iudicium venire poteſt: Num qui cernitur ſuſpendioſus, ſuſpenſus fuerit mortuus, an viuus. Ergo ſi viuus ſuſpenſus fuerit, funis veſtigium in ceruicis ac iuguli circumferentia relictum, rubrum, liuens aut nigricans apparebit, cutiſque circum contracta ac rugoſa, propter eam, quam funis fecerit, compreſſionem: ſæpe etiam aſperæ arteriæ caput contritum & lacerum comperietur, ac ſecunda ceruicis vertebra luxata, ſeu loco ſuo mota. D Liuebunt etiam brachia & crura, totaque facies, propter ſpirituum ſubitam & confertam ſuffocationem: ſed & ſpuma circa os apparebit, & mucus ſpumeus è naribus exiliens, eo tranſmiſſus tum per pulmonis ſubito incaleſcentis ac ſuffocati expreſſionem, tum per conuulſiuam cerebri tanquam concuſſionem epilepticæ ſimilem.

Contra ſi mortuus ſuſpenſus fuerit, nihil horum apparebit: nam ne funis quidem circa collum veſtigium rubrum aut liueos apparebit, ſed ſimili plane cum reliquis corporis partibus colore, quia mortuis non iam ſanguis aut ſpiritus ad partes læſas migrant aut confluunt.

Qui viui aut mortui ſubmerſi ſunt.

Qui ſubmerſus iacet, viuuſne, an mortuus in aquas præcipitatus fuerit, ſequentibus indiciis intelliges. Ei enim, qui viuus præcipitatus eſt, tota aluus aqua contenta intumeſcit, è naribus mucoſa quædam excrementa, ac ore ſpumoſa defluunt, extremi digiti detriti & excoriati cernuntur; quod qui viuus aquis obruitur, tanquam furens motitur, in imaque arena luctatus ac ſuffodiēs, aliquid quærit, ad quod adnitatur, quo ſe à morte vindicet.

Si contra mortuus in aquam præcipitatus eſt, nihil tumebit aluus, quia mortuo ductus omnes & corporis meatus ſubſidunt: quia vero mortuus non ſpirat, non ipſi circa os nareſve ſpumeum quidquā E apparebit, multo vero minus ſummi digiti excoriati viſentur; mortuus enim iam cum morte non colluctabitur.

Quod vero ad cadauera ſubmerſorum ſpectat, quæ aquæ innatant tumida, tumorem illum habent non ab aqua hauſta, aut alio contenta, ſed à vapore, in quem putredinoſi caloris vi magna humorū corporis portio conuerſa eſt. Itaque is tumor non in omnibus apparet, qui mortui in aquas præcipites dati ſunt, ſed in iis tantum, qui ſitu & vligine aquæ corrupti, longo tandem poſt præcipitium tempore, apparent, & in littus eiiciuntur.

Qualia vero appareant circa eos, qui vapore accenſorum carbonum ſuffocantur, & à qua arte de his renuntiationem contexere te oporteat, ſequenti hiſtoria poteris intelligere.

In his, qui carbonum vapore ſuffocantur.

Anno Domini 1575. die decimo Martii, vocatus fui cum Roberto Crealmo Doctore Medico à A domino Hamelio patrono in Senatu Pariſienſi, qui inuiſerem & renuntiarem de duobus ſuis ſeruis, quorum vnus ſcripturis operas dabat, alter ſtabulo. Hos tota familia rebatur mortuos, quia ipſis arteriarum pulſus non percipiebatur, extrema totius corporis frigebant, vox & motus perierant, facies liuebat, nec pulſati aut etiam violenta manu depilati excitabantur. Omnes igitur ipſos pro mortuis habebant, quæſtio tantum erat de mortis genere: herus enim eos ab aliquo ſtrangulatos ſuſpicabatur: alii ipſos mutuo ſibi animam manibus percluſiſſe opinabantur: alii denique ſubita apoplexia prebenſos philoſophabantur.

Liquoris expreſſio ægri velut a mortuis excitati.

Ego vero extemplo quæro, num ignem ſuccenſis carbonibus excitaſſent. Ad quod verbum arrigens aures herus, dum anxie per omnes conclauis angulos veſtigat (erat autem conclaue valde anguſtũ & vndique clauſum) ſcaphium figulinum ſemiuſtis carbonibus plenum reperit. Quo viſo omnium vna vox fuit tantæ calamitatis cauſam extitiſſe, malignum fumum & vapores venenatos, qui ipſos præcluſis velut animæ ductibus ſuffocaſſent. Admota igitur manu cordis regioni, cum ex calore ſuperſtite & pulſatione, licet exigua, in ipſis adhuc animam reſidere, animaduertiſſem, ſuccurrendum primo quoque tempore ſtatuimus. B In primis igitur os, quod obſtinata dentium adhæſione obſeratum erat, arte diduximus, in idque tum cochleari, tum fiſtula argentea aquam vitæ pluries deſtillatam expreſſimus, cum diſſoluta hiera & theriaca: ad frequentes huius medicamenti in os gulamque expreſſiones commoueri ac concuti cœperunt, multoſque excrementitios, mucoſos, ac viſcidos humores ore & naribus reddere, vna pulmone ipſis tanquam in gutture feruente. Tum igitur vomitoria ex multo oxymelite propinata, dorſumque ad vltimam ſui vertebram, & primam lumborum, manu & genu crebro & violenter pulſatum (in hanc enim partem obuertitur orificium ventriculi) vt vomitorii ingeſti vi, ac ſtomachi concuſſione cogerentur ad vomitum. Nec nos iſte conatus fefellit, mox enim phlegma viſcidum, ac flauum, ſpumoſumque ſanguinem excluſerunt.

Sternutatoria.

Sed his minime contenti, canna anſerinæ pennæ euphorbium in puluerem tritum in nares inſufflauimus, vt cerebri excretrix facultas ad excluſionem eorum, quæ in ipſo oppreſſionem faciebant, proritaretur: ſtatim itaque ſternutatione concuſſum cerebrum inſuper oleo Chymiſtarum de menta palato & faucibus affricto ſtimulatum, mucoſa multa per nares depulit. De cætero illis conſultum eſt brachiorum, crurum ac ſpinæ frictionibus, clyſteribus acrioribus: quorum vi exonerata aluo copioſe, mox loqui cœperunt, ad oblata conuenienter ſe habere, & ad ſe redire. C Quibus in omnibus rebus perficiendis, ſtrenuam nobis operam nauarunt Iacobus Guillemeau Regius & Pariſienſis Chirurgus, & Ioannes à ſancto Germano Pharmacopola fidus, diligens & induſtrius.

Cardiacorũ vis & effectus.

Poſt meridiem quo res fœliciter cœpta, fœliciore exitu clauderetur, vocati ſunt Ludouicus Theobaldus & Ioannes Altinus Doctores Medici doctiſſimi, & artis operibus clari, qui de cæteris, quæ agenda ſupereſſent, communi nobiſcum conſilio ſtatuerent. Hi probatis omnibus, quæ egiſſemus, cenſuerunt ipſis dehinc conſulendum eſſe cardiacis, quæ laudabilium humorum generatione, non modo ſpiritus nouos ſufficerent, ſed etiam eos, qui in corpore ſupereſſent, tenuarent, & ex caliginoſis illuſtriores redderent. Reliquum conſultationis conſumptum eſt in tam calamitoſi effectus cauſa exquirenda.

Lib. 9. c. 12. Lib. 13. Hiſtoria.

Carbonum enim accenſorum fumo & nebuloſo vapore homines ſuffocari, nouum non eſſe aiebant. Scriptum namque Legi apud Fulgoſium, Volaterranum & Egnatium, Iouinianum Imperatorem media hyeme Romam properantem, feſſum de via in pago Dadaſtanis, qui Bithynos à Galatis diuidit, decubuiſſetq; in cubiculo recens conſtructo, & calce incruſtato, in quo ob id calcis reſiccandæ gratia magna vis carbonum ſuccenſa fuerat: D eam vero noctem illi in vita poſtremam fuiſſe: ſuffocato nempe ipſo de nocte media tetro illo ignis carbonarii vapore, imperii ſui octauo menſe, ætatis vero anno trigeſimo, vigeſima die Auguſti.

Quanquam quid eſt neceſſe, Veterum exempla ſectari, cum non ita à multis annis in ædibus Ioannis Benini aurificis in flexu pontis Numulariorum commorantis, tres ſerui interierint propter carbonarium ignem in anguſto, & ſine camino conclaui, in quo dormiebant, accenſum. Quod ad cauſas attinet, hæ in medium productæ fuere. Nonnulli in ea ſententia fuerunt, vt exiſtimarent, id ſolo carbonarii vaporis vitio contingere, qui loco perſpiratione prohibito concluſus, ſimilia, quæ muſti vapor, ſymptomata inuehit, nempe capitis dolorem & vertiginem. Vtrumque eiuſmodi vaporum genus præterquam quod crudum eſt, earum rerum inſtar, à quibus effertur, tum etiam citiſſime poteſt neruorum principium implere, adeoque conuulſionem ſubſtantiæ ſuæ craſſitie, excitare. Sic enim Hippocrates de illis ſymptomatibus, quæ vini vapore fiunt, locutus ſcripſit: *Si ebrius quiſpiam derepente obmutuerit conuulſus moritur, niſi febre corripiatur, aut niſi vocem recuperet tunc, cum crapulæ ſoluuntur.*

Sect. 5. aph. 5.

Ratio remediorum ante præſcriptorum.

Eodem plane modo vapor carbonarius occupato cerebro elingues illos velut immobiles & omni ſenſu orbatos reddiderat, breui morituros niſi remedus, calidis in os nareſque ingeſtis, vaporis craſſities E attenuata fuiſſet, & excitata facultas expultrix ad omnia ea, quæ moleſta erant, excernenda: ac quamuis prima facie appareant præ cæteris partibus pulmones læſi inſpiratione maligni vaporis, tamen propius intuentibus perſpicuum futurum, eos non laborare, niſi per cerebri inſigniter & maxime hic affecti ſympathiam. Argumento eſſe, quod ſtatim vocis, ſenſus & motus interceptio ſecuta eſt.

Qui moriuntur apoplectici.

Quæ ſymptomata non contingunt, niſi intercepto neruorum principio, materiæ alicuius præter naturam incurſu. Ac quemadmodum apoplectici non moriuntur, niſi reſpirationis defectu citra vllam pulmonũ offenſam, ſic his iuuenibus mors in propinquo erat propter interceptam reſpirationem, non vllo pulmonum vitio, ſed cerebri & neruorum ſenſum & motum toti quidem corpori, maxime ta-

men

A men inſtrumentis reſpirationis impertientium. Alii contra cerebrum culpa vacare contendebant, atque huius calamitatis culpam conficiebant in ſpiritus vitalis interceptionem: is enim obſtructis pulmonum ductibus ingreſſu à corde ad cerebrum prohibitus, materiam de ſe ſpiritui animali amplius ſuppeditare non poterat. Hinc eſt, quod iuuenes illi ſuffocati moriebantur, reſpirationis, ſine qua vita nulla eſt, defectu. Nam præterquam quod in tali caſu cor non poterat ſeſe expedire à circumfuſa fuligine, pulmone obſtructo carbonarii huius vaporis craſſitie, inſpiratio inſuper commode fieri non poterat: hæc enim fit aere ambiente in corpus allecto; aer vero ambiens, vt quod inſpiratione natura conatur, perficiat, nempe vt cordis ardorem temperet, debet quatuor conditionibus eſſe doratus: Prima, vt ſufficiente copia & quantitate in corpus trahatur: Secunda, vt qualitate ſit egelidus vel temperatus: Tertia, vt conſiſtentiæ ſit tenuis & mediocris: Quarta, vt ſubſtantiæ ſit mitis & benignæ. At quatuor illæ conditiones aeri, quem tum in conclaui illo iacentes iuuenes ducebant, deficiebant. Primum enim quantitate paucus erat, quod tantillum aeris, quod in tam anguſto conclaui erat, id magnam partem ab igne carbonario abſorbebatur, haud ſecus, quam qui cucurbitula includitur aer, temporis momento ab accenſa flamma conſumitur. Deinde egelidus aut temperatus non erat, ſed ab igne accenſo quaſi B flammatus. Tertio conſiſtentia craſſior erat, quam par eſt, admixtione ſcilicet craſſioris vaporis carbonarii: eſt enim hæc natura aeris, vt citiſſime alteretur, & prompte excipiat formas atque impreſſiones circumfuſorum corporum. Denique ſubſtantia erat infenſus, & toto genere aereæ corporis noſtri ſubſtantiæ inimicus. Fit enim carbo ex lignis viridibus in foſſa ſubterranea accenſis, moxque in proprio & ſuo fumo extinctis ac ſuffocatis, quemadmodum norunt, qui rem carbonariam factitant.

Aeris ad inſpirationem vtilis conditiones.

Hæ virorum doctiſſimorum opiniones quanquam ſibi non omnino conſentientes videbantur, ſuis tamen ambæ rationibus nitebantur. Eſt enim id ſaltem manifeſtum, ductus illos, qui partibus thoracis & cerebro communes ſunt, vaporis carbonarii craſſitie obſtructos tum fuiſſe, ex quo contingebat, vt ambæ illæ partes in vitio eſſent, cum illarum, vt & reliquarum omnium corporis partium, tantus ſit conſenſus & connexio mutua, vt niſi mutuis auxiliis ſaluæ & incolumes diu ſtare nequeant, propter amicam, quæ corpori ſecum & cum ſuis partibus eſt, conſpirationem. Quare cerebri ventriculis, pulmonum bronchiis, & carotidibus arteriis obſtructis, ſpiritus vitalis ingreſſu in cerebrum, & animalis inde in vniuerſum corpus exitu & digreſſu prohibebatur: vnde duarum facultatum corpori ad vitam neceſ- C ſariarum interceptio.

Compoſitio poſitarum ante opinionum.

Incidit ſæpe, & nimium ſæpe quæſtio in iudicio de fœminarum virginitate, qua de re difficile admodũ eſt iudicium. Matronæ tamen & obſtetrices certis notis id ſe conſequi iactitant. Primum n. virginibus proſtare in vteri ceruice quandã membranam, quæ digitum immiſſum, quominus tam alte ſubeat, impediat: quæ primo concubitu in corruptis rupta libero immiſſi digiti ingreſſu ſentiatur. Deinde vteri ceruicem ampliorem eſſe, ac multo magis hiare corruptis: virginibus contra anguſtiorem & contractiorem eſſe. Sed quam fallaces ſint eiuſmodi notæ, ex ſequentibus patebit: nam membrana illa res eſt præter naturam, quæque vix vni è multis millibus à prima conformatione ineſſe reperiatur. Iam vero pro corporis magnitudine & ætate ceruix vterina patebit magis aut anguſtior erit. Eſt enim partium omnium corporis quædam ad ſe inuicem proportio, & in natura bene ordinata commenſuratio.

De ſignis virginitatis.

Scriptum prodidit Iobertus Lectoriæ in Vaſconia fœminam nono ætatis anno peperiſſe, quæ adhuc ſuperſtes viuat, nomine Ioanna du Perie, nupta Viuidio Beche mulctarum Regis Nauarræ municipii collectori. Quod argumentum eſt euidentiſſimum, exiſtere fœminas nonnullas viri potentiores an- D no, quam aliæ permultæ anno decimo quinto, propter vuluæ & ceruicis eius capacitatem ampliorem: ſed & pleriſque caſu aliquo amplior fit via illa, nempe intruſo validius ob aliquem pruritum proprio digito, vel immiſſo nodulo, vel peſſo magnitudinis membri virilis, ciceodis menſibus comparato. Nec vero lactis mammis prouentus certius eſt corruptæ fœminæ argumentum: ſcribit enim Hippoc. *quod ſi mulier, quæ neque grauida eſt neque peperit, lac habet, ei menſtrua defecerant.* Quin & prodit Ariſtot. viros eſſe, quibus lac in mammis colligitur tanta copia, vt ſugi inde & effundi poſſit.

Lib. de error. popul.

Aph. 39. ſect. 5.

Lib. 4. de hiſt. ani. ca. 20.

Scribit Cardanus, viſum ſibi Venetiis Antonium Buſſeum triginta annos natum, cui lac in mammis colligebatur ea copia, quæ ſufficeret alendo infanti, adeo, vt non ſtillaret, modo, ſed & impetu, nutricii lactis inſtar, ſaliret. Quare videant magiſtratus, ne moniti, nimium temere muliercularum renuntiationibus aſſentiantur. Videant Medici ac Chirurgi, ne magiſtratum nimium impudenter in errorem, non tam iudicibus, quam ſibi infamem futurum præcipitent. Quod ſi quis præterea deſideret noſſe, num cui propinato veneno mors ſit accelerata, repetat ex præmiſſo & proprio tractatu ſingulorum venenorum ſymptomata & indicia. Cæterum quo ſit facilior hæc renuntiationum contexendarum doctrina, placet exempla ſubiicere, ad quorum imitationem, alia tyro Chirurgus deſcribere poſſit. Primũ E exemplar erit de mortis conſecutione, alterum de ancipiti mortis & vitæ indicio, tertium de membri impotentia; quartum de multorum membrorum læſione.

Lib. 12. de ſubtilita.

Ego. A. P. Chirurgus Pariſienſis hoc die 20. Maii mandato Senatus, contuli me in ædes Ioannis Broſſei, quem in lecto iacentem capite ſaucium reperi, ex vulnere ſiniſtro tempore oſſi inflicto, cum fractura, & effractura, ſeu fracti oſſis teſtularum ac meningum in cerebri ſubſtantiam depreſſione, quibus ex cauſis ad pulſus paruitatem delirium, conuulſio, ſudor frigidus ſuperuenere cum deiecta appetentia. Ex quibus intelligere licet, certam & citam ipſi mortem imminere, in cuius rei fidem hanc renuntiationem propria obſignaui manu.

Elogium de morte.

Manda-

De dubia ſalute.

Mandato Quæſitoris inuiſi Petrum Luceium, quem afflictum lecto comperi, vulneratum telo A incidente in femore dextro. Eſt vero vulnus latitudinis trium digitorum, altitudinis autem tantæ, vt femur tranſadigat, inciſa ſimul vena & arteria, ex quo hæmorrhagia ingens ſuperuenit, quæ illi vires valde deiecit, crebram leipothymiam inferens. Totum vero femur tumet, liuet, & grauiorum ſymptomatum metum facit, quæ cauſa eſt, cur hominis ſalus in dubio ſit.

De membri impotentia.

Mandato Cognitoris Regii profectus ſum in ædes Iacobi Bartei, qui fratrem eius germanum inuiſerem, hunc ego comperi ſaucium in poplite dextro, vulnere magnitudinis quatuor digitorum cum tendonum crus flectentium, venarumque arteriarum & neruorum inciſione. Quare illum de vita periclitari renuntio, propter maligna ſymptomata, quæ eiuſmodi vulneribus ſuperuenire ſolent, qualia ſunt dolor ingens, febris, inflammatio, abſceſſus, conuulſio, gangræna & ſimilia. Itaque ſolerti & diligenti eget curatione, cuius beneficio ſi mortem effugiat, non eſt dubium, quin vitæ reliquum claudus ex læſæ partis rigore & impotentia fiat. Hocque ego de illo elogium propria manu duxi obſignandum.

De multorũ membrorum læſione elogium.

Nos Chirurgi Pariſienſes Senatus decreto, hodie viceſima prima Martii, inuiſimus nobilem Ludouicum Vartomanum, quem quinque plagis ſaucium animaduertimus. Prima capitis ad medium os B frontis incuſſa magnitudinis eſt trium digitorum, penetratque ad ſecundam vſque laminam, ſic vt ipſi tres eiuſdem oſſis teſtulas auellere coacti fuerimus. Altera in tranſuerſum dextræ genæ adacta ab aure ad medium naſum vergit, quo nomine quatuor locis acu impulſa ſuturam illi moliri opus fuit. Tertia medium ventrem occupat, magnitudinis duorum digitorum, altitudinis vero, quæ in eiuſdem capacitatem deſcendat, adeo, vt omenti portio nucis iuglandis craſſitie per eam elapſa, quia naturali calore plane deſtituta liuebat & computruerat, nobis reſcindenda fuerit. Quarta ſiniſtrum metacarpium obſidet magnitudinis quatuor fere digitorum, cum eius loci venarum, arteriarum, neruorum & portionis oſſium exciſione, quo fit, vt illa manu lacer & mutilus futurus ſit, de cætero caute & diligenter, vt ars docet & res ipſa poſtulat, curandus. Iam vero quoniam ſpinali medulla læſa nunc manu, nunc crure mutili redduntur homines, ſcire te oportet, ſpinalem medullam tanquam riuum à cerebro decurrere, diſtributionis neruorum gratia, qui ſenſum ac motum ſubiectis omnibus capiti partibus diſtribuerent. Quare ſi ex ſpinali medulla læſa brachia & manus ægro reſoluantur ac ſtupeant, vel ſenſu plane deſtituantur, ſignum eſt læſionis eorum neruorum, qui à quinta, ſexta & ſeptima ceruicis vertebris exeunt. Quod ſi eadem accidentia femori, cruri ac pedi ſuperueniant, cum perfrigeratione, ſic, vt excre- C menta præter voluntatem ſine ſenſu ægro effluant, vel etiam penitus ſupprimantur, ſignum eſt neruorum, qui à lumborum & oſſis ſacri vertebris prodeunt, læſorum, adeo, vt facultas animalis ſenſum & motum vniuerſo largiens corpori, & veſicæ ac ani ſphincteri muſculu conſtrictionis atque explicationis beneficium inferens, in illis partibus relucere nequeat, quibus ex cauſis cita mors venit, ſi maxime ſpirandi vna difficultas adfuerit.

... ſpinalis medulla parte læſa pedes, manus aut ſphincteres reſoluantur.

Cautio in elogio de fœtu & fœtæ mortem deſcribẽdo obſeruanda.

De fœtu cum fœta necato relaturus, vide diligenter, vt diſerte enunties, num fœtus omnibus ſuis partibus & membris completus, perfectuſque tibi apparuerit: vt iudices pœnas eius, qui læſit, peccato æquas irrogent. Longe enim grauior pœna debetur ei, qui fœtum omnibus numeris ſeu membris abſolutum, id eſt, anima infuſa viuentem, necarit, quam qui embryonem ſuffocarit, nempe effuſi ſpermatis humoris, quandam in bullas concretionem, ſine anima, ſine corpore organico. Illum enim morte nempe vt animam pro anima redderet, hunc vero pecunia mulctauit Moſes. Sed placet appoſito exemplo hoc genus renuntiationis illuſtrare. Ego iuſſu Iudicis Prætoriani inuiſi nobilem mulierem Margaretam Vlmatiam, quam lecto afflictam magna febre correptam, cum conuulſione & ſanguinis per muliebria fluxu deprehendi, propter vulnus in ventre inferiore ſub vmbilico parte dextra inflictum, in ventris ca- D pacitatem ſubiectumque vterum penetrans: quo factum eſt, vt ante ſuum & à natura deſcriptum tempus, maſculum membris omnibus completum enixa pepererit mortuum, eodem illo vulnere, pertuſo fœtus cranio, in cerebri medullam peruadente. Quæ res breui & puerperæ ipſi mortem eſt allatura. In cuius rei fidem hoc elogium propria manu obſignare placuit.

De fœta cũ fœtu occiſa elogium.

Quæ ſit ars Embammatibus condiendorum ſeu aromatis ac balſaminis vnguentis tingendorum cadauerum.

Scytharum in condiendis cadaueribus ſtudiũ. Lib. 4.

STatueram in Renuntiationum tractatu magnum hoc opus terminare, ſed melior cogitatio animum meum ſubiuit, nempe hominem, quem curandum à primo ortu ſuſceperam, ad extremum & tumulum vſque perducere, vt nihil hic deficeret, quod Chirurgus circa corpus humanum, ſeu viuum, ſeu mortuum, moliri ex inſtituto poſſet. Profecto vix vlla vnquam tam barbara natio extitit, quæ nonmodo de condendis, ſed etiam condiendis cadaueribus ſollicita non fuerit. Non ipſa quidem Scythica gens, quæ tamen barbarie & immanitate reliquas ſuperaſſe videtur: non enim Scythæ (authore Herodoto) Regis ſui cadauer ante inhumant, quam exenteratum & cupreſſo tuſo thure, E petroſelini & aniſi ſeminibus fractum cera oblinierint. Eadem cura Æthiopum quoque mentes peruaſit. Amicorum enim cadauera vbi interaneis & carne expediuerant, gypſo obducebant, ipſiſque ſic incruſtatis mox, opere tanquam tectorio, colores appingebant, qui defunctos ad viuum exprimerent: hac arte ornatos columna vitrea & caua includebant, vt pyxidati, per medium vitrum apparerent, neque interim odore tetro ſpectatores à ſe auerterent. Annum inde integrum penes ſanguine proximos erant, qui ipſis interim libabant, & ſacra faciebant. Exacto anno extra vrbem efferebant, & circum mœnia in ſua quoſque cella collocabant, vt narrat Herodotus. Sed longe alius pia hæc de defunctis cura Ægyptiorum, quam cæterarum nationum animos ſubiuit. Patrum enim memoriæ conſeruandæ

Æthiopum de cadaueribus humanis cura.

ſeruandæ

A ſeruandæ adeo ſtudioſi fuerunt, vt ipſorum integra cadauera aromaticis vnguentis condirent, & in perlucidis vrnis ſeu cellis vitreis locata in eminentiore & honoratiore ædium ſuarum parte ſtatuerent, quo aſſidue obuerſarentur oculis, eſſentque tanquam monumenta & ſtimuli ad paternas & auitas virtutes imitandas. Quin & aromaticis ſeu balſaminis vnguentis ſic delibuta pignoris certiſſimi erant loco, ſic vt ſi quibus Ægyptiis opus eſſet grandi pecuniæ ſumma, eam facile à notis & vicinis impetrarent, alicuius defunctorum parentum cadauere oppignerato. Ita enim demum certus erat creditor pigneratitius, vitam potius ei, qui pignus dediſſet, quam fidem defecturam. Quod ſi cui omnia adeo infœliciter ſuccederent, vt pignus per inopiam repignerare non poſſet, ſed deſerere cogeretur, in vitam reliquam ſic apud omnes infamis erat, vt tanquã aqua & igni interdictus, & capite minutus ex libero ſeru° fieret: imo omnium conuitiis & probris appetitus, indignus hac luce & hominum conſortio haberetur.

Lib. 3. Ægyptiorũ in defunctorum cadauera pietas.

Et certe Ægyptii cum hanc, quam in his terris viuimus, vitam breuiſſimi momenti eſſe intelligerent, contentione ad eam facta, quam poſt animæ à corpore ſeparationem victuri ſumus, in ædibus, quas incolerent, extruendis negligentiores erant: in pyramidibus vero, quæ ipſis ſepulchri loco erant, exædificandis adeo ſupra omnem rationem ſumptuoſi atque magnifici, vt in vnius ex illis toto orbe fa- B matiſſimis ædificiis extructionem, quam Cheopes Rex ſuſceperat, centena hominum millia ſingulo quoque trimeſtri per viginti continuos annos operas ſedulas darent: quinque ſtadia profunda erat, cumque quadrata eſſet in ſingula latera octingentos pedes lata viſcebatur, totidem alta. Singula ſere, quæ in eam coierunt, marmora triginta pedum erant, nobili & vario artificio ſculpta & cælata, quemadmodum narrat Herodotus.

Pyramidum Ægyptiorũ ratio.

Cæterum antequam cadauera tam magnificis ſepulchris mandarent, ea ſolemni apparatu ad Salarios & Aromatarios, qui in id munus ſtipendia de publico accipiebant, deferebant. Illi ipſa aromaticis ac balſaminis vnguentis oblinebant, & quas feciſſent exciſiones, conſuebant, mox ſale aſpergebant, & ſalino carnario ad ſeptuaginta dies operiebant: quibus exactis inde exempta abluebant, & ſorde omni elota, faſciis bombycinis gummi quodam conglutinatis inuoluebant, tumque recepta, conſanguinei feretro ligneo in humanam effigiem exculpto locabant: ſacer is & ſolemnis erat condiendorum ac condendorum cadauerum apud Ægyptios paulo ditiores ritus. Hoc eodem ſtudio incitati noſtrates Galli Regum & magnatum cadauera aromatibus infarciri, & balſaminis vnguentis lutari curant. Quem morem pie & chriſtiane, vt reliqua, ex veteri & nouo teſtamento, ac Iudæorum ex veteri & lau- C data conſuetudine vſurpaſſe videntur: legere enim eſt in nouo Teſtamento, Ioſephum ſindonem emiſſe, Nicodemum vero vnguentum aromaticum ex myrrhæ & aloes libris centum contuliſſe, vt Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri corpus vngerent & ſepelirent, quemadmodum mos erat Iudæis, in ſymbolũ & argumentum eius renouationis & futuræ integritatis, quam ex reſurrectione mortuorum ſperabant. Quod ipſum à maioribus ſuis per manus traditum Iudæi acceperant, Ioſephus enim in veteri Teſtamẽto Medicis ſuis edicit, vt patris ſui cadauer aromatibus condiant.

Lib. 2.

Gallorum & Iudæorum pia de defunctorum cadaueribus cura.

Ioan. 2. 39.

Geneſ. 50. 2.

Cæterum aromatibus ad æternitatem condiendum corpus ante omnia exenterari debet, corde ſeorſim habito, vt per ſe conſanguineorum arbitrio conduri poſſit. Cerebrum quoque, ſerra diuiſo cranio, auellendum eſt. Hinc profundis plagis ſecundum brachiorum, femorum, crurum & dorſi, lumborum ac natium longitudinem diducendum eſt, præſertim qua parte venæ maiores & arteriæ excurrunt, primum quidem, vt ſic exprimatur ſanguis, qui alioqui corrumperetur & putredinis initium atque occaſionem reliquo corpori præberet; deinde, vt puluiſculis aromaticis inſpergendis ſit locus, inde totum lauandum eſt ſpongia imbuta aqua vitæ, & acri aceto, in quo incoxerint abſynthium, aloe, colocynthis, ſal commune, & alumen. Tum illæ plagæ, corporiſque ductus & hiatus omnes atque tres ventres infer- D ciendi erunt aromatibus ſequentibus craſſiuſcule pulueratis.

Ratio condiendorum ad æternitatem cadauerum.

℞ *pul. roſar. chamæ. melil. balſami, menthæ, aneth. ſaluiæ, lauend. roriſm. maioran. thymi, abſynthii, cyperi, calami aromatici, gentianæ, ireos flor. aſſæ odoratæ, caryophyll. nucis moſchatæ, cinamomi, ſtyracis calamitæ, bemomi, myrrhæ, aloes, ſantal. omnium, quod ſufficit, conſuantur plagæ & hiatus, nequid excidat.* Mox totum inungatur terebinthina liquefacta cum oleo chamæmelino & roſaceo, additis, ſi videbitur, oleis aromaticis per quintam eſſentiam extractis, iterumque conſpergatur puluere commemorato. Inde ſindone inuoluatur, hinc tela cerata. Denique capſa plumbea fideliter ferruminata componatur, herbis odoratis ſiccis plena. Quod ſi non adſit copia commemoratorum aromatum: vt fere contigit in oppidis obſeſſis, puluere contentus erit Chirurgus ex calce extincta, cinere communi, vt quernо conflata. Sic enim cadauer inſuper forti aceto aut lixiuio lotum, in multum tempus aſſeruabitur, modo calor ingens & colliquans non vigeat, aut non reponatur in loco calido & humido. Atque iſthæc temporis & loci conditio cauſa eſt, cur principum & Regum cadauera, multa quantumuis arte & impenſa condita, intra ſex aut ſeptem dies, quibus poſt condituram populo ſpectanda ſeruantur, antequam inhumentur, adeo grauem odorem ſpirent, vt eum nemo ferre poſſit, ſic vt neceſſe habeant, E plumbeo feretro recondi. Confluentis enim ad ſpectaculum populi multitudine, & funalium diu noctuque accenſorum calore, adeo circumfuſus incaleſcit aer, vt diſſipato, quod reſtabat, natiui coloris tenui veſtigio facile putreſcant, præſertim cum rerum aromaticarum liquore non ante imbuantur & macerentur, quemadmodum Ægyptiis olim in more fuiſſe, dum in ſalſilagine per ſeptuaginta dies continebantur, ante ex Herodoto prodidimus. Hac ego ratione admonitus, ſoleo, quo conditura ad æternitatem melior ſit, cadauera euiſcerata & ſtylis acutis, quo altius, in ipſa ſubeat liquor putredinem arcens, compuncta, in cupam ligneam forti aceto decoctionis rerum aromaticarum & amararum, vt aloes, tuthiæ, abſynthii & colocyntidis plenam demergere, ibiq; ad viginti dies affuſis aquę vitę vndecim vel duodecim libris continere. Mox exẽpta & in pedes erecta loco ſudo & ſicco aſſeruare.

Quibus condire cadauera oporteat aromatũ inopia.

Cur regum noſtrorum cadauera quamlibet cõdita intra paucos dies corrumpantur.

Hac

Hac arte conditum ſuſpendioſi cuiuſdam à Quæſitore impetratum domi apud me cadauer habeo, A quod à pluſquam quinque & viginti annis perſtat incolume, adeo vt ſingulos dextræ partis muſculos (quos capite tenus execui, & pendulos à circumſtantibus diſtinctionis gratia, reuulſi, quo ipſos quotieslibet oculis luſtrare & manibus tractare poſſim, & ex recenti memoria, cum aliquid paulo operoſius mihi incumbit agendum, certius & tutius operari) numerare queas, parte ſiniſtra illibata, pulmoneſque, cor, diaphragma, ventriculum, lienem, renes, barbam, capillos, imo & vngues, quos reſectos à me crebrius increſcere, & ad priorem mox magnitudinem redire animaduerti, integra intueri & obſeruare.

Atque immenſi huius noſtri laboris hæc meta, hæc per Dei gratiam ſit requies, cui ſoli optimo, maximo, immortali, & inuiſibili ſit honor & gloria in ſecula ſeculorum.

B

Labor improbus omnia vincit.

FINIS TOTIVS CHIRVRGIÆ AMBROSII PAREI.

C

D

E

INDEX RERVM, VERBORVM, SENTENTIARVM, PROBLEMATICARVM QVÆSTIONVM IN AMBROSII Paræi Operibus Chirurgicis contentorum.

Cuius prior numerus librum, poſterior capita ſingulorum librorum denotat.

A.

Adiuvantibus argumentũ ſumptum non eſſe ſemper certum. 17

Abortus cur frequentes tempeſtate peſtifera. 21.5

Abortio quid. eius cauſæ ib. eam facit alui arctior conſtrictio. ib. balnea & æſtuaria ibid. ab eo quare à maturo partu grauius afficiuntur mulieres. ibid.

Abortionis cauſæ quæ. 23.50

Abſceſſus peſtilentes vaſtos lethiferos eſſe. 21.33

Abſceſſum Eſcharæ ſanitatem polliceri. 21.34

Abſceſſum pueris etiam in vtero fieri. 15.5

Abſceſſum in cerebro fieri poſſe. 9.22

Abſinthii aqua ſtillatitia, quæ vulgo habetur, cur amarorem præ ſe non ferat. 26.5

Accipitrariorum in auibus edocendis ſolertia. l.1.c.35

Acetum ex vino qui fiat. 26.8

Acetum vulneri infuſum non ſiſtere fluxiones. 10.13

Acetum rubores faciei extinguere. 25.44

Ab Aconito quæ ſymptomata. 20.35

Aconitum mederi ſcorpũ veneno ingeſto. 20.35. differentiæ eius. ibid.

Aceti aduerſus venena omnia vires. 21.9

Acria remedia in pruritu palpebrarũ minime eſſe formidãda. 16.10.

Acria cur in vlcere gulæ aſperæ arteriæ vitanda. 12.17

Acrochordon quid. 23.61

Acronii duo ſignificata. 14.9

Actio quid. introductio. c. 9. Actio & opus differunt introductio. c. 9.

Actiones voluntariæ quid, introductio. c. 9.

Actiones naturales, introductio. c. 8.

Actiones principes tres introductio. c. 19.

Acus deglutita cum oliua extracta 24.19. per narem iniecta, & inguine tantum reddita. ibid. in calculo & veſica extracta. ibid.

Acus deglutita & biennio poſt vmbilico reddita. 24.19

Adeps qui circum cor concreſcat. 3.11

Adeps cur ſub cranio gigni nequeat. 9.22

Adipoſæ ſubſtantiæ ſigna. 9.22

Adipis vulnerati curatio. 9.34

Adeps quidam ſolidior, l. 2. c. 6. quibus partibus & cur obtigerit denſior.

Adipẽ excrementum verius eſſe quam partem. l. 2. c. 6.

Adipis cauſa efficiens. l. 2. c. 6. quantitas, compoſitio, ſitus, temperies, vſus. ibid.

Ægrotorum corporum & ægrarum partium habenda diligens ratio. 12 9

Ægylops. 5.1

Ægylopa. 16.15

Ægyptiacũ quando admiſcendum iniectionibus, quæ in thorace fiunt. 9.31

Ægyptiacum quacunque forma paratur, deterſorium eſt non ſuppurans. 10.13

Ægyptiacum ad vlcera veſicæ. 12.18

Ægyptiacum ad vlcera inteſtinorum craſſorum. 12. 17.

Ægyptiaci aduerſum putredinem vires. 10.13

Ægyptiaci deſcriptio. 11.16

Ægyptiaci quantitas in expreſſionibus liquorum. 10. 6.

Ægyptiorum in defunctorum cadauere pietas. 659

Æolopyli, & Æolopyla. 10. apol. 2.

Aer quibus ex cauſis inficiatur & corrumpatur. 21. 3.

Aerem putreſcere qui intelligendum ſit. 21.3

Aer quibus & quot modis inficiatur. 27. & qui inficiat hominem. ibid. aerem qui tonitrua & fulmina inficiant. 27.7

Aer Lutetianus, qui capitis vulneribus ſit infenſus, crurum vero amicus. introductio. c. 13.

Aer, quibus modis corpora immutet. introductio. cap. 13.

Aer cur haud impenſe, vt ignis calefaciat, introductio. 4.

Aer cur facile inficiatur. 21.5

Aeris ad vitam neceſſitas, introductio. c. 13. aer quis ſalutaris, introductio. c. 13. quis inſalubris, introductio c. 13. aeris nomine tria intelligi. introductio. cap. 13.

Aerem concluſum facile corrumpi. 21.19

Aeris mutatio valet ad ſanationem peſtis. 21.19

Aeris nebuloſi & fœtentis incommoda. 21.6

Aeris ad inſpirationem vtiles conditiones. 657

Ætatum quatuor ad quatuor anni tempora comparatio. introductio. c. 5.

Æthiopum de cadaueribus humanis cura. 658.

Affectus quot modis componantur. 10. 8

INDEX.

Agarici contra peſtem dotes. 21.25
Agarici vires ac eſſentia qualiter aqua vitæ eliciendæ, 26.12
Agens omne agendo repellit, 12.10
Agendorum vnde petantur indicationes, introductio, c.3.
Agni & lupi diſcordia ne morte quidem finitur. l.1.c. 40.
Alexiterium vnū aduerſus omnia venena nequaquam eſſe, 20.36
Alexiteria peſtis 21.22. qua quantitate exhibendum, ibid. cur iis venena admiſceantur. ib.
Alexiteria in peſte vſurpanda quæ 21.25
Alembici partes explicantur, 26.4
Alexiteria etiam magna doſi exhibenda. 10.10
Alica quid, 14.18
Alimentum quibus gradibus aſſimiletur, introductio. c.8.
Alimentorum bonitas vnde internoſcatur. introduct. c.14. quantitas introductio. c.14. Ciborum quantitas ex morbi ratione, & ægri viribus æſtimanda. introductio. c.14. ciborum qualitas introductio. c.14
Allantoidem qua fœtus in vtero contineatur nullā eſſe duplici experientia ac triplici ratione docetur.
Alliorum vis in dolore dentium à cauſa frigida ſedanda. 16.25
Alopecia quid. 16.1. cauſæ ibid. alopecia quæ & qui ſanabilis. 16.1
Alui profluuium hecticis ſuperueniens quid indicet. ep. 9.52
Alui fluxus quibus prouocetur. 21.39
Alui fluxus quibus ſiſtatur. 21.40
Aluus matris mortuæ qui excidenda ad ſalutē retinendum fœtum. 23.31
Aluum ciens clyſter. 21.39. ſuppoſitoria, noduli. ibid.
Ambi machina qua ratione vti liceat. 13.27.
Amara cur minime in thoracem exprimenda. 9.31
Ambullas in combuſtionib. remedium prohibens. 10 apologiſmo primo.
Ambuſti quoties in die curandi. 11.9
Ambuſtorum remedia calida & attrahentia. 21.8
Ambuſtorum dolor igne ſedatur. 11.8
ad Ambuſta remediū tritum in Noſocomio Pariſienſi. 11.9
Amphibliſtroides. 5.6
Amputatio ad articulum. 11.23.
Amygdala cephalalgica. 9.14
Anaſtomoſis quid. 2.c.22
Anatomia quid. l.2. præf.
Anatomiæ cognitionis neceſſitas. l.2. præf. vtilitas quadruplex ib. triplex methodus. ibi auctoris inſtitutū. ibid.
Ancyloſis quid. 15.33
Androgynus, vide Hermaphroditus. 24.4
Aneuriſma quid. 6.32. quib. vulgo partibus fiant aneuriſmata. ibi. ſibili qui in eo ſubauditur ratio, ibi. prognoſis eorū. ibid. haud temere aperienda ib. qua arte curanda ib. partium internarum incurabilia ibid. qui per ea in oſſeam duritiē arteria degeneret. 6.32. cautio circa dignotionem aneuriſmatis. 6.32
Angeli maligni, vide dæmones. 24.13
Angina quid. 7.8. differentiæ, ſymptomata, cauſa, diæta, curatio. 7.8
Angina morbus acutus. 7.8
Anima humana venit extrinſecus, introductio. c.5
Anima quid & quot facultatibus ſit inſtructa. l.2.c.1.
Anima quas edat in plantis functiones, introductio. c.5 quas in brutis, introductio. c.5.
Anima ſuis functionibus omnibus cur non ſtatim eluceat in fœtu. 23.12
Animam ſuperiorem inferioris vires omnes in ſe continere. 23.18
Animæ perturbationes cur accidentia dicantur, introductio. c.17. harum vis, ib. vnde illa vis, ibid.
Animam non migrare in fœtum niſi poſt typoſin. 23.11
Animam vnam eſſe ſimplicem & impartibilem. 23.18
Anima quid. 23.11. animam in toto eſſe corpore & ſingulis eius partibus. 23.11
Animatorum corporum tria genera. 23.18
Animi pathemata humorū putredinē promouent. 21.4
Animi perturbatio valida commotis ſpiritibus cōmodum affert. introd. c.25.
Animantia quæ venenatis nutriuntur innoxie comedi poſſe. & contra. 24
Animalium marinorum mirabilis natura monſtratur. 24.23
Animalium catalogus quæ contra naturam in corporibus humanis nata ſunt. 19.3
Animalium quorundam mirabilis ortus, velut ex cadauere humano ſerpentes naſci, ex ſolido marmore ſerpentem viuum. 24.20
Animantia venenoſa, vide venenata.
Anodynum. 7.8
Anodyna. 6.30
Anodyna. 6.9
Anodyna. 11.9
Anodyna ocularia. 9.24
Anodyna. 7.19
Anodyna varia. 8.8
Anodynum calculi cataplaſma. 16.38
Anodynum cataplaſma. 16.12
Anodyni clyſteres in calculo. 16.37
Annulus quid. 5.27
Ani procidentia. 7.18. quas cauſas habeat ibid. curatio, diæta, pharmacia. ibid.
Ano imperforato nati viuaces non ſunt. 16.33
Anſeri ſuum ſtrepitum non eſſe damnoſum. l.1.c.15.
Antidotorum contra venena efficaciæ vera ratio. 22.
Antimonii hauſtum procidentiam vteri intulit. 23.41. Vterinæ ſubſtantiæ extractæ ſigna. 23.41
Antimonii vires ad rabiem. 20.15
Antimonii vſus. 21.25
Anus cur prolabatur calculoſis e veſica. 16.35.
Apes regem ſibi deligunt. l.1.c.6. caſtra metantur. ib. funus mortuo regi procurant. ib. eorum iuſtitia, vigilantia, munia ib. ignauiam exſilio mulctant. ib. eorū diligens explorator Ariſtomachus. ibid.
Aphtharum curatio. 12.14. gargariſma ad eas. ibid.
Apophyſes clinoides quid. 4.9
Apophyſis dens dicta. 5.16
Apoplecticorum ſigna. 65
Apophlegmatiſmus quid. 25.56. differentiæ, & vſus. ibi. quibus noceat. ibid.
Apoſtema vulgo quid. 6.1
Apoſtematum ſeu tumorum contra naturam cauſa materialis. 6.1
Apoſtematis principium, incrementum, ſtatus & inclinatio quid. 6.3
Apoterapia, quid ſit introductio ibid. c.15
Atheroma, ſteatoma & meliceris quid differant. 6.19
Atheromati quæ chirurgia adhibenda. 6.19. quæ cauſa vt eo aperto animalcula cernantur. 6.19

Aqua odorata. 21.19
Aqua roſarum ſtillatitia vt conficienda. 26.7
Aqua reſtaurans ſtillatitia qualiter paranda. 26.7
Aquarum reſtaurantium ſtillatitiarum alia ars. 26.7
Aqua vitæ ſeptemplice deſtillatione rectificata. 26.8
Aquæ vitæ optimæ notæ.26.8.eius dotes. ibid.
Aqua vitæ ſeu viui ſpiritus qua arte eliciatur deſtillando. 26.8
ab Aqua forti chymiſtarum. 20.37
Aqua limacum. 17.17
Aqua ad dealbandos dentes. 16.28
Aqua odorata. 21.11.
Aqua vignnii ophthalmica. 16.11.
Aqua ad faciem abluendam. 25.43.
Aqua vitrioli. 9.24
Aqua tepida quæ & quos effectus pariat. 14.30.
Aquæ potus quando in ſynocho putri permittendus.6.11.
Aquæ quæ ſemel deſtillationi ſubiectæ fuere, qualiter rectificentur,id eſt viribus augeantur. 26.9
Aquæ theriacalis deſcriptio.18.30. alia deſcriptio ex Rondeletio. ibid.
Aquæ caryophyllorum præparatio. 25.47
Aquæ gelidus potus quibus & quando peſte correptis vtilis. 21.21
Aquarum delectus. 21.21
Aquæ poſt paracenteſin effundandæ ratio. 7.12.
Aquæ ſaccharatæ deſcriptio. 14.25
Aquæ dulcis in balneis delectus. 25.42
Aquarum aluminoſarum, ſulphurearum & ſimilium ſigna. 25.42
Aquarum ſulphurearum, aluminoſarum, nitroſarum, bituminoſarum, ænearum,ferrearum,plumbearum conditio ac natura.
Aquarum in corpora humano generatio. 19.3
Aquarum præcocius aquæ in pariendi conatu effuſæ qua arte ſubſtituantur. 23.16
Aquarum ſtillatitiarum variæ vires. 26.7
Aquatilia bruta cicurari poſſe. l.1.c.14.
Aqueus. 5.6
Aramnoides. 5.6
Araneæ textrices l.1.c.5.prædatores. ibid.
Araneorum differentiæ.20.17.morſus ibid. eorum venenum quale ſit. ibid.
Archagatus chirurgus introd. c.2.
Arborea & plantæ, quia flari & aſpergi aura, & ſanie virulenta feratum venenatarum queant. 20.14
Arcus vimineus cur iacentium in cunis puerorum capiti ſubtendatur. 23.22
Arretica ſimplicia.25.7. vſus. ibid.
Argento viuo in lue venerea quæ pro corporum affectuum varietate admiſcenda. 18.10
Argentum viuum extinguere quid. 18.10
Argentum viuum vnde dictum vtrum venenatum 20.38.ab eo remedium ad parturientes, ad malũ ſanctæ manis, ad parterydes, ibid. contra pediculos & vermes ibid. eius ſpecies ibid. rationes eius expurgandi.
Argentum viuum deſiccando cicatricem inducere. 18.23.
Argenti viui delectus, præparatio, mixtio, 18.10
Arietum concurſus quid denunciet. l.1.c.7.
Aromata quibus viribus vterum ſib reſtituant. 23.48
Aromatica qua vi menſes cieant. 21.38
Arſenicum cordi imponendum ad peſtem, & qua de cauſa. 21.12
ab Arſenico ſeu riſagallo ſymptomata. 20.37
Ariſtæ & ſimilia,ſi gulæ, faucibus, & gutturi inhæreant qualiter extrahendæ. 16.24
Artem medicam quæ coniecturalem faciant. 18.12.
Artemiſia dotes. 21.15
Arteriæ ſubclauiæ ſiniſtræ diſtributio. 3.15. dextræ diſtributio. ibid.
Arteria intercoſtalis, mãmaria, ceruicialis, muſculoſa, humeraria duplex,thoracica duplex. 3.15
Arteriæ carotides.3.15.interni rami carotidis arteriæ diſtributio. 3.15. quas partes obeat externus carotidis arteiæ ramus ibid.
Arteria quid.l.2.c.10.
Arteria cur facta venoſa. 2.12
Arteria cur ſit craſſior ſeu denſior quam vena.l.2.c.10.
Arteria intercoſtalis, phrenica, cœliaca, emulgens, ſpermatica,lumbaris,iliaca. l.2.c.12.
Arteria aſpera cur parte ſui poſteriore ſit ligamentalis, cur anteriore cartilaginoſa. 3.17
Arteriæ aſperæ diuiſio per pulmonum lobos. ibid.
Arteria qualiter per aneriſmata in oſſeam duritiẽ degeneret. 6.32
Arteriam ſemper venæ ſubiacere. 3.12
Arteriæ aſperæ ſubſtantia compoſitio. 3.17. Situs temperies actio. ibid.
Arteriæ aſperæ & gulæ vulneratæ curatio. 9.19
Arteriæ aſcendentis læuum ramum minorẽ eſſe dextro 3.14.
Arteriarum ortus. 2.22
Arteria cruralis. 5.32
Arteriotomiæ fructus. 11.26
Arteriotomia ad quam hemicraniam valeat.16.4. ab ea nullum periculum. ibid.
Arthritici repellentibus tuto nõ vtuntur niſi præmiſſa purgatione. 17.14
Arthritici cur venerei. 17.8
Arthritici humoris à cerebro fluentis ſigna, 17.5. ab hepate exundantia ſigna.
Arthriticum virus, hunc aut illum humorem comitari,quibus ſignis intelligere liceat, 17.5
in Arthriticis plus interdum prodeſt diæta quam medicamenta. 17.9
Arthritici doloris cauſæ quinque. 17.3
Arthritico dolore exacto roborandi ſunt articuli & imbecillitas eorum tollenda,& ad id remedia. 17.19
Arthriticorum tophi vnde oriantur, & quibus remolliantur,ibid. qui aliquando ſuppurare videantur.17.20
Arthriticorum victus qualis eſſe debeat. 17.12
Arthriticorum articulos roborant oleum omphacinũ, fotus,lotiones,ſinclarum ſuccus, cum oxicrato ſacculi. 17.13
Arthriticis vinum album vtile nõ eſt.17.12. rubellũ tutius bibitur.ib.hydromel tutiſſime.ib. hydroſaccharа bilioſis tutiſſima. ibid.
Arthriticis calidæ ſeu ſanguineæ topica remedia.17.16.
Arthritidis bilioſæ topica remedia. 17.16
Arthriticis cur catharrica debẽat exhiberi valida.17.14.
Arthriticis vtrum mittendus ſanguis.17.9. quibus non, ibid.quibus proſit purgatio,quibus non.
Arthritis quid. 17.1
Arthritis ab humore Melancholico rara 17. 6. quando q̃ hepatis vitio ſit, œdematis naturã redoleat. 17.6
Arthritis quid ab epilepticis inſultibus differat. 17.2
Arthritis inueterata, ſi præter rationem ſtata perioda non repetat lethalis. 17.8
Arthritis à bile maligna & lethalis. 17.8

Arthritis quæ inſanabilis. 17.8
Arthritis à congeſtione. 17.4
Arthritides vere & autumno frequentiores eſſe. 17.8
Arthritis qui mutetur in paralyſin. 17.8
Arthritis picta ex flatibus in articulis conclusis quibus remedijs cedat. 17.21. quibus in dearticulationibus colligantur, 17.21. eorum ſigna, qui imponant pueri ſpecie. ibid.
Arthritis paroxiſmus qui hyeme & media æſtate inuadat. 17.8
Arthriticis venus noxia. 17.8
Arthritidis frigidæ topica remedia. 17.15
Arthritidis anodynum. 17.15
Arthritidis aliquando cauſa fuliginoſus vapor. 17.18
Arthritidis cauſæ occultæ. 17.2. eius mira varietas. ibid. cauſæ eius manifeſtæ. 17.2
Arthritidis & cauſarũ arthritidis materialium cura palliatiua. 17.14. quot ſcopis ea contineatur. ibid.
Arthritidis dolores quid à luis venereæ doloribus differant. 18.4
Arthritidis præcauendæ & curandæ methodus generalis. 17.9
Arthritidis cauſæ primitiuæ, antecedens, coniuncta, 17.3.
Arthriditis materia occultæ malignitatis particeps. 17.1.
Arthridites particulares. 17.1.
Arthritidis materia qualis, & qui è cerebro defluat in articulos. 17.4
Arthritidis differentiæ. 17.3
Arthritidi cui maxime vtilis ſit vomitus. 17.10. & quod ſit vomitus opportunum tempus. ibid.
in Arthritide vacuandum catharſi & phlebotomia. 17.14
Arthriditis ad epilepſiam proportio. 17.1
Arthritidis remedia vniuerſalia ſunt diuretica, pyrotica eſcherotica, cauterium actuale, pilulæ communes, addito ſcammoneo, Theriaca, ſuffitus cephalici, ſacculi cephalici, maſticatoria, 17.11
ad Arthritidem omnem cataplaſma quouis tempore vtile. 17.15
ad Arthriditem quid valeant diuretica, pyrotica, eſcherotica, cauterium actuale, pilulæ. 17.11
Arthriticus humor cur non ſtatim euaneſcat appoſitis digerentibus. 17.14
in Arthritidis eodem paroxiſmo ſubinde mutanda remedia. 17.14
Arthrodia quid. 5.42
Articulorum tumor maior opinionem facit ſanguineæ aut pituitoſæ materiæ. 17.7
Articuli quib. difficulter luxãtur, cur difficulter reſtituantur,
Appendicum à ſuo oſſe auulſio cur inſanabilis. 15.5.
Articuli duæ ſpecies. 5.42
Articuli luxati, reſtituti ſigna. 15.6
Articuli in arthritide qua arte roborandi. 17.12
Articulis vulneratis cur actu calida admouenda. 9.39.
Articulorum vulnera cur maligna. 9.39. qualiter curanda. ibid.
ab Articulorum vlceribus qualia excrementa manant. 9.39.
Articulorum dolores ab intemperie ſolitaria ſeu frigida ſine materia, quibus auxilijs curentur. 17.18.
Artuum vulneratorum ſitus & figura 9.39
Artuum emaciatorum tres cauſæ in iſchiade. 17.8.
Aſcenſus vteri à ſtrangulatu vteri diſtinguendus. 23.44 eum non tam facit vterus, quam vapor ab eo. ibidem.
Aſcitis ſigna. 7.21. ſymptomata, prognoſis. ibid.
Aſpara arteria, vide arteria. 3.17
Aſperæ arteriæ cur difficulter ſanentur. 9.29
Aſpidum morſus 20.12. curandi ratio. ibi. qua arte redduntur innoxiæ. 20.22. certum contra eorum morſum remedium.
Aſſiduitate nihil non conſequimur. l.1.c.7
Aſtacorum fluuiatilium vires. 20.14
Aſtragali ſeu tali luxatio. 15.55
Aſtragalus 5.38. eius connexiones tres, & earum vſus. ib. eius tres apophyſes. ibid.
Adſtringens & repellens medicam. 10.5
Aſtringentia quem vſum habeant in curandis gangrænis. 11.16
Adſtringentia repellentium nomine intelligi. 25.9
Aſtrorum vis in aerem & corpora noſtra. 10.13
Anchio quid, introductio. c.9.
Auditio qui fiat, introductio. c.9
Aues ex qua materia nidos conſtruant & qua figura l.2. c.4.
Attrahentia quę. 29.10. eorum vſus. ib. attrahentia, ſimplicia, occulta proprietate per accidens quæ. ibid.
Aues riuularias falconem horrere. l.1.c.40
Auiculæ cypriæ. 10.12
Auditus vt fiat. 5.10
Auricularum vnio quib. modis violatur. 9.28. ratio cõſuendæ auriculæ vulneratæ. 9.28
ab Auripigmento ſymptomata. 20.37
Auriculæ cordis. 3.11. earum vſus. ibid.
Auricularum ruptarum reſtitutio. 22.7
Aurium ſordes cui vſui ſint. 5.10
Aurium natura & compoſitio. 5.10. figura & eius ratio. ibid.
Aurium meatus occluſus. 16.23. cauſæ, curatio. ibidem. variorum corpuſculorum in aurium meatum illapſus. ibid.
Auſter cum æſtu ſuffocante. 10.apol.2
Autumnus inæqualis. introductio. c.5
Axillaris vena & humeralis. 3.13
Axillaris vena duplex. 5.12. profunda. ibid. externa. ibi.
Axungiæ, cui argentum viuum admiſcetur, præparatio. 18.10
Azygos. 3.13. ea aliquando duplex. ibid.

B.

BAlanus. 2.32
Balæna dux. l.1.c.23.
Balæna fœmina, cur facilius capiatur quam mas. 24.21
Balæna cur in monſtris cenſeatur. 24.21. eius fiſtula. ib. eam viuam parere & lactare. ibid.
Balænæ qua ſolertia capiantur. 24.21.
Balænarum prætentura. 24.21
Balænæ naturam dentes negaſſe. 24.21
Balneum lochijs purgandæ puerperæ conueniens. 25.28.
Balneum qui dolorem calculi ſedet, 16.38
Balneum ſtatim à paſtu qui noceat. 25.42
à Balneo qui tractandi ægri. 25.42
ad Balnea qualiter corpora præparanda. 9.32
Balnea dolorem arthriticum ſedant. 17.17
Balneæ ſpadenſes Eburonum quas dotas habeant. 25.42.

Balnea

Balnea naturalia. 25.42.
Balnea vide aqua.
Balnea publica & æſtuaria prohibenda peſtilenti aeris ſtatu. 21.10
Balnea ad ſcabiem 25.42
Balnei ex aqua tepida parati dotes. 22.42
Balnei Mariæ formatio. 26.6
in Balneorum vſu quæ cautiones adhibendæ. 25.42.
Balneorum vis in oculorum dolore. 16.12
Balneorum calidorum dotes, natura ac conditio. 25.42 frigidorum dotes. ibid.
Balneorum arte conſtantium ratio. 25.42
Balneis aquæ dulcis cur oleum admiſceatur. 25.42. in balneis quis aquæ dulcis delectus. ibid.
Balneorum differentiæ. 9.32
Balneorum dotes. 25.42. differentiæ.
Balnea cur natura calida & feruentia. 25.42
in Balneis cur non ad ſudoris prouocationem vſq; morari liceat. 25.42.
Balſamum fallopii. 26.15
Balſami auctoris deſcriptio. 9.29
Balſami veſalii deſcriptio 26.15
Balſamum anodynum & ſarcoticum. 9.38
Balſama ſimplicibus vulneribus ſanandis idonea eſſe, non etiam contuſis. 10.13
Barbari qui dicendi ſint, introductio. c.7.
Baſilica & medians cur non tam tuto ſecentur, ac cæphalica. 16.60
Baſiliſcus. 20.19. quanta ei vis veneni inſit. 20.19. cur ſolo aſpectu necare dicatur, eius morſus, ſymptomata ac curatio.
Bellatores & opifices egregii ſeptentrionales, introductio. c.7.
Bezahardica quæ ſint & dicantur. 20. 36. ſignum veri Bezahardi ibidem. reliquæ eius notæ ibidem. vſus. ibid.
Biceps muſculus. 5.26
Bilis, cur à ieiunio in ſcyſtim refluere nequeat, l.2. cap. 54.
Bilis vtriuſq; receptacula, introductio. c.6.
Bilis, effectus, introductio. c.6. Qui quis euadat bilioſus introductio. c.6.
Bilioſi non fere adipoſi. introductio. c.6. mores & morbi bilioſorum, introductio. c.6.
Bilioſi non facile ferunt inediam 27.12
Boli armeni vis. 21.42
Bombardæ igniuomæ mirus effectus. 10.13.
Bombardas igniuomas diſploſas aerem peſtilentem expurgare 21.10
Bombardæ bellicæ auctor 10. præfat. vnde dicta. ibidem.
Bombardici murmuris & ictus cauſa. 10. apol. 2.
Bombardico ictu interfecti cur plerique nulla parte corporis violati. 10. apol. 2.
Bona ex ſe remedia, euentu non bona. 14.27.
Borborygmi vnde, introductio. c.6
Brachinus muſculus. 5.26
Brachii ſeu humeri cum omoplata connexio. 5.25
Brachii ad cubiti articulum amputati exemplum. 12.25.
Brachii totius oſſa. 1.62
Brachii os. 5.25. Eius magnitudo & figura, ibid. Ephyphiſis & apophyſis, ibid. figura & muſculi ibid. Pectoralis muſculi ortus & inſertio, ibid.
in Brachiorum amputatorum locum qua arte alia ſubſtituere liceat. 22.12
Bronchocele quid, nominis & rei ratio, differentiæ, curatio. 7.9
Brutorum differentiæ. l.1. c.1. virtutum in eis veſtigia. ibidem.
Brutorum docilitas. l.1. c.33.
Bruta cicurari poſſe. l.1.c.15.
Bruta voces ſuas noſſe inter ſe. l.1.c.38.
Brutorum arma. l.1.c.29
Bubo peſtilens. 21.30. eius materia quid differat à materia Anthracis. 21.30 colore cuti ſimiles. ibi. quinam ſalutares, quinam lethales. ibi. qualiter cucurbiculis curandi. 21.31
Bubonem aperire cauterio potentiali, quam actuali ſatius eſt. 21.31
Bubonis peſtilentis vomica antequam maturuerit aperienda, 21.31.
Bubo deliteſcens qualiter tractandus.
Bubo peſtilens quando ſcarificandus. 21.31. cur in eo efſrenis hæmorrhogia metuenda, ibid.
Buboni peſtilenti quando repellentia admouenda. 21.31
Bubones in peſte ab aeris inquinamentis non erumpunt 21.15.
Bubones venerei intro recurrentes luem veneream inferunt. 18.2
Bubonum peſtilentialium prognoſis. 21.51.
Bubonum venereorum cauſæ efficientes & materiales. 188.24. qui præmuncient luem veneream.
Bubonum materia per quam venam affluat. 5.51.
Bubonocele, vide Hernia.
Bubonibus calida minime apponenda. 21.31. quib. locis veſicatoria apprimenda ibid.
Buffones ſolo flatu nocere. 20.24
Buffonum morſus qualiter curandus. ibid
Buffonum morſus qui noxius, 20.24. eorum venenum quæ ſymptomata inferat. 20.24
ad Buffonum venena alexiteria. 20.24
Bugloſſi ſylueſtri alexiteriæ vires. 20.10
Bupreſtis, 20.28. eius venenum & morſus ibid. nominis ratio ibid. cur ab ea aluinarum partium inflatio.

C.

CACOCHYMIA quid. introductio. c.17
Cacochymorum & cachecticorum vlcera cur nō facile ſanentur. c. apol. 2
Cadauera quibus condiri oporteat in aromatum inopia. 659
Cadauera regum noſtrorum quamlibet condita, cur inter paucos dies corrumpantur. 659
Cadauera humana qualiter aromatis ac balſaminis vnguentis tingenda. 658
Cadauerum condiendorum ad æternitatem ratio 659
Cadauerum conditura. 11.7
Calcanei ſeu calcis deſcriptio. 5.38.
Calcis fractura cur adeo periculoſa. 5.38
à Calce viua ſymptomata. 20.37
Calcis contuſione quæ ſymptomata ſequantur. 15.54
Cala luxata qualiter curanda. 15.53
Calcatrippa. 16.57

Calculus qui extrahendus virgini, quæ nondum ſeptimum ætatis annum attigerit.16.47.qui grandioribus fœminis.ib.alia ratio extrahendi calculi muliebris.
Calculus vi catharticorum non excretus. 24.19
Calculus ſemel comprehenſus qui extrahendus. 16.42
Caculus fœminarum qui explorandus. 16.47
Calculus qua eximitur plaga, quo loco infligenda. 16.42
Calculus qui ſimul & ſemel reuelli nequit, qua ratione confringendus. 16.42
Calculus vreteri ceruice redditus. 24.19
Calculi in omni corporis parte fieri poſſunt. 24.19
Calculi prognoſis qualiter inſtituenda. 16.36
Calculi è veſica qui citra mortem eximi nequeant. 16.36.
Calculi à male parata pulticula qui oriantur. 19.5
Calculi cauſæ. 16.34
Calculi in veſica qui fiant. 16.34
Calculi renum & veſicæ ſigna. 16.35
Calculi in vretere reſtitantis ſigna, remedia ad eũ deturbandum, ib. vomitum etiam valere, ac decoctum pro ſemicupio. 16.38
Calculi ab vretere in veſicam deturbati ſigna. 16.38
Calculi veſicæ qui cathetere explorandi. 16.35
Calculi prophylactica ſunt vomitus. ſyrupus leniens & lubricans, apocema diureticum, iuſculum diureticũ & lenitiuum, ib. puluis diureticus, clyſteres anodini in calculo, carduus ſtellatus. ibid.
Calculi renum varia figura cur. 16.36
Calculo eruto qualiter plaga ſuenda. 16.43
in Calculo renum cur femur ſtupeat. 16.34
Calculo reuulſo quæ curatio vulneri ſeu inciſioni adhibenda. 16.43
Calculo in veſica puerorum maſculorũ exiſtente, qualiter ſectio facienda.16. 41. cur aſſultibus puer excutiendus ante ſectionem, qui collocandus, quo loco perinenm diuidendum.16.41. quæ facienda ante ſectionem, qui collocandus æger, cur externa parte reſciſſum eſſe oporteat. 16.42
Calculo extracto, ſi vrina per vlcera elabatur, quæ cura adhibenda. 16.46
ad Calculum renum à cauſa frigida ortum remedia. 16.37
Calculum qui metuunt, qualiter victum inſtituere ac curare ſe debeant. 16.37
Calculum vretere & veſica concluſum ſtuporem inferre. l.2.c.30.
Calculus ad veſicæ ceruicẽ aut vrethrã prolapſus, cum reuelli non poſſit, qualiter elaqueetur & detratur. 16.39. ſi reuelli nequeat, qua parte culis incidi poſſit ibid.
Calculorum plurium notæ. 16.42
Calculoſis è veſica cur prolabatur anus. 16.35
Caligæ ex corio canino vſus. 17.19
Calorem vnum ſolarem ceram liquefacere, & lutum indurare, introductio.c.6.
Calorem vires reſoluere. 21.19
Calorem vnum eundemque omnium humorum ſimul eſſe cauſam efficientem, introductio. c.6
Callus quid. 8.4.
Callus quid. 12.21
Callum fieri quibus ſignis intelligere liceat. 14.28
Callus dum fit, rarius curandum vlcus. 14. 28. ei generando alimenta idonea. ibid.
Calli generationem quæ impediant. 14.29. quę promoueant. ib. quę mollientia ad eum valeant, ibid.
Calli quinam deterendi, vt reparentur. 14 29. qui callus minime diffringendus, quantumuis diſtortus, aut alioqui male conformatus. 14.29
Callus craſſior qui minuatur. 14.29
Calli exilioris cauſæ. 14.29 ad exiliorem callum remedia. ibid.
ad Calli generationẽ conferunt craſſioris & lenti ſucci alimenta. 14.13
Calli cauſæ tum efficientes tum materiales. 14.27. ad eius generationem conferentia medicamenta. ibid.
ad Calli venuſtatem deligatio confert. 14.3
Cameli mites & feri, l.1.c. 36. eorũ nutricatus facilis & minime operoſus, ib. Nouiſſe camelos q̃d ferre valeant humeris ſuis. ib. Camele ſarcinarii & vectarii ib. eorum ingens agmen. ibid.
Cancelli eremitæ deſcriptio. 24.51. duab. de cauſis mutant hoſpitia. ibid.
Cancer quid. 6.25. qualis dolor & vnde ſic dictus & nominis ratio. ib. cancri cauſa, ſpecies, 6. 27. cancer non vlceratus & vlceratus vnde. cancris quæ partes obnoxiæ. 6.27. cancer incipiẽs necdũ vlceratus qualiter curandus. cancer vlceratus 6.28. cancri vlcerati ſigna 6.29. cancer qui & in quo corpore reſcindi debeat, q̃ attendenda circa eius amputationẽ. ib. appreſſi poſt amputationẽ cancerii vtilitas. 6.29. Cancri feliciter amputari ſigna, ib. noua & notanda amputandi cancri, qui labra obſederit, ratio. ibid.
Cancri. l.1.c.32.
Cancri vlcerati & non vlcerati topica remedia. 6.30
Cancri vlcerati malignitas ex quo cernatur. 6.29
Cancer paruus quid. 24.12
Cancri in vtero ſigna. 6.30
Cancroſa pars qualiter tractanda. 6.28
Cancros cuiuſmodi vera curatione aggredi nos oporteat. 6.27
Candentis ab igne ferri vis. 16.15
Canes cur cæteris animalib. facilius in rabiem agantur & quæ ſint ſigna & cauſæ. 20.18
Canes rabioſi omnia tuta timent. 20.18
Canum fidelitas & ſagacitas. l.1.c.10.
Cannarum mutabium vis indomabilis. 10. præfat.
Cantharidum deſcriptio. 20.28. bellum indixere veſicę ib. qualia excitant ſymptomata. ib. ad eas remedia ib. victus his vtilis, quos cantharides male habent. ib. etiam capiti admotas veſicam vlcerare. ibid.
Capillorum vſus. 4.8
Capi podagræ obnoxii. 17.12
Capillis tingendis ac denigrandis quæ conueniant, 25.45.
Caput quid. 4.1. cur ſummum, ib. eius figura. ibid. partes quæ. ib. continentes contentæ. ibid.
Caput, cuius de articulationis vi innuat & renuat. 5.16
Caput cur in corporis ſummo locatum. 13.10
Caput cur per ſympathiam afficiatur, quauis corporis parte membranoſa læſa. 4.2
Capitis duo motus. 5.17
Capitis cum prima ceruicis vertebra connexio. 15.13
Capitis cutis capillata qualis. 4. 2. eius connexio, ibidem.
Capitis luxatio 15.13. prognoſis ibid.
Capitis vno ictu quibus hominib. oppoſitum frangatur. 4.3.
Capitis vulnera non negligenda. 4.3
Capitis fracti differentiæ. 9.1. vide fracti.
Capiti cur non plures motus quam duo. 5.17
Capitelli boni ſignum. 25.32

Capſala

Capſalæ ferreæ vſus 5.27
Capſalarum materia & vſus 13.8
Carbunculus peſtilens quid 21.32. vnde dictus? ibid. eius natura, cauſa, ſigna, ſympromata ibid.
Carbunculus quid à bubone differat 21.31
Carbunaulus peſtilens quibus & qualiter curandus 21.34.
Carbunculi peſtileutialis prognoſis 21.33
Carbunculi funeſti 21.33
Carbnnculi mucro, quando, cur & quibus inurendus. 21.34
Carbunculo emplaſtica, & multũ calorem attrahentia non ſunt ſalubria 21.34
Carbunculo non conuenire repelleutia 21.23
Cardiaca ad viſcerum robur 10.11
Cardiacorum vis & efficacia 656
Caries vide quoque os carioſum
Cariem cur fracto cranio oſſa aliquaudo contrahant 9.20. cariei ſigna ibid.
Cariem cur oſſa contrahãt & quibus ſigna ea deprehẽdantur 18.26
Cariei ademptæ ſigna 18.26
Carioſi oſſis curatio 18.16
Caro quid & quotuplex L.2.c.19
Caro quibus reparetur 25.15
Caro aſellorom cur nonnunquam allium redoleat 24
Carnem ſuperfluam eatergentia 22.7
Carnes facile putreſcere locis maritimis 10.apol.2
Carnis generationem quæ compleant 12.4
Charotides arteriæ 3.15. interni rami charotidis arteriæ diſtributio ibidem. quas partes obeat externus Charotidis arteriæ ramus ibid.
Carpus quid 5.27. metacarpium quid
Carpi luatio 15.35. differentiæ, ſigna ibid.
Carpi luatis oſſibus, ſigna, curatio 15.36
Cartilago quid 3.1
Earum differentia & vſus, ib.
Carunculæ quæ in vretra ab ardore vrinæ veniant, qualiter ſanentur 18.22. qui vlceribus partium genitalium ſuperueniant ibidem. calloſæ ſanatu difficiles ibidem. ab ea Iſchuria, eius difficilẽ quæ faciant ſanationem ibidem. tempus curandi oportunum iis qui ea laborant, venus & acria fugienda, vel parce vſurpanda ib. tẽpus curationi oportunũ. carunculae emollitur emplaſtro de figo. Carunculis occaſione luis veneræ natis, quæ remedia particularia adhibenda 18.23. Carunculæ calloſæ remolliendæ, ibid. pulvis eas cõſumens, iniectio reſtringens inflammationem ibidem. empl. ad caruncula chirurgorum Monſpelenſinm ib.
Carunculæ detritæ ſigna 18.23
Caſenm qua arte non ſint arroſuri mures L.1.c.40
Caſtratorum dolus & auaritia 7.15
Caſus arti locum dans: at hic naturæ morborum medicatur introd. c.23
Cataplaſma diſcutiens & deſiccans 9.38
Cataplaſma diſcutiens 10.12
Cataplaſmata 25.28. eorũ vſus ib. cataplaſmata anodyna, digerens 25.28
Cataplaſma anodynum & digerens 10.9
Cataplaſma adſtringens & deſiccans 9.39
Cataplaſmatum narcoticorum materia 12.6
Cataracta, vide hypogima 16.16
Cataractam incipientem diſſipans collyrium 16.10
Cataracta, hypochimane ſeu ſuffuſio quo loco concreſcas 5.6
Cataractæ maturæ & curabiles quibus ſignis ab immaturis & incurabilibus 16.21
Cataractę inſanabiles, ſanabiles 16.25
Cataractæ fideliter decuſſæ ſignum 16.21
Cataracta decuſſa quæ ſint agenda 16.22
Cataracta quæ in fragmenta concideret 16.22
Cataractæ incipientis curatio medica 16.20
Cataractã incipientem cur fulgorem micantia diſſipẽt. 16.20
Cataractã niſi maturuerit acu haud eſſe decutiendã ib.
Cataractæ curatio chirurgica ibid.
Cataractæ decutiendæ tempus optimũ, quod nã 16.22
Cataractæ decutiendæ inuentio L.1.c.5
Cathartici pueris exhibendi forma 21.42
Cathæretica 11.23
Cathæretica quæ 25.18. & vſus ibid.
Catheræetica vim habere ſedandi doloris 15.6
Caroplepas 20.19
Cauitas in oſſe frontis notanda 9.19
Cauſtica, vide Pirotica & vſus ib.
Cauſticis in vulnerum iclopo illiſorum curatione chyrurgum nonnunquã vti quid cogat 10. apologiſmo 1
Cauteria actualia præferenda potentialibus 18.26. potentialia quæ ibid.
Cauteria actualia vtrum reiicienda 11.24
Cauterii vires ad inflicta venena 20.10
Cauterii potentialis vſus 25.32. materia ibid. cauterii potentiolis deſcriptiones ibid. cauteriorum ſericorum dotes 25.32. vnde dicta, ib deſcriptio 25.32
Canteriorum applicandorum modus 18.27
Cauteriorum in iſchiade vſus 17.23
Cephale quid 5.42
Cephalica cur tutior ſecetur, quam baſilica aut mediana 16.60
Cephalica vena 5.21
Ceratum quid? eorum differentiæ 25. 27. qui & cur ex emplaſtris fiant 27
Ceratum œſepi ex Philagrio 25.27
Cerum de vigo fracto craneo vtile 9.16
Cerarum de minio 9.15
Cerebrum quid. eius quãtitas, temperies, actio, numerus, conſiſtentia 4.6
Cerebri poroſa ſubſtantia & ſanguine exudans 4. eius ventriculi quatuor ib.
Cerebrum quarum partium affectibus, duarũ menyngum continuatione facile conſentiat 5.7
Cerebrum diaphragmati cur condoleat 8.15
Cerebri commotio quid. & qualiter curanda. 9.22
Cerebri parte vna læſa cur altera ſuperſtes animã conſeruat 45
Cerebri lacũna quid. Septum lucidum quid. Proceſſus mammillaris quid.
Cerebri commotio ſen concuſſio ob rupta vaſa. 9.9. ſigna. ibid.
Cerebri ventriculorum ſuperiorum vſus, ſitus & partes 4.7. & quot cerebri ventriculi. ibid.
Cerebro inflammato cur ſomnus diurnus proſit. 9.14.
Ceruix quid. 5.16. quæ in ſingulis ceruicis vertebris cõſideranda. 5.16.
Ceruix vteri. 2.54
Ceruicalis vena. 3.13
Ceruicis vteri conuexio & vſus. 2.31
Ceruicis muſculi. 5.17. eorum numerus. 5.17
Ceruicis muſculi duo recti. 5.17. duo obliqui. ib. qui vere dicãntur ceruicis muſculi proprii. ibid.
Ceruicis vteri anguſtia 23.38

Ceruicis vteri vaſa. 2.34
Ceruicis vertebrarum luxatio. 15.14. ſubluxatarum ſigna, curatio. ib. reſtitutarum ſigna. ibi.
à Ceruſſa ſymptomata. 20.37
Chalazion quid? 16.7
Chamæleon qui circumſpiciat. 24.22
Chinę deſcriptio. 18.8
Chirurgia quid. introd. c. 1. ei quæ neceſſaria. ib.
Chirurgi in renunciationibus officium. p. 653
Chirurgi dotes. introd. c.2
Chirurgi natura introd. c. 2. ei experientia magis quam res neceſſaria. introd. c.2
Chirurgica ſine dolore perfici non poſſe. introd. c.2
Chirurgus ambidexter.
Chriſtallinus. 5.6. vitreus ſeu albugineus. 5.6
Chylus quid? introd. c.6
Cur cibus varius vtilis, introd. c.14
Ciborum ordo quo pacto ſit inſtituendus, introductio. c.14
Ciborum varietas, introd. c.14
Ciborum ſpeciatorum & ſalitorum vſus quando opportunus in quotidiana.
Cicatrix quid? l.1.c.4
Cicatrix quid? 12.4. eam quæ inducant. ibid.
ad Cicatrices attenuandas & emaculandas vnguenta. 21.35
Cicatrices corneæ albeſcere, adnatæ rubeſcere. 12.13
ad Cicatricis deformitatem remedia. 21.35
Ciconiarum pietas. l.1.c.10
à Cicuta ſumpta quæ ſymptomata. 20.35
Cilia quid. 5.4. eorum vſus, compoſitio. ib.
Cinamomi deſcriptio. 26.12
Cinamomum quo vtimur eſſe corticem ſuæ arboris. 26.12
Cyrſocile vide Hernia.
Cyrſocile quid? & vnde fiat. 7.17. curatio. ib.
Claudicatis ab iſchiade duæ cauſæ. 17.8
Claudicitas quibus corrigenda & ſubleuanda. 22.13
Clauiculæ. 5.4
Clyſter quid? 25.22. eorum differentiæ, materia, quantitas. ib. qui iniiciendus. ibid.
Clyſter, nutriens, adſtringens. 21.40
Clyſter cur à ducto ſanguine mox iniiciendus in ſynoche putri. 6.13
Clyſter molliens, 25.22. vacuans humorem pituitoſum frigidum. ib. ad bilem. ib. ad humorem melancholicũ. ib. anodynus, adſtringens, ib. nutriens, alimentarius & eorum vſus. ib. contra eos, qui negant vſum clyſterum alimentarium. ib.
Clyſterum inuentor ſeu demonſtrator Ibes. l.1 c.1.
Clyſtere recepto æger ſe conuertere debet in latus dolens. 25.22
Clyſteres carminatiui. 16.37
Clyſterum in colica quantitas minor eſſe cur debeat. 16.58.
Clyſterum communis vſus. 25.21.
Clyſteres qua maxime ratione excipiendi. ib.
Coccygis luxatio. 15.19
Coccygis fractura vide Fractura.
Coccus tinctoria eſt Kermes Arabum. 25.39
Coctionis præcedentis vitia, ſequentes non emendãt, 17.11.
Coindicantia intr. c.22
à Coitu cur pleriq; viri & mulieres abhorreant. 23.1
ad Coitum quæ res hominem adigant. 23.1
Colea qua parte incidi poſſit. 16.40
Colica paſſio quid. 16.58
Colicæ nephriticæ ratio, 16.58
Colicam qui faciat intemperies calida. 16.58
Colicæ cauſa inteſtinorum contorſio & complicatio. 16.58.
Colica herniosa ſæpe mortis cauſa. 16.58
Colicæ flatuoſæ quantus cruciatus. 6.17
Colicæ remedia ſunt ſemicupia & fomenta anodina, litus carminatiui, clyſteres, remedia propria datæ, &c. 16.59
Colicæ bilioſæ, à pituita ſalſa, acri, & viſcida, ab induratis fecibus & inteſtinorum reduplicatione curationes. 16.58.
Colicam ab hac aut illa cauſa manare, quibus ſignis intelligamus. 16.56
Colicus affectus. 16.58
Collyrium quid? 25.34. differentiæ & vſus. ib.
Collyrium ex vitriolo ſiſtens fluxiones oculorum. 16.11.
Collyrium repellens. 16.12
Collyrium detergens 16.10
Collyrium Lanfranci. 18.15
Collyrium detergens. 16.10
Collyria oculorum vide vlcera oculorum.
Collyria detergentia. 16.12
Color temperamenti index introd. c.11
Coloris variæ ſpecies, quib. deſtillatio perficitur. 26.1
Coloris Chamæleonti natura mirabilis. 24.22
Columbas adulteria neſcire. l.1.c.10
Colubri morſus. 20.23. curandi ratio. ibid.
Columellæ inflammatio. 7.7
Cometa crine ſanguineo horridus. 24.23
ad Combuſtionem valens cæpæ triæ, & qua ratione 11.9
Combuſtionis ratio & ſymptomata. 11.8. remedia ad tollendam intemperiem, & dolorem demulcendum. 11.8
Combuſtiones profundæ cur ſuperficiariis minus dolorificæ. 11.19
Complexus 5.17
Compoſitio medicamentorum quid. 25.19
Compoſitorum medicamentorum neceſſitas. 25.19
Conceptus irritus & inutilis, quis. 23.34
Conceptionis fruſtrata cauſa. l.2.c.13
Conceptionis humanæ intelligendæ compendium. 23.6.
Conceptui tempus opportunum quodnam. 23.38
Concoctionis cuiusque duo excrementa introd.
Condylomata quid. 23.63. curatio ib.
Confectionis Alcermes facultas. 21.25
Coniectura artificioſa in indicationibus multum valet. introd. c.22
Coniunctiua 5.6
Conſenſus ventriculi & oris ratio. l.1.c.14
Conſtantinopolitanæ conuerſionis præſagia. 24.23
Conſueti cibi gratiores, adeoque magis alibiles, introductio. c.14
Conſuetudinis vis introd. c.14
Contagio ſtranguriosa, vide ſtranguriosæ.
Continuitatis ſolutæ reſtitutio in quib. partibus non ſit ſperabilis. introd. c.12
Continuata diſtrahendi exempla. introd. c.2
Contrafiſſura quid. 9. 8. in quibus hæc fractura locum habere poſſit, in diuerſis cranii oſſibus. ib. poſſe etiã in cranii eodem oſſe locum habere. ib. cur Hippocrates contrafiſſuræ curandæ rationem nullam ſubiecerit. ib.

Contuſa

Contuſa pars quib.artib.à gangrenæ imminentis metu explicari poſſit. 11.5
Contuſa vulnera qualiter. 11.3
Contuſio vnde tanta à glande ſclopi illiſa 10.2
Contuſiones ſine vulnere qualiter tractandæ 21.4
Contuſiones cum vulnere coniunctę qua arte tractandæ. 11.3
Contuſionum differentiæ 11.1
Contuſionum inſignium & enormium vniuerſales ib.
in Contuſione quid valeant adſtringentia 10.4
poſt ea ſequi debent digerentia 11.4
Contuſionibus coſtarum mirum ſymptoma ſuperueniens 11.6
Conuulſio flatulenta quid? quas cauſas habeat? quos ſibi obnoxios homines reddat 17.24
Conuulſio qualiter in vulneribus capitis minime 9.11
Conuulſio à ſiccitate 9.11.eius cauſa duplex
Conuulſio cur cerebro læſo partis oppoſitæ, ex capitis vulnere ſequatur 9.18
Conuulſiui fractorum membrorum ſubſultus quæ cauſa 14.23
Conuulſionis cauſæ 9.11
Conuulſionis à repletione ac inanitione cura 8.10
Conuulſionis per ſympathiam & dolorē curatio 8.11.
à punctura & morſu curatio 8.11
in Conuulſionis metu litus 9.16
Cor quid & ex qua ſubſtantia 3.11.eius magnitudo, figura, compoſitio, nerui, ſitus, connexio, temperies, actio.ibid.magnitudo, vſus ibid.
Cordiale vnguentum 21.27
Cordis vulnerati ſigna 9.30
Cordis læſi ſigna 54
Cordis valuulę cur tantum duæ ad arteriam venoſam 3.12
Cordis ventriculi 3.11. eorum interſepimentum ibid. dextra eorum capacior & minus compactus. eiusq; & ſiniſtri actio ibid.
Cordis auriculæ binæ 3.11
in Cor qua vi materiæ attrahantur
Cordis fibræ triplices 3.11
Cordis orificia 3.11.eorum vſus, actio, ſitus, figura, ſubſiſtentia, numerus, motus
Cornea 5.6
Cornicula cucurbitulæ vicaria 16.60
Cornu vnicornu vide vnicornu
Cornua vteri 2.34
Cornua oſſaque nullas niſi deſiccandi vires habere
Coronales venæ 3.13
Coronæ quid 5.42
Corporis humani vulgata diuiſio l.2.c.1
Corpora peregrina cur difficilius a vulneribus auellantur 10.7
Corporis oblinendi ſeu perfricandi in lue venerea ars 18.11.ignis calor ægrum dum oblinitur, æqualiter afficere debet ibid.12.cautiones in oblinendo ſeu perfricando ægro 18.12
Corporis oblinendi cautiones
æger ieiunus oblini debet 18.12. quibus locis corpus oblinendum ibid.lotus initio mundo ducendum ib. quamdiu oblinendum ib.
Corporis ſufficienter perfricti ſigna 18.12. qui ſemel, qui bis in die, qui alternis tantum in die perfricandi.
Corpus eſſe geminum, qualiter intelligendum 9.11
Corrrepugnantia int. c.22
Coſta qualiter foranda 7.10
Coſtæ viginti quatuor 5.41
Coſtæ nothæ, quæ frangi poſſint 14.21.differentiæ ibid.
Coſtarum fractura intrinſeca cur lethalis
Coſtæ 3.4.earum conſiſtentia ibid.
ad coſtarum mucoſum & flatulentum tumorem 11.5.eius quæ cauſſa ib.
Coſtarum fractarum ſigna 14.11, curatio ib.
Coſtarum fractarum ſymptoma contuſæ carnis inflatio 14.2.inflationis cauſæ ib. ſigna, curatio ibid.
Coſtarum luxatio 15.20
Cauſæ, ſigna, curatio ibid.
Cranium quid. 44
Cranium quid. 25.21
Cranium fractum ne vino quidem contingendum 9.16
Cranio fracto quatenus humida conueniant 9.16
Cranii locis quibuſdam certis extraordinarias ſuturas ſubeſſe, qua ratione chirurgus coniectabit 44
Cranii terebrandi cautio 44
Cranii contuſio quid 9.6.cauſa & curatio ib.
Cranii oſſa quatuordecim 5.41
Crania nonnulla ſuturis carent 4.3
Cranium cur ex pluribus oſſibus coagmentatum 4.3
Crania duriora & denſiora meridiem incolentib. 4.4
Cremaſteres muſculi 1.28
in Cranii fracturis cur faſcia locum habere nequeat. 9.17
Cranii effractura quid.eius cauſæ & curatio ibid.
Cranii fracti cura particularis 9.16
Cranii fracti vide Fracti
Cranii contuſio qualiter curanda 9.5. depreſſi curatio varia ib.
Cranii fracturarum quæ prognoſis 9.10
Cranii fracti ſigna 654
Cridones 7.21
Criſis in peſte non expectanda 21.36
Crocodylus ſolus maxillam ſuperiorem mouet 24.21
Crocodylus ouorum poſitione incrementi Nili terminum monſtrat l.1.c.2
Crocodilum cicurari l.1.c.45
Crudelitas ſua cuiq; ſeptentrionali & meridionali introductio ca.7
Cruralis vena, vide vena
Crure fracto faciendo 14.25
Crure luxato cur ſequatur atrophia 15.40
Crure fractus quot dierum ſpatio callus concreſcat. 14.28
Cruris fractura, vide crura.de cruris totius vulnerati ſitu 9.39
Cruris acceptio multiplex 5.30
in Cruris fracti collocatione debita quantum momentum 14.25
Cruris totius oſſa 5.41
in Crurum amputatorum locum qua arte alia ſubſtituere liceat 22.12
Crus in genere quid? quot ac quæ eius partes 5.30. ſpecialiter ſumptum quid 5.30
Cryſtallinus humor 5.6
Coryla 5.42
Cotyle 5.34
Cotyledones vteri quid 2.34
Cotyledones quid 23.6
Cotyledones 2.35
Cubiti luxatio, quatuor modis fit 15.31. quæ in exteriorē partem fit, qualiter reſtituatur, ſigna, curatio, cautio ib.
Cubiti ad interiora luxatio qualiter curanda 15.33
Cubitus cur ancyloſi maxime ſit obnoxius 15.33

Cubitus quid ſignificet.c.26.eius oſſa duo ib.duæ ephyphiſes ib.figura oſſis cubiti ib.eius muſculi ib.
De cubiti ſtyli formis proceſſus luxatione.15.34.differentiæ,cauſæ,curatio.
Cucurbitulæ quo loco vtiliter in pleuritide ſpuria apponantur. 3.15
Cucurbitularũ vſus 16.61.earum viratia corniesla. ib.
Cucurbiculi qua vi & quibus viis è mammillis lac reuellant inguinibus ſuper vmbilicum affixi. 23.28
Cuniculi nos docuerunt ſuffodiendi ſolertiam l.1. c.18.
Cuniculi ſeu ſuffoſſiones.10.præfat.
Cutis ex ſeſe ſenſu caret. l.2.c.4.
Cutis capillaræ contuſæ curatio. 9.15
Cutis epigaſtrii vide epigaſtrii.
Cutis capitis,vide capitis.
Curationes arte magna perfici.introd. c.24
Cuticula cur in cicatricibus reparari nequeat, l.2.c.3
Cuticula an ſit vera pars cutis.l.2.c.4.cur eam decuit ſenſus eſſe expertem. ibid.
Cutis cur hyeme ſit aſperior & nigrior.
Membrana quid. l.2.c.3.
Membrana cur aliquando tunica,aliquando panniculus carnoſus aut adipoſus dicatur. l.2.c.5
Cur brutis totus carnoſus ſeu muſculoſus obtigerit ei ſubſtantia, quantitas, figura, numerus,temperies, vſus.
Cyphoſis quid. 15.17
Cyſtricæ gemellæ, l.2.c.21

D.

DAemon prodit ſe ſermone Græco. 24.17
Dæmones ſuccenſent & terrentur diuinorum poteſtate. 24.17
Dæmones quid ſint.24.13.eorum poteſtas in genus humanum.24.13.differentiæ ibid.eorum fraudes vel ludibria.ib.numina.ib.metallici, quarum rerum ſatagunt.24.14. quibus modis nos fallant dæmones.24.14.ſpiritus eſſe & ab æterno genitos. 24.15
Dæmones ſubterranei & lapidicinas incolentes, 24.13.
Dæmones cur nobis abutantur, ſcelera noſtra in cauſa eſſe. 24.16
Dæmones duobus modis ſanitatem noſtram labefactant. 24.17
A Dæmone ſanitatem accipere non eſſe bonum. 24.17
Dæmonis ſanatio captioſa eſt, & ſanitatis tantum ſpeciem,non reuera ſanitatem habet. 24.17
Dæmonum præſtigia. 24.16
Damna immodicarum vigiliarum introductio. c.16
Damna ab ocio quæ,introductio, c.15
Decoctum Quaiacii vide Quaiacum.
Decoctum eluendæ putredini aptum, vulneribus magnis curatis exiguum foramen ſuperſtes. 9.25
Definitio quid à deſcriptione differat,l.2.præf.
Defoſſio in fimo equino à conuulſione corpus liberat. 11.25.
Deligandi femur chirurgorum modus hodiernus.14.20.
Deiectionũ fœtentium & variarum in peſte quæ cauſa 21.39
Deligandi initium ab vlcere ducendum. 12.12
Deligandi hodierna ratio. 13.3
In Deligando vulnerata parte prætermiſſa quæ ſymptomata ſequantur. 14.24. & quando in deligando vulneratus locus prætermittendus. 14.24
Deligandi ratio in luxatis. 13.3
Deligandum cur in fracto loco arctius. 13.5
Deligatioẽ cur tertio quoq; die ſolui iuſſerit.Hipp.13.3.
Deligatio in fractura cum vulnere. 13.4
Deligatio elatrata fugienda. 14.24
Deligatio vulnere cum fractura coniuncto ſupra vulnus arctior eſſe debet.
De deligationibus communia quædam fracturis & luxationibus præcepta. 13.5
Deligationis vicariæ obuolutio. 14.24
Deligationis reſtituto articulo ratio 15.6
Deligationi in fractis luxatisque membris ſoluendæ tempus idoneum. 14.4
Deligaturæ arctioris & laxioris ſigna. 153
Deligationes quos vſus præſtent. 13.6
Deligaturæ initium ſumendum à ſinus fundo .13.2
Deligata parte æqualis tractus & velut planities adſtringenda eſt. 13.5
Delirium ſymptomaticum quid. 8.15. quas cauſas habeat.ib. curatio. ibid.
Deliteſcentiæ apoſtematum ſigna. 6.3
Deltoides. 5.25
Dentes duo & triginta. 3.41
Dentium dimotorum remedium. 14.7
Ad dentium dolores anodynum. 9.38
Dentium dolores ſedantur collutione frigida & repellente trochiſcis ad calidam fluxionem, vergeticis,venæ ſectionem,oris collutionem ad fluxionem frigidam, ſuffumigiis calidis, veſicatoriis,cauſticis. 16.25.
Dentium vacillantium cauſæ & curatio. 16.26. exeſorum cauſa,curatio,ibid.verminoſorum cauſæ, curatio 16.26
Dentes qualiter ferro auellantur 16.27
Dente exempto quid agendum. 16.27
Dentium rubigo qualiter arcenda. 16.28. cauſæ, curatio. ibid.
Dentes nigri qualiter dealbandi. 16.28
Dentifricia ex quibus parentur. 16.28
Dentium dolor ſæuiſſimus,16.25.cauſæ,ſigna, curatio. ib.
Dentes eſſe oſſa. 5.2
Cur ſuperioribus molaribus plures radices. 5.2
Dentium dolor cur ſit pulſans.
Dentes in alueolis per gomphoſin. 5.2
Dentes in quem vſum ſentiant. 5.2
Dentium ſtuporis cauſa 16..6
Dentis ferro eximendi ratio. 16.27
Ad dentium dolorem ſedandum quam habeat vim gingiuarum ſcalptus. 23.65
Dentes inciſorii,canini,molares. 5.2
Dentium vſus. 5.2
Dentis cum ſua gena vnio notanda. 5.2
Dentes quid à reliquis oſſibus differant. 5.2
Dentes anteriores dearticulandæ voci vtiles. 3.2
Dentes quare ſentiant. 5.2
Dentes renati anno octogeſimo. 24.19
Dentes qualiter in lapſorum locum ſubſtituendi. 22.3
Dentifricium quid? 25.38.differentiæ,materia. ibid.
Dentifricii vſus. 25.38.
Dentiſcalpium humidum, 25.38.
Dentitionis tempus.23.67.cauſæ, ſigna, curatio doloris. 23.67
Depilatoria.25.47.eius perfecte cocti ſignum. ib.
Depilatorium.24.22.pag. 590.
Deſtillandarum aquarum ars. 26.7
Deſtillanda pluries calida materialia. 26.4
in Deſtillando quæ conſideranda veniant. 26.4
Deſtillata in balneo Mariæ, cur vires eorum, & quibus

bus eliciuntur, magis exprimant. 26.4
Deſtillatio quid, & quot ſint eius modi. 26.1
in Deſtillatione omni quæ & quot obſeruanda. 26.4
Deſtillationi ſubiicienda materialia quomodo præparanda. 26.6 non omnia maceranda.
Deſtillatio per filtrum ſeu peniculamentum. 26.10
Deſtillationi vaſa plumbea minus apta, ænea peſſima, vitrea optima. 26.3
Deſtillationem non omnem fieri calore. 26.1.
Detergens media. 10.6
Detergens 14.27
Detergentia. 11.25
Detergentia. 9.15
Detergentia ſine acrimonia. 11.9. in vſu detergentium curatio notanda. ib.
Detergentia quæ dicantur. 25.14. eorum differentiæ & vſus.
Diariæ febris quid, eius ſigna, curatio, vſus. 6.11. ſanguinis miſſio, clyſter. ibid.
Diarthroſis quid. 5.42
Diarthroſis ſpecies tres. 5.42
Digerens med. 9.15
Digerentia topica. 6.18
Digerentia quæ dicantur, vide Diaphoretica.
Digiti aut manus emortuæ aſſectio, qua arte corrigi poſſit. 22.10
Digiti ſuperflui & cohærentes. 16.30. differentia, curatio. ib.
Digitorum oſſa. c.27. quæ ſit eorum connexio inter ſe.
Digitorum pedis oſſa. 5.38.
Digitorum pedis luxatio. 15
Digitorum calli qui tollendi. 16.30
Digitorum luxatio. 15.38
Diplois ſitus & ſubſtantia. 4.4
Diplomatum & faſciarum ratio. 10.6
Diſtracta adducendi in vnum exempla. introd. c.2.
Diuiſio artificioſa quid. l.2. præf.
Diuinatum patens ſolertia. l.1. c.8.
Diuterica. 16.55
Diuretica quibus noceant. 21.37
Diureticum apozema. 16.57. iuſculum, ib. puluis. ib. lixiuium.
Diureticorum vſus cur à balneo vtilior ſit. 16.55
Dolor quid. 25.19. quæ & quot ad eum neceſſaria. 25.19.
Dolor à tumore vlceri coniuncto qui ſedandus. 12.3.
Dolorem ab ambuſtione ſedat ignis. 11.9
Dolores qualiter verbis leniantur. 8.15
Doloris in phlegmone pulſantis cauſa. 6.7
Dolorum nocturnorum in lue venerea cauſæ. 18.4
Dormientibus cur extrema frigeant. 14.26
à Dorycinii veneno quæ ſymptomata. 20.35
Dotes hominum qui media tenent introd. c.7
Drachma quid. 25.21
Draco marinus, 20.31. ab eo icti quæ patiantur, remedia ab ictis ab eo.
Draconum contra elephantes pugnantium aſtus. l. 1. c. 36.
Dracunculi quid & qualiter curandi. 7.21
Dracunculi cui regioni ſint familiares. 7.21
Dracunculi cur ita dicti. 7. 21. vnde dolor in iis, ſymptomata quæ eos comitantur, eorum curatio. ibid.
Diabolicæ fraudis ludibria. 24.13
Diæta quid. introd. c.11
Diæta mediocris commoda introd. c.11.
Diapete quid. 16.56. eius cauſæ, ſigna, 16.56. diapeticorum vrina cur aquoſa. 16.56
Diapetici qualiter curandi. 16.56
Diaphoretica quæ dicantur. 25.11. ſimplicia, compoſita ibid. vſus ibid.
Diaphoretica calli generationem impedire vt & vnctuoſa 14.29.
Diaphragma quid 3.8. eius connexio, quantitas, actio, cur phrenes dictum 3.8
Diaphragmatis vulnerati ſigna. 9.30
Diaphragmatis læſi ſigna. p.654.
Diarrhœa quid. 21.39

E

Ecchymoſis quid. 9.5
Ecchymoſeon cauſæ. 11.8
Echo vt fiat. 5.10
Eclegmata qualiter deglutienda. 9.32
Ecthymata vide Morbilli & varioliæ.
Ecthymata quid. 19. 1. quæ cauſæ, ſigna, prognoſtica. ibid.
Ectropion quid. 16.6
Ecthymata quã grauium & pernitialium ſymptomatum conſecutionem inferant. 19.2
Ecthymata qualiter curentur. 19.2
Effluxio quid. 25.30. ab ea peius habere mulieres quam à partu. 23.30
Eiaculantia vaſa, vide vaſa 2.19. eorum actio. ib.
Elementum quid introductio. 24
Elementa ratione non ſenſu intelligi introductio. c. 4 cur qualitatum nominibus expreſſa, ibidem. iis ſummas qualitates ſingulis ineſſe duas. introductio. ibidem.
Elementa in compoſitis mixta quomodo intelligantur introductio. c.4
Elementa quæ leuia quæ grauia, introductio. c.4
Elementa generationis quæ ſint, introductio. c 4. corporum miſtorum quæ introductio. c.4.
Elementis & non elementis nos nutriri, introductio. c.6.
Elementorum tranſmutationis in ſe inuicem cauſſa. ... 2
Elephantis religio. l.1. c.18
Elephantes quo ſe præſidio contra veſpas tueantur. 24. 22. qui en vehuntur, conturbati vt q naue in mari. ib.
Elephantes naſcituri quandiu ferant in vtero fœtum. 24. 22. eos linguæ indigenæ intelligentiam habere 24.22. eorum cornua alexiteriam vim habere. 24.13
Elephantes Indicos aphricanis eſſe maiores. 24. 22. eorum crura pluribus oſſibus eſſe articulata. 24. 22
Elephãtes religione teneri quo ſenſu dicamus. l.1 c.45
Elephantici probandi quæ nota. 19.7. cur ad venerẽ cæteris magis appetant, ibid. cur iis facies velut vnctuoſa ſplendeat. 19.7
Elephantiæ vniuoca & æquiuoca ſigna 19.7
Elephantiæ ſigna prænuncia, præſentis & confirmatæ. 19.7
Elephantia cur inſanabilis. 19.8
Elephantiæ curatio. 19.8. diæta ibidem.
Elephantiam eminentem pellit caſtratio.
Elephantia cur ſit lethalis. 19.6
Elephantiæ differentiæ. 19.7
Elephantiaci à prima conformatione qui ſint. 19.6
Elephanticos cur calidiores & frigidiores regiones faciant. 19.6
Elephantiaci cur velut alati. 19.7
Elephanticorum medicina magnarum teſtudinũ ſanguis. 24.18

Ele-

Elephantiaſis cur ſic dicta 19.6. in ea occultum quoddam virus. ibid. eius cauſa primitiua ib. elephantiæ cauſa antecedens & coniuncta.

Elephantia cur morbus leoninus dicta. 19.7. elephantia cur defluuio capillorum prodatur. 19.7

Ad Elephantinas puſtulas remedium. 20.28

Elixa magis humectate. 9.32

Embamoatum ars. 6.58.

Embrochæ quid, 25.30. cur maxime adhibeatur ſuturæ coronali. 25.30. materia & vſus. ibid.

Emulgentes venæ in calloſo notatæ ſeptem. l.2.c.25

Emplaſtrum quid. 25.27. differentiæ ib. eorum componendorum vera methodus. 25.27. ingredientia quo ordine coquenda. ib.

Emplaſtri de vigo efficacia. 6.25

Emplaſtri diachalciteos vis. 9.29

Emplaſtri nigri deſcriptio. 14.27

Emplaſtri perfecti cocti ſigna. 25.27

Emplaſtri diachalciteos varia præparatio. 14.27

Emplaſtrum de vigo. 10.12

Emplaſtrum Theodorici ad cancrum. 6.30

Emplaſtrum de vigo cum Mercurio. 25.27

Emplaſtrum digerens. 11.5

Emplaſtrum de gratia Dei, de ianua ſeu Betonica, oxycrdceum de ceruſa, tripharmacum ſeu nigrum, de palma ſeu diachalcireos, contra rupturam, de mucaginibus, de minio, dyagilum magnum, 25.17. eorum vſus ibid.

Emplaſtrum deſquammatorium. 18.16

Emplaſtra qui fiant ex vnguentis. 25.27

Emplaſtra adſtringentia. 16.12

Enarthroſis quid. 5.42

Enſis mucro degluritus & ano redditus. 24.19

Enterocele vide Hirnia.

Ephemera quæ inferant ſymptomata. 20.35

Epideſmi. 13.3

Epididymum ſeu dartos. 2.28

Epigaſtri muſculi octo l. 2.11. oblique deſcendentes ib. eorum ſubſtantia, magnitudo, figura, compoſitio numerus, ſitus, connexio, temperies, actio ib. que aſcendentes ib. eorum ſitus, connexio, actio, ibid. recti muſculi eorumq; ſitus, ortus, compoſitio, actio, vſus, ib. tranſuerſi muſculi, eorumq; figura ſitus, actio, ib. octo epigaſtri muſculorum communis vſ⁹ & actio.

Epigaſtri obliquus muſculus aſcendens. 5.18

Epigaſtri vulnerum differentia. 9.32

Epigaſtri cutis duplex. l.2.c.3. à qb. partibus cutis ſit inſeparabilis, ibid. cuticulæ materia, quantitas, compoſitio, connexio, numerus, temperies, vſus, ibid. ſubſtantia.

Epigaſtrii in genere dicti partes continentes. l.2.c.2.

Epigaſtricorum & mamillarium tum venarum tum arteriarum concurſus. l.2.c.11

Epiglotris. 5.15. eius muſculi ib.

Epiphyſes quot modis differant. 3.12

Epiplocele vide Hernia.

Epiploon vnde dictum l.2.c.13

Epithema quid. 25.31. eius materia & vſus ibid. cardiacum ibid.

Epithema cardiacum. 10.11

Epithemata purgantia. 25.19

Epithematum cardiacorum formulæ. 21.23

Epipomis 5.25

Epipulis quid? 7.4. ſymptomata, curatio, & cur non differenda reuulſio. ibid.

Epulotica quæ, eorum differentiæ, vſus. 25.15

Epuloticorum duo genera. 25.35

Equus camelum horret. l.1.c.42

Erinacii in nutrienda prole ſtudium. l.1.c.9

Errhinum quid. 25.35. differentia, deſcriptio, vſus. ib.

Errhinum trahens pituitam, cum puluiſculis ſternutatorium. ib. ſolidorum errhinorum materia ib. vtendi modus. ib quibus noceant. ibid.

Eryſipelas cur faciem præſertim occupet. 9.10. eius in facie orti curatio ib. in eriſypelide faciei, cur oleoſa vitanda 9.10

Eryſipelas quid. 6.12. eius duo genera. ib. ſigna ib. quæ partes maxime obnoxiæ. ib. in eo curando quatuor agenda. 6.13. in quonam ſanguinem mittere magis minusve neceſſarium ſit, eorum initiis quæ topica ſint adhibenda 6.13. quæ cautio in ergoticis. ib. reſoluentia & roborantia quæ.

Erucarum morſus qualis. 20.26

Eryſimi efficacia. 6.30

Erythrois. 2.c.28

Eſchara qui putredinem inuehat. 10.5

Eſcharæ lapſum accelerandum linimenta. 21.31

Ad Eſcharam ambuſtorum remedia. 11.9

Ad quam Eſcharam neceſſarius ſcarificatus. 11.9

Eſcheptica quæ. 25.18 & vſus ibid.

Eſcharotica cur in vulneribus ſclopo inflictis fugienda. 10.5

Eſchetotica cur ſerpentibus vlceribus apprimenda. 9.38.

Eunuchi qua arte iuuandi, vt vrinam reddant. 22.9

Euphorbium qui naturam noſtram corrumpat. 20.2

Examina togatorum & cauſidicorum ex Italus & Gallia introductio. c.7

Exanthemata cui non ſint pruriginoſa. 19.2.

Exanthemata vide variolæ & morbilli

Exanthematum quæ cauſæ. 19.2

Exanthematum peſtilentium differentiæ, eorumque varia nomina, 21.28. ſi euaneſcant letifera ſunt ibid. cur nonnunquam poſt mortem erumpant, quomodo curentur, prouocentur earumq; reliquiæ deturbentur. 21.29.

Excrementum quid. 23.12. primæ concoctiones quæ ib. ſecunda triplex ib. tertia triplex ibid.

Exercitiis opus introductio. c.8

Exercitiorum vſus introductio. c.15. Tempus opportunum exercitio, ib. Exercitii modus, ibid.

Qualitas Exercitii, ib. vehementia exercitia quibus vtilia. ibid.

Exoſtoſis in lue venerea 18.23. ad eã emplaſtrum. ib.

Experientia chirurgo magis neceſſaria, quam ars. introd. c.2.

Experientiam ſine ratione cæcum ducem eſſe. introd. c.22

Exſpuitionis in morborum curatione vires, 21.37

Extenſione violentiore quæ corpora citius lædantur. 14.4.

Extremum extremo morbo remedium. 76

F.

FAcies cur ſanitatis ac morbi proditor. 19.7

Faciei fuci qualiter decorentur. 25.48

Faciei vitia qualiter reparentur ac celentur. 22.47

Faciei dotes 5. præfat.

Faciei odor gratus ex aqua lauendulæ, caryophyllorũ, ex variorum farragine. 25.47

Faciei humanæ oſſa quindecim. 5.41

Faciei rubores extinguit acetum cum furfure. 25.45. ad ſaphi-

ſaphiros & puſticas deſiccandas.ib. ad herpetem. ib.
ad erugandam cutem ib.
Faciei abluendæ prodeſt aqua; lac virginale; liquores compoſiti, liquos vini veſicalis contentus, medulla oſſium veruecinorum extracta. 25. 44. ſal ceruſæ. ib.
ad faciei rubores litus. ibid.
Facultas quid. introductio. cap. 8. facultates tres; introductio. cap. 8. animalis introductio. ca. 8
vitalis introductio cap 8
Facultas naturalis triplex. introductio. ca. 8
Facultates quatuor aliis alenti inſeruire. introductio. cap. 8.
Facultates animales cerebri ſint ne ſedibus diſcretæ. 4. 7
Falconis & ardeæ pugna. li. cap. 55
Farinæ, quæ in pulticulã puerilem paratur ante coqui debe. 23. 23
Farina quæ pueris in pulticulam ſumitus qualiter paranda. 19. 5
Farinæ in pulticulam coquendæ ratio. 23. 23
Faſcia cur in eratu fracturis locũ habere nequeat 9. 17
Faſcia tertia cur in contrarium priorum obuoluatur. 14. 20.
Faſcia cum duplomatis. 10. 12
Faſciæ & plagulæ ne ſiccitate indurentur prouidẽdum. 14. 25
Faſciæ commodæ conditiones. 13. 1
Faſciæ glomeratæ, ſciſſæ, aſſutæ. 13. 1
Faſciarum partes quæ dicantur. 13. 1
Faſciarum aptandarum indicationes & præcepta generalia, faſciæ non modo recte obuolui debent, ſed & eleganter. 13. 2
in Faſciis conſtringendis qui modus. 13. 3
Faſciarum materia 8. 5
Faſciarum in fracturis neceſſariarum tria genera. 13. 5
Faſciarum circumuolutiones ſupernæ cur inferioribus arctiores denſioreſque eſſe debeant. 14. 20
Faſciarum particularis vtilitas in artuum amputatione. 13 6
Fauces quid. 5. 14
Febris hecticæ cauſæ, differentiæ, cauſa, ſigna, curatio. 9. 33
Febris fracturæ ſuperuenientis cauſſæ 24. 25
Febris ab eryſipelate indicia. 9. 10
Febris aliquando ſymptoma, aliquando morbus. 19. 5
Febrim ſuperuenientem 16. 150
Felis ingeſtum pilum maxime ſuffocare. 20. 34
Felis auram pulmoni eſſe veneficam. 20. 34
Felis & hominis mira antipathia. 20. 34. alexiterium ad felis cerebrum. 20. 34
Feles infantibus præſertim eſſe noxius 20. 34
Feles cur potiſſimom nec andi tempeſtate peſtifera. 21. 10
Ferramenti ignitis ad extremum os appreſſio iucunda. 21. 23
Ferramenta ignita reiicienda 11. 24
Ferri ab igne candentis vis. 16. 15
Ferri ſcorea 12. 16
Femur quid 5. 30
Femur quot ligamentis dearticuletur Iſchio. 5 34
Femur qui muſculi moueant. 5. 35. ſuntque duo flexores e tres tenſuses, tres intromouentes, qui clunes agitent. 5. 34
Femur retrorſum luxatum, cur reſtitutum facile labatur. 15. 47
Femur cur in ſonum calculo ſtupeat. 16. 35
Femur intra quod tempus callo firmetur 14. 21
Femur luxatum cur difficulter reſtituatur, vel reſtitutũ relabatur. 15. 40
Femoris epiphyſes duæ. 5. 34. apophyſes duæ faciunt duos trochanteres. ibid.
Femoris interna vulnera cur lethalia. 9. 35
Femoris fractura articulo oſſis capiti ſuperiori vel inferiori propinqua. 14. 21
Femoris ad interiora luxati ſigna. 15. 39
Femoris retrorſum luxati ſigna, & curatio generalis 15. 45
Femoris extrorſum luxati curatio. 15. 45
Femoris retrorſum luxati repoſitio. 15. 47
Fœmoris curuitas natiua & interna, inter reſtituendã fracturam conſeruanda. 14. 20
Fæmoris fractura luxationem metuens. 14. 21
Fæmoris fracti fragmenta compoſita facile excidunt. 14. 21
Femoris extrorſum atque introrſum luxati ſigna. 15. 41
Femoris luxatio interna. 15. 41
Femoris introrſum luxati ſigna. repoſitio. 15. 44
Femoris antrorſum luxati repoſitio. 15. 46
Femoris luxatio. 15. 39
Femoris fracti fragmenta cur componantur difficilius. 14. 20
Femoris articulo non elocato in arthritide cur claudicas aliquando contingat. 17. 8
Femore fracto quando reſoluenda prima deligatio. 14. 20
Femori à cauſa interna ſub luxationẽ contingere poſſe. 15. 39
Ferrum hamulatum, dorſo intruſum & per anum redditum. 24. 19
Ferri in vulnere latentis ſigna. 10. 18
Ferrum in vulnere non relinquendum 10. 27
Ferularum materia & vſus. 13. 7
Fibra & pinna quid. 5. 10
Fibræ neruales & ligamentales quid. l. 2. c. 10
Fibrarum rectitudo quantum valeat ad vacuationes 9. 24
Fibrarum munus. lib. 2. cap. 10
Fibulæ à tibia diſtractæ qualiter curandæ. 5. 51
in Fibularum defectu quid agendum 16 46
Figura media quæ, & cur optima. 14. 4
Fili linguæ exciſio. 16. 29
Fiſſurarum laryngis vſus. 5. 15
Fiſtula lachrymalis. 55
Fiſtula quid. 12. 22. earum differentia, ſigna. ibidem. veteres fiſtulæ ſi occludantur, mortiferæ. 12. 21. qualiter curentur ibidem. qua arte earum ſinus exituſque explorare liceat. 12. 22. ad oſſis carioſi fiſtulas remedia 12. 22. quarum tentanda curatio, quarum non 12. 22. fiſtularum cura palliatiua. 12. 22
Fiſtularum ani cauſæ, ſigna. 12. 23. ſymptomata ibid. ſinuoſa ſigna ibidem. conſtringendæ & colandæ ars. 12. 23. quam recidiuam faciat fiſtula. 12. 23
Flare & ſorbere cur ſimul nequeamus. 5. 18
ad Flatus quibus tumet mortuus fœtus, minuendos. 23. 26
Flatuum articulis concluſorum curatio difficilis. 17. 21
Flatus in quibus locis colliganrur. 6. 17. quibus diſtent flatuoſi tumores à vero ædemate, ib. quam cauſam & quæ ſigna habeant ibi. qua diæta vtendum, qua-

liter viſcera toboranda, & vacuanda, quæ digerentia ac roborantia adhibenda. 6.18
Floreavires ac eſſentia qualiter eliciendæ. 26.15
Fluxus muliebris, vide Fluxus.
Fluor albus vide muliebris fluxus.
Fœmina quid. 23.5
Fœminarum natura quæ. introductio. c.11.
Fœminas eſſe eunuchos, introductio. c.11.
Fœminarum in mares mutatio ratione aſtruitur. 24.5.
Fœtentia omnia cor, ſpiritus, facultateſq; omnes diſſoluere. 21.8
Fœtor putredinis accidens inſeparabile. 7.21
Fœtus cur nonnunquam auum referat. 23.2.
Fœtus prodeuntes ano imperfecto. 23.13
Fœtus, matre mortuus, qua arte excidendus. 23.3.
Fœtus mortuus ſit, necne qui ſcire liceat. 23.31.
Fœtus in vtero collocatio varia. 13.14.
Fœtus tum viuus tum mortuus, qualiter ab vtero arte chirurgica extrahendus.
Fœtus mortuus qualiter in vtero obuertendus & deligandus. 23.26
Fœtus caput quod ſolum in vtero reſtat, qualiter extrahendum. 23.26
Fœtus quomodo ſpiret. 23.8
Fœtus iamiam prodituri indicium. 23.12
Fœtus qui in hominū genera decem & vndecim menſibus geſtentur. 23.30
Fœtum quibus artibus in vtero matre mortua iuuare liceat. 20.31
Fœtus cur patri magis ſimiles ſint. 23.2
Fœtus in vtero mortui ſignum. 23.25. mortuus cur matri ponderoſior. ibid.
Fœta, mortuo fœtu, cur aluo ſit tumidiore. 23.25
Fœtæ deiectarum virium ſigna. 13.25
Fœta cui fœtus mortuus eſt extrahendus, quo ſitu collocanda, 13.16. qualiter deliganda. ibid.
Fœtus mortuus cur in manus non extrahendus. 23.26.
Fœtum umbilico, non ore cibum ſumere. 23.8
Fœtum continens emplaſtrum. 23.30
Fœtum nutrire matres debent. 23.20
Fœtus mortui caput cur ſolum difficilius ex vtero reuellatur. 23.26
ad Fœtus qui extrahitur ſtrangulatum cauendum, cautio. 13.26
Fœtui per os quæ exhibenda, antequam pupilla admoueatur. 23.19
Fœtui quod fructus à matre imprimantur, aut alia quęuis, quæ cauſa. 19
Fœtu edito quid ſtatim agendum. 23.17
Fœtuum ab vtero miræ excretiones. 24.19
Fomenta plethoricis nocere. 14.30
Foramina externæ & internæ baſis cranii. 4.10.& 11.
Formarum conſenſus ad mixtionem neceſſarius. 10.14.
Formæ humanæ varia nomina & nominum rationes. 23.13
Fornacum deſtillatoriarum materia ac forma melior ac optima quæ. 26.2
Fortuna quid poſſit, in inuentione remediorum. 10. apologiſmo primo.
Fotus quid. 25.29. materia, vſus. ibid.
Fotus ad conuulſionem. 11.25
Fotus diſcutiens & in cutam euocans. 11.5.
Fotus affectæ partis quorſum facti. 30.12
Fotus diſcutiens. 9.15
Fotus Galeni. 6.18
Fotus breuioris & nimii notæ. 14.30
à Fouendo & fricando quando deſiſtendum. 14.19.
Fracti capitis differentiæ. 9.1.
Fracti cranii ſpecies ac differentiæ. 9.1. cauſæ externæ, ac ſigna rationalia. 9.2. ſenſibilia fracti cranii ante diuiſam cutē ſigna. 9. 3. quale ſpecillū ad os explorandū adhibendum. 9.3. quo caſu cutis capillata incidenda. 9.4. ratio diuellendæ cutis capillatæ à fracto cranio. 9.4. deligandi vaſis in hemorrhogiæ obturatio. 9.4. ars præuidendæ fracturæ cranii, cum ſe primo obtutu non offert, ibid. indicium laminæ vtriuſque cranii percuſſæ. 9. 4. licet etiā poſt decimū diem terebrare. ibid. in ſimplici fiſſura ſufficere ſcalpris fiſſuram dilatare, nec eſſe neceſſe terebrare.
Fracti cranii & ſymptomatum cura vniuerſalis. 9.14.
Fracti oſſis fragmentis compoſitis quiete opus eſſe ad calli concretionem. 14.20
Fracti oſſis indicium. 14. 2. fracto oſſe quæ prædicenda. 14.3
Fracto crure qui & qualia vlcera coccygi & calci ſuperueniant. 14.17. remedia ad præmunitionē prædictorum vlcarum. 14.27
Fractura naſi. 14.6
in Fracto membro collocando chirurgi tres ſcopi. 14.25.
Fractorum luxatorumque oſſium generalis curatio. 14.4.
Fractorum oſſium fomenta. 14.30
Fractura quid & eius differantiæ. 14.5
Fractura omnium pesſima. 14.3
Fractura maxillæ vide maxilla.
Fractura iuguli. 14. 8. reſtituendi ratio & curatio, ibid. deligationis in eo fracto ratio.
Fractura omoplatæ vide omoplata.
Fractura patellæ genu. 14. 22. differentiæ, ſigna, curatio. ibid. à fractura patellæ ſanata ægri cur claudicent 14.12.
à Fractura ſtatim extenſio facienda. 14.3
Fractura oſſis iuxta dearticulationem cur periculoſior. 14.21
Fractura ad articulos pernicioſa. 14.3
Fractura oſſis ſacri quæ ſanabilis & quæ lethalis. 14.14.
Fractura coccygis & curatio. 14.15
Fracturæ coxendicis ſigna & curatio. 14.16
Fractura fœmoris. 14.20
Fractura in dearticulatione humeri, & ſcapulæ ceruici cur ſit lethalis. 14.9
Fractura ſterni, vide ſterni.
Fractura coſtarum, vide coſtarum.
Fractura cruris. 14.23.
Fractura oſſium pedis. 14.30.
Fractura manus. 14.19
in Fracturis quando à fouendo & fricando deſiſtendū. 14.29.
Fracturam ſimplicem ſola chirurgia tutatur.

Fracturæ vertebrarum dorſi, & apophyſeon in eis. 14.13 curatio. ib. apophyſis ſolius fractæ ſigna. ibidem.
Fracturarum & luxationum ſymptomata qua arte præcauenda. 14.4
Fracturarum cum vulnere coniunctarum deligationes. 13.4
Fracturarum cauſæ. 14.1. in fracturis quæ prædictio inſtituenda. ibid.
Fracturarum cranii prognoſis. 9.10
Fragor muralis cannæ & ictus ſimul ſuni tempore. 10. præfat.
Frangi os. vide os frangi.
Fraxini & ſerpentum mira antipathia. 21.19
Frictio dura introductio. c. 15. Mollis introductio. c. 15. medioctis. ibid.
Frictio triplex. introductio. c. 15
Frictiones mixtæ ſeu rotundæ quæ dicantur. 10. 12.
Frictionum vſus. 9.14.
Frigus lue venerea infectis inimiciſſimum. 18. 10.
Fructuum in corpore humano generatio vnde. 19. 5.
Fractura cubiti, ſeu vlnæ, & radii. 14.18. differentiæ, curatio. ibid.
Fructuum aromaticorum vires qualiter eliciendæ. 26. 15.
Fructuum in corpore humano generatio vnde. 19. 5.
Fuci faciei qualiter decorentur. 25.44
Fulmine exſtincti ſigna. 655
contra Fulmen præſidium. L.1.c.1
aduerſus Fulmina remedia 10. præfat.
Fulminis & ictus bombardarum ignivomarum ſimilitudo. 10.13
Fulmini cum ictu bombardico, quid ſimile, quid diſſimile. 10. apol. 2.
Fulminum fœdus odor. 10. apol. 2.
Fulminum quorundam diuina natura. 10. apol. 2.
Fungi naturæ lethales. 20. 35. qui innoxie comedi poſſint. ib. eorum bezahardica. ibid.
Fungi generatio. 9.19
Furoris vterini cauſæ. 23.44
Fungus in ano. 12.24

G.

GALLINÆ oua ponentes impoſitæ bubonib. peſtilentibus. 21.31
Gallinarum in tuendis pullis cura. L.1.c. 10.
Gallos eſſe aues regias & marcias. L.1.c. 17.
Gallorum & Iudæorum de defunctorum cadaueribus cura. 659
Ganglion quid. 6.20. quid à cæteris tumoribus differat, ib. eius cauſæ, ſigna, curatio, ib. quæ ligaturæ curãda. ib. quorum curationes periculoſæ. ib. aliquando medicis imponunt, quib. ſignis ea à cancro internoſcere liceat. ibid.
Ganglion ſpecialius dictũ quid. 6.22. quæ Ganglia ferro curare non liceat. ibid.
Gangrena quæ partes facile tendantur. 11.12
Gangrena partis Bubonis obſeſſæ. 21.31
Gangrena à frigore orta, quæ potiſſimum partes tentetur. 11.12
Gangrena inſanabilis. 11.12
Gangrenæ ſigna. 11.13. à frigore ortæ ſigna ib. à fluxione & materia. ibid.
Gangrena & necroſis. 11.10
Gangrena ne ſcrotum occupet remedia. 16. 44
Gangrena cur eſthiomenus dicatur. 11. 14
in Gangrena ſumma cautio adhibenda, nec differenda amputatio. 11.12. etiã manente in parte tenui aliquo motu aut ſenſu.
Gangrenæ frequentis in vulnerib. ſclopo inflictis, quæ cauſa. 10. apol. 2.
Gangrenæ cauſa. 11.5
Gangrenæ imminentis ſigna. 6.3
Gangrenæ ab inflammatione curatio. 11. 16.
Gangrenę curandę varię indicationes. 11.15. eius curandæ cura generalis. 11.15. particularis. 11. 16.
Gangrenæ cauſæ generales & particulares. 11. 11.
Gangrenam qui fluxiones accerſant. 11.11.
Gangrena ab influxu materiæ frigidæ. 11. 11.
Gangrenam frigus inuehit. 11.11. & 12.
Gangrenæ incipientis remedia. 10.12
ſuper Gangrenis quæ prognoſis inſtituenda. 11.14.
Gargareo quid. 5.14. vſus eius multiplex, ib. exeſi incõmoda. ib.
Gargareo quid, & quem vſum habeat. 7.7. tumentis gargareonis cauſæ, ſymptomata, curatio.
Gargariſma quid. 25.37. differentiæ, materia, deſcriptio, ibid.
Gargariſma multiplicis vſus. 9.19
Gargariſma adſtringens, & repellens. 25.37. anodynum & detergens. ib.
Gargariſmata repellentia, maturantia, detergentia. 7. 8.
Gargariſmata repellentia & refrenantia oris vlcera. 18. 15.
Gaſtrica. 2.c.21
Gaſtrepiplois maior. 2.c.21
Gaſtrepiplois. 2.c.21
Gaſtroraphia. 9.34
Gaudii ratio, introductio. c.17.
Gaudii effecta. ib.
Gena inferior, humore medulloſo differta. 5. 1.
Genæ infernæ duo nerui. 5. 1.
Genæ infernæ vtrinque apophyſis duplex. 5. 1.
Genæ infernæ luxatio. 5.1
ad Generationem quæ neceſſaria. 23.1
Generatio quid. introductio. cap. 9.
ad Generationem in coitu quæ obſeruanda. 25. 4.
Gener. vulnera qualiter curanda. 9. 25.
Genitalia cur ſeroſo humore proluta. 23.1
Genitalium vulnera attentum chirurgum efflagitant. 9.35.

Genitalium inanitionem quid facit. 18.17
Genitalium partium vſus & functio. l.2.præf.
Genitalium partium pudendorum particularis pleroręcauſæ. 18.17
Genu luxati introrſum & retrorſum curatio. 15.49
Genu antrorſum luxati curatio. 15.30
Genuum tumor qualiter curandus. 7.20.
Gibberoſitatis cauſa in puellis, & qualiter ea deformitas corrigenda. 22.7
Gibbi cur gutturoſi & ſtertentes. 15.18. cur minus prolifici.
Gibboſitatis repentina frequens cauſa. 25.24.
Ginglymos quid. 5.42
Gingiuarum ſcalptus quam habeat vim ad dentium dolorem ſedandum. 23.67
Gingiuarum hyperſarcoſis. vide Epulis.
Gladius deuoratus oborto ſub inguine abſceſſu erupit. 24.19
Glans plumbea per laryngem vſq; ad primam ceruicis vertebram intruſa, & hærens incolumi ægro. 24.19.
Glans medio ductu non perforata, qualiter curanda. 16.32.
Glans tormentaria quod veneno infici nequeat. 10. apol. 2
Glans ſclopeto in ventrem excluſa, & tandem per anū reddita, 24.19
Glandes ſclopo eliſas cauſtica vi vrere. 10.apol.1.
Glandes cur tot annos innoxiæ in corporibus maneant 10.10.
Glandes ano inditæ ore redditæ. 25.22.
Glandula quid. 6.19
Glandula quid, eius ſubſtantia, quantitas, figura, compoſitio, numerus, connexio, temperies, actio & vſus. l.2.17.
Glandula lachrymalis. 55.
Glandularum ad linguæ radices poſitarum vſus. 5.22.
Glandularum tumor vide Pariſinia. cauſæ tumorum. 7.5.
quæ Glandulæ neruum habeant, & quæ minime 3.3.
Glandulæ quæ ad maiorem oculi canthum eſt vſus. 16.15.
Glene quid. 5.42
Gloſſucomii generale nomen eſt. 13.8.
Gloſſocomii quod ambi dicitur, deſcriptio, 15.27.
Globum niſi puncto planum non tangere. 3.6.
Glutinans medic. 16.40
Gomphoſis quid. 5.42
Gunorrhæa virulenta affine malum fluori muliebri. 23.60.
Gonorrhæa quid. 18.16
Gonorrhæa quid à ſtranguria virulenta differat. 18.16.
Gonorrhæa qualiter curanda, 18.19
Glutinantia quæ. 25.17. eorum differentiæ, vſus.
Graculum graculo aſſidere. l.1.c.40
Graculus ſchænobates. 23.11
Graminis ramulus deglutitus & integer per intercoſtale ſpatium redditus. 24.19
Grando quid. 16.7
Graduum caloris exempla. 24.3
Grauida mulier cur venerem appetat. 23.3.
Grauedo anheloſa multis lethifera. 21.5.
Grauida inſtante partu qualiter collocanda. 25.16.
Grauidæ multæ cur laudabiles cibos auerſentur, illaudabiles vero expetant. 23.5
Grauidis non ſemper exacte claudi proprium vteri orificium. 2.34. vaſa. ibid.
Grumus ſanguinis vide ſanguinis.
Grues ſibi inuicem congruunt l.1. c. 24. excubitor grus. ibid.
Guaiacini ligni delectus 18.7. vires, partes, ibid. corticia igneæ vires. ibid.
Guaiaci decoctum qualiter præparandum. 18.8. eius ad aquam proportio. ibidem. calore ſicco fieri non debet. ibidem. an ei catharnca admiſcenda ibid. qua quantitate, & qualiter aſſumendum. ibid eo quam diu vtendum, eo hauſto qualiter ſudor ea tergendus eo vtentium victus ratio. quib. & quale vinum permittendum. 18.8
Guiaci decoctum paralyticis vtile. 8.13.
Guiaci decoctum purgans quibus proſit. 18.12.
Guaiaci decoctum cur lui venereæ expugnandæ non ſufficiat. 18.6
Gulæ vlcera, vide vlcera.
Gummi differentiæ. 26.14. cautiones in gummi deſtillandis obſeruandæ. 26.18.
Guſtus quid. introductio. c.8.
Guſtum eſſe indicem reliquos ſenſus indices naturæ medicamentorum. 25.7
Gutta roſacea quid. 25, 45. cur hyeme quam æſtate fœdior ſit. ib. quomodo curanda. ib.
Gutta Grampa. 17.24
à Gypſo ſymptomata. 20.37

H.

HÆmorrhous ſerpens. 20.17. vnde dictus. ibid. eius morſus ſymptomata & curatio. ibid.
Hæmorrhogiæ in peſte quibus artibus cohibeatur.
Hæmorrhogia ab exiguis vaſis negligenda. 11.22.
Hæmorrhogiæ in vulneribus liberalioris ſigna. 10.20.
Hæmorrhoidales venæ. l.2.c.20. internæ. ib.21
Hæmorrhoides ceruicis vteri. 23.61. earum differentiæ. ib. qualiter curentur.
Hæmorrhoides quibus prouocentur ac reparentur, 21.38.
Haris. 24 22.
Harmonia quid. 5.42
Hæmorrhoides quid. 12. 24. differentiæ ſymptomata, ibid. remedium ad immoderatius fluentes. 12, 23. ad ſuppreſſas. ibid.
Hectica ſymptomatica. 9.32. eſſentialis. ib.

Hecticæ cum putrida febre complicatæ ſignum. 9. 32.
Hecticorum alimenta, aſſumenda, cibi. 9. 32.
Hectici qualiter aſſis vti debeant. 9. 32.
Gulæ, faucibus & gutturi ſi inhæreant ariſtæ, aut ſimilia qualiter extrahendæ, 16.14
Hecticis cur à paſtu calor acrior. 9. 32. cur eorum calor reliquo tempore ſit obſcurus. ibid.
Hemicrania propriè quid, 16.4. eius cauſæ & differentiæ ibid.
Herbarum vires ac eſſentia qualiter aqua vitæ eliciẽdæ 26.13
Hernia incurabilis quæ. 7.14. monſtroſæ magnitudinis ſine periculo. ibid.
Herniis quibus pueri obnoxii.
Herniarum curatio chirurgica. 7.15. Herniarum ſanandarum alia ac noua ratio. Fæces qualiter remolliendæ.
Herniæ iliosæ chirurgica curatio.
Herpes quid, quas habeat ſpecies, miliaris quid exedens. 6. 14. eorum curandorum tres ſcopi. ibidem.
Herpetes virulentos aqua deſiccans. 18. 29.
Hepar cur parenchyma dicatur. 13. 9.
Hepatis vulnerati ſigna. 9 35
Hepatis læſi ſigna. 54.4
Henricus rex Gallorum cur ab ictu mortuus.
Hermaphroditus vnde dictus. 24. 3. generationis eius ratio. ib. eorum differentiæ. ibid.
Hermaphroditos eſſe qui vtroque ſexu valeant, mirũ. 14.4.
Hermaphroditum huius aut illius ſexus eſſe potentem aut vtriuſq; impotentem, quibus ſignis ſcire liceat, 14.4
Hernia humoralis. 7.17
Herniæ ſpecies tres. 7. 14. bubonocelæ, enderocelæ & epiplocelæ, vyſocelæ, ſarcocylæ, cyrſocilæ 7.14. earum cauſæ ſigna.
Herniæ curatio chirurgica per punctum aureum. 7.16. & id faciendi tres artes. ibidem.
Hirudines è longinquo trahere. 16. 161
Hirudines quæ ſint virulentiores. 10.29. qui præparandæ in vſum medicum. ibid. varia pro partium, quib. adhærent varietate remedia. ibid. earum corporum affixarum naturalis amicitia. 10.30
Hirudinum vſus. 16.62. vtendi modus ib. hirudo vt excidat.
Hiſpanos Iunonium incedere, introductio. cap. 7.
Homo Dei numiſma. l.1. c. 41. nomina rebus impoſuit. ibid.
Homo terum mundanarum rex. 25.1
Homo mundi rex & imperator l.1. c. 43. omnium mundanorum finis. ib. 44. aeri & aſtris minime obnoxius eſt. ibid. brutorum infinitas vocum varietates vnus effingit. ibid. non æmulus modo ſed interpres beluinarum vocum. ibid. c. 46. inexhauſtus diſcendi in eo amor. ibid.
Hominem viuere primum vita plantæ. 23.7
Homini non eſt indefinitum naſcendi tempus. 23.14
Hordeata quibus proſint & obſint in peſte, 11. 20.
Hordeolum palpebrarum quid. 16. 7. cauſæ, curatio, ibid.
Humidorum & ſiccorum materia. ibid. collyrium repellens, anodynum, detergens, ibid. 25. 34.
Hypodeſmides. 13.3
Humeri ſurſum luxati ſigna, curatio. 15.
Humeri extrorſum ſeu ad exteriora luxatio. 15.19. ſigna, curatio. ibid.
Humeri luxati differentiæ. 15. 21. deorſum luxati ſigna. curationum differentiæ. 15.22
Humeri luxatio. 15.21
Humeri luxati reponendi modi aliquot. 15. 22. 15. 23.15. 24.15.25.16.27.
Humerus luxatus reſtituitur ſola extenſione perfecta. 15.22
Humeri deſcriptio. 14. 17. fractura ibid. curatio ibidem.
Humero reſtituto quę brachii debet eſſe collocatio. 14. 17.
Humerus intra quod tempus callo confirmetur. 14. 17.
Hyſterica paſſio vide ſtrangulatus vteri. 25. 48.
Hypothenar. 5.19
Humerus antrorſum luxatus qualiter reſtituatur, ſigna curatio. ibid. 15.28
Humor melancholicus appetentiam non facit, ſed acuit introductio. c. 6. humor ſeroſus, introductio. c. 6.
Humor melancholicus corruptus triplex, introductio. c. 6.
Humor radicalis, introductio. c. 16.
Humores in ſanguine diſſimiles quatuor. introductio. cap. 6. ſanguinis & muſti comparatio, introductio. c. 6.
Humores ſecundarii introductio. cap. 6.
Humores contra naturam. introductio. cap. 6.
Humores qualiter ad peſtiferas impreſſiones admittẽdas præparentur. 21.4
Humorum notitia neceſſaria. introductio. cap. 6.
Humorum putredinem promouent animi pathemata 21.4
Humor qualis, talis color, introductio. cap. 6.
Humor quid. introductio. c. 6
Humorum diuiſio multiplex. introductio. cap.
Humoris melancholici redundantis cauſæ, ſigna, prognoſis, diæta. 6. 14
Humoris melancholici effectus, introductio. ca. 6.
Humorem melancholicum naturalem eſſe ad putredinem ineptiſſimum. 7.21
Hydrocephalus quid, eius cauſæ, ſigna, differentiæ. 7. 1.
Hydrops quid. 7.11. Differentiæ, ſymptomata, cauſæ. ib. cur in hydropem pleriq; morbi mutentur, hydrops qualiter curanda. 7.12
Hydrops à tumore meſenterii. 23.36

Hydrargyro vires eſſe expugnandæ lui venereæ pates. 18.6

Hydrargyri vis in explicando complicato inteſtino. 16.38.

Hydatis quid.16.8.curatio. ibid.

Hyems quomodo calorem natiuum augeat, introductio. c.5

Hydrocile quid.eius ſigna,curatio,7.17.medicamentū aquam concluſam exhauriens. ib.

Hydrophobis ſe in ſpeculo adhuc cognoſcentibus quæ curatio adhibenda. 20.13.

Hydrophobia ſitne inſanabilis. 20.23.

Hydroſachara. 21.21

Hymen nullum eſſe. 2.34

Hymen membrana an ſit.23.42.de ea obſtetricum nugæ. ibid.

Hymen membrana. 23.38

de Hymen membrana memorabilis hiſtoria 23.43.

ab Hyoſcyamo quæ ſymptomata. 20.33

ad Hyperſarcoſis oculorum conſumtionem citra morſum remedium. 9.24

Hypnoticus clyſter.21.26.frontalia hypnotica. ibidem.

Hypnotica. 21.26

Hypnotica. 9.14

Hypochondriorum regio quæ ſit. I.2.cap.1.

Hypochyma quid.16.19.differentiæ, cauſæ, ſigna. ibidem.

Hypopyon quid & quas cauſas habeat. 16.17.

Hyſtericæ pro mortuis elatæ. 24.19

Hyſtericæ ſuffocationis à ſemine corrupto ſigna.23.47 à ſuppreſſis menſibus ſigna. 23.47.

Hyſtericæ qui ſola tranſpiratione ſine reſpiratione viuant. 23.46

I.

ICteri curatio. 7.12

Iecur cur ſit meticuloſis amplius.

Iecur vide Hepar.

Ignis contra peſtem vires. 21.6

Ignis ſub aquis viuens. 24.23

Ignes ex aquarum abyſſis erumpentes. 24.23.

Ignium odoratorum materia. 21.19

Ignita ferramenta vtrum reiicienda. 21.24

Ileus epigenomenon herniæ ſymptoma.7.15.eius chirurgica curatio. ibid.

Ileus quid.16.58.eius cauſæ & cura ibidem.

Ilia lagones ceneones. I.2.c.1.

Ilium proprie ſeu ſtrictius ſumtum quid. 5.34.

in Ilium oſſe quid linea, labrum ſeu ſupercilium & coſta 5.34

Illitus ex vnguento roſaceo ad quid vtilis in fracturis. 14.25.

Imaginatio quid.introductio. c.9

Impreſſionis ac imaginationis maternæ quæ cauſa. 19.3.

Impoſtorum impudentiſſimum genus. introductio c.24.

Impoſtorum fraus auara. 9.20

Incerniculum. 2.c.26

Inciſio ad coſtam fractam. 14.21

Inciſiones quo conſilio factæ. 10.12

Indicantia intr. c.12

Indicatio ſumpta ab ætate cibandi,introductio. cap. 14.

Indicatio quid.introductio.cap.12.eius ſpecies. ibidem.

Indicationes à rebus naturalibus petitæ.introd.c.12.ab ætate ibid.à diæta ibid. à rebus contra naturam ibid. in morbis implicitis.ib.à ſimilitudine ib. vafri cōſilii indicatio. ibidem.

Indicationem quæ à morbo eſt, non ſemper ſequimur. introductio. c.12.

Infans cur in caput naſcatur. 2.13

Infans vide puer.

Infans qui in vtero latet, quib.ſignis cognoſcere liceat viuat ne an mortuus ſit. Viuum eſſe mortui compatiens. 13.25

Infans qualiter in cunis ad lucem obuerti debeat. 23.22.

Infantis ſuffocati ſigna.

Infantib. quantum noceat agitatio rapidior.23.23.quid clamor moderatus conferat immoderatus noceat. 23.23.

Infantes quando ablactandi. 23.24.cur non niſi prorupt is dentibus. ibid.qui ablactandi.ibid.qui validi & ſani. ibid.

Infantes eiulantes quot & quibus modis placentur. 23.23.

Infantes qui Sceuolæ euadant. 23.22

Infantes puerulíq; lue venerea infecti qualiter curandi. 18.29

Infantes peſte correpti qualiter curandi. 21.47.

Infantis in vtero ſitus. 23.14

Ingenia Narbonenſium.introductio. cap. 7.

Inſecta tota hyeme ſine tranſpiratione viuere. 23.46

Inſeſſus quid.25.41.materia, vſus, vtendi modus. ib.ad calculoſos renes. ib.

Inſtrumentorū ſanitas in debita cōformatione exiſtit. introductio. c.9

Intercoſtalis vena. 3.13

Inteſtina cur facilius remeant in ſuam ſedem, quam omentum.7.14. cur aliquando compelli nequeant in ſuum locum. ibid.

Interoſſium ſupernorum & infernorum deſcriptio. 5.40.

ad Inteſtina vlcerata clyſter. 21.40

Interſtitium in mediaſtino. 3.7

Inteſtini omentique reſtituendi in Hernia facilis ac tuta ratio. 7.16

Inteſtini vulnerati cura. 9.34. ad flatuoſum inteſtinorū tumorem curatio. 9.34

Inteſtini craſſi relaxationis quæ mulierib. accidit cauſæ, differentiæ, ſigna & curatio. 23.65.

Inteſtinalis. 2.c.21

in Inteſtino cōplicato explicandi vis hydrargyri quanta. 16.58

Inteſtinum duodenum,ieiunum,ileon,cœcum,colon, rectum. l.2.c.15
Inteſtinorum craſſorum& tenuium vlceratorum ſigna 21.39
Inteſtinorum craſſorum vulneratorum ſigna. 9. 33.
Inteſtinorum læſorum ſigna. p.654
Inteſtinorum ſubſtantia,figura,numerus,ſitus, connexio,actio, longitudo & figura. l. 2. capite 15.
Ira quid.introduct.
Iſchias omnium ſymptomata continet vehementiſſima. 17.22
ab Iſchiade claudicatio & emaciatio. 17. 8.
Iſchiadicum dolorem Galenus ex ſolo ſomnio curat introd. ca. 13.
in Iſchiade num repellentibus vtendum. 17. 14.
Inteſtinorum vlcera vide Vlcera.
Iſchion. 5.34
Iſchii cauitas ſeu cotyle.5.34. tuberculum. ibidem.
Cauſa tam late ſparſi doloris Iſchiadici ib. ab Iſchiade ſæpe elocatio femoris,
Iſchiadi quæ cura adhibenda 17. 23. in ea cur vena ſecanda ibidem. quando iſchiadica & ſaphena in Iſchiade ſecanda. 17. 23. proſunt in ea, ſigillum beatæ Mariæ, validæ purgationes, emplaſtra ex alto trahentia, veſicatoria, cauteria 17. 23. cauteriorum in iſchiade vſus 17.23
Iſchuriæ febris ſuperueniens remedio eſt. 16. 50
in Iſchuria haud ſtatim ad diuretica confugiendum.16. 48.
Iſchuria ab interna fœmoris luxatione. 15. 42
Iſchuriam cur vertebræ lumbaris ad interiora luxatio inferat. 16.50
ad Iſchuriam quam iam diuretica adhibēda,ad quam non 16.55
Iugulum quid 3.4
Iuguli fracti reſtitutio perfecta difficilis. 14. 8.
Iugulum intra quod tempus callo firmetur. 14. 8.
Iuguli fractura vide fractura.
Iuguli luxati differentia & ratio.15.11.cautio. ibidem.
Iugulati hominis ſigna p.654
Iugulares interna & externa. 3.13. interna quas obeat partes. ibidem. externa quas. ibidem. quo loco externa in partium oris inflammatione ſecetur commode. ib.

L.

LAborum ante paſtus vtilitas; introductio. capite 14.
Labra leporina quid ſint. 9.25
Labra ſectæ partis qui coniungenda. 11.21
Lapis tonitrualis 10.apol.2
Lapidum in corpore humano generatio. 19. 3.
Lac quid ſit. 23.21
Lac quid. 20.4
Lac nutricum, qui fiat medicamentoſum & purgans 20.4
Lac è mammis qua vi & qua via cucurbitulæ in inguinibus & ſupra vmbilicum affixæ reuellant. 23. 28.
Lac humanum aſinino ſalubrius. 9. 32. aſinino quibus abſtinendum. ibid.
Lac nutricis quale eſſe oporteat. 23. 21.
Lac in ventriculo pituitoſo facile corrumpitur. 23. 19.
Lac maternum fœtus familiariſſimum alimentum. 23. 10.
Lac à mammis qualiter deorſum per Lochi deturbetur. ibid.
Lactis virginalis deſcriptio. 26.9
Lactis laudabilis conſiſtentia.23.21.cur exquiſite album eſſe debeat. ib.
Lactis cauſſa efficiens 23.54
Laconicum balnei nomine cur donarint veteres. 25. 42.
Laconicorum differentiæ.25.43. qua parentur arte. ibidem.
Lagophthalmia quid. 9.23
Laminæ plumbeæ hydrargyro illitæ efficacia. 12. 7.
Lampetram viperam & ouiparam dici poſſe. l. 1. capite 12.
Laniata facilius coire reſciſſis. 16. 42.
Larynx quid. 5.15. magnitudo, figura, compoſitio. ibidem. trium cartilaginum eius deſcriptio. ibidem. muſculorum eius deſcriptio. ib. notanda hiſtoria. ibidem. eius muſculi proprii qui dicantur. ibid. vnde neruos excipiant. ibid.
Laryngis fiſſuræ. 5.15. earum vſus. ibidem.
Leo Gallum pertimeſcit. l.1.c.40
Leonis in incedendo prudentia. l.1.capite 16.
Leuator muſculus. 5.19
Leporis marini deſcriptio.20.33. eum conſpectū abortum facere,ibidem.ingeſto eius veneno quæ patiantur. ibid.
Lepores quo aſtu ſibi & proli aduerſus venatores conſulant. l.1.c.9
Leuatores ani. l.1.c.15
Lienteria quid. 21.38
Libra quid. 25.21
Liberis quando danda opera. 23.2
Leuce vniuerſalis. 19.8
Lien quid. l.2.c.10.
Lienis læſi ſigna. p.654
Lienis nerui. l.2.c.10.
Liquoris expreſſio ægrum velut à mortuis excitat. 656.
Ligamentum quid. 5.16, cur ſit ſenſus expers. ibidem.
Ligamenti generali appellatione quæ partes contineantur. 5.16
Ligamentum penis & linguæ qui ſit, quod ſentiant. l. 2.c 10.
Ligamentum cur nullum interius ab oſſe humeri in cauitate monoplatæ. 15 2e
Ligamenti triplex vſus. l.2.c.10
Ligamenti proprie dicti differentiæ. 5.16

Ligamenti natura l.1.c.10
Ligamenti interni ruptio & relaxatio. 15. 40
Ligaturæ vulnerum tres ſpecies. 8.5. incarnatiua. ibidem. expultrix. ibidem. retentrix. ibidem.
Ligamenta ſenis ſicciora 9.39
Ligaturæ capitis arctioris incommoda 9.21
à Limatura plumbi & ferri ſymptomata. 20. 27
Linguæ & oris ſcabricies 21.21
Linguæ caro qualis. 5. 11. magnitudo & figura. 5.,12. compoſitio ib. nerui muſculi. ib. reperies, actio, vſus ibid.
Linguæ continuitas quib. modis violetur 9.27. linguæ fiſſæ curatio ibid.
Linguæ impeditæ & contractioris cauſæ. 16. 28
Linimentum quid. 25. 25. differentiæ, materia ibidem. calfaciens & digerens, remolliens. ibidem.
Linimentorum in thoracis vulnerib. nullus debet eſſe vſus. 9.31
Lippitudinis ratio. 11.6
Lippitudo quid. 16.11. quæ inſanabilis. ibidem.
Liquor ſtillatitius contra venena. 21.22
Liquor reſtaurans. 21.20
Liquor ſtillatitius vini & aceti quid differat. 26. 8.
Liquorum in vulnera expreſſionibus quãdo vtendum. 10.6
Liquores ſtillaticii qui empyreuma deponant. 26. 4.
Liquoris expreſſi cur nihil in vulnerum ſinubus hærere debeat. 10.6
Lithargyrorum ſymptomata. 20.37
Literis mancipati & religioſi Meridionales introductio c.7
Lites vbi duello diſceptentur, introductio. capite 7
Litus carminatiui 16.58
Litus vide linimentum.
Lixiuium medicatum. 10.12
Liximium ad elotionem. 11.16
Lixiuium ex cineribus luporum fabaciorum diureticum eſſe 16.37.
clyſteres carminatiui.
Lixiuium luminoſum quid conferat pilis contingendis.
Lobi pulmonum vide pulmonum.
Lochia quot dierum ſpacio expurgentur. 23. 28. balneum iis accommodum. ibidem. fotis adſtringendus.
Logophthalmia quid. 16. 6. cauſſæ, curatio. ibidem.
Loi doſis quid. 15.17
Lues venerea quem humorem inſideat. 18. 3.
Luis venereæ ſigna. 18.4. certiſſima. ibid.
Luis venereæ ſanabilis ſigna. 18. 5. inſanabilis ſigna. ibidem.
Luem veneream indies mireſcere. 18. 5.
Lues venerea quid. 8. 1. quas ruinas corpori inferat, ib. eius ſoboles elephantia.
Lues venerea ſcortatorum flagellum. 18 2.
Lues venerea cur noctu potius exacerbetur. 18. 3.
Luem veneream diu latere in corpore antequam ſe prodat. 18.3
Lues venerea qualiter per frictionem curetur. 18. 9. ante frictionem ex hydrargyro quando humectantibus præparandum corpus. 18. 9.
Luem veneream humiditatis exceſſu necare. 20. 5.
Luis venereæ expugnandæ quæ & quot ſint artes. 18. 4.
Luis venereæ cauſæ. 18.2
Lues venerea ſola vaporum communicatione infertur 18.2
Luis venereæ ſymptomata qualiter curanda. 18. 18.
Luis venereæ dolores qualiter ad tempus mitigentur. 21.31
Luis venereæ curatio per ieronea & emplaſtra, tardior eſt. 12.15. quando vtilior ſit. ibidem. emplaſtri deſcriptio. ibid.
Luis venereæ curandæ modus per ſuffitus. 18. 14. ſuffitus quæ in corpore damna creent, qui ſuffitus probandi. ibidem. ſuffituum ex cinnabari vniuerſalium ratio. ibidem. ſuffituum materia. ibidem.
in Lue venerea, vtrum natura materiæ criticæ excernendæ ſufficiat. 18.12
ſigna imminentis criticæ excretionis. ibidem. 18. 12.
Lui venereæ expugnandæ cur decoctum Guaiaci non ſufficiat. 18.6
in hydrargiro vires eſſe expugnandæ ei pares.
Luna decreſcens cur peſte correptis pernicialis. 21. 17.
Luna cur peſtis tempore vitanda. 21. 6.
Lupiæ vide Ganglion.
Luporum inſidiæ. l.1.c.19
Luſcinia cantum nos docet l.1.capite 37.
Luxati articuli reſtitutio, inflammatione præſente haud tentanda 15.5
Luxationum curandarum 5. ſcopi. 15.6.
in Luxatis quis tenendi membri vſus, quis extendendi, quis impellendi, quis collocandi membri reſtituto articulo vſus. 15. 6.
Luxati membri, aut fracti ſymptomata 15.58. & qualiter ea curanda. ib. ſuntque dolor, macies, atrophia ibidem.
Luxatio femoris vide Femoris
Luxatio patellæ genu vide Patella.
Luxatio genu vide genu.
Luxatio carpi vide carpi.
Luxatio metacarpii vide Metacarpii.
Luxatio minus proprie dicta quid. 15. 1. luxationis ſpecies tertia & quarta. ib. 15.1
Luxatio proprie dicta quid. 15.1
Luxatio vertebrarum à cauſa interna. 15 17
Luxatio maxillæ vide Maxilla.
Luxatio humeri reſtituitur ſola extenſione perfecta. 15. 27

Luxatio iuguli vide Iuguli
Luxatio ſpinæ vide Spinæ
Luxatio capios 15.13.prognoſis
Luxatio coſtarum vide Coſtarum
Luxatio humeri vide Humeri
Luxatio coccygis 15.19.ſigna curatio ibid.
Luxatio ceruicis vertebrarum 15.14
Luxatio digitorum 15.38
Luxatio fibulæ,calcis,tarſi,pedii, vide fibulæ calx, tarſi.
Luxatio vertebrarum dorſi 15.15.differētiæ, ſigna cauſa ibid.
Luxatio voius quam plurium vertebrarum cut periculoſior ſit luxatio 15.19
Luxatio cubiti vide Cobiti
Luxationis improprie dicta ſigna 15.4
Luxationes quæ ſint inſanabilea 15.5
Luxata cur dolent 15.4
ad Luxationis curationem tria neceſſaria introd. 11.24
Luxationes ſimplices quæ, qoæ compoſitæ,quid luxatio completa,quid ſubluxatio 52
Luxationum cauſæ internæ, exteroæ & hereditariæ, quæ 15.3
Luxatiooum omnium commune ſignum 15.4
Luxatiooom inoeteratarum curatio 15.86
Luxatis reſtituendis machinæ quædam idoneæ deſcribuntur 15.7
Luxatio maxillæ 15.8. cauſæ, differentiæ, ſigna, altera parte luxata ſigna. vtraqne parte luxata ſigna, cur maxilla vtraque parte luxata cita mors
Luxatarum ſpinæ vertebrarum pernicies. 15.14
Luxatarum vertebrarum prognoſis 15.18

M.

MAceratio vide deſtillatio
Machinæ miſſiles igniariæ 10.præfat.
Machinarum bellicarum veterum cum hodiernis comparatio 10.præfat.
Maculæ peſtilentiales, quid à pulicum maculis differant 21.33
Maculæ peſtilentiales 21.28
Maculæ puerorum recens natorum ſtatim corrigendæ 23.17
quæ ſint inſanabiles quæ & qui ſanabiles
ad Maculas corneæ albeæ remedium 24. 22. pag. 590
Magiſter artis & iogenii largitor venter. l. 1. capite 34
Magici morbi ee eorum remedia 24.17
à Magnete ſymptomata 20.37
Malleoli plumbei vſus 9.18
Malum pilare 7.26
Malum quid 5.9
Mammaria vena 3.13
Mammarum inflammationes 15.thus cum cymmoolo oleo roſarum mixtum curat 16.15
Mammarum ſubſtantia, magnitudo, figura, compoſitio, coonexio, actio, vſus. 33.
Mammæ & vterus quomodo ſibi inuicem communicent & conſentiant 31
Mammis puerpetæ quæ cura adhibenda ſit 23.27
ad Mammas laxiores conſtringendas ſtillatitius liquor. 23.28
Mandragora quæ iofetat ſymptomata 20.35
Manus proprie ſumptæ diuiſio
Manus proprie & ſtricte ſumta 5. 20. in genere quid. ibid. eius differentia à ſitu. ibidem. cur in tot digitos fiſſa ibid.
Manui fractæ,quem vſum præſtet glomus vola geſtatus 14.19
Manus cur exquiſita & ad pondus temperata,introductio c.5
Manus inſtrumentum inſtrumentorum,vt ratio ars artium omnium l.1.c.48
Manus ſapientiæ miniſtræ. l.1.capite 42
in Manuom, brachiorum & crurum amputatorum locum qua arte alia ſubſtituere liceat 22.12
Manu codiatæ deſcriptio 24.21
Mares in brutis cur ad fœminas venere furentes è longinquo vndiquaque accurrant 23.3.
Mares cur nunquam in fœminas mutentur. 24.5.
Marem citius excludi, & vterum calidiorem citius excludere 23.30
Maris & fœminæ mira diſtinctio 23.præfat.
Mas quid 23.1
Mas cur citius in vtero quam fœmina formetur. 25.2.
Maſſeter muſculus 5.9
Marina animalia & monſtra 24.21
Maſticatoria, vide apophlegmatiſmos
Maſtoideus Muſculus 5.17
Materiæ cōditionem ſulam, variam varietatis eſſe cauſam introductio c.6
Materialia, quomodo aqua vitæ induenda, imbuenda, viresq; eorum eliciendæ 20.18
Matri mortuæ cur os genitaliaque hiare, fœtu concluſo & viuo, non ſufficiat ad teſt[illegible] 23.31
Maturantia 7.3
Maxilla vtraque parte luxata, & anteriora qualiter reſtituatur 15. 9. quomodo reſtituatur altera tantum parte ad anteriora luxate
Maxillæ in poſteriore parte luxatæ ſigna & curatio. 15.6.
Maxillæ luxatio vide Luxatio
Maxillæ inferioris deſcriptio 14. 7. fractæ reſtituendæ ratio ib.
Maxillæ ioferioris fractæ idonea faſcia deſcribitur. 14.7.
Maxilla inferior intra quod tempus coaleſcat 14.7.
Maximi minimis terrentur l.1.cap.16
Meatus auditorii oſſa tria 5.10
Mediana 5.21.quo aſtu ea ſecta à capite aut hepate ſanguinem magis educeris. 5.21
Mediaſtini ſubſtantia & magnitudo interſtitium, figura,vſus 5.7

Medica-

Medicamentum quid. 25.1
Medicamentum Deorum manus 25.præfat.
Medicamenta tantum facultate eſſe & definiri. 12.
11
Medicamenta ab animantibus, à plantis, à terra, ab aqua, ab aëre 25.2
Medicamentorum compoſitio, vide compoſitio
Medicamentorum facultates ſecūdæ & tertiæ, & quartæ 25.c.4.5.6
Medicamentorum ſimplicium penes qualitates & effectus differentiæ 25.3
Medicamentorum index guſtus 25.7
Medicinæ ſubiectum l.2.præf.
Medicus præſentis conſilii & ingenii introd. capite
22
Medulla vnde ſenſus fiat particeps 5
34
Medulla ſpinalis qua parte læſa manus, pedes ant ſphincteres reſoluantur. 65.
7.
Medullæ generatio 14.28
Medulla cur ſentire videatur 14.28
Mel quam vim habeat in vlceribus gulæ ſanandis. 12.
17
Melancholici cur ſæuiin ſeipſos 20.11
Qui melancholicus introductio c.6
Meliceris vide Atheroma
Membrana auditorii meatui ſubtenſa quid. 5.
10
Membrana coſtis ſubtenſa quid.3.6.eius ortus ibidem. magnitudo ibidem. an duplex ſit ibidem.
36
Membranarum fœtum in vtero continentium ſubſtātia, figura, magnitudo, compoſitio, numerus, vſus 2.
35
Membranas omnes corporis trahere in affectuum ſuorum conſenſum craſſam Menyngem. 4.
3.
Membranæ corporis omnes vnde oriantur 4.2
Membrana vide Tonica
Membri amputati cura reliqua qua arte peragenda 11.
23
Membro amputato qua arte ſanguinis fluxus ſiſtendus 11.20. membrum exciſum quomodo ſanguine inhibito ſit curandum
Membri amputatio in gangræna quo loco & qua arte ſectio facienda. 11.18.
19
Membro ſecto cur de dolore eius quaſi adhuc exſiſtentis diu poſt conquerantur ægri 11.23
Membrorum motus, quomodo in orbem abſoluatur, l.2.c.5
Memoria quid 23.11
Memoria quid introductio c.9
Mendicantium ſaeotamenta 24.18. eorum multitudo vbi pernicioſa ibid.
Mendicitas omnis nequitiæ ſchola 24.18
Menſe nullo apparente quæ concipiant 23.
40
Menſes quæ cieant 21.38. peſſaria ad eos ciendos. ibidem.
Menſes quibus viis mulieri, quibus virgini fluant. 23.
55
Menſium fluor criticus 23.55
Menſium fluxus immodicus qualiter ſiſtendus 23.
56
ad eum topica remedia 23.57
Menſes immoderatius fluentes qui cohibeantur 21.
38
Menſes quæ frequentius, copioſius & diutius patiantur, quæ rarius, parcius, ac breuius 23.49
cur iuuenes noua luna vetus vetulas expurget.
Menſium materialis & finalis cauſa 23.30. quando fluere incipiant
Menſium ſuppreſſorum cauſæ 23.51. ad menſes ſuppreſſos quæ ſymptomata ſequantur 23.52
cur à ſuppreſſis menſibus ſtranguria & cruenta vrina ibid.
Menſium ſuppreſſio quibus minus grauis ſit 23.
52
Menſes cientia medicamenta 23.
53
Menſium ſuppreſſorum cauſæ ante affectū ipſum curandæ 23.53
Menſes quibus prouocandi balnea & æſtuaria nocent. 23.53
Menſibus ſuppreſſis quæ venerē magis appetant quæ horreant 23.53
Menſium profluuia immodica quæ ſequantur ſymptomata 23.55
Menſium fluoris immoderati cauſæ 23.55
Menſium ab vtero & in vterum manantium ſigna. 23.
55
Menſium per nares & mammas deriuatorum hiſtoria. 23.52
ad Menſes ciendos opportunum tempus 23.
53
Menſtrua ſuppreſſa tripartito diuidi 23.5
Menſtrualis fluoris appetentis ſigna 23.
54
Menſtrualis excretionis varia nomina 23.
48
Menſurarum notæ 25.21
Mente Meridionales, manu valere ſeptentrionales introductio. capite 7
Menyngis laniatæ remedia 9.21
Menyngis craſſæ & tenuis conſiſtentia & vſus 4.
2.
Menyngis craſſæ inflammatæ remedium 9.21. ratio aperiendæ craſſæ menyngis quando vomitum fecerit ibidem. contuſæ & denigratæ Menyngis craſſæ cauſæ & remedia ibidem. quæ medicamenta nigrorem craſſæ menyngi inferant ibidem. aduerſus menyngis putredinem remedium ib.
Menynx craſſa cur acria facile toleret medicamenta. ibidem. à craſſa menynge inflammata mortis ſigna. 9.20
Menyngum ſentiendi vis 4.5
Menynx craſſa quas corporis partes obeat. 4.
5.
Meretricularum vafrarum malæ artes 23.
42
Meſenterii abſceſſus diuerſi generis 23.36
à vicinis corporibus diuulſi ſymptomata quæ.
Meſenterium corporis ſentina 25.
36
Metacarpii luxatio. 15.
37
Metacarpii oſſa 5.27
Metallica venenata. 20.
37

Metaphrenum & dorſum idem 5.18
Mille pedis per vrinam exereti imago 19. 3.
Miluorum & coruorum bella l.1.c.40
Mithridatium verus & verum 21.7
Mola deturbatur validius menſes cientibus 23.35
eius chirurgica extractio. 23. 35
Mola quid? vnde dicta 23.33. qui fiat ibidem. non fieri abſque congreſſu viri ibidem. eius vtero concluſæ ſigna 23. 34. qua vi moueatur ibidem. eius motus quid differat à moto fœtus ibidem. in vtero fluctuans ibidem. molæ ſeptendecim annos geſtatæ deſcriptio. 23.34. molam fœtum ſibi alligatum in vtero interficere 23.34
ad Molam quæ curatio adhibenda
Monſtri ſpeciem habet raritas 24.26
Mola non viuit vt fœtus 23.10
Monſtri à virginali aluo excluſi effigies. 19. 3.
Monſtri ab humano vtero exclusi effigies 19. 5.
Monſtra ſeu miracola in morbis 31.25
Monſtra quæ in morbis contigerunt 24. 19
Monſtra ex ſeminis defectu cauſam habentia 24. 6.
Monſtra in morbis introd. cap.25
Monſtra cœleſtia 24.23
velunt cometa, ferrei longurii e cœlo decidui &c. ibid.
Monſtra quibus ab imaginatione cauſa & conformatio eſt 24.7
Monſtra quibus ab vteri anguſtia cauſa eſt 24. 8.
Monſtra quibus cauſa eſt à vitioſæ matris collocatione 24.9
Monſtra quibus ab ictu, lapſu &c. cauſa eſt 24. 10
Monſtra quibus à morbis hæreditariis origo eſt. 24
Monſtra ex ſeminum diuerſæ ſpeciei confuſione. 24. 12
Monſtra quæ Dæmonum arte & vaframento fiant 24. 13
Monſtra patre cœlo edita 24.12
Monſtrum quid? 24. præfat.
Monſtrorum cauſſæ 24.1
Monſtra ex ſeminis vberiori copia cauſam habentia. 24.2
Monſtra ad Dei gloriam & vlciſcendum hominum ſcelera 24.1
Morbi plerique cur hereditarii 23. præfat.
Morbi magici, vide Magici
Morbi omnes in peſtem degenerant peſtilentis aeris conſtitutione. 21.3
Montanorum ingenia introductio cap.7
Morbi Meridionalium & ſeptentrionalium introductio c.7
Morbi à violata ſpinali medulla ibidem.
Morbi familiares melancholicis introductio. capite 6
Morbi & mores pituitoſorum, introductio. capite 6
Morborum monſtra, vide Monſtra
Morbus relapſui obnoxius 16.9
Morbilli qualiter curentur 19
in Morbillis vt vitandæ cicatrices 19. 3. vt muniendi oculi ibidem. vt os interius ibidem. vt pulmones ibidem. qualiter ſcalptus pruriginoſis vitetur ib. ad excoriationes remedia ib. ad oris & faucium vlcera ib. ad fœdas cicatrices faciei componendas ib.
Morbillis laborantium diæta, & victus ratio 19. 2. cur pulticula puero iis laboranti neganda ibidem. ſomnus profundior cur noceat ibidem. purgatio, phlebotomia & ſudores qualiter adhibendi. ibidem.
à Morbillis quæ partes muniendæ & præſeruandæ. 19.2
Mores & morbi ſanguineorum, introductio capite 6
Morphea quid & quas cauſas habeat 19. 7.
Mors naturalis introductio ca.10
Morſus viperæ, vide vipera
Morſus rabidus per initia non valde vexat 20.12
Morſus omnium ferarum virulenti. rufforum hominũ item 20.9
Morſus erucarum quales 20.16
Morſus ferarũ hominumque venenati qualiter curãdi 9 15
Morſis à cane rabido quæ cura adhibenda 20. 14
Morſus feræ venenatæ, quorum locorum & temporũ magis noceat 20.9
Morſibus & puncturis venenatarum ferarum quæ ſit adhibenda curatio 20.10
Morſis à cane rabido & omnino impotionatis ſomnus cur noceat 20.15
Mortes repentinæ vnde plerumque 20. 4.
Morſum rabidum quibus ſignis cognoſcamus 20. 12
Mortis de cranio læſo ſigna 654
Morſuum venenatorum curandorum duplex indicatio 20.10
Motus quid ſit? introductio. cap.9
Motus quid ſignificet, introductio. capite 25
Motus ſingulis diei quadrantibus quid ſint introductio c.6
Mulier ſuperat virum ſanguine 23.50. at vir illam qualitate ib. Lac quid ſit 23.50
Mulier quibus accendatur ad venerem & conceptum. 23.4
Mulierem concepiſſe ſigna 23.5
Muliebris fluxus quid differat ab vlcere vteri 23. 58
Muliebris fluxus cauſæ
Muliebris fluor ſalubris 23. 59. malorum acceſſionẽ facit, cõceptionem impedit 23.59. cur ſanatu difficilis, ruber quid à mẽſtruali purgatione differat. 23.60. albus, non ſtatim cohibendus. 23.60. balnea ei quæ vtilia, ibi. eiuſdem curatio ibid.
Muliebris fluoris cauſæ, 23.58
Muliebris fluxus vnde dictus 23. 58. eius differentiæ, ibidem. ei quę mulieres obnoxię. ib. fluor muliebris à ſanguine rarus
Mumia quorum malorum acceſſionem faciat 21. 7.

Digitized by Google

Mumia, quæ huc aduehitur, qualis ſit. 11.7
Mumia quid ſit ignoratur 11.7
de Mumia variæ opiniones 11.7
Mumiam ad contuſionem nullius eſſe efficaciæ 11.7
Mumiæ tritum in contuſionibus remedium 11.7
Mundi quatuor termini & plagæ introductio. c.7.
Mundi maioris & minoris ſimilitudo 10.3
Murenæ deſcriptio 20.30. eius & viperæ naturalis amicitia 20.30
Mures quibus de cauſſis putreſcant 20.34
an Muſica morbi remedium introd. ca.23
Muti magiſtri l.1.c.41
Muſculus quid? l.2.c.8. eorum differentiæ vnde ducantur, ibid. a ſubſtantia ductæ differentiæ, ibid. ab origine ductæ differentiæ ibid.
Muſculus latiſſimus, pectoralis 5.19
Muſculi tibiæ, vide Tibiæ
Muſculi faciei 5.8. Maxillæ ſeu genæ inferiores 5.9
Muſculus temporalis, ibid.
Muſculi temporalis vulnera cur lethalia 5.9
Muſculus Maſſether 5.9
Muſculus genæ inferioris minor 5.9. Quintus & vltimus 5.9
Muſculi, cubitum, radium, & manum mouentes 5.28. ſuntque ſupinatores, carpi tenſores, obliquator externus, ſupinatorum primus, ſecundus, carpi tenſorum ſuperior, inferior, digitũ tẽſorũ maior, minor, obliquator externus ſeu adductor
Muſculi pedẽ mouentes, quot 5.39. ſuntque peroneus, tibiæus, digitũ tenſor duplex, poſtici ſex, duo gemelli plantaris, ſolæus, Tibiæus poſticus, digitũ flexor duplex 5.39
Muſculi mouentes digitos pedis quot? 5.40. ſuntq; digitorum abductor ſeu pedroſus, flexor ſuperior, thenari æquipollens, hypothenari æquipollens, quatuor lumbris
Muſculi cubiti interni 5.28. ſuntque palmaris, pronotores, carpi flexores, digitũ flexores, pronotores duo, ſublimis digitũ flexor, profundus digitum flexor ibidem
Muſculi internæ manus 5.29. ſuntque thener, hypothener, abductor externus pollycis, lumbrici, inter oſſes metacarpii
Muſculi manus totius in genere ſumpti 5.28
Muſculi epigaſtrii vide Epigaſtrii
Muſculi ſuccenturiati l.2.c.12
Muſculi lumbares 5.18
Muſculus triangulus 5.18. ſemiſpinatus, facer. ib.
Muſculi temporalis ſecti quot incommoda 9.19
Muſculi lati actio quid ſit 5.3
Muſculi lati origo 5.3. inſertio & cauſſa cur tot motus facie exprimimus 5.3
Muſculi corporis humani in vniuerſũ ſunt muſculus latus ſeu cutaceus, ſingulorum oculorum ſeptẽ, duo qui dicuntur rotundi; labrorum potius ſunt quam maxillæ, totius faciei 51. Hyoidis octo, Laryngis 18. vel 20. caput mouent 14. ceruicis octo, thoracis 81. Epigaſtrii 8. lumborũ 6. vel 8. teſtium duo cremaſteres, ani 3. brachii 43. cruris 50
Muſculi origo, vnde æſtimanda l.2. ca 5
Muſculi initium ſeu caput vnde l.2. ca.10
Muſculi femoris vide Femur
Muſculorũ differentiæ, ab inſertione, l.2.cap.8. a figura, ibidem. a foraminibus, a magnitudine, a colore, a ſitu, à febri, à capite à ventre, à tendinibus ab officio, ibid. a muſculorum & actionum diuerſitate ibidem.
Muſculorum partes compoſitæ & ſimplices l.2.cap.9. quem quæq; ſimplex muſculi particula ipſi vſum præbeat l.2. cap.9
Muſculorum fibræ, quo ſenſu quædam dicantur obliquæ, quædam tranſuerſæ l.2. cap.8
Muſculus rotundus 5.9
Muſculorum genæ infernæ vſus 5.9
Muſculus latus mouet immotis oſſibus 5.5
Inciſio tranſuerſa in ſuperciliis cur cauenda
Muſculoſa vena 3.15
Muſici concentus vis l.1.c 44
Muſculus tranſuerſarius 5.17. longus, ibid. ſcatenus ibidem.
Muſculi thoracis & lumborum 5.18
Muſculus obliquus deſcendens rectus & tranſuerſus epigaſtrii 5.18. triangulus ibidem. intercoſtales interni, intercartilagines interni ibid.
Muſculi neruum ſemper admittunt ſuo capite 5.18
Mydriaſis quid & quas cauſas habeat 16.18. curatio ibidem.

N.

NApelli venenum quantum 20.35. eius bezohardica Napelli mus ibi.
Narcotica 6.9
Narcotica quæ 125.59. ſola non imponenda ibidem.
Narcotica oculatis 9.24
Narcoticorum vſu impreſſa parte noxa qui corrigenda 17.17
Narium muſculi 5.7
Narium temperies, ſubſtantia, vſus, actio 5.7
Narium portionis abſciſſæ mira reparandi ars 22.2
Naſcendi tempus legitimum & naturale quodnam 23.25
Naſus cur ſic dictus 5.7. eius cartilagines ibid.
Naſus cur ſepto in duas nares ſit diſtinctus 5.7
Naſi ſeptum 5.8
Naſi vnitas quot modis violetur 9.26
Naſi fracti curatio 9.26. tubulorum in fractis naribus vſus ibid.
Naſi depreſſi reſtituendi ratio 14.6
Naſi fractura 14.6
Naſo deſiccando & adſtringendo idoneum medicamentum 14.6. naſus intra quod tempus occalleſcat. 14.6
Nata quid 6.19
Natura iuſta l.2.cap.5
Natura ſponte ſua viam ſibi molitur, peregrinis corporibus & materiebus eliminandis 14.9
Naturæ victæ ſigna 21.18
Neceſſitas artium & ingenii magiſtra 22.5
Necroſis perfectæ ſeu mortificationis ſigna 11.17
Nephriticus dolor oleo iuniperi ſedatur 16.38
Nephriticus dolor quid à colico differat l.2.c.15
Neruus quid? l.2.c.10
Neruus quid? 4.8. ſubſtantia eius ibid. Figura, numerus, coniugatio ibid
Nerui nomen tria ſignificat 5.42
Nerui vtrum tertiam membranam ex vertebrarum ligamentis productam habeant 4.8
Nerui punctura cor lethifera 9.37
Neruorum qui ad partes naturales feruntur, ortus l.2. c.23. magnitudo & vſus ibid. l.2.c.25

Ner-

Neruorum rami vide Ramus.
Neruorum ſextæ coniugationis tria paria. 3.14
Neruorum dorſi duodecim paria. 5.24
Neruorum coniugationes. 7.4.8
Neruorum ceruicalium ſeptem paria. 5.24
Nerui qui feruntur ad brachium. 5.24
Neruorum & partium neruoſarum vulnera. 9.37. eorū ſymptomata.ib.eorum curatio. 9.38
ad Neruorum omnes affectus litus dorſi ſpinalis. 11. 23.
Neruorum lumbarium quinque coniugationes neruorum ſacrorum coniugationes. 5.33
Neruorum vulneribus idonea medicamenta. 9.38
Neruorum vulnera quæ inurenda. 9.38
Neruos vocales cur natura recurrentes eſſe voluerit. 3. 14.
Neruos vnde ſortiātur teſtes, leuatores ani, ſphinctor, penis, ceruix veſicæ & vterus. 5.33.
Neruoſarum partium vulneratarum generalis regula, ſigna, curatio. 9.39
Nodulorum ratio, forma & vſus. 25.13
Nodus quid. 6.19
Nodorum & tophorum virulentorum materia. 18.24
Nomina vnde vulgo morbis imponantur. 7.21
Normæ temperamentorum in indiuiduo introductio. c.7.
Nubiles quæ non nubunt quibus ſymptomatibus exerceantur. 23.54
Nutrix luſca puerum reddit luſcum.
Nutrix bona eſſe non poteſt ancilla quæ ruffa & lentiginoſa eſt. 23.11
Nutrix ex maſculi partu quæ præferenda. 23.21
Nutrix qua ætate eſſe debeat. 23. 21. habitus optimi, moratam eſſe, à coitu abſtinere illam decet, ib. quales mammas habere debeat.
Nutrix ab abortu cur non ſit optima. 23.21
Nutrix qua diæta vti, & infantem in cunis collocare quo ſitu debeat. 23.22
Nutrix puero peſte infecto medicina. 21.42
Nutrici exercitium quod brachiis obitur melius eſſe. 23.22
Nutrices qui in alumnos & alumni in ipſas violentiam veneream transferant. 18.2
Nutricibus ira valde officit. 23.22
Nutricum mores vna cum lacte in alumnum tranſeunt 23.11.
Nutricum in faſciandis & tractandis error. 15.7
Nutricum delectus. 23.21. In iis quæ requirantur. ib.
Nutriti vnguenti deſcriptio. 11.9
Nutritio quid. 25.22
Nutritio quid. introd. c.8
Nutritio quid. introd. c.9
in Nuce arbore venenum eſt. 20.33
Nymphæ 2.34

O.

OBliuitio corporis in lue venerea, vide Corporis.
Obolus quid. 25.21
Occidentalium mores introd. c.7
Occipitis duo capitula notanda. 4.4
Ocularia anodyna. 9. 14. narcotica ibid. detergentia, ſarcotica.ibid. digerentes & ſecantes fotus. ib.
Oculi tunicæ quinque. 5.6
in Oculi inflammationibus quæ venæ vtiliter aperiantur.
Oculi procidentia, proptoſis, phthiſis, chemoſis. 12. 13.
Oculi phthiſis. 12.13
Oculi chemoſis 12.13
Oculi vngula. 12. 14. quæ vix, quæ nunquam ſanabilis. ib. curatio. ib. ſectio. ib.
Oculi iactura qua arte celari poſſit. 24.1
Oculi atrophia quid. 16.13
Oculi tres humores. 5.6
Oculus quid. 5.5. ſitus, actionis celeritas & præſtantia, figura ib. numerus, ſitus & actio. 5.6
in Oculi quaque orbita oſſa tria. 5.1
Oculo reſerando aut obſerando nullos peculiares muſculos dicatos: ſolius lati muſculi id opus eſſe. 5.8
Oculorum fluxiones qualiter ſiſtendæ. 9.24
Oculorum inueteratis fluxionibus ictā remedium aptiſſimum. 9
Oculorum repercutientia. 9.24
Oculorum alterutro clauſo cur acutius cernamus. 4.8
Oculorum vno moto cur alter moueatur. 16.12
in Oculorum dolore balneorum vis. 16.12
Oculorum vlcera vide vlcera.
Oculorum affectus quotuplex 16. 5. eorum cauſæ. ibidem.
Oculorum fiſtula lacrymoſa. 16. 15. differentiæ. ib. curatio ib. fiſtula periodica & typica. ib.
Occultæ proprietatis odia introd. c.12
Olecranon quid. 5.16
Olecranum quid. 25.32
Odorata valida quibus noceant. 21.19
Odorem gratum manibus faciei ac corpori præſtant aqua lauendulæ, garyophillorum &c. 21.47
Oedema quid. 6. 16. eorum differentiæ. ib. cauſæ, ſigna, prognoſis, ib quibus modis terminentur, ib. eorum curandorum ſcopi, diæta, in emplaſtris imponendis, quæ cautio adhibenda.
Oeſophagi vulnerati ſigna. 9.29
Oeſophagi ſubſtantia, compoſitio, magnitudo, figura, ſitus, temperies, actio. 3. 18. eius vis attractrix. ib.
Oeſophagi vlcera vide vlcera.
Olentia ſuauiter. 10.11
Oleum de Hyperico one. 26. maſtiginum. 26.91
Oleum catellorum pepticum, anodynum & eſcharam deturbans. 10.5
Oleum catellorum inuſtarum teſtularum abſceſſum promouet. 18.27
Oleum ouorum. 11.9
Olei catellorum deſcriptio. 10. apol. 1
Olei nomine quid intelligendum. 25. 24. differentiæ. ib. eorum ratio per trituram, per infuſionem, per reſolutionem. ib. vſus. ib.
Olei de vitriolo ſeu calchantho compoſitio. 26.16
Olei de terebinthina comparandi mod⁹. 16. 14. indicia ſtillantis e terebinthina olei ſeu liquoris experitū. 26. 14.
Olei terebinthini dotes. 26.14
Olei è cera eliciendi dotes. 26.14
Olei de myrrha eliciendi ratio. 26. 15. eo qui venuſtas & gratia concilietur. 26.15
Oleo iuniperi vim eſſe contra dolorem nephryticum. 16.38.
Olea eliciuntur per expreſſionem, infuſionem, deſtillationem. 26. 91. & eorum omnium ratio. ibid.

Olea ex gummi lacrymis, ſpiſſis liquoribus & reſinis, i-mo etiam lignis qualiter elicienda. 26.14
Eſſeotia quinta, vide Quinta.
Olea chymica 7.15
Olea quæ ad aquæ fundum deprimantur. 26.32
Olea qui innoxie in vaſe cupreo deſtillentur 26.12
Oleorum extrahendorum ſeu eliciendorum, quæ & qoorſitrartes. 26.11
Oleo quod aquoſum ineſt, qui abſumatur. 26.31
Olea quæ expreſſione veniant elicienda 26.12. quæ deſtillatione ib. quæ infuſione ib.
Olfactus qui fiat introdoctio c.9
Oliuæ forma quæ. 18 27
Omenti per vulnus elapſi curatio. 9.34
Omoplatæ deſcriptio. 5.19. in ea duæ coſtæ. ib. eius baſis quid. ib. ligamẽtum cõmune. ib. ſpina ib. muſculi ib.
Omoplatæ anatomica deſcriptio. 14.9.
Omoplata quibus modis frangi poſſit.
fractæ Omoplatæ curatio. ib.
Opium cur non ſit in vſu veneficis 20.35. ab eo ſumpto quæ ſymptomata ib.
Orgaſmus, quo incitata ruunt in coitum animalia. 23.1
Orificium 2.34
Orientalium ingenia introd. c.7
Orimini in purgando oculo & eliminandis peregriois corpuſculis, vis. 9.14
Oris vlcera, vide Vlcera.
Oris & ventriculi ſympathitæ cauſa. l.2 c.14
Oris vlcera in lue venerea qualiter vitanda 18.13
Oborta qualiter curanda, ib. q̃no in iis repellentib. vtẽdũ. 18.13. q̃ ea deſiccent, ib. vict⁹ tõ in vlcerato ore ib.
Os hyoides 5.41
Os occipitis cur reliqnis durius 44
Os frontis ob occipite reliquis eſſe durius 44
Os quid. 3.4. eius duplex ſenſus ib.
Os ſcaphoides 5.38. cuboides ib.
Os naſi ſupra palatum 5.1
Os ilium quot oſſibus conſtet 5.34
Os quid 5.13. eius vſus ib.
ad Os puerile cancroſum remedia 23.17
Os à craoio diuulſum non terebrandum 9.19
Os qua arte ſuo loco reponatur 14.4. quando machinis ad repoſitionem opus ſit ib.
Os frangi raphanidon quid 14.1. quid caryedeu ſeu alphitidon ib. quid ſchidacidon ib.
Os petroſum 44
Os ſpenoides 4.4. ethmoides ſeu ſpongoides ib.
Oſhyodes & eius muſculi 5.11. nominis ratio, compoſitio, ſitus, temperies, vſus, ib. muſculorum oſsythodis, actio ib.
Os medium quid 5.34
Os pubis. 5.34
Oſſis fæmoris deſcriptio 5.34
Oſſis à terebra incaleſcentis damna 9.18
Oſſis carioſa nonunquam dura eſſe 9.49
Oſſis carioſi ingens abſceſſus 20
Oſſis corruptio ſequitur ad carnis corruptionem 9.15
Oſſis ſacri fractura vide Fractura.
Oſſis repoſiti lapſos cauſæ & ſigna 14.4
Oſſis integri certum ſignum durities non eſt 18.16
Oſſis ſacri vertebræ 5.16
Oſſis renudati ſignum, ab excretæ materiæ conditione. 12.21
ad Oſſis carioſi fiſtulas remedia 12.22
Oſſis deſcommationem quæ accelerent 9.18. eam non eſſe præcipitandam ib.
Oſſa faciei 5.1
Oſſa duobus in genere modis componuntur 5.42
Oſſa cur ſeuo gelu fragiliora 14.3
Oſſa tibiæ vide Tibia.
Oſſa ſeſamoydea 5.27. eorum vſus ib
Oſſa pedum ſeſamoidea 5.38
Oſſa auditorii meatus tria 4.4
Oſſa quo ſint temperamento donata introd. c.5
Oſſa humani corporis quot 5.41.
Oſſa tria meatus auditorii oſſa 5.10. vſus ib.
Oſſa quibus facile luxentur & reſtituantur 15.3
Oſſa iuuenum cur citius coaleſcant 14.31
Oſſa naſi duo 5.1
Palati inferiora duo. ib. Maxillæ inferioris duo.
Oſſa qui ſentiant. l.2. præf.
Oſſa cur cariem contrahant, & quibus ſignis ea deprehendatur 18.25
in Oſſe frontis noranda cauitas 4.4
Oſſa tumidorum appulſu offendi 9.16
Oſſium ilium à ſacro diuulſio in partu adſtruitur 23.12
Oſſium ſoluta continuatio cur nõ facile reperiatur 14.3
Oſſium reſtitutio per inflammationes non eſt tentanda 14.3
Oſſis reſtituendi tempus 14.3
Oſſium innominatorum deſcriptio 5.38
Oſſa digitorum pedis 5.38
Oſſium igoorata deſcriptione, muſculorum ignorati ortum & inſertionem eſt neceſſe. 5. præf.
Oſſium extremorum qui procurandus lapſus 11.13
Oſſium corruptionis ſigna 14.24
Oſſium capitis corruptio vide caries, vide os carioſum.
Oſſium poſtquam repoſita fuerint, componendorum ratio 14.4
Oſſium differentiæ vnde docantur 5.4
in Oſſibus elocatis tria facienda 14.4
Oſſibus cur adeo exiguæ ſint venæ 3.4
Oxalis cur tantopere commendetur ad ſuppuratiõẽ 25.12
Oxycrati efficacia in contuſionibus 11.7
Oxycrati commoda 21.28
Oxycrati vires 11.1
Oxylapathi vires 20.14

P.

PAlatum quid 5.13. eius nerui ib. foramina cur aperta. eius tunica qualis ib.
Palati deperditi cauſa & noxa. 22.4. eius lacuna qualiter replenda linguæ portione amputata, qualiter qui fari nequeunt, arte iuuandi.
Palati vlcera vide Vlcera.
Palpebra ſuperior oculi vbi laxior, qualiter curet, 16.5
Pancreatis ſubſtantia ſitus, l.2.c.17
Panniculos carnoſus vide membrana.
Papilla 3.3
Papillæ vlcuſcula qui curentur 23.23
de Paracenteſi in hydrope variæ opiniones 7.12. eam in variis locis fieri pro viſceris peccantis ratione 7.12 eius faciendæ ratio. ib. de extrahanda fiſtula cautio. ib. aquæ poſt eam extrahendæ ratio ib.
Paracenteſis in empyemate ratio 7.20
Paralyſis quid proprie 8.12. differentiæ ib. quid à conuulſione differat ib.
Paralyſis qualiter curanda 8.13
Paralyticis guaiaci decoctum vtile.
Paralyticis membris calida actu vtiliter apponi.
Paralyticis irrigandis & potantis liquor ſtillatitius vtilis. 8.13

Paralyſi ſuperuenire febrem bonum. 8.12
Paralyſin reſoluentis materiæ ſedes vnde q̃renda. 8.12
Paralyſis, cur vnius lateri mox oppoſito non communicetur 4.7
Paralyſis qualiter in vulneribus capitis minime lethalibus ſuperueniat. 9.11
ad Paralyſin vnguentum probatum. 8.13
Paralyticos cauſæ quatuor. 9.11
Paraphymoſis quid. 16.32
Paraſtatarum ſubſtantia, quantitas, figura, compoſitio, temperies, nominis ratio.
Pariſthmia cur amygdalæ dictæ. 7.6. earum vſus. ibid. cauſæ tumorum amygdalinarum glandularum ib. ſymptomata curatio. ib. qua ratione aperienda aſpera arteria. ibid.
Paronychia quid? & quæ ipſam comitantur accidentia. 7.19. prognoſis, curatio ib.
Parotis quid. 7.1. eius differentiæ, ſigna, ſymptomata, cauſæ. 7.1
Pars omnis qua figura deliganda. 13.2
Partis temperies cum alia eſt à corporis temperie quid agendum. introd. 5.22
Partis deligandæ æqualem eſſe debere vel natura vel arte planitiem. 14.20
per Partis naturam quid intelligendum. 6.5. per facultatem quid, ibid.
Partes corporis humani omnes in triplici eſſe differentia l.2.c.1
Partes animales quæ dicantur. l. 2. c. 1. vitales quæ ibid. animalium diuiſio, vitalium diuiſio, naturalium, ib.
Partes ſimilares nouem l. 2. præf. compoſitæ ſeu organicæ. ib.
Partis cuiuſq; organicæ quatuor particulæ notandæ. l. 2. præf.
Partium inſtrumentariarum quatuor genera. l. 2. pręf.
in Parte qualibet nouem expendenda. l. 2. præf.
Partes principes cur dicantur tres. l. 2 pręf.
Partes corporis hũani ſingulæ quot & cur ſint. l. 2. præf.
Partes vniuerſales & particulares qua maxime vi naturæ opera impleant. l.2.c.1
Partes ſimilares qua maxime vi attrahant. l.2.c.10
Partes plantarum reſectæ cur viuiſcere poſſint, hominum v. nequeant. 22.2
Partium organicarum conformatio omnibus rebus quatuor abſolui introd. c.11
Partium dolentium certiſſima nota. ex doloris loco.
Partium affectarum conditiones quid indicent. introduct. c.22
Partus naturalis & facilis quis. 23.15. difficilis ib.
Partus octimeſtres cur haud fere vitales. 23
Partus difficultas à fœta cauſæ. 23 . 29 à fœtu cauſæ. ib.
Partus primi error in ſequentem manat. 23.30
Partus multiplicis cauſæ. 24.3
Partum impediunt animi pathemata 23.29
Partus difficilis cauſæ externæ. 23.29
Partus inſtantis ſigna 23.16
Partus difficilis cauſæ quæ 23.29
Partus facilis indicium 23.12
Partus facilis qui 23.29
Partum faciliorem quæ reddant. 23.29
Partum accelerans puluis & potio 23.16
Partum plurium quam duorum monſtro ſimilem. 2.34
Paſſeres quo ſtudio pulliciem educent. l.1.c.4
Paſtinaca 20.32. quæ patiantur percuſſi ab ea. ib. quam virulentus eius aculeus. 20.32
Paſtores quo aſtu pecudibus ne rore peſtilenti ſuffocentur prouideant. 21.5
Paſtus incipiendus à cibis liquidis & potibus introd. c. 14. cibandi tempus introd. c.14
Patellæ genu quid. eius vſus ib.
Patellæ genu fractura. vide fractura. 14.21
Patellæ genu luxatio quotuplex & qualiter curetur. 5.48
Pectoralis muſculi ortus & inſertio. ib.
Pectoris extrema illa pars cartilaginea num aliquando procidat. 3.1
Pedis figura recta fracta cur oſſa collocanda & continenda ſint. 14.30
Pedum duplex vſus 5.38
Penicula vulnerum cur neq; longiora neque craſſiora eſſe deceat. 10.6
Peniculi fiſtulati. 10.6
de Peniculis diſputatio. 10.13
Penis vlcera vide vlcera.
Penis ſtrictior, breuior, & cui frenum ſeu ligamentum ſtrictius 16.33. cauſæ, curatio ib.
Penis quibus deeſt, qua arte ad vrinam reddendam iuuandi. 22.9
Penis diſtentio conuulſiua vnde 18.16
Penis vitia 23.37. paralytici penis ſigna.
Pepticum med. 14.27
Perdicum in conſeruanda pullitie induſtria. l.1.c.9. quo aſtu ſibi & proli aduerſus venatores conſulant. ibidem.
Perfrictio in lue venerea, vide corporis oblinendi.
Perfrictionis in lue venerea immoderatæ damna. 18.12
Pericardii materia, connexio, vſus. 3.10. vnde materia aquoſo humori pericardio contenta, ib. conſiſtentia ib.
Pericranium cur exquiſite ſentiat. 9.15
Pericranii & perioſtii eadem natura. 4.2
Pericranii vſus. 4.2
Perinæum ab enixu & partu laniatum qualiter ſuendum. 23.27
Perinei ſeptum ferro minime violandum, 16. 42. quo loco diuidendum. 16.42
Peritonæus tunica quid, eius ſubſtantia, quãtitas, figura, compoſitio, numerus, ſitus & connexio. l.2.c.12
Perniones quo loco excitentur. 5.39
Perones deſcriptio. 5.30
Peritonæi inciſio longior. 7.15
Pes quid, quot & quæ eius partes. 5.30
Peſtifera tempeſtate noctune an interdiu iter ingrediendum 21.6
Peſtilens febris quomodo fiat ſuſciteturque in nobis. 21.18
Peſtilentiæ præſentis ſigna certa vnde petenda. 21.15
Peſtis quid 21.1. qui hominem enecet. ib. bubonum, anthracum & exanthematum in ea cauſæ. ib.
Peſtis cur vbiq; lethalis ſit 21.17
Peſtis ab humorum vitiis & putredine in corpus adacta ſigna. 21.16
Peſſorum ratio & vſus 25. 23. ad ciendos menſes & ſiſtendos ib. ad ſuffocationem vteri. ibid.
in peſtis metu ad præcautionem quæ obſeruanda. 21. 9.
Peſtis extraordinariæ cauſæ diuinæ. 21. 2. naturales eorum cauſæ. 21.5
Peſtis remedia topica extrinſecus adhibenda 21.8
Peſtis præcauendæ certiſſimum remedium loci mutatio 21.6. duo ad eã præcauendã præſidia ib. diæta ipſi præcauendæ ſalubris ib. moderata repletio eſt præ-

ſidium contra peſtem 21.6
Peſtis tempore luna vitanda.
Peſtis metu corpora præmuniunt, & peſte iam obſeſſa curant aqua Theriacalis, Cardiaca, electuarium, cardiacum, tabellæ cardiacæ, opiata cardiaca, conditum cardiacum, panis Marſicus, pilulæ Ruffi, Mithridacium, pilulæ aloericæ, ruta 21.7
Peſtis abigendæ mira ars 21.6
Peſtis prima origo ſemper ab aere 21.18
Peſte affectus quem in locum ſe recipere debeat 21.18
Peſte correptos continendos eſſe loco moderate luminoſo 21.19
Peſtis in bilioſo humore inſidentis ſigna 21.16. ſanguine pituitæ, humore melancholico inſidentis ſigna. ibid.
Peſtis ſigna lethifera quæ ſint 21.13
Peſtis lethiferæ quæ ſint ſigna 21.14
Peſtis ab aeris inquinamētis circa humorum vitia manātis ſigna 21.14. peſtem lethiferam faciunt vlceroſa & clamoſa ab initio laſſitudo vrinæ & anthraces 21.14.
Peſtis fomes aer auſtrinus 21.3
Peſtis à quibus in quos maxime graſſetur 21.3
Peſte correptis cur luna decreſcens ſit pernicialis 21.17
à Peſte tuetur alliorum eſus 21.6. quæ aqua eligenda tēpore peſtis 21.6
Peſte correptorum cur alii ſitiant 21.16
Peſte correpti quib. epidematibus & fotu ad nobilium partium robur vti debeant 21.22
Peſte defunctorum cadauera citiſſime putreſcere 21.10
Peſte correptis ſit ne purgatio & phlebotomia neceſſaria aut conueniat 21.24
cur ex baſilica ſiniſtra in peſte ſanguis detrahendus, è qua vena, quo morbi tempore 21.24. qualia conueniant cathartica 21.25
Peſte correptis ſomno interdicendum 21.12
à Peſte quibus cautionibus in ſpiritu & diæta adhibitis præcauere ſibi liceat 21.6
in Peſte fugienda venus, loca ſuſpecta, conſortia hominum, labor & exercitia nimia 21.9. econtra, fluentia & fiſtuloſa vlcera ſunt ſalubria.
canes cur potiſſimom necandi
Peſtis tempore canes & feles necandi, balnea publica & æſtuaria prohibenda 21.10
Peſte correpti cur vomant 21. 13. cur repente faciem mutent ib. cur ſoporoſi ib.
Peſtis cur tam varia inducat ſymptomata 20
Peſte correpti cur plenius nutriendi 21
Peſte correptorum diæta 21. 20. qualis eorum debeat eſſe potus ib. 21.21
Peſte correptis qui præſunt, velut Medicis, chirurgis, Pharmacopolis, quæ cautio adhibenda 21.11. eos qui curandos ſuſcipiunt, quibus artibus ſibi cauere debeant 21.12
Peſte regnante reliqui morbi ceſſant 21.17
Peſte correpti fugiant legumina, appetant ipſum decoctum, acidis vtantur, croco vtantur, famem vitent 21.20
Peſtem in hoc aut illo humore inſidere, quibus ſignis liceat ſcire 21.16
Peſtem quæ comitentur ſymptomata, & qualiter curanda 21.26
Peſtem non eſſe vnios morbi definitum oomen 21.5
Peſtis præſagiendæ vim ineſſe feris 21.5
Peſtem quæ ſigna in aere & terra prænuncient 21.5
Peſtem in terra quæ ſigna prænuntient 21.5
Peſti qoinam maxime obnoxii 21.17. cur iuuenes magis quam ſenes ib. cur grauidæ facilius ib.
Peſtiferi vapores qui plantis & animantibus ſint lethiferi 21.5
Phalangii puncturæ vis mira introd. c.23
Pharynx quid 5.14
Phlebotomia quib. in affectionibus haud ſit neceſſaria 16.59
Phlebotomia quid 16.59. eius vſus ib.
Phlebotomiæ inuentio L.1.c.1
Phlegma in re deſtillatoria quid 26.4
Phlegmone in acceſſum degenerans qualiter curetur, eius ſigna 6.10
Phlegmone vera quid 6. 7. differt à tumore phlegmonoſo ib. eius cauſæ primitiuæ, antecedentes & coniunctæ 6. 8. ſigna ibidem. qualiq; in ea diæta præſcribenda ib. fluxus humorum qui diuertatur ac dolor leniatur, qualiterq; vtendum repellentib. 6. 9. quibus vtendum topicis in incremento, in ſtatu, in declinatione ib. accidentia vt corrigantur ib. doloribvt occurratur.
Phænigmi vſus 25.33
Phœnigmus vide veſicatorium.
Phrenitis in peſte cauſa 21.26
Phymoſis quid 16. 32. cauſæ curatio 16.32
Phylocele vide Hernia.
Pica loquax L.1.c.39
Pilus quid 4.1
Pili præter naturam in palpebra ſuccreti qui tollendi. 16.5
Pili canis vide Canis.
Pilis tingendis quid conferat lixinium luminoſum 44
Pilorum in vulua vulſio ſtrangulatum vteri curat 23.48
Pilis denigrandis quæ conueniant 25. 46
Pilulæ contra peſtem 21.25
Pilularum Ruffi contra peſtem vis 21.7
Pilularum aloeticarum vſus noxius his, qui ſunt hæmorrhoidibus obnoxii 21.7
Pinna quid 24.21
Pinna quid 5.10
Pinnæ & pinnoteris conſortium & conſenſus.
Piperis deſcriptio, vſus & delectus 26.12
Piſſaſphaltum quid 11.7
Piſcatoris piſcis aſtutia prædatrix L.1.c.27
Piſcium in ſuos æquales caritas L.1.c.22
Piſces qui ſibi aduerſus tempeſtatem conſulant L.1.c.29 cur aduerſo flumine eant ib.
Piſcis vtelif. l. 1. c.30. c.39
Pithacea ſomnifera & facultatem animalem roborantia 10.11
Pituita quot modis non fiat naturalis 6.16
ad Pituitam è ſtomacho pueri recens nati remedia 23.19.
Pituitam eſſe quendam ſanguinem ex dimidio coctum introd. c. 6. pituitæ cur nullum ſit receptaculum introd. c.6
Pituitæ effectus introduct. c.6
Pituitoſi humores quomodo ex calidis etiam ex ſiccis cibis fiant 6.23
qui Pituitoſus introd. c.6.
Plagulæ ne indurentur prouidendum 14.25
Plagularum vſus 13.7
Plantarum in ſucco maceratio.
Pleuritis quid 7. 10. qualiter in ſuppuratum ſanguinem mutetur, qualiter in empyema. Pleuritidē committentis materiæ per vrinas excretio qui fiat, 3.13

Pleuritidis initio num poplitea ſecta proſit ib.
Plethora duplex, eius ſigna ib.
in Pleuritide ſpuria quo loco cucurbitulæ apponantur 3.13
Pluviæ monſtroſæ 24.23. p.591
Pluuiarum præſagium l.1.c.2
Pneumatocile quid 7.17. curatio ib.
ex Poculentis ſemper aliqd in pulmones deſtillare 5.15
Podagræ capi ubnoxii 17.12
Potio vulneraria 9.20. eius vtilitas ibid.
Potio vulneratiarum vſus & deſcriptio 18.28
Potionis vulnerariæ forma 18.28. quo morbi tempore ſalubriter vſurpari poſſit 18.28
Potio reſoluens & excernens ſanguinis trombos 11.1
Porna diuini deſcriptio 14.25
Pollicem pedis, cur natura, ſitu & productione natura reliquis digitis ſimilem eſſe voluit.
Polypus quid 7.2. rei & nominis ratio, differentia & ſpecies ib. Polypus cur radicitus euellendus 72. qui churugiam non patiantur.
Pondus quid 25.21
Porcorum ingenium l.1.c.21
Porus quid 8.4
Potus locu vitti 16.55
Præputium 2.32
Præputii curtioris cauſæ & curatio 16.31
Præſagium à coruo ab ardea l.1.c.2
Præſcriptio & conſuetudo in ſcientiis contra rationem non habet locum 11.25
Proceſſus mammillares cerebri, eorumq; vſus 4.7
Procidentia vteri vide Vteri
Procidentia oculi vide proptoſis.
Procidentia vteri cauſa 23.18
Prodigium quid 24.præf.
Productio carnoides & acromion 5.19
Proptoſis oculi quid. eius cauſæ curatio. 16.13
Proſtate 2.29. eorum vſus ib.
Pruritus vteri quid 23.64. eius cauſæ.
Pruritus cauſæ & differentiæ 14.5. ad eum remedia ib.
Pruritu & uredine cur vexentur partes tumori peſtilenti vicinæ 21.35. virus ad pruritum ib.
Pſilothra 25.47
Pſitaci humanæ vocis miri artifices l.1.c.39
Pterygomata 2.34
Pudenda muliebria quid à virilib. differant 2.34
Pudendorum frictiones vlceribus penis ſanatis cur aliquando vniuerſalis virulentia ſuperueniat 18.16
Pulmonis vulnerati ſigna 9.30
Pulmone vlcerato aut vulnerato quanta vtilitas 9.31.
Pudendum muliebre ceruicis eſſe vteri apophyſin 2.34
Pudendi muliebris vſus 2.34
Pulmonis vulnerati ſigna p.654
Pulmones cur leues 3.9
Pulmonum vulneta quænam curabilia 9.31
Pulmonum ſubſtantia, quãtitas, lobi, figura, compoſitio, vſus 3.9. eorum caro ex quo ſanguine fiat 3.9. eorum cum coſtis adhæſio 3.9
Puls quid à cataplaſmate differat 25.27
Pulſationis vſus triplex introd. c.8
Pulticula maturans, 25.28. ad necandos vermes. 25.28
Pulticulæ puerilis parandæ tres laudabiles conditiones 23.25
Puluis pyreus ex quibus componatur 10. apol. 2
Puluis catagmaticus 18.26
Puluis emplaſticus 11.23
Puluis bombardicus minime venenoſus 10. apol. 1
Pulueris Mercurii & calchanthi contra peſtem dotes. 21.25
Pulueris Mercurii dotes 10.5
Pulueris Mercurii contra venenata vulnera vires 20.1
Pulueris Mercurii ſeu angelicæ deſcriptio 25.32
Pulueres cephalici ſeu catagmatici cur ſalubres 9.16. iis quando vtendum ib. cum affundendi erunt Menyngi qualiter temperandi ib.
Pulueres catagmatici vim habent eliminandarum feſtularum oſſearum 14.27
Pulueres bombardicum non eſſe venenatum 10. apol. 2
Puluiſculi cephalici qualea 18.27
Puer vide infans.
Pueris recens natis vitia quæ inſunt ſtatim corrigenda 23.17
Pueri cur calculo veſicæ obnoxii 16.34
Pueri peſte infecti qualiter tractandi ac curandi, 21.41
Pueri in cunis qualis eſſe debeat collocatio 23.22
Pueri quando ablactandi 23.24. cur non niſi proruptis dentibus, qui ablactandi, ib. qui validi & ſani ib.
Puerperarum mammæ vide Mammæ 23.28
Puerperæ à partu quæ ſtatim exhibenda, 23.16
Puerperæ tormina qualiter ſedentur 23.27
Puerperæ hypogaſtrium ne corrugetur vnguentum 23, 27.
Puerperæ quæ cura poſt partũ ſtatim adhibenda. 23.27
Puerperæ ab admiſſo frigore quæ veniant ſymptomata 23.27. ſecunda ab vtero adhuc calens puerperę hypogaſtrio imponenda 23.27
Puerperis frigus inimicum 23.27
ad Puerilem aluum laxandum cataplaſma 23.23. ad eorum tormina, ib.
Punctura vide Morſus.
Puncturas veſparum, crabronum & œſtrorum non eſſe ſemper lethales 20.26. ſymptomata earum, & remedia ib.
Purgantis olei & vnguenti compoſitio 25.19
Puris facti ſigna 6.10
Pus qua ratione frigida remedia moueant 6.19
Pus quod leue æquale & album dicatur 11.3
Pus à læſis artubus in aluum confluere poteſt 10.12
Pus à veſica vrinæ mixtum cur perfectum non ſit 16.52
Pus à pene manans, cur minus fœteat, quam à veſica 16.52
Pus vulnerato brachio qualiter per vrinas & anum manare poſſit 16.49
ad Puſticas deſiccandas 25.45
Putredo peſtifera longe differt à communi putredine. 20.39
Putredinis in humorib. multæ argumentum 10. apol. 2
Putrentium humorum indicia 10. apol. 2
Pilori annulus glandnloſus l.2.c.14
Putredini eluendæ aptiſſimum decoctum 9.25
Pyramidum Aegyptiarum ratio 659
Pyrotica quæ, eorum differentiæ & vſus 25.17

Q.

QValitates primæ cur ita dicantur introd. c.4. ſecundæ quæ dicantur ib.
Qualitatum primarum cur duæ actiuæ & duæ paſſiuæ, introd. c.4
Qualitatum primarum effecta per accidens 24.3
Quartana cur cyrroſis tumorib. ſuperueniat, eius cauſæ, ſigna, prognoſis, diæta, curatio 6.31. cur autũno frequentes ſint, qualis horror iniis, à quibus morbis liberent, quanta vis vomitus in ea curanda, & quod-

C 3 nam

—15

nam tẽpus vomitui oportunũ initiis eius quæ medicamẽta idonea.ib.quib.refrigerãtib.curari velit 6.32
Quartus dies index. 6.11
Quies ad vnionis reſtitutionem neceſſaria. 14.3
Quinta eſſentia qualiter ex herbis, floribus,ſeminibus, fructib.aromaticis,Rbeubarbaro,agarico,Turbith, Hermodactylis,&alijs purgantibus elicienda.26.12
Quinta eſſentia quid, 26.1
Quotidiana intermittens qua ratione tumoribus ædematoſis ſuperueniat.6.23.eius cauſæ, ſigna,ſymptomata,pulſus,calor,ſudores,vrinæ,diæta, ſomn', ratio,pharmacia.ib.ei qui obnoxii. ibid.
Quotidianæ febris beuis futuræ ſigna. 6.23. in quos morbos quotidianæ malam habeant mutationẽ. ib.

R.

RAbidi homines cur latrent more canum, cur lumẽ fugiant,cur aquam timeant. 20.12
Rabidi canis venenum vel tantum appoſitum in rabiẽ agit. 20.12
Rabiei incertum remedium demerſio in mare 20.14
Rabiem mature curatam ſanabilem eſſe. 20.12
contra Rabiem & omnia venena valet,implere ſe cibis paulo liberalius. 20.15
Radii duæ epiphyſes.5.26.figura & ſitus. ib.
Radius cum cubiti luxatione excidit. 25.33
Ramus coſtalis 3.14.recurrens. ibid.
Ramus ſtomachicus. 3.14
Ramus meſentericus. 2.c.21
Ramus ſplenicus. c.21
Ranæ marales. 20.24
Ranula 7.5.rei & nominis ratio,cauſæ,curatio. ibid.
Ratio quid. 23.11
Ratiocinatio quid.introd. c.9
Recutiti qui dicantur 16.21
Regulæ generales ad ea,quę particularia ſunt reuocandæ. 16.41
Remedia anilia & ſuperſtitioſa ad multos morbos remedia. 24.17
Remollientia & reſoluentia. 6.22
Remoræ vis mira. 24.21
Renum ſubſtantia,magnitudo,figura,compoſitio,numerus,ſitus,connexio,temperies,actio. l.2.c.26
Renum vlceratorum ſigna. 16.52
Renum vulneratorum ſigna. 11.33
Renum læſorum ſigna. 54
Renum & veſicæ vlcera detergentia remedia. 16.55
Repellens medicamentum. 11.23
Repellens cataplaſma. 6.9
Repellens med. 16.43
Repellentium differentiæ. 25.9
Repellentia quæ ſimul & proprie adſtringẽtia ſint. 25.9
Repellentibus cur ſępe admiſceãtur, quę tenuium partium ſint. 25.9
Repellentia per accidens.25.9.eorum vſus . ibid
Repercutientium vſum quæ dehortentur. 6.5
Reponendorum exempla.introd. c.2
Repugnantia introd. c.22
Reſoluentia quæ dicantur .25.11.differentiæ, ſimplicia, compoſita ibid.
Reſoluentia validius. 7.3
Reſoluentia & roborantia. 6.13
Reſonitus quid.9.8.in quib.hęc fractura locum habere poſſit in diuerſis cranii oſſibus. ib. poſſe etiam reſonitum in cranii eodẽ oſſe locũ habere. ib. cur Hipp. ſecutus curãdi rationem nullam ſubiecerit.ib.ratio dignoſcendi cranii fracti per reſonitum. ibid.
Reſpirationis vſus. 3.9
Reſpiratio quomodo motus ſit voluntarius.introd. c.9
Res non naturales cur ſic dictæ.introd. c.12.
Res naturales quæ dicantur, intr.c.3.non naturales,ad quam medicinæ partem pertineant, ib. ad quam res præter naturam. ib.
Retentricis neceſſitas introd. c.8
Retinendi in inteſtinis oportunitas vnde. l.2.c.15
Retorta vulgo dicta quid. 26.14
Reuulſio in contraria. 12.12
Rhagades quid.23.63.curatio. ib.
Rhagades virulentæ qualiter curandæ. 18.29
Rheubarbari vires qualiter eliciendæ. 26.12
Rhinocerotis contra elephantem pugnaturi aſtutia.li.2. c.15.
Rhinoceros. 24.22
Rhomboides. 5.19
Roborantia. 6.18
Rubrificantia quid.25.32. vide veſicatoria.
Ructus commoda. 21.37
Ruta grauidis noxia. 21.7

S.

SAcchari roſati vlcerato aut vulnerato pulmone quanta vtilitas. 9.31
Sacculus quid.differentia, materia,vſus 25.39
Sacculus pro ventriculo,capite frigido,corde. 25.39.
Sacrolumbus muſculus thoracem contrahentium primus. 5.18
Sagitta vide Telum.
Sagitta in oſſe defixa,quid agendum. 10.10
Sagittæ qualiter ex vulneribus trahendæ. 10.18
Sal cetulæ qui paretur. 25.44
Salamandræ vis pernicialis 20. 20. eius temperies, ſymptomata,curatio.ib.qui in ignibus viuat, ib.
Saliua humana medetur vlceribus. 20.9
Saliuatio quid.introd. c.17
Salinationis vires. 21.37
Saluarella. c.22
Sanguis in quos, dum corrumpitur humores faceſſat, introd. c.6.
Sanguis Haiit veri balſami inſtar colericus. 24.22
Sanguis in primo coitu erumpens quibuſdam virgunculis, vnde oriatur. 2.34
Sanguis,qua via & dextro ventriculo in ſiniſtrum deferatur. 3.12
Sanguis vbi perficiatur.introd. c.6
Sanguis quibus haud detrahendus. 16.60
Sanguinem nullum quæ primo concubitu effundant. 23.41
Sanguinis in thoracis capacitate effuſi ſigna. 39
Sanguinis cauſæ materiales & efficientes.introd. c.6
Sanguinis mittendi quinq; ſcopi. 16.59
Sanguinis temperies,introd. c.5
Sanguinis mittendi duæ principes indicationes. 9.14
ad Sanguinis grumos remedium. 9.21
Sanguinis fluxus qua arte membro amputato ſiſtendus 11.20
Sanguinis fluxus vaſorum deligatorũ aliquo forte ſoluto,qua arte compeſcendus. 11.22
Sanguinis ad animi vſque deliquium miſſio quæ ſit vtilitas. 6.15
Sanguinem thromboſum reſoluunt diſſoluunt potio, pellis arietina adhuc calens, litus diſcutiens, ſudorifica potio , ſyrupi impedientes putredinẽ & thrombos. 11.1. puluis, aqua iuglandium ſtillatitia, balnea idem præſtant. 11.8

Sanguis

Sanguis vbi in ſperma elaboretur. 2.c.17.
Sanguiſugæ & earum vſus. 16.162.
Sani cur aliquando à morboſis gignantur. 23.2
Saniei fœtentis cauſa. 10.2
Sanitatis adiumenta duo, introductio. c.6.
Sanitatis in vulnere recuperandæ compendia. 10.12.
Sanitatem à dæmone accipere bonum non eſt. 24.17
Sapheoa, quo loco & in quarum partium affectibus aperiatur. 5.31
ad Saphiros deſiccandos 25.45
Sapientia memoriæ & experientiæ filia. 23.11
Sapor quid. 25.7. eorum differentiæ.
Sarcocolæ vide Hernia.
Sarcocyle quid. 7.17. ſigna, accidentia, prognoſis, curatio. ibid.
Sarcotica quæ, eorum differentiæ, vſus 25.13
Sardoniæ venenum, 20.33. eius Bezahardicum. ibid.
Sardonius riſus vnde. 20.35
Scabici qualia balnea conueniant. 25.42
Scabioſæ vis contra carbunculos. 21.54
Scalprus moderati commoda introductio. c.17
Scapula vide Omoplata.
Sceletus quid. 5.42
Sceptica quæ. 15.18. & vſus. ib.
Scientias non eſſe hereditarias. introd. c.24
Scyrrhus verus & legitimus quid. 6.24. illegitimus quid cyrrus qualiter curandus 6.25
Sciſio quid. 15.17
Sclopi manuarii deſcriptio 10.præfat.
Scloporum vulnera, vide Vulnera
Scolioſis quid. 15.17
Scorpii alati 20.25
Scorpii figura. 19.3
Scorpii punctura. 20.25. deſcriptio. ibid. cauda ibid. ſymptomata quæ eius venenum infert. ibid.
Scorpios allii vel raphani ſucco arceri. 20.25
Scrophulæ quid. earum cauſa materialis ib. 6. 21. à reliquis glanduloſis tumoribus quid differant, qui ná eis oboonii. ibid. quæ ſint dolorificæ. ibid. qualiter curandæ, ib. in earum vumica aperienda quæ notáda. chirurgica earum curandarum ratio,
Scrophulæ in meſenterio. 23.56
Scrotum ne gangræna occupetur, remedia 16.44
Scropulus quid. 25.21
Scytharum in condiendis cadaueribus ſtudium. 658
Sectio calculi vide Calculi in pueris.
Secunda cur ita dicta. 13.18. eius à partu auellendæ ratio. ibid. reſtirantis cauſæ, ib. reſtitantis ſymptomata. ib. extrahendarum ratio. ibid.
Secundæ citiſſime à partu reuellendæ. 23.17
Sedes, fracti cranii ſpecies. 9.7. curatio. ibid.
Semen fœminarum cur in alimentum virili cedat. 23.6
Semen viris ſuppreſſum cur non ſit pernicioſum. 23.47
Semen quid 23. præfat. laudabilis conditionis. ib.
Semen à toto corpore deciduum. 23.præfat.
Semen quando embryonis nomine donetur. 23.9
Semen fœcundum & infœcundum quale. 23.37
Semen eſſe poteſtate id, vnde defluit. 23.2
Semen à toto corpore defluere qui intelligendum. 21.
Seminis portio potior cur faceſſat in capitis, & cerebri generationem. 23.19
Semine excepto & concepto vterum contrahi. 23.6
Seminum concurſum ad conceptionem neceſſarium eſſe. 23.4
Seminum vires ac eſſentia qualiter eliciendæ. 26.12
Seminum in vtero ebullitio ſeu fermentatio, & trium ampullarum ſeu trium principū viſcerū concretio. 23.9
Septentrionales guloſi & bibaces. introductio. ca.7
Senectus alter morbus introductio. cap.14
Senectutis duæ partes introductio. c.5
Senectutis ſecundæ partis tres gradus, introductio. ca.5
Senes partibus ſolidis ſicci, introductio. c.5
Senium aliud à ſenectute introductio. ca.5
Senſile excellens omne labefactat ſenſorium. 5.6
Senſus interior cur oris dicatur. 23.11
Senſus communis quid. 23.11. eius functio duplex. ibid.
Senſum communem ſimplicia tantū cognoſcere. 23.11
Sepia aſtutia ſui conſeruatrix. l.1.c.28
Serpentis fœtui aſſini imago. 19.3
Seps ſerpens vnde dictus 20.18. eius deſcriptio, ſymptomata. 20.18
Serratus muſculus 5.18. ſerratus poſterior inferior. ibid.
Seſamoidea pedum oſſa. 5.58
Seſamoidea oſſa. 5.27. eorum vſus ib.
Setarum vſus. 10.6
Setho remedium ad epilepſiā, ad oculorū influxiones inueteratas. 9.14
Sethonis indocendæ ratio. 9.24
Sexus mutationis exempla. 24.5
Sexus quid introductio. ca.11.
Syderum in aërem vis, introductio. cap.13.
Sigillum beatæ Mariæ diſcutit. 27.13
Signa oſſium in ſuam cauitatem reſtitutorum. 15.30
Simiæ natura. l.1.c.34
Sinapi hauſtum contra peſtem. 21.25
Singultus quid. 21.57. eius cauſſæ ibid.
Sitis in febri quibus artibus falleoda. 21.21
Somnia melancholicorum. introd. ca. 6. Mores Melancholicorum. introd. c.6
Somnifera. 21.16
Somni commoda. 9.14
Somnus cur cerebro inflammato diurnus profit. 9.14
Somnum inuitat murmur ſtillantis aquæ. 21.17
Sonus quid. 5.10
Somnus quid. introd. c.15
Somni vſus, introd. ibid.
Sonorum differentiæ vnde. 5.10.
Sorbere & flare cur ſimul nequeamus. 3.18
Sortilegos vi dæmonica inſtructos nocere.
Sortilegos eſſe & qui fiant. 24.13. quid homines ad ſortilegia incitet. ibid.
Sparadrapi deſcriptio. 14.27
Species repletionum ſeu verius exceſſuum, introd. c.17. Repletio ad vaſa & vires. introd. ibid.
Specillum ad explorandum os cranii fractum quale eſſe debeat. 9.5
Specilla percontando apta qualia eſſe deceat. 10.4
Sphinctar veſicæ. l.2.c.41
Sphinctra ani l.2.c.15
Spina extrorſum luxata qualiter reſtituenda. 15.16. curatio. ibid.
Spina luxata cur partes ad pectus attinētes minus belle nutriantur & creſcant. 15.18
Spinæ anatomica deſcriptio. 15. 12. ſpinæ apophyſeon varietas. 15.12. luxatæ curatio. ibid.
Spinæ vſus multiplex. 5.16
Spinę vulneratæ ſigna. 9.30
Spinæ oſſa quatuor 5.4
Spinæ dorſi natiua imbecillitas 15.17
Spinalis medulla quid. 14.12. eius inuolucra. ibid.
Spinalis medullæ læſæ ſigna. 554
Spiritus qualiter ex herbis, floribus, ſeminibus, fructib. aromaticis,

aromaticis,Rhebarbaro,agarico, Turbith, Hermodactylis,& aliis purgantibus eliciendus. 26.12
Spiritus quid.introd. c.8
Spiritus triplex,introd. c.10
Spiritus animalis vnde dicatur.introd.c.10.qui fiat.introd.c.10.vitalis ſpiritus,qui fiat.introd. c.10. quæ eius materia. c.10
de Spiritu naturali dubitatur iotrod. c.80
Spiritus fixi.introd. c.10
Spiritus vitalis quid. 3.11
Spiritus cur partem, quæ à natura inſignitet deſciuerit, deſerant. 11.12
Spiritus animalis exiſtentia. 4.8
Spirituum vſus & neceſſitas,introd. c.10
Spirituum diſſipationi quod remedium,introd. c.10
Spirituum oppreſſioni ſeu conculcationi quod remedium,introd. c.10
Splenetica 5.22
Splenia qualia eſſe debeant. 9.21
Splenius muſculus. 5.17
Spongia fœmina quæ. 25.29
Spongiæ ad fouendum commoditas.
Sputum,vide Exſpuitio
Sputi cruenti coſtis fractis quænam cauſa. 14.11
à Squama æris ſymptomata. 20.37
Staphyloma quid?& quas cauſas habeat. 16.16. omne cæcitatem inferti nemendabilem. ibid.
Steatoma vide Atheroma.
Sterilitas viri. 23.37.ſectio venæ pone aures qui ſteriles faciat.23.37.ſterilitas à penis vitiis , à paralyſi,à vinculis & magica incantatione. ibid.
Sterilitatis muliebris cauſæ quatuor. 23.38
Sterni fracti & depreſſi ſigna & curatio. 14.10
Sterno quot ſiut oſſa. 3.1
Sterni oſſa tria. 5.41
Sterni anatomica adminiſtratio. 3.5
Sternutameoti vis concuſſiua. 16.23
Sternutationis & emunctioois vires & cauſæ. 21.37
Sternutatoria. 656
Stigmata à pyrio puluere carni inuſta in eluibilia eſſe 11.9
Stillatitii liqnores qui empyreuma deponant 26.4
Stillatitius liquor vini & aceti quid differat. 26.8
Stomachus vide Ventriculus
Stomachi vlcera vide Vlcera.
Strangulatus vteri remedia varia. 23. 48. ad eum Auicennæ ſecretum.ib.citum, certum & ſuccinctum ad eum remedium. ib.
Strangulatus vteri,quibus ſignis cognoſcatur à menſibus ne corruptis an à ſemine ſit. 23.46
Strangulatus vteri curatur pilorũ qui in vulua ſunt , ruptione. 23.48
Strangulatus vteri qnid.23.4.eius ſymptomata. ib. cur à ſemine quam à ſanguine corrupto ſit pernicioſior. vteri conuerſionis in varias corporis partes cauſæ variæ,ſtrangulatus vteri vnde tam varia ſymptomata. 23.44.ſaporis in eo cauſæ,vteri aſcenſus,vide aſcẽſus.
Sternutamentum cur fiat cum ſtrepitu. 21. 37. qui plethoricis & pulmonariis noceat 21.27
Strangulatus vterini ſigna.23. 45. quibus ſignis intelligere liceat mortua ſit nec ne mulier in vteri ſtrangulatu.23.46. viua pro mortua elata. 23.46
Stranguria quid.16.57.cauſæ,ſigna curatio. ibid.
Stranguria virulenta & ardor vrinę,ſiue ſit à replerione ſiue ab inanitione, generalis & propria curatio. 18. 20.& 21.
Stranguria cur ab intemperanti coitu. 23.1
Stranguriæ virulentæ virus à qua parte manet. 18 18
Stranguriæ virulentia quid. 18.16
per Stranguriam viruleotam qualis fluat materia. 18.17
Strangurioſæ contagioois ratio. 18.17
Stranguria virulenta qui degeneret in generalẽ virulẽtiam.18.17.eam quibuſdam conſueſcere & commori
Strangurioſi qui dicantur.22. 9. inſtrumenti ad eos ſitus. ibidem.
Strepitus quantum noceat fracto cranio. 9.14
Struma vide ſcrophula.
Struthiocamelum inter auem & quadrupedem quodammodo ambigere.24.21.ventriculi eius mira natura. ibid.
Stuporis & lætitiæ plenum ſpectaculum. l.1.c.35
Sutelarius muſculorum thoracem dilatantium primus 5.18
Subfaſciario tertia quando neceſſaria. 13.3
Subligaculi in hernia curanda quanta vis. 7.15
Sublimati, vis cauſtica.20.36.ab eo ſymptomata. ib.37.
Submerſorum,ſiue viui ſiue mortui fuerint,ſigna. 65.5
Subſolanus ſaluber.introd. c.7
Succubi vnde dicti.24.16. verum ſint & variæ hiſtoriæ. ibid.
in Sudando quis modus. 21.22
Sudationum elixarum ratio & ars. 25.43
Sudor Angelicus peſtilens. 21.5
Sudoris in peſte futuri ſigna. 21.36. ſalutares ſeu critici. ibid.
Sudorifica pueris in peſte ſanitatem adferunt. 21.42
Sudorifica. 6.15
Sudorifica potio. 21.22
Sudotiferus puluis. 21.22
Sudorificum ſimul & catarticum remedium efficax in peſte. 21.25
Sudorificum decoctum. 19.2
Sudorem in variolis quando prouocare liceat
Suffitus Cephalicus.25.40.ad neruorum durities, ad luis venereæ reliquias,ib.humidus ad aures. ib.
Suffitus qnid.25.40.differentiæ,materia, vſus , vtendi modus.25.40.ſuffitus humidi ratio. 25.40
Suffitus vide luis venereæ.
Suffituum aromaticorum ſylua. 23.48
Suffocari infantis ſigna. 6.54
Suffocatorum vaporum carbone ſigna. 656
Suffuſio vide Hypogima.
Sugillatorum cauſæ. 11.8
Snperantia quæ dicantur. 25. 12. eorum differentia, ſimplicia, compoſita , per accidens. ibidem.
Suppurans & emolliens quid differant. 25 12
Supercilia quid. 5.4
eorum vſus,compoſitio.ib.oculis cur adeps circumpoſitus. 5.6
Superfœtatio. 23.32. eius ratio. ibidem.
Superflui demendi exempla.introd ca.2
Supplendi quæ deficiunt exempla. introductio. capite 2.
Suppoſitorium quid. 25. 23. differentiæ forma vſus ibid.
Suppurans medicamentum exploratarum virium. 10 13.
Suppurantia. 6.10

Suppurantia quæ cautione in vulnetib. ſclopo inflictis, curandis vſurpanda. 10.5
Suppurationis auctor calor natiuus 6.22
Suppurationis figura. 6.3.
Suidi ſumus in aliena lingua. l.1.c.38
Suſpenſorum, ſiue viui ſiue mortui fuerint, ſigna. 655.
Sutura quid. 5.42
Sutura in quibus vulneribus carere liceat. 8.6. & earum adhibendarum ratio. ib. ſuturæ quinque ſpecies ib.
Sutura labris leporinis idonea, eiuſq; modus. 9.23
Suturæ. 4.3. earum vſus, numerus, ibid.
Suturis carent nonnulla crania. 4.3
in Suturis cur non terebrandum. 4.3.
Suturæ ſiccæ vſus. 9.23. eius modus. ibid.
Symphyſis quid. 5.42. quot modis fiat. ibid.
Synarthroſis quid. 5.42
Synarthroſis tres ſpecies. 5.42
Synchondroſis quid. 5.42
Syncope quid. 8.14. eius cauſæ tres. ib. eius ſigna ib.
Syncopes à diſſipatione, à corruptione & aura venenata, ab oppreſſione & obſtructione curatio.
Syncipat ſummum, quo tempore pueris oſſeam duritiem conſequatur. 44
Synoch' putris qui fiat. 6.11. phlebotomia in ea neceſſaria. ibid.
Synochus imputris. ib.
Syneuroſis quid. 5.42
Synogus putris qualiter curetur. 6.11

T.

Tabidi pueri qui curandi. 9.32
Tabidi cur in balneum ieiuni deſcendere nô debeant. 9.32
Tactio quid. introd. c.5
Talparia quid. 6.19
Tarſus quid. 5.4
Tarſi & pedii luxatio qualiter curanda 15.56
Tarſi oſſa. 5.5
à Taxo ſymptomata. 10.35
Tela in vulnere fracta qua arte extrahenda. 10.19
Tela Gualterina. 13.27
Telorum differentiæ. 10.16
Telorum intoxicandorũ artẽ vnde didicerimus. 10.16
Temperamenta ætatum, introductio. c.5.
Telorum è vulnere eliminandorũ ratio duplex. 10.17.
Temperamenta humorum, introd. c.5
Temperamenta temporum anni, introd. c.5
Temperamentum ad iuſtitiam, introd. c.3
Temperamentum Meridionalium, Septentrionalium introductio. c.7
Temperamentum quid, introd. c.5
Temperamentorum multiplex diuiſio, introd. c.5
Temperamentum ad pondus quid, introd. c.5
Temperamentorũ intemperatorum ſpecies, introd. c.5
Temperamenta partium corporis humani, quæ ſint, introd. c.5
Temperamenti natiui mutatio vnde, introd. c.6
Temperies medicamentorum, vnde æſtimetur, intr. c.5
Tempeſtatis in mari imminentis ſignum. l.1.c.1
Tempus oportunum ſomno & noctis natura, introd. c. 16. Somnus diurnus ib. c.16. ſomni nocturni mediocritas eſſe debet, ibid. vnde ęſtimanda, ib. forma & ſitus corporis in dormiendo qui & qualis eſſe debeat. ib. ſupini ſomni incommoda, proni nocumenta, ib. contemplatio inſomniorum, ib.
Tendinib. vnde origo. l.2.c.8
Tendinis extremæ ſuturæ operoſa conſolidatio. 9.36
Tentigo. 2.34
Terebinthina cur lauanda. 10.6
Terebinthinæ venetæ vires in ſtranguria. 18.20
Terebrare vide Fracti. Terebra tuta & expedita. 9.18
Terebra cur ſuturis haud apprimenda, 9.18. cur fracta ſutura duplex adhibenda ib. quibus cranii locis eam adhibere liceat. 9.19
Terebræ appreſſioni quæ præmittenda. 9.17. æger terebrandus quomodo colligandus. 9.17
Terebrę quid. 9.18. eius capicium ib. ratio terebrandi ib. incaleſcentis à terebro oſſis damna.
Terebratio cur locum habeat in fracturis cranii. 9.17
Terra opum & medicamentorum parens. 25.2
Terræ de loco ad locum ingenti motu mutatio. 24.23
Teſtium ſubſtantia, magnitudo, figura, temperies, actio c.28.
Teſtudinum magnarum ſanguis elephanticis medicina. 24.21
Teſtularum à ſuo oſſe diuulſarum ſigna. 14.25
Tertiana duplex qui diſtinguatur à quotidiana.
Tertianæ intermittentis plebeia deſcriptio. 6.15. Tertianarum febrium cauſæ, ſigna, ſymptomata, 6.15.
Tertianæ cur deſinant in manifeſtam apyrexiam.
Tertiana laborantium diæta 6.15. quando vino eis vti liceat, quando eos cibare oporteat, quando purgare ac ſanguinem mittere. ibid. quæ vacuationis ſpecies iis commodiores balneo ac ſudore quando iis vti liceat, ibid. ſymptomata qualiter corrigenda, ac ſanguis quo tempore mittendus.
Thanach. 24.22
Thenar. 5.29
Theriaca contra quorũ ſerpentum morſus nihil proſit 10.22
Theriaca ſumpta quis modus in deambulando. 21.22
Theriaca omnium venenorum vires obtundit. 10.9. & 10.
Theriaca pueris parcius exhibenda 21.42
Theriaca cuios ætatis probatiſſima 21.7. cur paulo recentior ſit bilioſis ſalubrior.
Theriacæ vſus ad quotidianam inueteratam. 6.25
Theriacæ vis in arthritide 17.11
Thoracis pertuſi ſigna. 654 p.
Thoracis partes. 3.1
Thoracẽ cur natura partim oſſeum, partim cartilagineum effecit. 3.1
Thoracis vulnera qualiter curanda. 9.30
Thoracis vulnera in fiſtulam abire. 9.31. cur fiſtulæ thoracis via teneantur ib. Cur ex thoracis vulnerib. tanta saniei copia effundat. 9.31. fiſtulæ thoracis curatio ib.
Thuris deſcriptio. 26.15. adulterini indicia. 16.15. dotes. ib. ad mammarum inflammationes.
Thymus quid. 23.61
Thymus quid. 3.16. vſus magnitudo. ibid.
Tibia luxata & ab aſtragalo diuiſa, qualiter curanda. 15.52.
Tibiæ maſculi ſunt, longus, membranoſus, rectus, crureus, interni tres, biceps, popliteus. 5.7
Tibiæ & fiſtulæ fractæ ſigna. 14.23
Tibiæ oſſa quæ & quot. 5.36. Tibia proprie & ſtricte ſumpta, ib. tres eminentes in oſſe tibiæ hocæ. 5.36
Tinea quid. 16.2. differentiæ, cauſæ, prognoſis, curatio. ibid. ett ad tineam furfuroſam remedia. ibidem. vnguentum ibidem. ad cruſtoſam. ibid. ad vlceroſam. ibid.

Tinea contumax remedio luis venereæ curanda. 16.2
Tophi arthriticorũ vnde oriantur.17.20.& quibus remolliantur. ib. qui aliquando ſuppurare videantur. ibid.
Tophorum vitulentorum materia. 18.25
Torcular quid. 4.5
Tormentorum bellicorum materia. 10. præfat. figura varia, ſpecies. ibid.
Tormentorum manuariorum pernicies. 10. præfat.
Torminum à partu cauſa. 23.16
Torpedinis prædatricis aſtus, 20.21. vis ſtupefactoria. ib.
Tracheæ arteriæ vlcera. vide vlcera.
Trapezius. 5.19
Trochanteres. 5.34
Trochiſci ad renum & veſicæ vlcera. 12.18
Trochiſcorum Andronis compoſitio. 12.16
Tubercula in cranio notanda cerebri vaſorum lethalẽ ruptionem contingere poſſe citra fracturam cranii oſſa ethmoithea cur ſint forata. 4.5
Tngulorum in plagam calculo extracto conſutam demiſſorum vſus. 16.43
Tumoris ſanguinei, melancholici, bilioſi, ſigna propria 6.3
Tumoris in cyrrum terminandi ſignum & cauſa. 6.3.
Tumoris aquoſi ſigna. 6.18. tumor aquoſus cur ſæpius aperiendus.
Tumores peſtilentiales pure confectos ſæpe digeri naturæ vi. 21.41
Tumores contra naturã quib. modis maxime fiant 6.2.
Tumores quot modis terminentur. 6.3
Tumoris reſolutione terminandi ſigna. 6.3
Tumores peſtilentes ſebri ſuperuenire cur honeſtum.
Tumores grauidarum in pancrea & meſenterio. 23.36
Tumores frigidos diuturnioris eſſe curationis. 6.4.
Tumores qui à materia non naturali fiant, difficilius ſanantur. 6.4
Tumores quinam ad phlegmonem reuocentur, qui ad eryſipelas, qui ad œdema, qui ad cytrum. 6 6
in Tumorum curatione aggredienda, quæ conſideranda. 6.5. in ea perficienda quæ. ibid.
Tumorum ſigna præcipua ducuntur ab eſſentia partis. 6.3
Tumorum notitia ex motu & exacerbatione. 6.3
Tunica vide Membrana.
Tunicæ muſculorum cõmunis ſubſtantia, quantitas, compoſitio, ortus, numerus, ſitus, vſus, l.2.c.7.
Turtures ad ſecundas nuptias conuolare. l.1.c.10
Tuſſis incommoda in pulmonum vulneribus. 9.31

V.

VAcuantix materiam coniunctam. 6.17
Vacuationum ſpecies quid. introd. c.17.
Vacuatione in omni tria notanda. introd. c.17.
Valgi qui dicantur, & quib. ex cauſis fiant. 22.11. & quib. corrigantur. ibid.
Vapore ab incenſa re venenata ſuſcitato num inoxicari quiſquam poſſit. 20.7
Vari qui dicantur. 22.11. ex quibus cauſis fiant, ib. quomodo corrigantur. ib.
Variolæ qualiter curentur. 19.2
Variolis & morbillis laborantium diæta & victus ratio 19.2. cur pulticula pueris iis laboranti neganda, ibid. ſomnus profundus cur noceat. ib. purgatio, phlebotomia & ſudores qualiter adhibendi ſudorẽ in morbillis quando prouocare morbillis. ib.
Variolarum quæ cau.... 19.1. earum materia ſigna prognoſtica. ibid.
in Variolis vt vitandę cicatrices 19.3. vt muniendi oculi ib. vt os interius, ib. vt pulmones ib. qualiter ſcalptus pruriginoſus vitetur ib. ad excoriationis remedia. ib. ad oris & faucis remedia ib. ad oris & faucium vlcera ib. ad fœdas cicatrices faciei componendas. ib.
à Variolis quæ partes muniendæ & præſeruandæ. 19.3
Varix quid & quas habeat differentias. 12.20. cauſæ, ſigna, curatio. ib. Varicum ſectio ib.
Vaſa ſpermatica muliebria cur virilibus ampliora, ſed breuiora. 2.33. eiaculantia muliebria vaſa cur ſint anfractuoſa. ibid.
Vaſa eiaculantia 2.29. qua occaſione amplo & manifeſto meatu aliquando ſint pervia. 2.29
Vaſa vmbilicalia. 23.8
Vaſorum ſpermaticorum ſubſtantia, magnitudo, figura, compoſitio, numerus, ſitus. l.2.c.27.
Vaſorum ſpermaticorum fluxus cauſa 23.1
Vas breue ſeu venoſum. 2.c.21.
Vena quid. l.2.c.10
Venæ arteriarum nutrix. 3.12
Venæ cauæ aſcendentis diſtributio. 3.13
Venæ cauæ deſcendens ramus maior. 3.13
Venæ cauæ ſuperior ramus minor eſt. 3.13
Phrenicæ Venæ. 3.13
Vena recta, vena puppis 3.13
Vena, porta, eius ſubſtantia, magnitudo, compoſitio, ſitus, connexio, temperies, actio.
Vena iſchiadica. 5.31
Vena maſcula, poplitea, ſuralis, iſchiadica maior. 5.31
Vena Mediana 5.21. quo aſtu ea ſecta à capite aut hepate ſanguinem magis eduxeris. ibid.
Vena puppis vtiliter in capitis dolorib. internis aperitur. 3.1x
Vena arterioſa. 3.13
Vena adipoſa, emulgens, ſpermatica, lumbaris, iliaca, muſculoſa, ſacra, hypogaſtrica, hæmorrhoidalis externa, Iliaca, pudenda. l.2.c.25
Vena phrenica, coronalis, arterioſa. azygos, intercoſtalis, mammaria, ceruicalis, muſculoſa, axillaris humeraria, iugularis vtraque vide lib. 3.c.13.
Venæ cruralis ramus internus, quas & quã multiplici diuiſione obeat partes ſuas. 5.31
Venæ meſaraicæ ab epate omnes. l.2.c.16
Venæ vnde melancholicis tumeant. introductio. c.6.
Venæ cauæ & arteriæ magnæ læſæ ſigna. 654.
Venæ cauæ ortus, l.2, c.25. eius duo rami, ibid.
Venæ ſecandæ & detrahendæ inde ſanguinis ars. 16.60
Venæ portæ ſex rami, l.2.c.1x
Venam nunquam ſe arteriæ applicare. 23.7
Venarum & arteriarum anaſtomoſis, ſeu exoſculatio mutua. l.2 c.10. vbi manifeſta ſit. ibid.
Veneficis cur non ſit in vſu opium. 20.35
Venenum quid. 21. eius differentiæ, ibid. Venena cur omnia antipathiam peculiarem cum corde habent. ibid.
Venena paruæ molis, qui vel ſolo tactu tantas alterationes inducat. 20.20.
Venenorum tam miræ efficaciæ vera ratio. 20.x.
Venenum non omne eſſe frigidum. 20.5
Venenum peſtilens cur non vna ſed multiplici ſępe via expurgetur. 21.36.
Venenum potenter attrahit raphani radix. 21.34
Venenum glandi plumbeæ vtrum concorporari poſſit 10.14.
Venenum rabidi canis vel tantũ appoſitum in rabiem agit. 20.13

Veneuum abſolute quid? 20.35
Venena qua arte & cautione declinentur 20.6
Venena calida citius interficere frigidis 20.8
Venena num ſint, quæ ad certum tempus interficiant. 20.3.
Venena nulla definito tempore necare 20.3
Venena qui citius tardiusve necant 20.3
Venenata ne ſint animalia, quæ venenatis nutriuntur, & vtrum tuto atq; innoxie comedi poſſint 20.4
Veneni & alimenti natura contraria 20.1
Veneno infectorum hominum generalia ſigna 20.5
Veneno impotionatorum ſigna, eo impotionati fiigẽt.
Veneno impotionatis cur ſomnus noceat 20.6
cur & qui Vomitꝰ prouocandus 26.6. quando & quib. catharticis purgandi ad ictos veneno remedia. 20.6
Venenorum calore agentium, frigidorum, humidorum, ſiccorum, ſigna. 20.5
Venenorum vires mire perniciales 20.7
Venenorum ſpeciebus ſingulis ſua & propria ſigna & effecta eſſe 20.8
Venenorum ea ſingulis animalibus effecta quæ ſint? quæq; inde eruenda prognoſis 20 9
Veneuorum cum venenis antipathia 21.6
Ventriculus quid? eiꝰ ſubſtantia, magnitudo, compoſitio, connexio, temperies, actio, ſitus, l.1.c.14
Ventriculus cur fere frigidus ſit hepate calido eaſiſtente 1.2.præf.
Vantriculi calidioris & frigidioris nota.
Ventriculi læſi ſigna p.654
Ventriculi orificia duo l.2.c.14
Veutriculus cur non incluſus l.2.c.1
Ventriculi & inteſtinorum tenuium vulneratorum ſigna. 9.33
Ventriculum roborantia 9.32
Venti alienas ſibi qualitates qui aſciſcant, introductio c.13.
Ventorum in humano corpore generatio. 19.3. item aquarum ac lapidum ib.
Ventorum vis & differentia introd. c.13
Venus noxia arthriticis 17.8
Venus cur tempore peſtis cauenda 21.9
Venerearum rerum ſenſus cur brutis datus 23.3
Veneris capite vulnerato incommoda 9.14
Ventris imi diuiſio l.2.c.1
Ver quomodo ſit temperatum, introd. c.5
Vermis vomitu excluſi figura 49.3
Vermis in inteſtinis geniti & excluſi effigies 19.4
Vermes cur lauandi 10. apologiſmo primo.
Vermes febrili eæluſi paroxiſmo 24.19
Vermes à male parata pulticula qui oriantur 19.5
Vermes qua arte deorſum facile deturbentur 19.5
Vermes qualibus ex cibis gignantur 7.21
Vermes qui generentur 19. 4. cur ſæpe ad os aſcendant. 19. 4. differentiæ ib. cauſa varietatis colorum ib. quibus in locis albi gignantur ib. vermium in tenuibus inteſtinis, item in craſſis exiſtentium ſigna ib.
Vermes varii coloris cur calamitoſiores. Verminationis curandæ indicatio 19.5
Vermium in vlcere creſcentium cauſa 12. 8. fotus ad vermes necandos. ib.
Vermibus aduerſant' cornu ceruiuum, portulaca, glãdes, emplaſtra, pulueres 19.5
Vermi formis illuuies per vrinam excreta 19.3
Verminoſæ mortis indicia 19.4
Verminoſi cur & quibus purgandi 19.5
Verminoſorum ſigna quoad ſymptomata 19.4
Vermium Fernelianorum effigies 19.3
Verrucæ vteri. 23. 61. qualiter verrucæ ceruicis vteri curentur. 23. 62. quæ vinciendæ & exſiccandæ. ibid. earum curandarum tria capita. ib. aquaeas conſumens ib. vnguentum idem præſtans. ib.
Vertebra dorſi decima qua ratione ſpina dicatur 5.18.
Vertebræ oſſis ſacri. 5.16
Vertebræ dorſi, lumborum & ceruicis quo differant & conueniant. 5.18
Vertebræ dorſi ad anteriora, ſeu interiora luxata pernicies. 15.15
Vertebrarum dorſi luxatio. 15. 15. differentiæ, ſigna, cauſæ. ibid.
Verbitræ puerilis noduli quem vſum habeant. 23. 8
Vertebrarum plurium luxatio cur periculoſior nõ adeo, ac vnius. 15.18
Vertebrarum ceruicis connexiones. 5.16
Vertebrarum ceruicis apophyſea rectæ quæ, obliquæ quæ. 5. 16. tranſuerſæ quæ. ib.
Vertebrarum ſpinæ connexionem ligamentorum vi contineri. 5.16.
Vertebrarum luxatarum prognoſis, 15.18
Vertebrarum dorſi reſtitutarum in ſuo loco confirmatio. 15.15
Vertebrarum à cauſa interna luxatio. 15.17
Vertebrarum dorſi & apophyſion q̃ in eis ſint fracturæ. 14. 13. curatio ibidem. apophyſis ſolius fractæ ſigna.
Vertigo quid & quas cauſas habeat. 16. 3. ſigna. ib.
Vertigo critica quid. ibid. 16. 3.
Veſicatoria quæ. 15. 18. & vſus. ibid.
Veſicatoria quid. 25. 33. eius deſcriptio. ib. eius & phænigmi vſus. ibid.
Veſicatoria cur cauterio vtiliora in bubone peſtilentiali. 21.31
Veſicatorium valens. 17.13
Viburni cortex interior veſicatorius 17.13
Veſicatorium compoſitum. 21.31
Veſica qualiter curanda. 16.42
Veſica fellea quid. l.2. c.19. eius ſubſtantia, magnitudo, figura, numerus, connexio, temperies, actio.
Venæ cruralis initium. 5. 31. eius rami duo. 5.32
Veſicæ & ceruicis eiuſdem vlceratæ ſigna. 11.18
Veſicæ ſubſtantia, magnitudo, figura, compoſitio, numerus, ſitus, temperies, actio 2.c.31
Veſicæ ceruix. 2.31
Veſicæ virilis collum aliter figuratum ac mulieris. 16.35
Veſicæ vulneratæ ſigna. 9.33
Veſicæ vlcera cur difficilius ſanentur. 16.54
Veſicæ vlceratæ ſigna. 16.53
Veſicæ læſæ ſigna. 654
Veſiculæ felleæ canales. l.2.c.19
Veſicularum à combuſtione cauſa. 11.8
Veſicularum ex ambuſtione proruptarum remedia. 11. 9.
Veſparum crabronum & œſtrorum puncturas non eſſe ſemper lethales 20.26
Veſpillonum fraus nefaria 21.10
Vina ſub canicula cur conturbentur. 21.4
Victoria vti nequeunt, at vincere ſeptentrionales norunt. introd. c.7
Victus italicus. 10.8
Viragines quæ. 23. 51. eas eſſe ſteriles. ibidem.
Vires naturales in partibus otio languere negotio roborari. 14.27

Vir

Vir ſuperat fœminam ſanguinis qualitate 23.50
Vir fœmina calidior, adeoq; minime menſtrualis.
Viri cur mulieribus magis calculoſi 16.36
Virgo venenis nutrita 25.1
Virgines quæ primo coitu nullum ſanguinem profundunt 23.42
Virgines nubilea, vide nubiles.
Virginitatis ſigna 657
Vigiliarum immoderatarum incommoda 9.14
Viperæ morſus qui virulentus 20.16
Virilia ſpermatica vaſa quid à muliebribus differant 2.33.
Viſcera obſideotes ib.
Viſio qui fiat ir.ttod. c.9
Vitreus ſeu alhugineus 5.6
Vitrioli exacte calcionati indicium 26.15
Vitrioli cinere facti vis 10.5
Viuum aliquid qua ratione fiat ex putrente materia. 7.21
Vlcus chironium quid à depaſcente differat 12.10
Vlcus virulentum, exedens, malignum, cacoethes, chyroneum quod 12.10
Vlcus cum dolore 12.6. cum hyperſarcoſi 12.7
Vlcera cacochymorum & cachecticorum cur non facile ſanentur 1. apol. 2.
Vlcera orbicularia cur difficulter ſaneſcant 21.35
Vlcera veſicæ ac renum cur difficilius ſanentur 16.54
Vlcera peſtilentia tardius ad cicatricem deducenda 21.31.
ad Vlcera depaſcentia remedium 21.31
Vlcera fundi veſicæ incurabilia 12.18
Vlcera oculorum qualiter curentur 12. 13. collyrium ad ea detergenda ib. ſarcoticum ib. ad cauas cicatrices ib. epuloticum ib.
Vlcera narium qualiter curentur 12. 14. iniectio vbi ad oſſa ethmoidea ozæna peruenerit ib.
Vlcera oris 12.15. curatio ib.
Vlcera palati feſtinanter & fideliter curanda 12.15
Vlcera aurium quib. oriantur cauſis 12.16. curatio ib.
Vlcera tracheæ arteriæ, œſophagi, ſtomachi & inteſtinorum, quib. oriantur cauſis 12.17. ſigna, curatio, ib.
Vlcera gulæ qualiter curentur 12. 17. cur acria in iis vitanda, mel vero adhibendum.
Vlcera renum & veſicæ, 12.18. cauſæ, ſigna, curatio, ibid. cur valida cathartica in iis vitanda, ib. quę detergentia vſurpanda ib.
Vlceris intemperanter ſicci ſigna 12. 5. remedia ad id ib. humidioris ſigna ib. fotus deſiccans ib. intemperanter calidi aut frigidi ſigna 12.5
Vlceris in vtero putridi ſigna 23.60
Vlceris acceptiones variæ 12.1
Vlceris ſimplicis ſanationem eſſe deſiccationem 12. 4
Vlceris cum tumore coniuncti curandi regula 6.14
Vlceribus exedentibus & ſerpentibus cohibendis vtilia medicamenta 6.14
Vlcera veſicæ & ceruicis quid differant 18.17
Vlcera tumorum peſtilentium cur difficulter cicatrice obducantur 21.35
Vlcera quib. de cauſis difficulter ſaneſcant 12.3
Vlceris maligni duo excrementorum genera 12 3
Vmbilici generatio 23.7
Vlceria in carne & cute ſimplicis indicatio 9.15
Vlceris putridi, depaſcentis, ſordidi, carnoſi, fiſtuloſi, cancroſi, intemperati, male morati, catarrhoici, apoſtemaroſi, chironii ſigna 12.2
Vlcera penis in lue venerea, maligniora quam glandis. 18.16
Vlcera oris vide Oris
Vlcera virulentia & depaſcentia quid differant 12.10
Vlcera cacoetha quibus temporum interuallis curanda 22.11
Ulcerum faſciandorum ratio 12.12
Vlcerum curatio particularis 12.12
Vlcera renum & veſicæ quæ detergant 16.55
Vlcerum prognoſis 22.3
Vlcerum labra calloſa 12.7
Vlcus putridum & vermibus fœdum 12.7
Vlcus ſordidum 12.9. loci detergens ib.
Vlcerum excrementum duplex 25.14. eorum conditio.
in Vlcerum impuritate diſtinctio notanda 12.9
Vlcuſcula in febricitantium naribus, ore & labris quid portendant 6.15
Vmbilici abſceſſus minime aperiendus 23.65
Vmbilici puerilis à partu deligatio 23.17
Vmbilici tumore puerili relaxati cauſæ & curatio 23.66
Vmbilici tumoris cauſæ varię & ſigna 7.13. curatio chirurgica ib. quinam vmbilici tumor chirurgicam curationem non admittat 7.13
Vmbilici fœtus vnica tantum eſt vena, nullus a. urach', 2.36
Vmbilicus quid 2.36. corporis eſt centrum, eum componentes partes.
Vncia quid 25.28
Vnguenta quid 25.26. eorum materia & proportio, cōponendorum modi.
Vnguenti enulati cum Mercurio via 6.14
Vnguenti enulati vires 23.64
Vnguenti ex argento viuo deſcriptio 18. 10. & ſingulorum vires ib.
Vnguentum Aegyptiacum 16.10
Vnguentum de apio 6.10
Vnguentum digeſtiuum, ſarcoticum, epuloticum 9.15
Vnguentum adſtringens, nutritum, aureum, tetrapharmacum, diampholygos, deſiccatiuum, rubrum, enulatum, album Rhaſis, de althea, populeum, Apoſtolorum ad maligna vlcera, Comitiſſæ, pro ſtomacho, ad rabioſos morſus, ad relinendas cicatricea 25.26
Vngues vnde oriantur 5.27
Vnguis cur additus digitorum molli carni 5.20
Vngues cur aſſidue creſcant 5.20
Vnguium ſe in digitorum carnem defigentium curatio 16.30.
Vngula oculi quid 16.14
Vnicornu cornu quib. paſſionib. cordia vtitur 20.2
Vnicornu quid ſignificet 20.39
Vnicornem qualis dicitur fera, non exiſtere 20.39
Vnicornis cornu non eſſe efficax contra venena 20.39
Vnicornu remedium ſuperſtitioſum 20.39
Vnicornium quæ iactantur cornua, cuiusmodi ſint. 20.39
Vnionem carnis quæ accelerent 16.45
Vocis inſtrumenta 3.9
Vocum infinita varietas vnde 5.14
Voluntatis index vultus 5. præf.
Vomica aperta quæ reliqua ſit generatio 6.10
Vomica expectorata oui columbini magnitudine 24.19.
io Vomicarum aperiendarum genere quæ & quot cōſideranda 6.10
Vomitus cur contingat in dolore colico l.2.c.15
Vomitus in colica cauſa 16.58
Vomitus in peſte cur minime cogendus 21.36

Digitized by Google

Vomitus qui ad vteri prolapſum vtilis. 23.41
Vomitus vis, qualis, introd. c.17
Vomitum cientia. 17.10
Vomitus qui facilis ſuccedat.
Vomitus capite vulnerato cauſa. 9.9. vomitus biliosi ratio. ibid.
Vomitoria. 6.13
Vox læditur vna neruo recurrente læſo. 9.29
Vox brutis eundem vſum præſtat, quem oratio hominibus. l.1.c.38
Vterus cur intumeſcat. 23.44
Vteri putridi excisio. 23.41
Vteri procidentia antimonio hauſto illata. 23.41
Vteri pruritus vide pruritus.
ad Vteri aſcenſum. 23.41
Vteri ſtrangulatus, vide ſtrangulatus. 23.44
Vterum non per accidens modo moueri, ſed etiam per ſe concuti. 23.44
Vteri intéperati, calidioris, frigidioris, humidioris, ſiccioris, ſigna 23.39
Vteri procidentia quid. 23.40. ſigna, cauſæ, prognoſis. ib. curatio 23.41
Vterum calfaciens & diſcutiens fotus 23.41
Vteri cotyledones vide cotyledones.
Vteri ſubſtantia, magnitudo, figura, compoſitio, vaſa, nerui, tunica ſeu membrana potius propria. 2.34. ſitus ib.
Vteri violentius cum ſecundis rapti ſymptomata.
Vteri læſi ſigna. p.654
ad Vteri prolapſum qui vomitus vtilis 23.41
Vterus poſt conceptionem cur denuo nonnunquam aperiatur. 23.32
Vterum muliebrem nullis cellis diſtingui. 24.3
Vterum muliebrem cellis variis non eſſe diſtinctum. 23 32.
Vterum quibus viribus aromata reſtituant, fœtida naribus admota qui vterum reſtituant, 23 48.
in Vtero cellæ nullæ. 2.34. vteri dolor ad quas proprie partes pertineat, 2.34. vteri propria actio. 2.34. orificium. ibid.
Vterinus furor, vide furor.
Vrachi vſus. 23.12
Vrethræ agglutinatio, quibus acceleretur. 16.40
Vreterũ ſubſtãtia, magnitudo, figura, cõpoſitio, numerus, ſitus, cõnexio. 2.30. eorũ in veſicã inſerta mira. ib.
Vrina à quib. cauſis externis ſupprimatur. 16.50.
Vrina in qua ſpecie peſtis inſpicienda, 21.16
Vrina ſuppreſſa qui mors veniat. 16.36
Vrinæ cur in peſte ſaniorum vrinis ſimiles. 21.13
Vrinæ cohibitæ & præter voluntaté fluentis cauſæ. 15.15
Vrina quibus inuoluntarie effluat, & vretra deficit, qua arte ſuccurratur. 22.9
Vrinæ cruentæ differentiæ, cauſæ, ſigna, curatio, 16.51
Vrinæ ardoris cauſæ eiuſque differentiæ. 18.17
Vrinæ cur in diaria febre ſint ſanis ſimiles. 6.11.
Vrinæ profluuium inſanabile. 16.36
per Vrinas vniuerſum corpus indicari. 21.37
per Vrinas qualiter quæ toto corpore inutilia ſunt, expurgari poſſint. 16.49
Vrinæ in ſtranguria fœtidæ & ſanioſæ cauſa. 18.4
Vrinæ ſuppreſſio à cauſis internis. 16.48
Vrina cur voluntatis arbitrio diutius cohibita iſchuriã inferat. 16.84
Vrinæ ſuppreſſæ quæ curatio adhibenda. 16.52.
Vrinæ ſuppreſſionem curant infuſum ex baccis hederę aqua diuretica. 16.55
Vrinarum etiam proruptione totum corpus repurgari. introd. cap.17
Vſorum aſtutia. l.1.c.1
Vuæ ſeu Columellæ inflammatio ſeu relaxatio. 7.7
Vuea. 5.6
Vuea tunica oculi cur multos æmuletur colores. 5.6
Vulnus proprie quid. 8.1. eius varia nomina & 2. vulnerum cauſa, ſigna, indicia, prognoſis. lib.8 2.3.4
Vulnus quoties in die curandum 10.5
Vulnus capitis quanto tempore occaleſcat. 9.13
Vulnus omne ſclopo inflictum eſſe contuſum 10.13
Vulnera linguæ. 9.27
Vulnera faciei qualiter curanda. 9.13
Vulnera oculorum qualiter curanda. 9.24. repercuſſiua oculorum oculis frigida actu inimica. 9.24
Vulnera ſcloporum omnia fere rotunda. 10.1
Vulnera articulorum vide articulorum,
Vulnera ventris inferioris qualiter curanda. 9.34
Vulnera iugularium & carotidum vaſorum ex euentu lethalia. 9.19
Vulnera neruorum & partium neruoſarum. 9.35
Vulnera capitis vide Capitis.
Vulnera epigaſtrii vide Epigaſtrii.
Vulnera magna dici tribus modis. pag.653
Vulnera quot modis lethalia. 654
Vulnera ſclopo inflicta qualiter curanda, & quo apparatu. 10.5
Vulnera ſcloporum qui combuſtioni coniuncta eſſe poſſint.
Vulnera ſcloporum cur tardius ſuppurentur. 10.6
Vulnera à ſclopo inflicta, cur tam lethalia fuerint. 10.apol.2.
Vulnera penis, bubonum, teſtium, fœmorum & cruriũ qualiter curanda. 9.35.36
Vulnera thoracis vide Thoracis.
Vulnera tribus modis magna dicuntur. 8.3
Vulnera periculoſa quæ 8.4. omnium minime periculoſa quæ. ib. lethalia ib.
Vulnera iuuenum facilius coeunt. 8.4
Vulnera hecticorum & cachecticorum cur facile nõ ſaneſcant.
Vulnera arida, aſpera, liuida & nigra, mala. 9 10
Vulnera qualiter ſuenda. 9.15
Vulnera genarum qualiter curanda. 9.25
quæ Vulnera ſolis linamentis & aqua ſanentur. introd. c.24
Vulnera ſclopo eliſa ſuppurantibus curanda 10.apol.1.
Vulnerum ſclopo illiſorum ſanationem quid difficilé faciat. 10.apol.1.
Vulnera ſclopo illiſa qua ratione venenoſa videri poſſint. 10.apol.2
Vulnera ſagittis & telis inflicta quid differãt ab his qui ſclopetis inflixa ſunt. 10.15. ſæpe contuſionis ſunt expertia, ſæpe venenata. ib.
Vulnera ſclopetorum vtrum venenata. 10.14
Vulnera capitis cur Lutetiæ lethaliora, crurũ a Auenione ſanatu ſint difficiliora. 10.8
Vulnera quibus ex cauſſis male morata euadant. 10. apol.2.
Vulnera ſclopo inflicta quod combuſtionis ſint expertia. 10.apol.2
Vulnera thoracis qualiter curanda. 4.30
Vulnera aurium. 9.28
Vulnera ceruicis & inguli quid differant. 9.19. ad ea ſequitur Paralyſis. ibid.
Vulnera contuſa difficilius ſanantur inciſis. 20.9

Vulnera qua ſutura non indigeant. 8.6
Vulnera puerorum an ſenum facilius ſaneſcant. 9. 10
Vulneris ſclopo inflicti ſymptomata. 10.12
Vulnere cum fractura coniuncto, quæ in delegatione obſeruanda. 14.24
in Vulnere quando ſanguis non mittendus. 9.15
ex Vulnere veteri qui recens fiat. 16.46
in Vulnerum euentu renunciando cautio.
Vulnera contuſa & rotunda cur difficilius coeant. 8. 4.
Vulnera exigua & contemptibilia ſæpe lethifera.
Vulnera qualiter curanda & vnienda. 8.5. ad vnionem quæ neceſſaria. ib. cur in eo pigrum ſanguinis profluuium incitandum ib. quorum labra ſola ligatura cōtineantur. ib. quorum ſutura præterea contineri poſtulent. 8.5
Vulnerum ligaturæ vide ligaturæ. 8.5
Vulnerum ſclopo inflictorum cacoethia ab aere. 10. apol. 2
Vulnerum ſclopis inflictorum ſigna. 10.2
Vulnerum viuo & mortuo homini inflictorum ſigna. 6.55
Vulnerum diuiſio à partium vulneratarum varietate, 10.1. à glandium vulnerantium varietate.
Vulnerib. ſcloporum maligna vnde ſuperueniant accidentia.
Vulnerum thoràcis cura. 9.31
Vulnerum ſclopo inflictorum quænam indicationes obſeruandæ. 10.8
Vulnerum capitis ſigna lethalia. 9.10
Vulnerum capitis & cutis muſculoſæ cura particularis. 9.15
Vulnerum ſclopo inflictorum horrenda ſymptomata. 10.12.
Vulnerum capitis lethalia ſigna vnde ſumantur. 9.12. & 13. & quæ ib. ſalutaria quæ. ib.
Vulnerū ſclopo inflictorum nigredo vnde. 10. apol. 2
in quibus Vulneribus ſanguinem aperta vena detrahere non ſit neceſſe. 8.5
Vulneribus venenatis quando calida non conueniant. 20.10
ex Vulneribus paruis cur pleriq; intereant, alii ex magnis minime. 9.9
Vulneraria potio 9.20. eius vtilitas ib.
Vulneratæ partis temperies cur & quibus conſeruanda. 8.5
Vulneratarum partium differentiæ. 10.17
parte vulnerata in deligando prætermiſſa quæ ſymptomata ſequantur. 14.24
Vulneratis qualis purgatio commoda. 8.5
Vulneratis cuncentuis diæta deſcribenda. 10.9
Vulneratis à ſclopo, cur ſanguis ſecta vena detrahendus. 10.9
Vulneratus locus quando in deligando prætermittendus 14.24
Vulpium fraudulentum ingenium. l.1. c. 20. etiam vulpecula ratiocinari videri poteſt. l.1.c.20

X.

XIphois ſeu enſiformis cartilago. 3.1

Z.

ZArzæ parillæ præparatio. 18.8
Zirbum quid. l.2.c.13
Zygoma quid & quem vſum habeat. 8.1

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Vita Nova
di M. Sillitti
Latina-
1976

Digitized by Google